7 man. *d. cons.* 266. *n.* 2. † Amplia; quia laicus potest esse arbiter, vel arbitrator causæ spiritualis, quando controuersia est facti, prout super iure patronatus inter duos contendentes super possessorio, &

8 valet laudum latum. Alex. *cons.* 75. *Visis & ponderatis, n.* 44. *ver. & maxime, lib.* 4. & hanc partem tenet apost. ad Rom. *cons.* 299. *in pr. ver.*

*9 *in propositis*, quæ citat plurimos, & dicit* communem. † Contrarium tenet Rom. *d. cons.* 299. *In propositis*, vbi in princ. allegat, quod sic, quãdo incidenter tractatur, vel quãdo est vt arbitrator, postea *n.* 6. *& seq* concludit, quod non, neq; vt arbiter, neq; vt arbitrator, quando vna pars contradiceret, nisi esset simul cum clerico, *& n.*

10 9. vbi late. † Declara; quia laicus solus non est capax spiritualium, sed laicus simul cum clerico potest super causa spirituali iudicare,

11 vt arbiter, vel arbitrator. Rom. *d. cons* 299. *num.* 9. *ver. quod autem.* † Amplia; quia laicus potest de licentia Papæ eligere confessores, qui absoluant in casibus reseruatis, & administrare spiritualia. Ro-

12 man. *d. cons.* 266. *in fin. ver. nec aliquo modo, n.* 3. † Limita; quia laicus non potest suo nomine tractare negocia spiritualia; & Ecclesiasti-

13 ca. *c. decernimus, de iud.* Calder. *d. cons.* 222. *in prin.* alias 1. *de præben.* † Limita; quia laicus est incapax beneficii Ecclesiastici, Gemin. *cons.*

14 138. *in pr. ver. item debet probare.* Vide, *Beneficium Ecclesiasticũ non potest conferri laico. Concl.* 56. † Limita; quia laicus non potest esse collector, & administrator obuentionum spiritualium. Rom. *dict. cons.* 266. *Iste Petrus, in prin. ver. nec illud refragatur*, vbi apost. *in ver. colle-*

15 *ctor.* dat concord. † Restringe; quia potest esse collector obuentionum spiritualium sine administratione. Rom. *d. cons.* 266. *in pr.*

16 vbi apostill. *in ver. potest*, quæ dat concord. † Limita; quia laicis circa spiritualia est denegata omnis potestas. Rom. *d. cons.* 299. *num.* 9. *ver. laicis enim.*

Laicus qualiter possit construere monasterium, vel locum pium, vel non. Concl. 5.

1 LAICVS † potest de consensu Episcopi construi facere monasterium ordinis approbati; prout S. Claræ in domibus suis. Rom.

2 *cons.* 177. *Licuit ipsi Notario.* Vide, *Ecclesia, & Oratorium nouum quando prohibeatur ædificari. Concl* 23. † Restringe, quando laicus mandaret construi Hospitale, vel locum pium in domibus suis; quia potest sine licentia Episcopi, & erit laicale. Feder. de Sen. *cons.* 130. *per tot.*

3 Vide, *Hospitalia quando subsint Episcopo, vel non. Concl.* 159. † Etan ex sola assignatione domus acquirat ius patronatus, relatiue apostilla

4 ad *d. cons.* Rom. *cons.* 177. *in ver. fundaretur.* † Amplia; quia potest legare sub conditione, puta, quod si post mortem suam intra biennium fuerit fabricatum Monasterium S. Claræ, illud sit firmum, sin minus, quod legat alteri, & debet huic voluntati obtemperari.

5 Rom. *cons.* 177. *in pr. ver. quinimo,* † Extende, quod dicitur in domo legata, idem sit in pecuniis piæ causæ legatis sub conditione, si intra certum tempus expedita fuerit; alias ad hæredes reuertantur

6 libera. Rom. *d. cons.* 177. *sup. prox.* † Extende simile in dote legata certo loco construendo Bononiæ; quia antequam sit constructũ Bononiæ, potest in alio loco construi mandare, maxime quando

7 sibi hanc facultatem reseruauit. Zabar. *cons.* 1. *per tot.* Vide, *Dos assignata Collegio construendo, quando possit commutari. Concl.* 796. † Limita; quia non potest laicus legans domos pro Monasterio S. Claræ construendo, illud Monasterium post constructionem, vel ante subiicere Ecclesiæ Lateranensi, neque alteri non superiori suo. Rom. *d. cons.* 177. *n.* 2. *verb. quoad secundum*, vbi apost. *in verb. non valuisse*, citat concord. † Extende; quia licet laicus habens ius patronatus in vna Ecclesia, vel monasterio possit ius patronatus cõcedere alteri Ecclesiæ, non tamen potest bona Ecclesiæ, vel monasterii iuris patronatus alteri ecclesiæ concedere ad similitudinem Episcopi, qui licet habeat dispositionem, & collationem Ecclesiarum sibi subiectarum, non tamen potest auferre ab vna Ecclesia bona, & alteri concedere. Rom. *d. cons.* 177. *n.* 2. † Extende; quia non potest laicus, qui fundauit Monasterium Ordinis S. Claræ, etiam si habeat ius patronatus in eo, illud transferre in aliud monasterium, vel locum pium. Rom *d. cons.* 177. *n.* 2. *ver. quoad tertium*, vbi apost. *in ver. quod non.* Vide, *Hospitale non potest ædificari sine licentia Episcopi, & quando secus. Concl.* 157. Vide, *Legatum factum Ecclesia certa, vel incerta quando valeat, vel non. Concl.* 46.

Laici non sunt vocandi ad Concilium prouinciale, nisi agatur de causa fidei. Concl. 6.

1 LAICI † regulariter non sunt vocandi ad consilium prouinciale, etiam si in eo tractetur de puniendis delictis laicorum spectantibus ad forum Ecclesiasticum; quia valet statutum super hoc factum ipsis non vocatis. Calder. *cons.* 8. *de constit. & cons.* 22. *nu.* 1. *in*

2 *fi. ver. non obstat, si dicatur*, quæ est apostill. Gemin. † Extende, vt valeat statutum synodale Episcopi in præiudicium singulorum non vocatorum, quando in eo versatur publica vtilitas. Cald. *d. cons.* 22.

3 *de constit. in fi.* † Limita, quando ageretur de causa fidei, vel de causis matrimonialibus; quia tunc admittuntur laici, & possunt interesse. Cald. *d. cons.* 8. *n.* 2. *ver. non obstat, vsque in fin.*

Laicus effectus clericus post delictum à quo iudice puniatur. Concl. 7.

1 LAICVS, † qui post delictum fuit effectus clericus, non debet per iudicem secularem coerceri. Old. *cons.* 4. *per tot.* incip. *Quod laicus.* Io. Andr. *in c.* 1. *de oblig. ad ratiocin.* plene Bar. *in l.* 1. *ff. de pœn.* Ias. *in l. cum quædam. ff. de iurisd. omn. iud.* Socin. Barbat. & alii *in c. proposuisti, de for. comp.* † Amplia, vt idem sit in laico confugiente ad Ec-

2 clesiam; quia non potest interim laicus à iudice seculari coerceri, nec contra eum proceditur, nisi in atrocioribus. Oldr. *d. cons.* 4. *in*

3 *fin.* † Limita, quod iudex secularis procedit contra laicum, qui post delictum se fecit clericum in fraudem, & fraus non præsumitur, quando contra eum non erat facta accusatio, antequam efficeretur clericus. Old. *d. cons.* 4. *in fi.* Bart. *d. l.* 1. *ff. de pœn.* vbi etiam, qualiter procedatur eo casu, qui dicit, quod debet degradari. † Declara;

4 quia quoad bona procedit iudex laicus, quoad personam Ecclesiasticus, & in hoc concordant* omnes. vt dicit Franc. *decis. Neap.* *

209. tamen quia datur materia delinquendi, vt fraudulenter quis euadat pœnam, si in fraudem legis hoc fiat, debet puniri, ne aperiatur via fraudibus; tamen consilium non ausum est decidere hoc pro tunc. Vide, *Clerici non subsunt Principibus secularibus, & coram seculari conueniri non possunt. Concl.* 385. & Vide *concl. prox. seq.*

Laicus iudex nullam habet in clericos iurisdictionem, & quando secus. Concl. 8.

1 CLERICATVS † & ideo sacer sunt de iure diuino; ideo iudex laicus nullam potest habere iurisdictionem criminalem in

* personam clerici delinquentis. Clar. *in § fin. q.* 36. *in prin.* vbi dicit* communem, *c. cum non ab homine. de iudic.* licet dubitet, ibi, clericus

2 quoad existentes in minoribus ordinibus. † Extende; quia neque valet consuetudo contraria, quod clerici possint puniri à iudice

* seculari, communem* dicit idem Clar. *d. q.* 36. *n.* 3. *ver. sed ea retenta.* *

3 † Extende, etiam si clericus huic priuilegio fori renunciaret; quia non potest. *c. si diligenti*, vbi Doct. *de for. compet.* communem* dicit *

4 Clar. *d. q.* 36. *n.* 4. *ver. secundo infertur.* Vide, *Clericus non potest renunciare priuilegio fori. Concluf.* 387. † Extende; quia principes, & iudices seculares nullam habent potestatem statuendi in clericos, & causas Ecclesiasticas; quia necesse habent obsequia præstare, & pare-

5 re. Ægid. Bellam. *consil.* 40. *n.* 31. *& seq.* † Amplia; quia procedit regula, etiam si exceptio clericatus non opponatur; quia non tenetur clericus comparere, & allegare hanc exceptionem, communem* dicit idem Clar. *dict. §. fi. q.* 36. *num.* 5. *ver. est autem.* † Exten- *6

de; quia etiam si clericus sit contumax; quia omnia acta contra eum sunt nulla, neque clericus tenetur comparere, & allegare se clericum. Dec. *consil.* 241. *In primis verbis.* Clar. *d. q.* 36. *num.* 5. *ver. cæterum.* † Extende; quia licet contumax, qui differt allegare priuile- 7

gium suum, condemnetur in expensis; secus est in clerico; quia neque potest in expensis condemnari. Grammat. *voto* 18. quem sequitur Clar. *d. q.* 36. *n.* 5. *ver. & si distulit.* † Extende, etiam si clericus 8

esset carceratus à iudice laico; quia non potest talis pœna contumaciæ.

tumaciæ, vel expensarum etiam pecuniaria exigi. Guido Pap. *decis.* 450. Grammat. *voto* 27. vbi dicit, quod male iudicauit cons. Neap.
9 tenendo contrarium. † Contra extensionem tenet Bart. *in l. non videtur. la prima, ff. de iud.* quod si citatio sit simplex, possit mulctari,
* secus si contineat clericatum, sed in contrarium est eōis * opinio, licet aliqui attestentur opinionem Bart. seruari in praxi. Clar. *d. §.*
10 *fi. q. 36. n. 5. in ver. sciás tamen.* † Declara; quia in Gallia, & aliquibus locis opinio Bar. seruatur, sed iudices timentes Deum hoc non
11 seruant. Clar. vbi sup. *d. § fi. q. 36. n. 5.* † Amplia, vt procedat, etiam si Episcopus delegasset laicum iudicem ad causas criminales cleri-
☞ corum; quia non potest. Vide, *Delegari quæ causæ possint, vel non. Con-*
12 *clus.* 146. † Amplia, vt procedat, siue clericus pro crimine conue-
* niatur, siue reconueniatur, communem * dicit Clar. *d. § fin. qu.* 36.
13 *n.* 9. *ver. & hæc quidem.* † Amplia, etiam si clericus sit illegitime na-
14 tus. Grammat. *decis.* 81. Clar. *d. q. 36. num. 7. verb. habet etiam locum.* † Amplia in clerico coniugato, quando cum vnica virgine contra-
☞ xit, & habitum, & tonsuram retinet. Clar. *d. q. 36. n.* 8. Vide, *Clerici*
15 *coniugati quando gaudeant priuilegio fori, vel non. Concl.* 395. † Amplia; quia simplex clericus etiam sine habitu, & tonsura gaudet hoc pri-
* 16 uilegio secundū * cōem, de qua Iul. Clar. *in praxi, § . fin. q. 36. n.* 19. † Contrarium dicit seruari in Ducatu Mediolani; quia si clerici non habent beneficiū, vel non incedunt in habitu, & tonsura, nō gaudent priuilegio. Clar. *d. q. 36. n. 19. ver. sed certe,* vbi in regno Neap. ex
17 priuilegio Papæ ita seruari dicit, licet alias secus. † Declara; quia hodie ex forma sacri Concilii Tridentini clerici in minoribus, qui non habent beneficium, vel non inseruiunt alicui Ecclesiæ; incedentes in habitu, & tonsura non gaudent priuilegio fori, vt *sess.* 23.
18 *c.* 6. † Declara; qa clericus in minoribus gerens se pro laico, & deprehensus in crimine potest per iudicē laicum puniri, siue fuerit
* monitus; siue non, secundum * communem; si vero esset clericus beneficiatus, etiam si in habitu laicali deprehendatur, & armatus vt miles, non potest à iudice laico puniri, ita Iul. Clar. *d. § . fi. q. 36. n.*
19 *ver. quinimo,* vbi, quod ita iudicauit Senatus Mediol. vbi *n.* 21. *in fin.* dicit, quod non sufficeret solus titulus beneficii, sed requiritur
quasi possessio, vel possessio beneficii. † Amplia; quia iudex Ecclesiasticus statim, quod sibi innotescit, clericum captum esse à secu-
lari, tenetur illū repetere, alias posset puniri de negligentia, & forte puniri, & deponi criminaliter. Clar. *d. § . fi. q. 36. n.* 22. alleg. Chasl.
20 *cons.* 38. † Limita in clerico assassino; quia ipso iure perdit priuilegium, etiam si sit sacerdos; ideo potest puniri per secularem sine dubio, bene verum est, quod requiritur actualis degradatio, se-
* cundum * cōmunem, Iul. Clar. *d. § . fi. q. 36. n. 29. & seq. ver. item quæ-*
ro, vbi, quod ita seruatur, licet Couarr. *pract. qq. c.* 23. dicat contra-
☞ rium in assassino, quasi sit degradatus, ex *cap. 1. de homicid. in* 6. Vide,
☞ *Assassinum quid sit, vel assassinus. Concl.* 531. Limita, quando curiæ se-
21 cularis debet tradi; quia tunc degradatur. Vide; *Degradatio Clerico-*
rum in quibus casibus, & pro quibus delictis fiat. Concl. 140. † Limita; qa Clericus in minoribus ordinibus si deprehendatur in flagranti sine habitu, potest puniri per iudicē laicum; qa perdit priuilegiū
* fori, etiam sine monitione, ita Couar. *pract. qq. c.* 31. & hanc magis * cōmunem dicit Iul. Clar. *in d. § . fi. q. 36. n.* 19. Alex. de Næuo *cons.* 59.
22 *per tot.* Capic. *decis.* 161. *n.* 1. & 3. † Limita, qñ Clericus esset incorrigibilis; quia tunc iudex secularis absq; degradatione, & non facta traditione iudici seculari per Ecclesiasticum potest eum punire.
* 23 Clar. *in d. § . fi. q. 36 n.* 37. vbi de * communi. † Limita etiam in presbytero, & sacris constituto, qñ immiscet se enormibus delictis dimisso habitu clericali; quia licet non sit ter monitus, neque perse-
* uerans secundum magis * cōem, & obseruantiam potest puniri per secularem, si deprehendatur. Iul. Clar. *d. § . fi. q. 36. n.* 23. vbi recitat opiniones pro vtraq; parte, & dicit requiri monitionē secun-
* dum * cōem, sed quando perseuerauit diu in enormibus, tunc non
* requiritur monitio secundum aliquos de communi * attestantes, sed ipse dicit, quod etiā sine monitione, & sine perseuerantia potest puniri, quando concurrunt, quod enormia contraxit delicta,
* & non incedit in habitu, neq; cum tonsura, & hanc * cōmunem
24 dicit Couar. *pract. q. c.* 32. *n.* 2. *ver. tertio.* † Contrariū tenent plures,
25 quos idem Couar. *d. c.* 32. *pract. q. n.* 2. *in fi. ver. sic etenim.* † Enormia delicta esse homicidium proditorie comissum, item homicidium deliberatum, crimen læsæ maiestatis, dicit Clar. *d. q. 36. n. 23. in fi. &*
n. 24. dicit idem in tonsore monetarum; & in eo, qui turbat statum Principis; quia etiam si incedat in habitu, & tonsura, potest exul
26 fieri, licet non puniri in personā eo casu, si in habitu incedat. † Et de crimine læsæ maiestatis, licet non cadat de iure hoc crimen in clericos, & presbyteros, qui non sunt subditi principibus secularibus; tamen de facto contrarium seruatur, vt dicit Clar. *d. q. 36. n.* 27. vbi, quod iudex Ecclesiasticus pro tali crimine si condemnet clericum, & verbaliter degradet, non tenetur illum tradere curiæ seculari, nisi fuerit ter monitus, vel incorrigibilis declaratus. † Et 27
quod pro crimine læsæ maiestatis, & pro veneno dato, & exhumatione cadauerum, vt vestibus spolientur, presbyteri torqueantur, dicit Clar. *§. fi. q. 64. n. 24. circa fin.* Vide, *Clerici non subsunt Prin-* ☞
cipibus secularibus & coram seculari conueniri non possunt. Concl. 385. Vide, *Iudex secularis non habet iurisdictionem in clericos, neq; in bonis Eccle-*
siarum. Concl. 479. Vide Conclus. prox. sequen.

Laicus iudex nullo modo potest punire clericum. Concl. 9.

IVDEX † laicus nullam habet facultatem committendi causas 1
maxime criminales contra clericum. Gem. *cons.* 142. *ver. quia iu-*
dex. Vide, *Iudex secularis non habet iurisdictionem in Ecclesiasticos. Concl.* ☞
449. † Amplia, etiam si sit Imperator, vel alius supremus iudex, & 2
supremus Princeps; quia nec potest committere examen criminale contra Clericum. Gemin. *cons.* 142. *nu.* 2. *ver. & hæc non solum.* † Ex- 3
tende, vt procedat in tantum, quod processus, & omnia acta sunt nulla, etiam si examen causæ criminalis per Principem secularem commissum fuerit Vicario Episcopi, vel alteri habenti iurisdictionem spiritualem, & Ecclesiasticam; quia si processit vigore talis delegationis, omnia sunt nulla. Gem. *d. cons.* 142. *n.* 2. *ver. hæc obstat. si dicatur.* † Amplia; quia Princeps secularis, vel iudex non potest ali- 4
quid attentare, statuere, vel inquirere nedum contra Clericos, & religiosos, sed neq; contra personas seculares, quę cum eis occulte carnaliter fornicaræ sunt; quia infamarentur Ecclesiastici, sed bene potest, quando delictum esset notorium, vel si occultum, si ad accusationem procedit. Anchar. pulchre *cons.* 196. *Magnifice, &*
Illustr. n. 4. *& seq. ver. super secundo.* † Amplia in tantum secularem 5
iudicem non posse contra Clericum vllo modo exercere iurisdictionem, vt si contingat dubium, an sit Clericus, vel ne, cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, & interim debet supersedere secularis, communem * dicit Clar. *in § . fin. suæ praxis crim. q. 36. n.* 21. *
† Contrarium tamen dicit seruari Mediolani; quia iudex secularis 6
vult videre clericatum, & probationes, an sit beneficiatus, sed de facto ista sunt, & ita seruari dicit Clar. *d. § . fi. q. 36. n.* 21. † Extende 7
ampliationem; quia promotus ab alieno Episcopo de licentia Vicarii, an sit bene, vel male promotus, cognitio spectat ad Ecclesiasticum. Rolan. à Vall. *d. cons.* 4. *n.* 20. *lib.* 1. † Extende; quia qualitas 8
habitus, & clericatus an sint sufficientes, vel non, debent iudicari ab Ecclesiastico, non à seculari. Roland. à Vall; *d. cons.* 4. *nu.* 33. *lib.* 1. Alex. *cons.* 8. *n.* 4. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit in Clerico coniugato, 9
qui retinet priuilegium, si contraxit matrimonium cum vnica virgine, & incedat in habitu, & tonsura: nā istæ qualitates omnes sunt cognoscendæ per Ecclesiasticum. Alex. *d. cons.* 8. *Videtur super*
primo, n. 4. *lib.* 1. † Contrarium seruari Mediolani circa habitum 10
honestum, & ista, quæ non sunt spiritualia, dicit idem Clar. *in praxi crim. § . fin. quæst.* 36. *num.* 13. & 14. *ver. dixi,* & plenius affirmatiue de iure dicit *n.* 21. *in fi. ver. cæterum,* vbi, quod cognitio habitus spectat ad secularem. † Amplia, etiam si laicus existens deliquerit, 11
quia postquam est effectus Clericus, nullo modo potest puniri per laicum iudicem quoad personam, de quo videas supra, *Laicus* ☞
effectus Clericus post delictum. Concl. 7. † Limita multis casibus, de 12
quibus supra, *Iudex secularis in criminali, &c. Concl.* 353. Vide Con- ☞
clus. prox. præc.

Lateranensis Ecclesiæ priuilegia, consuetudines, & statuta. Concl. 10.

ECCLESIA † Lateranensis habet priuilegium, vt in fundis suis 1
possit ædificare Ecclesias, & capellas cum altari, & celebratione Missarum. Calder. *cons* 527. *in prin.* alias 12. *de priuil.* † Declara ta- 2
men, quod huiusmodi priuilegium non extenditur ad prædia postea quæsita; quia agitur de præiudicio ordinarii; quia in istis non possunt sine ordinarii licentia. Calder. *d. cons.* 527. alias 12. *de priuileg.* † Vnde dicatur Ecclesia Laterana, ponit Rebuff. *in glosis* 3
concord. tit. de approbatione conuentorum, in prin. pag. 50. vbi ex Alberico, & quod quasi latens rana, quam ibi euomuit Nero, quæ amplius visa non est, & putat ipse Neronem ibi euomuisse diabolum in specie ranæ, quæ disparuit. † Hæc Ecclesia est Cathedralis Vrbis 4
Romæ, & Episcopatus summi Pontificis, & Papa post coronationem solet ad eam personaliter accedere, & possessionem solemniter capere, & populum benedicere, sed tamen Rebuff. in concorda. *in ver. Leo Episcopus,* dicit, quod Papa bene dicitur Episcopus ratione ordinis; quia non datur maior ordo, sed negat esse Episcopum Ecclesiæ Lateran. quia est Episcopus vniuersalis, sed imo vtrunque credo verum, quod sit Episcopus vniuersalis tanquam

caput Ecclesiæ, & etiam sit Episcopus Vrbis Romæ & Lateranen. Ecclesia; quia ista possunt stare simul, & epistola, *inter claras* C. directa Iustiniano continet, quod Ioannes Papa se inscribit Episcopum Romæ, & Imperator ibi appellat Archiepiscopum, & Patriarcham Vrbis Romæ.

Latinitas falsa vitanda, & supplenda, & quando vitiet dispositionem, vel non. Concl. 11.

1 FALSA † Latinitas, & mala Grammatica est euitanda, ideo semper sumitur sensus, vt euitetur falsa Latinitas. *l. Plautius ff. de auro & argento leg.* † Amplia in tantum Latinitatem falsam euitandã esse, vt quando idem verbum non potest stare secundum Latinitatem, suppleatur vera Latinitas, quæ subintelligitur, & potest aptari. Bald. *cons.* 117. *Verba domini ita dicunt, in fi. ver. & quia vera littera. lib.* 1. vbi, quod verbum, *superuenientes*, quod non potest aptari,
3 rei citur, & suppletur verbo, *superuituentes*. † Amplia; quia si testator inst. tuit duos nepotes, & altero deficiente sine filius instituit superstites: quia pluralitas non potest applicari superstiti institu-
4 to, substitutio extenditur etiam ad filios instituti superstites, vt euitetur falsa Latinitas, qua cessante de solo instituto fieret interpretatio. Cuman. *cons* 13. *Titius instituit, per tot.* Vide, *Verba pluralia quando singularitatem importent, & è conuerso. Concluf.* 119. † Amplia; quia mala Latinitas declaratur ex præcedentibus, & sequentibus, ne superabundent verba, quæ possent referri ad plura, referuntur, ita, quod superflua non remaneant alia verba. Bald. *cons.* 126.
5 *Factum sic proponitur, lib.* 5. † Amplia, quia falsa Latinitas in litteris Apostolicis vitiat litteras Apostolicas, vt non valeant. *cap. ad audientiam, de reser.* Zab. *cons.* 1. 6. *Vacarunt, num.* 1. † Ratio est; quia antequam expediantur, transeunt per tot manus; quod non est verisimile, quod falsa Latinitas admitti possit. Io. de Im. *d. cons.* 133.
7 *in fin. n.* 5. *ver. nec obstat.* † Contrarium dicit *c. ex parte, de fid Inst.* ex quo dicitur, quod defectus litteræ non vitiat, & sic videtur limi-
8 tari *d. c. ad audientiam, de rescript.* † Imo, quod defectus litteræ vitiat
9 priuilegium, dicitur *in c. inter dilectos, de fid. instr.* † Declara; quia falsa Latinitas manifesta vitiat rescriptum, & gratiam Papæ, fallit, quando deficit littera, nisi sit defectus in nomine proprio propter varietatem. Zab. *cons.* 93. *Nobilis, & præstans*, vbi dicit, quod in Romana curia non seruatur, quod falsa Latinitas, vel omissio litteræ vitiet, sed, quod corriguntur, vel rescribuntur litteræ vitia-
10 tæ. † Declara; quia falsa Latinitas vitiat rescriptum Principis, quando est in parte, quæ rescribitur per Principem; secus, si est in
11 supplicatione, & narratiua partis. Io. de Im. *d. cons.* 133. *Viso rescripto, in fin.* † Limita, quando constat de mente; quia leges non subiacent Prisciano. Bald. *cons.* 33. *Verba instrumenti, num.* 2. *ver. respondeo, lib.* 1. Vide, *Grammaticalis expositio attenditur per Legistas. Concluf.* 47. Vide, *Notarii error non debet nocere partibus. Concluf.* 87. *num.* 12. *& sequent.*

Latitare quid sit, & quis latitans. Concl. 12.

1 LATITATIO † nihil aliud est, quam turpis sui occultatio fraudandi creditoris causa, *l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quib. cau. in possess. eatur.* Rom. *cons.* 454. *In repræsenti, num.* 17. vbi apostili. *in ver. creditoris*, citat eundem Rom. Sign. *cons.* 589. *In hoc consului.* † Et
2 latitare dicitur is, qui non obedit iudici fraudandi creditoris gratia. Abb. *cons.* 43. *col.* 2. *in fin. lib.* 2. vbi, quod in materia secundi decreti, quod non potest interponi, nisi contra latitantem, intelligi-
3 tur hoc modo. † Amplia; quia absentia in dubio non præsumitur ad malum, secus si post citationem, vel delictum, vel contra obligationem quis abest. Vide plene Masc. *Concluf.* 6. *Absentia an, & quando præsumatur in bonam, vel malam partem.* † Limita, quia latitare
4 non dicitur is, qui si præsens esset, iudicium suscipere non compelleretur. Rom. *d. cons.* 454. *n.* 23. *ver. ex quibus.* Vide, *Fuga inducit delictum, & quando secus. Concl.* 530. *cum Concl. ibi prox. seq.*

Latratus non sunt timendi. Concl. 13.

1 LATRATVS † non sunt timendi, neque curandi. *cap. vnico. §.* 1. *de schism. at. lib.* 6. ibi, *latratibus eorum duximus non dare responsum.* † Et
2 metuendæ non sunt minæ illusoriæ. *l. si quis ab alio ff. de rei iud.* † Am-
3 plia; quia iudex cognoscens verum non debet curare latratum, vt iustitiam faciat. Bald. *cons.* 15. *Omnis assessor, in fin. lib.* 2.

Latro famosus, & publicus quis dicatur, & qualiter probetur. Concl. 14.

1 LATRO † publicus, & famosus dicitur, qui consuetus est furari.
2 Ange. *cons.* 403. *Formata fuit, in prin.* † Extende; vt idem sit in famoso, & publico stratarum aggressore; quia dicitur ille, qui solitus est ista facere. Ang. *d. cons.* 403. *in prin.* † Extende; quia latro famosus dicitur, si tria concurrunt, quod furari sit solitus, quodque in via, & cum ferro, vel armis furetur, plene Decian. *lib.* 2. *crimina. lib.* 9. *c.* 29. *n.* 14. Sic etiam fur dicitur famosus, si tria furta commisit. Vide, *Furti pœna quæ sit, & de variis pœnis contra fures. Concl.* 564. † 4
Solitus autem dici non potest, qui vnicum furtum, vel vnicam aggressoriam fecit. Angel. *d. cons.* 403. *n.* 3. *ver. constat autem.* Fulgos. *cons.* 149. *Super inquisitione. n.* 3. † Nomen est iuris, famosus, vel pu- 5
blicus latro, vel aggressor stratarum, ideo si reus inquisitus fateatur contenta in inquisitione, in qua ipse inquiratur vti famosus & publicus, sibi non præiudicat, nisi constet ex facto in inquisitione confessato, quod possit inferri ad publicum, & famosum; quia confessio eorum, quæ sunt iuris, non præiudicat. Ang. *d. cons.* 403. *per tot.* † Amplia; quia latrones, & grassatores, qui cum ferro ag- 6
grediuntur, capite puniuntur. Fulgos. *cons.* 157. *n.* 3. Text. *in auth. sed nouo. C. de seru. fugit.* vbi, quod fures sine armis, latrones cum armis, & violentia furantur. † Item securitatis frequentatorum ite- 7
nerum insidiatores, seu insidiosos fractores, lex punit vltimo supplicio, *l.* 2. *C. quando liceat vnicuiq. sine iud. vindic.* † In materia la- 8
tronum famosorum; seu publicorũ, quod sint odiosi, vide Decian. *in* 2. *vol. crim. lib.* 9. *c.* 29. *n.* 5. & quod furcæ assignantur, & suspendãtur, *n.* 5. Possunt capi sine mandato iudicis, *n.* 8. Possunt interfici, *n.* 9. Non tuentur ab Ecclesia, *nu.* 10. sunt vt piratæ excommunicati, *n.* 11. Non appellant, *n.* 17. & multa contra regulas iuris statuta, *nu.* 20. Socius criminis admittitur, *n.* 21. *cum seq.* vbi multa. Vide, *Famosus quis dicatur in delictis. Concl.* 80. Vide, *Fures & latrones sunt multiplices. Concluf.* 554.

Laudemium quid sit, & à quibus debeatur, vel non, & conuentum si non soluitur, inducitur caducitas. Concluf. 15.

DATVR † laudemium pro laudatione, & approbatione noui 1
emphyteutæ, vt dicit Io. de Anan. *cons.* 90. *circa fin.* † Et solu- 2
tio laudemii spectat ad eum, qui vult inuestiri, & sic ad emptorem, prout idem dicitur de gabella, si aliud non esset dispositum. Ias. *in l. fin. n.* 41. *C. de iure emphyt.* & ita obseruari dicit Clar. *in §. emphyteusis, q.* 23. *num.* 4. *ver. vltrius quæro*, & infra *Concluf. proxima sequent. in fin.* † Contrarium, quod si non specificatur, per quem solui de- 3
beat, debeat solui ab eo, ad quẽ onus spectat, & tenetur impetrare licentiam. Socin. *cons.* 26. *num.* 3 *lib.* 1. *& cons.* 247. *nu.* 3. *lib.* 2. Vide, *Gabella circa contractus, & alia, quando, & per quem solui debeat. Concl.* 6. † Quantitas laudemii est, quod duo soluuntur pro centenario, 4
ideo est quinquagesima. Fulgos. *cons.* 6. *Quidam emphyteuta, circa med.* per *d. leg. fin. C. de iure emphyt.* quam dicit factam ob auaritiam dominorum, & esse prohibituam, ne plus exigatur, neque consuetudine tolli potest. Alex. *consil.* 5. *Si vera sunt, in princ. tertio, quia. lib.* 5. Clar. *in d. §. emphyteusis, quæst.* 23. *in princ.* † Extende, vt procedat 5
etiam in emphyteusi Ecclesiæ, quia contrarium de iure Canonico non censetur, neque reperitur dispositum, ideo censetur approbata lex ciuilis. Fulgos. *d. consil.* 6. *per tot.* † Restringe, nisi sit 6
consuetudo, vel statutum, vel decretum principis, quod soluatur maior summa. Alex. *cons.* 5. *Si vera sunt. nu.* 21. *ver. non obstat, dum tertio, lib.* 5. † Declara; quia si minor summa ex statuto laicorum induceretur, quam esset conuentum, vel de consuetudine præstari solitum: tale statutum non ligaret Ecclesias, nisi esset à Papa, vel eius officiali confirmatum. Fulgos. *d. cons.* 6. *per tot.* vbi limita, nisi esset confirmatum ab officiali Papæ. † Amplia; quia laudemium 8
solui debet, vbicumque fit nouus emphyteuta. Alex. *cons.* 5. *Si vera sunt. n.* 3. *ver. & sic sentit. lib.* 5. † Extende, vt etiam soluendum sit, si 9
idem emphyteuta recipit renouationem finito primo tempore, puta 29. annorum, Io. de An. *cons.* 90. *in fine.* † Restringe; quia si 10
Dominus præstitit consensum venditioni emphyteusis, dicitur fecisse inuestituram, & amplius non debetur laudemium; neque alia inuestitura. Io. de Anan. *d. cons.* 90. *per tot.* vbi Bologn. in apostilla. † Restringe; quia solutio laudemii non debetur à filio, qui 11
petit renouari inuestituram in personam suam, nisi feudum, vel emphyteusis, pro quo soluitur, esset reuersum ad Dominum. Alex. *d. cons.* 5. *Si vera sunt. n.* 3. *lib.* 5. quia, vt dicit, in filio non est noua acquisitio, sed dominii continuatio. † Restringe; quia non de- 12
betur laudemium ex consensu, puta si emphyteuta alienat de consensu domini; quia ex tali consensu licet habeat vim nouæ inuestituræ, non reperitur cautum, quod debeatur laudemium, si non fuit petitum in consensu. Io. de Anan. *d. cons.* 90. *ver. ex quo ergo*, & ibi Bologn. *num.* 3. *in apostilla.* † Amplia; quia vasallus recipiens feu- 13
dum, vel emphyteusim cum onere renouandi omni decennio cadit à feudo, si non renouat, quando soluere tenetur laudemiũ, secus, si non tenetur aliquid soluere. Bal. *cons.* 127. *Quidam nobiles, lib.* 1.

† Limita,

14 † Limita, quia Laudemium licet debeatur ab emphyteuta, non tamen debetur à feudatario inueſtito, quia pro feudo non ſoluitur laudemium de iure communi. Alex. *d. conſ. 5. Si vera ſunt, n. 4. &*
15 *5. ver. vel etiam poſito, lib. 5.* †Reſtringe, niſi extaret conſuetudo, prout Veronæ in feudis Epiſcopatus, quod ſoluatur laudemium, & ad rationem decem pro centenario, & extat decretum Reipublicæ Venetæ, prout per Alexan. *d. conſ. 5. n. 21. ver. non obſtat, dum quar-*
16 *to lib. 5.* †Limita; quia laudemium non debetur, ſi res emphyteutica Eccleſiæ datur in dotem, etiam ſi ſit Eccleſiaſtica. Iaſon *in l. fin.*
in queſt. 9. n. 49. ſequitur Aufrer. *in addit. ad deciſ. Tholoſ. 278.* Tiraq.
17 *de retractu lignag. §. 1. gloſ. 14. n. 109.* † Limita; quia non debetur laudemium ex diuiſione facta inter emphyteutas. Iaſ. *in l. fin. n. 4. C. de*
iur. emphyt. quem citat apoſtil. ad Clar. *dict. §. emphyteuſis, q. 14. in ver.*
* *alienare*, & dicit *communem.

Laudemium ſpectat ad vſufructuarium, & ſolui debet per emptorem. Concl. 16.

1 LAVDEMIVM, † quod ſoluitur pro alienatione bonorum emphyteuticorum, ſpectat ad vſufructuarium omnium bonorum, non ad proprietarium. Oldrad. *conſ. 24.* Incipit, *Quod domina vſufructuaria*, vbi quæ ſpectent ad vtrumq; & quod ſpectet ad vſu-
* fructuarium, & non ad proprietarium, communem * dicit Clar.
in §. emphyteuſis, q. 23. in fin. n. 5. ver. ſed pone, vbi q; vidit ita ſeruari, al-
2 legat Soc. Iun. *conſ. 70. n. 31. lib. 3.* † Extende è conuerſo, quia ſolutio gabellæ pro legato vſusfructus debet ſolui per vſufructuarium, non autem per hæredem. Socin. *conſ. 247. in 3. col. ver. aliquan-*
3 *do, & quarto lib. 2.* † Amplia; quia laudemium ſpectat ad emptorem. Iaſ. *in l. fin. num. 41. C. de iure emphyt.* † Extende; quia expenſa inſtrumentorum ſpectat ad emptorem. Bero. *conſ. 115. n. 13. lib. 1.* † Extende; quia gabella debet ſolui per emptorem. Bertach. *de Gabellis*
6 *in 7. queſt. princ. n. 1.* & in Concluſione proxima præcedente, *nu. 2.*
† Contrarium, quod ſpectet ad venditorem, qui non poteſt ſine
☞ licentia vẽdere, alias incidit in pœnam. Vide Concluſionem proximam præcedentem; *n. 3.* Vide quæ poſui *in ver. Gabella, circa contractus, & alia quando & per quem ſolui debeat. Concl. 6.* vbi plenius.

Laudenſis Ciuitas, ſtatutaque, Conſuetudines, & Priuilegia eius. Concl. 17.

1 STATVTVM † Laudæ; quod mulier ſub pœna non nubat extra iuriſdictionem habens hereditatem, valet, ſecundum Alex. qui plures allegat pro hac parte, *conſ. 151. Viſo themate, n. 4. verb. præterea*
2 *eſt videndum, lib. 2.* & de ſimili ſtatuto, quod valeat Crauet. pleniſſime *conſ. 610. in pr.* vbi quod nullus dubitat. † Contrarium conſuluerunt Calcan. *conſ. 3. & conſ. 4.* quod eſt Iacobi Putei, & *conſ. 5.* quod eſt Hieronymi Torti, & *conſ. 6.* q; eſt Orlandi Curtii, omnes inter conſilia Calcanei, quia eſt impeditiuum matrimonii, ideo non valet: & in ſimili ſuper ſtatuto Ferrariæ, quod non valeat. Sen. *conſ. 27.* Et in ſtatuto Brixiæ Rimin. Sen. *conſ. 427.* Et in conſtitutione Bononiæ. Marſil. *ſingul. 589.* & pleniſſime Cephal. *conſil.*
319. n. 14. & ſeq. Et ſuper ſtatuto Mutinæ Ant. de Butr. *conſ. 35.* Declara vt *in verb. Statutum circa ſucceſſionem mulierum nuptarum extra*
☞ *territorium excludens eas, quando non habeat locum, vel ſecus. Concl. 677.*
3 † Statutum Laudæ, quod filia dotata à patre, vel fratre non ſuccedat, intelligitur de dotata tempore mortis patris, vel fratris; & quod non ſuccedat, intelligitur, non ſuccedat ei, de cuius bonis eſt dotata. Alex. *d. conſ. 151. in pr. lib. 2.* vbi apoſtilla *in ver. mortis, lib. 2.*
4 † Statutum Laudæ reprobans iuramentum tanquam captioſum adhibitum in contractibus minorum ſine certa ſolemnitate valet; quia eſt pium, & tendit ad remouendum captiones minorum.
5 Bald. *conſ. 148. In caſu propoſito, n. 9. ver. dubitatur, lib. 1.* † Item habet ſtatutum, quod inter conſanguineos, & affines fiant cõpromiſſa, & illis ſtetur præciſe, & quod non poſſit appellari, ſupplicari, & de nullitate dici, & qualiter intelligatur Bald. *d. conſ. 148. n. 9. & ſeq. ver.*
capio punctum, lib. 1. Adde tamen eundem Bald. *conſ. 208.* vbi, quod adſunt tria ſtatuta, primum, vt ſupra, ſecundum, quod nec à confirmatione laudorum poſſit appellari, &c. tertium, quod arbitria mandentur exequutioni, ſed tamen intra quinque dies poſſit dici de iniquitate, & an liget minorem, & de intellectu. Bald. *d. conſil.*
6 *208. lib. 1.* † Item, quod Poteſtas poſſit inquirere de quocunq; crimine, quod intelligitur, præcedentibus legitimis indiciis, non
7 aliter. Fulgoſ. *conſ. 175. Viſis teſtium.* † Conſuetudo Bulgari reſtringens legatum vſusfructus vxori ad alimenta, quando ſunt inſtitu-
8 ti filii, non ſeruatur in Ciuitate Laudæ. Signor. *conſ. 204. in fin.* † Caſtrum, & bona della Serualia in territorio Laudæ, licet fuerint facta exempta, & ſeparata à iuriſdictione Laudæ, tamen reguntur ſecundum ſtatuta Laudenſia ante ſeparationem extantia, prout ☞
prius, ſecus; ſi eſſent ſtatuta noua, quia non extenduntur ad Caſtra ſeparata, & facta exempta. Alex. *d. conſ. 151. nu. 4. & ſeq. ver. præſuppoſita ergo, lib. 2.*

Laudum arbitratoris non eſt ſententia, ſed quædam tranſactio, & æquiparatur contractui, ſecus in laudo arbitri, & in quibus differant. Concl. 18.

LAVDVM † arbitratoris non eſt ſententia, nec habet inſtar iu- 1
diciorum, nec continetur appellatione ſententiæ, ſed dicitur potius quædam tranſactio. Caſtr. *conſ. 260. Viſis compromiſſo, colum. 3. lib 1. ver. circa ſecundum, n. 4.* de quo Fel. *in rubr. de re iud. num. 23.* & quod laudum, ſeu dictum arbitratoris non poteſt dici ſententia, ſed ſi dici poſſet, eſſet diffinitiua, & eo modo regulari deberet, Feder. de Sen. *conſ. 285. in fi. ver. ſi dictum arbitratoris.* † Extende; quia 2
laudum arbitratoris magis aſſimilatur tranſactioni, quam diffinitiuæ ſententiæ. Bald. *conſil. 333. Proponitur, quod inter, in fin. lib. 2.* & quod arbitramentum ſit tranſactio, & ex eo inducatur nouatio. Bald. *conſ. 410. Caſus talis eſt, in fi. ver. ſubtiliter, lib. 5.* & duplicatur *lib.*
5. conſ. 485. Ang. de Peruſ. *inter conſ. Bald. 411. In facto proponitur, in pr.*
lib. 5. Bart. *conſ. 159. Viſa quadam conſtitutione, n. 4. ver. in ſecundo, lib. 1.*
vbi, quod laudum eſt amicabilis compoſitio, & appellatur tranſactio, & propterea dicitur declaratio tranſactionis, qa tranſigunt in compromiſſo, & arbiter declarat. † Extende, quod cõpromiſ- 3
ſum ſit trãſactio. Ang. *conſ. 218. n. 8. ver. & hæc ſufficiunt.* Anchar. *conſil. 207. n. 5.* Vide, *Compromiſſum quid ſit, & eius natura. Concluſ. 497.* † ☞
Et q; etiã laudũ habeat ſe ad inſtar tranſactionis, quia æquiparan- 4
tur laudum & tranſactio. Nellus de Sancto Gem. *inter conſ. Caſtr.*
204. col. 2. ver. ſecundo idem probatur. li. 1. vbi, quod licet laudum non ſit proprie tranſactio, regulariter tamen eſt vera tranſactio, quando aliquid hinc inde datur ex laudo. † Contrariũ, quia laudũ pro- 5
prie non eſt tranſactio, neq; contractus. Bero. *conſ. 173. n. 19. & ſeq.*
lib. 1. † Declara; quia ſi eſt homologatum laudum, tunc dicitur ha- 6
bere inſtar tranſactionis. Goz. *conſ. 94. nu. 9.* & dicitur homologatum, qñ eſt intimatum parti, quę per decem dies non reclamauit. Grat. *conſ. 76. n. 6. lib. 2.* quod dicitur de homologatione, intelligitur, quando eſt validum, ſecus ſi nullum; quia etiam homologatio expreſſa non operatur, niſi interueniat ſtipulatio, & traditio, vt declarat Natt. *conſ. 95. Quidam Franciſcus, in pr.* † Ad idem; quod 7
laudum homologatum bene habeat inſtar tranſactionis, tenet
Soc. *conſ. 85. Conſiliis noſtris, num. 2. lib. 1.* † Declara; quia quod dicitur 8
compromiſſum eſt tranſactio, non tñ proprie eſt tranſactio explicita, ſed quædam tranſactio commiſſa in arbitrium tertii. Socin. *d. conſ. 85. n. 2. lib. 1.* † Declara; quia laudum latum, ſiue ab arbitratore extraiudicialiter, & ſine cauſæ cognitione, non habet vim ſententiæ vllo modo; quia æquiparatur decreto, quod non tranſit in 9
iudicatum. Menoc. *conſ. 91. n. 57. lib. 1.* † Declara; quia poteſt valere 10
laudum homologatum etiã in vim pacti; licet ſit nullum. Afflict.
deciſ. 117. in fine. † Contrarium tenet Bald. *conſ. 427. lib. 1.* quod ſen- 11
tentia lata non conteſtata lite, quæ eſt nulla, non valet in vim pacti, licet partes conſenſerint ſententiæ, niſi in caſu abſolutoriæ; qa cum talis conſenſus ſit pactum nudum, ſolum operatur quoad excipiendum pro abſoluto, non ad agendum. † Declara; & vide 12
plene, *in verb. Brocardum*, quod potui, nolui. *Concluſ. 133. num. 42. &*
multis ſequentibus. Vide, *Laudum homologatũ qualiter valeat. Concl. 26.* ☞
† Amplia; quia laudum arbitratoris differt à laudo arbitri, quia ar- 13
bitratoris æquiparatur contractui, nec continetur appellatione ſententiæ, ſed eſt quædã tranſactio, ſecus in laudo arbitri. Caſtr. *d.*
conſ. 260. n. 4. ver. circa ſecundum, lib. 1. vbi, quod laudum arbitratoris eſt quid extraiudiciale, ſecus ſi arbitri, ideo non habet exequutionem paratam, niſi adſit ſtatutum, vel guarentigia. † Et quod 14
laudum arbitratoris æquiparetur cõtractui, non ſententiæ. Rom. *conſ. 369. Circa primum, n. 22.* vbi apoſt. *in ver. arbitrales*, dat concord. q; arbitramentum & contractus æquiparantur. † Imo idem Rom. 15
* *d. conſ. 369. nu. 15.* dicit, quod communiter *Doctores arguunt de
transactione ad compromiſſum; quia vbi non poteſt tranſigi, ibi
non poteſt compromitti. † Extende plenius per Bart. *conſ. 87.* Fa- 16
ctum tale, num. 2. lib. 1. vbi, quod laudum arbitratoris & compromiſſum acceptatum per arbitratorem dicitur tranſactio, & ſicuti ſtatutum circa præterita non comprehendit p̃terita, quæ ſunt tranſactione deciſa, ita neque compromiſſa in arbitratorem, quia licet pendeat adhuc compromiſſum, tamen quia laudum refertur ad tempus compromiſſi, ideo dicitur tranſactione finitũ negotium, licet laudum feratur poſt ſtatutum, & ibi Bar. dicit *n. 2.* quod compromiſſum eſt perinde, ac ſi partes dicerent, *tranſigimus, in eo, quod*

arbitrator laudauerit. Vide, *Arbitramentū quid sit, & quid laudum, & in*
17 *dubio quid præsumatur. Concl.* 465. † Restringe; quia laudum ēt meri arbitri habet vim sententiæ, qñ statutum mandat lauda arbitrorum mādari exequutioni; quia ex eis tunc oritur actio in factum. Bald. *cons.* 252. *Querulæ preces, n.* 2. *ver. & dico quod etiam, lib.* 1. Cuman.
18 *cons.* 44. *Ab arbitrali sententia, in fin.* Castr. *cons.* 44. *n.* 4. † Et ex tali laudo oritur actio tanquam ex sententia, ideo reductio petitur corā iudice superiori ipsius, qui iudicauit. Bar. *in d. l.* 2. *C. vbi & apud quē.*
19 Cuma. *d. cons.* 44. *in fin.* Castr. *d. cons.* 44. *n.* 4. † Declara tamen; quia licet laudum habeat exequutionē paratam, si non petatur reductio intra 20. dies, tamen non est sententia, quoad hoc, vt debeat ferri, prout sententia. Cuman. *cons.* 7. *Primum videndum. n.* 12. *&* 13.
20 quod est Christophori Castillio. & aliorum. † Et quando laudum est ex compromisso pœnali, licet actio non oriatur, tamen metu pœnæ est seruandum, *l.* 1. *C. de arbitr.* Castr. *cons.* 95. *Considerandum, n.* 2 *lib.* 1. vbi, quod sententia iudicis parit actionem, & exceptionem, laudum facit solum pœnam committi, & sic sunt diuersa. † Declara; quia actio non oritur ex laudo, sed ex compromisso, & sic ex contractu, ideo agens ad reductionem tanquā læsus ex contractu agit coram iudice, coram quo ageret ex contractu. Bart. &
22 Bald. *in d. l.* 2. *C. vbi & apud quem.* Cuma. *cons.* 44. *in fi. ver. præterea.* † Et maxime laudum debet seruari semper, vbicumque est pœnatum cum clausula, *rato manente pacto*, quæ clausula censetur adiecta loco
contemptus. Bald. *cons.* 252. *in fine, ver. & ideo non oportet, lib.* 1. Vide & declara, nisi esset nullum laudum, & homologaretur; quia pœ-
23 na compromissi non habet locum. *Conclus. proxima seq. in fi.* † Restringe; quia laudum arbitri ex necessitate statuti assūmpti accedit magis naturæ sententiæ, quam laudi. Anchar. *cons.* 221. *Discutiendum est, n.* 3. *ver. & certe laudum.* † Amplia; quia ex laudo arbitratoris
24 non transfertur dominium, licet ex sententia transferatur, vel ex laudo arbitri, quia laudum arbitratoris non est sententia. Dec. *consil.* 564. incip. *In causa magnificorum Co. de Montedolio. per tot.* Vide, *Dominium quando & ex quibus contractibus transferatur, vel non. Conclus.*
25 603. † Extende; quia laudum arbitratoris non requirit scripturā; quia non est sentētia, secus in laudo arbitri. Ias. *in l. cum te transegisse, in* 2. *not. C. de transact.* † Restringe; quia bene laudū arbitratoris,
26 quatenus contineat contraria, & repugnantiam, vel sit nullum in parte, annullatur in totum, sicut sententia, & idem, si errorē contineat notorium. Cuman. *cons.* 7. *Primum videndum. n.* 7. *in fin. ver. ad secundum cum sequent.* Anchar. *cons.* 207. *in quæstione, nu.* 7. *& sequent.*
Vide, *Laudum arbitratoris ex quibus nullum reddatur, vel non. Concl.* 30.
27 † Restringe; quia laudum arbitri, vel arbitratoris latum sine causæ cognitione, non auditis partibus, est nullum; sicut sententia, si constare potest, quod sine cognitione sit latum. Cuman. *consil.* 50.
28 *Stante statuto, num.* 3. *ver. ad tertium.* † Amplia; quia laudum arbitratoris valet latum, non citata parte nec partibus præsentibus, licet sententia non valeret, etiam quando statutum dat exequutionem paratam laudo, si non est petita reductio intra 20. dies; quia non propterea est sententia, nisi post 20. dies. Cuman. *d. cons.* 7. *n.* 12. *&*
29 13. quod est Christophori Castil. & aliorum. † Ratio; quia non tenentur arbitri & arbitratores redigere acta in scriptis, nec proce-
* dunt formato processu * communiter Cuman. *dict. consil.* 50.
30 *n.* 3. *ver. alioquin cum non teneantur.* † Limita, quia sententia iudicis, & laudum in hoc æquiparantur, quia sicuti sententia nulla nullam parit actionem, multo magis laudum nullum. Castrens. *consil.*
31 95. *n.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia laudum habet vim sententiæ in hoc, quod petita reductione non præsumitur pro ea, sicut interposita appellatione non psumitur pro sentētia quoad merita, ideo probatio incumbit ei, cui ante incumbebat in prima instantia, quia in hoc à pari procedunt reductio & appellatio. Cuman. *d. cons.* 50. *nu.*
32 4. *ver. & in hac quæstione.* † Limita: quia laudum arbitri licet proprie, & vere non sit sententia. Bald. *in l.* 1. *C. ne liceat tertio prouoc.* Alex. in apost. ad Bart. *in l.* 1. *ff. de arbitr.* Castr. *cons.* 260. *Visis cōpromisso, col.* 3. *lib.* 2. *n.* 4. vbi, quod laudum arbitratoris non est sententia, sed transactio, ideo non habet exequutionem paratam, nisi adsit guarentigia, sed laudum arbitri bene dicitur sententia, & habet exequutionem, iuxta not. *in l. ait prator, §.* 1. *ff. de re iud.* tamen quia arbitria sunt ad instar iudiciorum. *l.* 1. *ff. de iud.* dicitur etiam sen-
33 tentia, *l. a diuo Pio, §. sententiam. ff. de re iud.* † Extende in laudo lato ab arbitris electis ex necessitate statuti, quia dicitur sententia, & instar sententiæ latæ à iudice ordinario habet. Crau. *cons.* 435. *nu.* 27.
34 Anch. *con.* 221. *n.* 3. *ver. & certe laudum.* † Extende, quando laudū est acceptatum à partibus; quia habet vim sententiæ, & si cōtinet tale laudum ad iudicationem bonorum, oritur titulus, sicut ex sententia. Alex. *cons.* 10. *In causa, ad fi. vol.* 2. & ex tali titulo causatur bona fides, *l. pen. C. de euict.* Bart. *in l.* 1. §. 1. *ver. venio. ff. de itinere actuq. priu.* Alex. *cons* 94 *In causa, col.* 3 *lib.* 2. ita quod si bona ad alium perueni-
rent, omnino faceret fructus suos, vsq; ad litis contestationem, §.
si quis à non domino, & ibi gl. & Doct. *Inst. de rer. diuis.* † Declara; quia 35
in dubio laudum arbitratoris censetur latum assumpto officio arbitri, & sic assumpta via æquitatis. Bald. *cons.* 43 *Quidam ser Cecchus, in fine, lib.* 5. vbi dicit hoc esse notabile. Vide, *Arbitramentum quid sit, & quid laudum. Conclus.* 465.

Laudum quam actionem producat. Concl. 19.

ACTIO † personalis oritur ex cōpromisso sequuto laudo con- 1
tra condemnatum, *l. ne in arbitris, C. de arbitr.* sed quando est latum in rem sequuta exequutione, cōpetit actio vtilis in rem. Alex. *cons.* 1. *n.* 5. *& seq. ver. nec prædictis obstat, lib.* 5. † Extende, vt procedat 2
etiam in laudo arbitratoris; quia licet sit facta condemnatio rei, vel sententiarum super dominio, non tamen oritur vtilis actio in rem, sed sola personalis, secus, si esset laudum arbitri, quia producit actionem vtilem in rem. Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum, nu.* 14. *& seq. ff. pro socio.* Innoc. *in c. Quintuallis de iureiuran.* Alex. *d. cons.* 1. *colum.* 2. *lib.* 5. *n.* 5. *& seq.* maxime *n.* 7. *ver. præterea id, quod.* Vide, *Arbiter & arbitrator in quibus differant. Conclus.* 448. *num.* 9. *& per totam.* † 3
Amplia; quia actio non oritur ex laudo, sed ex compromisso. Cuman. *cons.* 44. *in fi. ver. præterea.* Et Vide *in ver. Compromissi tempus, &* 4
non laudi attenditur. Conclus. 517. Vbi, an hypotheca oriatur à compromissi, vel laudi tempore. † Extende; quia imo hypotheca bonorum, quæ est in cōpromisso, qñ pro obseruantia omnium, quæ laudabuntur, obligarunt bona sua, sequuto laudo hypotheca attenditur tempore cōpromissi, non tēpore laudi. *l.* 1. *ff. de arbitr.* vide supra proxime *n.* 3. † Extende, etiam si compromissum fuit proro- 5
gatum ab ipsis arbitris vigore facultatis datæ illis in cōpromisso, quia tunc attenditur tempus compromissi primi, secus si prorogatio esset facta à partibus; ita Bald. *in l. eos, §. Apostolos, C. de appell.* † 6
Restringe; quia ex laudo arbitri bene oritur actio in factum, *l. ne in arbitris, C. de arbitr.* † Declara multis modis, de quibus *in Conclusio.* 7
proxima præced. n. 30. *& seq.* † Amplia; quia laudum arbitri in totum 8
pendet à compromisso, & ideo si compromissum non extat, vel extra compromissum laudetur, non valet laudum. Rom. *cons.* 155. *in princ. vulgata leg. non distinguemus, §. de officio, ff. de arbitr.* † Et ideo 9
laudum nullam producit actionem pro, nec contra illos, qui non compromiserunt. Castr. *cons.* 357. *Primo videndum, n.* 2. *ver. ad secundum lib.* 1. † Extende idem in laudo arbitratoris. Roman. *consil.* 141. 10
Eximie Doctor, ver. superest autem, & consil. 155. † Amplia; quia etiam 11
si extat compromissum de re, tamē super qualis esse non poterat, vel non erat, tunc sicuti compromissum non valet, ita neque laudum, quod pendet à compromisso. Rom. *d. cons.* 155. *in princip.* vbi plena apostilla, *in ver. non potuissent*, vbi *num.* 2. quod semper restringitur ad ea, quæ tempore facti compromissi erant in controuersia, & ibi apost. *in ver. validitatem*, dat concord. † Extende; quia ver- 12
ba generalia non continent ea, quæ secundum præmissa non potuissent compromitti, *l. si pater. ff. ad municip.* Rom. *d. cons.* 155. *num.* 2. *& num.* 3. vbi apostilla prædicta, *in ver. non potuissent.* † Et laudum 13
homologatū si est nullum, homologatio substinetur vt pactum, vel transactio, & tunc non agitur ex compromisso, seu laudo, sed ex homologatione, ideo contraueniens laudo nullo homologato non incidit in pœnam. Rom. *d. cons.* 155. *n.* 5. *& seq.* Vide Conclusionem proximam præcedentem. Vide, *Laudum arbitri vel arbitratoris quando transeat in iudicatum, vel non. Concl.* 27. Vide, *Laudum arbitri qualiter exequendum & contra quos. Concl.* 28.

Laudum sub conditione, vel modo valet, & quando non. Concl. 20.

VALET † laudum latum sub conditione, vel modo continente 1
causam finalē, quod aliquid faciat vna partium, & sit hæres, alias si non faciat illud, non sit hæres. Bald. *cons.* 150. *Proponitur. quod quidam. n.* 4. *ver. quinto quæritur, lib.* 5. † Declara, quod arbiter potest 2
ferre laudum sub conditione, vel sub modo implendo, vt quis sit hæres, alias sit altera pars, quando illa conditio, vel modus cadit, & venit in compromisso, alias si est extra compromissum, non valet, tanquam quod fuerit latum extra compromissum. Bald. *d. consil.* 150. *n.* 5. *ver. sed dubia hæc, lib.* 5. *vsque ad n.* 8. & maxime *nu.* 7. *ver. & super hoc dico*, vbi, quod ex auctoritate ampla, vel stricta inducitur validitas, seu nullitas laudi conditionalis, & idem tenet Castrens. *cons.* 25. *Licet satis copiose, n.* 3. *ver. circa secundum, lib.* 1. † Amplia; quia 3
valet laudum latum sub conditione, si Titius condemnatus intra mensem voluerit audiri, quod fiat nouum compromissum. Zab. *cons.* 29. quod est Collegii Paduan. quod est *inter consilia Ancar.* 208. & idem consuluit Ancar. *cons.* 207. Vide, *Sententia conditionalis quando, &*

do, & qualiter valeat, vel non. Conclus. 108. Vide, *Sententia incerta est nulla, & qualiter procedat. Conclus.* 138.

Laudum arbitratoris, & arbitri qualiter interpretandum. Conclus. 21.

1 LAVDVM † arbitratoris simpliciter latum contra Titium debet interpretari eo nomine, quo Titius compromisit; ideo si compromisit, vt procurator nomine alieno, eo nomine censetur latum laudum. Bald. *consil.* 210. *Quæritur, vtrum filius, num.* 2. *ver. secun-*
2 *do quæritur, lib.* 2. † Et secundum qualitatem personarum compromittentiũ restringitur; nam fratres compromittentes, tanquam hæredes patris, & nomine proprio, non censentur compromittere tanquam hæredes sororis; ideo laudum generale, & generalissimum absolutionis non comprehendit hæreditatem sororis, plene Ang. Aretin. *consil.* 71. *Viso dicto Themate, per tot.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur, & tollit contraria, maxime, quando nihil
3 de iure hæreditario sororis fuit deductum. † Et laudũ continens, quod procuratores partium debeant compromittere, intelligi debet de procuratoribus præsentibus, & cõstitutis tempore laudi, non autem de aliis. Bald. *consil.* 138. *in Ciuitate Venetiarum, in fin.*
4 *lib.* 2. † Amplia; quia declarationi arbitri, vel arbitratoris statur, quando verba sunt dubia, qualiter intellexerit, & si constat ex testificatu ipsius, & Notarii, illi statur. Castr. *consil.* 389. *In quæstione,*
5 *quæ vertitur, per tot.* maxime *in fin. lib.* 2. † Et secundum mentem arbitrorum fit interpretatio, *l. qualem, §.* 1. *ff. de arbitr.* Castr. *consil.* 116.
6 *col.* 2. *ver. constat autem, lib* 1. † Amplia; quia si loquitur per verba, *vsque in præsentem diem,* non debet trahi ad futura. Corn. *consil* 52. *In*
7 *hac consultatione, num.* 11. *ver. Item constat, lib.* 1. † Amplia; quia argumentum à contrario sensu licitum est sumere in interpretatione laudi, maxime, quando concurrit mens verisimilis: veluti si dicatur, quod aliquis sit exemptus durante descriptione facta; quia ea cessante cessat à contrario exemptio. Bald. *consil.* 142. *Quidam do-*
8 *minus Pasinus, num.* 2. *ver. subsequenter, lib.* 2. † Amplia; quia in dubio interpretari debet latum per arbitratorem assumpto officio arbitri, & sic æquitatis, & iustitiæ magis, quam meri arbitratoris.
9 Bald. *consil.* 43. *Quidam ser Cecchus, in fin. lib.* 5. † Amplia; quia laudum arbitri debet interpretari secundum iuris dispositionem, sicut sententia iudicis, iuxta not. in *l. miles, §. decem, ff. de re iud.* Anch. *consil.* 6. *Viso Themate, nu.* 4. ex quo lauda sunt adinstar Iudiciorum, & ideo sicut sententia interpretatur secundũ mentem proferentis, & ne contineat iniustitiam, vel absurdum; ita etiam laudum.
☞ Castrens. *consil.* 357. *num.* 2. *ver. sed quæro, & num.* 3. *lib.* 1. Vide, *Verba sententiæ iudicis secundum iuris dispositionem sunt intelligenda. Concl.* 97.
10 † Amplia; quia stricte sunt interpretanda verba laudi; quia si consideratur vt sententia, stricte intelliguntur. Bart. *in l. Iulianus verum, col.* 3. *ff. de cond. indeb.* siue vt contractus, & idem, *l. quicquid adstringenda, ff. de verb oblig.* Alex. 46. *Visis & mature, num.* 6. *lib.* 1. Cæpolla *consil.* 57. *Duo fratres num.* 5. Castr. *consil.* 295. *Viso supradicto, nu.* 4. *lib.* 1. Curt. Iun. *consil.* 74. *Præsupponitur in facto, num.* 11. *ver. Item succedit.*
11 † Declara tamen; quia verba generalia generaliter sunt intelligenda in laudo; ideo quando in laudo sit quietantia, & finis generalis de omni eo & toto, &c. & pro quacunque causa, quæ quomodolibet dici, vel excogitari posset cum scriptura, vel sine, publica, vel priuata, includit omnia tum propter verba generalia, *l. Iulianus, in princ. ff. de leg.* 3. *l. in fraudem, §. fin. ff. de testament. milit.* tum etiam, quia generalitas subiecta post specialem specificationem operari debet generaliter. Bart. *in l. Aurelio, §. Caius in* 6. *quæst. ff. de liber. legat.* & quia alias talia verba generalia nihil operarentur. Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt.* Castr. *consil.* 333. *Dubium videtur, lib.* 2. Alexand. *consil.* 42. *Supra præmisso Themate, col.* 4. *ver. quinto pondero, lib.* 1. & *consil.* 11. *Viso ac vt oportet considerato, lib.* 2. & *consil.* 177. *Visis & ponderatis, l. b.* 6. Vide Bart. & Doct. *in l. si de certa. C. de transact.* vbi de hac
12 materia. † Extende; quia non comprehendunt verba generalia liberationis laudi fideicommissum, quia est ius de futuro. Cuman.
13 *consil.* 142. *num.* 2. & *per tot.* † Extende; quia non trahitur ad incogitata, & non discussa ex quacunque generali clausula. Paris. *cons.* 20. *num.* 82. & *multis seq. lib.* 1. Ias. post Angel. quem citat *consil.* 160. *Visis, num.* 7. *lib.* 4. vbi dicit esse generale in omni dispositione, & in
☞ terminis laudi Ias. *consil.* 171. *Visis, col.* 4. & 5. *lib.* 2. Vide, *Consensus non*
14 *trahitur ad ignorata, & incogitata, & quando secus. Conclus.* 754. † Extende; quia non debet extendi ad nõ expressa, sed restringi ad causas expressas, quia verba laudi, & cuiuslibet sententiæ non comprehendunt, neque operantur, nisi quatenus de necessitate ex eis infertur. Alexand. *consil.* 123. *Discussis, num.* 7. *lib.* 4. Dec. *consil.* 348. *De duobus, col. fin. in fin.* Fulgos. *consil.* 140. *Præsupponitur, colum. pen. ver.*
☞ *ad secundum.* Vide, *Sententia qualiter interpretari debeat. Conclus.* 126.

† Extende; quia de sui natura laudum stricte interpretatur; quia 15
derogat iurisdictioni ordinariæ, prout in delegata iurisdictione. Castrens. *consil.* 357. *Primo videndum, num.* 2. & 3. *lib.* 1. † Amplia; quia 16
enunciatiua verba laudi probant, quando est prolata partibus præsentibus. Vide, *Verba enunciatiua conditionaliter prolata non probant, & quando secus. Conclus.* 82. † Amplia; quia contrarietas omni- 17
no vitanda est in laudi interpretatione. Castrens. *consil.* 116. *Viso compromisso, col.* 2. *in princ. lib.* 1. Vide plenius, *Sententia qualiter interpretari debeat. Conclus.* 126.

Laudum arbitri, & arbitratoris qualiter & quibus verbis ferri possit, vel non. Conclus. 22.

LAVDVM † arbitri & arbitratoris potest ferri, & pronunciari 1
tam in prima persona, quam in tertia, & tam in singulari, quam plurali, videlicet: *ego arbiter dico, & laudo*, vel, *talis arbiter laudauit*, vel, *N. arbitri laudamus.* Imol. *in l. diuortio, col.* 4. *ff. solut. matrim.* † Amplia; quia potest ferri in scriptis, & sine scriptis. Cu- 2
man. *consil.* 143. *num.* 1. *in fin.* quod intellige de laudo arbitratoris; secus de laudo arbitri. Ias. *in l. cum te transegisse. in* 2. *not. C. de transact.* Vide, *Sententia debet ferri in scriptis, & iudice sedente. Conclus.* 133.

Laudum debet notificari, vt noceat, & quando secus. Conclus. 23.

LAVDVM, † per quod aliquis condemnatur ad aliquid dan- 1
dum, vel faciendum, non præiudicat, neque currit tempus, nisi à die notificationis laudi. Bart. *consil.* 230. incip. *D. Iacobe, lib.* 1. per text. in *l.* 3. §. *si hæredi*, & ibi Bartol. *ff. de statu lib.* facit text. in *l. tali. in princip. ff. de iure dot.* Iason in *l.* 1. *colum.* 2. *ff. si quis cautio*, vbi congerit plura similia. † Et Florentiæ est sine controuersia, quia extat 2
statutum sub *rubr. de notificat. laudi, lib.* 2. *cap.* 68. *ad fin. ver. terminus appositus in laudo*, super quo statuto, & qualiter intelligendum sit, potius secundum mentem, quam secundum verba, quia male est compositum, plene Castrens. *consil.* 310. *Videtur dicendum, per tot. lib.* 1. † Et quod pœnam laudi non incurrat condemnatus ex lau- 3
do, nisi facta fuerit interpellatio. Bald. *consil.* 207. *Factum super quo, lib.* 5. † Declara, nisi esset ratificatum, & approbatum expresse, vel 4
tacite, vt quia laudata ad sui fauorem non implens consequutus fuisset; quia lapso termino incurrit pœnam. Castrens. *consil.* 116. *Viso compromisso, in princ. lib.* 1. Vide, *Statutum circa intimationes faciendas quando habeat locum, vel non. Conclus.* 576. Amplia; quia prorogatio compromissi necessario est intimanda partibus. Vide, *Intimatio necessaria multis casibus. Conclus.* 339. † Limita; quia licet lau- 5
dum non notificatum, vel non ratificatum Florentiæ sit nullum; tamen hoc procedit in laudo de recenti: secus in laudo antiquo; quia per temporis diuturnitatem præsumitur notificatio; quia est solemnitas extrinseca, *l. si filius, C. de petit. hæred. l. qui aliena, in fin. ff. de acquir. hæred.* & in propriis terminis Dec. *consil.* 375. Doct.* com- *
muniter in *l. sciendum. ff. de verbor. obligat.* vbi Iason latissime. Felin. *in cap. sicut. de re iud. num.* 36. Alexand. *consil.* 17. *lib.* 4. Aretin. *consil.* 36. † Et in proposito longum tempus videtur esse decem annorum, 6
prout videtur requirere text. in *d. l. si filius, C. de petit. hæred.* & ibi Castrens. Vide, *Intimatio necessaria multis casibus. Conclus.* 339.

Laudum ex quibus arguatur iniustum, & ex quibus non. Conclus. 24.

INIVSTVM † dicitur laudum, si feratur inter sorores super hæ- 1
reditate patris, & non mandetur fieri collatione dotium, quæ debet fieri pro æqualitate seruanda. Ruin. *consil.* 162. *num.* 10. *lib.* 2. Iason in *l. vt liberis, num.* 5. *ver. & considera, C. de collat.* Vide, *Collatio dotis quando & qualiter fiat. Conclus.* 418. † Extende, si compromis- 2
sum est de iure, & pronuncietur non de iure, etiam si pro bono pacis fiat. Vide, *Pax, & pacis causa habet multa specialia. Conclus.* 173. † Extende; quia dicitur iniustum, & reducendum, si arbitri de- 3
clarassent legata pia debere deduci ante legitimam, quia esset reducendum. Alexand. *consil.* 83. *num.* 2. *lib.* 4. & *consil* 18. *Non minuitur legitima, eodem lib. & consil.* 45. *num.* 11. *lib* 1. *ver. quoad quartum.* † Ex- 4
tende, si feratur inter fratres super diuisione, & mandet diuisionem fieri inæqualem; quia dicitur iniquum, & debet reduci ad arbitriũ boni viri. Bart. in *l. si societatem. §. arbitrorũ, n.* 28. *ver. sed quæro. ff. pro socio*, vbi Salyc. *n.* 24. Abb. *cons.* 63. *Venio ad primũ, n.* 3. *lib.* 1. † Ex- 5
tende; quia laudũ dicitur iniquum, in quo arbitri, vel arbitratores condemnarunt ad cambia sicca, quia sunt à iure reprobata, tanquam nutritiua peccati, & sapientia vsurã, vt per Angel. de Clauar.

in *summa super verbo, vsura, ver.* 54. licet enim cambia realia sint licita, vt per Laur. de Rodulph. in *c. consuluit, in 3. part. q. 1. de vsur.* & in d. summa Ang. *ver. vsura, num.* 53. tamen sicca sunt improbata, vt supra, nec iustificatur laudum ex consensu debitoris, quia est contra ius publicum, *l. pacta quæ contra. C. de pact.* quia declarant deberi, vel non posse repetere, quod est improbatum à iure. Vide, *Cambia, &* 6 *recambia mercatorum quæ, & an sint licita. Concluſ.* 11. † Declara; quia si creditor passus est damnum, vel amisit lucrum, debet probare necessaria; quia sola conuentio, & taxatio partium non releuat. Dec. *conſ.* 39. *Iuridicâ, & conſ.* 322. *Viſis, in* 2. *dubio.* Laur. de Rudolph. *d. cap. consuluit, in* 2. *part. quæſt.* 53. ideo potest reseruari ius creditori 7 super suo interesse de iure debito. † Amplia; quia laudum notorie iniustum dicitur nullum; quia si continet enormissimam læsionem, continet dolum re ipsa. Socin. *conſ.* 283. *Eleganter. num.* 11. *lib.* 2. Vide, *Reductio laudi ad arbitrium boni viri semper datur, quando* 8 *extat enormis læsio. Concl.* 74. † Extende; quia dicitur iniquum, si arbitratores in plus condemnant, quam pars petat in suo libello, veluti si pars dicat, socium teneri reddere administrationem pro nouem annis, & ipsi condemnant pro vndecim. Alex. *conſil.* 131. *In* 9 *causa vertente, num.* 7. *ver. nunc est videndum, lib.* 2. † Extende idem, si laudum inter socios, quorum vnus posuit capitale, alter operas, condemnat ad reddendam rationem, & soluendum, saluo semper capitali eius, qui posuit pecunias; quia est inductiuum vsurarum, & iniquum. Alex. *d. conſil.* 131. *nu.* 8. *ver. secunda ratione, l. b.* 2. *& nu.* 10. 10 *ver. præterea posito.* † Extende; quia vbicunq; ex actis constat, quod arbitrator, vel arbiter aliquem condemnat, quem debuit absoluere, semper laudum redditur iniustum, & iniquum. Alex. *d. conſ.* 131. 11 *n.* 11. *& seq. ver. probatur etiam, lib.* 2. † Extende; quia non potest dari tam lata potestas arbitro, vel arbitratori, etiam si dicatur, quod possit in magna, & maxima quantitate auferre ab vno, & dare alteri, & lædere enormiter, & enormissime; quia partes cum iuramento promittunt non contrauenire, & non reclamare; quia adhuc si lædat enormiter, potest peti reductio, & debet laudum reduci, nedum, quando constat de enormi læsione ex actis, & sic de dolo; sed etiam si esset solum in lata culpa. Alex. plene *d. conſil.* 131. *n.* 12. *& seq.* vbi apostill. *in ver. reductio,* dat plurimos concord. *lib.* 2. 12 † Amplia; quia vbi est læsio in sexta parte, vel in tertia, vel arbitrio iudicis, laudum dicitur iniustum, & potest peti reductio. Alexand. 13 *d. conſil.* 131. *n.* 13. *& seq. lib.* 2. † Et sufficit probare solam læsionem, & non est necesse, quod is, qui reclamauit, probet, quod æquum erat * eum debuisse absolui secundum * communem opinionem. Alex. 14 *d. conſil.* 131. *in fin. lib.* 2. † Et non creditur arbitris, vel arbitratoribus, nisi aliunde probent. Alex. *d. conſil.* 131. *in fin. lib.* 2. † Restringe, quando iniustitia non ascenderet vsque ad sextam partem; quia licet sit arbitrarium iudici; non tamen reducit pro minori summa. Alex. *in l. si quis arbitratu, in fin. ff. de verb. oblig.* vbi alios allegat, Castrens. *conſil.* 215. *Primo videndum, num.* 3. *quarto videndum, lib.* 2. vbi, quod si est læsiuum vltra sextam partem, dicitur iniustum, & 16 datur reductio ad arbitrium boni viri. † Limita; quia non potest dici iniquum ex eo, quod nõ appareat super pronunciatis, & laudatis aliqua probatio recepta per arbitros; quia potuit esse notorium eis, licet non sit scriptum, vel potuerunt moueri ex confessione partis viua voce facta, vt per Afflict. *decis.* 28. *num.* 4. *& seq.* 17 Roland. à Vall. *conſil.* 70. *num.* 16. *lib.* 1. idem Afflict. *decis.* 47. † Extende; quia laudum diuisorium præsumitur iustum, & cuilibet partium attribuisse æquales portiones. Dec. *conſil.* 41. *In causa, col.* 1. 18 Socin. *conſil.* 98. *Viſis instrumentis, col. fin. lib.* 1. † Et procedit extensio, etiam si in laudo dicatur, quod bona debeant mensurari, vt videatur, an sint plus, vel minus; quia non propterea dicitur iniquum, nec debet reuocari, sed habenda est ratio mensuræ, vt per Alex. *conſil.* 8. *Videtur fortaſſe, lib.* 4. Oldrad. *conſil.* 196. *In concesſione.*

Laudum quando homologatum dicatur. Concl. 25.

1 LAVDVM † dicitur homologatum, si partes illud acceptarunt, postquam est latum, siue expresse, siue tacite acceptatio fiat. Fulgos. *conſil.* 144. *Syndici Communis, ver. ad quartum.* imo, quod homologatio tacita, quæ resultat ex facto, magis efficax dicatur. Vi- 2 de, *Facto non minus, quam verbo elicitur consensus. Concl.* 15. † Extende, quando partes sunt præsentes laudo, quando profertur; quia in vim taciti compromissi substinetur. Menoch. *conſ.* 381. *n.* 15. vbi citat Abb. Corn. Soc. Goz. & alios, & *n.* 18. dicit procedere, etiam si laudatur extra compromissa. † Amplia, vt etiã inducatur homo- 3 logatio, si partes compromittentes de nouo dixerunt, *sine præiudicio laudi dati,* vel, *quod illi non præiudicetur,* vel quid simile, per quod elici possit rata approbatio. Fulgos. *d. conſ.* 144. *n.* 3. *ver. quinimo verbis.* 4 † Amplia, quando pars vna petit executionem laudi, altera offert se paratam stare laudo; quia inducitur homologatio. Goz. *conſ.* 98. *n.* 19. *& seq.* † Extende; quia homologatio inducitur, si domus ad- 5 iudicata ex laudo habitatur. Castr. *conſil.* 116. *in princ. & col.* 2. *ver. concludo, lib.* 1. † Amplia idem in laudo; quia etiam si esset latum vltra 6 compromissa, & partes homologarent, valebit in vim pacti Petr. Surd. *conſ.* 136. *n.* 54. *& seq.* vbi, quod in vim contractus fit iste consensus, & idem dicit Rom. *conſ.* 173. *Pro decisione, in fin.* & plenius *conſ.* 175. *Dictum vltimum, n.* 4. vbi apost. *in ver. pacti,* dat concord. Vide *concluſ. prox. seq. n.* 8. *& seq.* † Restringe, quando homologatio, 7 vel acceptatio fieret in partibus fauorabilibus; quia non præiudicat. Dec. *conſil.* 475. *n.* 32. *ver. post laudum vero.* † Declara; quia quando 8 homologatio valet, vel facit valere laudum, quod esset nullum, necesse est, quod consensus concurrat in forma cõtractus, & omnes exceptiones, quæ contra pactum competere possunt, competunt contra homologationem. Pet. Surd. *d. conſ.* 136. *n.* 53. *& seq.* maxime *nu.* 56. † Restringe in sententia criminali, per quam quis in perso- 9 nam punitur; quia neque vt pactum, vel conuentio valere potest, si nulla est, & consensus partium nihil operatur, plene Abb. *conſil.* 92. *lib.* 1. *in princ. & per tot.* † Amplia; quia is, qui recepit rem 10 sibi ex laudo adiudicatam, dicitur homologare laudum. Crauett. *conſil.* 237. sequitur Vrsill. in *addit. ad Afflict. deciſ.* 117. *n.* 2. *in fin.* Castr. *conſ.* 116. *Viſo compromiſſo, col. pen. ad fin. lib.* 1. Vide, *Ratificatio ex multis* 11 *factis inducitur, & quibus. Concluſ.* 11. † Amplia; quia laudum dicitur confirmatum, si est ratificatum tacite, vel expresse, vel quando est notificatum, & non reclamatum; quia habet vim sententiæ. Ruin. *conſ.* 14. *n.* 14. *lib.* 2. † Amplia; quia scientia laudi etiam inducit ho- 12 mologationem, quando intra decem dies debuit reclamare, & non reclamauit. Bero. *conſil.* 33. *n.* 7. *lib.* 3. † Amplia; quia obseruan- 13 tia laudi inducit tacitam ratificationem. *l. Paulus. ff. rem rat. hab.* † Amplia; quia eo ipso, quod laudum est latum partibus præsenti- 14 bus, & non contradicentibus, dicitur homologatum. Ang. in *l. sciendum. ff. de verb. oblig.* Socin. *conſil.* 66. *Viſo, lib.* 4. ita consuluerunt Excellentes Iureconsulti Florentini, Dominicus Bonsius, Io. Victorius Soderinus, Nicolaus de Altouitis, vbi concludunt, quod licet laudum latum stãtim facto compromisso sit nullum; tamen fallit, nisi partibus præsentibus, & non contradicentibus fuerit latum; quia valet, & ideo multo magis valere debet, si expresse approbatum fuerit. Extende multis modis, de quibus infra *Concluſ. prox. seq. num.* 40. *& seq.* † Amplia in sententia; quia licet sit nulla; 15 tamen si approbetur per partes, valebit in vim pacti. Zabar. *conſil.* 74. *col. fin. ver. ad tertium,* latissime Felin. *in c. significasti, de foro compet. num.* 7. vbi sequitur Zabar. *ver. adde etiam Card.* plene Abb. *conſ.* 92. *in princ. lib.* 1. plenius *concluſ. prox. seq. nu.* 8. *& seq.* Vide, Brocardum, *quod potui, nolui.* Concl. 133. *num.* 43. *& seq.* † Declara, vt procedat, 16 quando interuenit consensus cum traditione, alias non. Bald. *conſil.* 427. *lib.* 1. *per tot.* † Extende; quia potest per approbationem sen- 17 tentiæ nedum renunciari appellationi, sed etiam nullitati. Ioan. de Anan. *conſil.* 50. sequitur Vrsill. *in addit. ad Afflict. deciſ.* 91. *num.* 12. † Contrarium, quod nõ sit in potestate partium conualidare sen- 18 tentiam nullam. Dec. *d. conſil.* 475. *num.* 35. & maxime, quando est nulla, quia substantialia deficiunt. Bald. plene *conſ.* 427. *lib.* 1. † De- 19 clara vt per Dec. *conſil.* 475. *In causa, quæ Mantua. nu.* 34. quia si nullitas sententiæ, vel laudi respicit fauorem partium, possunt homologando renunciare, & valebit vt sententia, si vero respicit fauorem publicum homologatio operatur, quod valeat in vim pacti, quando partes sciunt, & possunt disponere, & interuenit stipulatio. Vide eum *num.* 33. *& mult. seq.* vbi pulchre loquitur. † Contra 20 declarationem, quod imo cum iuramento renunciatio facta nullitati conualidet sententiam nullam, quando nullitas nõ esset, tanquam lata die feriato in honorem Dei. Vrsil. in *addit. ad Afflict. deciſ.* 117. *num.* 4. vbi citat Angel. *conſil.* 187. *Hic punctus,* & alios, quos videas. † Restringe; quia qui non potest compromittere, non po- 21 test approbare laudum in vim pacti. Socin. *conſil.* 18. *num.* 39. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 375. *col. pen.* † Limita; quia in iis, quæ non possunt deduci 22 in pactum, & transactionem, non possunt etiam compromitti, & homologatio non valet, prout prohibita alienari; quia si compromittantur, non valet compromissum; neque laudum, neque homologatio; quia deficit potestas, prout in simili Bero. *conſil.* 30. *n.* 20. *& n.* 30. *lib.* 3. vbi, si agitur de succedendo, quia successio pacto dari non potest, non valet homologatio per pactum; idem, si agatur de eo, super quo non potest transigi, prout super re clara; quia non valebit etiam homologatio ad laudum nullum. Vide plura in *ver. Fideicommiſſum quando valeat in bonis hæredis instituti. Concluſ.* 245. † Et quod homologatio nihil operetur, nisi in iis, in quibus pos- 23 sunt partes disponere. Dec. *conſil.* 475. *num.* 33. *& in cap. examinata, num.* 3. *ver. & notandum est, de confirm. vtili, vel inutili,* vbi plures allegat, & *conſ.* 488. *In causa, num.* 13. *& in fin.* Abb. *in cap. examinata, n.* 4. † Et in sententia corporis afflictiua; quia non potest quis con- 24

tra se

ita se ratificare; quia nemo dominus est membrorum suorum.
25 Abb. *cons.* 92. *lib.* 1. † Limita, quia homologatio generalis non operatur quoad laudata nulliter super iure succedendi; quia sicut pactum non valeret de successione; ita nō valet homologatio laudi. Bero. *cons.* 30. *n.* 20. *& n.* 30. *cum seq. lib.* 3. vbi declarat. † Et idem,
26 quando pactum esset de successione, quæ pacto dari non potest, quia tunc homologatio laudi nihil releuat; quia non valeret tale pactum de se, ita Ant. de Butr. *cons.* 76. *&* 77. quem refert, & sequitur Bero. *cons.* 30. *n.* 20. *& seq. lib.* 3. vbi, quod ratificatio laudi generalis non comprehendit turpia, neque prohibita in laudo expressa, & de quibus non est factum, nec po uit fieri compromissum.
27 Dec. *consil.* 488. *In causa, n.* 18. *& in fin.* † Et idem, quando laudum est latum ab inhabili, puta fratre minore; quia non potest ratificari; quia non potest sanari defectus personæ. Dec. *consil.* 499. *In causa, quæ Parpiani, num.* 13. *& in fin.* vbi, quod dato, quod conuentio valeat, vt conuentio, non habebit executionem datam laudo, sequitur apostill. ad Dec. in *cap. de causis, n.* 8. *ver. virtute pacti, de offic. de-*
28 *leg.* Socin. *consil.* 101. *nu.* 5. † Extende, quando agitur de feudo, de quo homologantes non possunt disponere. Socin. *consil.* 87. *lib.* 3.
29 *n.* 8. *& seq.* † Extende, quia laudum non potest facere hæredem eum, qui non est, neq; pro maiori parte, quam de iure sibi debeatur. Castr. *cons.* 72. *Dubitatio, n.* 2. *lib.* 1. vbi, quod bene potest adiudi-
30 care omnia bona vni. † Restringere videtur Dec. in arbitratore. *d. c. de causis, num.* 8. *de off. deleg.* sed loquitur, quod possunt partes so-
31 lemnia iudicii tollere. † Limita; quia homologatio laudi non ex-
☞ tendit in aliquo laudum, vel contenta in eo. Vide, *Ratificatio non*
32 *extendit actum, qui ratificatur ad speciem non inclusam. Concl.* 15. † Limita; quia homologatio, vel approbatio laudi nō operatur, nisi sit validum, alias si est nullum, nihil operatur. Dec. *cons.* 475. *n.* 28. *&*
seq. ver. tertio principaliter. Bald. plene, & ibi posui concord. *cons.* 309.
33 *Cum essent plures, lib.* 1. Extende, † quia imo non potest laudū nullum per homologationem approbari, vt valeat tanquam laudum. Dec. *cons.* 475. *n.* 32. *in fin. cum seq. ver. præterea etiam, & n.* 35. *ver. ex hoc confirmatur.* Rom. *cons.* 155. *n.* 3. *&* 4. vbi apostill. in *ver. ratificari*, quæ
34 allegat plures concord. † Limita in arbitramento, seu laudo arbitratoris, quia homologatio requirit stipulationē, vt valeat. Anch.
35 *cons.* 249. *In quæstione, n.* 4. † Et quod requiratur traditio, vel stipulatio, vt inducatur homologatio. Bero. *cons.* 30. *n.* 1. *&* 17. *lib.* 3. &
Abb. *cons.* 92. *Contra sententiam, lib.* 1. & maxime in laudo arbitrato-
36 ris. Anch. *cons.* 249. *In quæstione, n.* 4. † Declara, vt per eund. Natt.
d. cons. 95. *in princ. n.* 3. *& seq.* quia de iure ciuili requiritur traditio,
37 vel stipulatio; secus de iure Canonico. † Limita secus esse, si homologatio fiat, antequam sit laudum latum, vel sententia, quia
non præiudicat. Dec. *consil.* 475. *In causa quæ Mantuæ, num.* 32. *ver.*
☞ *nam illa approbatio.* Vide, *Emologatio quid sit, & operetur. Concl.* 229.
Vide Conclus. prox. seq.

Laudum homologatum qualiter valeat. Concl. 26.

1 LAVDVM † ratificatum, seu homologatum habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, & sicut non potest deueniri contra rem iudicatam, *Lres iudicata. ff. de reg. iur.* ita nec contra laudum ratificatum, quod dicitur transactio. *l. non minorem.* vbi Salyc. Alex. & alii. *C. de transact.* & quod dicatur transactio, tradit Dec. *cons.* 60. *num.* 3.
2 late Socin. *cons.* 85. *n.* 1. *lib.* 1. Vide infr. in *ver. Declara plenius, quia operatur.* vbi concord. *num.* 26. *& seq.* † Et quod laudum latum extra compromissa valeat, si fuit homologatum. Castr. *consil.* 204. *in fin.*
3 *lib.* 1. quod est Nelli de S. Gemin. † Amplia; quia ratificatio facta à procuratore habente mandatum speciale ad compromittendum
☞ &c. sufficit; quia per talem clausulam dicitur etiam habere mandatum ad ratificandum ex stylo formulari, maxime, quando fuit postmodū facto executum; quia maior est ratificatio facto, quam verbis; vnde ab eo recedi non potest, sicut nec à transactione, cui assimilatur. Dec. *d. cons.* 60. *n.* 1. *&* 3. quia sicuti quis facto ratificare dicitur emptionem suo nomine factam, si percipit fructus. Alex.
cons. 88. *In causis, col. pen. lib.* 1. Dec. *cons.* 48. *& cons.* 329. *n.* 3. ita eadem ratione dicendum videtur, quod per continuā habitationem domus adiudicatæ per laudum ratificatio eiusdem laudi inducatur.
☞ Crau. *consil.* 55. *n.* 5. Roland. à Vall. *cons.* 6. *n.* 45. *lib.* 2. Vide, *Facto non*
4 *minus, quam verbo elicitur consensus. Concl.* 15. † Contrariū, quod imo procurator habens mandatū expressum ad ratificandum laudum, antequam sit latum, nō possit ratificare laudum, si esset iniquum; quia in mandato inest clausula, quod salua sit bona fides, *l. creditor. §. Lucius. ff. mand.* Bald. *in l. fin. C. de contrah. empt.* Alex. in *l. quod de*
☞ *bonis. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* Abb. *consil.* 18. *col.* 2. *num.* 2. *ver. nec obstat ho-*
mologatio. lib. 2. Vide, *Ratificari non potest laudum arbitri, antequam fe-*
5 *ratur. Concl.* 19. Vide, *Reductio ad arbitrium boni viri coram quo petenda. Concl.* 67. † Et si est dubium, an sit æquum, vel iniquum laudum, debet procurator consulere principalem, antequam ratificet, argum. *l. Quintus. ff. mand.* Alex. *in l. quod debuit. § fin ff. ad l. Falcid.*
& dicit menti tenendum; quia Bononiæ sæpe contingit. † Imo 6
talis ratificatio procuratoris facta post latum laudum non nocet
domino, si enormissime læsus esset. Dec. *consil.* 60. *in fin.* † Decla- 7
ra; quia si procurator ad compromittendum ratificat laudum nulliter latum, non valet ratificatio; si tamen principalis habuit notitiam ratificationis; & pēnes se habuit, & non contradixit, bene conualidatur. Abb. *d. cons.* 18. *num.* 4. *col.* 3. *ver. item & secundo. cum seq.*
lib. 2. † Amplia; quia laudum etiam nullum homologatum, & ap- 8
probatum à partibus valebit in vim pacti. Petr. Surd. *cons.* 136. *n.* 54.
qui loquitur, quando erat nullum; quia latum extra compromissa.
Corn. *consil.* 125. *Primo aspectu, per tot. lib.* 2. sequitur Gozad. *consil.* 98.
num. 19. *&* 20. plene Dec. *in cap. prudentiam, num.* 20. *de off. deleg.* vbi
citat plures. † Contrarium dicit Dec. *consil.* 474. *prope fin. n.* 8. quod 9
si laudum est nullum; quia extra compromissa latum, non valet, neque potest conualidari consensu partium, quin possit nullitas opponi etiam stante statuto, quod non possit opponi de nullitate; quia non intelligitur de ista. Vide Antonium de Butr. *cons.* 76. *n.* 2.
vbi apostill. in *ver. potestatis.* Dec. in *d. cap prudentiam, num.* 19. *ver. in*
tertia quæst. de off. deleg. vbi plures citat, quod non validatur sententia vt sententia, & hoc ponit pro regula, & limitat pluribus modis, vt ibi late Roman. *consil.* 155. *Præmissum laudum, num.* 4. vbi plene
apostill. in *ver. ratificari.* dat concord. Bald. *consil.* 101. *in fin lib.* 3. *ver.*
& dico d. laudum. Gabriel. *de sent. conclus.* 2. *n.* 10. & idem tenet Marsil. *in praxi, §. diligenter. num.* 186. *& seq.* quia ex actu sequenti non
☞ validatur præcedens nullitas. Vide, *Laudum arbitri ex quibus nullum*
dici possit. Conclus. 29. *num.* 20. *& seq.* † Declarat Corn. *d. consil.* 125. 10
n. 9. *& seq. lib.* 2. quod non valet, vt laudum, sed obseruare compelluntur partes in vim pacti, sequitur Gozad. *consil.* 98. *n.* 20. & idem
☞ dicit Menoch. *cons.* 381. *n.* 16. *& seq.* Vide, Brocardum, *quod potui, no-*
lui. Concl. 133. *n.* 42. *& mult. seqq.* maxime *n.* 49. *& seq.* † Extende, 11
vt procedat etiam in laudo nullo; quia latum sit super non compromissis, vel super liquidis, quæ non veniebant in compromisso; quia valet in vim pacti. Socin. *cons.* 220 *lib.* 2. *Afflict. decis.* 17. Castr.
consil. 204. *in fin. lib.* 1. quod est Nelli de S. Geminiano. Vide supra
n. 8. *&* 9. † Extende; quia laudum nullum aliquo defectu si ratifi- 12
catur à partibus, si non valet vt laudū, valet vt transactio, vel contractus, vel vt pactum. Vide infra *n.* 35. *& multis seqq.* † Ratio est; 13
quia quando quis potest dicere de nullitate, & facit actum contrarium, videtur renunciare nullitati. Bart. *consil.* 149. *lib.* 1. Crauett.
consil. 273. *num.* 3. Facit *cap. gratum, de off. deleg. l. ad solutionem, ff. de solut.*
† Contrarium, quando esset latum laudum extra compromissa, 14
quia homologatio non comprehendit laudum, quod non est tale, vt valeat. Floria. de S. Petro *cons.* 17. *n.* 12. *& seq.* & pro hoc contrario faciunt infrascriptæ restrictiones. † Declara; quia si in ratifi- 15
catione vel homologatione laudi nō est expressa pœna compromissi, non censetur repetita; & ideo non obseruans non incurrit pœnam; quia pœna compromissi non committitur, quia laudum extra compromissa est nullum: pœna vero ob ratificationem non committitur; quia non censetur repetita. Roman. *consil.* 155. *Præ-*
missum laudum, num. 5. *ver. quoad quartum*, vbi apost. in *ver. repetita,*
dat concord. † Extende; quia homologatio laudi operatur, quod 16
non potest ferri aliud laudum correctorium homologati, etiam si in illius prolatione arbitri sibi hanc facultatem reseruauerint.
Anch. *consil.* 111. *per tot.* † Restringe, quando laudum dependet à 17
testamento, nisi dicatur, visis, & inspectis verbis testamenti. *l. de*
iis, ff. de transact. quod declara multis modis, vt in *ver. Renunciatio,*
transactio, & compromissum non extenduntur ad debita ex testamento.
Concl. 183. † Restringe, quando auferretur facultas testandi; quia 18
laudum nullum non valet in vim pacti. Dec. *consil.* 475. *n.* 33. *& seq.*
† Restringe, quando compromissum fuit nullum, tanquam fac- 19
tum super re clara, quæ non poterat habere controuersiam, & sic fictalite; quia etiam si laudum homologetur, nō valet laudum, neque homologatio, quia vbi non est controuersia, non valet
transactio, neque compromissum. Vide, *Fideicommissum quando*
☞ *valeat in bonis hæredis instituti. Conclus.* 245. † Restringe; quia latum 20
laudum per collusionem in præiudicium creditorum, quod potest rescindi, nullum potest declarari, non obstante homologatione, & ratificatione millies facta. Bald. *consil.* 244. *lib.* 2. *& cons.* 369.
eod. lib. quia quando est in præiudicium alterius, semper potest annullari. Bart. *in l.* 1 *in fin. & in l. si fraudator. ff. de iis, quæ in fraud. cred.* late Ias. *Inst. de actio. §. item si quis in fraudem, n.* 62. *& seq.* Bald. *in rubr. C.*
☞ *de reuoc. iis quæ in fraud. cred.* † Idem quando continet enormissi- 21
mam læsionem; quia non obstante homologatione potest rescindi; quia si valeret in vim pacti, vel transactionis, etiam pactum, & transactio rescindi potest propter enormissimam læsionem.

Dec.

Dec.*cons.*69.*n.*3.Paris.*cons.*89.*n.*52.*lib.*1. Vide.*Reductio laudi ad arbi-*
22 *trium boni viri non habet locum, & quando secus. Concl.*73. † Restringe, quando laudum est nullũ,& latum super eo,super quo partes non possunt libere disponere; quia ratificatio nihil operatur. Socin. *cons.*87.*n.*9.*lib.*3.late Gabr.*tit.de sent.concl.*2.*n.*10.*& n.*31.pleniſſime Rom.*cons.*155.*Promiſſum laudũ*,*n* 4.*& ſeq.* vbi plena apoſt.da concord.*in ver.ratificari* vbi, quod contraueniens non incidit in pœnã laudi, vel compromiſſi homologati; quia quatenus valeat homologatio,agitur ex ea.Vide,*Laudum arbitri ex quibus nullum. Concl.*
23 29.*n.*107.*& ſeq.& n.*255.*& ſeq.* † Reſtringe, quia laudũ continens enormiſſimam læſionem, homologatum non valet in vim tranſactionis. Ruiñ.*cons.*14.*n.*20.*lib.*2.nec in vim pacti,ex quo exceptio
24 doli ſemper poteſt opponi. Corn. *cons.*140.*n.*4.*lib.*3. † Reſtringe; quia laudum declaratorium de præterito, quod non inducit obligationem,ſed declarat,licet homologetur; non tamen operatur homologatio,& conſenſus præſtitus actui plus, quam actus operetur homologatus. Florian.*cons.*17.*n.*8.*& ſeq.v.ſecunda ratio.* Vide, *Ratificatio non extendit actum, qui ratificatur, ad ſpeciem non inclusam.*
25 *Concl.*15. † Reſtringe,quando laudum nullum;quia eſt latum extra tempus compromiſſi,non confirmatur ex ſententia iudicis. Ang. *conſ.*174 *& ſeq.in fin. n.*26.*& ſeq.* Vide, *Sententia extra inſtantiam lata*
26 *eſt nulla. Concl.* ſ 143.*n.*40.*& ſeq.* † Declara plenius; quia operatur homologatio, vt licet laudum dici poſſet nullum;tamen habet inſtar tranſactionis. Soc.*conſ.*85.*Conſiliis noſtris,n.*2.*lib.*1.Natt.*conſ.*95.*in prin.* Bald.*conſ.*61.*&* conſ.79.*lib.*3.*&* conſ.191.*n.*2.*&* conſ.332.*in fin. lib.*3.*&* conſ.463.*n.*4.*lib.*1.*&* conſ.215.*cod.lib.*Dec.*conſ.*60.*col.*2.Pariſ. *conſ.*69 *Rationes,lib.*1 Socin.*conſ.*66.*Viſis,n.*4.*lib.*4.Bart.*in auth.ſi vero contigerit.C.de iudic.& in l.ſi Epb.ſi.*§.1.*ff.de eo,quod certo loco,& in l.ſi ſocietatem.*§.*arbitrorum.n.*8 *ff.pro ſocio.*Caſtr.*conſ.*49 *In quæſtione,circa fin.lib.*1.Alex.*conſ.*119.*Queritur,n.*9 *lib.*2.Pariſ.*conſ.*45.*num.*16.*lib.*1. Dec.*conſ.*400.*col.fin.*Bald.*conſ.*363.*in fin.lib.*3.& vide Affli.*dec.*270.
*n.*7.Dec.*conſ.*476.Rom.*cõſ.*155.Corn.*conſ.*63.*lib.*4.*&* cõſ.125.*lib.*2.
27 Soc.*conſ.*85.*Viſo.lib.*1. Vide *com.l.prox.præced. in princ.* Imo laudum † ratificatum dicitur proprie,& vere tranſactio.Dec.*conſ.*60.*n.*3.*col. pen.* Bald.*conſ.*332.*in fin.lib.*2.*&* conſ.61.*&* conſ.79.*lib.*3 Soc.*conſ.*85. *col.*1.*in fin.lib.*1.*&* conſ.66.*n.*4.*lib.*4.Dec.*conſ.*400.*col fi.*& per Caccialup.*tract.de arbitr.q.*4.*ad fin.*Dec.*conſ.*630.late Pariſ.*conſ.*46.*Pau-*
28 *cis abſoluetur,col.*1.*lib.*1. Vide plenius,*Reductio ad arbitrium boni viri ſem-*
*per datur Concl.*74.*n.*31. † Et impedit litis ingreſſũ,prout exceptio tranſactionis,& litis finitæ,*l.cauſas & lites.C.de tranſact.l.eleganter.*§. *ſi quis poſt.ff.de cond.indeb.* iuncta gl.quæ allegat tex. *in c.*1.*de lit.cõteſt.*
29 *in* 6. † Quæ trãſactio parit effectũ litis finitæ.*l fratris tui.C.de tranſact.* Et procedit non ſolũ quoad contenta in laudo;ſed etiam quoad concomitantia. Ang.*conſ.*198.*Teſtator quidam.* vbi, quod tranſit in contractũ.Soc.*conſ.*2.*lib.*1.Ruin.*conſ.*14.*De plurib.n.*9 *lib.*2.Pariſ.
30 *conſ.*89.*n.*54.*&* 55.*lib.*1. † Et extendit vires compromiſſum in hæredes compromittentium,etiam ſi nihil ſit dictum de hæredibus, plene Pariſ.*conſ.*29.*Bonum,n.*20.*& ſeq.l b.*1.imo & in hæredem hæredis,*l.hæredis appellatio,& l.ſciendum.ff.de verb.ſign.* Bart. & cæteri *in l.fin.C. de hared. inſt.* q intelligas, ſi fuit laudatum, viuentibus compromittentibus;quia virtus ad hæredes tranſit; ſecus autem mortuo compromittente, quia expirat, ſi de hæredibus non eſt facta mentio. Bald.*conſ.*102.*Omnis poteſtas,in prin.& conſ.*103.*Lex compro-*
*miſſi,in fin.lib.*3. Vide, *Compromiſſum generale qualiter interpretandum.*
31 *Concl.*520. † Declara,quia non procedit,quando procuratores ad compromittendum fecerunt compromiſſum,& arbiter laudauit vltra compromiſſa, & iidem procuratores homologarunt laudũ nullũ,quia non valet etiam in vim pacti,quia mandatum ad compromittendum non valet ad paciſcendum, igitur eſt nullum ſem-
32 per. Abb.*conſ.*18.*n.*2.*in fi.ver.nec obſtat,lib.*2. † Amplia; ſeu declara; quia laudum homologatum dicitur res iudicata;quia homologatio parit effectum rei iudicatæ, ſeu facit valere tanquam rem iudicatam, & executionem meretur,*l.cum antea, & l.ne in arbitris.C. de arbitr.* Pariſ.*conſ.*46.*col.*2.*lib.*1. Socin. *conſ.*101. *Viſis duobus inſtrumentis.n* 5.*lib.*3. Corn.*conſil.*220.*n.*5.*lib.*2.Dec.*conſil.*630.*col.*1.Rom.
33 *conſil.*110. *in fin.* † Et quando ſtatutũ dat executionem laudi, ſemper habet effectus omnes, quos habet ſententia. Bald. in *l.*1. *C. de arbit.* Bart. *in l.quid ergo.*§.*ex compromiſſo.ff.de infam.* Bald. *conſil.*192.
34 *Querulapreces,lib.*1.Dec.*conſ.*11.*Quoniam iudicandum,col.*2.*ad fin.* † Et idem, quando partes compelluntur à ſtatuto cõpromittere, pro-
35 ut inter cõiunctos. Blanch.*de arb.q.*9.*n.*90.*& ſeq.* † Extende; quia ratificatio, & homologatio laudi operatur, quod nõ poteſt in dubium reſtricari. Socin. *conſil.* 85. *Viſo compromiſſo, col.* 2. *lib.* 1. Pariſ.
*conſil.*46.*nu.*13.*lib.*1. Vide *in ver.Reductio laudi non habet locum multis*
36 *caſibus. Concl.*73. † Et reſcindi non poteſt,ſi eſt ratificatum.*d.l.cum antea. & l.ne in arbitris.*C.de arbitr. Rom. *conſil.*9.*in fin.* Dyn.& Bart. *in l.*1.*de re iud.* Dec.*conſil.*60.*in princ.& conſil.*475.*n.*33. Ruin.*conſ.*35.
*n.*9.*lib.*5. † Imo eſt tantæ potentiæ ratificatio laudi, quod etiam ſi 37
non adeſſet compromiſſum, laudũ tenet Socin. *conſ.*128.*n.*2.*lib.*2.
† Vel ſaltem ſi non valet in vim laudi, valet in vim pacti, gl. in *l.* 2. 38
C.commun.vtriuſq; iud. Socin.*in c.examinata,de confirm.vtili,vel inuti-*
li, vbi Dec. & Pariſ.*d.conſ.*46.*n.*14.*lib.*1. † Extende, quia homolo- 39
gatio operatur, quod licet arbiter reſeruet ſibi facultatem declarandi, & laudandi de nouo; tamen non poteſt apponere manum laudo homologato. Anch.*conſ.*111.*Ex ſupradicta narratione,n.*2. Extende,† quia laudum etiam tacite homologatum valebit,quando 40
homologatio tacita fieret tempore lati laudi, vt quia partes eſſent præſentes, & non contradicerent; quia cenſentur compromittere,& pati laudum ferri. Soc.*conſ.*220.*n.*2.*ver.confirmatur ex iis,lib.*2. ſecus,ſi tacitus cõſenſus interueniret poſt. Alex.*conſ.*84. *Super conſultatione, lib.*5. Affl.*deciſ.*117.*n.*5. qui concludunt, quod tunc valebit, vt laudum; ſecus ſi homologatio fiat poſt; quia valebit, vt pactum. Corn. *conſ.*125. *Aſpectu. lib.*2. quem ſequitur alios allegando Vrſil.ad Affl.*dec.*117.*n.*2. ita Menoch.*conſ.*381.*n.*15.*&* n.18. vbi alios citat, ſupra *n.*4. † Imo; quod ſola lectura laudi in præſentia partiũ 41
inducat homologationem, vt videantur compromittere, & laudum vt laudum conualidare, plene Vrſil.*in addit.ad Affl.d.deciſ.*117. *n.*2. vbi allegat Corn. *conſ.*259. *Quæritur à me, lib.*2. & ita etiã loquitur Menoch.*d.conſ.*381.*n.*15.*&* n.18.vbi tollit cõtraria. † Contrariũ 42
tenet Cuman.*conſ.*143.*n.*2. † Declara; quia ad hoc, vt homologa- 43
tio conualidet laudum in vim pacti,tria requiruntur, ſtipulatio; item, quando non errore ductus ratificet; tertio, quod de recompenſa in laudo poſſit diſponere, & ſi non extet ſtipulatio,adſit pactum expreſſum, ita Dec. *d.conſ.*475.*n.*33.*&* ſeq.vbi late. Vide plene † Socin. *conſ.*105. *lib.* 4. vbi, quod ſi agatur de ratificatione de- 44
claratoria, vt quia fuit promiſſum, quod ratificabit, ſufficit ratificatio abſente parte; ſecus ſi agitur de ratificatione obligatoria; vt inducatur validitas per modum pacti, vel contractus. Vide, *Ratifi-*
*catio quando præſumatur, & quando non. Concl.*14. † Reſtringe; quia 45
debet ſeruari in vim pacti,quando altera pars ſeruat.ſed ſi vna partium contrauenit, tunc non poteſt compellere aliam, vt ſeruet in vim homologationis, & pacti, ita Roman. plene *conſ.*175. *Dictum vlt. mum,n.*4.*ver.neq; præmiſſæ concluſioni*, vbi apoſtill. citat Affl. *deciſ.* 117.*in fin.* Vide, *Fides nõ ſeruatur ei,qui eandem fidem frangit. Concl.*337. 46
† Amplia idem in ſententia; quia non valet vt ſententia, ſi à partibus eſt approbata, ſed valebit in vim pacti. Card. Zabar. *conſil.*74. *col.fin.ver.ad tertium.*Abb.*conſ.*92. Vide; *Nulliter geſta quando, & qua-*
*liter poſſint confirmari. Concluſ.*148. † Idem, quando ſententia eſſet 47
nulla; quia lata ſit durantibus feriis hominum; quia poſſunt partes conualidare in vim pacti.Felin.*in c.ſignificaſti.n.*7.*ver.caue,de foro compet.* † Idem in ſententia laici lata contra clericum, quæ eſt nul- 48
la; quia poteſt conualidari per clericum in vim pacti. Felin. *in c.ſi-*
*gnificaſti,n.*6.*de offic.del g.* † Extende in caſu contrario; idem, ſi quis 49
fateatur iniuſtam fouere litem; quia cenſetur renunciare ſententiæ,etiam ſi pars alia ſit præſens,& taceat;quia cenſetur acceptare, & ſic valebit in vim pacti.Felin.*d.c.ſignificaſti,n.*8.*de foro comp.* † Ex- 50
tẽde in proceſſu nullo facto durantibus feriis;quia partes poſſunt conualidare in vim pacti, vt valeat. Felin. *d.c.ſignificaſti,nu.*7.*de foro comp. in princ.* † Extende in ſubſtantialibus iudicii omiſſis; quia li- 51
cet nõ poſſint partes ab initio renunciare, vt valeant geſta in vim pacti; tamen ſecus eſt, ſi poſteaquam ſunt geſta nulliter, conſentiunt, quod valeant. Felin. *d.c.ſignificaſti, n.*8.*ver.adde etiam Imol. de foro comp.* † Amplia etiam in diuiſione nulla ex ſententia; quia po- 52
teſt conſenſu partium conualidari, vt valeat in vim pacti, non vt ſententia. Ang.*in l.ſi expreſim,in* 8.*col.*16.*in gl.præſcriptione.ff.de appell.* per Felin.*in d. cap.ſignificaſti, nu.* 7.*ver. adde etiam Ang. de foro compet.* † Amplia; quia atteſtationes nullæ poſſunt cõſenſu partium con- 53
ualidari. Felin. *d.cap.ſignificaſti, n.*8. *de foro compet.* † Extende; quia 54
laudum ſuper diuiſione latum, de qua non fuit compromiſſum, licet non valeat, ſi fuit homologatum per partes, valebit diuiſio laudata in vim promiſſionis. Afflict. plene *deciſ.*17. *Promiſſio facta, per totam.* † Declara, dummodo conſenſus partium ſequatur poſt 55
ſententiam nullam.Felin.in *d.cap.ſignificaſti,n.*7.*ver.adde etiam Bald. de foro compet.*ſecus, ſi præcederet,ibi *num.*8. idem plene tenet Maria.Socin. *d.c.ſignificaſti.n.*7.*art.*8.*quæſt.* vbi, quod non ſufficit tacitus conſenſus, neque etiam expreſſus, niſi poſt factum ſit expreſſus,& per contractum, plene Rimin.Iun. *conſ.*281.*n.*77. † Decla- 56
ra totam iſtam materiam,quod ratificatio facit valere in vim contractus, vel pacti, dummodo conſenſus partium ſit in modũ contractus vallati traditione,vel ſtipulatione. Felin. *d.c ſignificaſti,n.*8. *in princip.de foro comp.& ver.tertio declara* allegat Abb.*conſ.*92.*Contra ſententiam,lib.*1.qui Abbas nihil de hoc.& vide etiam Bero.*conſ.*30. *num.*1.*&* 17.*lib.*3.Pariſ.*conſ.*23.*circa ſi. lib.*2. vbi plures allegat, quod requiritur ſtipulatio.Dec.*in cap.examinata,num.*3.*ver.ſed aduertendum, de*

dum, de confirm. vtili, vel inutil. qui loquitur in laudo, allegat Bald. in cap. cum cauſam, il primo, de teſtib. qui idem dicit num. 59. in ſententia, & eſt ratio ſecundum Socin. conſil. 96. n. 9. ver quarto licet, lib. 1. quia eſſet ſine cauſa, & importare non poteſt donationem, & abſolu-
57 tam voluntatem, niſi adſit ſtipulatio. † Et ideo non valeret ratifi-
catio facta ab vna parte tantum in abſentia alterius; quia non po-
teſt ineſſe pactum expreſſum. Socin. conſil. 105. num. 4. & 5. lib. 4. ſe-
58 quitur Pariſ. conſ. 23. in fine, lib. 2. † Prodeſſet tamen pactum ſine
ſtipulatione quo ad excipiendum. Caſtr. d. l. 2. C. commun. vtriuſque
iud. Bald. in d. cap cum cauſam, in vlt. colum. de teſtib. Abb. in cap. dilecti,
circa fin. de arbitr. & conſ. 93. Contra ſententiam. Imol. in l. quod iuſſu, ff.
de re iud. Socin. conſ. 87. Viſis, col. 5. ver. ſecundo quia, n. 8. lib. 3. & ſentit
Corn. d. conſ. 125. col. 2. lib. 2. vbi, quod nitens tali laudo homologa-
to per modum agendi non poſſet, quando non eſt homologatio
per ſtipulationem; ſecus ſi per modū excipiendi. Socin. conſ. 284.
Præſantiſſime, col. 3. ver. tertio loco, lib. 2. & vide Pariſ. conſ. 29. maxime
n 13. & 14. lib. 1. vbi, quando eſt tacita à partibus, idem operatur, ac
59 ſi eſſet expreſſa. † Declara; quia ſi in ratificatione promittitur ob-
ſeruantia laudi; tunc valet in vim contractus vallati ſtipulatione,
ſeu traditione, ita Ioan. de Imol. in cap. prudentia, num. 3. de off. deleg.
& ita dicit procedere gloſſ. in d. l. 2. C. commun. vtriuſque iud. & not.
per Bald. in d. l. 2. C. qui pro ſua iuriſdict. & idem dicit Bald. in cap. cum
60 cauſam, de teſtib. † Et ſtipulatio non præſumitur, niſi appareat, vel
probetur. Socin. conſil. 96. col. 6. ver. quarto licet, lib. 1. Vide, Stipula-
61 tio inter quos fieri poſſit, vel non. Concl. 702. † Limita; quia conſenſus
partium non poteſt conualidare, quando eſſet contra formam le-
gis. Felin. d. cap. ſignificaſti, num. 8. ver. hæc & ſimilia, de foro compet. quia
non poteſt valere vt tranſactio, quando compromiſſum eſt de re
clara, in qua non valet etiam tranſactio, & tunc homologatio ni-
hil operatur. Vide, Tranſactio debet fieri de re dubia, alias non valet, &
62 quando ſecus. Concluſ. 346. & Concluſ. ibi proxim. ſeq. † Extende in cri-
63 minalibus. Felin. vbi ſupra n. 8. ver. tertio declara. † Maxime extende
de in ſententia criminali, per quam imponitur pœna corporis af-
flictiua; quia ſi eſt nulla, non poteſt validari conſenſu partiū, neq;
64 vt valeat tanquam pactum. Abb. plene conſ. 92. in prin. lib. 1. † Ex-
tende, quando non penderet materia à conſenſu partium, quia ſi
non eſt reducibilis in pactum, vel conuentionem, nihil operatur
65 conſenſus partium. Felin. d. cap. ſignifi. aſti, num. 8. ver. ſecundo decla-
ra, de for. compet. Vide concluſ. prox. præced. num. 22. Reſtringe, † dum-
modo tale pactum ſit veſtitum de iure Ciuili; ſecus de iure Cano-
nico. Felin. d. c. ſignificaſti, num. 8. in fin. de foro compet. & quod non
ſufficiat pactum nudum. Socin. conſ. 220. col. 3. ver. nec huic concluſio-
66 ni, lib. 2. † Contra reſtrictionem Socin. conſ. 96. n. 9. ver. quarto, lib. 1.
67 vbi etiam de iure Canonico. † Limita; quia ſententia non poteſt
conualidari à partibus, ſi eſt nulla, vt valeat tanquam ſententia,
ſed bene vt valeat tanquam pactum. Felin. in d. c. ſignificaſti, n. 7. ver.
adde etiam Bald. cum ver. ſeq. & ver. cui adde Bald. vſque ad num. 8. Dec.
68 conſil. 475. col. pen. † Extende limitationem, vt in tantum valeat vt
pactum, non vt ſententia, quod habet per omnia naturam pacti,
non autem ſententiæ; ideo non trahitur ad incognita, prout nec
69 trahitur pactum. Felin. d. c. ſignificaſti, n. 7. in fin. de foro compet. † De-
clara; quia ad hoc, vt laudum nullum valeat in vim pacti, oportet,
quod partes habuerint ſcientiam nullitatis, & ſic ex certa ſcientia
paciſcantur. Abb. conſil. 6. col. fin. ver. ad tertium, lib. 1. Dec. conſil. 475.
n. 28. ver. ſed ad hoc reſpondetur. plene Corn. conſil. 207. n. 8. lib. 3. Gabr.
70 concl. 2. tit. de ſent. n. 34. Crau. conſil. 29. n. 6. † Declara; quia vt con-
ſenſus partium poſſit conualidare laudum in vim pacti, vel con-
tractus, debet eſſe expreſſus, & non ſufficit tacitus. Cald. conſil. 8.
tit. de re iud. Socin. in d. c. ſignificaſti, in 7. art. q. 8. Rim. Iun. conſil. 281.
71 n. 77. plene Crau. d. conſ. 29. n. 6. † Contrarium, quod tacitus con-
ſenſus ſufficiat, & conſenſus tacentis. Fel. d. c. ſignificaſti n. 8. in prin.
de for comp. vbi dat exemplum de eo, qui dixit ſe fouiſſe iniuſtam li-
tem præſente, & tacente parte aduerſa, vt inducatur pactū, quod
72 ſententia lata ad ſui fauorem non valeat. † Declara; quia in terris
Eccleſiæ, & de iure Canonico ſufficit tacitus conſenſus, ſecus de
73 iure Ciuili. Natt. conſil. 95. num. 3. † Declara, quando partes ſunt
præſentes laudo, in quo dicitur, viſo compromiſſo in nos facto; quia ex
quo non contradicunt, inducitur compromiſſum de nouo, & va-
let vt laudum. Alex. conſil. 84. n. 2. lib. 5. Vide plene Soc. conſ. 104. n. 4.
74 lib. 4. † Reſtringe, niſi nullitas proueniret à defectu conſenſus
partis; quia tunc imo ſi accedat conſenſus, conualidatur vt ſenten-
tia, & valebit, vt ſententia. Fel. d. c. ſignificaſti, n. 7. circa med. ver. adde
etiam Abb. de foro compet. & ita videtur ſentire Dec. conſil. 475. col pen.
vbi, quod requiritur poteſtas in ratificante, etiam quod nullitas
pendeat à conſenſu. Vide plenius ad iſta omnia in ver. Brocardum,
quod potui nolui. Concluſ. 133. num. 42. & ſeq. Vide Concluſ. proxi-
mam præcedentem.

Laudum arbitri, vel arbitratoris quando tranſeat in iudicatum, vel non. Concluſ. 27.

LAVDVM † arbitratoris tranſit in iudicatum ex forma ſtatuti, ſi 1
intra tempus præfixum non eſt petita reductio. Petrus Surd.
conſil. 106. num. 17. ver. tertio reſpondeo, vbi loquitur in decreto Me-
diolani. † Amplia, quando laudum habet executionem paratam 2
ex forma ſtatuti; quia ſi non eſt appellatum, vel ſi denegatur ap-
pellatio, tranſit in indicatum. Bald. conſil. 497. Pactum taleeſt, lib. 5.
† Et Florentiæ habet executionem vigore ſtatuti, lib. 2. cap. 70. de 3
execut. laudi. & tunc habet effectum ſententiæ. Bald. in l. 1. C. de ar-
bitr. † Reſtringe, quando non conſtat de laudo per inſtrumen- 4
tum, ſed per ſcripturam priuatam non ſubſcriptam, neque reco-
gnitam; quo caſu nullam habet executionem, nec facit fidem, l.
inſtrumenta. C. de probat. c. 2. de fide inſtrument. late Ripa in l. admonendi,
num. 96. ff. de iureiur. † Amplia, vt procedat, etiam ſi laudum dica- 5
tur, vel appareat nullum, ſi modo nullitas poteſt remoueri per
probationem, puta ſi dicatur, partes non eſſe citatas, & non fuiſſe
auditas; quia ſi contrarium probatur, debet exequi. Bald. conſil 8.
Punctus quæſtionis, num. 4. ver. & venio ad ſequentem. lib. 3. † Amplia; 6
quia laudum habet omnem effectum ſententiæ iudicis, quando
eſt latum per arbitros inter compulſos compromittere. Blanch.
de arbit. in q. 9. num. 90. & ſeq. vbi ponit regulam. † Amplia; quia 7
laudum ratificatum habet executionem paratam, l. cum antea, &
124 sup. *n. 120.* † Extende; quia si frater meus fecit compromissum pro me, & feratur laudum contra me, & sim præsens prolationi laudi, non habet mea præsentia vim ratificationis, ex quo non ratificaui; quia licet præsens sententiæ sibi præiudicet. Alex. in *l. sæpe, col. 24. & 26. in 7. saluatione. ff. de re iud.* maxime, quando factum est à coniuncto iudicium; & quia præsens videtur consentire saltem actui, quando contradicens potest impedire; tamen ea procedunt in sententia, & iudicio, non in laudo; quia sciens ius suum durare ex præsentia sola sibi non præiudicat. Tu distingue, vt sup. proxime; quia si est enunciatum, quod mediante fratre fecit compro-
125 missum, sibi præiudicat, alias non. † Idem, quando factum est compromissum à partibus, & sunt præsentes prolationi laudi; quia non censentur ratificare, licet non contradicant. Cuman.
126 *cons. 143. n. 2.* † Contrarium verius. Vide, *Laudum homologatum qualiter valeat. Concluſ. 26.* † Amplia; quia laudum latum inter plures
127 fratres non valet, quoad illos, qui non interuenerunt compromisso, licet alii pro absentibus promiserint. *l cohæredibus,* vbi est ca-
128 sus. C *famil. herciſc.* † Declara; quia est nullum, si absentes volunt dicere de nullitate, sed si volunt ratificare, non est nullum, neque alii possint pœnitere. *l. si ego. ff. de iur. dot.* & sic laudum non dicitur
* nullum ipso iure, sed ita demum, si illi, qui non interuenerunt, nolunt acquiescere laudo, & illi, qui compromiserunt, non possunt opponere de iure tertii, quod non est in totum exclusiuum iuris
129 agentis. Socin. *cons. 13. Insignis Doctor, col. fi. lib. 4.* † Vide tamen Cast. *cons. 95. Considerandum est. in princ. lib. 1.* vbi, quod si ille, pro quo fuit promissum de rato, lato laudo dicat de nullitate laudi, censetur ratificare; quia non sibi nocet, si non ratificaret; & ideo cum petat annullari, ratificat, quando ex aliis causis, quam ex defectu com-
130 promissi. † Amplia, quando arbitri tulerunt laudum non viso compromisso; quia est nullum, etiam si in laudo dicant se electos arbitros, vt in instrumento publico; quia ex quo non dicunt vidisse, laudum est nullum; quia signum est, quod non viderunt, & necessaria est visio compromissi, à qua pendet fundamentum laudi. *l. hæc autem. §. 1. ff. ex quibus caus. in poss. eatur.* Bald. in *l. multum inter-*
est. ff. de cond. & demonstr. Archid. *in c. is, qui. de procur. in 6.* Vide, *Iudex*
delegatus non habet iurisdictionem, antequam præsententur litteræ. Con-
131 *cluſ. 435.* † Amplia, quando laudum fertur contra aliud laudum, vel sententiam, quæ transiuit in iudicatum, vel contra transactionem, quæ transiuit in iudicatum. Bald. *consil. 463. ver. secundo, lib. 1.* Fulg. *cons. 119. in princ.* Anch. *cons. 221. per tot.* qui loquitur
132 stante statuto, quod lato laudo exequatur. † Extende etiam multo magis, si est latum super decisis per tres conformes; quia non valet, etiam si in compromisso sit dictum, quod de omnibus, super quibus fuerit laudatum, censeatur factum compromissum. Ang.
cons. 249. Philippus Ciuis, per tot. vbi, quod est nullum, tanquã latum
133 super non compromissis. Fulg. *cons. 119. in pr.* † Extende multis casibus, de quibus per Bald. *d. cons. 463.* quando est latũ super negotio societatis non calculatis omnibus, vel super interesse sine proba-
134 tionibus. Bald. *d. cons. 463. lib. 1.* † Extende; quia est nullum latum contra instrumentum, vel apochã habentem executionem paratam à statuto. Abb. *cons. 64. Venio ad primũ, col. 2. vers. quinto videtur, lib. 1.* vbi extendit, etiã si adsit clausula, *quod super omnibus sit compromissum, super quibus fuerit laudatum,* vbi *col. 3. ver. venio ad quintum,* dicit, quod teneat super damno, & interesse ex apocha clara valet
135 laudum. † Extende; quia stante statuto, quod nihil possit opponi contra laudum, non valet secundum, si primum est homologatum. Anch. *cons. 221. Discutiendum, per tot.* maxime *n. 5.* vbi, quod deficit substantia. † Amplia; quia secundum laudum est nullum, si 136
corrigat primum homologatum, etiam si partes de nouo cõpromiserint in eundem arbitrum. Anch. *consil. 111. per tot.* & infra *num.*
139. & seq. & n. 160. Vide, *Indiuidua quæ esse dicantur, & quæ non. Con-*
cluſ. 102. † Extende; quia etiã inter fratres secundũ laudum est nul- 137
lum in ea parte, in qua reuocat laudata ex primo laudo tempore compromissi; quia tale compromissum secundum non comprehendit liquida, & laudata. *l. non distinguemus. ff. de arbitr.* Vide infra
n. 139. † Amplia; quia laudum est nullum latum, postquam arbiter 138
primo laudauit; quia in hoc æquiparatur iudici delegato, vt si functus est semel officio suo cesset iurisdictio. Anch. *cons. 208. Iudex.*
in princ. quod est Card. Zabar. *29.* † Amplia; quia laudum latum 139
contra aliud laudum est nullum; quia extra compromissa, ex quo compromissum vltimum generale non comprehendit liqtida, & iam decisa per laudum præcedens, supra *num. 136.* & idem, si ponat manum laudum ad iudicata semel. *l. si causa cognita. C. de transact.* Bald. *in l. si aduersa. Cod. eod. tit.* vbi, quod non valet compromissum contra rem iudicatam, & infra *num. 141.* Vide, *Compromitti*
quæ non possint. Concluſ. 499. cum Concl. ibi prox. seq. † Declara, nisi 140
partes renunciarent primo laudo, vel rei iudicatæ, & iuri quæsito. Roman. *cons. 369. Circa primum.* Felin. *in c. inter Monasterium, n. 23. de*
re iud. Dec. late *cons. 39. nu. 3.* vbi, quod non sufficit clausula generalis, *quod intelligatur his, &c.* sed specifica dici debet, *non obstante sen-*
tentia, vel laudo. † Amplia; quia est nullum, si laudarunt super liqui- 141
dis, & sententiatis, seu laudatis. *l. si causa cognita. C. de transact.* Dec.
d. cons. 39. n. 3. quia nõ dicitur latum super compromissis. Declara, quia † si est dubium, an sententia transierit in iudicatum, vel ne, 142
valet laudum. Castr. *cons. 236. Visis supradict. lib. 1. col. 2. vers. & si dicatur.* † Restringe, nisi sententiæ, & res iudicata essent nullæ ex defe- 143
ctu iurisdictionis. Ang. *d. cons. 249. per tot.* † Amplia, quando esset 144
latum in Ecclesia. Bald. *d. cons. 463. n. 4. vers. quinta ratio, lib. 1.* † Am- 145
plia; quia est nullum, si feratur extra locum compromissi; quia in dubio censetur hoc actum, quod debeat ferri in loco compromissi, nisi ex coniecturis aliter appareat. Fulgos. *cons. 112. nu. 2. vers.*
tertio quæritur, vbi dicit *cõmunem. † Extende, vt sit nullum, quan-* *
do esset latum extra prouinciam tentium; quia sicuti 146
non potuit citare partes extra prouinciam; ita nec potuit laudare; ideo si est latum ab arbitro, est nullũ ipso iure, si ab arbitratore, est nullum ope exceptionis. Bald. *cons. 147. Inuentarium hæredis. n. 4.*
vers. sequitur videre, lib. 4. qui loquitur etiam, quando erat dictum, quod posset laudare vbicunque, & in quocunq; loco. † Restrin- 147
ge igitur, qñ apparent coniecturæ, veluti si fiat compromissum in eum, qui alibi moratur; quia coniectura est, quod in loco, vbi moratur, possit laudare. Fulg. *d. cons. 112. n. 2. ver. tertio quæritur.* † Am- 148
plia, si esset latum die feriata, maxime in honorem Dei; quia sicut sententia esset nulla, ita etiam laudũ arbitri. Bald. *cons. 470. Statuto*
cauetur, lib. 1. † Amplia; quia laudum latum à tertio in casu discor- 149
diæ duorum electo, est nullum, si non constat de discordia. Alexa.
cons. 134. n. 9. lib. 2. † Extende; quia non statur assertioni laudi de 150
discordia, quando fuit latum partibus absentibus. Alexand. *d. cons.*
124. n. 10. lib. 2. vbi idem, quando fuit reclamatum. † Amplia; quia 151
laudum arbitrorum latum à tertio electo in discordia, & ab altero ex arbitris est nullum de iure Ciuili, siue tertius sit vocatus, siue non; & idem, si à duobus ex tribus, de iure vero ciuili est nullum, si tertius non fuit citatus, vel præsens, alias valet. *c. fin. de arbitr. in 6.*
Ioan. de Imol. *cons. 130. In casu præmisso, in princ.* † Vide, *Compromissũ* 152
an valeat in duos. Concl 508. † Amplia; quia laudum arbitrorum est 153
nullum, si est latum à tribus arbitris, inter quos erat vnus frater 154
Ordinis minorũ. Bald. *cons. 313. Proponitur, quod. lib. 5. per tot.* † Amplia idem, si est latum à duobus ex tribus arbitris non vocato tertio. Fulgos. *cons. 150. in princ.* vbi, quod est nullum ex defectu iurisdictionis. Io. de Imo *d. cons. 130. In casu præmisso, in princ.* Rom. *consil.*
67 in princ. vbi dicit secus de iure Canonico, Abb. *cons. 64. Venio ad*
primum, in pr. lib. 1. & est text. *in l. si in tres. cum l. seq. ff. de arb.* † Exten- 155
de, vt idem sit, qñ latum est in tempore prorogato à duob. absente, & non vocato tertio, etiam si tertius postea consensit prorogationi. Io. de Im. *cons. 131. In casu præmisso, per tot.* † Extende, qñ latum 156
est ab vno tantum, nec constat, q̃ alius sit vocatus. *l. item si vnus. ff. de*
arb. Alex. *cons. 13. n. 8. lib. 1.* Blanch. *de comprom. q. 9. n. 52.* vbi dicit *cõ-* *
munem. † Restringe, nisi esset conuentum in compromisso, quod 157
duo possent laudare non vocato tertio. Io. de An. *cons. 50. in fin. ver.*
similiter non obstat, quod dicitur laudũ latum per duos, vbi Bologn.
in apost. in *fin. ver. ac etiam non obst. at.* Abb. *cons. 64. n. 4. ver. venio ad se-*
cundũ, lib. 1. Io. de Ana. *d. cons. 50. in fi. ver. similiter non obstat.* † Restrin- 158
ge, nisi in compromisso facto in tres esset data facultas, quod duo possent ẽt tertio non vocato laudare; q̃a sicuti hæc facultas valet

in iudi-

iniudicibus delegatis, ita idem est in arbitris, seu arbitratoribus; quia iurisdictionem recipiunt à compromisso. Abb. *d. consi.* 64. *col.* 3. *n.* 4. *ver. venio ad secundum, lib.* 1. & Io. de An. *d. consi.* 50. *in fin. vers. si-militer nō obstat.* Vide, *Arbitri plures qualiter pronunciare habeant. Con-*
159 *clus.* 464. † Amplia, quando latum est à tribus, videl. electo tertio non constito de discordia, quando erat data facultas eligendi ter-tium in casu discordiæ tantum. Alex. *consi.* 124. *n.* 9. *lib.* 2. Dec. *consil.* 475. *n.* 4. plenius inf. *n.* 161. *cum seq.* Vide, *Cōpromissum in duos, vel tres.*
160 *Concl.* 509. *cum Concl. ibi prox. præced.* † Amplia; quia laudum reuo-catorium primi est nullum, qñ est latum ab arbitris, qui non præ-occupauerunt, veluti si sunt electi quatuor arbitri cum facultate, quod duo concordes possint laudare, & laudata reformare, si duo laudarunt, illimet bene possunt reformare, sed si alii duo, qui non laudarunt, reformant, reformatio est nulla. Castr. *consi.* 225. *lib.* 1. su-
161 pra *n.* 136. *& seq.* † Amplia; quia laudum est nullum, & arbitramen-tum latum à tertio, neque valet electio tertii, nisi constet prius de discordia, quando fuit conuentum in compromisso, quod deue-niretur ad electionem tertii in casu discordiæ. Alex. *consi.* 124. *nu.* 9.
162 *lib.* 2. & *consi.* 48. *n.* 12. *lib.* 3. supr. *n.* 159. † In contrarium facit, quia si sunt electi tres arbitri, & duo pronunciant præsente tertio, & non consentiente, siue taceat, siue contradicat, valet laudum. Specul. & ibi Io. And. in *tit. de arbitr. in fin. v. r. & nota.* Doct. *in c.* 2. *de arbitr. in* 6. item quia per lapsum termini præfixi satis dicitur constare de discordia. Bald. *in l.* 2. *C. de sponsal.* Anch. *consi.* 64. *in fin.* & ideo valet
163 electio tertii. Dec. *consi.* 340. *n.* 4. † Declara; quia procedit contra-rium, quod per lapsum termini constat de discordia, si duo primi acceptarunt suam electionem; ita, quod possit constare de lapsu termini; si vero primi duo non acceptarunt electionem de eis fa-ctam, non potest dici lapsus termini habere effectum discordiæ. Socin. *consi.* 39. *n.* 44. *lib.* 4. & responderi potest ad primam ratione contrarii, quod duo, qui pronunciant tertio præsente, sunt arbi-tri, quando ferunt sententiam, & non est mirum, si valet sententia tanquam lata à maiori parte. *l. si in tres. ff. de arbit.* sed quando tertius eligitur, antequam conster de discordia, non est arbiter, ideo non
164 valet laudum, & ita in specie Alex. *d. consi.* 48. *n.* 12. *lib.* 3. † Declara; quia si electio tertii proueniret ex decreto DD. Conseruatorum, vel iudicis, præsumitur cum causæ cognitione ex causa discordiæ, vel iusta interpositum, ideo valet. Alex. *consi.* 180. *col.* 2. *lib.* 5. Dec. *consi.* 341. *n.* 12. in terminis Ias. *consi.* 12. *lib.* 1. & isto casu habet suam
165 executionem Florentiæ vigore statuti, *lib.* 2. *c.* 70. † Amplia; quia est nullum, si est latum ex delegatione arbitrorum ab alio, quam ab eo, in quem est factum compromissum; quia censetur electa
166 industria persona. *l. inter artifices. ff. de solut.* † Amplia; quia est nul-lum, si est latum secundum consilium, quod non est in actis pro-
167 ductum, vel non lectum. Vide, *Consilium quid operetur, & vbi requi-ritur, non valet actus sine eo. Concl.* 770. † Amplia; quia laudū arbitri, prout sententia debet esse certū, vt condemnet, vel absoluat, alias est nullum. Anch. *consi.* 208. *n.* 3. *vers. tertio probatur.* Abb. *consi.* 44. *n.* 2.
168 *lib.* 1. † Amplia; quia est nullum, si est incertū, vt quia condemnat, quatenus cōdemnatus iura cedere non possit. Rom. *consi.* 141. *Exi-mie Doctor, col.* 2. *ver. Secunda annullationis*, nisi posset per relationē ad
169 acta certificari. Abb. *d. consi.* 44. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia; qa laudum est nullū, si continet repugnantia. Alex. *d. consi.* 124. *In causa & lite, in fi.*
170 *lib.* 2. † Amplia; quia licet possit cōpromitti super debitis futuris; non tñ potest laudari super debito futuro nondū in esse producto
171 tempore laudi. Rom. *consi.* 403. *Pro decisione. n.* 8. *ver. sexto quia.* † Am-plia; quia est nullum, si latum est super iis, quæ tempore compro-missi non erant in esse, siue sit latum ab arbitro, siue arbitrato-re, & quantumcunq; compromissum sit generale. Rom. *consi.* 155. *Præmissum laudum, n.* 2. vbi apost. in *ver. non potuissent.* citat infinitos
172 concordant. † Amplia; quia est nullum, si est latum super contro-uersiis natis post compromissum; quia futuras cōtrouersias non
173 comprehendit. † Restringe, nisi compromissum contineret ver-ba extendentia se etiam ad futuras lites. Ioan. de Ana. *d. consi.* 50. *in fine. vers. non obstat etiam.* & ibi Bologn. *in fin. vers. præterea non obstat.*
174 † Amplia; quia laudum arbitri est nullum, si continet clausulam, quod possit condemnatus oppugnare, & in casu oppugnationis fiat aliud compromissum. Anchar. *consi.* 207. *n.* 7. *& seq. &* 208. *n.* 3.
175 *& seq. vers. quarto verba hæc.* † Extende, vt sit nullum, & arbiter di-catur neglexisse, si pronunciat aliud compromissum faciendum
176 esse. Roman. *consi.* 338. *num.* 4. † Amplia; quia laudum est nullum, quando est latum super compromisso de re indubitabili, quæ non
177 poterat compromitti, nec ratificatio aliquid operatur. Vide ple-ne in *ver. Fideicommissum valet in contractu inter vivos, & quando secus.* *Conclus.* 244. in secunda limitatione, *num.* 3. *& sequent.* † Amplia; quia laudum arbitri ad pronunciandum de iure tantum est nul-lum, si non præfixit terminum ad informandum, & ad dicendum

contra iura producta, super quibus laudum fundatur. Bald. *consil.* 278. *Punctus quæstionum, in princip. lib.* 3. Vide infra *num.* 181. *& sequen.*
178 † Amplia, si non est seruata forma compromissi, quod socius, qui administrauit, teneatur exhibere librum, & saldum; quia si feratur laudum non exhibito libro, & saldo, est nullum. Angel. de Are-tio. *consil.* 2. *per totum*, vbi extendit, etiam si data sit facultas plena arbitrandi in conscientia, & non reclamandi cum iuramento. †
179 Amplia; quia est nullum, si non est seruata forma data in compro-misso; quia illa omnino est seruanda. Fulgos. *consil.* 180. *Viso proces-su, in princip.* † Extende, etiam si esset renunciatum cum iuramen-
180 to cuicunque nullitati, vel reductioni; quia non comprehendit eam nullitatem, quæ iurisdictionem tangit. Fulgos. *dict. consil.* 180.
181 *in princip. colum.* 2. *& colum. penult. vers. nec ius renunciatio.* † Amplia; quia si est compromissum in arbitrum, vel arbitratorem ad pro-cedendum qualitercunque, sed ad decidendum, prout de iure, si feratur laudum iniustum, illud est ipso iure nullum in totum; & ideo iudex declarabit nullum, non autem reformabit. Angel. Aretin. *consil.* 87. *In casu, num.* 15. *vers. secundo hoc etiam, cum sequent. & per totum.* supra *num.* 177. † Contrarium tenet Baldus, quando
182 apparenter non est iniustum; quia poterit reformari absque eo, quod nullum declaretur *consil.* 169. *In primis sciendum, num.* 4. *vers. quarto sciendum, lib.* 3. secus, si apparenter esset iniustum, vel nul-lum, vbi, quod si reformatur, poterit deferri iuramentum in sup-plementum, &c. Vide plenius per Anton. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de ar-bitr. conclus.* 5. *Arbitri sententia, qui de iure tantum, &c.* † Amplia;
183 quia laudum, quod debuit ferri de iure; qa si est compromissum, & fuit latum de facto; quia contra ius non potest subsistineri. Bar-tol. *in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr.* refert. & à contrariis defen-dit Felin. *in cap. causam, quæ. num.* 15. *& sequent. de re iudic.* Corn. *consil.* 177. *colum.* 6. *num.* 29. *lib.* 2. vbi dicit * communem. Dec. *consil.* 434. *
Blanch. *de compromiss. quæst.* 6. *num.* 13. & non dicitur iniustum, sed nullum; quia est latum extra compromissum. Bartol. in *l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr.* Bald. *consil.* 169. *In primis, ad med. lib.* 3. Ale-xand. *consil.* 22. *Viso titulo. num.* 10. *& sequent. lib.* 5. Aretin. *consil.* 68. *Excellens Domine, colum. penult.* Dec. *dict. consil.* 434. *Placet conclus. nu.* 6. Abb. *consil.* 41. *Videndum, in princip. lib.* 1. Angel. Aretin. *consil.* 87. *In casu & themate, num.* 36. *& seq. vers. tertio non obstat*, supra *num.* 177.
184 † Amplia; quia est nullum, quando est latum super vsuris; secus si super damnis, & interesse. Castr. *consil.* 260. *Visis compromisso, colum. penult. vers. secundo non obstat, lib.* 1. †
185 Et ideo latum super legato quingentorum pro emptione prædii, si feratur laudum super fructibus, prout de prædio, valet, & non est vsura. Angel. Aretin. *consil.* 1. *num.* 30. *vers. nec obstat quintum. per totum.* †
186 Amplia; quia est nullum, si est latum super vsuris, de quibus laicus non potest iudi-care. Ioan. de Anan. *consil.* 50. *num.* 9. *vers. secundo non obstat illud.* vbi etiam loquitur in arbitramento, & idem tenet Abbas *consil.* 64. *Venio ad primum, in princip. vers. tertio facit, lib.* 1. qui eodem casu consuluit. † Restringe, quando esset latum super interesse damni
187 emergentis; quia non dicitur super vsuris. Ioan. de Anan. *d. consil.* 50. *num.* 9. vbi Bologn. in apost. *circa fin. vers. secundo principal ter.* Abb. *consil.* 64. *num.* 4. *vers. ad tertium, lib.* 1. †
188 Amplia; quia est nul-lum, si est latum super bonis Ecclesiæ per laicum. Ioan. de Anan. *dict. consil.* 50. *in fin. vers. similiter non obstat.* †
189 Amplia; quia laudum arbitri est nullum, si est latum non citatis partibus, vel non præ-sentibus; quia licet in laudo arbitratoris sufficiat, quod audierint partes, & valeat sine citatione; tamen secus est in arbitro. Cuman. *consil.* 7. *Primum videndum, per totum.* quod est multorum Docto-rum. Bald. *consil.* 8. *Punctus quæstionis, num.* 2. *vers. ad obstare videtur, lib.* 3. Ioan. de Imol. *consil.* 106. *num.* 2. *versic. & supposito, & consil.* 131. *In casu præmisso, in princip.* Ioan. de Anan. *consil.* 83. *colum.* 1. *vers. præterea est ponderandum.* vbi hanc veriorem probat, & ibi plene etiam Bo-logn. in apostilla *num.* 3. *& in fin.* dicit magis * communem, & ve-
190 ram, & Alexand. *consil.* 124. *In causa & lite, in fin. num.* 13. *lib.* 2. † De-clara; quia laudum arbitri est nullum, si est latum sine citatione partium, & sine causæ cognitione ipso iure; laudum vero arbitra-toris non est nullum ipso iure, sed per viam exceptionis, vel repli-cationis, aut reductionis. Bald. *dict. consi.* 147. *num.* 4. *vsque in fin. lib.*
191 4. † Extende, etiam si compromissum esset in arbitrum, & arbi-tratorem, quando reuera assumpsit semel partes arbitri; quia non valebit laudum latum parte absente, & non citata. Ioan. de Imol.
192 *d. consil.* 106. *num.* 2. *versic. supposito.* † Et quod sit nullum latum vtra-
193 que parte absente. Roman. *consil.* 77. *Viso themate, in princ.* † Exten-de etiam in compromisso clerici; quia adhuc est nullum laudum latum non citatis, vel non præsentibus partibus. Ioan. de Anan. *d. consi.* 83. *circa med. vers. præterea est ponderandum.* † Imo quod laudum
194 arbitri sit nullum, etiam si partes fuerint citatæ, & monitæ, quan-do non fuerunt præsentes, nisi esset data facultas laudandi parti-

bus absentibus. Abb. *cons.* 33. *Quia quinque, col.* 4. *ver. ad tertium, lib.* 2.
195 Vide, *Arbitri non possunt multa, sicut iudices, Concluſ.* 457. † Contra ampliationem tenet Anch. *cons.* 269. *Pro declaratione, n.* 5. vbi, quando sunt electi arbitri, & arbitratores, & communes amici ex forma statuti Lucani, qui nullo ordine seruato decidere possunt, dicit, quod videntur arbitratores potius, quam arbitri, & valet laudum sine citatione. Bald. *consil.* 64. *lib.* 3. licet Bologn. in addit. ad *d. cons. Ioan. de Anan.* 83 *num.* 3. reprobet Anch. quasi contrarium, & doceat veriorem contrarium, sed Anchar. loquitur in arbitratore. Bologn. in arbitro, & in contrarium vide Ioann. de Anan. *dict. consil.* 83. *vers. præterea.* qui citat Bald. & aliquos; tamen dicit veriorem contrariam, quod requiritur citatio, & magis * communem
196 dicit ibi Bologn. in fine. † Amplia; quia laudum arbitri est nullum, si non sunt seruatæ solemnitates iudicii; quia ad instar iudicis est arbiter, nisi doceatur, quod partes remiserint ista solemnia expresse, Ang. *consil.* 198 *num.* 2. puta sine causæ cognitione. Angel.
197 de Aretio *consil.* 2. *in fin.* † Extende, etiam si in compromisso esset dictum, quod possent procedere, & laudare etiam partibus absentibus; quia debent citari, ex quo non dicitur, *& non vocatis.* Bologn. *d. addit. ad cons. Ioan. de Anan.* 83. *numer.* 3. *ver. vnum nota.* Specul. *in tit. de arbitr. §. excipitur, in fin.* dicensque hoc casu non valere sententiam partibus non citatis. Ioan. de Imol. in *cap. cum dilectus, de arbitr.* Alexand. *in l. si quis arbitratu, colum.* 5. *versic. limita. ff. de verborum obligatio.* Felin. in *cap. cum olim, colum.* 9. *num.* 11. *de re ind.* & propterea debet dici, *partibus præsentibus, vel absentibus citatis, vel non citatis.* Marsil. *singul.* 173. † Restringe, nisi laudum esset latum vltima die termini compromissi; quia tunc non requiritur citatio. Bolog.
199 in *addit. ad d. consil. Ioan. de Anan.* 83. *n.* 3. † Restringe, quando in compromisso esset dictum, *partibus absentibus, & non citatis,* quia seruandum est compromissum. Bologn. in *addit. ad d. consil. Ioan. de Anan.*
200 83. *nu.* 3. *vers. & istud est verum.* † Amplia; quia laudum est nullum latum vigore compromissi facti à tutrice, quæ non seruauit solemnia in susceptione tutelæ, vt quia non renunciauit mater secundis nuptiis, vel inuentarium non fecit, aut non cauit, plene
201 Roland. à Vall. *consil.* 76. *in princip. lib.* 1. † Extende, vt sit nullum, etiam si alio die post tutelam ista solemnia fecit. Roland. à Vall.
202 *dict. consil.* 76. *num.* 8. *vers. nec obstat. lib.* 1. † Amplia; quia laudum semper est nullum, quando est latum ex falsa causa. Socin. *consil.* 283. *num.* 8. *vers. secundum præsupponitur, lib.* 2. vbi loquitur in laudo lato contra contutorem ex negligentia condemnatum, qui de iure non potuit dici negligens. Ancharan. *consil.* 207. *In quæst supradict.*
203 *num.* 9. vide infra *num.* 207. *cum sequentibus.* † Amplia; quia laudum fundatum super falsa causa est ipso iure nullum, vt post Anchar. tenet Socin. *consil.* 101. *Visis duobus. lib.* 3. *& consil.* 283. *colum.* 4. *lib.* 2. Dec. *consil.* 632. *num.* 15. Parisi. *consil.* 24. *num.* 144. *lib.* 2. Anchar. *consil.* 1. *& consil.* 207. quod est approbatum per Collegium Paduæ, vt
in *consil. seq.* Dec. *consil.* 430. *colum. fin.* Vide, *Falsa narratio, seu falsa*
204 *causa quando vitiet, vel non. Concluſ.* 62. † Extende, vt idem, si fundatur super pacto inualido. Fulgos. *consil.* 73. *col.* 2. Refert, & sequitur
Dec. *consil.* 475. *num.* 15. *&* 16. Vide, *Sententia continens errorem quan-*
205 *do nulla, vel non. Concluſ.* 140. † Extende, vt idem sit, si laudum adiudicat bona creditori, & detegatur postea solutio; quia adiudicatio est nulla, & tenetur restituere bona, & fructus percepros, & qui percipi potuerunt, *l. si cum nulla. ff. de re iudic.* Lanfranch. *in cap. quoniam contra, num.* 4. *de probat.* Bald. *consil.* 275. *lib.* 5. Quia ex quo titulus reducitur ad non titulum, perinde est, ac si nunquam fuisset inesse productus. Roman. *consil.* 454. *colum. fin.* Felin. *in cap. de quar-*
206 *ta, versic. Item quando, colu.* 9. *sub num.* 31. *& sequent. de præscript.* † Amplia; quia laudum est nullum latum expresso errore iuris in eo.
* Socin. *dict. consil.* 283. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 2. vbi dicit * communem, & loquitur in laudo lato ex negligentia contra tutorem, qui non exegit à contutore, vt sit nullum; quia erat facta sibi liberatio à testatore, & narratur visio testamenti, in quo erat liberatio. Ro-
* land. à Vall. *consil.* 76. *num.* 32. vbi dicit * communem. † Idem, si fiat
207 super hæreditate viuentis; quia non datur hæreditas viuentis, sed mortui tantum. Crauett. *consil.* 22. *num.* 9. Beccius *consil.* 34. *num.* 20.
208 † Extende; quia laudum est nullum expresso errore in ipso laudo. Bald. *consil* 120. *lib.* 1. vbi ampliat, etiam si fuit promissum non di-
209 cere de nullitate. † Extende; quia est nullum, etiam si fuit ratificatum, quando ex falsa causa est latum. Castrens. *consi.* 122. *Viso pun-*
210 *cto, num.* 3. *ver. tertio videndum, lib.* 2. Alex. *consil.* 22. *lib.* 5. † Et quando non exprimit laudum legitimam causam condemnationis, an sit nullum, Vide Alex. *consil.* 141. *ad fin. lib.* 6. Bald. *consil.* 417. *Inter Ioan.*
211 *& Aloysium. lib.* 3. † Amplia; quia laudum, si feratur contra defunctum, esse nullum; ideo debet ferri contra hæredem, quando compromissum transit ad hæredem; *l. pen. ff. quæ sentent. sine appell. rescind.* vbi Doct. maxime Castrens. & in *l. in summa, §. fin. ff. de re iu-*
dic. late Castrens. *in l. si cum hominem. ff. de fideiuſſ.* vbi si instantia est cæpta cum defuncto, debet prosequi cum hærede, & contra eum debet ferri sententia, alias sententia, & processus essent nulli, & idem Castrens. *dict. l. pen. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* dicit esse aduertendum; quia hæres est citandus, & quod gesta cum defuncto valent solum, vsque dum vixit, non vltra. Bart. in *l. si vt proponis, Cod. quomodo, & quando iudex.* † Si vero non extat hæres, sed hæreditas 212
est iacens, non potest contra hæreditatem iacentem fieri compromissum; quia hæreditas iacens non repræsentat hæredem, sed defunctum, *l. si Titio, §. si eo,* & ibi Bartol. *ff. de leg.* 2. *& l. cum hæreditas,* & ibi Bartol. *Cod. depoſ.* quia instantia compromissi, quatenus respiciat compromittentes, per mortem eorum, vel alterius ipsorum expirauit, *l. diem, §.* 1. & ibi Bartol. *ff. de arbitr.* † Restringe, seu 213
declara; quia si datus est curator hæreditati iacenti, sicuti valebit processus contra hæreditatem iacentem; iuxta Angel. Imol. & Alexand. *in l. decem. ff. de verborum obligatio.* ita valebit etiam laudum datum contra eundem curatorem hæreditatis iacentis. † Restrin- 214
ge etiam, quia valebit laudum, sicut sententia, si extaret procurator dominus litis effectus, qui potest citari tanquam dominus litis, & contra eum ferri laudum. Vide, *Sententia debet concipi in per-*
sonam procuratoris. Concluſ. 136. vbi valet sententia lata pro defuncto, licet non contra defunctum. † Amplia; quia laudum ex dolo 215
latum, vel notorie iniustum est nullum, & dicitur ex dolo, vbicunque adest enormissima læsio. Socin. *dict. consil.* 283. *num.* 11. *ver-*
sic. addo etiam lib. 2. Roland. à Vall. *consil.* 76. *num.* 26. *lib.* 1. † Et di- 216
citur notorie iniustum, si feratur contra claram voluntatem testatoris. Roland. à Vall. *dict. consil.* 76. *num.* 26. *lib.* 1. † Et idem, 217
quando lædit in tertia parte; quia inest dolus saltem re ipsa, plene Angel. Aretin. *consil.* 2. *num.* 25. *& sequent. & num.* 39. *vers. quarto argumento.* † Extende; quia laudum dicitur nullum ex dolo arbitri, 218
vel arbitratoris, si constat, quod non voluit admittere probationes partis, contra quam latum est laudum. Angel. de Aretio. *dict.*
consil. 2. *nu.* 15. *& seq.* † Amplia; quia laudum dicitur nullum, si ar- 219
biter fuit corruptus, vel saltem venit rescindendum. Socin. *consil.*
95. *In causa Communis, colum.* 5. *volum.* 3. † Amplia; quia laudum est 220
nullum latum inter dominum & procuratorem, quando compromissum fuit factum ab ipso procuratore nomine domini mediante substituto; quia licet haberet mandatum sufficiens ad compromittendum, & substituendum, si non dicit in specie, cum
seipso, mandatum non comprehendit hoc. glosl. & Doct. in *l. si*
mandauero, §. si tibi centum. ff. mand. Vide, *Compromissum quid sit, &*
eius natura. Concl. 497. † Amplia; quia laudum est nullum, quando 221
apparet latum per euidentem collusionem, puta inter curatorem hæreditatis iacentis, & vxorem defunctæ personæ administratricis in fraudem creditorum; quia potest rescindi, & retractari, etiam quod millies fuerit à partibus homologatum. Bald. *consil.*
244. *lib.* 2. *& cons.* 369. *eod. lib.* & est ratio; quia enim creditur factum in fraudem suam, quod non debuit fieri, potest rescindere. Bart. in *l.* 1. *in princip. & in l. si fraudator, ff. de iis, quæ in fraud. creditor.* Iason late in *§. item si quis in fraudem, num.* 62. *cum sequen. Inſtit. de actio.* Bald. in *rubr. C. de reuoc. iis, quæ in fraud. credit.* † Extende; quia coniecturis 222
probatur collusio, & fraus, & competit edictum fraudatorium, *C. de reuoc. iis, quæ in fraudem.* Vide, *Fraus & dolus ex quibus probetur, vel*
præsumatur. Concluſ. 477. † Amplia; quia laudum est nullum latum 223
eadem die, qua factum est compromissum. Corn. *consil.* 52. *In hac*
consultatione, in princ. lib. 2. perinde Roland. à Vall. *consil* 76. *num.* 23. *&*
seq. lib. 1. Iaſ. *in l. Iudices. in* 1. *colum. in fin. C. de iud.* Dec. *in cap. cum venerabilis. in gloſſ.* 2. *de except. n.* 40. *& seq.* late Socin. *consil.* 87. *Pensatis iis,*
lib. 4. *num.* 5. *& seq.* Anchar. *consil.* 36 *col.* 2. Crauett. *consil.* 153. *num.* 2.
qui loquitur in sententia, siue diffinitiua, siue interlocutoria, et-
iam principis, vbi, quod etiam arguitur dolus. † Extende maxi- 224
me, quando latum est partibus absentibus eadem die. Roland. à
Vall. *d. consil.* 76. *n.* 23. *& seq. lib.* 1. Castr. *cons.* 68. *In quæstione, n.* 2. *lib.* 1.
Ang. Aret. *cons.* 122. *Nulli dubium, n.* 5. *in fin. & n.* 6. *vers. præterea.* † Ra- 225
tio est; quia requiritur causæ cognitio plenaria, quæ vna die adhiberi non potest, & ideo compromissum non valet pro vna die
tantum. Ang. *cons.* 218. *Visa narratione, n.* 4. *ver. quarto coniecturatur.*
Ang. Aret. *d. consil.* 122. *n.* 6. † Et quod laudum sit nullum latum ea- 226
dem die. Dec. *cons.* 587. Blanch. *in tract. de compromiſſ. tit. de sent. &*
exec. compromiſſ. n. 29. *ver. nono quaro.* Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de con-*
stit. n. 21. Cast. *consil* 68. *In quæstione, n.* 2. *lib.* 1. † Et omnis voluntas 227
præcipitata dicitur nouercaiustitiæ. Card. *clem. pastoralis. §. verū, de*
re iud. † Et procedit, etiam si à partibus plenum arbitrium iudican- 228
di concessum fuisset. Cuman. *cons.* 50. *Statuto ciuitatis Florentiæ. in §.*
dub. Soc. *cons.* 87. *n.* 7. *lib.* 4. Felin. vbi supra. Roland. à Vall. *dict. consil.*
76. *n.* 23. *& seq. lib.* 1. vbi plurimos allegat, & maxime partibus absentibus. † Extende, etiam si præcipitanter partibus non auditis, 229

& non discussis discutiendis procedendi data sit facultas; quia adhuc laudum reuidendum est, & reformandum adinstar sententiæ
* secundum magis* communem, de qua per Curt.Iun. *in l.2.n.45.C.*
230 *de eden.* Castr. *cons.70. in princ. lib.1.* † Extende; quia laudum præcipitanter latum est nullum. Bart. *cons.166. Calamarius, lib.1.* Rumin.
231 *cons.169. col.fi.n.26. lib.1.* † Extende; quia si nõ constat partes auditas fuisse, vt requiritur, laudũ est nullũ. Bald. *in l. fin. ver. tertio quæro,*
232 *C. de contrah. empt.* † Quantum tempus requiratur, vt præsumatur cauſæ cognitio, non potest dari certa regula; quia secundum importantiam, & intricationem plus, & minus requirit tempus. Vi-
de Anchar. *consil.164. De viribus & efficacia, col.pen.* vbi, quod mensis non est tempus sufficiens pro plena cognitione vnius negocii,
233 *c. cum ex litteris, de in integr. restit.* vbi idem dicit Papa. † Restringe, quando causa fuisset ante compromissum plene ruminata coram illo, qui eligitur arbiter; quia tunc valet laudũ latum statim facto compromisso. Ita Marsil. *in rubr. de fideiuss. in 5. quæst.* & ideo cautela est ponere clausulam, *compromiserunt in tales arbitros plene informatos,* quando volunt, quod statim feratur laudum, & arbiter idem attestetur in laudo, & licet non credatur assertioni, tamen præsumitur. Angel. Aretin. *in l. fin. ff. quando appell. sit.* Zabarel. *consil.140.* Ma-
gister Bart. *col.4.* Socin. *consil.121. col.3. cum seq. lib.3.* & ita tenet Ægid.
Bellam. *consil.24. n.4. ver. secundo dubitatur,* vbi, quod creditur Nota-
234 rio de relatione, & informatione tempore compromissi. † Restringe, quando esset timor futuri scandali; quia potest statim pro-
235 nunciare. Bald. *cons.128. lib.3.* † Restringe, quando partes præsentes prolationi laudi illud homologassent; quia valet etiam statim latum. Bald. *in l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iud.* imo ex sola præsentia, si partes nõ contradicunt, validatur. Ang. *in l. sciendum. ff. de verb. oblig.* Socin. *cons.66. Viso, vol.4.* Lanfranc. de Oria. *tract. de*
arbit. in 5. quæst. principali 22. quæst. Corn. *d consil.52. In hac consultatio-*
236 *ne, in princip. lib.2.* † Restringe, quando fuit homologatum à parti-
237 bus. Angel. Aret. *consil.122. Nulli dubium, in fin.* † Restringe, quando laudum fertur inter fratres ad effugiendam gabellã, & iste est modus cognoscendi, quod ad istum finem tantum fuit laudatum.
238 † Restringe, quando ante compromissum arbitri erant plene informati, & ipsi hoc attestantur, ita Soc. *cons.121. ver. sed præmissis non*
obstantibus, lib.3. sequitur Menoch. *cons.208. n.19. & seq.* vbi, quod statur attestationi arbitrorum, & loquitur in arbitratore, vt ibi *n.18.*
239 Soc. *cons.87. n.7. ver. sed contra, lib.4.* † Restringe, quando ab honestis, & legalibus viris latũ est laudũ; quia tunc ob temporis breuitatem nõ præsumitur iniustũ, & maxime, quãdo partes dederunt facultatem arbitris absolutam. Ita Menoch. *d. cons.208. n.21. & seq.*
240 vbi late & loquitur in arbitratore ibi *n.23.* † Et procedunt restrictiones, etiam si facta esset prorogatio compromissi; quia cẽsetur idem cõpromissum prorogatũ cum primo, quando agitur solum de præiudicio prorogantium. Ægid. *cons.24. n.5. ver. tertio dubitatur.*
241 † Amplia; quia est nullũ, si est latũ super parte, & non super omnibus compromissis, & petitis. Fulg. *cons.119. n.3. col.3. ver. ex alio quoq;* quia tenetur finire controuersias. Rom. *cons.338. n.4. l. dicere, & l.*
quid tamen, ff. de arbitr. & in vtroq; loco Bal. Abb. *cons.44. In præsenti,*
n.2. lib.1. Ang. Aret. *cons.87. In casu, n.29. & seq. ver. secundo probatur.*
242 † Extende etiã, quando arbiter in laudo referuaret iura sua alicui partiũ, vel ambabus; quia est abusiua reseruatio, ex quo laudũ reseruans nõ finit omnes quæstiones, & est nullũ. Ang. Aret. *d. cons.*
243 *122. Nulli dubiũ, n.11. & seq. ver. cum ergo.* † Extende idem in laudo ar-
244 bitratoris. Abb. *d. cons.44. n.2. lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si esset factũ cõpromissum in ordinarios; quia licet transeat ad successores, nõ tamen possunt iudices ordinarii, vel habentes ordinariã dignitatem super parte pronunciare, & successores super residuo, sed vel primi, vel successores super toto debent laudare, alias
245 laudũ est nullum. Abb. *d. cons.44. n.2. lib.1.* † Amplia; quia laudũ est nullũ, si non decidunter omnes lites. Bald. in *d. l. quid tamen, ff. de ar-*
bitr. late Fel. in *c. cum inter, de re iud.* vbi ponit regulã cum fallentiis,
l. non distinguemus, §. *quæsitum, ff. de arbitr.* quia ad officiũ arbitri pertinet, vt lites decidantur, *l.3.* §.1. *ff. eodem,* & debet studere, vt partes
246 à tota lite remoueat. *d. l. dicere, in princ. ff. de arbitr.* † Extende; quia nullum est laudũ, si arbitri mandarunt partibus adeundum alium
247 iudicem, vt per iura in ampliatione supra proxime. † Restringe in laudo arbitratoris; quia habet latiores habenas. Soc. *cons.124. Præ-*
sens consultatio, & quod ita colligitur ex *consil. Anchar.202. & collegii*
248 *Paduani ibi inserto.* † Cõtra restrictionem facit; quia arbitrator habet latiorem habenam ad resecandas lites, igitur non debet fauor
☞ odiũ operari. Vide, *Fauorabilis dispositio odium operari non debet. Con-*
249 *clus.90.* † Declara; quia restrictio procedit; quia arbitramentum accedit contractui, in quo vnũ negotium potest cadere, non sic in
250 iudicio, vel sententia. † Restringe, quando in cõpromisso dicitur, quod semel & pluries, vel quod super toto, vel parte laudare possit. Bart. *d. l. quid tamen, ff. de arbitr.* Lanfranch. *in tract. de arbitr. charta*
10. col.1. & procedit etiam restrictio, quando compromissum esset de vna re tantũ, vel de pluribus. † Declara restrictiones, vt procedant, siue arbiter, qui pendente cõpromisso laudans super parte, laudauerit postea super residuo, siue non, ita Bald. *in l.1. col.2. C. si*
aduer. rem iud. & in d. l. quid tamen, ff. de arbitr. † Amplia; quia laudum est nullũ, si est latũ facta prorogatione arbitri; sed ea non intimata partibus, etiam si esset dictũ, quod partibus absentibus; & non citatis posset prorogare; quia requiritur intimatio. Bald. *cons.101.*
Nobiles viri, n.10. ver. venio ad secundum, & in fin. lib.3. † Amplia; quia est nullũ, si non est notificatum secundum formam statuti hoc requirentis, prout Florentiæ. Rom. *cons.141. in princ.* † Amplia, si latum est post secundam prorogationem, quando erat data facultas prorogandi semel, & pluries; quia intelligitur de duabus prorogationibus tantum. Bald. *d. cons.101. n.5. & seq. ver. redeo ad primũ, lib.3.*
† Amplia; quia laudum nullum non potest ratificari tacite, neque expresse. Socin. *d. cons.220. lib.2. & cons.104. lib.4. num.8. ver. sed huic*
conclusioni. Rom. *consil.155. Præmissum laudum, nu.4.* vbi apostill. dat multos concord. & supra *n.107. & seq.* Vide, *Laudum homologatum*
qualiter valeat. Conclus.26. n.20. & seq. Vide, *Ratificari non potest actus*
nullus, & quando secus. Concl.24. † Extende maxime, quando ratificans non habet legitimam personam. Socin. *consil.18. nu.38. & seq.*
lib.1. vbi, quod nec valet tunc in vim pacti. † Declara, vt per Affli.
decis.117. Promissio, circa fin. vbi, quod potest ratificari, vt valeat in vim pacti, non laudi. Roman. *consil.175. Dictum vltimum laudum,*
qui dicit hoc procedere, vt valeat in vim pacti; si pacto posset id fieri, alias non. † Extende; quia laudum latum in tempore prorogato à duobus absente tertio nõ conualidatur, licet tertius postea ratificet prorogationes; quia est nullum, tertio non citato. Io. de
Imol. *consil.131. num.2. & 3.* † Amplia; quia laudum nullum non facit committi pœnam per non implentem. Castrens. *consil.116. in*
princip. lib.1. Rom. *consil.115. Viso, num.3. colum. fin. ver. iis ergo præmissis.*
† Declara, vt procedat, dummodo nullitas non proueniat ex dolo causantis nullitatem. Castr. *d. consil.116. in princ. lib.1.* Vide, *Dolus,*
fraus, & culpa non debet patrocinari doloso. Conclus.581. † Amplia; quia si laudum est nullum, potest dici de nullitate principaliter, etiam si semel excipiendo dictum fuit de nullitate, & fuit exceptio reiecta, & data executio pro primo termino, & prima paga; quia in secunda paga potest eadem nullitas principaliter proponi. Io. de Im.
consil.130. per tot. † Amplia; quia laudum est nullum, si feratur, postquam iudex ex officio inhibuit, ne deberent pronunciare sub pœna nullitatis. Castr. *consil.225. Visis & consideratis, num.2. lib.1.*
Vide; *Inhibitio operatur multa, & quando vitiet actum contrarium, vel*
non. Concl.146. † Amplia; quia laudum est nullum quoad omnes, si est nullum quoad vnum; quia est indiuiduum, quando ex tribus fratribus super diuisione compromiserunt soli duo promittentes de rato pro tertio, qui non interfuit, neque vult ratificare. Castr.
cons.182. Circa primum, in princip. lib.2. Vide, *Sententia plura continens,*
quando vnica, vel plures. Concl.164. cum Concl. ibi proxima seq. Amplia in omnibus casibus, in quibus laudum arbitratoris est nullum,
Concl. proxima seq. Vide, *Laudum arbitratoris quando, & ex quibus nullũ.*
Concl. proxima seq. Limita, seu restringe, quando aliquid fieret contra ius pro bono pacis. Vide, *Pax, & pacis causa habent multa specialia.*
Conclus.173. † Limita; quia valet laudum latum; etiam si arbiter ad instantiam vnius partis tantũ renunciasset compromisso in eum facto, & postea laudauit. Alex. *consil.81. Reuocatur in dubium, lib.2.*
† Limita; quia licet claudicatio compromissi impediat ferri laudum; tamen si feratur, valet, non obstante claudicatione. Signor.
cons.227. n.2. † Limita; quia laudum non est nullum, per quod arbiter declarauit bona patris spectare omnia filio, qui repudiauit hæreditatem paternam; ideo transit in iudicatum contra ius partis, sicut sententia. Castr. *cons.72. Dubitatio, ver. super secundo, vsque in*
fi. lib.1. † Limita; quia laudum etiam nullum homologatum valet in vim transactionis, & qualiter procedat, late Natta *consil.95. in*
princ. Vide, *Reductio ad arbitrium boni viri semper datur. Concl.74. n.7.*
ver. declara, vbi, quod proprie est transactio. Vide, *Laudum arbitratoris non est sententia. Concl.18.* † Limita; quia laudum est validum, licet deficiat consensus in compromisso, quando post latũ laudum fuit præstitus consensus; quia retrotrahitur. Anchar. *cons.123. Vnus*
ex procuratoribus, vbi, quod manet in suspenso, non tamen est nullum ipso iure. † Limita; quia laudum nullum quoad vnum caput valet quoad alia capita nonnulla; quia tot sunt lauda, quot sunt capitula separata. Abb. *consil.64. Venio ad primum, col.3. in fine, ver. Item*
plus dico, lib.1. † Limita; quia multi sunt casus, in quibus laudum extra compromissa valet. Vide, *Arbitri quando super non compromissis*
pronunciare possint. Conclus.460. † Limita; quia in casibus, in quibus laudum est nullum latum extra compromissa, extra termi-

num, extra personas, super non compromissis, in loco inhonesto; ita à contrario sensu est validum, si intra terminum, in loco honesto, & de compromissis sit latum. Signor. *consil.* 227. *in princ.*

☞ Vide Conclusionem proxime sequentem.

Laudum arbitratoris ex quibus nullum reddatur, vel non. Concluſ. 30.

1 LAVDVM † arbitratoris redditur nullum, si feratur super iis, de quibus non est factum compromissum. Rom. *consil.* 155. & *consil.* 175. *per totum*, Afflict. *decis.* 117. *per tot.* vbi qualiter possit valida-
2 dari. † Extende, etiam si sit generale compromissum, quod omnia censeantur compromissa, super quibus fuerit laudatum; quia non valet latum super decisis primo per tres conformes, quando non potest transigi, neque compromitti. Angel. *consil.* 249. *per tot.* vbi
3 excipit, nisi sententiæ essent nullæ defectu iurisdictionis. † Extende, vt procedat, etiam si sit in parte latum super non compromissis; quia nullum in parte redditur nullum in totum, quando indiuisibilis est sententia, seu laudum. Cuman. *consil.* 7. *Primum videndum, num.* 8. *ver. quæ quidem verba.* Anchar. *consil.* 207. *nu.* 7. & *seq.*
4 † Extende; quia est nullum laudum imponens pœnam pro obseruantia laudi, quando non fuit data facultas; quia non potest apponere pœnam arbitrator ex se, & est extra compromissa. Rom.
5 *consil.* 115. *col. fin. num.* 5. *ver. certum, & num.* 4. † Contrarium, quod laudum arbitratoris latum extra compromissa non sit nullum, *c. nisi essent. de præben.* Io. de Imol. *in c. Quintauallis, col.* 16. *num.* 40. *de iureiur.* Felin. *in c. cum dilecta, in* 8. *ampliat. de rescript.* Btun. *in tract. de forma, artic. de potentia, & effectibus formæ, limit.* 28. *ver prædicta tamen,*
6 hæc omnia reperi esse Menoch. *consil.* 381. *nu.* 12. † Declara tamen, vt per Felin. *d. c. cum dilecta, in* 8. *ampliat. num.* 8. *de rescript.* vt non sit nullum, quando mandat dari aliquid in recompensam eorũ, quæ
7 ex compromisso veniunt. Menoch. *d. consil.* 381. *num.* 14. † Restringe, quando fuit data facultas laudandi de iure, & de facto pro bono pacis; quia tunc extra laudata valet. Socin. *consil.* 121. *num.* 5. *lib.* 3.
8 Menoch. *d. consil.* 381. *num.* 13. vbi plures citat. † Restringe; quia si compromissum est plenum de omnibus, non potest dici nullum tanquam latum super non petitis. Cuman. *consil* 50. *Stante statuto,*
9 *num.* 3. *ver. ex eo etiam.* † Restringe, vt non procedat, quando causa etiã non apparens esset possibilis, & apta; quia præsumitur, veluti si quis compromittat simpliciter differentias, & postea fiat condemnatio ad fauorem eius, qui compromisit simpliciter de credito, quod prima facie ad eum non spectat, nisi sit cessionarius, vel
hæres, vel causam habens; quia præsumitur causa. Cuman. *d. con-*
10 *sil.* 7. *num.* 8. & *seq.* † Restringe, quando ei, qui compromisit, adiudicatur creditum, quod spectat ad societatem, in qua est socius compromittens, cui fit adiudicatio; quia vnus socius pro aliis potest agere, & in solidum pro societate. Cuman. *d. consil.* 7. *num.* 11.
11 *ver. in secundo consultationis*, quod est Fulgosii. † Amplia; quia ratione incertitudinis redditur nullum. Cuman. *d. consil.* 7. *num.* 8. *ver.*
12 *secundo quia.* † Restringe, nisi certitudo posset haberi ex actis, vel ex relatis; quia tunc substinetur. Cuman. *d. consil.* 7. *num.* 8. *ver. in*
13 *contrarium.* † Amplia; quia laudum arbitri & arbitratoris est nullum, quando super iis, de quibus nulla erat controuersia inter partes, pronunciant, & aliquid dari, vel fieri mandat super non controuersis. Rom. *consil.* 115. *num.* 4. vbi apostilla *in ver. contentio.* citat eundem Rom. *consil.* 155. *Præmissum laudum*, & ibi apostilla ple-
14 na *in ver. validitatem.* † Amplia, si est latum extra personas, inter quas est assumptus; quia ipso iure non valet. Bald. *consil.* 55. *Ad euidentiam, lib.* 3. *in princ. & consil.* 494. *Arbiter & arbitrator, in fin. lib.* 5.
15 † Amplia, quando continet repugnantiam; quia error expressus vitiat. Cuman. *d. consil.* 7. *num.* 8. *ver. tertia ratione.* Anch. *consil.* 207.
16 *num.* 7. & *seq.* † Restringe, vt non procedat, quando repugnantia resultaret ex tacito subintellecto, & expresso; quia expressum facit cessare tacitum. Cuman. *d. consil.* 7. *num.* 8. *ver. in contrarium.*
17 † Contrarium videtur velle Anch. *consil.* 207. *In quæst. num.* 7. & *seq.* vbi, quod laudum est nullum, si continet clausulam, *quod si pars condemnata vult contrarium probare, fiat aliud compromissum*, quia oritur repugnantia, ex quo laudum debet lites dirimere, & clausula
18 inducit lites; tamen hoc est tacitum. † Restringe, quando repugnantia potest saluari ex causa apta, quæ licet non appareat; tamen est possibilis. Cuman. *consil.* 7. *num.* 9. *ver. nec obstat, quod videtur.*
19 † Amplia; quia laudum arbitri & arbitratoris est nullum, si fuit latum sine causæ cognitione non vocatis, neque auditis partibus, quando potest hoc constare. Cuman. *consil.* 50. *Stante statuto, num.* 3. *ver. ad tertium, & consil.* 7. *Primum videndum, nu.* 6. *ver. idem tenet Bald. & num.* 15. *ver. sed quia opiniones sunt*, quod est subscriptum à quam-
20 pluribus Doctoribus. Crauett. *consil.* 657. *num.* 9. † Extende idem, si vna partium, contra quam est laudatum, non fuit audita, neque vocata. Anch. *consil.* 309. *Videtur prima facie, in princip.* † Declara; 21
quia ex quo non consueuerunt arbitri & arbitratores redigere in scriptis acta, ex quibus appareat causæ cognitio, in dubio præsumitur causæ cognitio interuenisse. Cuman. *d. consil.* 50. *num.* 3. *ver. tamen in dubio, & consil.* 7. *num.* 7. *ver. pro quo facit.* † Declara; quia 22
statur arbitratori asserenti adhibuisse causæ cognitionem. Zabar. *consil.* 139. *num.* 6. & 7. quod est Salyceti, & *consil.* 140. *nu.* 5. † Con- 23
trarium, quod arbitro & arbitratori non credatur, etiam si compromissum dicat, quod promittunt partes stare simplici dicto eiusdem, & quod possit partibus citatis, & non citatis pronunciare, intelligitur quoad ea, quæ respiciunt solemnitatem, non autem decisionem; quia debet de eis & probationem recipere, & in scriptis redigere, alias in respicientibus decisoria sibi non creditur. Ant. de Butr. *consil.* 24. *num.* 6. *ver. nunc descendo.* † Declarat ta- 24
men idem Ant. de Butr. *dict. consil.* 24. *num.* 6. *verb. & vt scribit Bart.* quod pro sententia non præsumitur, neque pro iudice, & consequenter neque pro laudo, seu arbitramento, quando latum est parte absente, vel etiam parte præsente, quando pendet appellatio, vel reductio, secus, quando latum est inter præsentes, & transiuit in iudicatum; quia tunc pro eo bene præsumitur, & statur assertioni Notarii circa solemnitatem sententiæ, vel laudi intrinsecam, & quæ potuit interuenire, secus circa ea, quæ sunt præambula sententiæ, & quæ non potuerunt interuenire in ea. † De- 25
clara; quia nullitas laudi arbitratoris est ope exceptionis, quando non adhibuit causæ cognitionem, vel per viam reductionis; arbitri vero est ipso iure. Bald. *consil.* 147. *num.* 4. *& sequenti, lib.* 4. † Re- 26
stringe; quia arbitrator non tenetur audire, neque se informare à partibus, quando compromissum est factum de eo, quod potest absque informatione partium scire, veluti quantum valeat res, vel quantum in dotem dari conueniat; secus, si compromissum fieret de re dubia, vel lite incerta; quia tunc debet audire partes, alias esset nullum laudum. Bald. *consil.* 64. *Nunquid arbiter, in princ. lib.* 3. *& consil.* 147. *Inuentarium hæredũ, in fin. lib.* 4. *ver. præterea.* † Idem, 27
quando erat verisimiliter informatus. Zabar. *consil.* 140. *num.* 5. *ver. item de facto.* Amplia, vt sit nullum, quando est latum eadem die, qua factum est compromissum. Corn. *consil.* 52. *in princ. lib.* 2. & Roland. à Vall. *consil.* 76. *num.* 23. *lib.* 1. qui loquitur in arbitro. † Idem, 28
si latum breui tempore, vt non potuerit causæ cognitio adhiberi, prout die sequenti, plene Cephal. *consil.* 763. *num.* 18. qui loquitur in arbitratore. † Amplia, quando constat de errore arbitri, vel ar- 29
bitratoris; quia errauit. † Restringe, nisi partes errorem accepta- 30
uerint; quia non poterit corrigi, neque laudum nullum dici, neque error probari. Bald. *consil.* 122. *Quamquam denunciatio, lib.* 4. vbi, quod neque poterit eo casu adiri iudex Ecclesiasticus, vt reuocet errorem. † Amplia; quia nullum est latum, postquam bona 31
compromittentis sunt confiscata; quia dicitur latum post lapsam instantiam. Bart. *consil.* 166. *Calamarius de Spoleto, num.* 8. *ver. super tertio, lib.* 1. † Amplia, quando non est appositum tempus, & est la- 32
tum post quadriennium. Bart. *d. consil.* 166. *num.* 6. *& seq. ver. super alio.* † Declara, vt per Ias. *in l. si quis arbitratu, num.* 24. *ff. de verb. oblig.* 33
vbi in aliquibus communem *dicit contra Bart. † Amplia; quia *34
laudum arbitri & arbitratoris est nullum, si est latum post tempus in compromisso datum, etiam quod arbitro & arbitratori esset data plena facultas cum libera; quia non censetur data ad prorogandum terminum. Bald. *consil.* 60. *Sicut proponitur, in princip. lib.* 3.
† Et currit tempus de momento ad momentũ, maxime si in com- 35
promisso sit dictum, *hinc ad octo dies*, vel, *infra octo dies.* Angel. *consil.* 404. *Paulus Centolini, per tot.* vbi latissime, Afflict. *decis.* 75. *num.* 8. vbi quod modicum tempus post momentum reddit laudum nullum, etsi per horam. † Extende in tantum, vt non possit reforma- 36
ri etiam in eo, quod esset iustum, sed debet in totum annullari. Bald. *consil.* 169. *In primis sciendum, num.* 5. *verb. quinto sciendum, lib.* 2.
† Extende, etiam si esset data facultas pluribus arbitris semel, & 37
pluries prorogandi; quia si feratur laudum post tempus, est nullum, si non apparet expressa prorogatio. Bald. *consil.* 321. *Verba compromissi, & consil.* 322. *Veritas est, lib.* 5. Vide, *Arbitri & arbitratores* ☞ *quando prorogare possint instantiam. Concluſ.* 459. Vide, *Prorogatio non inducitur, nisi fiat expresse. Concluſ.* 928. † Extende, etiam si proro- 38
gatio esset facta, sed non in tempus, & secundum formam compromissi. Bald. *consil.* 346. *Viso Themate, & consil.* 347 *Post hæc, & consil.* 350. *Verba compromissi, num.* 3. *vsque in fin. lib.* 5. † Declara; nisi pro- 39
rogatio esset facta à partibus, quæ haberet vim noui compromissi. Socin. *consil.* 104. *num.* 3. *in fine, & 4. lib.* 4. Alexand. *consil.* 84. *num.* 2. *lib.* 5. † Amplia; quia causa si est compromissa decidenda de 40
iure in arbitratorem, sed in procedendo possit quomodocunque procedere, si feratur laudum iniustum, est nullum; sed tamen si nullitas non est apparens, potest reformari secundum Bald. *dict. consil.* 169.

conſ.169.num.4.& 5.lib.3. Secus ſi nullitas, & iniuſtitia eſſet appa-
41 rens. † Amplia; quia laudum arbitri & arbitratoris eſt nullum la-
tum non vocato, neque citato vno ex arbitris, & ſeu arbitratoris
42 bus. Io. de Anan. *conſil.* 8 ; *col.2.ver.Item eſt ponderandum.* † Declara
tamen; quia ſi compromiſſum eſt factum in patrem per filium, de
controuerſia cum patre, & in tertium, ſufficit laudum latum per
tertium, ſi pater illud approbauit. Abb. *conſil.116. Illud de iure,nu.3.*
43 *lib.2.ver. Nerotius autem ſatis declarauit.* † Amplia; quia laudum la-
tum poſt primum laudum eſt nullum; quia functus eſt officio ſuo.
44 Bald. *conſil.* 498. *lib.5.* † Reſtringe, niſi eſſet data facultas ſemel, &
45 pluries laudandi. Bald. *conſil.* 494. *per tot.* maxime *in fin. lib.5.* † Am-
plia; quia laudum arbitri, vel arbitratoris latum ex compromiſſo
facto per pupillum etiam cum auctoritate tutoris ſine decreto,
eſt ipſo iure nullum, ſi non conſtat, quod pupillus fuerit prouoca-
tus ad litem, vel diuiſionem, quo caſu eſt validum, ſed competit
reſtitutio in integrum. Angel. *conſil. 66. Comes Robertus, in princip.*
☞ Vide, *Minor compromittere non poteſt, & quando ſecus. Concluſ.* 250.
46 † Extende idem in laudo lato ex compromiſſo Eccleſiæ ſine de-
creto. Anch. *conſ.309. Videtur prima facie,* vbi etiam loquitur, quan-
47 do ad fauorem Eccleſiæ eſſet latum. † Declara; quia laudum, ſi la-
tum eſt ad fauorem minoris, vel Eccleſiæ, valet, licet decretum
non adfuerit in compromiſſo; quia Eccleſia & minor allegant nul-
48 litatem, ſed non contrahens cum eis nulliter. Bart. *conſil.159.nu.6.*
& 7.lib.1. Angel. *conſil.* 248. *&* 249. † Amplia; quia laudum arbitri
eſt nullum, per quod tollitur libera facultas teſtandi, & ideo ſi
diſponitur inter fratres, & quod morientibus ſine filiis alii ſucce-
dant, & quod aliter non poſſint diſponere etiam in vltima volun-
tate, non valet, Angel de Peruſ. *d.conſil.66.num.4. ver.quatenus au-*
tem. vſque in finem, vbi loquitur etiam, quando fuerat homologa-
49 tum, & aderat pupillus. † Extende; quia laudū arbitri & arbitra-
toris non valet, neque obligat in omnibus, in quibus non valeret
pactum compromittentium, prout quod quis non poſſit de re ſua
diſponere, & ſimilia; quia laudum ſumit vires à pacto partium.
☞ Caſtrenſ. *conſil.366. Super primo, colum.2. in princip. lib.1.* Vide, *Pacta*
50 *quando ſeruanda, vel non. Concluſ.* 4. † Extende; quia non valet, ſi pro-
hibet bona compromittentium alienari; quia non poteſt, niſi par-
tes obligauerint bona in compromiſſo. Alex. *conſil.59. nu.5.& ſeq.*
51 *ver.quoad ſecundum lib.5.* † Imo, quod laudum extendatur etiam ad
bona acquirenda, quæ prohibentur alienari, quando extant con-
iecturæ. Alex. *d.conſil.59. Viſo, num.10 & ſeq. ver.quoad tertium, lib.5.*
52 † Reſtringe, quando reſeruat partem bonorum, de quibus poſ-
ſunt compromittentes teſtari. Alex. *conſil.59. Viſo themate, in princ.*
53 *lib.5.* vbi ita declarat *conſil. Ang.76. nu.4. vſque in fin.* † Amplia; quia
laudum arbitratoris eſt nullum latum ſuper re non controuerſa,
neque petita tanquam litigioſa, quando compromiſſum fuit fa-
ctum, tanquam de re litigioſa, & de omni eo, quod arbitrabitur.
54 Ang. *conſil.218 Viſa narratione, nu.8. ver.& hæc ſufficiunt.* † Extende;
quia laudum eſt nullū latum ſuper re facta litigioſa per calumniā.
Angel. *d.conſil.218.num.8. ver. præterea & ſi diceremus,* vbi tamen lo-
quitur in caſu, quando erat ſuſpicio, quod compromiſſum fuiſſet
55 factum per impreſſionem. † Amplia; quia non valet laudum la-
tum ſuper pace, & remiſſione delicti, quando compromiſſum fuit
generale, & non ſpeciale ſuper pace, & quando ſuper delicto non
potuit tranſigi; quia neque compromitti ſuper pace poteſt. Rom.
56 *conſil.115.num.2.& ſeq.* vbi late. † Extende; quia non valet primum
laudum, in quo fuit alio non apparente facta condemnatio vnius
partis alteri ad ſoluendum pœnam centum, quando immediate
fuit factū aliud compromiſſum generale, & latum laudum, quod
fiat pax, & remiſſio delictorum, & quod pœna primi laudi ſit caſ-
ſata; quia conſtat, quod ſimulate fuit latum laudum primum, vt
deueniatur ad ſecundum compromiſſum nullum; igitur omnia
ſunt nulla. Rom. *conſil.115. num.3. ver.quoad ſecundum, per tot.* vbi plu-
57 raad hoc. † Amplia; quia laudum arbitratoris eſt nullum in omni-
bus caſibus, in quibus tranſactio eſſet nulla; quia de quibus valet,
vel non valet tranſactio, non valet etiam compromiſſum in arbi-
tratorem, neque laudum arbitratoris. Ang. *conſil.198. col.2. circa*
58 *med. ver.aut dicimus, vſq; in fin.* † Extende; quia ſuper delicto, & cau-
ſa criminali, ſuper qua non poteſt tranſigi de iure, non valet com-
promiſſum, neque laudum latum ab arbitro, vel arbitratore.
Rom. *conſil.115. Viſo compromiſſo, in princ.* vbi apoſtill. *in ver. firmat.*
59 † Amplia; quia compromiſſum factum per impreſſionem metu
culoſam operatur, quod laudum, ſeu arbitramentum eſt nullum.
60 Ang. *d.conſil.218. num.3 & ſeq. ver.ſecundo probatur.* † Amplia; quia
laudum latum per arbitratorem eſt nullum, ſi latum eſt poſt mor-
tem vnius compromittentis, ita quod nō mereatur executionem
ex ſtatuto. Angel. *conſ.248. Punctus, eſt, exorta, per tot.* maxime *in fine.*
61 † Limita; quia licet laudum arbitri ſit nullum, ſi ſit latum in Eccle-
ſia; tamen eſt ſecus in laudo arbitratoris. Abb. *in c. Quintauallis, diſ-*
ferentia 17. de iureiur. † Extende; quia laudum ſi eſt latum die feria- 62
ta in honorem Dei ab arbitro, nullum eſt, ſed ſecus eſt, ſi eſt latum
ab arbitratore. Abb. *d.c. Quintauallis, differ.12. de iureiur.* † Extende 63
in laudo arbitri nullo, ſi latum eſt ſecundum conſilium ſapientis
ante apertum conſilium, ſecus in laudo arbitratoris. Lanfranch.
de Oriano *tract. de arbitr in vlt. part. q.* 40. † Limita; quia laudum 64
ſub conditione latū valet, & ideo ſi quis fuit declaratus hæres ſub
cōditione ſoluendi intra certum terminum filiæ defuncti certum
quid, alias filiæ debeatur hæreditas, data cenſetur hæreditas ſub
conditione, & valet laudum, nō obſtante, quod conditio ſit, poſt-
quam erat hæres declaratus, & quod non potuerit hæreditas adi-
mi. Ang. de Peruſio *conſil.42. Porrecta fuit, per tot.* vbi eſt caſus. † Li- 65
mita; quia valet laudū latum ab arbitratore ſine citatione ad ſen-
tentiam, quando fuit informatus à partibus. Bald. *d.conſil.64. circa*
med. ver.& hoc facto, lib.3. Zabarell. *conſil.139. num.6. & ſeq.* quod eſt
Salyceti, & *conſil.140. num.3.* quod eſt Zabar. Anchar. *conſil.269.n.5.*
Cuman. *conſil.7. per tot.* quod eſt ſubſcriptum à duodecim Doct.
Alex. *in addit. ad Bart. in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. obligat. nu.7. in ver.* ☞
conſulere. Vide, *Arbitrator quis dicatur, & quid poſſit. Concl.*449. † Ex- 66
tende, etiam ſi ſit electus à ſtatuto, prout in ſtatuto Lucano, quod
diſponit, quod eligantur arbitri & arbitratores, & cōmunes ami-
ci, qui non ſeruato ordine procedere poſſint, &c. Anch. *conſ.269.*
num.5. Licet aliqui contrarium ſtatuant, prout Bologn. *in addit. ad*
conſ. Ioan. de Anan. conſ.83. num.3. † Reſtringe limitationem, quan- 67
do non erat merus arbitrator; quia fuit dictum, *quod deberet ſenten-*
tiare, vel de iure declarare; quia tenetur citare, & audire partes. Bald.
conſil.147. nu.4. ver.ſequitur videre, vſque in fin. lib.4. † Contrarium, 68
quod imo teneatur citare, & audire partes arbitrator. Anchar.
conſil.309. num.2. & quod ita fuit iudicatum, tenet Bald. *in tit. de in-*
ueſt. in maritum facta, c.1. in vſibus feud. quem citat Io. de An. *conſil.83.*
in ver. præterea. licet ipſe loquatur in laudo arbitri; tamē tenet hanc
partem, à qua in iudicando non eſt recedendum, & idem ibi dicit
Bologn. maxime *num.3.* vbi plurimos allegant, & confundunt pro
eadem materia laudum arbitri & arbitratoris, & Bolog. ibi in fin.
dicit magis * communem, & pro hac parte eſt *conſil. Bart.166. Cala-* *
manus de Spoleto, lib.1. qui dicit in arbitratore requiri citationem, a-
lias arbitramentum eſt nullum, & tollit omnia contraria, vbi vide
plenam apoſtillam magnam, *in ver. citari*, quæ infinitos allegat pro
vtraque parte, & dicit ita fuiſſe iudicatum Piſauri pro D. Franciſco
Beccio in cauſa ardua, vide apoſtillam, quæ ad ſaturitatem dat au-
thores, & dicit hanc communem, * & magis communem dicit *
Iaſ. *in l. ſi quis arbitratu*, licet teneat ipſe contrarium, *ff. de verb. oblig.*
vbi limitat. Rom. *conſil.72. Circa primum, col. fin.* qui dicit Bart. hanc
tenere, & eſſe * communem. † Declara, vt per Iaſ. *in d.l. ſi quis arbi-* *69
tratu, nu.21. & ſeq. vbi pro vtraque, & citat fere omnes, & tuetur o-
pinionem Bart. quod requiratur citatio, quando non audiuerunt
partes, alias ſecus, & ponit 10. limitatio. *ff. de verb. oblig.* † Declara; 70
quia Florentiæ de conſuetudine ſeruatur opinio Bart. quod re-
quiratur ſententia, vt atteſtatur Rom. *d.conſ.72. nu.4.* vbi apoſtilla
in ver. obſeruamus, dicit, quod ſi alibi conſuetudo contraria eſſet,
ſeruari debet. Vide Concluſionem proxime præcedentem. Vide, ☞
Arbitramentum quando, & ex quibus nullum dicatur. Concluſ. 468.

Laudunenſis Eccleſiæ ſtatuta, conſuetudines, & priui-legia. Concluſ. 31.

LAVDVNENSIS † Eccleſia habet conſuetudinem, quod vacante 1
Eccleſia emolumentum ſigilli, & iuriſdictionis ſpiritualium
ſpectet ad Archidiaconum, & quod Capitulum d. Eccleſiæ non
reddat ſigilla, niſi præſtito iuramento per Epiſcopum ſucceſſorem
ipſi Capitulo ſuper nonnullis. Oldrad. *conſil.194. Factum tale eſt.*

Legalitas perſonæ operatur multa. Concluſ. 32.

IVDEX † legalis, & bonæ opinionis facit ceſſare fraudem vſura- 1
rum in laudo ab eo lato. Abbas *conſil.62. Illud de iure, num.3.& 4.*
ver. ex quibus, lib.1. † Amplia; quia magna legalitas perſonæ facit in 2
multis recedere à iure communi, vt plura prohibita admittantur,
& permiſſa prohibita efficiantur. Vide plene pro vtraque parte
Iaſ. *in l. iubemus, C. de iudic.* vbi *num.10.* & vſque *in fin.* ponit plura
exempla, quæ videas, per totum. † Extende; quia licet mandatum 3
non præſumatur etiam per lapſum diuturni temporis, etiam ſi ſit
enunciatum, vt in *ver. Mandatum ad homicidium, vel delictum, &c.* ☞
Concluſ.34. Fallit tamen, quando enuncians ſe procuratorem eſſet
perſona religioſa, vel grauis, quod verſimile eſt, quod non
dixiſſet ſe procuratorem. Deci. *conſil.36. num.8. ver.*
ſecundo reſpondetur.

Lega-

Legatum, & relictum quid sit, & an donatio sit legatum. Concluſ. 33.

1 LEGATVM † & relictum important de ſui ſignificatione, quod ſolum poſt mortem habeant effectum. Oldrad. *conſ.* 225. *Grauamina, num.* 18. *ver. circa quintum.* † Relictum vero importare poteſt hæreditatem, & inſtitutionem; ideo ſi quis dicat, *relinquo omnia bona mea*, coram teſtibus ſufficientibus ad teſtandum, erit facta inſtitutio hæredis; quia relictum dicitur hæreditas, ita pulchre gloſſ. *in auth. de hæred. & Falcid.* § *ſi vero nulla, in ver. relictis*, quam citat & ſequitur Bart. *in l. iis verbis, ff. de hæred. inſtituend. & in l. nam quod*, §. *fin.* & ibi Caſtrenſ. Alexand. & alii, *ff. ad Trebell.* Io. Fabr. *Inſtit. de milit. teſtam.* §. *plane, in fine.* Zab. *conſil.* 60. *nu.* 2. Ruin. *conſ.* 14. *col.* 1. *& 2. lib.* 2. Rom. *conſil.* 179. *num.* 8. *&* 9. incipit, *Ampliſſime*, & eſt communis * opinio, vt dicit apoſtill. ad Abb. *c. Raynutius, ver. verbum relinquo, de teſtam.* vbi ſi adiicitur vniuerſitati, importat inſtitutionem, etiam ſi relinquatur ei, cui iure inſtitutionis debet relinqui, ſi rebus particularibus, importat legatum. Vide, *Inſtitutio per*
2 *quæ verba fiat, & quid importet. Concluſ.* 225. † Et quod relictum ſit magis generale; quia comprehendit omne genus relicti, ſiue directi, ſiue per fideicommiſſum, ſiue vniuerſale, ſiue particulare. Bart. *in quæſt.* 13. *filium adultum*; *in ver. ſolutio, ver. ſecundo ſciendum.*
4 † Contrarium tenet Alex. *conſil.* 136. *Viſo & examinato, num.* 9. *ver. nam dicit teſtis, lib.* 1. vbi, quod verbum, *relinquo*, relatum ad omnes caſus, & ſpecies importat legatum, non autem inſtitutionem, &
5 plures allegat. † Declarat Rom. *d. conſil.* 179. *num.* 8. *ver. ſed de iure gentium. cum ſeq.* vbi, quod verbum, *relinquo*, importare poteſt legatum, ſi certæ rei adiicitur, inſtitutionem vero, ſi vniuerſitati, imo, ſi conſtat de mente, & adiectum certæ rei importat inſtitutionem alio hærede non dato, & ita videtur etiam de mente Alex.
d. conſil. 136. *num.* 9. *lib.* 1. & ita etiam Alex. *conſil.* 140. *Super teſtamen-*
6 *to. in princ. lib.* 1. † Amplia; quia donatio dicitur legatum largo mo-
7 do, *l. legatum ff. de leg.* 2. Surd. *conſil.* 112. *num.* 45. † Et ideo qui legat alteri, cenſetur velle liberalitatem exercere, non autem ſoluere, vel compenſare, & valet argumentum, ſi aliter voluiſſet, expreſſiſſet. Petr. Surd. *d. conſil.* 112. *num.* 45. *& ſeq.* alleg. Corn. *conſil.* 292.
8 *col.* 3. *ver. Item perſuadetur, lib.* 1. † Extende; quia teſtator legando videtur lucrum voluiſſe afferre legatario, non damnum *d. l. legatum, ff. de leg.* 2. Dec. *conſil.* 425. *num.* 19. vbi, quod ex legato facto non inducitur excluſio à fideicommiſſo debito legatario, quando plus
9 importat fideicommiſſum, quam legatum. † Extende; quia potius verba teſtatoris debent reddi ſuperflua, quam quod legatum fiat, & reddatur inutile, & eluſorium. Natt. *conſil.* 186. quem ſequi-
10 tur Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *nu.* 25. † Extende; quia potius præſumitur, quod teſtator voluit hæredem ſuum duplici onere grauare, quam quod legatum ſit inutile. Caſtrenſ. *conſ.* 224. *num.* 1. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 98. *num.* 15. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. vltim. vo-*
11 *lunt. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 13. † Extende; quia, ne legatum reddatur inutile, fit interpretatio etiam non veriſimilis. Mantic. vbi ſupra, *lib.* 10.
12 *tit.* 1. *num.* 7. † Extende; quia etiam receditur à verbis, & propria ſignificatione, ne legatum reddatur inutile, *l. cogi. in princ.* & ibi
13 Bart. *num.* 1. *& 2. ff. ad Trebell.* † Extende; quia ideo legatum nullam afferens vtilitatem non valet, *l. hæreditatem, ff. mand.* Roland. à Vall.
14 *conſil.* 79. *num.* 3. *lib.* 2. † Declara pulchre; vt per Ruin. *conſil.* 79. *num.* 6. *lib.* 2. quod ſi legatur quantitas, puta centum, & legatarius grauatur ad ſoluendum ducenta, non valet legatum in exceſſu; ſi vero legatur quantitas, & condemnatur legatarius ad ſpeciem, vel è contra, valet legatum, & ſi acceptetur, tenetur ad onus, licet excedat legatum; quia cenſetur tanti æſtimaſſe ſpeciem: & idem, quando legatarius eſt creditor in quantitate, & minor quantitas legatur cum hoc, quod plus non petat; quia ſi acceptet, non poteſt petere; quia cenſetur ſuam actionem tanti æſtimaſſe, & re-
15 probat Caſtr. contrarium tenentem, vt infra. † Contrarium tenet Caſtr. *conſil.* 73. *Licet iſta D. Liſia, lib.* 1. vbi dicit, quod legatum pro dote, vel legitima, ad quam tenetur legans, ſi eſt in minori quantitate, etiam ſi dicat, quod plus petere non poſſit, licet acceptet, legatarius compenſabit pro quantitate, reſiduum petet, & diſtinguit tres caſus. Primus eſt, ſi lego centum, quæ habeo, ſimpliciter creditori; quia non valet legatum; ſi vero non ſub nomine debiti, valet legatum, & diſtinguit inter voluntarium & neceſſarium. Secundus, quando legatum fit creditori animo compenſandi, & fit compenſatio, ſiue de ſpecie ad quantitatem, ſiue è contra, quando fuit acceptatum. Tertius caſus eſt, quando prohibetur plus petere, & ſi conſiſtit legatum pecuniæ pro ſpecie, vel ſpecies pro ſpecie, vel è contra, acceptando non poteſt plus petere; ſi vero legat pecuniam pro pecunia maioris quantitatis, acceptatio
16 non liberat à reſiduo, infra in fin. † Declara; quia legatum factum filiæ pro omni eo, & toto, quod petere poſſet ex quacumque cauſa, non præiudicat in legitima quoad reſiduum, quando minus valet legatum, quam legitima: ſi vero extra legitimam, quatenus legatum acceptetur ſimpliciter, præiudicat acceptanti. Caſtrenſ. *conſil.* 193. *Super iſto puncto, num.* 3. *ver. ſuper tertio, lib.* 2. Vide plenius *in ver. Legitimæ non dicitur renunciatum, niſi expreſſe dicatur. Concl.* 14.
17 † Extende; quia legatum factum creditori de eadem ſumma, de qua legans pure eſt debitor, tanquam nullam afferens vtilitatem, non valet, neque eſt proprie legatum; ideo obligatus ſoluere omnia legata non tenetur ad iſta. Caſtr. *conſil.* 50. *per tot. lib.* 2. †
18 Extende; quia omnis interpretatio fieri debet, ne legatum reddatur damnoſum, etiam verba generalia reſtringendo. Caſtr. *d. conſil.* 50.
19 *per tot. lib.* 2. † Reſtringe; quia ex propria ſignificatione legatum non eſt donatio, & differunt in multis legatum & donatio, gloſſ. *Inſtit. de don.* §. 1. *in ver. fere.* Rom. *conſil.* 476. *num.* 4. vbi, quod licentia alienandi, vel donandi in vita non operatur, quod valeat legatum. Alexand. *conſil.* 54. *In caſu, de quo, num.* 7. *ver. Quarto quia, lib.* 7.
20 † Imo ſtatutum prohibens relinqui vxori non habebit locum in donatione cauſa mortis, quæ licet expectet confirmationem mortis; tamen donatio prædicta non erit legatum, neque relictum; quia verba in ſtatutis ſecundum propriam ſignificationem ſunt accipienda. Alexand. *d. conſil.* 54. *num.* 7. *lib.* 7. & plenius in fine, vbi quod ſunt propterea diuerſi tituli de legatis, & donationibus, licet donatio ſit genus, legatum vero ſpecies; tamen vno prohibito aliud non prohibetur. † Reſtringe; quia valet legatum factum
21 pro omni eo & toto, quod legatarius poteſt prætendere, & valet, licet maior ſit prætenſio, quam legatum. Crauet. *conſil.* 174. *num.* 9. plene Petrus Surd. *conſil.* 212. *nu.* 10. vbi plures allegat, plene Ruin. *conſil.* 79. *num.* 2. *& num.* 8. *lib.* 2. & Socin. Iun. *conſil.* 173. *num.* 8. *lib.* 2. vbi reſpondet ad contraria, quod propterea non dicitur oneroſum; quia poteſt legatarius non acceptare. Vide ſupra *nu.* 16. Vide plenius, *Legatum pro omni eo, & toto. Concluſ.* 74.

Legatum nutu, & aliis modis fieri poteſt. Concl. 34.

1 LEGATVM † nutu factum valet. Bald. *conſil.* 445. *Super prædictis, num.* 2. *ver. circa ſecundum, lib.* 2. quod eſt conſilium Roſelli de Roſellis de Aretio. † Amplia; quia valet legatum factum ad in-
2 terrogationem, ſi legans reſpondendo dicat, *ſic*, vel affirmet interrogatum legatum. Bald. *d. conſil.* 445. *num.* 2. *lib.* 2. † Extende; quia
3 probatur legatum factum nutu vel per affirmationem legantis interrogati, ſi duo teſtes deponant concordes in ſubſtantia. Bald.
d. conſil. 445. *num.* 3. *ver. ego autem, lib.* 2. Vide, *Hæredi inſtitutio facta ad nutum non valet, & quando ſecus. Concluſ.* 88.

Legata multiplicia ſunt, & quæ, & qualia. Concl. 35.

1 LEGATA † aliqua ſunt certa, quæ habent certam quantitatem, vel certam ſpeciem, vt ſi legantur decem, vel certus fundus. Bald. *conſil.* 221. *Factum ſic debet proponi, in princ. lib.* 4. Vide, *Legatum*
2 *quando dicatur certum, & quando incertum. Concluſ.* 43. † Aliqua ſunt legata, quæ non habent certam quantitatem, ſed debent certificari ſecundum quantitatem bonorum, & facultates, & conditionem teſtatoris, prout legatum alimentorum vxori factum. Bald.
d. conſil. 221. *num.* 2. *ver. quædam ſunt legata, lib.* 4. † Et ideo legatum
3 partis bonorum dicitur incertum; quia eſt in facultate hæredis, vel dare bona, vel dare æſtimationem, *l. non amplius*, §. *ſi. ff. de leg.* 1. & ideo non tranſit dominium in legatarium, niſi à die traditionis. Alexand. *conſil.* 127. *Sentio fieri, lib.* 6. *per tot.* vbi ſecus eſſe dicit, quando eſſet legatum partis bonorum pro legitima. † Extende; quia
4 idem eſt reſpectu perſonarum; quia quandoque perſonæ ſunt incertæ, quibus legatur, veluti ſi pauperibus indefinite legatum eſt; ſecus ſi certis perſonis nominatis, vel nominandis. Bald. *conſil.* 39.
Viſo teſtamento, in fine, lib. 5. † Aliqua ſunt certa per relationem, ſed
5 debent certificari ex relato; ideo valet legatum factum hoc modo, *lego Titio, quantum ei per epiſtolas ſcripſero.* Alexand. *conſil.* 239. *Ponderatis, in princ. lib.* 6. † Extende; quia valet legatum, ſi teſtator di-
6 cat, *grauo hæredem meum ad dandum totum illud, quod erit in ſchedula, quam reliqui apud Guardianum fratrum Minorum.* Alexand. *d. conſ.* 239. *in princ. lib.* 6. vbi apoſtilla citat eundem Alexand. *conſil.* 76. *num.* 5.
lib. 3. † Declara tamen, dummodo ſcriptura ſit vel manu teſtato-
7 ris recognita, vel per comparationem. Alex. *d. conſil.* 239. *in princ. & per tot. lib.* 6. † Legata alia ſunt particularia, aliqua vniuerſalia. Bald.
8 *d. conſil.* 239. *num.* 2. *lib.* 5. † Legatum quandoque fit ad optionem le-
9 gatarii, vt, *lego duas marcas, vel oues, vel quid ſimile, prout legatarius elegerit*, & non eſt conditionale hodie, licet eſſet antiquitus; ideo debentur fructus; quia dominium transfertur. Zab. *conſil.* 51. *in fin.*
ver. ad ſecundam partem. † Legata aliqua ſunt, quæ dicuntur vnum
10 legatum, aliqua, quæ dicuntur plura, prout in legato, quod ſtatim, & vnica vice debetur, & in legato annuo; quia ſunt plura legata.

Bald.

11 Bald. *conſil.* 42. *Præmittendum eſt, num.* 2. *lib.* 5. † Aliqua ſunt pura; aliqua conditionalia, aliqua in diem, aliqua ſub modo, vt infra per diuerſas concluſiones.

Legatũ proprietatis quando dicatur purum, & quando conditionale, & qualiter cognoſcatur. Concl. 36.

1 LEGATVM † domus factum quoad proprietatem Eccleſiæ, & quoad vſumfructum ad vitam certæ perſonæ dicitur purum à principio, non autem conditionale in tempus conſolidationis vſusfructus. Feder. *conſ.* 43. *Teſtator reliquit*, vbi, quod exemptio talis legati, quæ erat tempore teſtamenti, attenditur, licet ceſſauerit 2 tempore conſolidationis vſusfructus. † Extende, vt procedat, etiam ſi errore Notarii fiat legatum vxori de vſufructu tantum, & poſt mortem vſufructuariæ legetur proprietas ipſa; quia conſtat de mente teſtatoris. Caſtr. *conſ.* 149. *Clarum eſt, n.* 2. *lib.* 1. *ver. nam iſte* 3 *modus.* † Amplia; quia legatum dicitur purum ſemper, quod fit ad tempus vni, poſt illud tempus alteri; ſecus ſi ſimpliciter fiat vni, & poſtea grauatur, vt reſtituat alteri. Caſtr. *in l. ſi. C. de legat.* Paul. Pic. 4 *in l. Titia, §. Titia. ff. de leg.* 2. † Amplia; quia legatum factum de certis domibus pro hoſpitio, & vſu, ac habitatione fraticellorum cenſetur continere dominium, & proprietatem pro fraticellis de rigore iuris, licet ſecus ſit de æquitate. Bald. *conſ.* 59. *Quadam mulier*, 5 *per tot.* vbi pro vtraque parte alleg. *lib.* 5. † Amplia; quia legatum dicitur purum, & non conditionale, quando eſt de rebus certis ad electionem legatarii; ideo debentur fructus à morte teſtatoris. 6 Zab. *conſ.* 51. *in fin. ver. ad ſecundam partem.* † Amplia; quia legatum factum vxori, vel marito cum hoc, quod moretur cum alio, ſi alter coniunx non vult, quod cum eo moretur, ſed ſecum, debetur legatum; quia conditio habetur pro impleta, ita videtur velle Bart. *in l. Mœuia, §. vxore, n.* 2. *ff. de annuis leg.* licet dicat, quod diſtinguitur, quod maritus de nocte moretur cum vxore, de die iuxta mentem 7 teſtatoris. † Limita; quia legatum factum vxori, donec vitam virdualem, & honeſtam ſeruauerit, dicitur conditionale. Vide infra plene, *Legatum factum vxori, vel mulieri, donec vitam pudicam ſeruauerit. Concl.* 104. † Limita; quia legatum factum poſt mortem alicuius dicitur conditionale, & incertum, ſi fiat Titio, vel perſonæ particulari, & ante conditionis euentum nullum ius quæritur legata- 9 rio. Caſtr. *conſ.* 149. *Clarum eſt, in princ. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam ſi fiat Hoſpitali, vel Collegio, aut pio loco; quia licet non moriatur; tamen pati poteſt capitis diminutionem ſecundũ Bart. *in l. hæres meus, in princ. ff. de cond. & demonſtr. & in l. hæreditas ex die, ff. de* 10 *hæred. inſtit.* † Contrarium, quod imo ſit purum, & non conditionale; quia non præſumitur deſtrui poſſe. Bald. *in l. extraneum, C. de hæred. inſtit.* Caſtr. *conſ.* 125. *Viſo teſtamento, col.* 3. *ver. ſecundo dubitatur,* 11 *lib.* 1. † Declarat Caſtr. *d. conſ.* 123. *col.* 3. *circa fi. ver. ſaltem*, quod negari non poteſt, quin dies ſit incertus reſpectu quando, licet ſit certus reſpectu, an debeatur; idcirco cum ante diem non tranſeat dominium, ſatis eſt, quod non acquiritur ante diem. Caſtr. *d. conſil.* 125. 12 *col.* 3. *circa fi. lib.* 1. † Et an conditio legati debeat perdurare, an vero ſufficiat momentanea. Vide, *Conditionem ſemel extitiſſe ſufficit, &* 13 *quando ſecus. Concl.* 598. † Limita; quia legatum factum ad diem incertam dicitur conditionale, & non acquiritur ante diem, neque tranſmittitur ad hæredes legatarii, *l. ſi pecunia, §. quod ita legatum eſt, ff. de leg.* 2. *l. vnica, §. ſin autem aliquid. C. de caduc. tollen.* quia ſaltem, antequam dies incerta veniat, non acquiritur, neque debetur; ideo 14 non tranſmittitur. † Limita; quia legatum factum vxori de centũ, ſi cum filiis habitauerit, & dotes ſuas non petierit, dicitur conditionale, cuius natura eſt, vt conditione non impleta reſoluatur, ac ſi factum non eſſet, *l. qui hæredi, §. ſin. ff. de cond. & demonſtr. l.* 1. *ff. de regul. Catonia.* vel cenſetur ſub contraria conditione, ſi non impleuerit, vel ſi conditio non venerit, ademptum, & contrariũ diſpoſi- 15 tum, *l. ſi legatum pure. ff. de adim. leg.* † Extende multo magis, quando eſſet dictum, *ſi & caſu, quo*; quia talia verba important conditionem. Bald. *conſ.* 241. *Caſus talis eſt, lib.* 1. Corn. *conſ.* 14. *Circa primum. col.* 1. *ad med. & conſ.* 95. *Videtur in hac, col.* 1. *ad med. lib.* 1. *& conſil.* 187. 16 *Circa hunc, n.* 17. *lib.* 2. † Extende; quia vbi plures ſunt conditiones copulatæ, vtraque debet purificari, niſi diſpoſitio redderetur eluſoria; quia tunc copulatiua reſoluitur in diſiunctã. Alex. *conſ.* 130. *Attentis, col. fin. vol.* 2. Vide, *Copulata plura ſi requirantur, non ſufficit* 17 *vnum. Concl.* 1035. † Declara; quia ad hoc, vt legatum dicatur purum, vel conditionale, inſpiciuntur verba; quia aut conditio apponitur ſubſtantiæ legati. & eſt conditionale, & nõ tranſmittitur; aut conditio apponitur ſolutioni, & tunc tranſmittitur; quia eſt purum. Bald. *conſil.* 285. *Super primo. nu.* 4. *ver. ſuper tertio, lib.* 3. Caſtr. *conſil.* 125. *Viſo teſtamento, num.* 2. *lib.* 1. *ver. item nec videtur pendere.* & Crauett. *conſil.* 101. *per tot.* Vide, *Conditionalis quando dicatur inſtitutio, vel alia diſpoſitio. Concluſ.* 584.

Legatum certo caſu factum, quando dicatur conditionale, vel non. Concluſ. 37.

LEGATVM † factum mulieri cum hoc, quod caſu, quo maneret 1 cum aliquo pro concubina, vel vteretur carnali copula cum aliquo, qui non eſſet ſuus vir legitimus, priuetur tali legato, & traditus eſt modus probandi per teſtatorem, quod dictum legatum non debeat auferri, niſi probetur per modum traditum à teſtatore; quia verba, quod ad vnguem debeat probari, important conditionem; ita Rota Florentiæ 27. Iulii 1576. in cauſa Nicolai Petri. † Amplia; quia legatum conditionale quandoq; debetur ex mo- 2 mentanea conditione, quandoque ex ſucceſſiua, & quando ſufficiat ſemel conditionem extitiſſe, vel durare debere, Vide Concluſionem proxime præcedentem.

Legatum conditionale non debetur ante conditionem, & quando ſecus. Concluſ. 38.

REGVLA † eſt vniuerſalis, quod legatum conditionale, vel in 1 diem nõ debetur ante conditionem, vel ante diem; quia conditio nihil ponit in eſſe. Corn. *conſ.* 93. *Licet poſſet, in princ. lib.* 3. Vide, *Statutum circa legata prohibens legari certis perſonis. Concluſ.* 586. † Ex- 2 tende; quia legatarius ſub conditione nõ agit ante impletam conditionem. Dec. *conſil.* 585. *num.* 1. *& conſil.* 629. *num.* 2. Quia qui vult aliquid conſequi ex conditione, vel aliquo actu conditionali, debet probare conditionem. Rim. *conſil.* 314. *lib.* 2. † Declara; quia te- 3 netur hæres præſtare cautionem de ſoluendo adueniente die, vel conditione. Corn. *d. conſil.* 93. *in princ. lib.* 3. vbi, quod procedit, maxime quando dubium eſt, an ſuperſit tantum, quod de facili poſſit legatum ſolui. † Extende, ſiue conditio ſit expreſſa, ſiue tacita; 4 quia ante purificationem non debetur, & non eſt nata actio. Alex. *conſil.* 145. *lib.* 2. *& conſil.* 42. *& conſil.* 46. *lib.* 7. † Extende; quia aliter 5 legatarius conditionalis non admittitur, vt legatum conſequatur, niſi probata conditione. Rim. *conſil.* 117. *num.* 7. *lib.* 1. Et ratio eſt, quia conditio ſuſpendit diſpoſitionem, vſquequo non doceatur eam impletam, & purificatam. Soc. Iun. *conſil.* 1. *num.* 33. *lib.* 1. *& conſil.* 172. *num.* 15. *& 16. lib.* 2. *& conſil.* 145. *num.* 2. *lib.* 3. & infra *num.* 9. *&* 10. Vide, *Conditio nihil ponit in eſſe, & quando procedat. Concluſ.* 593. † Extende; quia legatum conditionale, ſeu modale non meretur 6 executionem, & propterea ex eo non poteſt agi per viam tenutæ, niſi purificata conditione, vel impletõ modo ſaltem per cautionem præſtandam hæredi de implendo, *l. Mutianæ, l. mulier, §.* 1. *l. hæres. §. qui poſt, ff. de condit. & demonſtr. l. cum filius, §. qui Mutianæ. ff. de leg.* 2. *l. ſi. ff. de confir. tuto.* & renetur legatarius offerre ante motam litem, vel in actu litis, alias non poteſt agere, & ſi ſibi opponitur exceptio, dicitur litis finitæ. Et idem, quando conditio eſt negatiua, ſi non fecerit; quia proprie requiritur tunc cautio prædicta. Vide, *Cautio vſufructuarii, & legatarii quid operetur. Concl.* 179. † Et 7 quod legatum conditionale non debeatur ante purificatam conditionem; quia conditio nihil ponit in eſſe, eſt text. *in l. ſi ita ſcriptum eſt, §. ſi ſub conditione, ff. de leg.* 2. † Extende; quia legatum pro 8 dote dicitur conditionale, ſi matrimonium ſequatur. Vide infra, *Legatum pro dote, & occaſione dotis qualiter debeatur. Concl.* 102. † Am- 9 plia; quia legatum conditionale, *ſi legatario placuerit*, non debetur ante impletam conditionem; & ſic ante declarationem, quæ non poteſt fieri per alium poſt mortem. Angel. *conſil.* 293. *Punctus eſt, per tot.* ſupra *num.* 5. † Extende in legato facto filiæ, *ſi nubat*; quia 10 eſt conditionale, neque debetur, antequam nupſerit. Angel. *conſil.* 294. *Quoniam in vltimis, num.* 7. *in fin. ver. de tempore petendi.* † De- 11 clara, vt per Bart. poſt gloſſ. & alios *in l.* 1. *ff. de leg.* 2. vbi diſtinguit multos caſus, & in *l. ſi ſic, in princip. ff. de leg.* 1. vbi, ſi committitur in arbitrium tertii, vel hæredis, valet legatum, ſi eſt certum; ſi vero in libera voluntate hæredis, aut dixit, *ſi hæres voluerit*, & non valet; aut, *cum hæres voluerit*, & valet, & moriendo videtur declarare. † Amplia; quia legatum conditionale, quod non debetur, donec 12 hæres maritauerit ſorores, non debetur; etiam ſi habeat vnam ſororem maritatam, & aliam monialem, nondum profeſſam; quia donec ſubeſt ſpes, quod poſſit maritari, non debetur. Caſtrenſ. *conſil.* 211. *Ad primum, ver. ad ſecundum, lib.* 2. † Limita; quia 13 legatum conditionale pro neceſſitatibus legatarii pauperis. *ſi petierit*, debetur etiam pro præterito tempore, quo non petiit, quando ignorauit ex dolo legatarii. Bald. *conſil.* 235. *Bart. legauit, per tot. lib.* 1. Vide, *Legatum factum pauperi, ſi petierit, quando, & qua-* 14 *liter debeatur, ſi ignorauit. Concluſ.* 133. † Extende; quia legatum factum filiabus de alimentis, *ſi non voluerint ſtare in domibus maritorum*, debetur etiam pro annis præteritis, licet ſteterint in domibus maritorum, quando ignorarunt legatum, & iurarunt, quod non ſtetiſſent, ſi ſciuiſſent; quia cum ſit conditio poteſtatiua, habetur

pro

pro impleta, si non stat per debentem implere. Corn. *consil.* 168. *In hac consultatione, n.* 10. *& seq. ver. deuenio modo, lib.* 3. Vide, *Conditio quæ dicatur casualis, & quæ potestatiua. Concluſ.* 580. † Limita in casu conuerso; quia legatum factum sub conditione existente, conditione purificata debetur; quia à die euenientis conditionis cedit dies legati, *l. vnica, § sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen.* Alex. *conſ.* 71. *Ponderatis verbis, in princ. lib.* 2. vbi hoc dicit esse verum, maxime quod peti potest, si hæreditas est adita; quia aditio cõfirmat legata, vt infra, *Legata non valent, nisi adita hæreditate. Concl.* 52. † Extende; quia etiam si testator legauit sub conditione extitura, puta mille, ita tamen, quod si hæreditas minuatur ex die mortis testatoris, etiam pro rata minuantur legata, debet intelligi, si fiat diminutio hæreditatis pendente conditione legatorum, sed si minuatur post solutionem legatorum, nõ est locus diminutioni legatorum. Alex. *consil.* 71. *Ponderatis, per tot.* vbi est casus. *lib.* 2. † Idem dicendum est, si hæreditas minuatur post purificatam cõditionem, licet non fuerit solutum legatum; quia sufficit, quod venerit dies conditionis, & sit debitum effectum; quia non possunt hæredes allegare negligentiam contra legatarios in exigendo legatum, ex quo ex tali negligentia hæredes commodum sentiunt retinendo legata. Alex. *d. conſ.* 71. *in princ. lib.* 2. vbi, quod vtilitas hæredum probatur; quia non tenentur ad vsuras aliquas; quia nõ sunt in mora. † Limita, quando legatum fit mulieri sub certa conditione, dummodo moretur cum certa persona; quia si per legatariam nõ stat, sed non potest; quia vir eius non vult, habetur pro impleta, & debetur legatum. Bart. *in l. Mauia, §. vxore, n.* 2. *ff. de annuis leg.* Vide, *Conditio ex quibus purificetur, vel pro purificata habeatur. Concluſ* 596. † Limita; quia conditio, quæ bonis moribus aduersatur, habetur pro non apposita, & reiicitur; ideo legatum debetur, tanquam purum. Anch. *conſ.* 216. *Mirum prima facie*, vbi, quod conditio apposita legato vxoris, *si nubat intra annum luctus*, videtur non apposita; quia contristatur anima defuncti. † Limita; quia debetur legatũ conditionale non impleta conditione, quando impleri nõ potest sine culpa implere debentis, veluti si legantur centum Seio, si manumittat talem seruum; nam seruo mortuo debetur legatũ. Ofasch. *decis.* 97. *n.* 2. *& seq.* † Limita, quia conditio impossibilis impropriatur, vt efficiatur possibilis; ideo si testator legat vxori in testamento mille, *si nubat intra duos menses à die testamenti*, & sic vt nunc, si testator viuat vltra duos menses, ita quod fuit impossibile, quod nuberet, intelligitur, vt tunc, & sic à die obitus ex necessitate, vt menti inseruiatur. Anch. *d. conſ.* 219. *per tot.* vbi est casus. † Declara totam istam materiam, vt per Francis. Marc. *decis. Delfin.* 310. *Quæritur, quando in legato, part.* 1. vbi, quod dicitur conditionale, & non debetur ante conditionem, quando tempus incertum apponitur substantiæ, vel præstationi legati; si vero tempus est certum, & apponitur executioni legati, dicitur purum, & non conditionale.

Legatum conditionale non transmittitur, & quando secus; purum vero etiam non agnitum transmittitur, & quando. Concluſ. 39.

LEGATVM † conditionale non transmittitur ad hæredes, si ante conditionem legatarius moriatur. Bald. *consil.* 407. *Lucas Franceschini, in princ. lib.* 3. Card. Zabarell. *consil.* 51. *col.* 2. *ver. ad tertium.* Ioan. de Anan. *consil.* 8. *Viso puncto, in princip.* vbi Ludouic. Bologn. in apostilla, & idẽ Bologn. *in addit. ad conſ. Ioan. de Anania* 75. *in fin.* per tex. *in l. vnica, § sin autem sub conditione, C. de caduc. tollen.* Alex. *conſ.* 55. *Viso titulo, in princip. lib.* 2. gloss. & Bart. *in l. vnica, C. de iis, qui ante apertas tabul.* & gloss. not. *in l. hæredes mei, § cum ita in ver. suscepissent. ff. ad Trebell. l. quibus diebus, § quidam Titio, ff. de condit. & demonstr.* gl. singularis, & * communis *in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell.* Bald. *in l. si cui, §. 1. ff. de leg.* 1. vbi Ias. & idem *in l. quodcunque. §. fin. ff. de verb. oblig* plenissime Rom. *consil.* 17. *Viso puncto, in fine, & consil.* 162. *Super puncto, circa med. ver. certum est.* & idem Rom. *consil.* 480. *In casu, ver. secundo idem probatur, n.* 2. Vide, *Conditionalis quando dicatur institutio, vel alia dispositio. Concl.* 584. † Extende, etiam si legatum conditionale esset pro dote; quia non purificata conditione non transmittitur. Alex. *conſ.* 55. *Viso tit. in prin.* vbi loquitur in legato, *cum nupserit.* † Extende, vt procedat, etiam si legatum esset purum, puta *lego* 10. *Seio, quæ volo solui, & præstari post mortem vxoris*, si viuente vxore moriatur legatarius, dicit Ias. *in d. l. quodcunq., §. fin. ff. de verb. oblig.* se consuluisse, quod legatum non debeatur, & est ratio; quia tempus mortis alterius appositum solutioni legati, tanquam tempus incertum, an existat in vita, vel post mortem legatarii, habet vim conditionis, *l. 1. §. dies. ff. de condit. & demonstr.* Contra vltimam extensionem credo esse veritatem; quia solutio respicit executionem legati, non substantiam, & ipsum legatum; ideo non potest dici conditionale. Vide, *Dispositio omnis inspicitur, & interpretatur, prout verba dirigun-*

tur. Concluſ. 497. † Declara, vt plene Alex. *conſ.* 42. *Consideratis, lib.* 7. quia ad effectum transmissionis legatũ purum, vel in indiem certam transmittitur ad hæredes legatarii à die mortis testatoris legantis, si vero est conditionale, vel in diem certam, transmittitur à die euenientis cõditionis, & dicì incertæ, nõ ante; & ideo, quando conditio inest à lege, & dicit magis * communem, & apostillæ * dant concord. plurimos. † Restringe; quia successio conditionalis, quando prouenit ex contractu, vel concessione principis, prout successio primogenitorum, licet decedat primogenitus, tamen defertur filio primogeniti, ita Abb. *conſ.* 85. *In præsenti, col.* 2. *n.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 1. † Restringe, nisi essemus in filia, cui deberetur legitima; quia si conditio esset remouenda, tunc transmitteret. Alex. *d. conſ.* 55. *n.* 7. *& seq. per tot. lib.* 2. † Declara; quia remanet apud illos, qui erant grauati, *l.* 1. *§. si sub conditione, C. de caduc. tollend.* Bart. *in l.* 1. *ff. de condit. & demonstr. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. eodem*, & Socin. *d. l.* 1. *ff. de cond. & demonstr.* dicit, quod communiter * Doct. * sequuntur Bart. † Amplia, vt procedat etiam in legato conditionali ex dispositione legis, veluti si legatur mulieri pro dote, vel pro maritanda legataria; quia videtur conditionale, si sequatur matrimonium; ideo si moriatur ante, non transmittit. Angel. *consil.* 124. *Iolus D. Dalmatii, in princip. & per tot.* Card. Zabarell. *d. consil.* 51. *ver. ad tertium.* Vide, *Legatum pro maritanda legataria quando & qualiter debeatur. Concluſ.* 101. *cum Concluſ. ibi proxime sequenti.* † Extende etiam in legato partim puro, & partim conditionali, prout facto filiæ; quia pro legitima est purum, & transmittitur, pro excessu legitimæ est conditionale, & non transmittitur. Card. Zabarell. *consil.* 51. *colum.* 2. *verb. ad tertium.* † Declara; quia multum refert, an legatum sit temporale, puta factum Titio ad vitam suam; quia finito legato debetur hæredi, qui fuit grauatus, siue primo, siue secundo, non ex transmissione, sed quia finitur tempore; secus si conditionale est; quia tunc attenditur regula ista. Alex. *consil.* 173. *Visa facti, in princ. lib.* 5. Vide, *Hæres hæredis primi testatoris est hæres. Concluſ.* 64. *cum concluſ. ibi proxime seq.* Vide, *Legatum ad vitam legatarii non excedit eius vitam, secus, si legatum est simplex. Concl.* 88. † Amplia; quia legatum conditionale, *si legatario placuerit*, non transmittitur, si legatarius decedat ante declarationem factam, nec hæres illius, vel hæres testatoris possunt declarare in præiudicium alterius. Angel. *consil.* 293. *Punctus est, ser Stephanus.* Vide, *Declaratio an posit fieri post mortem. Concluſ.* 101. † Declara; quia est dubium, si ignorauit culpa hæredis, vt infra, *Legatum factum pauperi*, si petierit. *Concluſ.* 133. † Amplia in tantum legatum conditionale non transmitti, vt etiam si per hæredem soluatur ante conditionem per errorem, possit repeti, *l. sub conditione, ff. de cond. indeb.* & ideo non transmittitur etiam solutum per errorem ante conditionem purificatam, sed efficitur caducum, *l. dies incertus, ff. de condit. & demonstr. l. cum hæres, ff. quando dies lega. cedat.* † Amplia, vt quod dicitur de legato conditionali, idem sit de fideicommisso conditionali. Rom. *consil.* 17. *Viso puncto, & consil.* 124. *circa fin.* vbi apostilla *in ver. conditionali*, dat concord. † Extende idem in substitutione conditionali facta de Titio post mortem Sempronii; quia si Titius moritur ante Sempronium, non transmittitur, sed euanescit. Roman. *consil.* 124. *Idem concludendum, ver. neque ad hoc.* † Amplia; quia legatum factum matri sub conditione, *si moritur cum filiis*, & sic sub conditione mixta, non transmittitur. Io. de Anan. *consil.* 8. *num.* 3. *ver. tertio quotiescunque.* † Amplia; quia legatum factum filiabus in casu mortis masculorum, si præmoriantur filiæ masculis, non debetur filiis filiarum; quia non transmittitur. Zab. *consil.* 133. *num.* 6. *ver. ad tertium. Instit. de donat. §. alia institutio. l. vnica, § sin autem, C. de caduc. toll.* vbi Bald. Alex. *consil.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. Ias. *in l. non omnis, ff. si cert. pet.* Vide, *Conditionalis quando dicatur institutio, vel alia dispositio. Concluſ.* 584. † Amplia in legato arbitrio boni viri facto; quia si moritur legatarius pendente arbitrio boni viri, tunc non transmittitur. Io. de Anan. *d. consil.* 36. *in fin. ver. circa vero.* † Contrarium videtur tenere Alex. *consil.* 13. *Circa primum, num.* 19. *& 20. ver super tertio, lib.* 3. vbi quod legatum factum filiæ de dote arbitrio executorum dicitur purum, & non conditionale, etiã mortuis arbitris; quia legatum in se est certum, & per iudicem potest declarari. † Amplia, vt quod dicitur de legato, idem sit in fideicommisso, & substitutione fideicommissaria; quia mortuo substituto per fideicommissum ante grauatum post mortem non transmittit ad suos hæredes. Ludouic. Rom. *consil.* 17. *Viso puncto*, vbi apostilla, *in ver. non transmittit, la secunda*, & plenius *consil.* 480. *In casu proposita, in princ.* vbi apostilla prima, & plenius *consil.* 162. *Super puncto*, vbi plenissima apostilla citat infinitos, & dicit * communem, & idem, * quando fideicõmissum est in diem, & ante diẽ moritur, vt ibidem. † Extende etiam in suis hæredibus, licet gloss. & alii teneant contrarium, sed communiter * damnantur, vt dicit *d. apostilla ad consil.* *

Roma.

22 *Roman.162.* vbi infinitos citat.† Amplia multo magis in substitutione pupillari; quia non transmittitur, si decedat substitutus ante pupillum. Ludouic. Rom. *d. cons.17.* vbi plena apostil. *in ver. trãsmitit.* Vide, *Transmitti non potest ius nondum competens. Conclus. 372.*

23 † Limita in legato sub cõditione resolutiua, prout si legetur mulieri *si non nupserit*; quia si nõ nubat, & decedat, transmittit ad hæredes; secus, si dicere tur; *quamdiu vixerit vidua*; quia duo requirũtur, quod viuat, & vidua; ideo tunc per mortem etiam in viduitate resoluitur. Castren. *cons.452. Legatum istius domus, lib.1.*

24 † Limita; quia legatum etiam conditionale non agnitum trãsmittitur, quando debetur semel, & conditio est successiua; quia sufficit, quod sit cœpta conditio successiua, licet non impleta; quia contraria loquuntur in momentanea conditione, ita pulchre Io. de Anan. *cons.75. ver. præterea plus dico*, vbi dicit, quod alias sequeretur absurdum, prout si legantur 500. Titio, si penes se educaret filiũ testatoris sumptibus hæreditatis testatoris; pone, quod legatari⁹ tenuit plures annos, vel etiam paruum tempus; quia moritur filius vel legatarius, certe debetur legatũ. † Restringe in legato annuo; quia si est conditionale etiam conditione successiua, nõ debetur pro omnibus annis cœpta conditione, sed pro rata tempo-

26 ris. Io. de An. *d. cons.75. ver. præterea plus dico.* † Limita stante statuto, prout Bononiæ, quod hæreditas non adita transmittatur; quia ẽt legatum non agnitum transmittitur sine dubio cum hæreditate

27 nõ adita. Io. de An. *d. cons.75. circa si.* † Limita; quia legatum factum alicui ad tempus, vel ad vitam suam, vel quousq; vixerit; dicitur purum, & non conditionale, etiam si tempus sit incertum, quãtum ad effectum consolidationis, non quantum ad transmissionem; ideo sicut dominium ipso iure trãlit in legatarium; ita finito tempore transit in hæredem, vel in hæreditatẽ, licet mortuus sit hæres, non ex vi transmissionis, sed vi temporalitatis. Bald. & Florian. *in l. Titia. §. Titia. in fi. ff. de leg. 2.* quos citat Paulus Picus ibi

28 *num.17. & n.19.* Ias. post alios *in l. fi. C. de legat. n.5. & seq.* † Limita; qa legatum conditionale origine tantum transmittitur, veluti si dicat testator, *si Titius hæres meus erit, lego Sempronio centum*, certe est conditionale respectu originis tantum, ideo transmittitur ad hę-

29 redes legatarij. Boer. *decis.38. n.4.* † Extende, si fiat legatum mulieri, & post eam eius filiis, si decedat legataria viuo testatore, legatum non efficitur caducum, sed debetur filijs. Dec. post longam disputationem *cons.205.* & Ruin. in terminis dictionis, & post eã,

30 *cons.99. nu.3. lib.2.* † Limita in legato certo de pluribus facto ad optionem, vel electionem legatarij, puta, *legat quatuor loca montium, quæ elegerit, vel optauerit legatarius*, tale legatum non est conditionale; imo debentur fructus à die mortis testatoris. Zabar. *cons.51. in*

31 *fi. ver. ad secundam partem.* † Limita in legato cõditionali facto Monasterio, vel Vniuersitati, puta post mortẽ hæredis, quia non potest effici caducum, & solutum non repetitur prætextu erroris; quia omnino est futura conditio; quia Vniuersitas nunq̃ moritur. *l. quod Principi. ff. de leg.2.* imo potest Vniuersitas agere contra grauatũ hæredem, vt restituat. Bald. *in l. post mortem, col.3. ver. sed pone. C. de fideic.* & dicit Bartolum tenentem contrariũ decipi; quia mali euentus, & spes turpis non consideratur; & quia destructo Monasterio remanet Papa, & Ecclesia Romana, quæ pro eo ca-

32 pere solet.† Contrarium tenet Bar. ibi; quia potest Monasteriũ,

33 & Vniuersitas destrui authoritate Superioris. † Limita, quia regula communis est affirmatiua, quod legatum purum, licet non agnitum, transmittitur ad hæredes; ergo transmissio debet habere locum in omnibus casibus non prohibitis à iure. Io. de An. *cons.3. n.3. ver. sed iis non obstantibus*, vbi Bolog. *in addit. in pr.* & idẽ tenet *cons.75. per tot.* vbi etiam Bolog. idem confirmat. Surd. *cons.123.*

34 *n.8.*† Contrarium, quod legatum non agnitum per filiam, cui factum est, non transmittatur; quia dominium in legatarium non transit irreuocabiliter, dicit Io. de An. *cons.36. n.4.* vbi Bolog. *in apost. n.8.* & acquiritur irreuocabiliter per agnitionem legati, & lo-

35 quitur in legato conditionali arbitrio boni iuri. † Declara, quia si legatum est purum, vel sub modo, & non agnitũ transmittitur; quia dominium est acquisitum vni de tribus modis, aut ficte, aut vere, sed reuocabiliter, aut vere, & irreuocabiliter, vt declarat Bolog. *in additio. ad cons. Ioan. de Anan.75.* vbi idem Io. *d. cons.75.* tenet,

36 quod siue sit purum, siue sub modo, transmittitur. Vide, *Dominiũ qualiter transferatur in legatarium. Concl.607.* † Declara; quia legatum purum si est certum, transmittitur, & transit dominiũ in legatarium; si vero est purum, sed in tempus, vel diem etiam certã, transit quidem legatum, & transmittitur, sed non dominium, ni-

37 si adueniente die. Surd. *cons.253. n.25.* † Extende limitationẽ; quia conditione incæpta in iis, quæ sunt momentanea, transmittitur legatũ, veluti si legatur matri summa scut. 200. siue annua, siue semel, & steterit per aliquot dies, transmittit legatum 200. pro primo anno, vel in totum, si semel legata sunt. Io. de An. *cons.8. n.3. & seq. ver. sed iis non obstantib.* Vide, *Conditionem semel exitisse sufficit, & quando secus. Concl.598.* † Extende in legato facto filiæ pro dote, vel 38
vt nubat; quia dicitur purum pro quantitate legitimæ; ideo trãsmittit, etiam si decedat, antequam nubat. Io. de Anan. *cons.37. Viso puncto, in fin.* vbi Bolog. in apost. † Extende; quia legatum factum 39
sub modo, licet non sit agnitum transmittitur; quia est purũ. Io. de An. *cons.75. per tot.* maxime *in ver. & ex iis.*† Extende in legato facto 40
amico de libris 500. cum conditione, quod habeat commẽdatos vxorem, & nepotem testatoris, & teneatur educare, expẽsis tamen hæreditatis testatoris; quia non dicitur cõditionale, sed purum; quia illa commendatio, & verba, *cum conditione*, non faciunt conditionem. Io. de An. pulchre *d. cons.75. per tot.* vbi Bologn. in apost. vbi, quod sufficit, quod cesserit dies legati. † Extende; qa 41
legatum sub conditione, quæ purificata fuit in vita legatarii, trãsmittitur ad illius hęredes, licet legatum non agnouerit, vel acceptauerit *l. vnica, §. cum igitur. C. de caduc. tollen.* & ibi glos. magistra *in ver. cedere*, approbata per * omnes, quam singularem dicit Bald. *in* *
l. fi. in pr. C. de manumiss. testam. sed est glos. similis *Instit. de legat. §. si peculium. in ver. cedere.* & est tex. *in l.1. §. si impubere. ff. de collat. bon.* Vide,
Legata efficiuntur caduca multis modis, vt non debeantur. Concl.117. Vide, *Transmitti quæ possint, & quæ non. Concl.367.* Vide Ant. Gabr. *lib.4. tit. de hæred. instit. concl.2. Institutio, seu legatum conditionale.*

Legatum sub modo factum transmittitur, & quando, & qualitet debeatur, vel non. Concl. 40.

LEGATVM † factum exequutoribus testamẽtariis, vt sint magis prompti, & sollicitati ad exequendum legata facta per testatorem, dicitur sub modo, quia dictio, *vt*, importat modũ. Io. de Im. *cons.136. In causa quæ vertitur, in pr.* † Extende; quia legatum 2
factum alicui, vt dotet filiam dicti testatoris; & interim alimentet, dicitur modale, quo casu post quam legatarius acceptauerit legatum, potest cogi ad implendum modum ex tribus remedijs, de quibus per Bart. *in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonstr. in 1. & 2. colum. ver. quæro, quod si legatarius.* Alexand. *cons.102.*
Visis & ponderatis, col.2. lib.1. Vide, *Cautio iuratoria quando admittenda. Conclus.175.* † Actio nata est pro legato facto sub modo; sed tamẽ 3
non datur exertitium actionis, nisi modum impleuerit, vel nisi satisfdet de modo implendo. Io. de Imol. *cons.136. nu.1.* † Extende; 4
quia competit actio etiam ei, ad cuius commodum adimplendus est modus; quia tale commodum dicitur continere causam finalem dispositionis, *l. Titius in pr. ff. de cond. & demon.* & Soc. *cons.*
83. *Pro certo, colum.2. num.5. lib.3.* Dec. *cons.330. Visis allegationib. col.2.*
† Imo potest legatarius repelli ab hęrede, si petat legatum, nisi ca- 5
ueat de modo implendo. Imol. *cons.136. In causa, quæ vertitur* Dec.
cons.554. Quod supra accuratius, in fin. Vide, *Modus differt a conditione, & quomodo cognoscatur. Concl.298.* † Restringe; quia si propter mortẽ, 6
vel casum fortuitum non potest legatarius implere modum, & per eum non stat, habetur pro impleto, & debetur legatum. Ant. de Butr. *cons.48. in princ.* † Transmittitur tale legatum sub modo, 7
licet decedat legatarius ante impletum modum cum onere implendi modum, quando onus potest impleri per hæredem, alias non transmittitur. Io. de Im. *d. cons.136. n.2.* vbi *n.3.* quod officium exequutoris non transit ad hæredem, ideo hæres non petit tale legatum, etiam si vellet implere, vel cauere de implendo. Vide,
Transmitti quæ possint, & quæ non. Concl.369.

Legatum ex causa, vel ob causam non est proprie legatum. Concl. 41.

LEGATVM † factum ob certam causam, vt puta pro liberatione, & remissione suorum peccatorũ, vel vt legans à suo creditore consequatur liberationem, non est proprie legatum, sed quædam permutatio. Fed. de Sen. *consil.250. Ex testamento per tot.* maxime *num.3. ver. præterea illud, quod datur.* † Amplia; quia legatũ 2
factum tutori testamentario ratione, & contemplatione tutelæ, si non acceptat tutelã, vel negligit esse tutor, nõ debetur legatum; quia cessat causa; secus est, si de iure impediatur tutela sine culpa, vel negligentia tutoris. Bald. *cons.356. Licet allegatum sit lib.4. in pr.* Vide, *Legatum factum tutori, vel officiali dato in testamento. Concl.*
94.† Amplia; quia legatum factum, si est ex certa causa implenda, quæ reperiatur aliunde impleta, ea amplius impleri non po- 3
test; quia non reiterabilis, non debetur. *l. alimenta. §. Basilicæ. ff. de alim. & cibar. legat.*† Declara; quia procedit ampliatio, si testator ex- 4
presse legat pro maritanda tali muliere; quia ea maritata non debetur legatum; secus, si legat pro dote, vel legauit, si nubat, vel

non; quia tunc debetur; etiam si nupta sit. Castren. *cons.*309. *In isto facto, n.2. ver. secundo facit, lib.*1. vbi, quod isto vltimo casu debetur in auxilium, & in augmentum.

Legatum ex falsa causa nullum, & quando secus. Concluſ. 42.

1 LEGATVM † factum vni ex filijs, vel fratribus gratia æqualitatis seruandæ; quia alter habuerat tantũ in vita patris, vel fratris, si non esset vera causa, non valet, tanquam ex falsa causa. Dec. *cons.*46. *Viso per tot.* Vide, *Falsa narratio, seu falsa causa quando vitiet, vel non. Concluſ.*62. † Extende; quia legatum ex falsa causa est nullũ. Anchar. *cons.*163. *Visis. in fi.* Vide, *Causa finalis, vel efficiens actum si cessat, facit cessare actum. Concl.*137. † Et quod legatum factum ex falsa causa obligatoria, & per errorem, & non ex causa mera liberalitatis non valeat, & veniat cassandum, & annullandum. Vide, 4 *Error non viciat in vltimis volunt. atibus, & quando secus. Concl.*323. † Declara, quando causa est expressa, & cohærens legato; quia vitiat legatum ipso iure; secus si non est cohærens, vel si ei usa est tacita. Bart. *in l. demonstratio falsa. §. quod autem, & l. cum tale. ff. de cond. & demon. & in l. si. n.4. ver. & sic habes. ff. de hæred. instit.* Vide, *Falsa narratio,* 5 *seu falsa causa quando vitiet, vel non. Concl.*69. † Restringe; quia legatum certæ summæ, vel quantitatis non vitiatur ex falsa causa, vel falsa demonstratione adiecta, *l. si sic legatum. §. si mihi quod Titius. ff. de leg.*1. *& Instit. de legat. §. sed & si vxori, ver. si vero certa pecunia.* vbi Aretin. *nu.*2. *l. si non designata. C. de falsa causa adiecta lega. l. demonstratio falsa. §.*1. *& 2. ff. de condit. & demonstr. l. Lucius Titius. §. quisquis. il secondo, ff. de leg.*2. Vide, *Legatum simpliciter factum non restringitur ad ius testatoris, & quando secus. Concl.*60.

Legatum quando dicatur certum, & quando incertum. Concluſ. 43.

1 LEGATVM † incertum quando dicatur ratione rei, vel personæ, & quando certum Oldrad. *cons.*61. vbi dicit, quod si fiat applicatio legatorum incertorum, non veniunt legata, quæ tamen possunt per euentum conditionis, vel per electionem, aut arbitrium certi exequutoris reduci ad certitudinem. Rom. *cons.* 2 164. *Hæc quinquaginta, in princ.* maxime *ver. secundo.* † Extende; quia legatum pro maritandis puellis electis à testatore, vel eligendis à certis exequtoribus dicitur certũ, ita, q̃ non debeatur quarta 3 Episcopo. Bald. *cons.*39. *Viso testamento, in fin. lib.*5. † Ampliæ; quia si Papa fecit priuilegium Ecclesiæ; quod legata incerta, & pro male ablatis ipsi Ecclesiæ applicentur, non veniunt legata, quæ habent demõstrationem, siue visibilem, siue intellectualem. Rom. 4 *cons.*164. *Hæc quinquaginta, in pr.* † Amplia; quia legatum factum vxori futuræ, vel nurui futuræ, licet sit incertum per se; tamen q̃ per factum, & euentum certificatur, valet tanquam certum; secus, si omnino est incertum; quia neque reducitur ad certitudinem per facti euentum. Bald. *cons.*188. *Punctus. primo quæritur, lib.*5. Vide, *Legatum factum incertæ personæ quando valeat, vel non. Concluſ.*45. 5 † Amplia; quia sicuti dos incerta potest constitui quoad quantitatem; quia semper reducitur ad certitudinem; ita etiam valet legatum dotis factum sine certa quantitate. Bart. *cons.*64. *In quæstione proposita, in pr. lib.*2. *sub n.*3. *ver. qualitas autem.* † Limita; quia legatum factum in arbitrium alterius conditionaliter, *si arbitr abitur,* eo non arbitrante non valet; & quia relatiuum iniunctum verbo futuri temporis inducit cõditionem; idem est, si legatum fiat per relatiuum, videlicet, *quæ arbitratus fuerit Titius, pro dote Seiæ lego.* 7 Bart. *d. cons.*64. *In quæstione. in princ. lib.*2. † Declara; quia si conditio apponitur substantiæ legati, legatum est conditionale, & nõ valet, non existente conditione; si vero conditio apponitur non substantiæ, sed qualitati; tunc legatum in substantia remanet purum, & valet; & qualitas conditionalis, vel collata in arbitrium boni viri non reddit illud incertum, vel conditionale. Bart. *d. cons.* 8 64. *in pr. l b.*2. † Limita legatum vsusfructus dici incertum, & ꝓpterea hæres institutus in vsufructu non habet ius accrescendi ad vniuersam hæreditatẽ alio hærede non dato. Bald. *cons.*273. 9 *Factum sic se habet. lib.*4. *per tot.* † Limita; quia legatum fructuum certi fundi dicitur incertum; & ideo si habet onus annexum nõ potest excedere fructus, & legatum. Vide infra, *Legatum cum onere non obligat legatarium agnoscentem vltra valorem legati, & quando* 10 *secus. Concluſ.*69. *cum Concluſ. ibi proxim. sequen.* † Limita; quia legatum incertum ratione incerti temporis solutionis dicitur conditionale, & ideo extinguitur, si conditio potest verificari. Cast. 11 *cons.*211. *Ad primum, in princ. lib.*2. † Declara; quia legatum omnino incertum, prout legatum fundi, nõ destinato certo aliquo fundo non valet. Bart. *in l. si domus, in fi. ff. de leg.*1. *& in l. ita stipulatus. ff. de verbor. obligat.* vbi Iaſ. in vtroque loco, qui alios allegat. † Vide omnino incertum Authorem post regulas Socin. *reg.*1. Testator legãs domum simpliciter censetur legare vnam de illis, quas habet in suo patrimonio, & si habet plures in diuersis locis, videlicet in domicilio, & extra domicilium, debetur illa, quę est in domicilio, nisi constet ex coniecturis, quod de certa domo intellexisset. Vide, *Incertitudo quando vitiet dispositionem. Concl.*65. *& Concl. ibi proxime sequen.* 12

Legatum omnino incertum non valet, & quando secus. Concl. 44.

REGVLA † est, quod legatum omnino incertum, prout legatum fundi, non destinato certo aliquo fundo: nõ valet. bar. 1 *in l. si domus, in fin. ff. de leg.*1. vbi Iaſ. & alij. Amplia, vt in Conclusione proxime sequente *n.*6. † Limita; quia legatum in genere, si potest esse vtile, debetur, quod minimum est. Socin. *in reg.*2. *Legatum in genere,* vbi ponit quatuor fallentias, quod imo debetur ad electionẽ legatarij. † Limita; quia legatũ fauore dotis valet, licet quantitas legata sit incerta; ga ad certitudinẽ ꝑ iudicẽ reduci debet secundum qualitatem personarum, & facultates eorundem, & numerum liberorum. Afflict. *decis.*337. Vide, *Dos incerta potest constitui, & qualiter reducatur ad certitudinem. Concluſ.*727. † Extende; 4 quia legata incerta, licet non valeant; quia incertitudo vitiat cõtractum, & dispositionem. *l. triticum. ff. de verb. obligat.* tamen fallit fauore piæ causæ, & dotis, quæ reputatur causa pia. *l. si filiæ. ff. de legat.*3. *l. Theopompus. ff. de dot. præleg.* Alexand. *in l.*1. *ff. solut. matrim.* † Limita; quia valet legatum incertum, quando constat de corpore. Vide, *Falsa demonstratio quando vitiet instrumentum, vel legatum, aut non. Concluſ.*61. *& Concl. ibi proxim. seq.* Vide, *Legatum fauorabile quando dicatur, vel non. Concluſ.*57. *& Concl.*58. *ibi proxime seq.* Vide, *Incertitudo quando vitiet d. spositionem. Concl.*65. *& Concl. ibi seq.* Vide duas Concl. prox. seqq.

Legatum factum incertæ personæ quando valeat, vel non. Concl. 45.

LEGATVM, † factum futuræ vxori omnino incertæ valet. *l. hoc legatum. §. si. ff. de leg.*3. Bald. *cons.*188. *Punctus. primo quæritur, circa med. ver. etiam est text. lib.*5. † Amplia; quia valet legatum factum futuræ vxori filij legãtis. Bald. *dict. cons.*188. vbi est casus, *lib.*5. † Amplia; quia vbicunque legatum fit incertæ personæ; quæ tamen ex facto certificatur, & reducitur ad certitudinem, valet legatum. Bald. *d. cons.*188. *in princ. lib.*5. Vide, *Incertitudo vitiat dispositionem, & quando secus. Concluſ.*65. *cum Concluſ. ibi proxima sequen.* † Extende; quia legari potest, & hæres institui posthumus alienus, Ecclesia ædificanda, & similes, qui non sunt in rerum natura, sed futuri existunt. Bart. *cons.*26. *Testator, in princip. lib.*1. † Declara; quia semper legatum, & dispositio incerta valet, & reducitur ad certitudinem ex verisimili mente disponentis: vnde si testator prohibet bona sua extra domum, & familiam alienari, intelligitur de domo, & familia testatoris; & idem, si legat Ecclesiæ non specificato nomine Ecclesiæ; quia intelligitur legare Ecclesiæ suæ parochiali, & si subijcitur duabus parochijs, censetur legare illi parochiæ, quam magis frequentabat. Alexand. *cons.*215. *Ponderatis iis, in princ. lib.*6. vbi apostill. *in ver. parochiæ,* dat concord. † Amplia; 6 quia valet legatum incertum, si constat de corpore. Vide, *Falsa demonstratio quando vitiet inst. tutionem, vel legatum, vel non. Concl.*61. Vide, *Donatio apposit fieri nondum nato, & an posit reuocari. Concluſ.* 640. † Limita; quia legatum factum incertæ personæ, quæ ex facto non redditur certa, non valet, nisi ad piam causam. Bald. *d. cons.*188. *lib.*5. Vide Conclusionem prox. præcedentem, & prox. sequentem. 7

Legatum factum Ecclesiæ certæ, vel incertæ valet, & quando non. Concl. 46.

LEGATVM † factum Templo, vel Hospitali constructo valet. 1 Angel. *cons.*129. *Bona d. testatoris, in princ.* Vide; *Legata pia debentur omnino. Concluſ.*109. † Amplia, vt etiam valeat legatum factum 2 Templo, vel Hospitali construendo. Aug. *d. cons.*129. *in princ.* vbi, quod talis dispositio debet mandari exequutioni, *& cons.*135. *Baccius Maſsuoli, in princ.* Anch. *cons.*337. *De efficacia.* Rom. *cons.*200. *col.* 2. *in princ.* Bart. *cons.*26. *Testator in testamento, in princ. libr.*1. vbi, quod hæc est veritas, allegat text. *in l. si seruos. ff. de lib. legat.* & ibi apostil. *in verb. l. si seruos.* dat concord. Vide, *Legatum factum incertæ personæ.*

3 *Conclus. proxim. præced.* † Extende, vt quod dicitur de legato, habeat locum etiam in institutione. Bartol. *d. cons. 26. in princip. lib. 1.*
4 † Amplia; quia si quis mandauit in domibus suis construi Ecclesiam B. Mariæ Virginis, quam hæredem sibi instituit, nedum valet institutio, sed etiam si testator alienauit domos, in quibus mandauit Ecclesiã construi, non est reuocata institutio, & debet exequutioni mandari, si pōt in domibus alienatis redimendo; si nō potest, in alio loco de consensu Episcopi vocatis ijs, quorū interest. Bart. *d. cons. 26. Testator, per tot. lib. 1.* † Contrarium, quod legatū pium de Ecclesia construenda in certis domibus, si testator ſpōte alienet domos, censeatur reuocatum, tradit plene Socin. Iun.
6 *cons. 162. per tot.* maxime *num. 10. & seq. libr. 2.* † Declarat idem Soc. multis modis *d. cons. 162. lib. 2. n. 16. & seq.* quod facilius reuocetur legatum, quã institutio; quia institutio est magis fauorabilis; secundo, quod in casu Bartoli erat alienatio per modū permutationis; quia alias emerat; ideo nō reuocatur; tertio; quia ex causa onerosa; quarto, quia in casu Bart. non constabat de mente reuocationis, & ita etiam declarant Nat. *cons. 613.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 6. n. 5.* Vide, *Hospitale construendum si hæres instituatur, qualiter, & per quem adeatur hæreditas. Conclus. 171.* Vide, *Oblationes factæ imagini Sanctorum cui acquir. antnr. Conclus. 12.* † Amplia; quia nedum valet legatum Hospitali construendo, sed etiam valet institutio hæredis facta de Hospitali construendo. Angel. *dict. cons. 135. in princ.* vbi, quod non tamen habet remedium *l. fin. C. de edicto Diui Adrian.* sed officium iudicis Bart. *d. cons. 26. in princip. lib. 1.*
8 †Extende, vt etiam valeat legatum factum capellæ, vel altari cōstruendo. Ang. *cons. 224. Casus est, per tot.* vbi limitat; nisi esset incapax legati rerum prophanarum. Roman. *d. cons. 200. col. 2. in pr. ver.*
9 *aut ad vtilitatem.* † Extende; quia valet institutio de Hospitali cōstruendo; quia quatenus non construatur, poterit commutatio fieri in aliud opus pium, & attenditur destinatio animi testatoris, vt legatum sit pium. Anchar. *dict. cons. 337. num. 9. vers. non obstat.*
10 † Extende; quia potest dos assignari Ecclesiæ, vel capellæ cōstruendæ, & assignatione facta, quando possit cōmutari. Vide, *Dos assignata certo Collegio construendo quando possit commutari Concl. 796.*
11 † Amplia; quia valet legatum factum monasterio construendo, & quod mandauit testator construi per hæredem, in quo inducantur puellæ moniales. *l. seruus. ff. de alim. & cib. ar. legat. l. seruos. ff. de liber. causa.* Bart. *cons. 58. Quidam Ser Martinus, in pr.* quod est Bartol. & *cons. 59.* quod est Francisci de Albergatis, incip. *ex parte hæredis, & cons. 60. Videtur,* quod est Nicolai Lapi de Florentia; & *cons. 61.*
12 *De fructibus. lib. 2.* quod est Ioan. Calderini. † Extende; quia licet, antequam construatur, videatur legatum in diem, vel sub conditione; tamen fructus bonorum legatorum nō spectant ad hæredem; sed ad monasterium construendum, *d. l. seruos. ff. de lib. causa.* Bart. *d. cons. 58. circa med. ver. in quæstione prædicta, lib. 2.* vbi dicit, q̃ communis intellectus d. texr. est, quod litera sit negatiua, quod ad hæredem non spectant; quia mora causatur in relictis ad pias causas sine interpellatione; & quia debuit interim fructus conseruare, & plenius *cons. 59. Ex parte hæredis, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc veram tuetur; quia censetur interim factum legatum Deo; & quia expectatio constructionis est fauore Monasterij ex necessitate, quod est Francisci Albergati, *& cons. 60. Videtur, quod,* vbi ponit alia similia, quod est Nicolai Lapi de Florentia, *&*
13 *cons. 61. De fructibus, lib. 2.* quod est Io. Cald. de Bononia. † Extende, vt procedat, etiam si Episcopus concesſit dilationem ipsi hæredi ad construendum monasteriū; quia dilatio non præiudicat monasterio in fructus sibi debitis medio tempore. Bartol. *d. cons. 58. in fin. ver. præterea hoc videtur expressum. lib. 2.* vbi, quod dilatio est circa constructionem, non circa fructus; & iterum *consil. 59. Ex parte, circa si. ver. non obstat prorogatio,* quia excusat à pœna, sed non inducit lucrum cum iactura aliena, quod est Francisci Albergati, vbi in fi. quod Episcopus nō potest prorogare, *& cons. 60. Videtur, quod dictum relictum,* quod est Nicolai Lapi de Florentia, vbi ponit alia similia, *& cons. 61. De fructibus.* quod est Ioannis Calderini, *lib.*
14 *2.* † Amplia; quia legatum factum Sancto Sebastiano, intelligitur factū Ecclesiæ sub nomine dicti Sancti, & non Ecclesię, in qua est corpus d. Sancti sub alia inuocatione; quia legata fiunt Ecclesiis Sanctorum, non Sanctis ipsis, qui sunt in Cœlo, & quando essent plures Ecclesiæ in loco de illo Sancto, debetur legatū pauperioribus, & si essent æquales, Episcopus pōt gratificari. Afflict. *decis.* 244.
15 † Extende in casu conuerso; quia si quis hæredem instituat vnū Sanctum; cuius Ecclesia non reperitur, adhuc tamē valebit institutio, & legatum, Bart. *cons. 26. Testator, in princ. ver. concludo, lib. 1.* al-
16 legat *auth. de Eccles. tit. §. si quis in nomine, & §. si quis autem vnum.* † Extende; quia legatum perpetuo factum de anniuersario celebrando licet non dicat, in quo loco, intelligitur in Ecclesia, in qua legans erit sepultus, & valet. Cuma. *cons. 12. Ioannes, in pr.* Vide, *Anniuersarium. Concl. 337.* † Amplia; quia legatum factum de libris 250 17
pro construenda capella cum altari in Ecclesia Seruorum, dicitur factum Ecclesiæ Seruorum; ideo Ecclesia Seruorum dicitur legataria. *l. Lucius Titius testamento. ff. de aur. & argen. lega.* Castr. *cons.*
456. *Ecclesia Seruorum. lib. 2. in prin.* † Amplia; quia legatum factum 18
de Vestiarijs Abbati certæ Abbatiæ est validum, & debetur, licet tempore legati vacaret Abbatia, & dignitas Abbatialis, & monachus postea factus Abbas esset incapax tempore legati; quia censetur factum dignitati, & debetur successori. Rom. *cons. 259. In casu proposito,* vbi plura ad hoc, quod bona debita dignitati dicuntur dignitatis, & successori debentur in ipsa dignitate. Vide, *Dignitas quid sit. Conclus. 419.* † Extende; quia valet legatum in redēptionem captiuorum, licet nulli tunc adsint captiui. Bartol. *cons.* 19
59. *Ex parte, in pr. vers. ex aduerso. lib. 2.* † Limita; quia futuræ Ecclesię 20
non potest donari, *cap. ad audientiã. de Eccles. ædif.* Bart. *cons. 26. in pr. ver. in contrarium.* allegat tex. *in cap. Abbate sane, lib. 6.* & reddit rationem; quia donatio est contractus, qui requirit personam, cũ qua contrahitur, *lib. 1.* Vide, *Donatio an posit fieri non dum nato, & an posit reuocari. Concl. 640.* † Limita; quia Ecclesiæ ædificandæ non 21
potest concedi priuilegium, *cap. pen. de Eccles. ædifican.* vbi gl. † De- 22
clarat Bartol. *d. cons. 26. Testator, in pr.* quod non potest concedi priuilegium non existenti, vt valeat, dum nō extat priuilegiatus, sed bene, vt valeat, dum extabit, *lib. 1.* Vide, *Legata pia nunquam efficiuntur caduca. Concl. 110.* Vide; *Laicus qualiter posit construere locum pium, vel monasterium. Concl. 5.*

Legatum factum incapaci non valet, & quando secus. Concl. 47.

LEGATVM † factum incapaci & prohibito à statuto non valet, puta filio spurio, ēt si natus sit ex ancilla retenta in domo, *authen. ex complexu. C. de incest. nupt.* Alex. *cons. 70. lib. 6.* Afflict. *decis.* 1
203. Vide, *Spurii non succedunt ab intestato, neque ex testamento, & quãdo secus. Concl. 416.* † Extende, vt idem sit, si legaretur vxori, quando statutum prohibet, prout Papiæ; quia licet addatur, quod pro causa pia, vel eleemosyna facienda legatur, non valet legatū; quia præsumitur in fraudem. Ias. *cons. 110. Ego in præsenti consultatione, in* 2
princ. lib. 1. † Extende, vt idem sit, si legaretur matri, vel coniuncto 3
vxoris; quia præsumitur in fraudem statuti. Ias. *d. cons. 110. in princ. lib. 1.* † Contra extensionem, quod ex eo solo, quod relinquat cōiunctæ personæ incapacis, non inducatur fraus contra statutum, 4
& valeat legatum dispositiue, tenet Ias. *d. cons. 110. col. 1. vers. sed prædictis omnibus, lib. 1.* vbi dicit, quod nisi probetur accommodata fides, non præsumitur fraus. † Idem in relicto facto vxori per eũ, 5
qui habebat filium spurium; quia licet vxor postea leget tali spurio, non præsumitur fraus, neque accommodata fides, plura ponit exempla idem Ias. quæ videas *d. cons. 110. in pr. lib. 1.* † Amplia; 6
quia legatū factum monasterio, seu conuentui penitus incapaci, prout fratribus Minoribus, non debetur, sed remanet apud venientes ab intestato; & pari modo, qñ quis est hæres ad vitam, & post mortē grauatus restituere penitus incapaci; quia debet remanere apud hæredem grauati. Dec. in vtroque casu *cons. 419. Visa eleganti, ad fi. in 3. dubiũ.* † Amplia; quia legatum factū fratribus 7
Minoribus non valet; quia sunt incapaces, & habetur pro non scripto. Vide, *Legata pia debentur omnino. Concl. 109.* Vide; *Habilitas requiritur in omni dispositione. Concl. 2.* Vide, *Pro non scriptum cui accrescat inter plures. Conclus. 912.* † Amplia; quia si fiat legatum, vel institutio 8
hęredis de Titio tanquam filio legitimato, qui erat spurius legãtis, vel instituentis, si non erat filius, legatum, & institutio nō valet. Alex. *cons. 88. Omissis tribus, nu. 17. ver. cur ad nonam dubitationem, lib. 7.* vbi apostill. *in ver. vitiaretur.* † Extende, vt neque valeat sub- 9
stitutio, neque legatum factum filijs d. legitimati; quia si ipse nō est filius, eadem ratione, qua annullatur legatum, & institutio facta filio vti filio, qui non est, vitiatur etiam legatum, & substitutio facta de filijs filij, nisi probetur clare, quod omnino voluit eos habere, etiam quod filius non esset filius. apostil. ad Alexand. *d. cons. 88. num. 17. in ver. vitiaretur, lib. 7.* vbi dicit, quod non sufficit illa præsumptio, quod licet nominauerit vt filios filij; tamen præsumitur contemplatione eorum, nō contemplatione filij legitimati. † Limita; quia legatum valet factum filio spurio ad vitam 10
tantum; quia cum possit resolui in præstationem alimentorum, præsumitur factum pro alimentis. *l. si cui annuũ. ff. de annuis legatis.* † Extende; quia legatum factum illegitimo, quod non valeret, si 11
esset spurius, vel ex damnato coitu, valet, si non potest apparere, de qua qualitate sit illegitim⁹; quia præsumitur in dubio de qualitate minus odiosa, & capaci. Castren. *cons. 115. Super primo videtur*

dicendum, in pen. col. ver. super vltimo vero quæsito, lib. 1. in antiq. & est tex. *in l. miles. §. quapropter, in fi. ff. de adulter.* Bald. *cons. 59. lib. 3.* Doct. *in l. filium diffinimus. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iuris,* eo magis; quia onus probandi incapacitatem incumbit asserenti. *l. non solū. §. sed vt pro-*
12 *bari. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi Bart. † Limita; quia si fiat legatū incapacibus sine delicto suo, prout Mendicantibus, si non possunt habere legatum rei immobilis, habebunt æstimationem pro suis necessitatibus; quia potèrūt vendere, vel hæres tenebitur soluere. Cuma. *cons. 169. Viso testamento, in pr.* Vide, *Fratres Prædicatorum Mendicantes, & de quibus sint inc. spaces. Concl.* 468. Vide, *Mendicantes*
13 *quid possint habere. Conclus. 190.* † Et idem in forense, qui est incapax acquisitionis stabilium; quia consequi debet æstimationem.
14 Vide, *Statutum circa forenses illos non comprehendit, si loquitur in perso-nam, & quando secus. Concl.* 554. † Et idem in emphyteusi Ecclesiastica, quę non potest transire ad extraneos, si legetur pauperibus; quia debent consequi æstimationem. Ant. de But. *cons. 23. in fi. n. 4.*
15 *ver. nec obst. at.* † Declara totam istam materiam; quia si testator sciens legat bona ei, qui est incapax bonorum, ex quo non potest habere bona, bene habebit pretium bonorum; si vero ignoranter, quia nesciebat inhabilem; & tunc non valet legatum, neque habebit pretium; si vero legatarius esset coniunctus; tunc bene, siue ignoranter, siue sciens legauerit incapaci, habebit æstimationem. Alex. *cons. 157. Viso testamento, in fi. ver. & posito, quod esset verū.*
16 *lib. 7.* † Limita; quia valet legatum factum Hospitali laicali sine licentia Episcopi facto; quia licet sit omnino incapax; tamen valet legatum ad fauorē laicorū, qui sunt Domini Hospitalis, ita Cald. *cons. 23. de testamen. in fi.* quem inserit Roman. *cons. suo 477. In casu*
17 *proposit. a. num. 15. in fin.* † Extende; quia relictum Hospitali laicorū disciplinatorum, licet sit incapax; tamen acquiritur disciplinatis.
18 Rom. *d. cons. 477. num. 17. ver. secundo patet.* † Extende; quia relictū rei meæ inanimatæ, & incapaci censetur mihi relictum. Rom. *d. cons. 477. n. 17.* allegat tex. ad hoc ponderatum à Bar. *in l. Caius ff. de annuis legat.* Vide, *Legata pia debentur omnino. Concl. 109. in fin. n. 23. & 24.*

Legatum factum cum maledicto non valet, & quando secus. Concl. 48.

1 LEGATVM † factum cum conuicio, vel maledicto non valet. *l.*
2 *turpia. ff. de leg. 1.* † Amplia; quia neque valet hæredis institutio facta cum maledicto. Bald. *cons. 430. Titius habebat, nu. 9. ver. in con-*
3 *trarium videtur, lib. 5.* † Amplia; quia testamentum factum contra bonos mores, puta si testator mandat corpus suum proijcii in mare; si vult sepulturæ adhiberi tubicines bacchanalia, & similia; qa præsumitur demens, & nō tenetur hæres seruare, plene Menoc.
4 *lib. 6. præsumpt. 45. n. 41. & seq. ver. nouum signum.* † Amplia, quia si testator blasphemando instituit hæredem, vel facit legatum, non valet, nisi appareret de causa prouocationis ad iracundiam, per
5 quam blasphemasset. Bello. *cons. 69. per tot.* † Limita; quia intuitu pietatis valet legatum factum per patrem filiæ exhæredatę ob vitam luxuriosam, etiam si fiat legatum sub maledicto. Bald. *cons.* 253. *Filia familias, in fi. lib. 2.*

Legatum in liberam facultatem hæredis collatum non valet, & quando secus. Concl. 49.

1 LEGATVM † factum tertio, *si hæres voluerit*, non valet; quia non potest vltima voluntas ex alieno arbitrio pendere; quia esset captatoria. Marzar. in suis motiuis quibusdam Florentiæ datis 7. Septembris 1569. & hoc etiam tenuit Alex. *cons. 175. Contingit,*
☞ *lib. 6.* Vide, *Captatoria voluntas quæ dicatur, vel non. Conclus. 62.* † Li-
2 mita; quia valet legatum factum; *prout hæredi videbitur, & placuerit*; quia cum sint verba importantia arbitrium boni viri, valet legatum, & non est captatorium. Alex. *d. cons. 175. Contingit, n. 3. ver. sed sic*
3 *est. lib. 6.* † Extende, vt procedat, etiam si pater habens duos filios instituit hæredem vnum, & ne potes ex eo, alterum vero instituit in ea portione bonorum, quæ videbitur, & placuerit hæredi instituto; quia debetur medietas huic filio sic instituto; quia alter tanq̄ bonus vir non potest minus declarare, ita Alex. *d. cons.*
4 *175. per tot.* vbi est casus. *lib. 6.* † Limita; quia valet legatum collatū in liberam voluntatem hæredis, vel tertij, quando non substantia legati, sed quantitas est collata in liberam dispositionem alterius; secus si substantia legati esset collata in liberam voluntatem alterius. Alex. *d. cons. 175. num. 4. & seq. ver. prætereapposito, lib. 6.* vbi ap-
postil. *ver. valet.* allegat Socin. *in l. quidam relegatus, col. fi. ff. de reb. dub.*
5 † Declara; quia si habens declarare distulit declarationē per annum, deuoluitur ad arbitrium boni viri, etiā quod prima declaratio esset in libera voluntate. Alex. *d. cons. 175. num. 8. ver. siue etiam*
6 *dicamus, lib. 6.* † Limita; quia valet legatum, *quando videbitur hæredi*; quia important hæc verba arbitrium boni viri. Marzar. in motiuis 7. Septemb. 1569. † Sed tamen non debetur, nisi postquā hæ-
7 redi visum fuerit, & donec declaret velle hæres, non potest exigi ab inuitis. Bald. *cons. 297. lib. 2. & cons. 301. in pr. eodem lib.* quia talis sermo videtur suspensiuus legati, & quod efficax actio ad consequendum tale legatum dicatur, antequam hæredi visum sit, ex quo nec venit, nec cessit dies. † Imo quod debeatur cum primū,
8 q̄si est pro exoneratione conscientiæ legantis, vel ad pias causas, DD. Tres Rotæ in motiuis die 2. Februarij 1569. † Limita; quia
9 valet legatum alimentorum secundum declarationem tertii. Vide, *Alimenta relicta ad declarationem alterius qualiter debeantur. Concl.* 298. † Limita; quia valet legatum certum, puta 200. ita q̄ possit
10 augeri, & minui per exequutores. Castr. *cons. 326. Super primo, in pr. lib. 2.* vbi, quod nō debetur, nisi facta declaratione, licet si aliquis exequutor sit mortuus, debeatur, prout est factum. † Limita in
11 casu conuerso, quando fit legatum, *si legatario placuerit*, an mortuo legatario, antequam declarauerit, efficiatur caduceum, vide Bar. *in l. 1. n. 2. in fi. ff. de leg. 2. & in l. si seruus, num. 1. ff. de verbor. oblig.* vbi cō-
cludit, quod valet, & debetur, quando est certum. Vide. *Fauore a-*
licuius dispositum, conditio & modus illi non nocent. Concl. 91. † Extende;
12 quia valet legatum factum de vno ex prædiis testatoris, quod legatarius elegerit; sed tamen electio debet esse honesta, non de meliori, neq; de fertiliori, gl. & Bar. *in l. 2. ff. de opt. legat.* Vide, *Le-*
gatum libere fieri, & adimi, & minui potest. Concl. 135.

Legata debentur ex testamento nullo, & quando secus. Concl. 50.

LEGATA † debentur ex testamento etiam nullo ex prætitio- 1
ne filiorum in potestate existentium, *authen. ex causa. C. de li-*
ber. præter. & communem * dicit Alex. ibi *in addit. ad Bart. in ver. in* *
filio. Bart. *in l. filio præterito. ff. de inusto, irrito testam.* & * communem *
dicit Bald. *cons. 424. Præsuppposito, quod dictus, lib. 4. in pr.* Ang. *cons. 211. Factum tale est, nu. 3. ver. quo ad tertium*, vbi loquitur in testamento nullo prætéritione posthumi, & hanc communem * dicit Sign. *
cons. 153. Quæsito talis est, n. 3. ver. circa tertiam, vbi re citatis opinionibus antiquorum dicit hanc * communem, quod habet locum in *
prætéritione patris, & matris, & quādo causa est omissa; & indi-
stincte communem * dicit Sign. *cons. 107. n. 12.* Anch. *cons. 114. Ex-* *
hibitis mihi, in princ. Castr. *cons. 376. Ne sub æquivoco, in princ. ver. secun-*
do præmitto, lib. 1. & cons. 322. In casu suprad. num. 2. lib. 2. Bart. *cons. 27.*
Visa facti. in fi. lib. 1. n. 3. ver. sed posito. Bart. *cons. 64. In q. n. 3. in fi. & n. 6.*
ver. posito etiam. lib. 2. Alex. *cons. 47. Abunde, n. 8. ver. quo ad quintum. lib.*
2. vbi dicit magis * communem, *& cons. 31. Ponderatis, n. 9. in fi. lib.* *
3. vbi dicit veriorem, & magis * communem. Vide, *Prætéritio filii*
facta à patre reddit testamentum nullum ipso iure. Conclus. 641. † Cōtra- ☞
rium tenet Old. quod imo non debentur; quia illa *auth.* non lo- 2
quitur, quando filij præteriti erant in potestate, sed loquitur de filio emancipato, qui venit per contratabulationem, vel in filio præterito à matre; in quo præteritio habetur pro exhæredatione. Old. *cons. 138. Thema tale est, Durandus, ver. ad primam quæstionem*, & latius *cons. 171. Thema tale est, Titius, n. 11. ver. tertio quæritur.* vbi dicit hāc esse opinionem multorum magnorum, quæ videtur vera, & hāc fuisse * communem apud antiquos dicit Io. de An. *cons. 28. Visis & ponderatis, nu. 3. ver. circa secundum*, ea ratione; quia non debet fieri correctio iuris. † Declara; quia aut testator ignorauit, vel non 3
cogitauit de filijs, & non valent legata; aut sciuit, vel cogitauit, & valent. Bart. *in d. auth. ex causa. C. de liber. præter.* sequitur Io. de An. corroborando *cons. 28. n. 3. ver. superuenit Bart.* vbi pro hac parte allegat et Bald. Ang, Anch. & Io. de Imo. præceptorem suum; quia desideria morientium exactibus viuorum deprehendere debemus. vbi Bolog. in apostil. Io. de An. *d. consil. 28. num. 17.* dicit Bar. opin. * communē, & hanc sequitur Alex. & dicit magis * com- ** *
munē *consil. 47. Abunde, num. 8. ver. quo ad quintum, lib. 2.* & ibi apost.
in ver. ignoranter, dicit veriorē, & plenius infra *n. 52. & seq.* † Con- 4
trarium, quod imo, et si ignoranter præteriit, subsistineatur, tenēt plures, quos citat Alex. *d. consil 47. num. 8. ver. licet contrarium*, vbi citat Bald. Salyc. Franc. de Ramp. Fulg. & Io. de Imo. *lib. 2.* † De- 5
clara; quia si extat statutum, quod stantibus masculis fœminæ nō succedant; tunc magis cōmunis * opinio est, q̄ prætéritio fœmi- *
narū, siue sciens, siue ignoranter, non vitiat stantib. masculis. Alex. *d. cons. 47. num. 9. lib. 2.* † Restringe, nisi legata essent neces- 6
saria; quia etiam si ignorauit filios adesse, debentur; secus si voluntaria, & dicūtur necessaria, prout restitutio male ablatorū. Bald. *in d. auth. ex causa. C. de liber. præter.* sequitur Io. de Anan. *dict. cons. 28.*
num. 3.

7 *n.3.ver.superuenit Bald.& nu.5.ver.ex quibus omnibus.* † Restringe declarationem, vt non procedat etiam in legatis ad pias causas. Io.
8 de Anan. *d.cons.28.num.5.& 6.* † Contrarium Bologn. *in addit. ad*
9 *d.cons.28.Io.de Anan.num.17.ver.plus dico.* † Declara; quia quicquid controuertatur in hac materia, legata substinentur facta alijs, quam dicentibus de nullirate, & maxime, quando adest clausula codicillaris. Bart. *cons.49. Nicoluccius*; vbi dicit hanc veram
10 Dyni, & aliorum Doctorum. † Declara; quia legata pia non debentur ét pio loco pro parte tangente posthumum, quando constat, quod pater voluit grauare natum. Zabar. *cons.20. Iacobus testator per tot.* vbi, quod pia causa non præfertur filijs, neque menti
11 testatoris. Declara; quia si testamentum est nullum præteritione, & aliud testamentum præcedat validum, non debentur legata ex secundo testamento nullo; quia nõ reuocatur primum, Bald. *cons.118. Super primo, n.3.ver.super tertio, l.b.4.* ita Ias. *in l.si filius, qui, n.*
20.*& seq.ff.de liber.& posthum.* Ang. *consil.183. Berta habens, colum.fi. ver.restat igitur.* Anch. *cons.203.* quod est subscriptum à sex Doctor.
12 † Contrarium Signorol. *consil.77. Thema esse proponitur, in fi.* † Am-
13 plia, vt procedat *d.authent.ex causa, C.de liber.præter.* quod debeantur legata ex testamento nullo ex præteritione, vel exhæredatione, siue præteritio, & exhæredatio sit tacita, siue expressa, & siue legata sint particularia, siue etiam sint vniuersalia fideicommissa. Calderin. *cons.344.* alias 15. *de testamen. circa med. vers. quarto quæ*, quod est Petri de Anchar. & idem tenent idem Petr. de Anchar. *cons.144. in princ.* Anton. de Butr. *cons.15. in fin.* vbi apostilla dat cõcordan. Signorol. *cons.250. num.5.* Iohan. de Anan. *cons.28. in fine,*
** vbi de * communi, & ibi Bologn. dicit * communem. † Am-
14 plia; quia legata debentur ex testamento nullo, quando sunt repetita ab intestato. Bald. *cons.167. Thema proponitur, in princip. lib.2.*
15 † Amplia; quia iure speciali debentur legata ex testamento nullo, quando hæredis institutio est nulla ex falsa causa in ea expressa, *l.*
* *fin.ff.de hared.instit.* & communẽ * dicit Ang. *cons.183. in fin.* Anch.
16 *cons.203. in fin.* quod est subscriptum à quinque Doct. † Amplia; quia legata debentur ex testamento nullo; quia deficit institutio hæredis, quando sunt confirmati in codicillis, & dicuntur confirmata, si in codicillis cassauit aliqua. Castren. *consil.292. Quia in*
17 *puncto, in fin. lib.1.* † Amplia; quia legata debentur ex testamento nullo præteritione filiorum, etiam si non adsit clausula codicillaris. Bald. *cons.234. Veritas est, in princ. lib.3.* † Extende multo magis in præteritione aui, etiam si non adsit clausula codicillaris.
18 Anchar. *cons.144. Exhibitis mihi, in princ.* Anton. de Butr. *consil.15.*
in fin. vbi Caballin. in apostil. citat plurimos, & loquitur in fideicommisso. Vide, *Præteritio facta à matre, vel auo materno, & è conuer-*
19 *so reddit testamentum nullum, & quando, Conclus.643.* † Amplia; quia testamentum nullum præteritione patris substinetur quoad legata ex *d.auth. ex causa. C.de liber.præter.* secundum * communem,
* de qua Bart. *cons.13. Ex facto, num.11. ver.de secundo, lib.1.* vbi, quod *d.*
* *auth.* habet locum etiam in præteritione secundum * omnes; er-
20 go. † Extende multo magis, quando adest clausula codicillaris, Vide, *Clausula codicillaris operatur multa, & quando secus. Conclus.292.*
21 † Amplia; quia valent legata, & debentur ex testamento nullo præterito filio, etiã si adsit clausula codicillaris, quæ hoc casu nihil operatur, vt conualescat respectu legatorum; quia cum debeantur ex testamento nullo, non potest clausula operari, Sign.
22 *cons.153.n.3.& 4.ver.circa quartum*, infra *num.49. & seq.* † Extende, quia imo si testamentum esset nullum quoad institutionem hæredis; quia filius Notarius rogauit testamentũ, in quo pater hæres instituitur; ideo non valet quoad hoc, bene substinentur legata ex clausula codicillari, & debentur à venientibus ab intesta-
23 to. Bart. *cons.61. Filius familias in fin. lib.1.* † Amplia; quia legata debentur ex testamento nullo ex præteritione filij, quando sunt facta filio præterito, qui non impugnat testamentum; secus si impugnat testamentũ; quia non debentur. Bald. *cons.118. Super primo,*
in fi.ver.super quarto, lib.4. Vide, *Impugnans aliquid non potest se funda-*
24 *re ex eo, & è conuerso. Concl.57.* † Amplia, quia nedum conseruantur, & valent legata, & fideicommissa ex testamento nullo præteritione filiorum, sed etiam substinetur, & valet substitutio pupilla-
25 ris. Castren. *cons.322. In casu supradicto, num.2. lib.2.* † Declara; quia clausula codicillaris nihil operatur quoad substitutionem pupillarem, quæ non potest fieri in codicillis. Castren. *dict. cons.322.*
26 *nu.2.versic. nec quantum. & in fine, lib.2.* † Amplia; quia ex testamento nullo præteritione aui materni, nedum debentur legata, sed omnia fideicommissa, siue vniuersalia, siue particularia. Anchar. *dict. cons.144. in princip.* qui loquitur: quando non aderat clausula
27 codicillaris. Signor. *cons.250. num.5.* † Extende; quia etiam vltra mentem testatoris debentur legata, & fideicommissa, quando effectus iuris concurrit, puta testator instituit auum maternum in medietate, maritum in alia medietate, postea fecit secundum testamentum, in quo legauit tertiam auo, tertiam marito, & instituit causam piam, & grauauit maritum, vt restituat causæ piæ tertiam suam post mortem, secundum testamentum est nullum præteritione; substinetur tamen fideicommissum pro causa pia; sed an erit tertia iuxta mentem testatoris, an medietas, quæ obuenit præter mentem testatoris marito, & erit medietas. Anch.
d.cons.144. num.3. & sequene ver. restat inquirere. vbi, quod plus operatur effectus iuris, quam mens testatoris. † Adde tamen; quia 28
si est factum fideicommissum particulare in testamento nullo, quod fideicõmissum est in casu mortis filiæ institutæ; quæ nõ est hæres, sed agnatus ab intestato, debet expectari mors filiæ, licet non sit; quia non recedit à persona. Bartol. *in auth.ex causa.C.de liber.præter.* licet Ant.de Butr. *cons.25. in fin.* dubitet de hac decisione. † Amplia; quia valent etiam substitutiones, siue directæ, siue 29
fideicommissariæ ex testamento rupto, vel nullo præteritione filii, siue sit præteritus à patre, siue à matre; quia cætera omnia substinentur. Signor. *consil.107. num.12. vers.nec obstat, quod dicatur.* † Et de substitutione pupillari, quod valeat, etiam si testamen- 30
tum præteritione rumpatur. Ant.de Butr. *cons.67.num.2.* vbi apostilla *in ver.pupillaris*, citat plurimos, quos videas. Rom. *cons.516.*
In casu proposito, in fin. vbi apostil. in fi. *in ver.substinetur*, dat concor. & dicit * communem. Bart. *consil.27. Visa facti in fin. nu.3.ver.sed po-* *
sito, lib.1. vbi apostill. *in ver.pupillaris*, dat concor. & hanc magis cõmunem * dicit Oldr. *cons.171. in fin.* Bald. *consil.286. lib.2.& consil.* *
167. *lib.2.* Bart. *cons.44. Super prædictis, in fin. lib.1. & cons.64. In quæ-*
stione, num.6. vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, *lib.2.* sequitur
Alex. *cons.47. Aliunde, nu.8.ver.quoad quintum, lib.2.* vbi de * magis *
communi. † Extende; quia substitutio ista pupillaris in parte ex- 31
tenditur ad totum, si alius nõ est substitutus pupillo etiam, quod testamentum sit nullum præteritione filij impuberis. Bartol. *cons.*
27. *Visa facti, in fi.* vbi allegat tex. *in l.cohæredi. §.fi.ff.de vulg.& pupill.* & dicit ét Bart. ibi, quod extenditur etiam ad bona postea quæsita per pupillum. Bartol. *cons.33. in pr.lib.1.* Bald. *consil.170. lib.1.&*
cons.25. in fi.lib.4.& consil.110. lib.5. Signor. *consil.181. nu.9.& cons.*
183. *n.9.* † Extende; quia si filius præteritus, qui annullari fecit te- 32
stamentum ex præteritione de se facta, erat substitutus vulgariter alijs filijs, licet testamentum sit nullum; tamen substitutio vulgaris conseruatur ad fauorem etiam filij, qui impugnauit testamentum; qui cum vulgaris comprehendat omnem casum; quia esse noluerit, vel non potuerit, conseruatur. Roman. *consil.16. In*
casu proposito, num.10. ver. sed stat dubitatio. † Extende; quia valet 33
substitutio fideicommissaria facta ex testamẽto nullo à filio præterito, etiam posthumo, dummodo legitimam non capiat posthumi præteriti. Bart. *cons.13. Ex facto, num.9. ver.tertio vtrum, innõ*
ver.in 3. dubio, num.12. vbi apostill. *in ver.in tertio, lib.1.* dat concord. & plenius Bart. ibidem *num.13. ver.in quarto*, vbi apostil. *in ver. in*
legitima, dat concord. & dicit * communem, quod non valet in * *
legitima, sed si vltra legitimam, bene valet. † Idem in testamen- 34
to nullo præteritione posthumi; quia substinetur pupillaris substitutio facta filijs præteritis, *ex auth. ex causa. Cod.de liber.præter.*
Bart. *cons.52. Salimben. in princ.lib.1.* quod duplicatur *consil.63. Ex fa-*
cto, lib.2. vbi apost. *in ver.ex facto* dat concord. † Contrarium dicit 35
Bart. *cons.210. Omne illud in fin. lib.1.* quod legata non substinentur, per *d.auth.ex causa. C.de liber.præt.* quãdo testator ignorauit de posthumis, & repetit idem *cons.235. Lapus fecit, in princ.lib.1.* † Declara, 36
vt per Bald. *cons.128. Ad intelligentiam, post mẽd. ver.sed tunc statim quæ-*
ro, lib.1. quod substinetur pupillaris substitutio, quando fuit facta filio non præterito, licet alius fuerit præteritus; secus, si esset facta ipsi filio præterito. Vide, *Substitutio pupillaris non vitiatur præteritione*
filij, & quando secus. Conclus.819. † Extende; quia substitutio pupil- 37
laris facta in testamento rupto præteritione filiæ substinetur ad fauorem soci pij substituti etiam ad exclusionẽ aui, cui nihil debetur. Bart. *cons.44. Super prædictis, in fi. lib.1.* † Restringe in substi- 38
tutione pupillari, & legatis factis in testamento nullo ipsi filio præterito, qui obtinuit testamentum declarari nullum; quia excepta vulgari substitutio[illegible] præteræ substitutiones factæ, & cætera legata facta ad fauorẽ [illegible] impugnauit, & annullari fecit testamentum, non substi[illegible] secus ad fauorem aliorum, qui nõ impugnarunt, ita Rom. [illegible] *in fi.n.10.& seq.ver. aut substitutio*
facta, vbi dicit * communem, & ibi apostil. *in ver. gloss.* dicit hanc *
esse * communiorem, licet contraria sit cõmunis, & quoad alios, * *
qui non impugnarunt, quod substineatur pupillaris substitutio, *
idẽ Rom. ibi in fi. dicit * communẽ, & apost. fi. *in ver. conseruatur*,
dat concord. & dicit * communẽ. † Restringe; quia si filius spu- * 39
rius legitimatur à patre in testamento nominando eum filiũ, cui legauit, sed non iure institutionis, si velit dicere testamentũ nul-

lum; quia præteritus non potest; quia corruit testamẽtum; ergo & legitimatio. Bart. *q.* 11. *Habeo filiam*, vbi pro vtraque parte & in fi. hanc tenet, & *in ver. contra*; quia si consequitur aliquid, nõ potest
40 impugnare. † Amplia; quia legatum ex testamento non solemni, & nullo debetur naturaliter & ex naturali æquitate, glos. Bart. & alij *in l. nemo potest. ff. de leg.* 1. & propterea dat ius retinendi, & excipiendi secundum Iaſibi *in* 2. *lect. n.* 94. vbi dicit * communem, & *in l. cum quis. C. de iuris & facti ignor.* Couarr. *in cap. cum esses, nu.* 4. & 5. *de testam.* secus quoad ius petendi. Vide, *Indebitum solutum repetitur*
41 *multis casibus. Conclus.* 83. † Amplia; quia legata debentur ex testamento etiam si hæres omissa causa testamenti adiuerit hæreditatem ab intestato. Bald. *cons.* 167. *Thema proponitur, circa med. ver. & licet iste filiæ, lib.* 2. quod duplicatur *lib.* 5. *cons.* 264. † Amplia; quia le-
42 gata valent, maxime ad pias causas, licet in testamẽto nullus hę-
43 res sit institutus. Bald. *cons.* 287. *Punctus quæstionis, in fi. lib.* 4. † Amplia; quia ad hoc, vt debeantur legata ex testamẽto, in quo testator cancellauit hæredem, & seu hæredis nomen induxit, inductũ est de iure, quod succedat fiscus, vt soluat legata, & exequatur cõtenta in testamento, reliqua pro se habeat. Oldr. *consil.* 144. *Circa materiam.* Vide, *Fiscus an succedat, quando testator incidit testamentum.*
44 *Conclus.* 393. † Amplia in casu notabili, vt valeant, & debeãtur legata excluso nepote ex filio in totum, si pater habens quatuor filias instituit illas hæredes, & si aliqua decederet in pupillari ætate, vel postea quãdocunq; sine filiis legitimis, succedat vna alteri, & è contra; nã si moriantur duæ in pupillari ætate viuente testatrice, postea moriatur tertia filia relicto filio legitimo, postea testator, omnis hæreditas spectat ad filiam solam superstitem, excluso filio ex tertia filia prædefuncta, propter *d. auth. ex causa. C. de liber. præt.* Anch. *cons. suo inter cons. Cald.* 344. alias 15. *de testam.* quod
45 est mirabile. † Extende; etiam si non adsit in tali testamento clau-
46 sula codicillaris. Cald. *d. cons.* 344. *in fi.* alias 15. *de testam.* † Amplia; quia legata debentur à cohærede, vel substituto vulgari, qñ hæres scripto decessit viuo testatore. Bald. *cons.* 167. *in pr. v. ad euidentiã. lib.* 2. Castren. *cons.* 292. *Quia in puncto, per tot.* maxime *in fin. ver. super*
47 *vltimo lib.* 1. † Limita; quod non debentur legata ex testamẽto rupto ex natiuitate posthumorũ præteritorum etiam ex linea fœminina; quia cum in posthumo non cadant causæ exhæredationis, quas Imperator mandat exprimi *in d. auth. ex causa. C. de liber. præter.* videlicet in Corpore, vnde sumitur, non potest *auth.* habere locũ, quando testamẽtum est nullum præteritione posthumi. Oldr. *cons.* 149. *Super prima q. vers. super secunda quæst.* Sign. *cons.* 24. *Si*
• *quæratur, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc veriorem tenet, &
* hanc communem * dicit Bolog. *in addit. ad cons. Io. de An.* 28. *nu.* 18. plenissime Sign. *cons.* 113. *per tot.* vbi multa congerit defendens in præiudiciũ posthumi præteriti non valere, & multa allegat, Bart. pro hac parte *cons.* 13. *Ex facto, n.* 9. *ver. de tertio autem, lib.* 1. vbi, quod
29 *Seia, §. Caio. ff. de fundo instr.* vbi Bart.† Declara extensionẽ; quia si in dicto vltimo prædio adest præstantia solũ facta colono rustico suo pro bestiaminib. ex quo dominiũ non est legantis, non intelligitur repetitio, vt cõprehendat præstitã in pecunia, ita Bar. *d. §. Caio*, & quia nomina debitorũ non veniunt appellatione mobiliũ, & immobilium ẽt certo loco circũscripta. Ias. in *l. à diuo Pio. §. in ven-*
*ditione. n.*7. *ff. de re iud.* ergo nec appellatione bestiaminum, ẽt quod bestiamina sint leganti hypothecata per statutũ, *l. qui habebat, ff. de*
*leg.*3. *l. prædiis, §. si pater, ff. de leg.*3. *& l. Quintus, §. argento, ff. de aur. &*
30 *arg. leg.*† Extende; qñ hæres est extraneus, & legatarius est cõsanguineus; quia tunc contra hæredem considerata persona hæredis, legatarii, & facultate testatoris interpretatur. Castr. *cons.*384.
31 *Notandum, in fi. lib.*1.† Restringe, vt non procedat contra significationem verborum, ideo si coniunctæ personæ legetur fundus instructus, non comprehenduntur reliqua debita a colono partiario, vel pecunia: quia non est destinata ad vsum perpetuũ fun-
32 di, vt possit dici instrumentum fundi, ita Alex. *cons.*58. *col.*1. *lib.*6.† Restringe regulariter, quia ꝙ minus est, debetur, vt hæres minus grauetur, & potius substinetur nullitas legati, quam ꝙ grauetur hæres. Crau. *cons.*149. *n.*15. *& cons.*167. *n.*14. Men. *cons.*56. *n.*21. Castr.
*cons.*121. *Visa quadam. col. pen. ver. quæ autem, lib.*1. & inf. *n.*59. Vide, *Præ-*
33 *sumptio & coniectura fortior quæ dicatur. Concl.*615.† Et ꝓcedit ẽt in legato facto vxori, maxime, qñ fuit alias à testatore honorata. Dec.
34 *cons.*92. *n.*3. Crau. *cons.*25. *n.*24.† Amplia; quia si pater legauit 400. danda singulis quatuor filiab. suis pro dote, & voluit, ꝙ si aliqua decedat, antequam nubat, eo casu reliquæ superuiuentes habere debeant scut. centũ vltra 400. intelligitur pro singula, licet videantur simul copulatæ ꝓpter illam expressionẽ vltra 400. quæ sunt debita singulis, & propter verisimilẽ mentẽ testatoris. Fulg.
35 *cons.*40. *Dominicus testator, n.*2. *ver. in* 2.† Amplia; quia si pater habẽs vnicam filiam legauit filiab. suis natis, & nascituris, dotem declarandam, primæ autẽ, quæ deuenerit ad actum nuptiarũ legauit 500. tale legatũ mortua filia, & nata alia, quæ nupsit, debetur nuptæ; quia licet verba sint dubia, an de prima ratione natiuitatis, an de prima ratione nuptiarum, debet intelligi de prima ratione nuptiarũ, ẽt si pia causa sit instituta. Io. de Im. *cons.*113. *In causa, quæ*
36 *vertitur, per tot.*† Amplia, quia si testator legauit, ꝙ si aliqua ex eius possessionib. vendatur, & consanguineus testatoris velit præferri, præferatur ẽt soluendo 20. pro cẽtenario minus, quã alius, intelligitur non de vna possessione, quæ vendatur, sed de omnib⁹, quia est verbũ distributiuũ complectens oẽs possessiones. Fulg.
37 *cons.*47. *Ser Mich. per tot.*† Declara, quia qñ dubium est, quid comprehendat legatum, attenditur vsus, & destinatio facta per testatorem rei legatæ tempore mortis, veluti si legat domum, cui est iuncta apotheca, vel camera, vel hortus, si testator vtebatur ad vsum domus tempore mortis, veniunt in legato, ẽt si ante tenuisset tanquam res separatas locando. Alex. *cons.*223. *Visis verbis, n.*3. *in*
38 *fi. ver. sed bene pono, & n.*4. *lib.*2.† Amplia; quia legatũ ita debet interpretari, vt non sit inutile, ideo si testator, qui erat exequutor testamenti fraterni, pro dote neptis legat suo filio, quod exequatur testamentum dicti sui fratris, in quo erat exequutor, cẽsetur legare de suo dotem nepti; quia alias legatũ esset inutile, ex quo exequutio legari non potest. Ang. *cons.*278. *Punctus est, Ioannes, per*
tot. late Crau. *cons.*352. *n.*7. Castr. *cons.*384. *Notandum est, circa med. ver.*
*de mente vero, lib.*1. Alex. *cons.*248. *Ponderatis, n.*5. *& seq. lib.*6. *ver. confir-*
matur. Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid operetur. & non sit inuti-*
39 *lis. Conc.*135.† Et ne reddatur inutile, hæres duplici onere grauatur, & contra eum fit interpretatio. Castr. *d. cons.*224. *Legatum præ-*
40 *dictum, lib.*2.† Extende; quia si lego tibi omnia, quæ tibi donaui, refertur ad donationes potius inualidas, quam ad validas, ne legatum sit inutile. Alex. *d. cons.*248. *n.*6. *ver. debet in dubio. lib.*6. *& n.*12.
41 † Declara tñ; quia sufficit, quod adsit, vel adesse possit vtilitas, ideo legatũ dotis, qñ consistit in stabilibus, nõ est inutile; quia ficuti dos non põst repeti, nisi post annum, qñ consistit in stabilib⁹; ita ex legato põst repeti statim, & sic nõ est inutile, sed bene esset
inutile, si esset dos in mobilib. Alex. *cons.*248. *n.*6. *& seq. lib.*6.† Am- 42
plia; quia legati verba sunt intelligenda secundum qualitatẽ legatarii, ideo si testator legat vestes nigras vxori, intelligitur de vestib. lugubrib. vidualib. si legatur sorori maritatæ, intelligitur de vestib. paonaciis obscuris; quia sic fert cõditio legatarii. Fulg.
*cons.*27. *Proposita qu. per tot.* vbi, ꝙ si legat lectum suũ viduæ, nõ veniunt culcitræ sericeæ, & coloris; quia non conueniunt legatariæ. Vide, *Verba vniuersalia, & generalia restringuntur secundũ potes-* 43
*tatem, & qualitatẽ loquentis. Concl.*135.† Extende; quia legatũ declaratur large, & stricte ex consuetudine denominandi testatoris, & ex aliis coniecturis, *l. si seruus plurium, §. fi. ff. de leg.*1. vbi Ias. & idẽ ex denominatione testatoris, & ex destinatione facta per eũ in suis codicib. *l. prædiis. §. Titio, & §. Balneas, ff. de leg.*3. & inf. *n.*47. Vide, *De-* 44
*stinatio facta per patrem fa. quid operetur. Conc.*227.† Amplia; quia habens annuũ redditum sexaginta florenorum super monte, si legat sextam partem redditus prædicti Titio, intelligitur ꝓpetuo, & non de prima solutione; quia licet de prima solutione, intelligatur in dispositione hominis, *l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.* Bar. in *l. cum quidã, ff. de annuis leg.* tñ quia sumus in materia annui redditus, ex natura rei est perpetuum, & annuũ, *l. defuncta. §. fi. ff. de*
vsufr. Cremens. *sing.*76. *habebam redditum.*† Amplia; quia legatum 45
dubium ex denominatione & verbis, si testator apposuit confinia, cõprehendit quicq̃d est intra confinia, *l. ade sacra, ff. de contrah.*
emptio. Alex. *cons.*54. *Ponderatis verbis testamenti, nu.*4. *lib.*3. Ruin. *cons.*
74. *Ex iis, quæ subtiliter, n.*3. *lib.*2. Rubeus Alex. *cons.*95. *Viso, & diligenter, n.*11. Vide, *Confinia ad quid inuenta, & quid operentur. Concl.*699.† Extende in legato domus cũ pertinentiis: qa veniunt ẽt affixa, & 46
non affixa, q̃ fuerunt parata ad perpetuũ vsum dom⁹. Vide infra, *Legatum de omnib. bonis de domo testatoris quid contineat, vel non. Concl.*
120. *n.*14. *& seq.*† Amplia; quia si testator legat poderiũ cum perti- 47
nentiis, comprehenduntur bona per testatorẽ adiecta post testamentum, & ante mortẽ testatoris, *l. in rerum, §. si quis post testamentum, ff. de leg.*1. Bart. in *l. si ita, in* 3. *col. ver. si vero est. ff. de auro, & arg. leg.*
Vide supra *n.*43.† Limita; quia legatũ in dubio interpretatur, ne 48
hæres duplici onere grauetur. Castr. *cons.*35. *n.*2. *ver. sed ad hoc respondetur. lib.*2. Cuman. *cons.*18. *in fi.* Ias. *cons.*123. *n.*2. *ver. circa secundum. lib.*
4. Corn. *cons.*230. *n.*5. *lib.*4. Affl. *dec.*41. *n.*9. Natt. *cons.*109. *nu.*7. vbi, ꝙ ista est fortior, quam si legatũ redderetur inutile. Men. *cons.*56. *nu.*
28. Anch. *cons.*26. *in fi.* Crau. *cons.*131. *n.*14. *ver. ad vlt.* vbi reprobat Corn. contrariũ tenentem, *cons.*292. *lib.*1.† Declara, vt procedat, 49
qñ aliæ coniecturæ non extant contrariæ. Pet. Surd. *cons.*112. *n.*71. *& seq. ver. prædictis non aduersatur.*† Declara, qñ ab eodem duplex o- 50
nus deberetur, secus si ex diuersis obligationib⁹, & personis causatur. Natt. *cons.*114. *n.*13. Sur. *cons.*112. *n.*75.† Declara; quia ne red- 51
datur legatũ inutile, grauatur hæres duplici onere. Cast. *cons.*224.
*Legatum prædictũ, lib.*2.† Declara, nisi vnũ onus proueniat ex causa 52
lucratiua, aliud ex onerosa. Sur. *d. cons.*112. *nu.*75. *ver. tertio respond.*† 53
Limita de legato facto per patrem filiæ pro dote de florenis mille, in mille ducentis super monte puellarũ; quia si tempore testamenti, & mortis testatoris super monte non poterat dari dos vltra mille, licet postea fuerit concessum de 1200. si fuit legataria dotata in mille, non põst petere 200. à fratre, Dñi tres Rotæ Florentinæ, die 17. Nouemb. 1511.† Limita; quia legatũ annui cẽsus, 54
vel canonis continet solam commoditatẽ percipiendi censum, vel canonem, non autẽ continet proprietatẽ, & dominiũ rei, pro qua, vel super qua soluitur census, vel canon. Guido Pap. *dec* 264.
† Limita; qa legatum factum de pecunia, quæ restaret sup monte 55
pietatis, intelligitur tempore testamenti facti, non tẽpore mortis: ideo si tempore mortis maior summa restat, nõ consequetur legatarius. Vide Castr. in *l. cum stipulamur, ff. de verb. obl.* quia verbũ, *restaret*, est præsentis, & præteriti; secus si essent verba futuri, put si diceret, *quæ restare posset.*† Limita; quia legatũ etiam vxori, & cõ- 56
iunctæ personæ factũ stricte intelligitur, quando per adiectionẽ loci in vna parte legati inducitur restrictio; quia talis restrictio ad omnia in eadẽ oratione legata applicatur, late Dec. *cons.*92. *per*
tot. vbi casus.† Extende; qa in dubio legatũ, ꝙ minus est, cẽsetur; 57
quia in dubio obligatio denegatur, si alia causa põst subesse. Fulg.
*cons.*80. *Testator in testam. in fin.* q̃ loquitur in legato facto sorori.† 58
Declara totã hanc materiã; quia legatũ ex coniecturis, & consideratis præcedentibus, & sequentib⁹ declaratur, licet verba sint dubia. Alex. *cons.*169. *col.*2. *lib.*5. Facit tex. in *l. nummis, ff. de leg.*3. & regula, quæ ibi traditur, Crau. *cons.*86. *n.*7.† Et licet, ꝙ minimũ est, 59
debeatur, & censeatur legatum, tñ fallit, qñ coniecturæ sunt cõtrariæ; quia tunc, ꝙ maius est, debetur. Soc. *cons.*247. *col.*4. *ver. restat*
*solum, lib.*1. Dec. & Cagn. in *l. semper in obscuris, ff. de reg. iuris.* Vide Cõclus. prox. præcad. & multas conclus. prox. seq. Vide Incert. Auth.
post regul. Socin. *reg.*9. *Actus electionis rerum in dubio in minimo interpretatur*, vbi ponit sex limitationes.

Lega-

Legatum restringitur ad bona testatoris tempore testamenti, & quando secus. Concl. 59.

1 TESTATOR † legans omnia bona existentia in domo mobilia intelligitur legare ea, quę tempore conditi testamenti erant, non quæ tempore mortis extabunt, propter participiū præsens, & vt legatum sit de re certa. Bald. *cons.* 485. *Qui legat, in fine, li.* 4. Vide, *Testatoris dispositio regulariter restringitur ad tempus testamenti, &*
2 *quando secus. Concl.* 136. *cum Conclus. ibi prox. præced.* † Extende idem, quando testator legauit tertiam partem omnium bonorū mobilium ipsius testatoris; quia comprehenduntur tantum bona, quæ erant in bonis testatoris tempore testamēti. Alex. *cons.* 171. *In causa & lite, in princ. lib.* 6. vbi apostilla in *ver. testamenti*, dat plures
3 concordantes. † Extēde, vbicunq; testator legat omnes res suas, quæ sunt in tali loco, vel dicat, *lego omnes res meas mobiles*, & sic non legauerit omnem substantiam; quia tunc comprehenduntur solum ea, quæ erant in bonis tempore testamenti. Alex. *d. cons.* 171. *in*
4 *princ. lib.* 6. † Et generaliter, vbicunque dispositio est generalis, in qua fit translatio dominii, prout in legato bonorum, tunc si testator non potest præuidere, quot bona in futurū comprehendi possint sub illa dispositione, nunquam talis dispositio comprehendit, nisi præsentia. Alex. *d. cons.* 171. *nu.* 2. *ver. hoc idem voluit, lib.* 6.
5 † Extende, vt idem sit, quando sunt legata bona mobilia testatoris, quæ sunt in tali loco, vel villa; quia intelligitur legatum continere bona, quæ erant tempore testamenti; quia verba illa, *quæ sunt*, præsens tempus important, *l. fin.* §. *qui indiuisam. ff. de leg.* 2. vbi Bart. Alex. *cons.* 171. *in princ. lib.* 6. & q̄ non veniant futura, Ruin.
6 *cons.* 40. *lib.* 2. Bald. *cons.* 339. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, quando legauit omnia mobilia ad eum pertinentia; quia solum ea, quæ tēpore testamenti erant mobilia, restringitur, & ideo an veniant fructus pendentes tempore testamenti, cum non sint inter mobilia, sed pars rei. Castrens. *consil.* 132. *Videtur dicendum*, & allegat p̄ vtraq; parte, & tandem dicit, quod veniunt ea ratione; quia licet sint pendentes; tamen habitu sunt res mobiles, licet actu nō, sed
7 quia sunt destinati ad res mobiles, & de proximo actu erant, testator de illis cogitauit; quia habent ortum à præterito; secus si à futuro. Castr. *d. cons.* 132. *Videtur dicendum. lib.* 1. † Restringe, quando legasset bona omnia mobilia mea; quia pronomē, *meum*, non habet tempus ad præsens restrictum; quia pronomen, *meum*, bene habet genus, numerum, figuram, personam, & casum, sed nō tempus secundum Donatum, & ideo veniūt etiam quę sita post testamentum. Castr. *d. cons.* 132. *n.* 2. *lib.* 1. qui tamen *nu.* 3. dicit procedere, quando non habent ortum de præterito, sed de futuro, vt puta, quia acquisiuit post testamentum; quia de illis non cen-
8 setur cogitasse. † Restringe, quando testator legauit domū cum omnibus, & singulis rebus, & massaritiis existentibus in ea; quia si testator habebat granum in domo tempore testamenti, & vixit per plures annos, adeo, quod illud granum fuit consumptum, & tempore mortis aliud granum fuit in domo positum, illud venit in legato. Bart. *cons.* 51. *Sanctuccia, per tot. lib.* 2. vbi pro vtraque parte allegat, & ita concludit propter dictionem, *omnes*, quæ est collectiua omnes comprehendens, quia non refert, an legatum sit vniuersale per nomen iuris, vel per nomē generale collectiuum, gloss. in *l. fundū instructum. ff. de fund. instruct.* & per alia iura; & quia illud participiū, *existentes*, potest respicere præsentia, & futura, secus si legatum est singulare, & per verba de præsenti tantū; quia non veniunt, nisi existentia tempore testamenti, & tollit omnia
9 contraria. † Contrarium tenet de directo in eodem casu restrictionis And. de Monte Vbiano inter cons. Bart. *cons.* 52. *Non videtur dubitandum*, vbi, quod non veniunt, nisi existentia tēpore conditi testamenti; quia legatum est rerū particularium, & quia participium, *existentes*, est temporis præsentis, & præteriti imperfecti, q̄ non trahitur ad futura; & q̄ dicitur de legato vniuersali, q̄ comprehendat ét existentia tempore mortis, etiam per verba de præsenti, habet locum, quando legatum est per nomen vniuersale, prout grex, peculium, & similia; quia licet ista recipiant augmentum, vel diminutionem, non tamē dicitur alia res, sed eadem, *l. grege, cum simil. ff. de legat.* 1. & hanc partem tuetur Bald. *consil.* 485. *Qui legat, in fine*, vbi, quod legatum cum collectiua dicitur generale, aliud vniuersale, & quod participium, *existentes*, licet possit referri ad præsens, & futurum, tñ debet referri ad tempus testamenti; quia dispositio est certa, & intentio debet cadere super
10 certo, non super incerto. † Declara totam istam materiam, quæ habet leges contrarias, vt dicit Bart. *d. cons.* 51. *Sanctuccia, num.* 3. *& seq. ver. restat respondere, lib.* 2. quia aliquæ leges volunt, quod legatum etiam cum signo vniuersali non comprehendit, nisi ea, quæ sunt tempore testamenti, prout est text. in *l. multum.* §. *final. ff. de legat.* 3. *cum aliis similibus*, quia procedunt, quando legatum vniuersali signo factum est per verba mere stricta ad præsens, secus, si verba possunt importare præsens, & futurum, vel saltē sunt dubia: si vero legatum est vniuersale in seipso, prout grex, peculiū, & similia, etiam si fiat per verba de præsenti, tamen cōprehendit ea, quæ sunt tempore testamenti, *l. si mancipia. ff. de fund. instruct.* & in hoc est differentia inter legatum vniuersale per se, vel vniuersale per nomen collectiuum. † Amplia, vt procedat, etiam si le- 11
gatum sit per verba generalia, & coniuncto factum, quando verba loquuntur de præsenti, veluti si legat testator domum vxori cum omnibus bonis, quæ sunt in ipsa domo; quia non venit granum, & alia de nouo inducta, late Capra *cons.* 45. *Cum viso & considerato, per tot.* late Corn. *consil.* 14. *Circa primum. col.* 2. *ver. deueniendo ad secundum, lib.* 1. sequitur Paris. *cons.* 80. *num.* 41. *lib.* 2. Alex. *cons.* 59. *Visis verbis, n.* 7. *col.* 2. *lib.* 6. vbi dicit, quod onus probandi spectat ad legatarium, quod bona essent tempore testamēti. Alex. plene *cons.*
171. *In causa, in princ. lib.* 6. vbi allegat apostilla plures. † Declara; qa 12
si testator legat fundum cum mancipiis, veniunt mancipia post testamentum parata, q̄ sunt necessaria ad fundum legatum; alias secus, *d. l. si mancipia. ff. de fund. instr.* Alex. *cons.* 178. *n.* 11. *ver. & pro hoc etiam adducit. lib.* 2. † Restringe; quia accessoria destinata ad v- 13
sum rei legatæ veniunt, & attenditur tempus mortis testatoris, ideo si testator legat domum, & tempore mortis incorporauit apothecam, venit ét destinata pro pertinentiis; quia attenditur vsus testatoris tempore mortis. Alex. *cons.* 223. *per tot.* maxime *n.* 4. *lib.* 2. † Restringe; quia legato poderio veniunt bona empta post 14
testamentum, & incorporata poderio legato. Bart. in *l. si ita, in fi. ff. de auro, & argen. leg. at. & in l.* 1. *nu.* 5. *ff. de reb. dub.* Vide, *Dispositio generalis loquens de præsenti quando trahatur ad futura, vel non. Conclus.* 491.
† Declara; quia si oritur controuersia, quæ bona essent tempore 15
testamenti, incumbit onus legatario. Alexand. *cons.* 59. *num.* 7. *lib.* 6. Vide plenius, *Legatum de omnibus bonis de domo testatoris. Concl.* 120. *n.* 9. Vide, *Probatio incumbit asserenti. Conclus.* 769. † Amplia idem esse, 16
quando legatum ex mente restringitur ad tempus præsens, veluti si testator dixit, *lego res meas, quæ sunt, vel existentes in domo.* Corn.
d. cons. 14. *nu.* 5. *lib.* 1. sequitur Paris. *cons.* 80. *num.* 41. *lib.* 2. † Extende; 17
quia si maritus legat vxori suæ, vel cognatis, intelligitur de vxore, & cognatis tempore testamenti, nisi esset sine vxore tempore testamenti. Alex. *cons.* 171. *Viso processu, num.* 3. *& num.* 7. *lib.* 2. *ver. nec ad hoc obstat.* † Extende; quia testator legans satisfieri omnibus 18
creditoribus patris sui censetur disponere tempore testamenti, non mortis; ideo præscriptio post testamentum decursa non attenditur. Ioan. de Imol. *cons.* 24. *per tot.* maxime *num.* 4. *ver. circa secundum.* † Declara totam materiam; quia si potest constare de 19
mente testatoris, illi standū est. Curt. Iun. *cons.* 145. *nu.* 15. vbi dicit
communem, * Dec. *cons.* 653. Vide, *Mens & ratio attendenda plusquā* * *verba, Concl.* 199. † Declara, vt per Bartol. in *l. si ita esset legatum, ff. de auro & arg. leg.* vbi, quid in legis dispositione, vel hominis, & quid 20
si verba sint vniuersalia, vel generalia, vel indefinita, & videtur concludere, quod in vniuersalibus, & q̄n indistincte legantur bona, veniunt futura; secus si legatum sit generale, vel ad præsens restrictum aliquo modo, & multum ponderat, an indistincte sit oratio prolata, an ad locum restricta, vt bona in domo. † Decla- 21
rat Alex. multis modis; quia si verba sunt de præsenti, vel præterito, aut ét indefinite in materia, quæ alteri præiudicat, non cōprehenduntur futura, & post testamentū quæsita, si vero verba non sunt restricta ad præsens, vel præteritum, sed sunt indefinita, & vniuersalia, vel collectiua, tunc bene comprehenduntur futura, si non de tertii, sed sōlius testatoris, vel concedentis præiudicio tantum agitur. Alex. *d. cons.* 178. *In occurrenti, nu.* 16. *ver. nunc restat. vsq; in fin.* vbi *n.* 20. *ver. non obstat etiam*, dicit, q̄ indefinita non ita comprehendit futura, sicut nomen vniuersale, vel collectiuū, *lib.* 2. & repetit hoc vltimū clarius *in fin. ver. nec obstat id, quod not.* † 22
Amplia maxime, quando legatum esset fructuatorium, si attenderetur tempus mortis; ideo soror legans fratribus omne, & totum, quod sibi debetur pto dote, licet dos sit promissa marito, & postea soluta tempore mortis, legatū attenditur tempore testamenti. Corn. *cons.* 26. *Hæc consultatio. lib.* 2. † Declara; qa omnis dis- 23
positio dubia declaratur à causa disponentis finali, ex qua resultat mens. Ideo quærenda est causa, vt habeatur mens. Crauet. *cōs.*
245. *n.* 2. † Restringe; quia intelligitur de tempore mortis lega- 24
tum, quando esset inutile, puta factum filiis, vel vxori alicuius, qui non erant tempore testamenti. Alex. *d. cons.* 171. *n.* 3. *& seq. lib.* 2. quia necessario ad futuros refertur, & ad omnes. † Amplia etiā, 25
quando verba sunt præsentis, vel præteriti temporis, put *lego pecunias, q̄ rest. arent sub monte Communis*; quia intelligitur de pecuniis tēpore testamenti; quia verbum, *restarent*, est præsentis & optatiui

modi,

modis,& preteritiimperfecti ſubiunctiui; ideo non extenditur ad futura. Caſtr. *in l. cum ſtipulamur, ff. de verb. obl.* ſecus ſi legaſſet pecunias, quæ habet, vel haberet, vt illud verbum non ſuperabundet; quia futurum comprehendit contra dictum Bald. *in rubr. C. de cõtrahen. emptio.* argum. *l. ſi quis ita, §. Seia. ff. de verb. obl.* Bart. *in l. 1. q. 7. ff. de iure codicill.* † Amplia; etiam ſi legatum fiat reipublicæ, & patriæ; quia adhuc non extenditur ad ea, quę teſtator ignorauit tẽpore legati. Fulg. *d. conſ. 37. per tot.* † Amplia in legato facto per maritum vxori; quia intelligitur de vxore tempore teſtamenti, quaritum vxori ſit habita ratio ad coniugium. Alex. *d. conſ. 171. n. 7. ver. nec ad hoc obſtat, lib. 2.* † Idem eſt in legato facto vxori ſuæ per maritum ſub nomine appellatiuo; quia intelligitur de illa vxore, quam habebat tẽpore teſtamenti, non de ſecunda, q̃ habuit poſt teſtamentũ. Bald. *in l. ſi. C. de indicta viduit. tollen.* ſequitur Bened. *in cap. Raymutius, ver. cætera bona, n. 19. de teſtam.* quem citat, & ſequitur apoſtilla ad Alex. *d. conſ. 171. nu. 7. ver. vera, lib. 2.* † Declarat Alex. *d. conſ. 171. Viſo proceſſu, n. 7. ver. non obſtat, lib. 2.* vbi dicit, quod Bald. non firmat ſe; quia adducit cõtraria, & dato, quod firmaret, videtur illum impugnare per *l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* † Extende; quia ſi teſtator legat vxori ſuæ quæ parata ſunt ſibi, certe parata pro prima vxore non debentur ſecundæ vxori acceptæ poſt teſtamentum, niſi eadem pro ſecunda fuiſſent parata, *l. ſi quid earum, §. ſi. ff. de leg. 3.* Alex. *d. conſ. 171. n. 7. ver. nec obſtat tex. lib. 2.* † Reſtringe in legato alimentorũ facto vxori alicuius; quia licet verba intelligantur regulariter de vxore tempore teſtamenti, tamẽ fallit fauore alimentorũ, quæ ſunt fauorabilia; quia debentur cuicunque vxori, mortua illa, quæ erat tempore teſtamenti. Alex. *d. conſ. 171. Viſo proceſſu, n. 4. lib. 2. cum ſeq.* † Amplia, & ſi verba legati ſint cõcepta per præſens optatiui modi, q̃ poteſt referri ad præſens, & futurũ, veluti ſi dixit, *lego omne, quod reſtarem creditor Titii Titio*; quia intelligitur de credito tempore teſtamenti cauſato, ſecus de acquiſitis à Titio poſt legatum; quia conſenſus ad ignorata non extenditur. Fulg. *conſ. 37. Quidam in ſuo teſtamento*, vb. quod neque veniunt acquiſita ipſi legantiignoranti. Vide, *Conſenſus non trahitur ad ignorata. Concl.* 754. † Limita, quando legatum tacite, vel expreſſe non eſt reſtrictum ad tempus præſens, ve præteritum; quia continet futura tempore mortis, & non reſtringitur ad tempus teſtamenti, plene Gabr. *conſ. 119. n. 3.* & ita declarat Alex. *conſ. 178. In occurrenti, nu. 16. ver. Nunc reſtat iuncto pr. conſilii lib. 2.* † Limita reſpectu valoris monetæ; quia ſpeciale eſt, quod attenditur valor ſecundum tẽpus ſolutionis, non autem teſtamenti. *l. cum certum, ver. pretium ff. de auro, & arg. leg.* quem ſingularem citat Rom. *conſ. 123. col. 2.* † Limita reſpectu inſtitutionis poſthumorum; quia intelligitur de omnibus tam ex prima quam ex futuris vxoribus. Alex. *d. conſ. 171. Viſo proceſſu, n. 4. & ſeq. ver. ſed ita eſt, lib. 2.* † Limita; quia legatum factum patri pro filiabus intelligitur etiam de natis poſt legatum etiam ex ſecunda vxore, licet haberet filias tempore legati. Bald. *conſ. 23. Quidam Salimbene, n. 2. ver. ſuper ſecundo lib. 4.* † Limita, quando legatum continet rem alienam tempore teſtamenti, quæ erat teſtatoris, vel hæredis tempore mortis; quia attenditur tempus mortis, vt valeat legatũ. Corn. *conſ. 103. Videtur primo, n. 4. lib. 4.* † Limita, q̃n legatum ſit coniunctũ; quia latius interpretatur. Corn. *conſ. 103. n. 5. lib. 4.* Bart. & alij *in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.* † Limita, q̃n adeſſent coniecturæ, q̃ futura voluit comprehendere, plene Gabr. *d. conſ. 119. n. 8. n. 2. in fi.* vbi plures enumerat cõiecturas. Soc. Iun. *conſ. 98. n. 26. lib. 1.* Rol. à Valle *conſ. 39. n. 20. & ſeq. lib. 4.* † Limita, q̃n diſpoſitio eſt reciproca; quia cum ſit fauorabilis, extenditur ad futura, licet verba ſint de præſenti. Angel. *conſ. 261. Punctus, col. pen.* Vide, *Diſpoſitio reciproca habet multa ſpecialia. Concl. 498.*

Legatum ſimpliciter factum non reſtringitur ad iuſte ſtatoris, & quando ſecus. Concl. 60.

1 TESTATOR † ſi legat quinquaginta, in quibus ipſi tenetur Sempronius, cenſetur velle, quod quinquaginta debeantur, etiam ſi Sempronius eſſet liberatus; quia non eſt legatum nominis debitoris, *l. quidam teſtamento, ff. de leg. 1.* Bald. *conſ. 174. Facinus vẽdidit, circa med. ver. ſolutio, lib. 1.* Vide, *Legatum nominis debitoris quando*
2 *debeatur ab hærede, vel non, etiam ſi non eſt debitum. Concl. 61.* † Extende, vt idem ſit, ſi teſtator leget certam ſummam, & licet dicat, quas ſummas exigi velit à tali, & tali, debentur, ẽt ſi illi nihil debeant; quia relatiuum non reſpicit ſubſtantiam, ſed exequutionem, *l. Lucius, ff. de alim. leg.* quem text. ita procedere, & intelligi dicit Alex.
3 *conſ. 216. Magiſter, in princ. lib. 7.* † Reſtringe; quando relatiuũ, quod reſpicit ſubſtantiam, non exequutionem legati; quia tunc ſi legat decem, quæ ſunt in arca, & in arca non ſint, niſi quinq; non debentur vltra quinque. Alexan. *d. conſ. 216. in pr. lib. 7.* vbi, quod ita procedit text. *in l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque, ff. de leg. 1.* vbi poſt. *in ver. poſt perfectum*, dat concord. † Amplia; quia valet legatũ factum
4 à teſtatore certæ capellę, ẽt ſi dicat, quod tales res legat ſibi prælegatas à certa perſona; quia licet non conſter de prælegato; tamẽ valet legatũ; quia demonſtratio falſa illud non vitiat. Bald. *conſil. 412. Licet Dominus, lib. 5.* † Amplia; quia ſi teſtator legat rem propriã
5 pignoratam alteri, non cẽſetur legare ius, quod habet, ſed tenetur hæres luere. Iaſ. *in l. ſi domus. §. de eutẽtione nu. 26. ff. de leg. 1.* Vide, Socin. *Reg. 4. Hæres rem legatam à teſtatore regulariter luere tenetur*, vbi limitat tribus modis, quando eſſet pignorata facto legatarij, vel tertij, vel legatum eſſet vniuerſale, non particulare. Vide, *Pignorata quando cadant in legato. Concl. 342.* † Amplia; quia ſi teſtator primo
6 donauit vſumfructum particularium bonorum matri inter viuos, poſtea legat vſumfructum hæreditatis ſuæ eidem matri, & vxori cenſetur legatus matri, & vxori ẽt particularis vſus fructus matri donatus, vt illum habeat vxor ſuperuiuens, q̃n erit extinctus. Roman. *conſ. 308. Pro habenda, per tot.* † Contrarium in eodẽ
7 caſu Caſtr. *conſ. 218. Ad primum, in princ. lib. 2.* vbi, quod non venit in legato generali vſus fructus donatus matri; quia non eſt in bonis teſtatoris. Vide omnino incertum authorẽ poſt regulas Soc. *reg. 2. Teſtator legans rem*, vbi ponit regulam contrariam, quod teſtator præſumitur ſolum legare ius, quod habet, & ampliat ſeptem modis, qui ſunt in caſu noſtro limitationes, & ibidem limitat ſeptẽ
8 modis, qui ſeruiunt pro ampliationibus hic. † Limita: quãdo legatum eſſet nominis debitoris; quia tunc ſi nihil debet hæres, de ſuo non tenetur, neque de bonis hæreditarijs, *l. legaui, ff. de lib. leg.* Bald. *d. conſ. 174. circa pr. ver. ſed certe, lib. 1.* Vide, *Ius ſuum quando quis cenſetur concedere, & non vltra. Concl. 632.* † Limita; quia ſi teſtator
9 legat vxori domum, quæ tamen erat teſtatoris, ſed ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi, comprehendit ſolum ius, quod habet teſtator, licet finiturũ morte, & non præſumitur grauaſſe hæredẽ ad redimendum, vel ad pretium. Iaſ. *in l. quod in rerũ, §. 1. ff. de leg. 1.* & in notabili caſu idem Iaſon *conſ. 119. lib. 1. l. ſerui electione, §. iii fundus, & l. ſi domus, §. ſi. & l. quod in rerum, §. 1. ff. de leg. 1. l. vxor, C. de legat. l. Stichon. ff. de vſufruct. leg.* † Extende; quia vbicumq; habens rem morte
10 ſua perituram, prout vſusfructus, & emphyteuſis, illum, vel illã legat credens poſt mortem ſibi deberi; quia errat; cenſetur legare ſolũ ius, quod habet, ſecus ſi ſciret finiri morte; quia cenſetur legare æſtimationem, ſic intelligit Alex. *conſ. 9. col. pen. in fin. ver. nec obſtat. lib. 2.* vbi declarat, *l. vxor patrui, C. de legat. & l. quod in rerum, §. 1. ff. de leg. 1.* † Reſtringe, quando conſtat de mente, quod teſtator
11 voluit non finiri morte; quia cenſetur legata æſtimatio rei perituræ, veluti ſi poſt mortem voluit legatarium aliquid expendere, vel quid ſimile, late Alex. *d. conſ. 9. col. ſi. n. 16. ver. vel ad omnia, lib. 2.* vbi allegat plures tenentes, quod debetur æſtimatio, etiã ſi res per mortem ſit peritura, vt potius valeat, quam corruat legatum. Vide eum. † Declara, quando ille alius, ad quem ius ſpectat, vel poſt
12 mortem teſtatoris peruenturum eſt, nõ ſit hęres, ſed extraneus, à quo teneretur hæres redimere, ſi vellet præſtare; quia tunc non præſumitur teſtator legaſſe, niſi ius, q̃ habet, alias ſecus. Ruin. *conſ. 106. n. 17. lib. 2.* † Vide etiam *in ver. Vſufructuarius omnium bono-*
13 *rum quos fructus conſequatur. Concl. 309. n. 9.* vbi, ſi adſunt verba generalia, vel vniuerſalia, venit vſusfructus bonorũ fideicommiſſo ſubiectorum, & emphyteuticorum ex mente, quãdo ad hæredẽ ſpectant poſt teſtatorem. † Videas omnino conſilia, quæ habeo
14 pro vtraq; parte in legato vſusfructus hæreditatis facto per Co. Io. Triuultium, D. Barbaræ eius matri inſtituto hęrede vniuerſali Co. Ioanne Iac. Triuultio tranſuerſa i fideicommiſſario maioris partis bonorum, an vſusfructus etiam bonorũ fideicommiſſo ſubiectorum ſit relictus, an ſolũ ius, quod habet, infinita deducta fuerunt per valentiſſimos aduocatos, & Barbara mater ſemper habuit vſumfructum, lite nunquam finita in Senatu Mediolani. † Et licet, vt dicit Rom. *conſ. 308. Pro habenda*, regula ſit, quod
15 teſtator legans vniuerſalem vſumfructum matri, & vxori ſuæ hęreditatis, nõ cenſeatur legare, niſi ius, quod habet de præſenti teſtator *l. ſerui electione, §. cum fundus. ff. de leg. 1.* tamen quia vſusfructus eſt hæreditatis, & ſic vniuerſalis, comprehendit etiam particulare vſumfructum donatum inter viuos matri, per *l. Iulianus, in pr. ff. de leg. 3.* & iura, quæ ipſe adducit; & tollit contraria. † Limita; quia
16 ſi teſtator habet medietatẽ apothecæ in certo loco, & leget apothecam & vſumfructum apothecæ, cẽſetur legare pro medietate, quam habet. Bald. *conſ. 64. Punctus taliseſt. lib. 4. n. 2. ver. ſequitur videre.* † Et generaliter eſt verum; quia ſi teſtator habet rem cum a-
17 lio communem, & legat illam rem, vel vſumfructũ illius rei, cẽſetur pro rata ſua, & iure, quod habet, Alexan. *conſ. 208. Viſo ſummario, numer. 3. ver. vnde videmus, lib. 2.* † Declara limitationes, vt
18 proce-

procedant, quando aliâ medietas non spectaret testatori, neq; hęredi non vniuersali; quia si spectat hæredi vniuersali, tunc cẽsetur testator etiam legare expressa, quæ spectant hæredi, nisi ius hæredis esset æquale cum iure testatoris, videlicet morte finitu-
19 rum. Bald. *cons.* 412. *Licet dominus, per tot.* maxime *in fi. lib.* 5. † Limita; quia semper est verum, quod testator legans alienam rem, in qua ius aliquod habet, censetur legare omne ius, quod habet tam de præsenti, quam de futuro. Ias. *in l. seruum filii, nu.* 16. *& seq. ff. de leg.* 1.
20 † Extende; quia mulier habens quædam bona sibi pignori pro dotibus assignata, si ipsa bona vti sua dotalia legat, vel donat vni filio, censetur legare solum, vel donare ius hypothecæ, quod habet in eis, licet crediderit esse sua. Alex. *cons.* 47. *Visis instrumentis, in princ. lib.* 2. vbi *n.* 6. *ver. accedit*, dicit, quod attenditur veritas, non o-
21 pinio legantis, vel donantis. † Extende; quia regulare est, quod sicuti legans talem rem censetur solum legare ius, quod habet in re legata, ita etiam donans rem censetur donare solum ius, quod habet in re donata. Alex. *in d. cons.* 47. *in princ. lib.* 3. vbi, quod siue ius consistat in quota rei, siue in hypotheca, censetur solum legare ius, quod habet, vbi apost. *in ver. quod habet*, dat concordantes.
22 † Restringe in contractibus onerosis. Bertrand. *cons.* 29. *Ponitur in facto. lib.* 1. quem citat apostilla ad Alexand. *d. cons.* 47. *n.* 2. *in ver. quod*
23 *habet. lib.* 3. † Restringe; quando constat de mente, quod voluit donare, vel legare rem alienam; quia debetur æstimatio; apostill.
24 prædicta ad Alex. *d. cons.* 47. *in ver. quod habet. lib.* 3. † Declara totam istam materiam; quia si habeo fundum Titianum communem cum Mæuio; & partem Mæuij habeo hypothecatam pro credito, si lego omnem fundum Titianum meum, censeor legare partem meam, in qua habeo dominium, & etiam ius hypothecæ, cp habeo in alia medietate; si vero lego simpliciter fundum Titianum meum, censeor legare, vel donare solum partem meam, nõ autem ius hypothecæ; sed si habeo solam hypothecam, bene censeor legare ius hypothecæ. Alex. *d. cons.* 47. *nu.* 3. *& seq. ver. sed quoad casum nostrum, lib.* 3. vbi ad hoc allegat tex. *in l. Iulianus, in princip. ff. de*
* *leg.* 3. vbi *num.* 5. confirmat, & dicit * communem, quod habens ius pignoris, vel hypothecæ potest illud cedere sine prineipali actione, vbi apostilla *in ver. cedi*, dicit relatiue, quomodo hęc cessio
25 procedat. † Limita, quando testator legat decem, vel centum ex ijs, quæ sunt in arca, vel alio loco; quia si nõ sunt, vel non sunt tãtæ quantitatis, non tenetur hæres, nisi ad quantitatem repertam.
26 Castr. *in l. quidam testamento. ff. de leg.* 1. † Extende; quia si debentur alimenta ex certis redditibus, & vno anno illi redditus non extent, non debentur alimenta, vel nisi pro quantitate redditus.
27 Castr. *in l. Imperator. ff. ad Trebellian.* † Idem in legato annuo; quod debet præstari ex certis bonis; quia si non potest ex bonis designatis præstari, non debetur, nisi in quantum præstari potest, *l. si debitor, §. verisimile. ff. de contrah. empt. l. liberto, §.* 1. *ff. de annuis legat.* Cast.
28 *cons.* 405. *lib.* 1. † Limita; quia si fiat legatum non in genere, de quãtitate scut. mille, sed in specie de scutis mille existentib. super redditibus certi montis, & non extent, nihil debetur, *l. sed si certos nũ-*
29 *mos. ff. de leg.* 1. Castr. *cons.* 285. *Ad primum, in princ. lib.* 2. † Declara tamen; quia si tempore mortis testatoris extabat illud corpus, & fuit per hæredem, vel exequutores venditum, & in alios legatarios, vel vsus distributum, tenentur hæres, vel exequutores, qui distribuerunt alijs, non præstita, neque recepta cautione, vel potest legatarius repetere ab eis, quibus fuit facta solutio. Cast. plene *cons.* 285. *in pr. lib.* 2. vbi, quod successor in beneficio, vel Episco-
30 patu non tenetur, neq; contra eum agi potest. † Limita, qñ pater legat filię dotem, quam dederat, quia non censetur animo dandi duplicem dotem, quãdo pater aliquod ius in dote habebat, alias
☞ secus. Vide plene Rom. *cons.* 253. *Videmus primo*, vbi late distinguit plures casus, Vide Concl. seq. Vide, *Ius suum quando quis censeatur concedere. & non vltra. Concl.* 632.

Legatum nominis debitoris quando debeatur ab hærede, vel non, si non est debitum. Concl. 61.

1 TEST ATOR † legans alicui id, quod debet consequi à tali, cẽsetur legare ius, quod habet, *l. si sic.* §. 1. *ff. de leg.* 1. quia quando relatiuum, *quod*, vel, *quæ*, adijcitur dispositioni, vel cõstruitur sub verbo antecedenti, *lego id, quod*, semper censetur legatum nomẽ
* debitoris. Bald. *cons.* 151. *Dubium istius quæstionis, in princip.* vbi * dicit
2 communem. † Et idem, si legantur 500. existentia penes talem; quia si minor reperitur quãtitas, debetur sola quantitas, quæ re-
3 peritur, est text. *in l. si seruus, §. quinque. ff. de leg.* 1. † Extende; vt idem sit, quando testator legasset decem Titio, ad quæ sibi tenetur Seius; quia idem est dicere, quæ sibi debet, vel ad quæ sibi tenetur.
☞ Bald. *dict. cons.* 151. *circa med. ver. modo in quæstione, lib.* 5. Vide Conclus.
4 prox. præced. † Amplia; quia testator legando nomen debitoris sui censetur iura vtilia mandasse; ideo nõ est necessaria cessio fa-
cienda ab hærede, vt agat contra debitorem legatarius. Bald. *cõs.* 168. *Allegationes hinc inde. n.* 4. *ver. ad illud, an cessio. lib.* 4. † Contrariũ 5
videtur velle tex. *in l. ex legato nominis. C. de legat.* & distinguit Bald. *d. cons.* 164. *lib.* 4. † Amplia; quia censetur legatum nomen debi- 6
toris, quando testator legat id, quod ipse habet solum ad vsum suam, prout est vsus fructus formalis; quia tunc censetur legare solum ius, quod ipse habet Bald. *cons.* 412. *Licet dominus, circa fin. lib.* 5. *l. vxor patrui. C. de legat.* † Restringe, nisi illud ius finiturum in vi- 7
ta testatoris continuaret in eius hæredem vniuersalem; quia tũc vtrunque venit. Bald. *dict. cons.* 412. *circa fi. lib.* 5. † Amplia; quia le- 8
gans generaliter omnia sua credita non comprehendit credita, quæ sunt in diem, vel sub conditione. Rom. *cons.* 164. *Hæc quinqua-*
ginta. in fin. ver. vltimo posito, n. 5. vbi apost. *in ver. glos.* citat pro vtraq; parte. † Contrarium, quod imo cedens iura sua contra debitores 9
veniant etiam debitores in diem, apostilla ad Rom. *in cons.* 164. *in fine, in ver. glossæ.* Vide, *Creditoris appellatione quis contineatur. Concl.* 1055. † Limita, quando testator legaret scienter decem; quæ Ti- 10
tius debebat; quia etiam si Titius nihil debet; tamen legatũ debetur. Ias. *in l. si sic legatum. §. si mihi, n.* 13. vbi late examinat. *ff. de leg.* 1. vbi *in fi. nu.* 2. dicit hoc procedere in pœnam scientis non habere ius in re, & vendens ius, quod habet; quia tenetur ad pretiũ. † Li- 11
mita, quando legaret libras centum, quas dixit debere consequi à Titio ex tali causa; nam hæres tenetur illas soluere. *l. quidã testamento. ff. de leg.* 1. quod intellige procedere, quando constat, quod legatum erat purum, sed demõstrationis causa adiecit, vnde solueret hæres; quia falsa demonstratio non vitiat. Bald. *cons.* 164. *per tot. lib.* 4. & dicitur demonstratio adiecta, quando legatũ est purum, & verba relatiui sequentia non regulantur à verbo, *lego*, antecedenti. Bald. *cons.* 151. *lib.* 5. vel quando relatiuum adiicitur non dispositioni, sed solutioni, & exequutioni, vbi dicit * communẽ *
ibidẽ. † Contrariũ videtur, quod imo sit legatum nominis debi- 12
toris, & ideo videatur legatũ ius, quod habet testator, ita vt hæres non teneatur. *l. si id quod mihi debebas. ff. de liber. leg.* † Declara; quia 13
si legatur nomen debitoris demonstrando, & sic adiiciendo nomen debitoris perceptioni, hæres tenetur; si vero nomen debitoris adiiciatur substantiæ legati, tunc non tenetur hæres. Bald. *cons.* 164. *Quod hæredes, per tot. lib.* 4. † Declara hoc modo; quia quã- 14
do verba legati sunt perfecta, & possunt importare legatum simpliciter, licet adiiciantur verba demonstratiua, ex quibus, vel vnde debeat solui legatum, tunc licet demonstratio sit falsa; tamen debetur legatũ; quia falsa demonstratio non vitiat; secus est, qñ vna est oratio, in qua relatiuum construitur cum suo antecedẽte, veluti si dicatur, *lego Seio, quæ mihi Lucius debet*; quia si Lucius nihil debet, non tenetur hęres. Bald. *cons.* 151. *Dubium istius quæstionis, ver. sed contrarium istarum legum, lib.* 5. † Et quod si testator legat centũ, 15
quæ habet super tali traffico, eis non extantibus nõ debentur, secus si legat centum, quę voluit præstari ex iis, quæ habet super tali traffico; quia tunc bene debentur. Bart. *an l. quidam testamento, ff. de leg.* 1. Castr. qui magistraliter loquitur *cons.* 53. *Quia exceptiones, quæ opponuntur*, alias 338. *lib.* 1. *col.* 2. *ver. restat nunc respondere.* Dec. *cons.*
324. *Consuluit, & cons.* 500. *In causa, quæ Mantuæ, in fi.* † Declara se- 16
cundo; quia aut relatiuum adiicitur verbo exequutiuo, veluti si testator legat Titio decem; quæ solui voluit ex iis, quæ sibi debet Seius; nã licet Seius nihil debeat testatori, debetur nihilominus legatum, secus, si relatiuum adiicitur dispositioni, veluti, *lego decẽ Titio, quæ mihi Seius debet*; quia si Seius non debet, nihil debetur, & hanc declarationẽ * communem dicit Bald. *cons.* 151. *ver. soluitur* *
& aliter lib. 5. † Extende declarationes, vt habeant locum, quod 17
legatum censeatur nomen debitoris, quando testator legauit decem, quæ ipsi debet Titius, vt procedat, etiam si dixit, *lego decem Lucio, ad quæ mihi tenetur Titius*; quia par sermo est. Bald. *d. cons.* 151. *ver. modo in quæstione, lib.* 5. † Extẽde limitationẽ; quia censetur relatiuum demonstrationis causa adiectum, quando testator legauit 18
Titio decem, quos dixit sibi deberi per Seium; nam illa verba, *dixit sibi deberi*, sunt demonstratiua; quia nõ regulãtur à verbo, *lego*, sed à verbo, *dixit*, siue sint verba Notarii, siue partis. Bald. *d. cons.* 151. *in fi. ver. sed quid si scriptura. lib.* 5. † Extẽde; quia legatum factum 19
de quingentis, quos asseruit testator patrem suum deposuisse penes Abbatiam Florẽtiæ, licet non reperiatur depositũ tale, tamẽ debetur per hæredes, ita D. Ianotius de Capponibus in suo cons. decisiuo DD. Officialib. pupillorũ, sub die 6. Septemb. 1531. in filtia, vbi multa adducit pro confirmatione. † Restringe; secus si te- 20
stator legat cẽtum ex iis, quæ sunt in tali loco; quia si non extant, vel si ad tantã summã non ascendant, non debẽtur, nisi in quantũ reperiuntur Cast. *in d. l. quidã test. ff. de leg.* 1. qui dicit nõ ꝓcedere in
legato annuo. † Restringe limitationẽ, vt non ꝓcedat, qñ testa- 21
tor le-

tor legaret nomen debitoris, videlicet tot libras, quas debet cõsequi, & habere à tali, si adiiceret gerundium, videlicet dando, & concedendo legatario facultatem exigendi, &c. quia censetur propter illa verba gerundij legare nomen debitoris. Bald. *d. cons. 364. per tot. lib. 4.* Vide Concl. prox. præced.

Legatum rei censetur cum onere, & seruitute solitis præstari per ipsam rem legatam, & quando. Concl. 62.

1 TESTATOR † habens duas domos liberas, quæ inuicẽ nullam habent seruitutem, si tamen aditum de vna ad aliam seruabat testator ex consuetudine sua, & eandem domum, per quã consueuerat habere aditum, simpliciter leget, censetur cum onere seruitutis, & vsũ legãtis. Bald. *cons. 24. Quidam Vannes, lib. 5.* Vide, *Seruitus quando transeat ad successorem, vel non. Concl. 228.* Vide, *Vsus, & solitum patrisfamilias seruit pro interpretatione. Concl. 364.*

Legatum rei communis testatoris cum alio continet solam partem legantis, & quando totam rem communem. Concl.

VIDE plene Soc. *reg. 7. Legans rem communem cum alio*, vbi limitat quinque modis.

Legatum rei alienæ quando debeatur, vel non, & quid in legato rei legatarii. Concl. 63.

dicari; quia non fit compensatio ex quibuscunq; verbis generalibus; quia non cadunt in liberatione quantumcunq; generali.
Surd. *dict. consil. 112. n. 96. & seq.* vbi infinitos allegat. † Contrarium 21

Castrens.*consil.*193.*Super isto puncto, num.*2.*ver. secunda ratio, lib.*2.vbi, quod si constat de mente, prout si verba sunt, ex quacunq; causa veniant, quæ vendicari possunt, etiam licet in eis non cadat cõpensatio, cadit bene excomputatio de specie ad speciem, & de
22 specie ad quantitatem. † Declara; quia licet de specie ad quantitatem, & de quantitate ad ea, quæ possunt vendicari, reuera non fiat compensatio directa; tamen quando legatum hoc exprimit, & legatarius in specie creditor, vel in iis, quæ possunt vendicari, scienter acceptat, repellitur; quia censetur renunciare acceptando, & compensatio inducitur non de quantitate ad speciem, sed bene inducitur quædã æstimatio speciei, & actionis ex illa quantitate, vel specie legata, in quibus accommodatur compensatio. Ruin.*cons.*79.*nu.*6.*lib.*2. Socin. Iun.*d. cons.*173.*nu.*8.*lib.*2. vbi, quod potuit non acceptare, & sibi imputet legatarius, & respondet ad
☞ contraria, plene Pet. Sur.*cons.*212.*n.*10. vbi citat plures conc. Vide, *Legatum generalis liberationis quid comprehendat, vel non. Concl.*126.
23 † Limita; quia si legatarius, qui acceptauit legatũ onerosum, est minor, restituitur in integrum. Socin. Iun.*d. consil.*173.*num.* 4.*ver. fateor tamen, lib.*2. Vide duas Concl. præced.

Legatum idem à pluribus factum, videlicet à patre, deinde à filio hærede, eidem personæ, est vnum, & non augetur, & quando. Concl. 75.

1 SI † pater legauit, quod in casu mortis filii hæredis instituti sine filiis omnia bona sua vendantur, & pretium expendatur in fabricam Ecclesiæ, non continet legitimam filii; quia de ea non fit mentio, & idem erit, licet filius decedẽs sine filiis testetur, quod bona legata per patrem suum vendantur, & soluantur iuxta legatum, non anget legatum quoad legitimam, sed quoad robur; quia debetur ex vtroq; testamento. Io. de An.*cons.*99. vbi Bolog. in apost.*per tot.* Vide, *Legatum relatiuum valet, & quando non. Concluſ.* 82. Vide, *Legatum factum creditori non præsumitur animo compensandi,*
2 *& quando secus. Concluſ.*141. † Amplia multis modis, de quibus in *Concl. prox. seq. num.*25.*& num.*31.*vsque in fin.*

Legatum idem pluries factum ab eodem, & eidem legatario, quando vnum, & semel debeatur, vel plura. Concl. 76.

1 REGVLA † sit, quod eadem quantitas pluries relicta, vel legata non debetur, nisi semel. Alexan. *in l. plane. §. si eadem. ff. de leg.*1. siue sit in eodem testamẽto, siue in testamento, & codicillis.
2 *l. quinquaginta. ff. de probat. l. cum centum. ff. de adim. legat.* † Idem est in obligatione pluries facta de eadem summa; quia semel tantum
☞ debetur. *l. qui bis idem promittit. ff. de verbor. oblig.* Vide, *Obligatio plu-*
3 *ries facta quando vna, vel plures. Concl.*31. † Declara, quãdo per omnia eadem est identitas, ita, quod eadem res relicta sit bis, sed quando non est identitas per omnia; tunc vtraq; res debetur. *l. non ad ea. cum aliis duabus legib. præc. ff. de cond. & demonstr.* Bar. *in l. in repetendis. ff. de leg.*3. *in prin. ver. ad declarationem huius*, vbi dicit procedere, qñ identitas est eadem sine vlla discrepantia. Ruin. *consi.*85. *Cum legauerit, nu.*1. *lib.*2. vbi plures allegat, & est tex. *in d. l. plane. § si eadem res. ff. de legat.*1. & licet Ruin. *in d. consil.* aliter teneat, id facit, ppter coniecturas, quæ in suo casu concurrebant, vt ipse dicit prope fin. sed quando non est eadem identitas per omnia, etiam si in eadẽ dispositione, debentur vtraq; legata. Ias. *in l. re coniuncti, nu.*28. *ff. de leg.*
4 3. † Restringe, quando vel in eodem testamento, vel in testamẽto, & codicillis legatur in vno species, in alio quantitas, vel in eodem testamẽto, seu eisdem codicillis legatur species, & quantitas; quia tunc sunt duo legata, & debentur ambo, *d. l. plane. ff. de*
5 *leg.*1. Abb. *cons.*4.*nu.*2.*lib.*2. † Declara, nisi constet de mente legantis; puta voluit, quod legatarius renunciet omni successioni, vel sit contentus. Abb. *d. consil.*4.*n.*2 *& seq. an* 2.*dubio, ver. sed contrarium, lib.*2. vbi loquitur in legatario, qui successionem non poterat spe-
6 rare, nisi ex testamento. † Amplia; quia idem legatum dicitur factum eidem personæ ex eadem causa; quia adiectio causæ finalis restringit, vt sit vnum, quando fit ex eadem causa; ideo si testator legat mulieri pro dote 200. pluries, censetur vnicum legatum. Bald. *consil.*163. *Cuidam puellæ, lib.*5.*per tot.* Zabar. *consil.*60. *in fi. ver. ad*
7 *aliud.* † Extende, siue legatum fiat bis ex eadem causa eidem personæ in eodem testamento, & scriptura, siue in diuersis vltimis
8 voluntatibus; quia debetur semel. Zabar. *d. consil.*60. *in fin.* † Amplia; quia si testator legauit pluries ex eadem causa eidem personæ primo centum, deinde maiorem summã, censetur cõfundere voluisse, vt debeatur maius legatum, qñ est in quæstione, & non differunt in conditione, neque in causa. Bald. *d. consi.*140. *Cassus talis est, per tot. lib.*5. † Amplia; quia si testator legat partem fundi 9
Seiani Titio, postea in alia dispositione legat fundum Seianum, intelligitur de parte legata; ergo idem est in institutione pluribus, & pluries facta Castrens. *consil.*121. *colum. pen. ver. si ergo hoc est, lib.*1. † Limita, quando causa licet sit eadem; tamen est diuersa in 10
qualitate; quia si testator legat, vel se obligat ad ducenta pro dote certæ mulieris, & postea legat 200. eidẽ mulieri pro augmento dotis, debetur vtraq; quantitas propter diuersitatem qualitatis; quia primũ est pro dote, secundum pro augmento dotis. Bald. *d. consil.*163. *per tot. lib.*5. † Limita, quando legata plura fiunt ex eadem 11
causa eidem personæ in quantitate, & vnum est purum, alterum sub conditione; quia vtrunque debetur. Bald. *d. consil.*140. *per tot.* maxime *ver. in contrarium, lib.*5. vbi, quod si pater legat filiabus pro dote fl. o renos 200. instituto filio masculo, & si decesserit masculus sine filiis, relinquat 500. filiabus pro dote, debent habere vtrunque, videlicet primum purum 200. & alterum euenientẽ conditione 500. † Limita; quia legata plura eidem personę facta, 12
quando continet diuersam summam, dicuntur diuersa, & debẽtur. *l. cum centum. ff. de adimen. leg.* & ita ibi Doct. Castr. *in d. l. plane. §. si eadem. ff. de leg.*1. vbi etiam Alexand. dicit, quod licet eadẽ quantitas in testamento sæpius relicta debeatur semel tantum; tamen non habet locum, quando secundum legatũ continet diuersam quantitatem à primo. † Extende; quia diuersa sunt legata, etiam 13
si continent eandem summam, & eandem causam, quando vnũ est pure, aliud sub conditione; item vnũ iure institutionis, aliud iure substitutionis; quia est diuersus modus, & diuersa forma. Bald. *consil.*349. *Quæstio de pluribus, n.*2. *lib.*4. sequitur Cruett. *consil.* 681.*n.*9. † Extende, etiam si vnum sit pro dote, aliud pro augmẽ- 14
to dotis; quia est diuersa causa, licet ad idem. Bero. *consi.*47.*n.*5. *& seq. lib.*2. vbi, si pater dedit in dotem mille filiæ, & legat in testamento mille pro dote eidem filiæ, habebit vtrunque, videlicet dotem datam, & mille legata pro dote, & dicit * cõmunem. Vide, *Legatum factum de dote soluta per patrem filiæ non debetur iterum. Cõcluſ.*98. † Limita; quia si testator dotauit filiam, & soluit, & eidem 15
dotem datam legauit, debetur legatum dotis, quãdo pater nullum ius consolidationis, vel restitutionis dotis habebat; si vero aliquod ius habebat; tunc illud ius censetur legare, non autẽ dotem duplicare. Rom. plene *consi.*253. *Videmus primo, per tot.* vbi plures casus ponit. † Limita; quia plura sunt legata, & debentur, qñ 16
pater legauit filiæ mille pro dote, postea legauit, si moritur hæres, quatuor mille; quia primum pro dote habet suã causam, secundũ est diuersum, nec potest dici repetita causa dotis, de qua in primo legato. Card. Zab. *consil.*51. *ver. ad quartum, colum.*2. vbi late. † Restringe; quia vnicum dicitur legatum, qñ essent facta in 17
diuersis testamentis; quia vnicum testamẽtum valet, non ambo; ideo ex vltimo debetur. Card. Zab. *d. cons.*51. *col.*3. *num.* 3. *ver. contra prædicta.* † Limita; quia imo legatum eiusdem quantitatis, quãdo 18
est repetitum in diuersis scripturis, puta in testamento, & in codicillis, debetur sæpius; quia sunt diuersa legata. *l. quinquaginta. ff. de probat.* Alex. post glo. *in d. l. plane. § si eadem. ff. de leg.*1. vbi Castr. & Ias. & est communis * opinio. Abb. *cons.*4. *In quæstione, num.*8. *lib.*4. *
† Extende; quia testator, qui legauit centũ in testamento sub cõ- 19
ditione, & deinde eadem centum legauit in codicillis simpliciter, debentur simpliciter, quatenus legatarius agat ex codicillis, nec tenetur liberare hæredem, aut refutationem facere de legato conditionali facto in testamento. Bald. *cons.*404. *Præmittendum est, in fin. ver. super alio. lib.*4. † Ratio est; quia in dubio legatum non 20
præsumitur factum animo compensandi in aliam summam, nisi expresse sit dictum. *l. creditores. ff. de leg.*2. Cast. *in l. scimus. §. in computatione. Cod. de iure deliber.* Vide, *Legatum factum creditori non præsumitur animo compensandi, & quãdo secus. Concl.*141. † Et q imo si legatur 21
eadem quantitas in testamento, & codicillis, debeatur vtraque summa; tanq̃ plura legata. Bar. *in l. cũ centum. ff. de adim. legat.* communem * dicit Ias. *in d. l. plane. §.*1. *in* 1. *limit at.* Abb. *consil.*4.*nu.*8.*lib.*2. *
† Et maxime in legato facto à cõiuncto, qui nõ tenebatur relin- 22
quere; quia tunc heri debet latissima interpretatio. *l. Aurelius. §. Titius testamento*, vbi Bar. *ff. de liber. leg. l. si seruus plurium. § fi. ff. de leg.*1. *l. cũ alienam. C. de legat.* Aret. *cons.*93. *Viso legato, col.*4.*n.*6. *ver. in casu autem nostro concurrunt plura.* Corn. *cons.*292. *colum.*3. *lib.*1. *& cons.*141. *Quanquam, col.*3. *vol.*2. quia in coniuncto, qui non tenetur ex necessitate, præsumitur animus magis liberalis, quã in extraneo. Dec. *cons.* 92. *Viso, col.*2. & clarius *cons.*289. *Non est parui. col.*2. † Restringe, quã- 23
do testator instituit hæredes Titium & Seium, & eisdẽ substituit eorum filios; quia si Titius moritur viuente testatore, & testator in codicillis legat filiis Titii præmortui medietatẽ omnium bonorũ suorum, dicit Castr. *consil.*121. *Visa quadam petitione, lib.*1. quod debent habere solam medietatem relictam ex substitutione pa-

terna;

terna; quia magis attendenda est mens, quam verba, & quod testator credidit per mortem Titii substitutionem vulgarem euanuisse de filiis, & propterea non est verisimile, quod voluerit eos habere partem patris ex substitutione, & parte Seii ex legato codicillorum; quia potius admittitur nullitas legati in codicillis, quam ꝙ hæres grauetur sua portione; & quia si Titius, quem magis diligebat, non habuisset suam dimidiam, filii minus dilecti
24 non debent plus consequi. Vide eum. † Restringe, quando fieret legatum in testamento, & iterum fieret legatum in codicillis, licet diuersæ summæ; relatiue tamen ad testamentum; quia erit v-
25 nicum, vt supra proxime. † Restringe; quando legatum eiusdem quantitatis, vel etiam diuersæ fieret eidem personæ ex eadẽ causa, siue ab eadem persona, siue à diuersis, quæ censentur eadẽ persona, prout si vnum à patre, aliud à filio hærede patris; quia habebat legatarius vnicũ, ꝙ maluerit. Castr. *consil. 35. in princ. ver. secundo ad idem, lib. 2.* Abb. *consil. 4. In quæst. n. 8. ver. sed ego contrarium, lib. 2.* vbi loquitur, quando ab eodem legante, siue in eadem scriptura, siue
☞ in diuersa. Vide Conclusionem proxime præcedentem. † Limi-
26 ta; quia legatum in eadem dispositione factum de diuersis rebus inducit pluralitatem legatorum; & ideo debentur plures res, tãquam plura legata. Bar. *in l. cum centum. ff. de adim. leg. l. 3. §. si quis Titio, ff. eodem. l. si ita scriptum, ff. de leg. 1.* Bart. *in l. Titium. ff. de verb. oblig.* Ias. *in d. l. plane, la prima, §. 1. ff. de leg. 1. n. 11. ver. secundo limita.* vbi dicunt le-
27 gatum censeri duplicatum, si in eadem voluntate sit relictum. † Extende, vt idem sit, quando in eadem dispositione, vel testamẽto fiunt plura legata, siue eiusdem, siue diuersæ quãtitatis eidem personæ; quia plura sunt, & omnia debentur. Castrens. *consil. 35. in*
28 *princ. ver. secundo ad idem. lib. 2.* allegat *l. plane, la seconda, §. 1. ff. de leg. 1.* † Declara; quia imo distinguitur; quia si duo legata eiusdem quãtitatis fiant in eodem testamẽto, semel debetur, si in diuersis dispositionibus, vtrunq; debetur, nisi essent ambo ex eadem causa, late Abb. *d. cons. 4. In quæst. n. 8. lib. 2.* & semper statur coniecturis de
29 mente. † Limita, qñ legatum est generale de vsufructu omnium bonorum, & alteri de certo prædio libero: quia siue præcedat, siue sequatur, legatum speciale generali derogat. Vide multa, quæ
* adducit Rol. *cons. 80. n. 34. & seq.* licet *n. 36. & seq.* dicat * communẽ in contrarium, *lib. 2.* ꝙ imo generi per speciem non derogatur, quando est super diuerso iure, & diuerso modo legandi, vide eũ;
30 quia plura adducit. † Limita; quia si eidem personæ fiat legatum à plutibus diuersis in testamentis, siue in quantitate multiplicabili, siue in re, quæ non recipit multiplicationem, vtrumq; legatum debetur, videl. res, & æstimatio, quando sunt penitus diuer-
31 si legantes. Castr. *consil. 35. Videtur dicendum, in princ. lib. 2.* † Restringe, vt non procedat, quando legata plura essent facta à patre testante, & deinde ab illius hærede; quia regulantur, vt ab eadem persona; vnde si pater legauit 100. hæres legauit 500. debetur
32 vnicum legatum. Castr. *d. consil. 35. in princ. ver. sed ad hoc, lib. 2.* † Restringe, vt si fiat legatum à testatore, & hærede etiam simpliciter, debebitur, nisi quod plus est, & poterit legatarius agere, put magis sibi expedit, ex testamento patris, vel ex testamento filii, & vtriusque, vt consequatur legatum maius. Castr. *d. cons. 35. in princ.*
33 *ver. ad idem, li. 2.* † Restringe, etiam si vnũ legatum factum à primo testatore deberetur ab hærede fideicommissario, aliud deberetur ab hærede hæredis factum ab ipso hærede; quia si fideicommissarius est hæres institutus ab hærede primo, adhuc non debetur, nisi vnicum; secus si hæres non esset idem fideicommissarius grauatus à primo testatore. Castr. *d. cons. 35. ver. 4. ad idem, col. 2. lib. 2.* & concor. Anchar. *consil. 26. in fin.* Crauet. *cons. 131. nu. 14. ver. ad vlti-*
34 *mum*, vbi reprobat Corn. contrariũ tenentem *cons. 292. lib. 1.* † Cõtrarium, ꝙ imo vtrunq; legatum debeatur relictum per primum testatorem à fideicommissariis, & per hæredẽ à suis hæredibus, & sint instituti iidem fideicommissarii à primo testatore gra-
35 uati, tenet Corn. *d. cons. 292. lib. 1.* † Declara tamen; quia si primum legatum, puta centũ deberetur à tribus fideicommissariis factũ à primo testatore, & secundum legatũ 200. factum ab hærede deberetur solum à duob. ex tribus fideicommissariis institutis ab hærede; tunc posset legatarius petere tertiã partem primi legati ab illo fideicommissario, qui non est hæres hæredis, & integrum legatũ 200. ab aliis duobus fideicommissariis hæredibus institutis, & sic pro rata primi legati isti duo nihil soluent, ne duplici o-
36 nere, &c. Castr. *d. consil. 35. col. pen. ver. sexto & vltimo, lib. 2.* † Intelligas, quod fideicõmissarii hæredes instituti à primo hærede grauato tenentur ad legatum hæredis, quatenus adiuerint simpliciter: si vero adiuerunt cum beneficio legis & inuentarii, ita demum tenentur ad maius legatum hæredis, quatenus hæreditas sit sufficiens, & non alias. Castr. *d. cons. 35. col. pen. in fi. ver. quod autem*
☞ *dixi, lib. 2.* Vide, *Legatum factum in genere fratribus dec appa, debetur etiam Priori habenti speciale legatum de Biblia, & quando secus. Conclusa 35.*

Legatum idem pluribus factum per viam substitutionis de eadem re est vnum, secus si fit ordine successiuo per tempora, vel per concursum, quia plura sunt. Concl. 77.

LEGATVM † idem si fiat Titio, & post mortem Titii substituatur Seius, vel si idem legatum transferatur in Seium; quia 1
primus legatarius grauatur ad restituẽdum, est vnũ per modum substitutionis, & translationis. Bald. *cons. 232. Proponitur in facto, circa med. ver. considera enim, lib. 5.* † Limita, quando legatur Titio cer- 2
tum corpus vsq; ad 20. annos, & postea idem corpus legatur Seio post 20. annos; quia sunt plura legata à principio facta, nec vnus dicitur substitutus alteri, vel habere ius ab altero. Bald. *d. consil. 232. circa med. ver. considera, lib. 5.* † Limita; quia si legatum fa- 3
ctum Bartholomæo filio Titii, & cæteris filiis Titii, censentur plura legata; quia Bartholomæus habebit dimidiã, & cæteri filii aliam dimidiam, non aũt Bartholomæus habebit virilem, quasi omnibus idem æqualiter sit legatum. Fulgos. *consil. 31. Ex facto proponitur, per tot.* † Limita; quia si pater legauit quatuor filiabus do- 4
tes 400. scut. pro singula, & si aliqua ex eis moriatur sine filiis, voluit, quod superuiuentes habeant centum vltra 400. quia illa centũ cẽsentur singulis relicta, licet sub nomine copulatiuo ꝓpter expressionem vltra 400. quæ singulas respiciunt, non autem omnes. Fulg. *consil. 40. Dominicus testator, num. 2. ver. in secundo.*

Legatum factũ familiæ, vel cognationi, & alias sub nomine collectiuo, debetur proximioribus, secus si per verba distributiua cuilibet. Concl. 78.

LEGATVM † factum familiæ sub nomine collectiuo de scutis 1
decem, debetur nominatis, si extant, alias debetur ꝓximioribus aliis exclusis, *l. cum ita, §. in fideicommisso. ff. de leg. 2.* Castr. *consil.* 384. *Notandum est, in princ. lib. 1.* † Et qui comprehendantur appel- 2
latione familiæ. Alexan. *cons. 56. col. 2. lib. 1.* Vide, *Familiæ appellatione qui veniant. Concl. 75.* † Extende idem, si fiat legatum consanguine- 3
is, vel consanguinitati, sub verbo indefinito; quia cognationi factum censetur, & sic familiæ; sicut è conuerso legatũ factum cognationi censetur factum consanguineis, *l. si cognatis cum ibi. not. ff. de reb. dub.* Castr. *d. consil. 384. in princ. lib. 1.* † Extende, vt procedat ꝙ 4
proximioribus debeatur, etiam si vnus solus extaret in gradu ꝓximiori; quia sic cognationi legasse verificatur. Castr. *d. cons. 384. in princ. ver. ideo autem, lib. 1.* vbi, quod hoc modo seruantur mens, & verba; verba quidem; quia est proximior de cognatione; mẽs vero; quia non redditur inutile legatũ, propter multas partes, & diuisiones; & ideo lex tendit, vt legatũ sit vtile, non inutile. Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid operetur, non vt sit inutilis. Concl. 135.* † 5
Et cõsideratur proximior vsq; ad septimum gradum, vltra non, & secundum aliquos vsq; ad quartum gradum; sed isti sunt casus speciales de quarto gradu. Castr. *d. cons. 384. in fi. lib. 1.* † Limita, 6
quando legatum esset cuilibet de familia; quia debetur singulis de familia; quia dictio, *cuilibet*, est distributiua omnibus in solidum; & quia non est vnum legatum isto casu, sed tot legata, quot sunt personæ de familia. Castr. *d. consil. 384. circa med. ver. sed nos sumus, & nu. 2. lib. 2.*

Legatum si fiat pluribus de eadem re, & vni in specie, alteri in genere, qualiter concurrant. Conclusio 79.

LEGATVM † vsusfructus si fiat A. & etiam testator leget fru- 1
ctus eiusdem fundi B. ambo concurrunt in d. vsufructu. *l. si alii. ff. de vsufruct. legat.* Bald. *consil. 19. Circa dubitationem, in princ. lib. 2.* Vide, *Legata facta ab instituto quando censeantur repetita à substituto, & è contra. Conclus. 92.* Vide, *Obligatio respiciens plures personas, & res qualiter distribuatur. Conclus. 32.* † Ampliа, vt idem sit, quando fuit le- 2
gatus vsusfructus in genere omnium bonorum A. & postea fuit legatus simpliciter certus fundus B. quia cõcurrunt in vsufructu fundi, nec species prævalet generi; quia proprietas, & vsusfructꝰ non habent se, vt genus, & species. Bald. *consil. 19. in princip. lib. 2. l. Sempronio. ff. de vsufruct. legat.* vbi Bartol. *in princ.* dicit esse notabile, *&* 3
consil. 23. Super alio, ante med. ver. secundo casu, lib. 2. † Extende, vt ꝓ cedat ampliatio, etiam si vsusfructus in genere sit relictus legatario, & certum prædium de illo genere fuerit simpliciter relictum hæredi; quia licet legatum factũ hæredi redditur inutile; tamen reuera secundum intentionem diminuitur de vsufructu prædii, in quantum ambo concurrunt, videl. legatarius vniuersi vsusfructus, & hæres, cui certi feudi ꝓprietas legata est. Bart. *in d. l. Sempronio. ff. de vsufruct. leg.* † Contrarium tenet Bald. *cons. 23. Super* 4
alio

alio consil. circa med. ver. alio modo, vsque in fin. lib. 2. vbi, quod Bartol. ex cursu festinatæ lectionis non potuit ponderare. † Declara, vt plene Castrens. *consil. 223. Viso dicto puncto, lib. 2.* & posui *in ver. Generi per speciem derogatur, & quando, & qualiter. Conclus. 36.* † Amplia; quia si testator in testamento legauit possessionem Titio, & in codicillis legauit eandem possessionem vxori suæ, non censetur reuocasse primum legatum, sed ambo concurrunt æqualiter ad possessionem legatam, gloss. fin. *in l. fin. ff. de iis, quæ pœnæ nomine.* Alexan. *consil. 169. Viso themate, in princip. lib. 5.* vbi, quod procedit, quando in secundo legato non est facta commemoratio de primo. † Extendit Bar. vt procedat, etiã si in secundo legato sit facta mentio de primo, *in l. si Fortidianum, C. de legat.* quem sequitur Alexand. *d. consil. 169. nu. 2. ver. quinimo, lib. 5.* † Contra extensionem tenent Dynus, & Cynus *in d. l. si Fortidianum. C. de legat.* quod si in posteriori legato de eadem re fiat mentio de primo, censeatur primum ademptum. † Declarat Castrens. *in d. l. si Fortidianum,* vt opinio Bar. procedat, quãdo eadem res, quæ est legata Titio, legatur etiam Seio in eadem dispositione, seu testamento; contrarium vero habeat locum in diuersis dispositionibus; quia tunc legatum factum in testamento vni, si fiat in codicillis alteri de eadem re cum commemoratione legati primi, cẽsetur primum ademptum. † Contra declarationem tenet ipse Alexan. *in d. l. si Fortidianum, C. de legat.* quia distinctio Castrens. nedum non probatur lege, sed imo est contra tex. *Instit. de adempt. legat. §. transferri,* & repetit idem *in d. consil. 169. nu. 3. ver. est verum, lib. 5.* & hanc partem tuetur apostilla ad Alex. *in ver. si Fortidianum,* non subsistente alia cõiectura pro ademptione primi legati, quia nõ censetur ademptum, siue fiat de eadem re alteri in eodem testamento, siue etiam in codicillis. † Extende, vt quod dicitur de legatis pluribus de eadem re, vt concurrant, idem sit in pluribus institutis, vt si testator suum hæredẽ instituat Seium, postea in eadem voluntate Seium, & tertio loco Gaium, ita apostilla ad Alexand. *d. consil. 169. in ver. si Fortidianum, lib. 5.* vbi reprobat Ias. contrarium tenentẽ *in l. si pluribus, colum. 2. ff. de legat. 1.* † Declarat tamen hanc materiam d. apostilla ad Alex. *d. consil. 169. lib. 5. in ver. si Fortidianum,* vt in hac materia attendi debeãt verba, an sint includentia, an vero excludentia; vt primo casu nõ sit ademptum legatum, sed concurrant, prout si fuit dictum; *ex qua parte Titium honorauit, vel rem, quam legauit Titio, ex eadem Seiũ honoro, vel eadem re Seium honoro;* vel si implicatiue; *rem, quam l. gauit Titio, etiam eandem rem lego Seio;* secus si per verba excludentia, prout; *quod legauit Titio, lego Seio;* & allegat concord. Lancellot. Polit. *in l. re coniuncti, colum. 5 ff. de legat. 3.* & Alciat. *Instit. de adempt. legat. §. triplici.*

† Amplia, vt procedat in substitutis; nam si maritus legat vsumfructum vxori, si vitam viduale seruauerit, & instituit hæredem filiam, & postea moriente filia sine filiis, substituit matrem, pauperes, & tertium, tunc quoad vsumfructum pro portione omnes concurrunt, licet vxor præcipua alimenta habere debeat. Bald. *consi. 247. Andreas reliquit. lib 4.* Vide, *Vsusfructus relictus vxori qualiter interpretetur stantibus filiis. Concl. 315.* † Amplia; quia si legatur fundus vni, & legatur vsusfructus eiusdem fundi alteri, is, cui legatus est fundus, habet proprietatem; vsusfructus vero diuiditur; quia medietatem habet is, cui proprietas est legata; quia appellatione fundi venit & proprietas, & vsusfructus; altera medietas debetur vsufructuario propter concursum amborum ad integrum vsumfructum, *l. si alii. ff. de vsufruct. legat.* Castrens. *consil. 149. Clarum est, in princ. lib. 1.* † Declara; quia si eadem res pluribus legata sit, legatarii faciunt sibi partes per concursum, *Instit. de legat. §. si eadem,* nisi appareat, quod a primo voluerit adimere, vel quo vterq; habeat solidũ, *d. l. si pluribus, ff. de leg. 1.* Castrens. *d. consil. 149. colum. 2. ver. è conuerso, lib. 1.* † Limita, quando legatum fieret solidum de vsufructu Titio, & etiam legaretur idem hæredi scripto; quia si sunt hæres, & legatarius coniunctim re & verbis, solus legatarius obtinebit legatum per ius non decrescendi, & hæres nihil potest consequi etiam per retentionem. Bald. *d. consil. 19. nu. 2. ver. item est sciendum. lib. 2.* Ang. *consil. 295. num. 2. & sequen. vsque in fin. ver. restat igitur.* Vide, *Legatum factum hæredi non valet, & quando secus. Concl. 67.*

† Extende, vt idem sit in legato proprietatis facto tertio, & hæredi coniunctim re & verbis; quia tertius habebit totum legatum per ius nõ decrescendi, ex quo legatũ hæredi factum non valet. Ang. *d. consil. 295. Punctus, testator, num. 2. in fine, & seq. ver. restat igitur.*

† Extende limitationem, vt procedat nedum, quãdo idem vsusfructus legatur extraneo, & hæredi vniformiter, sed etiam si difformiter; vt quia legauit vsumfructum certi fundi Titio, postea legauit simpliciter dictum fundum hæredi; quia non concurrunt, siue sit vnus hæres, siue plures; quia integrum vsumfructũ habebit legatarius. Bald. *d. consil. 23. ante med. ver. secundo casu, lib. 2.* † Restringe, quando non essent coniuncti re & verbis, sed esset legatum factum in genere tertio de omnibus bonis certi loci, & postea esset legatum hæredi speciale corpus ex comprehensis in legato generali; quia licet legatum hæredis non valeat; tamen operatur, quod species ex genere deducitur propter mortẽ testatoris. Ang. *d. consil. 295. n. 2. ver. descendo nunc.* † Restringe, quãdo in testamento esset clausula codicillaris; quia tunc substineretur legatum ẽt pro hærede saltem ex iure fideicommissi, vt teneretur legatarius restituere hæredi. Ang. *d. consi. 295. circa fin.* vbi dicit hoc disputabile, *n. 5.* † Restringe, quando hæres, cui legatur cum alio coniunctim eadẽ res, esset suus; quia per retentionem posset cõcurrere in parte sua Bar. *in l. huiusmodi, §. Titio, colum. 2. circa prin. ver. intelligo enim. ff. de leg. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando testator legaret hæredi, & tertio simul vnica oratione; quia tunc hæres concurrit cum legatario, & per retentionem obtinebit partem suam. Bald. *d. consil. 19. nu. 2. ver. aut sunt coniuncti, lib. 2.* & est distinctio Bart. *in l. plane, §. si duobus. ff. de legat. 1.* † Declara restrictionem, vt non procedat, si hæres iam dedisset legatum integrũ; quia licet possit per retentionem diminuere illud, quando vnica oratione est factum ambobus; tñ postquam deuenit ad traditionẽ, non potest petere. Bald. *d. consil. 19. circa fin. ver. & prædicta determinatio procedit. lib. 2.* † Restringe, vt non procedat limitatio, quando essent plures hæredes, quibus esset pariter legata; coniuncti re & verbis, eadem res, & aliqui repudiassent; quia quoad repudiantes concurrerent, prout alii legatarii, Bald. *d. consil. 19. in fin. ver. & hæc vera, lib. 2.* † Restringe, quando cõstat de voluntate testatoris, qui voluit legare vniformiter vsumfructum hæredi, & legatario; quia poterit tunc retinere, & per concursum habere medietatem vsusfructus; ratio est; quia proprietas retenta per hæredẽ influit in vsumfructum causalem. Bald. *consil. 23. Super alio consil. in princ. ver. aut legat vsumfructum, lib. 2.* vbi, quod isto casu receditur à subtilitate legum, qñ constat de voluntate. † Limita, quando legatum esset in proprietate vniforme; vt quia eandem rem legauit legatario, & hæredi, quia tunc totum habebit legatarius. Bal. *d. consil. 23. in princ. lib. 2.* † Limita; quãdo testator legauit vsum certæ domus Titio, & eandem domum legauit Seio; quia vnus habebit vsum, alter habebit proprietatem; & ideo habens vsum tenetur cauere de habitando arbitrio boni viri. Bal. *consil. 214. Punctus. si vni est, lib. 5.* Vide, *Aliment. legata a pluribus, & pluribus legatarijs, qualiter debeantur. Concl. 293.* Vide, *Obligatio respiciens plures personas, & res, qualiter distribuatur. Concl. 32.* Vide Conclusionẽ sequentem.

Legatum factum pluribus hæredibus institutis, vel legatariis qualiter debeatur. Concl. 80.

LEGATVM † factum pluribus hæredibus institutis, vel pluribus legatariis, expresso illorum nomine, debetur in viriles, quantumcunq; sint dispares in legatis, & institutionibus; quia tunc non habebunt pro rata portionis, sed virilem, *l. seruus vni, §. si ex pluribus,* vbi gloss. *in ver. habere, ff. de leg. 1.* ita Bart. & alii *in l. Turpia, §. fin. ff. eod. tit.* vbi declarat, quando dicantur nominati per nomina propria, & per nomina appellatiua, & hunc * communẽ intellectum dicit ibi Ias. licet ipse reprobet. † Et est regulare, quod legatum factum pluribus expresso nomine singulorũ censeatur in viriles portiones æquales, licet quoad aliqua alia sint inæquales. Bar. *consil. 3. Pactum Thomæ, lib. 2.* vbi apostil. allegat Bart. *in l. interdictum. ff. de hæred. instit.* Vide, *Obligatio respiciens plures personas, & res, qualiter distribuatur. Concl. 32.* † Amplia, vt eadem ratio, & regula sit in grauamine imposito hæredibus, vel legatariis; quia si nominatim fiat, erit in viriles; si per nomina appellatiua, erit secundũ portiones, *l. turpia, § fin.* vbi Ias. qui dicit * communem, *ff. de legat. 1.* † Amplia; quia legatum factum de vsufructu hæreditatis vxori, & filiabus testatoris, intelligitur pro medietate vxori, & palia medietate filiabus, si iam natæ erant; quia complexiue & collectiue pro vna persona sunt vocatæ. Castr. *consil. 276. Super primo, n. 3. ver. super tertio, lib. 1.* † Restringe secus esse, si filiæ natæ non fuissent; quia ex quo singulariter vocare non poterat, quia natæ non erant, censetur tamen in viriles, & singulariter vocasse. Bart. *in l. quidam relegatus, §. fin. cum ll. sequ. ff. de reb. dub.* Castr. *d. cons. 276. n. 3. lib. 1.* † Restringe, nisi post vniuersalem collectionem adsint verba denotantia singularem distributionem, veluti si legauit vxori, & filiab. suis vsumfructum, videlicet tantum cuilibet ipsorum; quia quot erunt filiæ, tot erunt legata distributa per capita cũ vxore, & vxor habebit tunc, quantum vna filia. Castrens. *d. consil. 276. n. 3. versic. contrarium puto. lib. 1.* † Et si decedat vna ex filiabus, ius accrescendi in dicto vsufructu competit omnibus filiabus, & vxori pro rata proportionabiliter. Castr. *d. consi. 276. n. 4. ver. super quæsito, lib. 1.* Vide, *Ius accrescendi inter coniunctos re & verbis in vsum. vel vsufructu.*

Concl.

8 Concl.566.† Amplia; quia legatarii licet habeant hypothecam tacitam,&in hypotheca potior sit in iure,qui prior est in tempore; tamen legatarii in testamento primi non præferuntur aliis legatariis posterioribus in tempore, puta factis in codicillis; quia cũ non incipiat deberi legatum,nisi vel morte testatoris,vel additione hæredis,æqualiter in tempore sunt iudicandi. Castr.*cons.*273.

9 *Adprimum.n.5.ver.nunc quæritur,lib.*2.† Limita; quia legatarius speciei, vel in specie certæ pecuniæ præfertur legatario in genere, vel de quantitate in genere; quia sicuti si illa species non reperitur in hæreditate,nihil debetur. Castr.*consil.*285.*in princ.lib.*2. ita si reperitur, præferri debet, etiam si in aliis non potest solui; quia non extent alia bona.*l.sed & si certos nummos.ff.de leg.*1. Castr.*d.consil.*

10 273.*n.5.ver.& hoc præsupposito.lib.*2.† In contrarium facit tex.& ibi Ang.*in l.quærebatur.ff.ad l.Falcid.* vbi est casus, quod si testator non habens, nisi vnum creditum 400. legat liberationem debitori, quod legatum dicitur in specie, postea legat alteri 400. & instituat hæredem,dicitur,quod hæres habebit cẽtum pro sua quarta,reliqua 300.diuiduntur,quia debitor soluit 150. reliqua retinet pro se.† Declarat Castr.*d.consil.*273.*Adprimum,*quod limitatio

11 procedit,q̃ legatarius speciei, seu certi corporis præfertur; quia non potest molestari ab aliis legatariis in re legata,q̃ extant alia bona sufficientia pro aliis; secus si non extant alia bona. Vide eũ,

12 *col.fin.ver.sed quia nunc,lib.*2.† Limita; quia si legatur eis per nomina appellatiua; tunc debent habere in viriles,vt si vnus sit hæres, vel legatarius in 11.partibus,alter in vna parte,& eis legetur fundus sub nomine appellatiuo; habebunt per viriles, videlicet qui habet 11.partes,habet etiam 11.partes rei legatæ,alter vnam,*l.plane,§.inde dicitur.ff.de legat.*1. Vide Conclus. proxim. præcedentem.

Legatum factum patri pro filiabus,vel pro filiis,de quibus intelligatur. Concl.81.

1 LEGATVM † factum Titio pro filiabus ipsius Titii, si Titius tempore legati habebat duas filias ex vxore tunc viuente, si postea mortua prima vxore accipiat aliam,ex qua habeat alias filias,legatum spectat tam ad filias ex prima vxore, quam ad filias ex secunda vxore. Bald.*consil.*23.*Quidam Salimben.num.*2.*ver.super secundo.lib.*4. Vide,*Filiorum appellatio intelligitur de legitimis & natu-*

2 *ralibus.Conclus.*373.† Amplia in tantum omnibus filiabus deberi vt fructus legati, licet spectent ad patrem, donec vixerit; tamen eo mortuo rata fructuum debeatur filiabus nuptis,quæ alimentatæ sunt ab eorum maritis.Bald.*dict.consil.*23.*ver.super tertio,lib.*4. Vide plenius,*Legatum restringitur ad bona testatoris tempore testamen-*

3 *ti,& quando secus.Conclus.*59.*n.*25.*& sequen.*† Amplia; quia possunt agere filii pro causa implenda, licet non eis, sed patri eorum sit factum legatum. Vide,*Interesse non habens non auditur. Concl.*315.

Legatum relatiuum valet,& quando non. Concl. 82.

1 LEGATVM † relatiuum valet, veluti si testator dixit; *lego Titio, quicquid scripsero in Epistola Titio directa*; quia si reperitur epistola,valet legatum. Alexand.*consil.*239.*Ponderatis,in princ.lib.*6.& apostilla ibi *in ver.schedula* citat eundem Alexand.*consil.*76.*n.*5.*lib.*3.

2 † Amplia;quia nedum valet legatum factum relatiue ad Epistolam manu testatoris, sed etiam valet testamentum, & quælibet

3 vltima voluntas. Vide,*Testamentum multis modis probatur. Concl.*99. Vide,*Testamentum probatur ex scriptura priuata testatoris. Conclus.*101. † Amplia ; quia etiam valet legatum factum relatiue ad apocham testatoris, licet non sit subscripta à testibus, neque solemnis;quia sufficit, quod sit recognita per testes, vel per comparationem.Alexan.*d.consil.*239.*in princ.& per tot.lib.*6. Vide,*Legatum idem factum a patre, & deinde à filio hærede eidem personæ est vnum. Conclus.*75.

Legatum speciei non debetur perempta specie, & quando secus.Concl. 83.

1 LEGATVM † speciei non debetur, si sine culpa hæredis species legata periit,*l.cum res,§.culpa,ff.de leg.*1.*Instit.de legat.§.si res legata,*& per Doctor. in vtroque loco, vbi declarant, & est text. in *l.*

2 *non amplius,§.*1.*ff.de legat.*1. † Et ideo si bestiamina legata mortua sunt sine culpa hæredis,non tenetur hæres, *l.cum ita,§.species,ff.de legat.*2.vbi Bar.*in l.si quis ex argentariis,§.pen.ff.de eden.* cum mors naturalis diuino iudicio contingat, glossl.*Instit.de cap.diminut.§.*1.& appelletur casus fortuitus,*l.interdum.ff.de iudic.*& ibi glossl.& Angel.& Bald.*in l.*1.*Cod.de fic.& in l.*1.*C.qui admitti,in* 2.*opposit.* Castrens.*consil.*136.*num.*2.*lib.*2. Et qui casus non potest repararі ab homine,*l.*2.*§.si eo tempore,ff.de adm.rerum ad ciuit.pertin.* Vide,*Fortuitus casus quid sit.Concl.*427.*cum Concl.ibi proxim.seq.* Vide,*Legatum animo compensandi,si perit res legata in parte, extinguitur debitum. Conclus.*142.

Legatum perpetuum rei consumptibilis qualiter debeatur perpetuo,vel semel. Concl. 84.

LEGATVM † hoc modo factum; *item reliquit eidem altari duos* 1
torchios cereæ in perpetuum comburendos ad reuerentiam omnipotentis Dei,quando corpus Christi ad dictum altare eleuaretur; an debeatur, vt duo torchii singulo anno sufficiant, an vero sint manutenendi, vt si deficiant,alii subrogentur,& quod debeantur perpetuo,& debeant continuo subrogari alii loco deficientium,tenet Gemi. *consil.*70.*Duo principaliter.* vbi pro vtraque parte allegat, & mouetur;quia aduerbium,*in perpetuum,* respicit verbum, legauit, & eleuationem Corporis Christi, non autem combustionem torchiorum.† Limita; quia si legatum,& dispositio refertur ad rem 2
consumptibilem, & perituram; tunc sufficit rem semel præstitã, *c.cum in veteri de elect.* Gemin.*d.consil.*70.*in princ.* vbi ponit plura exempla;secus, quando legatum rei consumptibilis respicit vsum perpetuo duraturum,vt ipse declarat ibid.*n.*5.*ver.ex iis cessat prima.*

Legata relicta ab hærede intra annum debent præstari,& impleri,& quando secus,& pœna est priuationis hæredis. Concl. 85.

LEGATA † & relicta per testatorem ab hærede debent ab eo 1
solui,præstari,& impleri intra annum.† Incipit autem currere annus à die aditæ hæreditatis factæ per hæredem, & à die agnitionis legati facta per legatarium, videlicet, vt ista duo concurrant,alias per solã additionem, si hæres non agnouit, non currit tempus,nec è contra per solam agnitionem, nisi postquã hæres adiuit.Bald.*consil.*12.*Si testator,lib.*4. † Amplia, q̃ testator apposuit pœnam hæredi, vt soluat legata intra annũ sub pœna priuationis, nec adiecit, q̃ incipiat annus; quia intelligitur à die aditæ hæreditatis, & agniti legati; ideo hæres non est in mora, si legatarius non agnouit legatum. Bald.*cons.*12.*Si testator, lib.*4. † 4
Amplia in constructione beneficii, quod ordinauit testator per suum hæredem debere fundari,&dotari nullo prefixo termino; quia tenetur intra annum illud construi facere,fundare, & dotare à die monitionis.Feder.de Sen.*cons.*128.*Casus talis est,in princ.* † Extende,vt idem sit,si testator legauit lib.250.pro construendo 5
altari,& capella in Ecclesia Seruorum; quia tale legatũ per indirectum censetur factum Ecclesiæ Seruorũ,& tenetur hæres soluere intra annũ,& monitus ab Episcopo,seu exequutoribus ad implendum, si non implet, priuatur hæreditate, quæ applicatur legatario,cui non implet.*Auth.hoc amplius, C.de fideicom. & auth.licet. C.de Episcop. & cler.* Castr.*cons.*456.*Ecclesia Seruorum,in princ.lib.*2.† 6
Amplia; quia vbicunque hæres negligens in legato soluendo in quantitate pro opere faciendo per exequutores deputatos est in mora,& monitus non implet intra annũ,intrat priuatio. Castr.*d. consil.*456.*Ecclesia Seruorũ.in princ.lib.*2.*col.*1.† Extende; ẽt si dederit 7
fideiussorem idoneũ de soluendo ipsi Episcopo exequutori; quia datio fideiussoris non liberat hæredẽ; & quia vbi opus est facto, verba non sufficiunt. Castr.*d.cons.*456.*nu.*2.*ver.per hæc respondetur.*† 8
Extende,vt procedat,ẽt si hæres deuenit ad inopiã; quia inopia, & difficultas soluendi non impedit obligationẽ committi,& dari actionem.*l.quod te.ff.si cert.pet.* † Declara, vt dicit idem Castr.*d.* 9
*consil.*456.*col.*2.*lib.*2.*ver.sed iis non obstan.* quia priuatio inducitur nedum ex negligentia, sed ex dolo, licet mora non impediatur, q̃ detur actio, dolus excusatur à causa inopiæ, vt nõ priuetur. † Ex- 10
tende, etiam si Episcopus exequutor recipiendo cautionẽ noluit nouare actionẽ,& dare nouam dilationem; quia non potest exequutor hoc facere,neq; dare nouam dilationẽ. Castr. *d. cons.* 456.*col.*2.*ver.imo videtur,lib.*2.† Contrarium, q̃ exequutor potue- 11
rit præoccupando priuationem nouare,& dare dilationẽ. Castr. *d.cons.*456.*in fin.ver. est & tertium,lib.*2. q̃ est Angeli Placentini de Castro filii Pauli Castrens. & plenius tuetur hoc Castrens.*consil.* 457.*Iste Dominus Episcopus,in princip.lib.*2.† Extende, etiam si hæres 12
soluit partem legati exequutori; quia licet exequutori possit hæres soluere; tñ per solutionem partis non liberatur à negligentia, & pœna pro residuo; quæ in dubio per receptionem partis non censetur remissa. Castrens.*d.consil.*456.*col.*2.*ver.nec obstat etiam.lib.*2 † Extende, etiam si offerat hæres velle soluere; quia vbi est dies 13
præfixa,non purgatur mora cõmissa per oblationem. Castrens.*d. consil.*456.*col.*2.*ver.nec minus etiam.lib.* 2.† Limita, quando legatum 14
est sol-

est soluendum, vel factū pro incertis certificandis ab alio, quam hærede; quia non incurrit pœnam, donec certificentur. Castr. d. 15 consil. 456. colum. 1. ver. nam tenendo partem, lib. 2. † Restringe, quando incertitudo causatur ab hærede; quia ad ipsum spectat declarare; quia incurrit pœnam, & morā lapso anno, si est negligens. Castr. 16 d. consil. 456. col. 1. in fin. ver. fallit, lib. 2. † Limita, nisi hæres iusta causa, & iusto impedimento excusaretur. Feder. d. consil. 128. in princip. 17 † Et dicitur iusta causa impedimenti, si hæres ob inopiam nō potest exequi; quia nō habet, vnde soluat; quia licet impotentia nō excuset à mora, cum obligatio consistat in dando; nec etiam excuset à pœnæ commissione, quæ ex sola mora committitur, bene excusatur à pœna priuationis hæreditatis; quia nō tantū ex mora, & negligentia causatur, sed ex dolo commisso in non exequēdo, à quo dolo quælibet causa excusat. Castr. consil. 457. Ecclesia Seruorum, col. 2. ver. sed iis non obstan. lib. 2. † Limita; quia si testator man- 18 dauit fieri, & construi capellam in Ecclesia Seruorum, & deputauit exequutores ad faciendum, & legauit libras 250. per exequutores expendendas, hæres non incurrit in aliquam pœnam, seu moram, si stat per exequutores; quia ipse videtur prohibitus, ex quo dati sunt exequutores, d. auth. licet, C. de Episcop. & Cleri. quę imponit pœnam iusso, & negligenti, & in pœnis non receditur à pſona; quia pœna debet tenere suos authores, plene Castr. d. consil. 19 456. in princip. ver. Nec videtur obstare. † Declara; quia si hæres nō soluit summam legatam, sine qua non potest construi capella, & fuit monitus ad soluendum, bene incurrit pœnam, & moram; quia stat per eum. Castr. d. consil. 456. col. 1. in fi. ver. negari tamen, & col. seq. 20 lib. 2. quod intelligas, nisi iusta causa impeditus, vt ibi in fine. † Si vero fuit monitus, non vt daret pecuniam, sed vt faceret, cum ipse non teneretur facere, monitio non releuat, & non constituit eum in mora. Castr. ens. d. consil. 456. col. 2. ver. sed iis non obstan. lib. 2. Vide, *Hæres non implens voluntatem defuncti quando priuetur. Concl. 54. cum duabus Concl. ibi proxim. sequen.*

Legata annua facta Ciuitati, vel Ecclesiæ quam diu durent. Concl. 86.

1 LEGATVM † annuum, seu singulis annis perpetuo præstandū ciuitati non debetur vltra centum annos. Alexand. *cons. 60. Omisso multiloquio, in princ. lib. 1.* vbi apostilla dat concordantes, & contradicentes, *in ver. centum.* Iohan. de Anan. *consil. 39.* vbi Bo- * logn. in apostilla, vbi dicit * communem, quod non refert, an sit 2 legatum vsusfructus, vel annuum. † Extende, etiam si adsint verba, quod testator legat perpetuo ciuitati; quia durat centum annos tantum. Ioan. Anan. *d. consil. 39.* Bart. *in l. annua, §. fin. & in l. penult. ff. de annuis legat.* Alexan. *in l. 2. in princ. ff. solut. matrim. & in d. consil. 60. Omisso multiloquio, in princ. lib. 1.* Anch. *consil. 327.* Decius *consil.* * *378. Viso, ad fin.* & quod ista sit magis * communis, à qua in iudicando non sit recedendum. Alexand. *d. consil. 60. lib. 1.* & eam tue- 3 tur Horman. Det. *in d. l. 2. ff. solut. matrim.* † Et est tex. *in l. an vsusfructus, ver. fin. ff. de vsufruct. l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsufruct. leg.* vbi, quod est personalis, & durat centum annis; quia ista est vita lon- 4 gæua hominis. † Et quod in dubio vsusfructus sit personalis, est tex. *in l. 1. ff. de seruit. tit. generali,* & finitur cum persona, *Instit. de vsufruct. §. finitur. l. sicut, in fin. ff. quibus mod. vsufruct. amit.* & idem est in vniuersitate, vt centum annis durare intelligatur. Bart. *in l. vsusfructus, ff. de stipulat. seruo.* quia si transiret in infinitum, inutilis esset 5 proprietas. *Instit. de vsufruct. §. ne tamen.* † Contrarium, quod si adsunt verba, perpetuo duret legatum vltra centum annos, & perpetuo. Ias. *an d. l. 2. in princ. nu. 5. ff. solut. matrim. & in l. videamus. §. deferre, colum. 1. in fin. & sequen. ff. de in lit. iur. & in l. in annalibus, C. de legat. & in l. si Stichum, §. stipulatio, colum. 3. n. 5. ff. de verbor. obligat.* & ita videtur velle Abb. *in cap. final. in vltimis verbis. de testam.* per regulam, ꝙ quando Doctor refert plures opiniones non approbando, expresse, censetur approbare vltimam opinionem recitatam, & in- 6 fra *num. 13.* vbi plenius. † Declara; quia opinio Ias. & sic contraria verior videtur; quia si legatum simpliciter factum Ecclesiæ, vel * Ciuitati durat vsque ad centum annos, vt * omnes concordant, quando additur verbum, *perpetuo*, debet aliquid operari, ne verba sint frustratoria, & ad hoc vide, *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua, & quando secus. Concl. 85.* tamen ad tollendas difficultates debet exprimi, quod sit perpetuum, ita quod 7 non claudatur spatio centum annorum. † Declara; quia fauore piæ causæ, quando adest verbum, *in perpetuum*, licet possit sumi pluribus modis, vt late Tiraquell. *de retractu lignag. §. 1. gloss. 6. nu. 9.* tamen verba dubia interpretantur pro pia causa, & in eo, quod plus est, debent sumi. Vide, *Legati verba dubia quando late interpretanda. Concluſ. 58. num. 5. & sequen.* vbi plura ad hoc. Vide, *Legatum perpetuum intelligitur sine fine, & quando secus. Concluſ. 89.* † Declara, 8 quando concessio vtendi, & fruendi sonat in merum factū, non autem ius, vt si concedatur certis hominibus, vel vniuersitati, ꝙ possit vti, & frui; quia tunc concessio non est realis, etiam si sit facta occasione prædii. Castren. quem omnes * sequuntur in *l.* * *pen. ff. de seruit. rustic. prædio.* est tex. *in l. apud Iulianum, §. si quis alicui ff. de legat. 1.* vbi, quod si verba legati referuntur ad factum, concessio intelligitur personalis, facit *l. stipulatio ista, §. si quis ita stipulatus fuerit, vti frui sibi licere, ff. de verbor. obligat.* Cæpol. *de seruit. vrban. prad. cap. 2. tit. de seruit. reali, num. 5. ver. sed dubium est pulchrum, & subtile.* Secus, si concessio sonat in ius reale, vt plene Anchar. *consil. 165. Quæstio talis est. per tot.* maxime *num. 4. & sequen.* & plura sequentia *consi. Anchar. 166. & 167.* Vide, *Priuilegium personale extinguitur cum persona. Concluſ. 746. cum pluribus ibi sequentibus.* † Amplia, quia emphy- 9 teusis concessa Ciuitati non excedit centum annos, nisi fiat renouatio. Alexand. *d. consil. 60. colum. 1. in fin. ver. bene facit, libr. 1.* † 10 Amplia, vt procedat etiam in legato vsusfructus, vel annuo facto Ecclesiæ; quia intelligitur solum vsque ad centum annos, & non vltra. Alexand. *d. consil. 60. in princip. & per tot.* vbi dicit hanc magis * communem esse, *lib. 1.* Iohan. de Anan. *consil. 39. Præsuppo-* * *sito,* vbi Bologn. in apostilla. Alexand. *in l. 2. in princ. ff. solut. matrimon.* † Extende, vt procedat etiam in legato facto alicui conuen- 11 tui, vel religioni fratrum de tertia parte vsufructuum, & pensionum perpetuo percipiendarum ex certa domo; quia non excedit tempus centum annorum, ita Alexand. *d. consil. 60. lib. 1.* vbi est casus consiliij; quia licet non sit dictum, *singulis annis*, necessario subintelligitur, & eadem ratio militat per omnia. † Extende i- 12 dem in legato facto annuo, vel vsusfructus ad fauorem Hospitalis; quia centum annis finitur. Iohan. de Anan. *d. consil. 39. per tot.* vbi Bologn. in apostilla. † Contrarium in Ecclesia tenet Ias. in 13 *l. soluto. num. 5. ff. solut. matrimon.* & quod legatum annuum factum pauperibus sit perpetuum, est text. *in l. Titia, §. 1. ff. de annis legat.* & ibi gloss. & Bartol. quia in dubio fauore piæ causæ intelligitur perpetuum, *l. penult. ff. eod.* & est text. *in l. cum quidam,* & ibi Barto. *ff. de ann. legat.* facit regula *in l. sufficit. ff. de condict. indeb.* & est ratio; quia quando verba possunt vario modo accipi, sumitur interpretatio, quæ fauet animæ, tanquam turior. *cap. tuuenis, de spons. al. cap. ad audientiam. de homicid.* Anchar. *consil. 194.* vbi, quod si quis fatetur se vsurarium fuisse, quamuis posset intelligi de pauco tempore; tamen intelligitur de tempore vitæ suæ, & sic fauore animæ in duriorem partem. Felin. *in cap. auditis, num. 32. de præscript.* & facit; quia licet alias in legatis, quod minimum est, sequamur; tamen fauore religionis, & pietatis sequimur, quod maius est, gloss. & Bartol. *in l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argen. leg.* Anch. & Abb. *in cap. indicante, de testam.* & supra *num. 5.* † Differunt legatum an- 14 nuum, & legatum vsusfructus, *l. funda Trebatiani, ff. de vsufruct. leg.* † Cognoscitur legatum, an sit annuum, vel vsusfructus; quia, si 15 propria auctoritate potest capere, est potius vsusfructus; secus, si tenetur capere de manu hæredis, ita videtur velle Io. de Anan. *d. consil. 39. in princ.*

Legatum ad vitam legatarii factum, mortua legataria redit ad hæredes testatoris, & quando secus. Conclusio 87.

LEGATVM † factum ad vitam legatarii dicitur, quando testa- 1 tor legauit ad eiusdem legatarii vitam simpliciter; & tunc mortua legataria, ad quoscunq; hæredes legantis res legata spectat. *l. final. C. de legat.* Bartol. & Bald. *in l. Titia cum testamento. §. final. ff. de legat. 2.* quos citat Fulgos. *consil. 70. Proponitur, in princ.* Alexan. *consil. 173. Visa facti, in princ. lib. 5. & consil. 92. Super eo, num. 2. lib. 3.* † Ex- 2 tende, vt idem sit, si legatum est factum alicui vsquequo vixerit; quia post mortem legatarii debet reuerti ad hæredes legantis. Alex. *consil. 92. Super eo, nu. 2. ver. secundo pro hoc, lib. 3.* & plenius *d. cons. 173. in princip. lib. 5.* † Extende, vt procedat etiam, quando fuit lega- 3 tum legatario ad eius vitam tantum; quia pariter cēsentur vocati post mortem legatarii hæredes ipsius testatoris, seu hæredes hæredis, quorū contemplatione talia verba restrictiua cēsentur dicta. Alexan. *d. consil. 92. n. 3. ver. tertio probatur. lib. 3.* † Restringe, quā- 4 do datus esset expresse, vel ēt ex mente alius substitutus particularis; quia tunc applicatur substituto, non aūt hæredi. Alexand. *d. consil. 92. n. 8. & seq. ver. non obstat etiam. lib. 3.* † Et ideo quādo testa- 5 tor instituit filium masculū dotata fœmina, eidem filio quandocunque decedenti substituit pro medietate sororē testatoris, ꝙ alia medietate sororē testatoris in vita sua tantū, & eadem filia, & sororem inuicem substituit, videl. Masiam filiam sorori præmorienti, & sororem Masiæ filiæ sine filiis præmorienti ad vitam suam,

fiam, & si ambæ decesserint, q̃ deducta certa portione residuum detur pauperibus, dicit Alex. q̃ mortua Masia cum filijs, deinde sorore, quæ instituit extraneos, portio sororis debet deuenire ad pauperes; quia ipsi faciunt præsumptionem, quod magis dilexerit pauperes in portione sororis, q̃ filios filiæ, plene Alexan. *consil. 92. Super eo per tot.* maxime *n. 8. & 9. ver. non obstat etiam, & consil. 93.* vbi tuetur hanc partem ab impugnationibus factis, & subscripserunt se Io. Ant. Bottonus Trottus de Magutiis, & Vincentius de Palæottis Doctores legentes Bononæ, & mouentur; quia Masia filia non transmisit ad filios suos ius conditionale, & quia filii non sunt vocati, nec eis debetur vigore legitimæ successionis; quia 6 soror testando excluſit nepotes. † Contrarium tenet Apostilla ad Alex. *d. consil. 92. per tot.* vbi, q̃ pessime fuit consultum, & mouetur, quia fit transmissio ad descendentes testatoris, non ad extraneos, item quia ad filios hæredes filiæ deuoluitur legatum factum ad vitam sorori; item q̃a non releuat, q̃ soror fecerit testamentum; 7 quia non potest disponere de legato facto ad vitam illi[a]. † Declara; q̃a verior est opinio Alex. & apost. more suo malo semper contra ius excludit causas pias; nam transmittere non potuit filia ius * conditionale ad filios suos, & hæc est communis *opinio, vt Alex. *d. consil. 92. n. 5.* & declarat Vinc. Palæot. in subscript. sua ad *cons. 93. lib. 3.* quia fit transmissio legati particularis, non autem legati vniuersalis, in quo versamur, & circa hoc vide supra, *Legatum conditionale non transmittitur. Concl. 39.* † Nec possunt vocari filii Masiæ ex persona sua; quia sunt positi in conditione, non vocati, neq; possunt venire ex eo, q̃ testator ponendo eos in conditione reseruauerit illis ius legitimæ successionis; quia esset verum, si soror non fecisset testamentum, & licet non potuerit testari in specie de isto legato ad vitam facto, satis est, q̃ non voluit ex mente istos nepotes hæredes suos, in hoc vltimo stat tota difficultas, q̃a procederet hæc responsio, si filia excluſisset, & ipsa fecisset testamentum, non si soror legataria ad vitam tantum; ideo substinetur ex mente; quia magis dilexit pauperes substitutos expresse, q̃ filios filiæ. 8 † Amplia, vt procedat, etiam si testator grauauerit legatarium ad restituendum post mortem suam filius masculis testatoris; quia licet moriantur masculi ante legatarium, adhuc tamen est ad vitam tantum. Bald. *consil. 95. Considerandum est, ante med. ver. super alio* 9 *lib. 5.* † Contrarium tenet Fulg. *consil. 70. Proponitur, quod,* vbi, quod si maritus legauit vxori ad vitam, & q̃ post mortem vxoris deueniant bona legata hæredi instituto, qui erat filius testatoris, præmortuo filio hærede ipsi legatariæ, non debetur legatum aliis hæredibus filiis extraneis, tum quia inclusio filii hæredis excludit alios; tum quia fideicommissum conditionale præmoriente fideicommissario non transmittitur, vbi, quod debetur hæredi ab intestato succedenti filio, & sic hæredibus matris, si proximiores 10 non extant; quia mater filio de iure communi succeſſisset. † Extende hoc contrarium, maxime, quando filio hæredi nominato succederet fiscus, contra quem omnis interpretatio fieri debet. 11 Fulg. *d. consil. 70. n. 4. & 5.* † Declara plene totam hanc materiam, vt per Castr. *in l. fin. C. de legat.* quia si legatum fiat ad vitam legatarii, vel ad vitam tantum, vel donec vixerit, dicitur esse temporale, & finito tempore dominium ipso iure transit in hæredem, si viuit, & si mortuus est ante legatarium, transit ad hæreditatem, seu hæredes hæredis, & isto casu non dicitur conditionale, sed purum, nec transit ad hæreditatem vi transmissionis, sed quia purum finito tempore, & sic vi lapsus temporis; si v. legatum fit simpliciter sine tempore, & grauatur legatarius restituere hæredi, vel alteri, tunc si ille, cui debet fieri restitutio, moritur ante grauatum, isto casu remanet penes grauatum, & hæredes eius. Castr. sequitur Alex. *in d. l. fin.* & Ias. *n. 5.* plenius Paul. de Montepico *in l. Titia. §. Tetia, in 9. not. n. 16. & seq. ff. de leg. 2.* vbi citat Bald. & Flor. ibi in fin. Paris. *consil. 97. n. 5. & seq. lib. 2.* approbat eandem distinctionem Castr. & dicit, quod alii Dd. illam sequuntur, & citat alios concor. & dicit *n. 9.* quod etiam si vocauit masculos hæredes, qui defierint omnes, transibit ad fœminas, ex quo vlterius testator non est progressus, & quod distinctio Castr. sit communis, * Iacob. Mandell. *consil. 473. n. 12. & 13.* vbi, q̃ procedit etiam in contractu, & dona- 12 tione. † Et q̃ legatum factum ad vitam legatarii, vel donec vixerit, vel quoad vixerit, finito tempore fit finitum legatum, & consolidetur cum hæreditate, sicut vsusfructus cum proprietate, siue sit mus in vltima voluntate, siue in contractu, est tex. *in d. l. fin. C. de legat.* vbi Corn. & alii, quod sicut dominium transit recta via in legatarium; ita recta via reuertitur ad hæredem mortuo tali legata- * rio ad vitam, & quod ista sit communis *opinio, quod mortuo legatario ad tempus sit finitum, & transeat nedum ad hæredem vocatum viuentem, sed ét si est mortuus viuente legatario ad tempus, transeat ad hæredes hæredis; quia non est conditionale, sed purum. Paris. *consil. 21. n. 38. & seq. lib. 2.* Rubeus Alex. *cons. 23.* Alex. *consil. 92. Super eo, n. 2. lib. 2. & consil. 173. Visa facti, in prin. lib. 5.* Socin. *consil. 102. n. 10. lib. 3.* & ita Rota coram Illustriss. Dom. meo Cardinale Mantica tunc Auditore Rotæ, in vna Senogal. legati, die 24. Febr. 1588. plenis. Marcabr. ab Anguil. *consil. 71.* vbi pro vtraque; & hanc tuetur vti veriorem, & *communem, & tollit omnia * contraria. † Et quod dicitur tale legatum tan q̃ purum mortuo le- 13 gatario temporali transire ad hæredem & hæredes illius; quia licet sit præmortuus ipsi legatario, tamen ipso iure transit ad hæredes hæredis; idem erit, si alius, q̃ hæres post legatarium temporalem sit vocatus; quia si viuit, ad eum transit ipso iure, si mortuus, transit ad illius hæredes, vt per Alex. *d. consil. 92. Super eo,* maxime *n. 2. ver. secundo pro hoc facit, iuncto n. 8. cum seq. ver. non obstat etiam, per tot. lib. 3.* Ant. Galeat. Maluasia, *consil. 84. n. 9. & seq. ver. præterea considerandum,* vbi dicit *communem, & Alexandrum sequitur Mar- * cabr. *cons. 71. n. 53. & seq.* † Restringe, quando legatum esset factum 14 ad vitam alicuius, & testator post mortem primi legatarii legasset idem legatum infrascriptis, vel suprascriptis hæredibus; quia intelligitur solum de scriptis, & qui oculo corporali legi possunt, vt plene Alex. *consil. 173. lib. 5.* vbi allegat plures pro hac restrictione. † Contrarium tenet Corn. *consil. 69. col. 2. lib. 4.* quem refert, & se- 15 quitur Marcabr. ab Anguillis *d. consil. 71. n. 145. ver. septimo moueor.* † Declarat Paris. *consil. 21. n. 47. lib. 2.* quod illa verba, *ad infrascriptos* 16 *hæredes,* important illud, q̃ dicit Alex. sed quia possunt stare dispositiue, & demonstratiue, & in dubio præsumuntur demonstratiue; ideo non tollunt effectum temporalitatis, quin veniant hæredes hæredum; secus si dispositiue, & causa limitandæ dispositionis. † Declarat plenius, & multis modis Marcabr. ab Anguillis 17 *d. consil. 71. n. 115. & seq. ver. tertio probatur,* vbi, q̃ sunt duæ dispositiones, & vna non tollit aliam; nam stare possunt simul duo præcepta, q̃ legatum sit ad vitam, & sic temporaliter, & q̃ finito tempore vocentur hæredes infrascripti, q̃ si non extant, & non transmittant ad alios hæredes; tamen hæreditas post temporalitatem succedit, & eodem modo etiam declarat Ceph. *consil. 158. n. 29. & seq. & n. 57. & seq. ver. nono non obstat.* † Amplia; quia legatum 18 alimentorum semper est ad vitam legatarii. Bald. *cons. 95. post med. ver. de legato alimentorum, lib. 5.* Vide, *Alimenta legata personam non egrediuntur. Concl. 290.* † Amplia; quia operantur illa verba, *ad vi-* 19 *tam legatarij,* vt sit annuum legatum, quando est adiecta illa conditio legato vsusfructus, qui intelligitur ad vitam. Cephal. *cons. 518. n. 10. & seq.* allegat tex. *in l. sicut in annos, in princ. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt.* vbi idem, si legetur, quandiu, vel donec vixerit. Vid. *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua, & quando secus. Concluſ.* 85. † Extende; quia vbicunq; adjiciuntur verba legato alimento- 20 rum, vel vsusfructus, *ad vitam legatarij,* illa verba operantur, quod semper tot sunt legata, quot anni. Cephal. *d. consil. 518. n. 10. & seq.* † Limita; q̃a legatum factum ad vitam alicuius intelligitur, si si- 21 ne filiis decesserit, quando legatarius est descendens legantis, & in eo habent locum disposita *in l. cum auus. ff. de cond. & demonstr.* vt ibi Cuman. & latius Socin. *in ver. tertium corollarium. nu. 46. & seq.* ita consulendo tenuerunt solennes Aduocati Florentini, D. Otho Nicoli. & D. Dominicus Bontius, & ita etiam D. Io. Bapt. Cacciallup. Vide, *Substitutio facta decedenti quando intelligatur, si sine filijs de-* 22 *cesserit, vel non. Concl. 843.* † Extende; quia imo etiam in vsufructu legato, & contra piam causam procedit; cuia si Hospitali legatur domus reseruato vsufructu filiabus testatoris, intelligitur, si filiæ decesserint sine filiis; quia donec extent descendentes, durare debet vsusfructus, ita consuluit Dominus Horman. Detus Aduocatus Florentinus celeberrimus. † Declara tamen extensionem, 23 vt non procedat sine difficultate; quia concurrunt duo specialia, quod *d. l. cum auus,* habeat locum in præiudicium piæ causæ, quod est latis controuersum, vt apud Ruin. *consil. 122. lib. 3.* Item; quia vsusfructus, qui de sui natura extinguitur cum vita, fiat ppetuus, & hoc absurdum esse dicit Ang. *consil. 306. circa princ.* † Vide Sur- 24 dum *consil. 29. n. 10. & seq.* vbi, quod semper, quod legatum est ad tempus, legatarius censetur grauatus restituere hæredi, & ista restitutio, quæ fit hæredi, censetur facta cum onere legati, vt dicit Cioffus *consil. 73. in fin.*

Legatum ad vitam legatarii non excedit eius vitam, secus si legatum est simplex; quia est perpetuum. Concl. 88.

LEGATVM † factum vxori de lectis, & aliis apparatibus ad vi- 1
tam suam dicitur ad vitam tantum; ideo debet cauere de restituendo post mortem. Fnlg. *cons. 207. Franciscus filius, in fin. ver. ad tertium.* † Et semper, q̃ legat alicui, vel ad vitam suam, vel donec 2
vixerit, aut quousq; vixerit, legatum dicitur ad tempus, & finito

tempore transit ad hæredem vniuersalem, seu ad hereditatem vocati prærmortui, plene Paris. *consil.97.n.5.& seq.lib.2.* vbi, quod ipso
3 iure dominium reuertitur. Castr. & Iason *in l. fin. C. de leg.* †Si vero fiat de aliis vestimentis, & bonis simpliciter, non adiectis verbis, *ad vitam suam*, dicitur perpetuum, & debetur sine cautione. Fulg.
☞ *consil.207. in fin.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Legatum perpetuum intelligitur sine fine, & quando secus. Concl. 89.

1 LEGATVM †perpetuum intelligitur sine fine; quia dictio, *perpetuo*, hoc importat, *l. possunt. ff. de except. doli.* †Limita; quia se-
2 cundum subiectã materiam intelligitur ad vitam legatarii, & dictio illa, *in perpetuum*, si adiiciatur personæ contemplatione, prout si legatur perpetuo aliquid annuum Titio, vel aliquid soluendum per certam nominatam personam, & sic per alias demonstrationes. Anton. de Butrio *consil.48. num.3.* Declara plenius, *Legata annua facta Ciuitati, vel Ecclesiæ quamdiu durent. Concl.86.*

Legatum quando respiciat proprietatem, vel vsum tantum. Concl. 90.

1 TESTATOR † legans quasdam domos pro vsu, & habitatione fraticellorum certę prouinciæ, vel loci, transfert dominium domorum in fraticellos, ita quod dominium est ipsorum de rigore iuris, non autem est hæredis, de æquitate vero secus est; quia dominium est hæredis, & vsus, seu habitatio est fraticellorum. Bald. *consil.59. Quadam mulier, per tot. lib.5.* vbi pro vtraque parte al-
2 legat, & ita distinguit. †Amplia; quia testator relinquens, quod vxor sua possit stare, & habitare in domo testatoris, si pars domus locata est, in alia parte habitat vxor, cuius esse debeant pensiones, videtur velle, quod spectent ad hæredes, tamen res dubia est, & concordanda secundum Fulgos. *consil. 207. Franciscus filius, col. penult. ver. secundo quæritur.* Vide, *Vsus, & habitatio in quibus differant.*
3 *Concl.365.* † Amplia; quia legatum factum de censu, vel canone annuo non continet dominium rei, super qua census, vel canon soluitur, sed solum vsum fructum, & commoditatem percipiendi censum, vel canonem. Guido Pap. *dec.264.* † Limita; quia lega-
4 tum seu fideicommissum de domo factum Titio ad vtendum pro certo tempore censetur factum de proprietate, non de vsufructu, *l. cum ij. §. si vni. ff. de transact.* Roman. *consil. 229. Pro declaratione, in*
5 *fin.* vbi apostilla *in ver. legato*, dat concord. †Extende, vt idem sit in donatione facta de ædificio pro vsu ad certum tempus; quia censetur proprietas donata. Roman. *d. consil. 229. num. 4. ver. quoad vltimum.* Vide, *Vsus fructus qualiter constituatur. Concl.303. cum conclusione ibi proxima sequente.* Vide, *Vsufructuarius, seu vsuarius quid possit. Concl.334.*

Legata quando censeantur relicta ab hærede, & non à fideicommissario vniuersali, & quando secus, & ab vtroq; repetita, & per quem solui debeant, vel non. Concl. 91.

1 LEGATA †censentur relicta ab hærede, & non à fideicommissario, quando expresse sunt facta ab hærede; & ideo si est debitum aliquid legatario pro tempore hæredis instituti, puta quia esset legatum annuum, debet solui ab hæredibus instituti, & non à subst. tuto, ita Ias. *consil. 95. lib.1.* Castr. *consil.16. n.4. ver. circa tertium,*
2 *lib.2.* † Et de hac materia, quando legata debeantur ab instituto,
3 vel à substituto. Guido Pap. *dec. 296.* quem videas. † Restringe, quando nominatim sunt facta à substituto, seu fideicommissario, quia tunc ab eo debentur semper. Roman. *consil.134. Pro declara-*
4 *tione. nu.3. in fin. ver. quoad tertium, & n.4.* † Amplia; quia etiam dicuntur facta ab hærede, quando sunt facta in casu fideicommissi per verba apta comprehendere heredem, & fideicommissarium, ideo tali casu debentur ab hærede, etiam si fideicommissarius vniuersalis repudiaret. Bald *consil.76. Factum tale est, D. Nicolin. lib.1.*
5 † Amplia; quia in dubio legata censentur facta ab hærede, non à fideicommissario vniuersali; ideo deductio Falcidiæ competit heredi quando sponte adiuit, non autem fideicommissario. Alex.
6 *consil.139. Eleganter. col.2. ver. tertio concludo, lib.1.* † Amplia; qa legatum annuum regulariter solui debet ex fructibus p grauatum, legatum vero simplex per fideicommissarios. gl. & Dd. *in l. Marcellus.*
7 *in princ. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. qui duos. ff. de vulg. & pupillar.* † Declarat Castr. *d. consil 16. n.4. ver. circa tertium, lib.2.* vbi, quod legata simplicia non soluta per hæredem debent solui per fideicommissarium vniuersalem, legata vero annua; quia debent solui ex fructibus, soluet hęres pro tempore suo, & fideicommissarius pro tempore
8 suo. † Amplia, vt procedat etiam respectu oneris iniuncti legata-
rio; quia tale onus non censetur repetitum à substituto, *l. licet Imperator*, vbi Bart. & alii *ff. de leg.1.* † Amplia; quia legatum annuum
9 pro tempore, quo hæres grauatus fideicommisso vixerit, debet solui de fructibus per hæredem grauatum, & non imputari fideicommissariis, quibus restitui debet fideicommissum, *l. liberto. §.1. ff. de annuis legat. tuncta l. apud Iulian. §. hæres. ff. de leg.1.* Castr. & Alex.
in l. cum maritus. §.1. ff. ad leg. Falcid. Ias. *in l.1. col.4. in princ. in 2. lect. ff. ad*
10 *Trebell.* quia videtur multiplex legatum. †Extende; quia pro tempore hæredis grauati, si non fuit solutum, debetur ab hæredibus grauati, qui habuit fructus, non autem à fideicommissario. Castr.
consil.16. in tertio dubio, lib.2. Ias. *consil.95. lib.1.* vbi limitat fauore ali-
11 mentorum, & piæ causæ. † Restringe, quando legatum esset vnum, & purum, vel in diem certum, licet distributum in plures annos, vt declarat Bart. *in l.4. ff. de annuis leg.* Ruin. *cons.34. n.5. lib.2.* & tunc debet solui per fideicommissarios, *l. penult. §. fin. ff. ad l. Falcid.* †Restringe in omnibus aliis legatis, præterquam annuis, quæ
12 debentur ex rebus, & substantia hæreditatis etiam concurrente legato vsus fructus omnium bonorum. Bart. *in l. fin. ff. de vsufruct. leg.* Dec. *consil.485. col. fin. & consil.620. in fin.* Crauett. *consil.187. col.1.*
13 †Amplia; quia legatum factum nominatim ab vno in Codicillis
14 non debetur ab alio, *l.1. §. fin. ff. de leg.3.* † Restringe; quia non procedit, quando legatum est in testamento habente clausulam codicillarem; quia licet non valeat testamentum, vel ex præteritione, vel alias, debetur legatum à quocunq; hærede. Bart. *consil.*
15 *204. Factum tale, col.1. in fin. ver. sed ex hoc insurgit, lib.1.* † Restringe secundo, quia debetur legatum nominatim factum ab vno hærede, etiam ab omnibus, quando legatum est fauore piæ causæ, vel
16 libertatis. Bart. *d. consil.204. in fin. ver. tertio quia, lib.1.* †Declara; qa legatum factum nominatim ab vno hærede non debetur ab alio, quando hæreditas deuenit ad sequentes, sed quando deuenit ad
17 pares in gradu, bene debetur. Bart. *d. consil.204. col. fin. ver. secundo quia, lib.1.* †Limita in legato alimentorum; quia censetur repetitum à substituto. Ias. *d. l. licet Imperator, in 1. limit. ff. de leg.1. & consil.*
95. lib.1. Vide, *Alimenta habent multa specialia, & priuilegia. Conc.286.* ☞
18 †Limita in legato facto ab hærede pupillo; quia semper debetur à substituto pupillariter; quia sufficit, q; pupillus agnouerit hæreditatem. Bart. *consil.50. Viso testamento, in princ. lib.2.* †Extende, vt
19 procedat, etiam si legatum esset vxori, si voluerit stare cum filiis pupillis, & si pupilli decedant in pupillari ætate, dedit substitutum vniuersalem pupillariter; qa mortuis pupillis, si agnouerunt hæreditatem, & mater declarauit velle stare cum filiis, debentur omnia legata à substituto, tam ea, q̃ à pupillo, q̃ ea, quæ à substituto
20 debebant præstari. Bart. *d. consil.50. in princ. lib.2.* †Limita fauore
21 piæ causæ. Ias. in locis supra allegatis. Vide supra, *Legati verba dubia* ☞ *quando late interpretanda, & quando secus. Concl.58. n.5. & seq.* †Declara propterea, quod si fiat legatum annuum, & successiuum, & non
sit solutum ab instituto pro tempore præterito, non debet regulariter solui per substitutum pro præterito, sed per hæredes grauati, ita Ias. *d. consil.95. lib.1.* vbi limitat fauore alimentorum, & piæ
22 causæ. †Declara totam istam materiam; quia præmissa procedunt in substitutione vulgari, vel fideicommissaria; quia in eis est locꝰ regulæ, an legata facta ab instituto sint repetita à substituto, secus est in substitutione pupillari; quia legatum factum à pupillo semper debetur à substituto pupillariter; quia substitutus pupillariter tenetur ad debita pupilli; & ideo si pupillus agnouit hæreditatem, semper debetur à substituto pupillariter, ita pulchre Bart.
consil.50. Viso testamento Colæ, in princ. lib.2. vbi apostilla *in ver. veritas* ☞
est. Vide Concl. proxime sequentem. Vide, *Legata quando debeantur à fideicommissario vniuersali, licet repudiet hæreditatem. Concl.53.* ☞

Legata facta ab instituto quando censeantur repetita à substituto, & è contra, & quando secus. Concl. 92.

1 LEGATA †facta ab instituto censentur repetita à substituto, & ideo debent solui p substitutum, etiam si primus hæres non accepter. *l. licet Imperator, cum ibi not. ff. de leg.1.* Bal. *consil.76. Factum*
tale est, Dominus Nicolinus, lib.1. n.2. ver. sed contra. Bart. *consil.50. Viso*
testamento, in princ. lib.2. vbi, quod *d. l. licet Imperator*, habet locum in substitutione vulgari, non pupillari, in quam non agitur de repetitione, sed de hærede pupilli, qui semper obligatur, vt hæres, quando pupillus agnouit hæreditatem. Vide, *Repetitio onerum tacita* ☞
quando inducatur circa diuersos. Concl.190. cum conclus. ibi proxima
2 *sequent.* † Amplia; quia legata facta ab instituto, si institutus decedat viuente testatore, & habet substitutum vulgarem, vel substitutum iure directo, debentur à substituto. Bald. *consil.167. Thema*
proponitur, in princ. lib.2. Signorol. *consil.123. in fin. ver. secundo casu.*

Vide,

Vide, *Testamentum non valet, si hæres viuente testatore decedat. Concluſ.* 126. †Amplia; quia vbicunq; ſucceditur inſtituto directe, videl. ex vulgari, vel pupillari, certe legata facta ab inſtituto, ſi ſunt repetita à ſubſtituto, debentur cum omnibus qualitatibus, ſi repetitio eſt cum qualitatibus, vel per verba generalia; ſecus eſt, ſi p verba ſpecialia, niſi conſtet de mente. Sign. *conſil.* 123. *n.* 2. †Declara; quia legata facta à ſubſtituto non cenſentur repetita ab inſtituto, *d. l. ſi-cet Imperator. ff. de legat.* 1. Bald. *d. conſil.* 76. *n.* 2. *lib.* 1. †Declara; vt non procedat limitatio, quando legata reſpicerent vtrunque, videlicet fideicommiſſarium vniuerſalem, & etiam primum hæredem. Bald. *d. conſil.* 76. *n.* 2. *ver. ſed contra, lib.* 1. †Limita; quia legata facta ab inſtituto non cenſentur repetita à ſubſtituto, quando idem, cui eſt factum legatum cum aliis, fuit ſubſtitutus; quia non debet habere vtrunque, quando primus inſtitutus non adiuit, ſecus, ſi adiuit; quia tunc licet eueniat ſubſtitutio, habebit legatum ab inſtituto præcipuum, poſtea etiam habebit ſubſtitutionem. Bald. *conſil.* 320. *Ser Petrus fecit, in princ. ver. exemplum Dyni, lib.* 1. †Declara tamen, vt etiam habeat legatum, licet primus hæres non adiuerit, quando concurrit æquitas, & pietas ſecundum mentem veriſimilem, vt ſi pater inſtituit filium maſculum, & legauit pro dote filiæ certum prædium, & vſumfructum aliorum bonorum, donec nubat, & ſubſtituit filio pupillariter filiam, & conſanguineum; nam dato caſu, quod filius non adeat, filia debet habere vſumfructum, donec nubat, & legatum, ac etiam partem cum ſubſtituto hoc caſu propter charitatem in filia prædilecta. Bald. *d. conſil.* 320. *per tot.* maxime *in fin. lib.* 1. vbi eſt caſus. †Declara ſecundo; quia ſi maritus inſtituit filiam, & vxorem vſufructuariam reliquerit, & inſuper mortua filia ſine filiis, vxorem, pauperes, & alios æquis portionibus ſubſtituit, eueniente ſubſtitutione vxor habebit alimenta, non autem vſumfructum plenum. Bald. *conſil.* 247. *Andreas reliquit. lib.* 4. Vide, *Legatum ſi fiat pluribus de eadem re, qualiter concurrant. Concluſ.* 79. † Declara tertio; quia ſi teſtator inſtituat filium hæredem, & legat nepti centum pro legitima, eamque nupſerit, & filio ſubſtituit duas filias nuptas, & neptem, certe neptis habebit tertiam hæreditatis mortuo filio in pupillari, ſed tamen etiam debet conſequi legatum ſuum à cohæredibus pro duabus tertiis, & pro ſua tertia extinguitur. Signor. *conſil.* 123. *per tot.* maxime *in ſi.* †Limita in legato annuo facto ab inſtituto; quia non cenſetur repetitum à ſubſtituto, & iſta eſt regula *l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. l. licet Imperator.* vbi Dd. *ff. de leg. 1. l. cum pater. §. ab inſtituto. ff. de leg. 2. l. vnica. §. his itaque, C. de caducis toll.* Vide, *Legata quando cenſeantur relicta ab hærede, & non à fideicommiſſario. Concl.* 91. † Limita vndecim modis, de quibus Socin. *Reg.* 3. *Relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto.* vbi ponit vndecim fallentias, quæ ſunt vndecim limitationes, quas vide.

Legata quando cenſeantur relicta à fideicommiſſario vniuerſali, non ab hærede. Concl. 93.

1 LEGATA† cenſentur relicta à fideicommiſſario vniuerſali, & non à primo hærede, quando ſunt facta poſt fideicommiſſum, vel in caſum fideicommiſſi. Bald. *conſil.* 76. *Factum tale eſt, Dominus* 2 *Nicolinus, in princ. lib.* 1. †Amplia; quia legata particularia facta hæredi hæredis grauati, cenſentur facta à fideicommiſſario, ideo tenetur illa ſoluere, nec poteſt deducere aliquam Falcidiam, Baldus *conſil.* 291. *Licet de multis, n.* 2. *ver. ſecundo ſciendum eſt, lib.* 5. Vide Concluſionem proximam præcedentem.

Legatum factum tutori, vel officiali dato in teſtamento non debetur, ſi non acceptet officium & quando ſecus. Concl. 94.

1 LEGATVM †factum tutori teſtamentario dato in teſtamento, quando conſtat, q̃ ratione officii & tutelæ iniunctæ factum eſt legatum, non debetur, ſi ipſe eſt negligens in ſuſcipienda tutela, vel ſi eam non ſuſcepit ex voluntate ſua. Bald. *conſil.* 356. *Licet allegatum ſit, lib.* 4. *in princ.* Ang. *conſil.* 166. *Si teſtator, in princ.* vbi, quod 2 remanet penes hæredem pupillum. †Reſtringe, vt non ꝓcedat, quando non aſſumeret tutelam ex defectu juris communis ſine culpa ſua; quia tunc non priuaretur legato. Bald. *d. conſil.* 356. *in pr.* 3 *lib.* 4. †Contrarium, quod licet eſſet creditor pupilli, teneatur aſſumere tutelam propter legatum, alias perderet legatum, tenet 4 Bart. *conſi.* 148. *Quæſtio iſta. n.* 3. *lib.* 1. †Reſtringe idem, ſi eſſet miles, vel alias prohibitus tutelam exercere. Ang. *conſil.* 166. *in princ. ver. fallit in milite.* Rom. *conſil.* 235. *ver. aliquando vero*, & hoc eſt ſecundum, vbi apoſt. *in ver. inducit*, dat conc. Vide, *Tutelam ſuſcipere, vel* 5 *curam, qui non obligentur, vel excuſentur. Concl.* 405. †Amplia; quia ſi factum eſt legatum cum onere tutelæ, & per aliquod tempus adminiſtrauit, & poſtea deſijt, vel remotus fuit, priuatur legato. Roman. *d. conſil.* 235. *in princ. v. aliquando vero*, & hoc eſt tertium. †Amplia; quia ſi eſt factum relictum cum onere tutelæ, & nunquam adminiſtrauit, etiam priuatur legato, & applicatur pupillo. Rom. *d. conſil.* 235. *in princ. ver. aliquando vero*, & hoc eſt membrum vltimum. †Reſtringe, niſi conſtet, q̃ teſtator reliquiſſet ex alia cauſa, 7 q̃ tutelæ. Rom. *d. conſil.* 235. *col.* 1. *ver. ſecundo fallit.* †Idem, quando 8 legatum eſſet relictum conſanguineo, quia cenſetur relictum potius contemplatione conſanguinitatis, quam tutelæ. Rom. *d. conſil.* 235. *col.* 1. *ver. tertio niſi ita*, & iterum *conſil.* 207. *Si volumus*, vbi apo. *in ver. præſumatur.* † Reſtringe, quando legatum eſſet cum onere 9 reſtituendi; quia non præſumitur factum ratione tutelæ. Rom. *d. conſil.* 235. *col.* 1. *circa fin. ver. fallit quarto.* †Declara; quia de jure an- 10 tiquo prædicta ſunt vera, ſed de iure nouo tutor non aſſumens onus tutelæ ſibi iniunctum à teſtatore priuatur legatis ab eodem teſtatore, ſiue ſint contemplatione tutelæ, ſiue non, facta. Rom. *d. conſil.* 235. *col.* 1. *in fin. ver. eſt igitur videndum*, vbi dicit* communem, * licet apoſtilla ibi *in ver. fuiſſent*, citet pro vtraque parte, & quod de jure hodierno hoc procedat, idem Rom. *d. conſil.* 207. *n.* 2. †Limi- 11 ta, quando eſſet tutori, ſed non ratione officii tutelæ, & conſtaret, puta ob conſanguinitatem, quia etiam ſi non aſſumat tutelam; tamen debet habere legatum. Bald. *d. conſil.* 356. *in princ. ver. ſecundo caſu, lib.* 4. Angel. *conſil.* 166. *circa med. ver. vbi vero legatur*, vbi dicit, quod vxori præſumitur reliquiſſe ſine onere, niſi verba teſtamenti repugnent. †Contrarium, quod de iure antiquo non 12 perdat legatum, niſi ſit ratione tutelæ, ſed tamen hodie de iure nouiſſimo perderet legatum ex quacunq; cauſa factum, ſi non aſſumeret tutelam datam in teſtamento à legante. Bart. *d. conſil.* 148. *in fin. lib.* 1. al legat *auth. de hæred. & Falcid. §. ijs omnibus*, & ibi Iac. de Beluiſ. †Limita, quando legaretur tutori data in teſtamento cre- 13 ditori teſtatoris; quia ſi conſtat de credito, debetur legatum. Bal. *d. conſil.* 356. *circa princ. ver. tertio caſu, lib.* 4. †Extende limitationem, 14 vt non procedat, etiam ſi non conſtet de credito, niſi ex aſſertione teſtatoris; quia debetur legatum. Bald. *d. conſil.* 356. *ante med. v. aut non conſtat, vſq; in fin. lib.* 4. vbi pro vtraq; parte allegat, & videtur pro vtraq; concludere. Vide, *Confeſſio in teſtamento facta abſenti non probat, & quando ſecus. Concl.* 639. †Limita, quando legatum eſ- 15 ſet factum ſimpliciter, & legatarius petitus tutor ſe excuſat à tutela datiua, & tunc non priuatur legato, *l. ex ijs apparet. ff. de excuſat. tut.* Rom. *conſil.* 235. *Quoad primum in princ.* †Regula igitur eſt, quod 16 ſi legatum eſt factum tutori contemplatione tutelæ, ſi aſſumit tutelam, quod debet habere legatum, & iſte caſus nullam habet dubitationem ſecundum Ang. *conſil.* 166. *in princ.* ſi teſtator legat. †Declara, vt procedat, dummodo ſponte ſuſcipiat tutelam; quia 17 ſi pateretur ſe cogi à iudice, non haberet legatum. Bald. *d. conſil.* 356. *in princ. lib.* 4. † Regula contraria eſt, quod ſi non aſſumeret 18 tutelam, perdit illud legatum, quod factum eſt contemplatione tutelæ ſuſcipiendæ, & hoc dupliciter conſiderari poteſt; q̃a non ſuſcepit; quia expreſſe refutauit; aut q̃a negligens fuit; aut quia non potuit. †Primus caſus eſt, quando refutauit, non eſt dubium, 19 quod priuatur. Ang. *d. conſil.* 166. *in princ.* †Declara, niſi refutaſſet, 20 quia tutor eſſe non poterat, vt quia miles, vel inhabilis. Angel. *d. conſil.* 166. *in princ. ver. fallit.* †Secundus caſus eſt, quando neglexit 21 ſuſcipere tutelam, non tamen renuit expreſſe, & ſi talis eſt negligentia, quæ poſſit eidem imputari, priuatur, quia pupillo contrahitur mora irregularis ſine interpeliatione. Angel. *d. conſil.* 166. *in princ. ver. tertius caſus.* †Et quod nullo modo debeatur, niſi ſuſcepta 22 tutela, quando eſt factum legatum, vt ſuſcipiat eam, eſt text. *in l. Neſennius. ff. de excuſat. tut.* quia ex quo deficit cauſa, ſi non facit, q̃ debet, non recipit, quod oportet. †Extende, vt procedat, etiam ſi 23 ſuſceperit tutelam; quia coactus fuit; nam negligens reputatur. Bald. *d. conſil.* 356. *in princ. lib.* 4. †Reſtringe, quando mora, & negli- 24 gentia ei imputari non poteſt. Ang. *d. conſil.* 166. *ante med. ver. ſi vero nihil poteſt.* †Reſtringe, vt non procedat, quando p eum non ſte- 25 tit; quia ſe obtulit, ſed tanquam non idoneus non fuit admiſſus, quia non perdit legatum. Angel. *d. conſil.* 166. *ante med. ver. quartus caſus.* † Tertius caſus eſt, an legatum factum cum certo onere, puta, vt legatarius præſtet alimenta alicui, vel vt aliquam dotet, ſi moriatur alimentandus, vel dotandus, debeatur legatum, & recurritur ad coniecturas, an ſit fauore legatarii, vel fauore alimentandi factum legatum, & ſunt opiniones controuerſæ, de quibus Rota Bonon. vt per Benintend. *deciſ.* 98. *per totam.* Vide, *Contemplatione alterius factum quando præſumatur. Concl.* 966. †Extende; quia 27 legatum factum vxori cum onere, quod moretur cum filio teſtatoris, mortuo filio non expirat, ſed debetur, quando eſt coniectura, quod non legauit contemplatione filii. Petr. de Anchar. *conſil.* 185. *Quæſtio videtur magis*, vbi, q̃ ſi eſt legatus vſus fructus, dumodo moretur cum filio, licet viuente filio reſtringatur ad alimenta,

tamen secus est mortuo filio; quia totum habebit vsumfructum.
☞ Vide, *Alimenta legata in domo testatoris qualiter debeantur. Concl.* 297.
28 †Quartus casus est, qñ legatum vsusfructus, vel alterius commoditatis fit tutori, vel curatori filii, donec reddiderit rationem tutelæ, vel curæ filio suo; quia talia verba important idem, ac si dixisset, donec debuerit reddere rationem, & ideo si tutela finitur, vel per lapsum temporis; quia factus sit pubes, vel quia mortuus sit ante, vel aliis modis, finitur legatum; quia debet reddere rationem. Rom.*consil.*312. *Circa propositam, n.2. ver. quoad secundum*, vbi apost. *in ver. debuerint*, dat multa similia, quando fuit dictum, donec peteretur, submittitur, constituitur, videbitur; qa exponuntur, videlicet petere debuit, submittere, constituere, debuit, videbitur, videri debuit. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legatarii, vel potius tanquam ministro. Concl. 95.

1 LEGATVM †factum vxori, vel alteri de certis bonis vendendis per legatarium, & distribuendis ab eodem, prout in secreto sibi dixit testator, censetur factum ad vtilitatem legatarii, quando eadem distributio poterat p hæredem fieri; quia censetur testator prædilexisse legatarium, vt emolumentum consequendum potius habeat ipse, quam hæres. Cum.*consil.*108. *Testator legauit, per tot.* maxime *n. 2. ver. ultius tamen*, & ideo debetur ipsi legatario, &
☞ hæredi eius. Vide, *Legatum factum secundum mentem secretam testatoris valet. Concl.* 56. † Amplia; qa legatum factum vxori, casu, quo vidua steterit, & vitam vidualem seruauerit, & cum filiis morabitur, & ad curam, & gubernium ipsorum steterit, mortuis filiis debetur, quando constat, quod ita disposuit ad fauorem legatarii; qa si casu, vel alio modo sine culpa sua non potest morari, sibi non
* imputatur, & communis* est opinio & speciale in legato alimentorum propter eorum fauorem, *l. 1. C. de leg.* & ibi glos. & Dd. *l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demonstrat.* Castr. *consil.* 224. *in fin. lib.* 2.
3 †Extende; quia tali casu non fit differentia, an testator loquatur per dictionem, *si*, vel *casu, quo*, vel per dictionem, *donec, & quousque*, vt per Dd. *in l. illis libertis*, maxime Castr. *ff. de cond. & demonstr.* & de dictione *donec, quandiu*, & similibus. Anch. *consil.* 185. & *consil.* 237.
4 Dec. *consil.* 481. Ruin. *consil.* 46. *lib.* 2. †Extende; quia legatum annuum vxori factum, donec steterit ad gubernium filii dicti testatoris, debetur, si filius fuit bannitus, & confiscata sunt omnia eius bona, quia per eam non stat, & semper, quod non stat, per legatarium, sed per filios, debetur legatum. Castr. *consil.* 224 *Legatum prædictum, in fin. lib.* 2. †Restringe, quando legatum esset ad fauorem
5 filiorum, cum quibus morari tenetur; quia licet culpa adscribi non possit; tamen illud non debetur, *d. l. illis libertis. ff. de condit. & demonstr.* facit *l. Seio, in princ. ff. de ann. legat.* Anch. *consil.* 237. *in pr.*
6 †Contra restrictionem tenet Bald. *consil.* 140. *Casus talis, in fin. lib.* 5. Bart. *in d. l. illis libertis. ff. de cond. & d. monst.* vt in legato alimentorum sit speciale, quod debeatur etiam mortuis filiis, quamuis eorum contemplatione esset factum legatum alimentorum, sed bene restrictio procedit, si non essent alimenta legata, & ita etiam Abbas
7 *consil.* 78. *Circa primum, col.* 2. *in fin. lib.* 2. †Amplia; quia legatum factum vxori, vt moretur cum filiis testatoris, mortuis filiis debe-
* tur etiam secundum* communem, licet allegentur pro vtraque parte multa per Benint. *dec.* 98. *D. Hieronymus, n.* 2. *ver. secunda fuit maxima*, vbi, quod est arbitrarium iudici secundum mentem testatoris. Corn. *consil.* 93. *n.* 2. *lib.* 3. Anch. *consil.* 185. *Quæstio videtur*, Io. de Ana. *consil.* 8. *n.* 3. & 4. qui loquitur mortua matre, & sic est am-
☞ pliatio in casu conuerso. Vide, *Alimenta habent multa specialia. Consil.* 286. *n.* 44. *& seq.* †Extende idem in legato facto sorori, & filiis
8 sororis, vt possint redire in domo testatoris, & habere alimenta, quia mortuis filiis soror debet alimenta consequ, licet legatum sit
9 illi cum filiis. Cor. *consil.* 93. *Licet posset, n.* 2. *lib.* 3. †Extende, vt etiam debeatur mortua matre, q̃ debuit morari cum filiis; quia p eam
10 non stat. Io. de Ana. *d. consil.* 8. *n.* 3. & 4. & ibi Bologn. in apost. †Extende, vt procedat etiam in legato facto sorori, si morabitur cum filiis; quia ipsis mortuis debetur legatum. Cor. *d. consil.* 93. *n.* 2 *lib.* 3.
11 †Extende generaliter in omni legato facto alicui cum onere, p debeat stare cum aliquo; quia debetur, si ille, cum quo debet sta-
12 re, moriatur, *l. 1. C. de legat.* vbi Dd. †Contrarium, quod imo legatum factum vxori de alimentis cum matre hærede testatoris, si constat, q contemplatione matris sint legata alimenta, mortua matre
* non debeantur amplius. Anch. *consil.* 237. *Quia in primo*, vbi dicit *
* communem. Sign. *consil.* 179. *n.* 6. prout communem* dicit Socin. Iun. *consil.* 108. *n.* 4. *lib.* 1. vbi loquitur, quando legatum erat vxori, si moraretur cum filiis; qa fauore filiorum censetur legatum fa-
13 ctum, & confirmat *consil.* 58. *lib.* 3. *per tot.* Ruin. *consil.* 46. *lib.* 2. †Imo, quod in dubio fauore matris infirmę fit factum legatum alimentorum vxori, donec steterit cum hærede, dicit idem Anch. *d. consil.* 237. & loquitur in omni legato facto legatario, dummodo moretur cum alio, quia semper præsumitur contemplatione eius, cum quo debet morari, & idem de matre cum filia, dicit Sign. *consil.* 179.
n. 6. †Extende contrarium, vt procedat multo magis in legato v- 14
sus fructus relicti vxori, donec steterit, vel habitauerit cum matre hærede testatoris; quia mortua matre, cum qua non potest morari, non debetur vsus fructus, quando constat, q contemplatione matris est relictus. Anch. *d. consil.* 237. *in princ.* Sign. *consil.* 179. *n.* 6. vbi de matre, si habitet, & educet filiam, & plures allegat Beninten. *dec.* 98. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod dictio, *donec*, hoc operatur magis præcise. Ruin. *consil.* 46. *lib.* 2. †Idem est in legato facto annuo 15
matri si steterit cum filiabus; quia mortua matre non debetur; quia contemplatione filiarum censetur factum secundum* com-*
munem. Io. de An. *consil.* 8. *n.* 2. *ver. secundo probatur*, vbi dicit* com-*
munem, & Sign. *consil.* 179. *n.* 6. †Contrarium tenet idem Ioan. de 16
Anan. ibi, & Ludou. Bolog. in apost. quoad legatum annuum pro primo anno, & quoad legatum semel relictum; quia sufficit, q steterit momento cum filius, & si moritur, quod per matrem non stetit; quia debetur, & transmittitur isto casu, ita Io. de Ana *d. consil.* 8. *n.* 3. & 4. vbi dicit contraria procedere in legato successiuo, in quo non sufficit conditionem semel extitisse. †Declara; quia hu- 17
iusmodi legatum factum alicui, si habituerit in certo loco, vel steterit, vel inseruierit cum tali, valet, nec debetur, si non impletur, sed tamen si quis non impleuit, & mutata opinione velit implere admittitur. Vid. sup. *Legatum cum onere non obligat legatarium,* ☞
agnoscentem vltra valorem legati, & quando secus. Concl. 69. †Declara 18
totam hanc materiam; quia quando legatum est factum per dictionem, *donec*, vel, *quousq; habituerit cum filijs*, tunc ꝓcedunt *cons. Anch.* 237. & Ruin. *consil.* 46. *lib.* 2. quia non debentur; quia ad tempus fuit legatum, & idem, qñ dicitur, *si steterit*, quando constat, q fauore filiorum, non legatarii fuit factum legatum, si vero constat, quod fauore legatarii fuit legatum factum, & seu vtriusque, vel in dubio, debetur legatum, qnando non stat p legatarium, ratio est; quia in dubio legatum alimentorum fauore alimentandi debet interpretari, quod duret, *l. 1. C. de legat.* vbi gl. & Dd. *l. Gaio. §. Imperator. ff. de alim. & cibar. legat.* & idem, si legauit, dum steterit; quia si stetit, vel non stet per ipsum, sed per hæredem, debetur, si moritur ille, cum quo debet stare, non debetur, nisi, ꝓ primo anno, pro quo cœpit stare. Rom. *consil.* 185. *Pro decisione, n.* 5. *v. quoad secundum*, allegat casum *in l. q concubinam. §. vxori. ff. de leg.* 3. †Contra 19
declarationem, vt imo et si legatum sit indeterminatum, donec morabitur cum filiis, debeatur ad vitam. Ruin. *consil.* 37. *n.* 6. *lib.* 2. vbi reddit rationem, qa dictio, *donec*, si respicit substantiam dispositionis, limitat dispositionem, si accidentia, vel on⁹, tunc restringit onus. †Declara; qa si constat de mente testatoris, vt qa legauit 20
vxori, si steterit cum filiis, vsumfructum, & si non steterit, granũ, & vinum, tunc non censetur contemplatione filiorum factum legatum, ex quo legauit, etiam si non steterit cum eis, secus si simpliciter legaret, si steterit; quia censetur contemplatione filiorũ legasse. Anch. *consil.* 185. *per tot.* vbi de* comuni, & idem dicit Sign. *
consil. 179. *n.* 6. ꝓ præsumitur contemplatione filiorum. †Declara, 21
quia in alimentis legatis si habituerit cum filiis, magis de facili substinetur legatum. q̃ si esset vsus fructus, vel alteri⁹ rei. Soc. Iun. *consil.* 58. *n.* 16. *& seq.* maxime *n.* 18. *lib.* 3. †Extende in legato facto fi- 22
liæ de habitatione, & victu, donec pmanserit cum filiis suis minoribus, quia si sunt effecti maiores, adhuc debetur legatum, nec potest expelli, quia inuita à filiis separari non debet, *l. possessionum. C. comm. vtriusq; iud.* vbi Dd. & quia satis est, q pro adimplenda voluntate testatoris tempore, quo incepit habitare cum filiis, fuerint minores, & q semel ista qualitas fuerit impleta, vt in simili dicit Castr. *in l. fin. §. sed quia. C. de indict. vid. toll.* & quia legatum habitationis est fauorabile. *§. sed si cui habitatio*, & ibi Dd. *Inst. de vsu & habit.* †Contrarium vide *in ver. Conditionem semel extitisse sufficit*, & ☞
quando secus. Conc. 598. sed ibi dixit testator, quod habitaret cum filiis minoribus 18. annis; quia si effecti sint maiores 18. annis, extinguitur legatum. † Amplia; quia debetur legatum factum ali- 23
cui cum hoc, quod debeat stare cum aliquo, si ille, cum quo debet stare, moritur, & sic non stet p legatarium, sed etiam si viuat, sed ꝓpter malos mores, vel alia iusta impedimenta non potest legatarius cum illo morari sine culpa legatarii, ita Ias. *d. l. 1. C. de legat.* Abb. *consil.* 90. *Circa primum, in fi. lib.* 1. †Onus tamen probandi in- 24
cumbit legatario, q non possit morari cum hærede. Ias. *d. l. 1. C. de legat. & in l. diuortio. ff. sol. matr.* †Declara tamen; quia tale legatum 25
cum hoc, quod debeat morari cum hærede, vel alio, intelligitur nedum, vt moretur circa habitationem, sed etiam circa victum ad vnum panem, & vinum. Bart. *in l. Quintus, ad fin. ff. de annuis legatis.*

sequitur

26 sequitur Ancharan. *consil.*387. *Deiure communi.*† Amplia in legato facto filiabus pro alimentis vsquequo nubant, dummodo habitent cum patruis, vel cum amitis ipsarum ex latere paterno, & non cum matre, seu aliis ex linea materna, quia dicitur legatum contemplatione filiarum, & ad earum fauorem factum, non autem hæredum, propterea debetur illis, etiam si ex aliqua rationabili causa steterunt cum sorore earum nupta, *l.*1. vbi Bart. *C. de leg.* Bart. *in l. illis libertis.* vbi Castr. *ff. de cond. & demonstr.* & idem Castr. *consil.*211. *Quidam sibi filios, ver. super secundo, lib.*1. Ang. *consil.*150. *Do-*
27 *natus Floriani, col.*2. *in princ.* Ruin. *consil.*42. *n.*20. *lib.*2.† Limita, q̃n testator legauit vxori, dum vixerit in viduitate cum filiabus testatoris, quasdam quantitates grani, vini, olei, & alia, cum conditione, quod si vna, vel ambæ maritentur, aut monachentur, minui debeant dictæ præstationes pro rata, excepto grano, q̃ debetur ꝓ ea, & vna massaria, si filiæ nubant, & mater stet cum illis, non de-
28 betur legatum, nisi pro grano pro ea, & vna massaria.† Extende; quia si non retinet massariam, non etiam debetur granum ꝓ massaria; quia licet illa dictio, *Pro*, designet modum, *l. antepen.* §.1. *ff. de leg.*2. *l. si quis pro redemptione. C. de donat.* Bart. *in l. quibus dieb.* §. *Termilius. ff. de cond. & demonstr.* & modus videtur respicere commodum & vtilitatem d. legatariæ. *l. illis libertis.* §. *sed si. ff. de cond. & demonstr. l. libertis.* § *fin. ff. de alim. & cibar. leg* quo casu non tenetur cauere de modo implendo. *l. Titio, in princ. ff. de cond. & demonstr.* Bart. *d. l. quib. duobus.* §. *Termilius, n.*14. tamen quia modus respicit vtilitatem, tam legatariæ, q̃ testatoris, vt clarum est, idcirco debet impleri, & non impleto modo non debetur legatum, *l. Quintus.* §. *Pomponius. ff. de*
29 *annuis legat.* Bart. *d.* §. *Termilius.*† Limita, quando legatum fieret alicui, vt aliquid faciat, quod ꝓ hæredem non ita commode fieri potest, vel quia testator non ita confidebat de hærede, tunc legatarius censetur adhibitus vt minister, ita vt si moriatur ante aditam hæreditatem, non transmittat hæredibus, sed accrescat legatum
30 hæredi. Cuman. *d. consil.*108. *n.*2. *ver. vbi autem testator.*† Limita, q̃n legatum esset factum vxori, vel sorori, donec morabitur cum filiis, vel quousq; & quandiu morabitur cum eis. Corn. *consil.*93. *n.*
31 2. *lib.*3. & ita declarat Benintend. *dec.*98. *n.*4. *& seq.*† Limita; quia si maritus legat vxori alimenta, si steterit in domo cum filiis, si vero non potuerit, vel non voluerit stare cum filiis, vltra alimenta legat domum, & alia, si eueniat, quod stetit vxor solum cum vno filio, an debeat habere vtrunque legatum factum, si non voluerit, vel non potuerit. Cuman. *consil.*38. *arguit.* pro vtraq; parte, & dicit, quod non, sed solum habebit legatum factum, quod min⁹ est,
32 si steterit cum filiis, quia stetit cum vno ex eis. Vide, *Legatum vxori de vsufructu omnium bonorum, donec caste, & cum filijs steterit. Conclusio.*105. Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Legatum factum filiæ, donec nubat, vel donec erit vidua, quando valeat, & quando cessat, vel non. Concl.96.

1 LEGATVM† factum filiæ, donec nupserit, vel si non nupserit, quando valeat, an solum vsque ad nuptias, & quando videatur in odium nuptiarum ademptum, ita, quod valet etiam post nuptias, distingue, vt per Oldr. *consil.*162. *Thema tale est, P. condidit,* vbi, quod attenditur, an testator motus sit principaliter propter causam, quæ cessat sequuto matrimonio, & valet, aut propter o-
2 dium matrimonii, & non valet ademptio. Vide, *Matrimonium quando dicatur impediri, vel non, dispositione testatoris. Concl.*134.† Et quod valeat legatum filiæ factum, cum nupserit. Cald. *consil.*336. alias 7 *de testam.* vbi, quod imo eadem conditio censetur repetita
3 in secundo legato eidem facto vltra primum legatum. Vide, *Legatum pro maritanda legataria. Concl.*101.† Amplia; quia legatum factum filiæ, donec, vel quoad vidua permanserit, non durat, nisi durante viduitate. Baldus *d. consil.*42. *Præmittendum est, in fin. lib.*5.
4 †Extende, vt idem sit, quando dixit: *Legauit, si vidua permanserit,* quia requiritur perseuerantia in viduitate. Bald. *d. consil.*42. *in fin.*
5 *lib.*5.† Restringe, vt non procedat, quando legatum esset vnum, & testator dixisset, si vidua remanserit, quia satis est, quod momento vidua remaneat tempore legati acquisiti. Bald. *d. consil.*42. *lib.*5. vbi facit differentiam in verbis, *remanserit,* seu *permanserit.* Vide Conclusionem proxime sequentem cum aliis.

Legatum factum filiæ in casu nubendi an debeatur, vel non, si pater viuens nupsit filiam. Concl.97.

1 LEGATVM† factum filiæ in mille in casu nubendi sibi debetur quoad supplementum, licet pater idem legans nuptui tradiderit filiam, & dotauerit in quingentis, quia poterit petere alia quingenta, & sic supplementum legati. Bald. *consil.*202. *Pater lega-*
* *uit, in fin. ver. sed si non esset, lib.*1. communem* dicit Ias. *in l. filia legato-*

*rum, n.*3. *C. de legat.* Alex *consil.*7. *col. pen. lib.*2. Bart. *in l. Lucius, la*1. *ff. de leg.*2. & ibi concord.† Contrarium tenent Dynus, & sequaces, q̃n 2
fuit factum legatum pro maritanda filia, vel pro dotanda; quia, si maritetur ab eodem, vel dotetur in minori summa, cessat causa legati, ita refert Dynus *in l. Lucius, la prima. ff. de leg.*2. vbi etiam Ioa. de Imol. & *in c. cum filius, de testam.* Salyc. *in consil.*71. *inter consil. vltim. volunt.* Campeg. *de dote. q.*36. pro qua quæstione vide Alex. & alios *in l. filia legatorum. C. de legat.*† Amplia, vt multo magis sibi debea- 3
tur, quando fuit simpliciter factum legatum filiæ; quia licet pater eam postea dotauerit: tamen habebit integrum legatum. *d. l. filia legatorum. C. de leg.* Bald. *d. consil.*202. *in princ. lib.*1. Ias. *in d. l. filia. C. de legat. in princ.*† Declara; quia licet legatum à patre factum filiæ sit 4
simplex, tamen censetur causa dotis, & ideo si detur postea dos, tenetur compensare filia. Ruin. *consil.*223. *n.*4. *lib.*1.† Amplia, vt 5
procedat etiam, quod legatum factum pro dote filiæ per patrem debeatur, etiam si postea pater filiam dotauit, quia dos potest constitui etiam pro matrimonio præterito. Bald. *d. consil.*202. *ver. idem, si esset legatum, circa med. lib.*1.† Limita, vt non procedat, quando pa- 6
ter legauit filiæ mille in casu nubendi, si postea pater dotauit eandem filiam, & fecit eam generaliter renunciare de amplius quicquam non petendo, tam ex testamento, quam ab intestato cum iuramento. Bald. *d. consil.*202. *per tot.* vbi est casus, *lib.*1.† Declara, 7
dummodo filia sciuerit testamentum, vel scire debuerit; q̃ tunc procedit limitatio, alias secus; quia generalis renunciatio de contentis in testamento non valet, si renuncians illa ignorat. *l. de ijs. ff. de transact.* Bald. *d. consil.*22. *in fin. lib.*1. Vide, *Legatum factum filiæ, cum nupserit, quando, & qualiter debeatur. Concl.*100.

Legatum factum de dote soluta per patrem filiæ non debetur iterum, & quando secus, & quid operetur. Concl.98.

LEGATVM† dotis valet factum per patrem filiæ, licet eandem 1
dotem soluerit ante legatum, ideo si pater dedit dotem filiæ centum scut. &, post q̃ dedit, legauit eidem filiæ scuta centum pro dote iure institutionis, valet, & debetur legatum, & operatur, ꝓ filia succedens patri, q̃ teneretur conferre dotem illam, non confert; quia habet ex particulari legato. Rom. *consil.*253. *Videmus primo, in princ.* vbi, ꝓ legatum continet solum illud, quod habuit filia, non autem, ꝓ iterum duplicetur.† Sed tamen non debetur ite- 2
rum idem legatum scut.100. pro dote, cum illa habuerit, ita Rom. *d. consil.*253. *in princ. ver. nec enim præsumendum.*† Extende; quia si pa- 3
ter promisit genero scuta 50. pro augmento doris, postea eadem 50. legauit filiæ, non debentur, nisi semel, & filia tunc demum petere potest, si duo faciet: Primum, ꝓ promittat, ꝓ non amplius petet, & releuet indemnes hæredes à petitione mariti. Roman. *d. consil.*253. *in fi. v. quoad secundum.*† Limita, quando non legatur dos, 4
sed legatur pecunia, q̃ pro dote data est, & sic ius dotis datæ consolidatur in filia dotata; quia tunc pater censetur legare æstimationem dotis datæ in bonis, ita, ꝓ loco corporis habebit pecuniam, & isto casu etiam non duplicatur, sed si dos esset in pecunia, tunc censetur legatum factum in pecunia fauore mulieris, vt illud habeat. & adueniente restitutione dotis etiam consequatur dotem à viro, seu ab hæredibus mariti. Rom. *d. consil.*253. *in princ. v. aliquando vero,* vbi apost. *in ver. determinat,* dat conc. & dicit* com- *
munem, & in hoc versatur totum consilium Romani, vbi est casus.† Ratio est; quia non præsumitur pater legare solum ius, ꝓ ex 5
morte sua consolidabatur in filiam, quia frustra mihi legatur, ꝓ meum est. Rom. *d. consil.*253. *col.*1. *circa fin. ver. & huius dicti ratio est.*
†Sed hæc ratio procedit solum, quando legatur pecunia, & dos 6
est in pecunia, secus, si dos est in bonis, quia videtur legare illud ius tantum, quod habet, & debet consolidari. Rom. *d. consil.*253. *in fin. ver. aliquando vero.* Vide ad hanc materiam plenissime Beroum *consil.*47. *n.*5. *& seq. lib.*2. vbi dicit* communem, quod si legatur fi- *
lio eadem quantitas, puta mille pro dote, debet habere legatum, etiam si dotem habuit in mille, & si est legatum in diuersa specie dicit non habere difficultatem. Vide, *Legatum idem pluries factum ab eodem, & eidem legatario. Concl.*76.

Legatum factum pro dote quando præferatur aliis legatis, vel non, & qualiter. Concl.99.

LEGATVM † factum filiæ, vel alteri pro dote præfertur aliis le- 1
gatis, si bona testatoris non sufficiunt, q̃a est priuilegiatum. Bart. *in l.*2. § *fin. ff. de priuil. cred.*† Declara, vt per Cast. *consil.*323. *Viso* 2
*puncto, in princ. lib.*1. vt præferatur legatum filiæ pro dote aliis legatariis, tan q̃ æs alienum, & priuilegiatum, si extant bona patris legantis, sed non sufficientia, non tamen præfertur tale legatum creditoribus hæredis in bonis hæredis.† Extende, quia legatum 3

dotis præfertur creditoribus hæredis in bonis testatoris, quantumcunq; creditores sint anteriores in hypotheca contra bona hæredis; quia non releuat in bonis testatoris in præiudicium legatorum. Castr. *d. consil. 323. in princ. lib. 1.* vbi dicit legatarios obtinere p separationem bonorum p *l. quoties.* quæ est pen. *ff. de separatiõ.* †Amplia; quia legatum factum filiæ, vel nepti, q̃ est exclusa à statuto, stantibus masculis, debetur sub conditione, si nupserit, ex quo excluditur à legitima, ideo non transmittitur, sed bene debet deduci ante legitimam masculorum. Alex. *consil. 36. Consideratis, in princ. iuncto n. 7. ver. potest etiam petere. lib. 7.* vbi apost. *in ver. numero*, dat concord. †Amplia; quia legatum factum p maritum vxori de dote simpliciter non debetur, nisi doceat de instrumento dotali, tamen si legat certam summam ꝑ dote, bene debetur. Castr. *consil. 244. Viso, & examinato, in fin. lib. 2.* Vide, *Confessio facta in testamento absenti non probat, & quando secus. Concl. 639.* †Extende; qa p legatum dotis factum p maritum vxori de certa quantitate pro dote vxoris habita, si non constat de solutione dotis aliter; q̃ per confessionem testatoris, non probatur dos, sed debetur vt legatum. Castr. *d. consil. 294. in princ. lib. 2.* vbi dicit *communem, & ideo si mandauit, q̃ legata soluantur ex fructibus, istud legatum, ꝑ ut alia, solui debet de fructibus. †Restringe; quia legatum dotis 400. factum per maritum vxori pro dote per eum habita, de qua constat instrumentum, debetur omnino, & regulatur prout alia legata, ideo si testator dixit, q̃ legata soluantur ex fructibus, tale legatum dotis, de qua constat, non comprehenditur in tali dispositione. Castr. *d. consil. 294. In causa quæ vertitur, col. 1. ver. sed hic per instrumentum, lib. 2.* vbi idem dicit, si fuit dictum, *lego, & relinquo*, quia licet quoad factum dicatur relicta, tamen quoad iuris effectum, qui in dubio attendi debet, regulatur, vt dos. †Limita; quia statutum de cessantibus, quod mandat omnes creditores concurrere, non obstante hypotheca, vel prioritate, exceptis dotibus, q̃ præferantur, non habet locum in dote legata nondum sequto matrimonio, quia non dicitur dos proprie, & statutum proprie intelligi debet vltra, quod in dubio interpretatur, vt conferuet priuilegium iuris communis, non vt priuilegium nouum inducat. Castr. *d. consil. 323. num. 2. ver. item adhuc, lib. 1.*

Legatum factum filiæ, cum nupserit, qualiter, & quando debeatur, & transmittatur, vel non. Conc. 100.

1 LEGATVM †factum filiæ, cum nupserit, pro quantitate legitimæ, licet adsit conditio, dicitur tamen purum, & debetur, & transmittitur ad hæredes non purificata conditione. Alex. *consil. 55. Viso tit. n. 7. & seq. lib. 2. & p tot.* Flor. à S. Petr. *consil. 9. n. 3. & seq. v.* 2 *circa secundum.* †Extende etiam stante statuto, q̃ sit contenta legato facto à patre; quia licet tollat legitimam, non tamen admittit conditionem in quantitate legata, qa cum statutum sit correctorium in vno, non debet esse etiam in alio. Alex. *d. consil. 55. nu. 7. & seq. lib. 2.* Flor. *d. consil. 9. n. 3. & seq. ver. circa secundum*, maxime *n. 6. &* 3 *seq.* †Restringe in extraneo, vel in filio vltra legitimam. Alexan. *d.* 4 *consil. 55. in princ. lib. 2.* †Restringe, q̃n filia esset exclusa à legitima propter masculos, sed q̃ dotetur; qa isto casu legatum erit conditionale, ꝑ put in extraneo, & non transmittitur. Alex. *cons. 36. Consi-* 5 *derati, in pr. lib. 7.* †Declara totam istam materiam; quia legatum dotis, aut est purum, vel in diem certam, & quoad effectum transmissionis ad hæredes legatarii cedit à die mortis testatoris, si v. est sub conditione, vel in diem incertam, tunc quoad transmissionem cedit à tempore euenientis conditionis, vel diei incertæ, ita Alex. *cons. 42. Consideratis, in pr. li. 7. & p tot.* vbi à sufficienti partium enumeratione concludit, si legatum est factum ab auo nepti, quæ decessit nupta, & consummato matrimonio, licet non traducta, habet locum transmissio, etiam si fuisset conditionale, secundum * magis *communem, quia fuit purificata conditio, & ibi apost. *in ver. conditionale. & in ver præsenti*, dant plurimos concor. Vide, *Legatum* 6 *conditionale non transmittitur, & quando secus. Concl. 39.* †Limita, quia legatum factum mulieri, cum nupserit, habet duplicem conditionem, videl. tempus, quo incipiat deberi, cum nupserit, & conditionem, q̃ soluatur, postq̃ nupta erit, & idem, si legatum factum sit, dum nupserit, videl. quando nupta erit. Castr. *consil. 309. In isto facto, col. 2. ver. tertio facit dubium, lib. 1.* vbi apostil. dat conc. super di- 7 ctione, *cum*, vt faciat conditionem. †Extende; quia si esset factum sub duplici conditione expressa, videl. dum, vel cum nupserit, & post mortem hæredis, non sufficit, quod sit nupta, si alia conditio 8 non esset impleta. Castr. *d. consil. 309. col. 2. ver. tertio facit, lib. 1.* †Limita; quia legatum factum nedum certæ mulieri in specie, cum nupserit, sed etiam in genere omnibus filiabus legantis, debetur tam puellis, q̃ viduis, quia nuptiæ sunt fauorabiles. Castr. *d. consil.* 9 *309. in fin. ver. quarto facit, lib. 1.* †Limita, quando auus legasset dotem nepti non contemplatione patris, quia tunc dicitur tanq̃ ab extraneo, & dicitur legatum conditionale. Alex. *d. consil. 42. num. 5. ver. aut diceremus, lib. 7.* †Restringe, quando auus legasset contem- 10 platione patris; quia dicitur purum legatum. Alex. *d. consil. 24. nu. 4. ver. aut nos dicimus, lib. 7.* †Sufficit igitur, quod legataria in ætate 11 legitima constituta 12. annorum contraxerit matrimonium per verba de præsenti, vt dicatur purificata conditio. Alex. *d. consil. 24. in princ. lib. 7.* vbi dicit magis *communem, & ibi apost. *in ver. præsenti*, dat plurimos concord. Vide Conclusionem proxime sequentem. Vide etiam plenius, *Legatum pro dote, & occasione dotis. Concl. 102.* Vide, *Legatum factum filiæ in casu nubendi. Concl. 97.*

Legatum pro maritanda legataria quando, & qualiter debeatur, vel non. Concl. 101.

LEGATVM †factum de quinquaginta pro maritanda puella, si 1 decedat, anteq̃ maritetur, non debetur, neq; anteq̃ sit maritata, quia legatum est conditionale. Bar. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst.* & ideo non transmittit ad hæredes. Bald. *consil. 390. lib. 3.* Ang. de Perus. *consil. 30.* D. *Francisca, in pr.* vbi declarat hoc esse verum in eo, qui non tenetur maritare puellam, alias secus. †Et huiusmodi legatum pro maritanda puella, perinde est, 2 ac si esset dictum ꝑ dote; quia non maritantur mulieres sine dote. Castr. *consil. 214. Ego Paulus, lib. 1.* †Declara tñ; quia si est factum 3 legatum coniunctim duabus neptibus testatoris, tunc ꝑpter intentionem testatoris, & pietatem, ac consanguinitatem, si vna decedat, anteq̃ nubat, legatum accrescit alteri legatariæ coniunctæ. Bald. *consil. 174. Facinus vendidit per tot. lib. 1. & cons. 390. Factum tale est, lib. 3.* †Amplia, vt idem sit in legato facto filiabus, cum nu- 4 pserint, ꝑ dote; quia non debetur, nisi tempore, quo nubunt, q̃n non possunt illud petere ꝑ legitima, veluti q̃n extat statutum, q̃ fœminæ non succedant cum masculis, sed dotentur; quia intelligitur, si nubant, licet interim alimenta consequi debeant. Cuma. *cons. 46. Pater filijs, circa fin.* Vide, *Statutum circa successionem excludens* *filias succedere cum masculis. Concl. 661.* †Amplia, qa legatum factum 5 in subsidium nubendi puellam, si puella est nupta, & dotata sine legato, legatum non debetur, quia cessat causa finalis legati, secus esset forte, si esset nupta, sed non dotata. Bal. *cons. 360. Quia dictum legatum, lib. 4. & cons. 478. Considerato, q̃ testator, lib. 5.* vbi, q̃ debuit petere legatum ante contractum matrimonium, alias non debetur; quia cessat causa legandi. † Contrarium, q̃ imo legatum fa- 6 ctum Bertæ ꝑ ea maritanda de 100. scutis, ipsi debeatur, etiam si tempore testamenti, & mortis sit maritata. Alex. *consil. 146. col. 2. lib. 5.* allegat tex. *in l. pen. C. de instit. & substit.* †Et pro hac parte con- 7 traria, q̃ debeatur totum legatum, puta pater legauit 100. filiæ ꝑ dote, postea maritauit eam cum quinquaginta, & moritur pater cum illo testamento, filia debet habere reliqua quinquaginta, qa licet cesset dos, tamen non cessat augmentum dotis. Castr. plene *consil. 210 Ego Paulus, lib. 1.* †Declara; quia si legatum, puta 100. fiat 8 Bertæ, & sic certæ personæ pro ea maritanda, debetur, etiam si esset maritata tempore legati, secus si legatum esset factum incertæ puellæ, quia si tempore legati esset maritata, non deberetur, ideo non posset eligi iam maritata. Bald. *in l. fin. ad fin. C. de sent. q̃ sine certa quantit.* sequitur Alex. *cons. 146. col. 2. lib. 5.* †Extende; quia imo si 9 fiat legatum puellæ ꝑ dote, q̃ non debetur, nisi sequuta morte testatoris, si post testamentum, & ante mortem testatoris nupsit, debetur legatum *l. hæc conditio. la 1. ff. de cond. & demonst. in prin.* †Re- 10 stringe, q̃n testator non legasset simpliciter ꝑ dote, sed pro dote, casu, quo non esset maritata tempore mortis testatoris, & non aliter, quia si mulier fuit maritata post testamentum ante mortem testatoris, licet remanserit vidua viuente testatore, & tempore mortis testatoris non debetur legatum. Rota Flor. die 3. Jul. 1531. licet aliqui dissenserint, & casus sit valde dubius, & certe in dubio pro dote est pronunciandum †Amplia; quia legatum factum in 11 casum, & tempus nuptiarum non debetur ante, & fruct⁹ debentur interim hæredi, non autem legatario. Bald. *consil. 356. Si vasallus. n. 8. v. super nono. lib. 5.* †Limita, q̃n dies, & conditio nuptiarum, 12 vel matrimonii adueniret solutioni faciendæ, & non substantię legati, qa tunc esset purum, & transmitteretur ad hæredes, imo esset debitum, & si non nubat, dummodo ad nubilem ætatem pueniat, quia deberetur. Bald. *consil. 285. Super primo, n. 4. ver. super tertio, lib. 3.* vbi sic distinguit, aut dies, & conditio est adiecta solutioni, & est purum, aut substantiæ legati, & est conditionale. †Limi- 13 ta; qa si pater vltra legitimam leget filiabus duabus libras mille, & grauat onere fideicommissi in eo, q̃ excedit legitimam, saluo, q̃ vna decedente, altera pro sua maritare habeat libras 500. illa verba, *pro sua maritare*, important, vt maritare possit, ideo si iam erat maritata, non deducet legatum ex mente testatoris. Fulgos.

consil.

consil.19.Tertio principaliter,nu.3.ver.an autem, vsq; in fin. Vide Conclusionem prox. præcedentem, & Concl. prox. seq. vbi plenius.

Legatum pro dote, & occasione dotis quando, & qualiter debeatur, vel non. Concl. 102.

1 LEGATVM †factum filiæ pro dote, vel in dotem dicitur conditionale, & non debetur, nisi quando nupserit, *l. Titio centum.§.Titio genero.ff.de condit.& demonstr.* vbi Bart. per tex. *authent. de Sanctiss. Episcop. §. sed hoc præsenti.* Bald. *consil.145. Punctus quæstionis.in fin.ver. super septimo, lib.4.* & hanc partem late tuetur Angel. *consil.124. Iolus D. Dalmatij, per totum*, vbi reprobat Dyn. Petr. & Rayner. * & dicit hanc veriorem recitatis omnibus opinionibus, & *magis communem dicit Alexand. *consil. 42. Ponderatis ijs, quæ in themate, num.2.lib.7.* Angel. *consil.392. Pierus, in princ. ver. aut dicit legatum, & consil.393. Si bene inspiciatur, in princ.* sequitur Bald. Castrensis *consil. 323.in princ. lib.1. & consil. 225. Pro euidentia. in princ. lib.* Vide, *Dotis actio quando competat mulieri, vel non. Concl. 729.* Vide Conclusionem proximam præcedentem in principio. † Contrarium tenent Dyn. & Petr. *in dict. l. Titio centum. §. Titio genero. §. sed cum ante nuptias. ff. de condit. & demonstr.* quod est modale; quia non debetur nisi in tempus nuptiarum. Bald. *consil. 249. An legatum dotis, lib. 4.* 3 vbi reprobat Bart. † Vtilitas est; quia si legatum est purum, transmittitur ad hæredes; si vero conditionale, & moriatur legataria ante conditionem, non transmittitur pro rata, quæ non est pura, & pro legitima. Cardin. Zabarell. *consil.51.colum.2.vers. ad tertium*, Vide, *Legatum conditionale non transmittitur, & quando. Concl.39.* Et 4 quod † non transmittatur, si filia moriatur, antequam nubat, si est conditionale. Castrensis *consil.225. Pro euidentia, num.1.ver. ex quibus sequitur, lib.2.* vbi, quod reuertitur ad hæredes grauatos, & eorum hæredes, prout si grauati non fuissent, sicut ad eos spectaret 5 semper solutio, si conditio purificaretur. † Vide tamen; quia imo Bald. *in l. qui filium. ff. vbi pupill. educar. debeat, in ver. impuberi*, dicit; quod dos ad maritandum legata debetur statim, quando mulier est in ætate nubili, sed Roman. *d. consil.134. num.2. ver. ex quibus*, reprobat Bald. quia ille text. narrat factum, & non disponit, vbi a- 6 postilla *in ver. Dispositio.* † Declara totam istam materiam; quia aliquando fit legatum filiæ seu mulieri, cum nubilis erit ætatis, & cum primum compleuerit duodecimum annum, sibi debetur dos imo etiam ante, si malitia supplet ætatem: & idem, si legatum sit pro maritanda, vel ad eam maritandam; quia etiam isto casu cum primum compleuerit duodecimum annum, debetur; sed isto casu tenetur præstare cautionem de nubendo; si vero legatum est in tempus nuptiarum, expectandæ sunt nuptiæ, ita Alex. *consil.77. Circa primum, in princ. lib.5.* vbi apostill. *in ver. nubilis*, vbi, q; ex quo fit mentio de dote, semper erit legatum conditionale, nisi fit loco legitimæ, vel à statuto excludente fœminas debita; quia tunc est purum, ꝑ put etiam purum dicit, quando non est suspen- 7 sum in euentum nuptiarum, allegat Crauett. *consil.101.* † Amplia, quia legatum factum puellæ pro dote dicitur conditionale, siue fiat à patre, siue ab extraneo; quia habet tacitam conditionem à lege, & à partibus subintellectam, si matrimonium sequutum fuerit, & ante actio nata non fuit, neq; obligatio, *l. stipulatus, & l. promittendo. ff. de iure dot. l. item quia*, vbi glos. Bart. & alii *ff. de pact. l. si extraneus cum tribus legibus seqq. ff. de cond. ob caus.* & in patre loquitur Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst.* Bald. & Sal. *in l. sancimus. C. de nupt.* Bald. Nouell. *de dot. in 6. parte priuil. 77.* Bald. *consil.148. Quidam dicunt. & consil.249. An legatum, lib.4.* Rom. *consil.134. in princ.* Angel. *consil.124. & consil.392. & 393.* Castren. *consil. 322. lib.1.* Alexand. *consil.77. lib.5. & consil.42. lib.7.* Socin. *consil.92. lib.1. & consil.288. col.12. num.27. lib.2.* Et in extraneo multo magis est verum. Angel. *d. consil.124.* & quod tale legatum pro dote sit * conditionale, & non debeatur, nisi nubat, est communis * opinio, de qua Bald. Nouell. *de dote in 6. parte princ. in 10. Concl.* Iason *in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Brun. late *in tract. de statut. in 10.* * *artic. post 2. quæst.* vbi, quod ita * communiter tenetur. Ruin. *consil. 64. lib.2. Paris. consil.110. lib.4.* Vide, dictio, *Pro*, quid importet. Con- 8 clus. 342. † Extende; quia consequenter ante conditionem petitio dotis legatæ non admittitur, *l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & demonst. l. cedere diem. ff. de verb. signif.* Rom. *consil.134.* Bart. & Dd. *in l. si ita* 9 *stipulatus. ff. de verb. obligat.* † Extende, etiam si ageret ad dotem ex nunc adueniente die, & bona essent hypothecata iuxta *decisionem Afflict. 279.* quia non posset; quia Afflict. loquitur, quando dies erat certa; secus si incerta, prout in casu nostro; quo casu non est nata actio, neq; obligatio, *d. l. cedere diem. ff. de verb. significa.* & quando non est nata actio, & pars opponit, non potest in iudicio aliquid peti. glos. & Doctores *in l. non quemadmodum. ff. de iudic.* Bartolus & alii *in l. de pupillo. §. si plurib. ff. de nou. oper. nunciat.* Alexand. *consil.95. lib.1.* Cagn. *in l. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur.* Aretin. *in l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obligat.* vbi dicit hoc indubitanter esse verum, quando actio orta non est. † Extende, vt procedat, et- 10 iam si puella, cui dos relicta, esset nubilis ætatis; quia adhuc non debetur, nisi nubat cum effectu; quia non solum requiritur laps⁹ dicti ad præstationem legati, sed etiam implementum conditionis, & sic quod nubat, vt per Bart. & alios *in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst.* & propterea agens debet repelli à limine iudicii ante implementum conditionis. † Contra hanc exten- 11 sionem, quando sumus in legato facto à patre, vel à matre ꝑ dote filiæ, vel vt maritetur, & viro tradatur, si puella est nubilis ætatis, debeat solui legatum, etiam si non est nupta, data cautione de se nubendo, & in euentum, quod si non maritetur, de restituendo legato, videtur de mente Bart. *in d. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonstr. in fin.* vbi Castr. & alii, nam continet vnam tantum conditionem, *Si puella peruenerit ad ætatem nubilem*, quę est purificata, maxime quando testator ipsam ꝑ purificata habuit, vt si nuptiis certum terminum prefixit, & quia in reliquo legatum est modale. † Declara; quia si legatum fiat impuberi pro dote, quia 12 incertum est, an ad nuptiarum ætatem perueniat, & est conditionale, aut legatum est adultæ, & quia adest ætas nubilis, & fit sub modo, ideo cauendo de modo implendo debetur statim, ita Bal. *consil.249. An legatum dotis, circa med. v. sic possumus distinguere, lib.4.* & plura ad hoc Rom. *cons.134. n.2.* licet ipse teneat ibi contrarium; qa est conditionale, si sequatur matrimonium. † Vel si dicamus lega- 13 tum esse ob causam, similiter cum puella est nubilis ætatis debet solui. Bald. *consil.486. ad fin. lib.5.* late Gramm. *consil.57. Proponitur in themate.* Bart. *in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonstr.* † Declara maxime legatum deberi puellæ nubilis ætatis factum à 14 patre, vel à matre, quando præstatur cautio de nubendo, vel de restituendo, si non nubat, quando tale legatum non est sufficiens ad integram dotem puellæ; quia non magis ad dotem, q̃ ad apparatus applicatur, & est modale, non conditionale, vt per Castr. *d. §. Titio genero.* † Quod imo semper sit conditionale, quando pater 15 non tenebatur ad legitimam, neq; ad dotem, & quod non possit esse sub modo, probat Rom. *consil.134. col.2. ver. ijs tamen non obstantibus*, vbi, quod præsumitur sub conditione, si nuptiæ sequantur, item; quia modus esse non potest, quia dicitur modus, quando grauatur, sed hic honoratur, vt nubat, & dato, quod modale esset legatum, debent expectari nuptiæ, vt ibi. † Declara; quia si extat 16 statutum, ꝙ stantibus masculis fœminæ non succedant, sed dotari debeant, ex quo non debetur legitima, dos recipit conditionem. Castr. in casu statuti Lucani *consil.59.* & in statuto Senarum *consil.469. n.2.* & in statuto Florentiæ *consil.323. Viso puncto, in princ. lib.1.* & in statuto Vincentino Castr. *consil.225. Pro euidentia, in princ. lib.2.* Vide supra *num.4.* † Declara; quia si legatum fiat ab obliga- 17 to ad dotandum, non erit conditionale, sed purum, si vero fiat ab eo, qui non obligatur ad dotandum, erit conditionale. Angelus de Perusio *consil.30. D. Francisca, in princ.* & hanc partem tenet Ancharan. *consil.232. per tot.* vbi si pater dotauit, & hæredem instituit filiam excluſam à statuto, quando est dotata, dos transmittitur, & est pura, & hæc est vera distinctio, quam ponit Roman. *consil.134. Pro declaratione, in princ.* vbi apostilla *in ver. verius*, citat plurimos. Vide, *Statutum circa successionem excludens filiam, & neptem à patre, vel* ¶ *quo dotatam. Concl.660. cum concl. ibi proxima seq.* † Declara; quia li- 18 cet non debeatur legatum, nisi in tempus nuptiarum, debentur tamen interim alimenta filiæ legatariæ sub ista conditione. Bald. *d. consil.237. Titius in testamento, num.4. ver. vlterius quæritur, lib.1.* Roman. *consil.134. Pro declaratione, in princ. vsq; ad num.3.* & infra *n.60.* † Imo eo ipso, quod legans pro dote, si prouidit etiam de alimen- 19 tis puellæ, clare disponit, quod non debetur dos, nisi sequuto matrimonio. Salyc. *in l. sancimus col. fin. C. de nupt.* Campeg. *de dote q.29.* Castr. *consil.322. n.1. lib.1.* † Declara; quia vsque ad legitimam, quæ 20 non recipit grauamen, neque conditionem, est purum legatum. Baldus *consil.248 Quidam dicunt, & consil.249. in princ. & consil.145. in fin. ver. super septimo, & consil.301. Inprimis, lib.4.* vbi, quando in dote possit pater grauare filiam, vel non. Angel. *d. consil.124. per tot.* vbi loquitur etiam stante statuto, quod sit contenta legato. Cardin. Zabarella *consil.51. num.2.* vbi late distinguit Bart. plene *consil. 200. Quæritur, lib.1. & consil.45. Super quæstione, num.4. ver. secundo quæritur,* & iterum *consil.50. Viso testamento, num.5. ver. secundo quæritur, lib.1.* & infra *num.43. ver. limita, cum seq.* † Amplia, vt idem sit 21 in legato facto dotis nomine; quia est conditionale secundum veram opinionem Angel. *dict. consil.393. Si bene inspiciatur, in princ.* Roman. *dict. consil.134. num.2.* vbi plura allegat. † Extende; quia 22 legatum dotis factum filiæ excluſæ à statuto, quod est con-

ditionale, si soluatur ante nuptias, adhuc etiam erit solutio cum eadem conditione, licet nihil sit dictum. Cast. *consil.* 225. *Pro evidentia, in princ. lib.* 2. vbi, quod verba, *de non veniendo contra*, sic intelliguntur. † Declara; quia etiam si fiat à patre filiæ, non debetur nisi tempore nuptiarum, stante statuto, prout Tergesti, quod filia nihil consequi possit, si pater aliquid pro benedictione reliquit filiæ. Card. Zab. *consil.* 60. *Pro exam natione.* † Amplia; quia sine difficultate est conditionale, quando fuit dictum, *cum nupserit*, vel, *viro tradetur*. Bald. *consil.* 486. *Super eo primo puncto, lib.* 1. Alex. *consil.* 55. *Viso titulo quæstionis, col.* 1. *lib.* 2. *& consil.* 36. *Consideratis narratis, lib.* 7. † Amplia; quia legatum factum mulieri, *si nupserit*, est conditionale, ideo ea mortua, antequam sit nupta, expirat legatum. Ang. *consil.* 124. *n.* 3. *circa fin. ver. sed adhuc, & consil.* 392. *Pierus olim, in princ.* vbi dicit hanc veram * opinionem. † Extende; vt idem sit in legato, *dum nupserit*, vel, *cum nupserit*, vel, *quando nubet*, quia dictio, *dum*, vel, *cum*, importat aliquando modum; tamen non debetur legatum, nisi sequutis nuptiis. Ang. *d. consil.* 124. *n.* 3. *in fin. ver. sed adhuc.* † Restringe; quando legatum fieret mulieri, *si nupserit tali*, quia si per eam non stat, quia vult, & ille recusat, conditio habetur pro impleta. Ang. *d. consil.* 124. *n.* 3. *in fin. ver. sed adhuc.* † Restringe, quando legatum esset factum mulieri, *vt nubat*, vel, *ita vt nubat*, quia tunc dicitur purũ, & sub modo, non autem sub conditione. Angel *d. consil.* 124. *n.* 3. *in fin. ver. sed adhuc.* † Declara; quia vbicunque legatum est clarum, & constat de mente legantis, q̃ sit purum, vel modale, aut conditionale, semper stamus menti, & non verbis, ideo erit talis, qualis fuit mens. Ang. *d. consil.* 124. *n.* 3. *in fi. v. prædicta vera, & consil.* 392. *n.* 1. *in fin.* Castr. *consil.* 125. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia, vt p̃cedat etiam in fratre, vel alio obligato dotare, puta sororem, vel aliam personam amore Dei; quia si legaret pro dote, intelligeretur in exequutione eius, quod debet, & propterea erit legatum conditionale. Angel. *d. consil.* 124. *n.* 4. *ver. si verò tale legatum.* † Amplia; quia vbicunque mulier grauatur de restituendo legato nuptiis non sequutis, semper legatum factum in causam dotis, vel p̃ nuptiis, aut in causam nuptiarum, erit conditionale. Ang. *d. consil.* 393. *in fin. ver. vnum autem addo.* Amplia; quia † legatum pro dote, vel ob causam dotis, vel dotis nomine incertum certificandum arbitrio boni viri (quia testator dicit, *relinquo dotem tali mulieri*) ex quo ante matrimonium deficit substantia legati, dicitur conditionale. Ang. *d. consil.* 124. *n.* 3. *in fin. ver. si autem legatum relinquitur.* † Amplia, quia natura legati est, vt soluatur mortuo testatore; ideo si testator legat centum Bertæ p̃ dote, & nubat viuente testatore, licet legatum debeatur; non tamen solutio est facienda, nisi mortuo testatore, etiam si dicat, *cum nupserit*, vel quid simile. Cast. *consil.* 309. *col.* 2. *in fin. & col. fin. lib.* 1. *ver. solutio vero.* † Amplia; quia legatum factum in subsidium nuptiarum est conditionale, prout legatum factum pro dote. Angel. *d. consil.* 392 *n.* 2. *in fin. & seq. ver. quando autem relinquitur.* † Restringe, quando legatum esset pure factum; quia licet adiecerit testator, quod volebat legatum esse in auxilium sui nuptus, & amore Dei, tamen non est conditionale, sed modale; ideo debet solui legatariæ data cautione de restituendo, si non sequantur nuptiæ, & interim habebit vsum fructũ, & proprietatem. Ang. *d consil* 392. *n.* 3. *ver. videamus, an testator, vsq; in fin. & consil.* 393. *Si bene inspiciatur, per tot.* maxime *nu* 2. *vsq; in fin.* † Amplia; quia legatum factum filiabus Titii pro dote, quando nupserint, debetur totum filiæ superstiti, q̃ nupserit, etiam si aliæ mortuæ fuerint; q̃a non transmittunt ad hæredes ante euentum conditionis, sed debetur totum legatum superstiti. Bald. *consil.* 390. ☞ *Factum tale est, quidam. lib.* 3. Vide, *Legatum pro maritanda legataria quando, & qualiter debeatur. Concl.* 101. † Amplia; quia legatum factum fraticellis de certis domibus testatoris pro vsu fraticellorum, dicitur conditionale, ita, quod dominium est hæredis, vsus legatariorum de æquitate; secus de rigore iuris. Baldus *consil.* 59. *Quædam mulier. lib.* 5. *per tot.* † Amplia, quia legatum factum Bertæ, si Seio per matrimonium copulabitur, non debetur statim, quod nupsit Seio, sed requiritur, quod traducta sit ad domum Seij, & sequuta sit carnalis copula; quia attenditur effectus. Bald. *consil.* 200. *In causa ista, n.* 3. *ver. pone, testator, lib.* 3. † Amplia; quia si extraneus legat mulieri certæ, vel incertæ vxori futuræ; tunc legatum erit indistincte conditionale, & nisi sequatur matrimonium, non debetur. Ang. *consil.* 124. *n.* 5. *ver. cæterum si per extraneum.* Zab. *consil.* 51. *n.* 2. † Limita; quia legatum factum pro dote debetur, etiam si mulier sit nupta, vel dotata; quia censetur in augmentum dotis, & non cessat, quasi cesset causa; quia sit dotata. Castr. *consil.* 309. *n.* 2. *ver. secundo facit, cum seq. lib.* 1. † Limita; quando legatum esset factum occasione dotis, quia non est conditionale, sed debetur statim, ex quo verbum *occasione*, denotat causam remotam, & impulsiuam. Bald. *d. consil.* 237. *num.* 4. *& 5. ver. v. ter ius quæritur, lib.* 1. † Declara, nisi tala relictum occasione dotis fieret mulieri extraneæ; quia tunc est conditionale, secus si filiæ. Ang. *consil.* 393. *Si bene inspiciatur, in princ.* † Limita, quando legatum pro dote fieret filiæ vel nepti impuberi, vel alias cui debetur legitima; q̃a cum legitima debeatur pure, legatum erit purum. Bald. *d. consil.* 248. *& 249. lib.* 4. *& consil.* 403. *Videtur prima facie, in fin. lib.* 4. Ang. *consil.* 124. *n.* 4. *ver. distingue*, vbi dicit, p̃cedere, siue leget p̃ dote, vel ob causam dotis vel dotis nomine, vel ob eam dotandam. Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & dem.* & supr. *n.* 20. † Extende, vt p̃cedat etiam, q̃n extaret statutum, prout Tuderti, q̃ filia sit contenta dote legata à patre; quia quoad quantitatem legitimæ dicitur purum legatum factum pro dote filiæ. Ang. *consil.* 124. *per tot.* maxime *num.* 4. & idem de statuto Bononiæ. Alex. *consil.* 55. *Viso titulo, per tot. lib.* 2. vbi, quod ista est veritas, quia dos succedit loco legitimæ, quæ in totum tolli non potest, ergo neq; sub conditione legari, q̃a si non nuberet esset sine legitima. † Extende limitationẽ, vt imo si fiat legatum filiæ p̃ dote, cui debetur legitima, etiam si excedit legitimam, in totum sit purum; quia legitima trahit reliquum, ne de eodem legato diuersitas inducatur. Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero. n.* 4. *ver. sed in patre. ff de cond. & dem.* † Contrarium, quod imo in eo, quod est supra legitimam, sit modale, vel conditionale, & non debeatur pure, sicut portio legitimæ, tenet Bald. *d. consil.* 249. *post med. ver. veniendo autem ad casum lib.* 4. & reprobatur in totum Bart. Angel. *consil.* 124. *n.* 4. *ver. distinguo.* Declara, vt per Ang. Aret. *in tract. de testam. gloss.* 61. *per tot* vbi distinguit plenissime, vide eum. † Limita, quando legatum fieret non in titulum dotis, sed in quandam præparationem, veluti si dicatur, *ad hoc, vt nubere possit*, vel, *facilius nubere possit, lego centum.* quia legatum est purum. Bald. *d. consil.* 249. *circa med. v. sed si non concernit, lib.* 4. sequitur Crauett *consil.* 101. *ver. secundo quia.* † Limita, quando testator legat filiabus mille pro dote, quæ voluit posse petere, & habere, cum ad nubilem ætatem peruenerint; quia non expectatur matrimonium. Castrensis *consil.* 125. *n.* 2. *lib.* 1. † Limita, quando extat in ciuitate, prout Tuderti, communis vsus loquendi, quo ad dos sit proprium patrimonium, seu matrimonium mulieris, prout consueuit dici, ista puella habet magnam dotem, & magnum patrimonium, seu magnum matrimonium, quia debetur simpliciter. Bartol. *consil.* 200. *Quæritur de leg. lib.* 1. *circa finem, & consil.* 45. *Super quæst. num.* 4. *ver. secundo quæritur. & consil.* 50. *Viso testamento, n.* 5. *ver. secundo quæritur. lib.* 2. † Limita; quia si pater legat filiæ pro dote extra legitimam; non debetur, nisi sequutis nuptiis, secus si vltra legatum dotis factum faceret aliud legatum simplex; quia non debet subintelligi repetitio dotis, neq; tacita conditio, quæ inest primo legato. Roman. *consil.* 134. *Pro declaratione, in fin. num.* 7. *ver. circa quintum*, vbi apostilla *in ver. si in diem.* † Limita; quia licet conditio insit in promissione, vel legato dotis, vt sequatur matrimonium; tamen fallit respectu mulieris, quando p̃mittens, vel testator voluit donare, secus respectu mariti; quia semper est verum, quod maritus non consequitur dotem, nisi sequuto matrimonio. Ias. *in l. item quia, num.* 7. *ver. quarto nota. ff. de pact.* † Limita; quando extarent coniecturæ, quod testator, vel p̃mittens voluit legatum esse liberum. Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. num.* 3. *ver. concluditur ergo. ff. de condit. & demonstrat.* veluti si erat alias daturus, vel si consuetudo sit, appellare dotem matrimonium mulierum, plene Crau. *consil.* 101. vbi ponit multas coniecturas, veluti si grauatur restituere, si fiat pupillaris substitutio, allegat etiam Corn. *consil.* 40. *colum. pen. lib.* 3. & Crauett. ponit, quando legatur, vel donatur iam in matrimonio collocatæ. Castr. *consil.* 125. *Viso testamento, num.* 2. *ver. in contrarium, lib.* 1. † Limita; quando dos, vel causa dotis non adiicitur substantiæ legati, sed exequutioni, ita Crauett. *consil.* 101. allegat Bald. *consil.* 168. *Super primo, ver. tertio. lib.* 3. Socin. *consil.* 92. *col.* 5. *ver. confirmatur, lib.* 1. qui loquuntur in legato, donatione facta pro dotanda, & matrimonio collocanda muliere. Ang. Aret. *consil.* 71. *Viso dicto themate, num.* 8. *& seq. ver. nec obstant.* † Extende idem, si pater relinquat simpliciter filiæ mille pro dote; quia licet adiiciat, quod petere, & habere possit, cum erit ætatis nubilis, tamen est purum; quia verba, *nubilis ætatis*, sunt appositæ exequutioni, non substantiæ legati. Castrensis *consil.* 125. *Viso testamento, nu.* 2. *lib.* 1. † Limita quatuor modis, vt per Baldum Nouell. *de dot. in* 5. *par. priuil.* 70. *num.* 2. & Laur. de Palat. *in* 7. *volum. tract. in tract. de succes. in* 3. *part. num.* 28. † Primo, quando testator legat mulieri, quæ alias sine illo legato potest nubere, & dotari. Secundo † si ex coniecturis apparet, quod testator erat relicturus, licet non pro dote. † Tertio, quando puella est nubilis ætatis, & præstat cautionem. † Quarto, quando ex consuetudine, & vsu patriæ vocatur dos etiam ante nuptias, quibus casibus legatum pro dote potest peti, & exigi. † Limita, quia licet legatum

pro

pro dote sit conditionale, si sequatur matrimonium; secus est, si legantur alimenta puellæ; quia pure debentur. Castr. *consil.323.n.1.lib.1.* incipit, *Viso puncto*, & loquitur stante statuto Florentin. Vide supra *n.18.* †Extende; qa si patruus legat neptibus scuta 2000. pro dote, quæ voluit deponi per hæredem penes amicum testatoris, quem grauauit ad præstandum alimenta ex fructibus dictarum pecuniarum, prout sibi videbitur; mortuo amico si hæredes amici negant habere alimenta; quia esset vsura, compelluntur exhibere libros, & si apparet, quod ex negociatione lucrantur, compelluntur vsque ad dimidium lucri alimentare. Vide, *Vsura quid sit, in quibus cadat. Concl.336. cum concl. sibi proxima seq.* †Limita; quia si maritus legat vxori mille pro dote, de qua dixit constare instrumentum, licet de instrumento non constet; tamen debetur vti legatum. Roman. *consil.201. Pro dotatione, in princ.* †Declara omnia superius dicta, quod si legatum fiat ab eo, qui non tenetur dotare, & legat pro dote, inspicitur causa legandi, an sit finalis, & interest legantis mulierem dotari, prout si esset dedecus leganti, q indotata esset mulier, vel alias sua interesset; & isto casu cessante causa cessat legatum, & consequenter si non nubat, non habebit legatum, & idem, si interest tertio, vt quia legatur mulieri, si nubat Titio; quia interest Titii, cuius contemplatione legatur, si vero causa est impulsiua, vt quia legatur castrum mulieri diuiti, quæ alias nubere potest de suo; tunc quia causa dotis non est finalis, legatum debetur etiam cessante causa impulsiua. Ang. *consil.124. Iolus Domini Dalmatij. col. pen. n.4. ver. si autem testator*, vbi dicit ista legata regulari ex causa, non autem dici conditionalia, vel modalia. †Extende declarationem, vt procedat siue legetur mulieri pro dote, siue promittatur aliquid pro dote in contractu; quia paria sunt. Angel. *d. consil.124. num.4. in fin. ver. prædicta autem vera*, imo magis in contractu, quam in legato; quia magis fauendum est vltimæ voluntati. Bald. *in l. item quæ, num.4. ver extra quæro*, vbi Angel. & ibi Ias. *num.8 ff. de pact.* Vide duas Conclusiones proximas præcedentes. Vide dictio, *Pro*, quid importet. *Concl.342.*

Legatum, quod filia vidua possit redire in domum testatoris, quid importet, vel non. Concl.103.

LEGATVM † factum per patrem filiæ, vt si remanserit vidua, possit venire ad standum in domo ipsi⁹ testatoris cum hæredibus suis operatur, vt possit propria authoritate venire in domum testatoris; quia verba exequutiua diriguntur sibi. Bald. *consil.86. Testator disposuit, lib.1.* †Et huiusmodi legatum importat alimenta. Corn. *consil.93. Licet posset, lib.3. n.2.* †Et fauorabile est huiusmodi legatum, tum quia domus paternæ habitationis legatur, tum quia est filia, quæ nititur ex voluntate defuncti; tum quia est factum viduæ, quæ miserabilis dicitur, & continet alimenta, quæ fauorabilia sunt. Anton. de Butr. *consil.44. in princ.* †Declara; quia non potest eligere, quam domum voluerit ipsius testatoris, sed intelligitur de domo, in qua testator familiariter habitabat. Bald. *consil.86. in fin. ver. secundo quæritur, lib.1.* †Amplia; quia tale legatum factum sorori cum filiis debetur, etiam si filii sint mortui. Corn. *d. consil.93. num.2. lib.3.* †Amplia; quia legatum factum filiabus per patrem, quod in casu viduitatis, vel alterius necessitatis possint habere vsum, & habitationem in domo patris, debet intelligi tam de prima, quam de vlteriori quacunq; viduitate; quia causa legati non applicatur certo vsui, sed termino multiplicabili; ideo non refertur ad primam viduitatem; & quia in testamentis interpretatio fit amplior, & in dubio est benignior; & quia *l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signif.* præcedit vel inter viuos, vel quando mutatur pars, cui effectus quæritur obligationis, vel quando tendit ad graue præiudicium vel ratio suadet, quod dispositio restringatur. Ant. de Butr. *consil.30. in princ. vsq; ad n.2.* †Extende; qa tale legatum in casu viduitatis, vel cuiuscunq; alterius necessitatis non restringitur, quando vidua habet necessitatem; quia licet dictio, *alterius necessitatis*, sit implicatiua, vt etiam necessitas intelligenda videatur in viduitate; tamen contrarium est verum, quando pater filiæ legat ex mente verisimili; & quia illa dictio, *alterius*, non semper implicat, sed ampliat etiam; & quia honestatis causa melius tractatur in domo patris, q̃ cognatorum; ideo licet habeat habitationem in domo defuncti mariti, poterit extra necessitatem habere vsum, & habitationem in domo patris. Ant. de Butr. *d. consil.30. n.2. ver. circa secundum.* †Extende, vt procedat, etiam si hæres alienauit domum paternam; quia non potuit alienare in præiudicium filiæ non consentientis. Ant. de Butr. *d. consil.30. in fin.* †Extende in tantum, vt non teneatur secum habitatorem habere emptorem extraneum, sed solum hæredem, si non est prohibitus. Ant. de Butr. *d. consil.30. in fin.* Vide plenius, *in ver. Alimenta legata in domo testatoris qualiter debeantur. Con. l.297.* †Limita; quia tale legatum factum filiæ, vel vxori, quod possit redire in domum testatoris, & in ea habitare, importat solum facultatem habitandi cum famula, vel famulab⁹, vel sine, secundum suam conditionem, excluso iure seruitutis habitationis, vel vsus; quia non potest expellere alios cohabitantes, vel alicui locare; qa hoc non est ei permissum, vt per Dd. *in l. Aquilius Regulus. ff. de donat.* Soc. *consil.281. In causa Bernardi de Vghis, lib.2.* & latius per Dec. *consil.355. Dispositum fuit.* †Extende, vt idem sit, quando statuto hoc caueretur, quod filia possit redire, & stare in domo patris; quia videtur designare merum factum, & quod non possit sibi vendicare habitationem, nec alteri locare, & quando non esset vsus tali facultate, sibi esset imputandum, nec posset agere ad aliquam pensionem, nisi per hæredes fuisset domus aliis locata, & ex eo percepta pensio; quia tunc eidem succurritur de rata proportionabili arbitrio communium amicorum. Soc. & alii supra proxime.

Legatum factum vxori, vel mulieri, donec vitam pudicam seruauerit, vel donec caste cum filiis vixerit, qualiter intelligatur. Concl 104.

LEGATVM † factum vxori donec vitam pudicam, & honestam seruauerit, & non transiuerit ad secunda vota, dicitur conditionale, & conditio valet; adeo vt si non caste viuat, vel si transeat ad secunda vota, perdat legatum, *auth. cui relictum. C. de ind. viduit. tollen.* & quod tale legatum sit conditionale, & sic pro primo anno purum, & pro sequentibus conditionale. Alex. *consil.29. Viso themate, in princ. lib.4.* & est communis *opinio, quod valeat. Paris. consil.95. n.44. & seq. lib.2.* Vide, *Caste, & honeste viuere quid importet. Concl.109.* †Contrarium, quod dictio, *Donec*, non faciat legatum conditionale, apost. ad Alex. *d. consil.29. in princ. ver. conditionale, lib.4.* †Declara; quia sunt tres casus: primus est, si legatum est, *si non nupserit*, valet, & nubendo restituit fructus perceptos: secundus est, *si vxor ad viduitatem peruenerit*, & seu, *si viduitatem seruauerit*, & idem est: tertius est, quando sit legatum, *donec viduitatem seruauerit*, quia non restituuntur habita, donec fuit vidua, licet postea nubat. Paris. *consil.95. n.54. & seq. lib.2.* †Extende; quia idem est in legato facto filiæ, vel mulieri, donec vidua permanserit; quia non debetur pro tempore, quod vidua non permanserit. Bald. *consil.42. Præmittendum est, per tot. lib.5.* vbi facit differentiam, an dicatur, *donec*, vel, *quoad vitam vidualem tenuerit*, vel, *si in vita vidualiter permanserit*, secus, si dicatur, *si vidua remanserit*; quia sufficit, quod sit vidua tempore legati hoc vltimo casu. Vide, Legatum factum filiæ, *donec nubat*, vel, *donec vidua erit. Conc.96.* †Extende idē esse in institutione conditionali; qa si mulier non seruat vitam castam, & conditionem, perinde habetur, ac si nunquam fuisset instituta. Fulg. *cons.98. Magister Guadagninus, n.2. v. sed cum conditio.* †Amplia; qa in casu conuerso valet conditio, quod vxor teneatur nubere secundo loco; ideo si primus maritus legat vxori iuueni mille, dumodo nubat secundo loco intra certum terminum, tenetur seruare conditionem à morte primi viri. Anchar. *consil.219. Mirum prima facie, n.3. & seq.* †Declara tamen; quia si conditio esset, quod nuberet statim, vel intra annum luctus, vel quid simile, videtur contra bonos mores, & haberetur pro impleta, vel saltem debet intelligi tempus à die, quo possibilis fuit conditio secundum leges. Anch. *d. consil.219.* vbi est casus. †Limita; quia non debetur, si probetur vita impudica, puta, quia stuprum commiserit. Bald. *consil.207. Quia d. Domina, lib.4.* Vide Conclusionem proxime sequen. †Extende; quia perdit legatum, etiam si impudica vita probetur sine stupro, puta ex mala conuersatione; nam ex facilitate aditus ad omnes, vita impudica probatur, etiam per testes singulares; quia sufficit probatio impudicitiæ in genere. Baldus *d. consil.207. iib.4.*

Legatum vxori vsusfructus omnium bonorum, donec caste cum filiis steterit, qualiter debeatur, vel non. Concl. 105.

LEGATVM † factum vxori, donec caste cum filiis testatoris vixerit, vsusfructus omnium bonorum restringitur ad alimenta vxoris, etiam mortuis filiis. Bald. *consil.140. Casus talis est, n.2. ver. alia quæstio, in fin. lib.5.* vbi, quod secundum Bartolum mortuis filiis cuanescit tale legatum, & dicit quæstionem dubiam. † Declara; quia alia legata præter alimenta facta alicui, donec steterit cum filiis, mortuis filiis extinguitur. Bart. *in l. illis libertis. ff. de condit. & demonst.* Bald. *d. consil.140. in fin. lib.5.* †Declara; quia aut legatum alimentorum est cum onere habitando in domo hæredis fauore hæredis, & mortuo hærede non debentur; aut fauore legatarii, vel

vel in dubio, & debetur. Angel. *consil.* 150. *Donatus Floriani, in princ.* vbi late recitat opiniones, & dicit hanc distinctionem veram. Re-
4 stringe † declarationem in alio legato, quam alimentorum; quia illud expirat mortuo eo, qui debet alimenta legatario in domo alimentantis. Angel. *d. consil.* 150. *col.* 2. *in princ.* Vide, *Vsusfructus relictus vxori qualiter interpretandus stantibus filijs. Concl.* 315. Vide plenius, *Legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legat. rii, vel eidem tanquam ministro. Concl.* 95. Vide Conclusionem prox. præced.

Legata ad pias causas quæ dicantur, vel non. Concluf. 106.

1 LEGATVM † pro anima dicitur pium, & ad pias causas. Corn. *consil.* 18. *Circa hanc consultationem. n.* 15. *& ver. relictum pro anima, lib.* 4. vbi dicit * communem, plene Rom. *consil.* 69. *Viso quæstionis themate, in princ.* vbi plena apostilla *in ver. pro anima*, citat infinitos,
* 2 & dicit * communem. † Amplia; quia legatum factum conuentui Clericorum dicitur ad causam piam, ad hoc vt non detrahatur Trebellianica. Corn. *d. consil.* 18. *col.* 4. *n.* 10. *ver. nam aduersus conuentum clericorum. lib.* 4. & etiam ad hoc, vt non expiret fideicommissum factum conuentui Clericorum, si sine filiis quis decedat; ga licet gratiatus ingrediatur Monasterium, tamen debetur fideicommissum tanquam piæ causæ factum, vt idem Corn. *d. consil.*
3 18. *n.* 9. *ver. iis tamen, lib.* 4. † Extende; quia legatum factum secundum mentem secretam tertii, si non est factum certo generi personarum, tanquam pium valet. Angel. *consil.* 201. *Inter cætera, p tot.*
4 maxime *num.* 3. *vsq; in fin.* vbi pro vtraque parte allegat. † Amplia; qa legatum alimentorum dicitur pium, quando est factum pauperi, *l. nulla*, vbi Dd. *ff. de alimen. & cibar. leg.* Tiraquell. *tract. de priuil. piæ causæ in præfat. pag.* 9. *in princ. ver. item legatum alimentorum.* Cra-
5 uett. *consil.* 199. *n.* 10. Dec. *consil.* 628. *n.* 6. † Et sic est factum in testamento cœci sine solemnitatibus, valet. Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de Sacrosanct. Eccl.* & in terminis in test umento cœci coram duobus testibus Bertran. *consil.* 101. *n.* 1. *lib.* 1. sequitur Tiraquell. *de priuil. piæ causæ priuil.* 10. † Extende; quia legatum pro monachanda seu maritanda paupercula dicitur pium. Bald. *in l. illud. C. de sacrof. Eccl. n.* 2.
6 vbi Alberic. & idem Alber. *in* 1. *part statuti. quæst.* 3. incip. *item quæro, statutum.* Alexand. *consil.* 190. *Plura narrata sunt, nu.* 7. *&* 8. *lib.* 6.
7 Dec. *consil.* 72. *Viso puncto. n.* 3. *& consil.* 120. *n.* 2. *& seq.* † Extende, etiam si ipsa mulier esset aliqualiter coniuncta testatori leganti; qa per hoc non desinit esse legatum pium. Bald. *d. l. illud. n.* 2. *ver. quod intellige verum.* Castr. *in l.* 1. *in fin. n.* 6. *C. de sacrof. Eccl.* Alex. *consil.* 158.
8 *Viso testamento d. Pauli. n.* 9. *lib.* 7. † Extende; quia legatum dicitur pium, si fiat viduæ pauperi, etiam si fiat ab eius marito, etiam si non exprimat, *pro anima*, vel *amore Dei.* Tiraquell. *in tract. de priuil.*
9 *piæ causæ in præfat.* † Et quod legatum factum vxori de castagneto,
* vt subst ineatur, sit pium. Rub. *consil.* 172. *n.* 5. vbi dicit magis * com-
☞ munem. Vide, *Viduarum priuilegia in quibus consistant. Concl.* 203.
10 † Restringe, quando esset mulier diues, quæ posset dotare de suo. Glos. *in l. ta. t. ff. de iure dot.* Bald. nouell. *de dot. part.* 6. *priuil.* 49. *in pr.*
11 † Amplia; quia legatum factum p maritandis pauperibus puellis dicitur pium, & si testator subiungat, quod si filiæ consanguinei sui petierint tale legatum, eis debeatur, debet intelligi, si fuerint pauperes, alias secus, ita Rota Florentina, sub die 14. Octobr.
12 1547. † Extende; quia legatum pro dote factum pauperi mulieri dicitur pium, *auth. similiter. C. ad l. Falcid.* vbi Rom. *col.* 1. idem Ro-
13 man. *consil.* 69. *Viso, col.* 1. Socin. *consil.* 82. *In causa, nu.* 35. *lib.* 4. † Amplia; quia legatum bonorum factum conscientiæ legatarii dicitur ad pias causas, etiam si dicatur, quod de bonis facere possit, quicquid sibi videbitur, & placuerit; quia important arbitrium
14 boni viri. Abb. *consil.* 110. *In causa Hospitalis, lib.* 2. *in princ.* † Extende, vt legatum pium dicatur, si testator dixit, *extremam voluntatem meam dispositioni Titii committo*, quia censetur testari ad pias causas,
* *c. cum tibi, de testam.* Abb. *d. consil.* 110. *n.* 2. *lib.* 2. vbi dicit * commu-
15 nem. † Et generaliter censetur factum legatum ad pias causas, vbicunq; aliquid legatur, vel relinquitur arbitrio alterius; secus si legatur ad voluntatem alterius; quia tunc si non exprimat piam causam, non censetur legatum in piam causam. Abb. *d. consil.* 110.
☞ *num.* 2. *lib.* 2. Vide, *Legatum factum secundum mentem secretam testato-*
16 *ris. Concl.* 56. † Amplia; quia legatum factum piæ causæ dicitur pium, & quæ dicantur pia loca. Vide, *Pia loca quæ sint. Concl.* 338.
17 Vide, *Pia causa habet multa priuilegia. Concl.* 334. † Amplia; quia legatum annuum factum pauperi dicitur pium; quia censetur factum pro alimentis. Extende, etiam si fiat incapaci, prout spu-
☞ rio; qnia substituetur, vt legatum alimentorum. Vide, *Spurii non*
18 *possunt hæredes instituí a patre, vel auo. & quando secus. Concl.* 417. † Restringe, quando ex contractu esset facta obligatio annua; quia licet ad fauorem pauperis sit facta; tamen non cauetur lege, quod sit in piam causam, & pro alimentis. Bald. *in l. si Stichum. §. stipulatio, in princ. ff. de ver. oblig.* & ibi Iaf. *n.* 11. vbi alios citat. † Restringe, 19
vt non procedat etiam in relicto dependente ab vltima voluntate, quando est factum personæ nobili. Bart. *in l. cum ii. §. si in annos. ff. de transact.* & Dd. *in d. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obl.* † Am- 20
plia, quia legatum pro constructione capellæ, vel Ecclesię dicitur pium; quia censetur factum p anima legantis, & omne legatum pro anima dicitur pium, & ad piam causam. Roman. *d. consil.* 69. *in princ.* vbi apostill. *in ver. pro anima*, citat infinitos, & dicit * commu- *
nem. Vide plenius, *Pia causa qua dicatur. Concl.* 332. † Limita in le- ☞
garis, vel institutionibus factis fraternitatibus secularibus; quia 21
non sunt pia loca, neque piæ causæ. Corn. *consil.* 18. *Circa hanc consultationem, col.* 2. *num.* 5. *ver. quinto cessantibus, lib.* 4. † Declara, nisi 22
essent facta legata amore Dei, & pro anima; quia bene essent ad pias causas Corn. *d. consil.* 18. *num.* 15. *col.* 5. *lib.* 4. in simili Cald. *consil.* 352. alias 23. *de testam.* quod legatum factum Hospitali profano p anima est pium, ideo debetur quarta Episcopo. † Limita, quia le- 23
gatum non dicitur pium factum amore Dei personæ, quæ inopia non laborat. Bald. *consil.* 230. Vide, *Testamentum ad pias causas quando* ☞
dicatur, vel non. Concl. 118. † Extende; quia legatum factum pro ani- 24
ma personæ consanguineæ non indigenti, non dicitur pium, neque in piam causam. Ioan. de Imol. *consil.* 73. *In causa proposito, n.* 7. † Declara; quia legatum factum alicui amore Dei dicitur pium, 25
& non pium considerata persona legatarii; quia si est diues, illa verba, *amore Dei*, vel, *in causam piam*, vel, *pro anima*, sunt pro colore quæsito, si pauper est, applicatur vt sit pium; ideo consistit in arbitrio iudicis considerata qualitate personæ legatarii, tam ad effectum, vt gaudeat priuilegio fori, quam solemnitatis. Abb. *consil.* 105. *Ex processu, in princ. & in* 2. *dubio, lib.* 1.

Legata facta ad pias causas non censentur ex obligatione, & quando secus. Concl. 107.

LEGATVM † pro anima, vel ad piam causam non præsumitur 1
factum ex obligatione, neq; ex causa restitutionis, sed voluntarie, causa redimendi peccata. Calder. *consil.* 362. alias 33. *de testam.* † Limita, nisi esset factum præsenti, & acceptanti; quia tunc lega- 2
tum potest peti tanquam debitum. Calderin. *dict. consil.* 362. alias 33. *de testamen.*

Legata annua pia libera ex præstatione certis pauperibus facta per decem annos non tollunt facultatem variandi. Concl. 108.

LEGATVM † factum de vinea cum hoc, quod legatarius tenea- 1
tur singulo anno soluere libras 10. pauperibus Sacerdotibus pro tot Missa celebrandis pro anima testatoris, si legatarius soluit per 10. annos certis Sacerdotibus, potest variare, eligendo alios ☞
Sacerdotes. Card. Zabarella *consil.* 58. *Puto de iure.* Vide, *Solutio facta*
per plures annos operatur multa. Concl. 339. Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa, & quando secus. Concl.* 59.

Legata pia debentur omnino, & non fiunt caduca, & quando secus. Concl. 109.

LEGATVM † pium factum in certum casum substitutionis de- 1
betur ab hærede, ab intestato, etiam si dicta substitutio sit caduca. Bald. *consil.* 453. *Si ex testamento, circa med. lib.* 2. † Contrarium, 2
quod legata pia sub conditione non debeantur, nisi purificetur conditio. Ruin. *consil.* 131. *num.* 14. *ver. tertio respondetur, lib.* 2. Fulgos. *consil.* 46. *num.* 1. Paris. *consil.* 86. *num.* 74. *lib.* 2. *consil.* 74. *n.* 6. *lib.* 3. & maxime stantibus verbis, *tunc & eo casu*, ibi *n.* 8. † Amplia in tan- 3
tum, vt etiam si legatum respiciat totam hæreditatem, teneatur hæres implere iudicium defuncti ad piam causam; etiam si fiat caduca substitutio piæ causæ, & ad hoc potest hæres compelli per Episcopum ordinarium. Bald. *consil.* 457. *Viso testam. lib.* 2. † Am- 4
plia; quia si pater reliquit quinque filiæ, & instituit locum pium hæredem, & quinq; filiæ relicta post illius mortem reliquit alteri loco pio, licet pius locus hæres repudiet hæreditatem, quæ per filiam fuit adita; tamen mortua filia debetur legatum pium omnino, licet ex testamento non sit adita hæreditas. Bald. *consil.* 255.
Quidam fœnerator, in fin. lib. 3. † Amplia; quia legatum pium ad cer- 5
tum vsum, qui vsus non potest sortiri effectum, debet omnino solui in alium vsum, quia non debet hæres lucrari legata facta pro anima, licet vsus ille non possit impleri. Bald. *consil.* 190. *Intentio*

testato-

testatoris, lib. 4. Anchar. *consil.* 197. *in fin.* Vide, *Legata pia quando de vno vsu ad alium sint commutanda. Conclus.* 114. *cum concl. ibi prox. seq.*

6 †Extende; quia dotatio Ecclesiæ cum certo onere, & pacto, ꝙ si onus non impletur, nihil Ecclesiæ debeatur, non valet, si condition priuans Ecclesiam, ne remaneat sine dote, apponitur. Anchar. *d. consil.* 197. *Subtiliter. n. 6. & seq.* vbi in fin. quod fructus, etiam si Ecclesiæ non debentur, in aliam causam piam debent conuerti.

7 †Amplia; quia debentur etiam non adita hæreditate. Bald. *consil.* 287. *Punctus quæstionis, in fin. lib.* 4. Vide plenius, *Legata non valent, nisi adita hereditate, & quando secus. Concl.* 52. *n.* 9. & 10. & plenius *n.* 25.

8 *& seq. vsq; in fin.* † Amplia; quia debentur, etiam si testamentum

9 sit sine hæredis institutione. Bald. *d. consil.* 287. *in fin. lib.* 4. † Amplia; quia legata pia debentur ab omni hærede, & omnino; quia legatorum piorum causa nunquam cessat. Angel. *consil.* 372. *Marius filium, in princ.* vbi, quod non censentur adempta propter no-

10 uum grauamen iniunctum substituto †Et ideo licet institutio sit nulla, & fiat caduca, tam iustitutio, quam legata; tamen non remanent penes hæredem, sed om nino debentur piæ causæ. Tira-

11 quell. *tract. pia causa, priuil.* 38. † Amplia; quia legatum factum ad piam causam per patrem grauantem filiam hæredem, donec vixerit, habet locum etiam filia mortua contra hæredes extraneos à verisimili mente legantis, si fuisset interrogatus. Sign. *cons.* 206.

12 *In quæstione præmissa, per tot.* † Amplia; quia si pater legat pro anima sua piæ causæ à filio hærede post mortem filii licet relinquat filios, debetur legatum, ex quo non est vniuersale, & conditio tacita, *si sine filijs*, non habet locum contra piam causam. Pet. de An-

13 char. *consil.* 46. *Prima facie videretur.* † Amplia; quia si quis legat pro constructione altaris, & pro paramentis ad Missam scut. 60. licet in constructione altaris postea expendat vltra centum, hæres non liberatur ab emptione paramentorum pro Missa; quia legatum pium pro vno vsu non recipit compensationem expensi pro alio

14 vsu pio. Anchar. *consil.* 199. *Primum dub. per tot.* † Amplia; quia legatum anniuersariorum ꝓ anima testatoris debet impleri omnino, & quando grauauit conscientiam rectoris, statur illius dicto, *c. significasti, de homicid.* glos. *in clem. 1. in ver. parochiano, de priuil.* Iaf.

15 *in rub. ff. de acquir. hæred.* † Amplia; quia legatum pium annuum ab instituto debetur etiam à substituto, & in dubio interpretatur in

16 eo, quod plus est. Vide supra, *Legati verba dubia quando late interpre-tentur. Concl.* 58. *n.* 5. *& seq.* † Amplia; quia valet legatum vsus fructus factum piæ causæ, vel Ecclesiæ. Io. de Anan. *consil.* 30. *Visa pe-*

17 *titione, n.* 2. *ver. circa secundum.* † Ampl a; quia si testator legat singulo anno 400. pro pia causa, & 300. ex eis vult expendi incertam piam causam: item legat centum dispensari pro anima sua, & vxoris, quæ legat vxori; ista centum vltimo loco non erunt extrahenda ex legato pio 400. sed erunt duo legata fauore piæ causæ.

18 Sign. *consil.* 156. *n.* 23. *ver. nunc venio.* † Amplia; quia legata incerta fauore piæ causæ, & dotis valent. Afflict. *dec.* 337. qui loquitur respectu quantitatis, vbi, quod iudex reducit ad certam quantita-

19 tem considerata qualitate personarum, & patrimonio. † Extende, etiam si incertitudo sit respectu locorum piorum, vt si duæ Ecclesiæ sunt eiusdem nominis; quia licet non constet, de qua testator senserit, valet, & debetur Ecclesiæ magis pauperi, & si sunt æqua-

20 liter, Episcopus gratificabitur. Afflict. *dec* 244. † Amplia; quia legatum pium pro certa causa, si excedat causam, ita quod supersit aliquid, applicari debet secundum causam piam, non autem restitui hæredi, veluti si legatur pro constructione capellæ in Ecclesia fratrum Minorum, quod supereſt, debetur fratribus pro alimonia; quia cum ipsi sentiant incommodum capellæ in celebrando debent sentire commodum. Castr. *consil.* 187. *Super primo, n.* 3. *ver.*

21 *Super secundo, lib.* 1. † Declara; qa si pia causa respicit corp⁹, prout ꝙ sepeliatur honorifice, quod supereſt, applicatur hæredi; si vero respicit animam, & cultum diuinum, quod supereſt, applicatur

22 alteri pietati simili. Castr. *d. consil.* 187. *in fin. lib.* 1. † Limita; quia legata pia non debentur pro dote posthumi præteriti, etiam si in testamento sit institutus filius natus cum clausula codicillari, & pater superuixit nato posthumo infirmus, quando constat, quod voluit grauare filium natum; quia erat inobediens. Card. Zabar.

consil. 20. *Iacobus testator, per tot.* vbi, quod pia causa non præfertur

23 filiis, neq; menti testatoris. † Limita; quia si fiat legatum fratrib⁹ Minoribus, qui sunt incapaces, non debetur legatum, sed habetur pro non scripto. Anchar. *consil.* 199. *Primum dubium, in fin.* Can. *in c. exiuit de verb. signific. clem. exiui.* vbi Car. & alii, *eodem tit.* Bart. *in tract. minor. part.* 1. Bald. *in auth. ingressi. n.* 15. *& seq. C. de sacrosanct. Eccl.*

24 Cum. *consil.* 152. Vide, *Pro non scriptum multiplex, & quæ differentia inter vnam speciem, & aliam. Concl.* 911. *cum concl. ibi prox. seq.* † Contrarium tamen videtur tenere idem Anchar. *consil.* 197. *in fin.* vbi, ꝙ attenditur causa proxima, videlicet pia causa, non minister. Ideo si in eam causam eiusdem ministri non potest habere locum; tamen fit commutatio in aliam piam causam, & hoc mihi magis placet; quia in dubio debet fieri interpretatio pro anima testatoris, & pia causa. Vide, *Legatum factum incapaci non valet, & quando secus. Concl.* 47. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Legata pia nunquam efficiuntur caduca. Concl. 110.

LEGATVM † pium factum alicui Ecclesiæ, vel sancto, debetur 1
Ecclesiæ illius sancti, si reperitur, alias autem debetur Episcopo, & Ecclesiæ Cathedrali. Bald. *consil.* 154. *Habeatis consilium, in fin. ver. sequitur a. tud, lib.* 4. Vide, *Legatum factum certæ, vel incertæ Ecclesiæ valet, & quando non. Concl.* 46. † Amplia; vt idem sit, si locus pius 2
esset incapax, prout si relinquitur Hospitali, quod desiit esse actu, quia cum sit incapax, debetur Ecclesiæ Cathedrali. Bald. *d. consil.* 145. *in fin. lib.* 4. † Amplia, quia legatum factum in vnam piam causam in qua non potest habere locum, debet in aliam piam causam commutari. Lap. *allegat.* 88. *nu.* 5. *ver. item quod si dicta.* † Amplia; 4
quia legatum factum altari construendo, vel capellæ, censetur factum Deo immortali repræsentando in ministris dicti altaris; qa omnia, quæ cuicunque templo, & altari, aut Sanctorum imaginibus legantur, Dei sunt. Angel. *consil.* 224. *Cajus est, col. fin. ver. contrarium credo, & in fin.* † Amplia; quia legatum factum Ecclesiæ S. 5
Sebastiani, si non constat, de qua Ecclesia senserit testator; quia plures Ecclesiæ dicti Sancti sint in loco, debetur magis pauperi, & si æqualiter sunt pauperes, erit locus gratificationi, prout Episcopus ordinabit. Afflict. *dec.* 244. Vide, *Legatum factum Ecclesiæ certæ, vel incertæ quando valeat vel non. Concl.* 46. † Limita; quia fit caducum, si relictum fiat monia li, quæ acquirit Monasterio, & monialis moriatur ante testatorem. Ancharan. *consil.* 172. *In causis, & quæstionibus. num.* 9. vbi, quod ita consuluit Rossellus, & bene. Vide Conclusionem proxime præcedentem. 6

Legata ad pias causas non patiuntur detractionem, & quando secus. Concl. 111.

LEGATA † ad pias causas non patiuntur detractionem Falci- 1
diæ. Oldrad. *consil.* 111. *Quidam condidit, in fin.* & est communis *opinio, secundum Corn. *consil.* 168. *In hac consultatione, nu.* 9. *ver. lib.* 3. Anchar. *consil.* 144. *Exhibitis mihi in fin.* † Amplia; quia neque 2
patiuntur detractionem Trebellianicæ; quia *auth. similiter. C. ad l. Falcid.* loquens de Falcidia habet locum etiam in Trebellianica secundum communem * opinionem. Corn. *consil.* 18. *Circa hanc* *
consultationem, colum. 4. *num.* 10. *ver. retenta illa communi, lib.* 4. & est magis * communis opinio. Corn. *consil.* 93. *num.* 3. *lib.* 3. incip. *Licet* *
posset. Anchar. *d. consil.* 144. *in fin.* † Amplia; quia legatum pro dote 3
non patitur Falcidiæ detractionem, maxime, quando est relictum pauperi, vt per Bapt. de S. Blasio *de priuil. dot. priuil.* 217. Bald. Nouell. *de dot. part.* 1. *priuileg.* 49. Campeg. *in eodem tractat. part.* 1. *quæst.* 80. *num.* 5. † Amplia; quia non confecto inuentario non de- 4
trahit hæres Falcidiam ex legatis, etiam si pia non sint, *auth. similiter. C. ad leg. Falcid.* † Limita, quod legata ad pias causas patiuntur 5
detractionem eius, quod testator legauit vltra vires suæ hæreditatis. Oldr. *consil.* 111. *Quidam condidit.* Vide Conclusionem proxime sequentem. Vide, *Falcidia non detrahitur multis casibus. Concl.* 39. Vide, *Trebellianica non deducitur ex legatis ad pias causas. Concl.* 381.

Legata quædam non patiuntur detractionem, & quæ sint. Concl. 112.

LEGATVM † factum certo Hospitali, vel alteri loco pro con- 1
sequutione remissionis omnium peccatorum legantis, non debet minui, neq; patitur detractionem ex quo legans consequitur liberationem, & remissionem propter legatum. Fed. de Sen. *consil.* 250. *Ex testamento, in princ.* vbi loquitur; etiam si sit factum
inuentarium, & bona non sufficiant. † Amplia; quia legata particularia non patiuntur detractionem ex legitima, si extant alia bona sufficientia pro legitima. Ruin. *consil.* 109. *Videtur omnino, in fin. lib.* 2. Dec. *consil.* 81. *In casu proposito, in fin.* † Declara; quia nisi pater 3
meliora bona legasset, vel fideicommisso supposuisset. Dec. *d. consil.* 81. *in fin.* † Amplia; vt procedat etiam in legato facto suo creditori, vt legans consequatur liberationem; quia tale legatum non patitur aliquam diminutionem ex quo dicitur potius æs alienum, quam legatum. Fed. de Sen. *consil.* 250. *n.* 2. *ver. præterea certum est.* Vide Conclusionem proxime præcedentem. 4

Lega-

Legata pia commutat Papa in alios vsus qualiter, & quando secus. Concl. 113.

1 LEGATA † nedum incerta ad pias causas, sed etiam certa ad certum pium vsum potest Papa commutare, & applicare ad alium pium vsum. Oldr. *consil. 61. Cum Regi Franciæ in fin.* Castr. *consil. 187. Super primo, in princ. lib. 1.* † Declara; quia potest Papa de plenitudine potestatis, sed non de ordinaria potestate commutare legatum factum, quod singulo anno detur panis amore Dei pauperibus; quia non posset applicare Sacerdotibus ꝓ celebratione Missarum, nisi de plenitudine, etiam si hæres consentiat; quia non agitur de re hæredis, sed de voluntate testatoris. *Decis. Tholos. 26.* vbi apostilla limitat, nisi legatum pium non posset exequi in causam iustam; quia tunc nedum Papa de ordinaria potestate, sed Episcopus posset commutare. † Amplia; quia legata effecta caduca facto legatarii, quæ deuoluuntur ad Ecclesiam Romanam, vt quia ad honorem, & ornatum ciuitatis erant legata, debent per Papam commutari cum interuentu primi legatarii priuati. Bald. *consil. 277. Ordinatio dicti testatoris, lib. 4.* † Declara; qa commutatio debet fieri in aliam causim piam similem, si potest, non autem in causam dissimilem. Vide, *Pia causa habet multa specialia. Concl. 333. cum concl. ibi prox. seq.* Vide, *Legatum pium ad certam causam quando, & qualiter commutetur. Concl. 115.* Vide, *Legata pia debentur omnino. Concl. 109. in fin.* † Limita in legatis pro redemptione captiuorum; quia non debent in aliam piam causam conuerti. Bald. *consil. 131. Quando testator, lib. 5. in fin.* Vide, *Papa potest commutare legata pia in alios vsus, & quando. Concl. 55.* Vide, *Testatoris voluntas quando commutari possit. Concl. 146.* Vide Conclusiones duas proximè sequentes.

Legata pia quando de vno vsu ad alium sint commutanda, & qualiter. Concl. 114.

1 LEGATVM † pium ad certum vsum factum quando non potest valere in eum vsum, tunc ad alium vsum debet conuerti, & commutari, *l. legatum. ff. de adim. rerum ad ciuit. pertin. l. legatum. ff. de vsufruct. leg. c. 3. de testam.* Feder. de Sen. *consil. 175. ver. & non obstat. si dicatur*, vbi, quod procedunt prædicta, quando legatum à principio non fuit inutile. Cald. *consil. 348.* alias 14. *de testam.* Bald. *consil. 453. Si ex testamento, circa med. lib. 2. & cons. 190. Intentio testatoris, lib.* 2 4. Ang. *consil. 224. Casus est, in princ.* † Extende, vt idem sit, quando non sufficit legatum ꝓ illo vsu; quia commutatur in alium vsum. Calder. *d. consil. 343.* alias 14. *de testam. circa princ. item non dubium.*
3 † Et isto casu etiam Episcopus potest commutare legatum pium, quando non potest exequi in causam iustam, *c. nos quidem, de testam.*
☞ Guido Pap. *dec. 556.* Vide, *Episcopus quando possit destinata ad vnum vsum, ad alium applicare. Concl. 273.* † Imo, quod si non sufficit legatum factum, puta pro construendo Monasterio; tunc commutatio possit fieri in alium pium vsum sine Episcopo, vel Superiore, de consensu hæredis ad hoc obligati. Castr. *consil. 303. Visis & diligenter, col. fin. n. 6. lib. 1. ver. item prædicta procedunt.* † Declara totam istam materiam, per quem fieri possit commutatio legati pii in aliam causam piam, vt per Bart. *in tract. de Minoric. lib. 2. distinct. 2. c. 3. per quem autem num. 13. & seq.* vbi, quod si legatum in re, vel de re, quæ relinquitur, potest impleri licite de iure, & de facto, & solus Papa, & Princeps potest commutare, sed quando non potest fieri id, quod iussit testator de iure, vel potest fieri de iure, sed non de facto; tunc de consensu partium potest fieri commutatio, neq; requiritur factum superioris, sed si partes non concordant in commutatione, iudex erit medius, cuius auctoritati statur, & iudex magis debet fauere voluntati eius, cui relinquitur, q̃ eius, à
6 quo relinquitur. † Amplia, vt commutatio debeat fieri, quantum fieri possit in alium vsum proximum voluntati testatoris. Feder. de Sen. *d. consil. 175. in fin. ver. sed prædicta*, vbi vide exemplum, ita ꝙ seruetur voluntas testatoris, quantum fieri potest. Calder. *d. consil. 343. circa princ. ver. Item non est dubium*, alias 14. *de testam.* Anton. de
7 Butrio *consil. 26. circa med.* † Et potest esse bona ratio; quia si voluntas testatoris non potest impleri in toto, debet impleri in ea parte, in qua potest, & magis conformiter, q̃ sit possibile. Crauet.
8 *consil. 1. num. 15. & seq.* vbi plura similia. † Declara; quia legatum pium de libris mille pro tineis Ecclesiæ comprehendit etiam connexa, vt extendatur ad pilastros Ecclesiæ & alia annexa tineis, si propterea sufficiat etiam pro tineis, alias autem secus; quia non est facienda expensa in pilastris, vt tinei imperfecti remaneant, ideo non est facienda commutatio ad alium vsum, si vsus proprius imperfectus remaneat. Cald. *consil. 351.* alias 22. *de testam.*
† Amplia; quia legata ad pias causas, vel in terris Ecclesiæ subiectis solus Papa potest commutare, non autem Imperator; quia 9
caret iurisdictione. Fulgos. *consil. 61. D. Catharina. n. 6. & seq.* † Amplia; quia legata pia, quæ possunt conuerti in vsum destinatum, 10
non sunt conuertenda in alium vsum pium, nisi de licentia Papæ. Castr. *consil. 187. Super primo, in princ. lib. 1.* & ibi apostilla citat Rom. *consil. 409. ver. quoad tertium.* † Extende; quia si testator reliquit 11
prædium, vt ex fructibus construatur capella in Ecclesia fratrum S. Francisci datis exequitoribus, non possunt fratres petere prædium, vt ipsi exequantur piam mentem; quia eis non competit actio, sed exequitoribus deputatis. Castr. *d. consil. 187. in prin. lib. 1.* † Limita, quando legatum est nullum; quia factum incapaci; qa 12
nunquam fit commutatio in alium vsum, veluti si legetur ꝓprietas mendicantibus incapacibus. Angel. *consil. 224. Casus est, in princ. ver. nec arbitretur, per tot.* vbi, quod commutatio fit data capacitate, vel validitate. † Extende in legato facto deportato, qui est omni- 13
no incapax; quia licet sit capax alimentorum, non tamen fit commutatio in alimentis. Angel. *d. consil. 224. n. 2. ver. exemplum.* † Re- 14
stringe, nisi legatum substineretur tanq̃ factum Deo immortali, vt quia sit factum imagini, vel capellæ, vel religioni; quia tunc acquireretur Ecclesiæ Romanæ, & pauperibus. Ang. *d. consil. 224. in fi. v. non obstant.* † Limita, qa legatum pium si non potest habere 15
effectum in causam piam, in qua est factum, vel quia non sufficit; vel qa illa causa pia non repitur, bene commutatur in alium vsum pium, qñ est purum; secus si esset conditionale, puta factum, si & quatenus talis Ecclesia reparetur, vel ædificetur, quia tunc si conditio non purificatur, non fit commutatio in aliam causam, sed remanet penes grauatum, plene Abb. *consil. 27. Videtur primo, per tot. lib. 1.* † Declara tamen; quia etiam si sit conditionale, commu- 16
tatur in causam similem, & comprehensam, si non potest in expressam omnino, & hoc accedente consensu hæredis, & legatarii, ita Bart. *consil. 109. Factum tale est, lib. 2.* vbi, quod si testator legauit pro anima sua domum suam confraternitati, vt in ea congregetur, & si non congregabitur in ea, ꝙ vendatur, & pretium detur pauperibus; contingit, quod domus est parua, & non potest in ea congregari confraternitas, sed vult alias domos contiguas emere, & facere, quod domus legata seruiat pro anditu ad alias, dicit Bart. quod commutatio est valida; tunc quia potest fieri de consensu hæredis, & legatarii, tum etiam; quia anditus seruit pro habitatione, vbi apost. *in ver. quando aliquid.* † Extende; qa 17
imo si est legata vna bubulca, vel petia terræ inculta, & inutilis ꝓ celebrando singulo anno anniuersario ꝓ anima legantis, ex quo non sufficit; quia nihil percipitur, potest parochianus Ecclesiæ, cui factum est legatum, cum consensu hæredis, & parochianorum vendere petiam terræ incultam pro emendo Missali Ecclesiæ, quod est necessarium, & valebit alienatio, & rector non potest contrauenire, licet non interuenerint solemnitates requisitæ, maximè quia vacabat sedes Episcopalis tempore venditionis, plene Ang. Aret. *consil. 27. Videtur primo. per tot.* vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur maxime, *n. 8. & seq. ver. non obstant contraria.* † Li- 18
mita; quia commutatio non fit, sed onus, & vsus habetur ꝓ non adiecta, quando vsus est prohibitus, & donans adiecit clausulam, quod si non valet eo modo, omnia habeantur pro non scriptis, q̃ sunt prohibita. Fed. de Sen. *d. consil. 175. in fin.* † Extende, vt imo et- 19
iam simpliciter legatum in certum vsum prohibitum, quoad on⁹ prohibitum habeatur pro non adiecto, licet non adsit clausula, *si non valet eo modo.* Calder. *consil. 343.* alias 14. *de testam.* vbi vult legatum, quod capella construatur in Monasterio mendicantium, q dotem non possent habere, fiat exequutio quoad capellam; dos vero prohibita soluatur in aliis Ecclesiæ licitis vsibus. † Declara; 20
quia vbicunque testator dat facultatem hæredi, vel exequutori commutandi legata pia in quemcunque vsum, debet intelligi, vt commutatio fiat ad similia, vel meliora. Bald. *consil. 201. Constitutio Patriarchalis, num. 4. in fin. & num. 5. ver. & dubitatum hic. lib. 2.* Vide Conclusionem proximè præcedentem, & Conclusionem proximè sequentem.

Legatum pium ad certam causam quando, & quomodo commutandum. Concl. 115.

1 LEGATVM † pium in certam causam, puta in constructionem capellæ, licet non possit exeq in Ecclesia, in qua est relictum, tamen in alia debet exequi. Lap. *alleg. 88. n. 5. ver. item si dicta capella*, & idem tenet Bald. *consil. 453. Si ex testamento, circa med. lib. 2.* Contrarium † tenet Calder. *consil. 343.* alias 14. *de testam.* qui loquitur in
2 legato constructionis capellæ cum dote in Ecclesia Mendicantium, vt dos conuertatur in alios pios vs⁹, & capella sine dote fiat

Ang.

3 Ang. *consil.224. per totum.* vbi dicit idem cum distinctione. † Declara; quia imo valet legatum factum pro constructione, & dotatione capellæ in Ecclesia Mendicantium, si ipsi volunt, quod in ea instituatur secularis, & habilis persona; si vero nolunt, sed per se ipsos; tunc capella erit eorum propria sine dote; dos vero acquiritur Ecclesiæ Romanæ, vel est distribuenda inter pauperes. Ang. de Perus. *d. consil.224. Casus est Iacobus.* † Declara melius; quia si debet dotari capella in Monasterio, puta Seruorum, vel alterius Ordinis, qui non sit capax tituli particularis, ita quod debeat communitari, commutatio debet fieri in aliam causam similem, & magis propinquam voluntati testatoris; non autem in causam dissimilem, & sicut dotatio capellæ respicit cultum diuinum, & ornamentum Ecclesiæ, ita etiam commutatio debet respicere. Anton. de Butr. *consil.26. circa med. versicul. item dato.* † Amplia, vt legatum factum Ecclesiæ, quæ non reperitur, debeatur Ecclesiæ cathedrali. Lapus *alleg.88 num.6. ver. item si non potest fieri.* † Amplia; quia legatum, quod in domibus testatoris construatur Ecclesia S. Mariæ, si testator alienauit domos, & alias emit, si potest fieri de ctarum domorum redemptio, Ecclesia debet construi in domibus designatis; sin minus, in aliis de consensu Episcopi, vocatis habentibus interesse. Bart. *consil.26. Testato, in fine, lib.1.* vbi plena apostilla *in ver. auctoritate Episcopi*, quæ dat plurimos concord. Contrarium; † quod Ecclesia non sit construenda in ædibus temporetestamenti alienatis, sed in ædibus loco priorum postea emptis, & commutatis. Mantica *de coniect. vltim. lib.12. tit.6. nu.5.* vbi, quod fuit errarum ab impressoribus consilium Bart. † Limita; quia legatum, seu relictum factum pro fabrica Ecclesiæ non potest conuerti in paramentis Ecclesiæ, quia differunt inter se. Abb. *in cap. fin. post princ. de testam.* Vide Conclusionem seq. *num.3. & 4. ver. declara.* † Contrarium videtur velle Angel. Aretin. *consil.27. Videtur primo num.8. & sequent. ver. non obstant contraria*, vbi, quod hæres legantis, & rector Ecclesiæ legatariæ possunt vendere vnam petiam terræ legatam pro anniuersario celebrando singulo anno pro anima legantis, quando non sufficit; quia erat inculta, & commutare in emptionem missalis pro Missa celebranda, quod est necessarium Ecclesiæ; tamen videtur quid diuersum à legato commutato. Vide Conclusiones duas proxime præcedentes.

Legata pia quam solemnitatem requirant, vt valeant. Concl. 116.

1 LEGATVM † factum Ecclesiæ coram duobus testibus valet tanquam in piam causam. Vide, *Testamentum ad pias causas quam solemnitatem requirat. Concluſ.116.* † Extende in legato facto à milite, vel à patre testante inter liberos. Castrens. *consil.428.*
3 *Viso casu, num.4. lib.2.* † Legata vero non pia requirunt quinque testes, prout codicillus. Castrens. *consil.428. Viso casu, num.4. lib.2.*
4 † Declara; quia licet legatum factum per maritum vxori coram duobus testibus non valeat de iure; tamen valet de æquitate coram arbitro, vel arbitratore, quando non est graue, & hæreditas dies. Castr. *d. consil.428. in fine, lib.2.*

Legata efficiuntur caduca multis modis, vt non debeantur, & quando secus. Concl. 117.

1 LEGATARIVS † impediens vsum legati posse impleri priuatur legato, quod efficitur ita caducum, vt amplius peti non possit. Bald. *consil.277. Ordinatio dicti testatoris, lib.4.* vbi loquitur in legato facto ciuitati Castelli, quæ impediuit vsum legati, vt sit
2 priuata. † Amplia; quia legatum efficitur caducum, si legatarius præmoriatur testatori. Angel. *consil.181. A. fecit testamentum, in prin-*
3 *cip.* † Extende etiam in legato facto moniali; quia si moritur vi-
4 uente testatore, efficitur caducum. Anchar. *consil.172. nu.9.* † Amplia; quia legatum efficitur caducum, si legatarius sub conditione, puta post mortem alicuius moriatur pendente conditione. Castrens. plene *consil.152. Viso puncto, in fine*, vbi, quod accrescit grauato, ad quem spectaret onus soluendi, si esset purificata con-
5 ditio, *lib.2.* † Amplia, vt procedat etiam in contractu conditionali. *l. si quis fundum. ff. de contrahen. emp.* quia paria sunt, aliquid non esse factum, vel esse sub conditione, quæ non extiterit. Rolan. à Valle *consil.58. num.14. lib.3.* & procedere in omnibus contractibus dicunt Alexand. & alii *in l. pecuniam, num.4. ff. si cert. pet.* Surd. *consil.143. num.44.* vbi, quod datum sub conditione censetur ademptum sub contraria conditione, & in specie in donatione
6 conditionali est text. *in l.1. ff. de don. at. ver. dat.* † Amplia; quia legatum euanescit, & non debetur, si testator legauit vxori centum, si mortuo testatore nupserit per totum mensem Ianuarii proxime futurum; quia si testator vixit per totum mensem Ianuarii, ita quod non potuit nubere, euanescit legatum, non autem debetur, quasi habeatur conditio pro impleta, ex quo non steterit per legatariam. Ant. de Butr. *consil.57. In quæstione surgente.* † Contra- 7
rium consuluerunt aduocati Florentini, quasi verba sint intelligenda à die mortis testatoris, non à die conditi testamenti, & propterea intelligenda sint verba, quod nubat per totum mensem Ianuarii proxime futurum à die mortis, quasi sit in tempore, quatenus à die testamenti dicunt conditionem haberi pro impleta; quia non stetit per legatariam, ita consuluisse aduocatos Florentinos dicit Ant. de But. *d. consil.57.* sed ipse dicit contrarium, ex quo verba sunt clara. † Limita in legatis ad piam cau- 8
sam; quia non efficiuntur caduca. Vide, *Legata pia nunquam efficiuntur caduca. Concl.110.* Vide, *Legatum conditionale non transmittitur, & quando secus. Concluſ.39.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Legatum mortuo legatario ante testatorem efficitur caducum, & non debetur, & quando secus. Concl. 118.

LEGATVM † factum Titio, si Titius moritur ante testatorem, 1
efficitur caducum, & non debetur hæredibus, sed accrescit hæredi, est text. *in l. hæres. §.1. ff. de condit. & demonstr.* Rom. *consil.*
17. *Viso puncto, in fin.* † Extende, siue legatum sit purum, siue con- 2
ditionale; quia semper, quod legatarius præmoritur testatori, fit caducum, & non debetur. Iacob. Mandel. *cons.463. num.20.* † Ex- 3
tende, vt idem sit in legato facto vxori; quia præmortua vxore accrescit hæredi, ex quo fit caducum testatori. Angel. *cons.181. A. fecit testamentum, in princip.* Mandell. *d. cons.463. num.20. & seq.* vbi extendit etiam stante clausula codicillari. Vide, *Legata efficiuntur caduca multis. Concl. prox. præced.* † Extende in legato liberation s 4
eorum, quæ vxor administrauit; quia si moritur, efficitur caducum, & possunt repeti ea, quæ ex dolo habuit; quia non comprehendit dolosam administrationem. Castr. *consil.420. per tot.* maxime *circa fin. lib.2.* † Amplia, vt procedat, etiam si legatarius mo- 5
ritur post testatorem, antequam agnouerit legatum, quando ex clausula codicillari substinetur, ita Mandell. *d. cons.463. in fin.* vbi reprobat Decium contrarium tenentem *cons.478. col.2.* † Amplia, 6
vt procedat, etiam si sit factum legatum Titio cum onere, quod ipse, & eius hæredes non possint alienare sub pœna caducitatis; quia nihilominus mortuo legatario viuente testatore efficitur caducum. Ang. *cons.57. Domina Andrea, per tot.* quod est Io. de Ricciis de Florentia, Nicolai de Canonibus de Prato, & Thomæ de Canonibus de Florentia. † Extende vt idem sit in legato vxori ita 7
quod neque ipsa, neque hæres ipsius possint molestari ad reddendam rationem administrationis; quia mortua vxore ante testatorem, licet non possit hæres molestari ad reddendam rationem administrationis; tamen tenetur restituere bona, vel credita, quæ vxor acquisiuit durante administratione; quia legatum est caducum, & non transit ad hæredes, & verbum *hæredis* est appositum circa administrationem reddendam, nõ circa legatum. Castrens. *consil.402. Visis ijs. quæ superius, lib.2.* † Amplia, vt procedat, etiam si tali legato esset appositum fideicommissum, vt si Titius legatarius & sui quandocunque decederent sine filiis masculis, reuerteretur ad hæredem testatoris; quia nihilominus si præmoriatur testatori legatarius, legatum erit caducum. Ang. *d. cons.*
57. *per totum.* † Amplia; quia legatum factum Titio post mortem 9
Seii, si Titius moritur ante Seium, euanescit, cum sit conditionale. Rom. *consil.17. Viso puncto, in fin. & consil.162. colu.2. ver. certum est enim.* † Extende idem in fideicommisso facto post mortem Se i 10
ad fauorem Titii; quia euanescit, neque transmittitur mortuo Titio ante Seium. Rom. *d. cons.17. per tot. & consil.162. Super puncto præmisso.* † Extende, vt idem sit in substitutione; quia si substitu- 11
tus moritur ante eum, cui fit substitutio, euanescit; quia esset casus contrarius. Rom. *consil.124. Idem concludendum, vers. neque ad hoc.* † Extende; quia legatum, & fideicommissum, seu substitutio 12
sub conditione, vel in diem, non transmittitur, neque debetur, si legatarius, seu fideicommissarius, aut substitutus sub conditione, vel in diem moritur ante conditionem, vel ante diem. Rom. *consil.124.* vbi apostilla dat concord. & *consil.17. per tot.* sed plenius *cõsil.162. Super puncto præmisso. per tot.* vbi plenissima apostilla, in *ver. cõditionalis*, quæ citat infinitos concord. & dicit hanc * esse com- *
munem, de qua attestatur Ruin. *consil.81. Frustra quæritur, in fine &*

consil.152.Stantibus,num.3.lib.3. & hoc esse indubitatum, quod argumentum de legato ad fideicommissum, vel substitutionem procedere dicit Roman. *d.consil.162.colum.2.ver. certum est enim.*

13 †Extende, vt procedat etiam in suis, & legitimis hæredibus, vt * dicit d.apost.ad *consil.Rom.162.* quæ infinitos citat, & dicit * communem, & quod gl. *in l.is cui,ff.de actio.& oblig.* tenet contrarium; * 14 in suis tamen communiter * reprobatur. † Extende, vt procedat etiam stante statuto, quod auus, qui erat substitutus, succederet nepoti, cui erat facta substitutio; quia intelligitur statutum, si superuiuat, alias non habet locum. Rom. *d.consil.162.prope fin. ver. cæterum circa eundem.* † Restringe; quia legatum, vel fideicommissum, aut substitutio conditionalis transmittitur, si constat de

15 mente testatoris. † Limita; quia legatum factum certæ personæ in certum euentum, si moriatur ante euentum, licet non debeatur hæredibus; tamen secus est, si de hæredibus est fa-

16 cta mentio. Signor. *consil.35. Casus talis est,in princ.* † Contrarium videtur velle Castrens. *consil.402. Visis ijs quæ superius,in princip.lib.2.* quia dicit, quod licet non exprimatur; tamen subintelligitur mentio hæredis, quæ nihil operatur, quando particulari affectione non reliquisset etiam hæredi dispositiue, & expressio

17 eorum quæ tacite insunt, nihil operatur. † Declara: quia mentio hæredis, quando principaliter de eo fit mentio dispositiue, operatur, quod sunt duo legata, vnum legatario, aliud hæredi legatarii; & tunc mortuo legatario non efficitur caducum; secus si accessorie fit mentio de hærede eo modo, quo subintelli-

18 gitur. Castrens. *d.consil.402.per tot.lib.2.* † Limita; quia legatum factum Titio post mortem aui debetur, & transmittitur ad hæredes Titii, si superuixit auo, licet legatum non agnouerit, & post auum decesserit. Rom. *d.cons.124. Idem concludentem, in princip.* † Limita; quia legatum, aut fideicommissum, seu substitutio conditionalis, vel in diem transmittitur ad hæredes, quando constat de voluntate testatoris, licet præmoriatur non purificata conditione, vel ante diem, apost.ad Rom. *d.consil.162.in* * *ver.Conditionalis,prope fin.* vbi plures citat, & dicit * communem.

21 † Quæ autem coniecturæ sufficiant, vt dicatur constare de mente testatoris, vide ibidem in eadem apost.ad *consil.Rom.162.in ver.Conditionalis,in fin.* vbi, quod illa non sufficit, quod si testator fuisset interrogatus, ita respondisset. Vide Concl. prox. præced.

☞ Vide, *Legatum conditionale non transmittitur.Concl.39.*

Legatum omnium mobilium existentium in domo, quæ comprehendat, vel non. Concl.119.

1 LEGATVM † omnium mobilium existentium in domo comprehendit omnia, quæ moueri possunt, quæ sunt in domo, prout aurum, argentum, pecunias, animalia, libros, fructus separatos à solo, frumentum, & similia; quia vniuersalis dictio omnia continet. Dec. *cons.472.Testator,in princ.& per tot.* Vide. *Mas-*

☞ 2 *saritiarum appellatione quid veniat. Concl.104.* † Restringe; quia legatum vniuersale, seu generale omnium rerum, & massaritiarú, quæ sunt in domo, restringitur ad solas massaritias; quia dictio, &, posita inter genus, & speciem stat expositiue, & perinde est, ac si esset dictum *lego omnes res,* id est, *omnes massaritias.* Barto. *consil.52.*

☞ *Non videtur dubitandum,in fin. vers.cum ergo,lib.2.* Vide, Dictio, &

3 quando copulet, & quando non. *Concluſ.274.* † Declara; quia in legato de massaritiis domus intelligitur de domo domicilii, &

4 non extra. *l.si domus.ff.legat.1.* vbi Bald. Imol. & Ias. † Amplia; quia comprehendit etiam omnia, quæ essent extra domum per accidens, & consueuerunt esse in domo; quia censentur in domo, prout ancilla fugitiua, animalia accommodata, vel quid simile; plene Dec. *d.cons.472.num.19.& seq.vers.venio ad tertium, vsque in fi.* Cardin. Zabarel. *consil.51.in fin.vers.ad vltimum.* & pro ista parte faciunt multæ leges, quas allegat Alexand. *consil.216. Magister Al-*

5 *bertus,num.5.vers.circa secundum,in princ.lib.7.* † Contrarium, quod imo supellectilia non contineantur, quæ extra domum reperiuntur, vt quia illa accommodauit extra domum, quando legatum est de supellectilibus, quæ in domo sunt, facit tex. *in l.pen.§.1.*

6 *ff.de auro, & arg.leg.& in l.ex facto.§.rerum.ff.de hæred.instit.* † Extende; quia legatum massaritiarum, vel supellectilium, quæ essent in domo, vel erunt in domo testatoris, (quia verba habent tractum successiuum) continet omnes massaritias, siue in domo, siue extra domum, quando fuerunt portatæ, prout in rure de æstate animo reportandi, vel essent alteri accommodatæ; quia isto casu, siue testator sciat, vel ignoret asportationem, veniunt in

7 legato. Alexand. *consil.216.num.5.& 6.lib.7.* † Restringe secus, si legatum massaritiarum, vel supellectilium, quæ sunt in domo, sit factum per verba de præsenti; quia si sunt extra domum asportatæ etiam in rure animo reportandi, vel alteri accommodatæ non veniunt in legato, si testator sciebat non esse in domo; secus si ignorabat, & incumbit onus legatario, quod solitæ erant esse in domo; quia obtinebit, nisi hæres doceat, quod sciebat testator extra domum fuisse portatas. Alexand. *d.cons.216.num.5.& 6.lib.7.*

8 †Declara; quia in legato facto vxori de massaritiis, & supellectilibus, quæ in domo testatoris Florentiæ sunt, an comprehendantur ea, quæ non ibi, sed alibi, puta rure reperiuntur. Alexand. *cons. 216.Magister Albertus in 2.dubio,num.5.lib.7.* Castrens. *in l.huiusmodi. §.legatum,* vbi etiam Ias. *in 3.not.ff.de legat.1.* distinguunt, quod si verba sunt præsentis temporis, *lego massaritias, quæ sunt in domo,* non veniunt illæ, quæ sunt extra domum, si testator sciebat non esse in domo; si vero ignorabat esse extra domum, vel credebat esse in domo, veniunt ex mente, & incumbit legatario onus probandi, quod solitæ essent teneri. in quo probato hæres tenetur probare, quod fuerunt asportatæ de scientia, & voluntate testatoris; si vero legatum esset de massaritiis, quæ erunt vel essent in domo; tunc si sunt amotæ ad tempus, vt reducantur in domo, veniuntin legato. Alex. plene *d.cons.216.n.5.& seq.* vbi apostil. *in ver.Paulus,lib.7.* & concord. Abb. *consil.88. Casus,colum.2.ver.aduertendum,lib.2.* † Restringe; quia intelligitur legatum de massa- 9
ritiis domus dumtaxat ad illam domum pertinentibus, & quæ ibi sunt, non ad tempus, sed vt perpetuo illi domui deseruiant. Alexand. *in l.si cui.ff.de leg.1.& in consil.68.lib.6.* Corn. *consil.15. lib.1. & consil.244.lib.2.* † Restringe; quia comprehendit solum bona, 10
quæ erant in domo tempore testamenti, non tempore mortis. Vide supra, *Legatum restringitur ad bona testatoris. Concluſ.59.num.11.*
vbi, quod non venit granum, & alia de nouo inducta. † Restrin- 11
ge; quia non veniunt venalia, neque existentia in domo ibi non permansura. Dec. *consil.472.in princip.& num.20.cum seq.* † Item 12
neque ibi existentia per accidens, prout sunt venalia, & alio traducenda; quia ista dicuntur abesse, non adesse, *l.quæsitum.in princip.& §.fin.& l.si ita legatum.ff.de leg.3.* ita Abb. *consil.20.num.3.in fin. ver.quarto ad corroborationem.lib.2.* † Restringe; quia non veniunt 13
omnia mobilia, si constaret de mente, vel si secundum communem vsum loquendi testator intelligeret solum supellectilia legare; quia restringitur. Dec. *d.consil.472.num.9.& sequent.* † Amplia; 14
quia legatum factum vxori de supellectilibus, arnesiis, & omnibus rebus, tam paruis, quam magnis existentibus in domo testatoris comprehendit etiam res pignoratas testatori in domo existentes. Ant. de Butr. *consil.55.In quæstione vertente.* vbi, quod sufficit quod legatum censetur ius residens in re pignorata, vbi apost. ad hoc citat Abb. *in cap filius noster,* & ibi Couar. *num.2.de testam.*
† Extende maxime, quando legatum factum vxori fit ad exone- 15
randam conscientiam mariti, qui habuit bona vxoris: quia late est interpretandum. Ant. de But. *d.consil.55.in fine.* † Restringe; quia 16
si legatum esset speciale, & non vniuersale, vel si testator diuisset, *res meas,* vel, *res, quas possideo,* tunc non venirent res pignoratæ, per text. *in l.qui habebat.ff.de legat.3.* ita Anto. de Butr. *d.consil.55.num.2. vers.non obstat.* † Restringe; quia legatum de rebus existentibus 17
in domo nõ se extendit ad res existentes in domo, quæ sunt destinatæ alibi extra domum, quoad hoc, ne res veniat in legato, neque æstimatio rei, sed venit ius pignoris rerum existentium in domo; quia illud ius non est extraneum Anton. de Butr. *d.consil. 55.num.2.post med.vers.non obstat, quod non se extendat.* † Et quod 18
legatum rerum existentium in domo non capiat destinatas extra domum ad vsum perpetuum. Dec. *consil.472.* † Amplia; quia 19
legatum vniuersale dicitur, quando est de omnibus bonis mobilibus, & supellectilibus in domo existentibus etiam dato hærede vniuersali; & talis legatarius tenetur contribuere oneribus cum hærede. Ialon *consil.65.lib.1.in 3.dubio,* si vero est particulare legatum, non tenetur contribuere, sed hæres tenetur solus. Ias. *consil.64.lib.1.* † Limita; quia legatum medietatis omnium bo- 20
norum mobilium, vel etiam legatum omnium bonorum immobilium non continet nomina debitorum. Alexand. *consil.68. Quia consultationem, num.5.ver.venio ad secundum,lib.6.* † Extende, 21
etiam si legatum omnium bonorum mobilium esset ad piam causam; vt fieret distributio in causam piam; quia non comprehendit nomina debitorum; quia est tertia species. Alexan. *d.cons. 68.in fin.num.6.ver.reperitur etiam,lib.6.* vbi apostil. *in ver. Oldr.* dat concord. † Limita; quia si testator grauauit hæredem, puta 22
ad dandum legatario, vel alteri tot animalia, quæ ascendant ad certum valorem, videtur non voluisse contineri animalia in legato vniuersali omnium bonorum, maxime si institutio cantat in omnibus aliis bonis, quæ excludunt bona legata, & quando expressit in institutione bona se mouentia, & non in legato, & sic

constat

23 constat de mente, Dec. *conſ.*653. *Caſus, de quo, per tot.* † Contrarium
24 conſuluit in eodem caſu Decii Rui. *conſ.*32. *lib.*2. † Declara & re-
ſtringe, quando eſſent capitula ſeparata; quia ſi in vno reliquit v-
ſumfructum, in alio, quod legatario detur æſtimatio vſusfructus
per hæredem; quia habebit vtrunque. Decian. *conſil.*122. *num.*3. &
25 *ſeq. lib.*3. † Limita; quia in legato omnium bonorum mobilium
exiſtentium in domo non continentur venalia parata, vt ven-
26 dantur. † Extende; quia non continetur pecunia exiſtens in do-
mo, licet ſit mobilis; quia ſemper eſt parata alienationi. *l. ſi chorus.*
§.1. *ff. de legat.*3. vbi Bart. in ſummario. Iaſ. *conſ.*65. *lib.*1. *in quarto du-*
☞ *bio.* Vide, *Legatum de omnibus bonis de domo teſtatoris quid comprehen-*
dat. Concluſio. proxime ſequente. Vide, *Legatum de mobilibus diuerſis fa-*
☞ *ctum quid importet. Concluſ.*121. Vide, *Maſſaritiarum appellatione quid*
*veniat. Concluſ.*104.

Legatum de omnibus bonis de domo teſtatoris quid contineat, vel non. Concl.120.

1 TESTATOR † legans vxori ſuæ omnia mobilia de domo ſua,
cenſetur legare omnia bona, quæ in domo ſunt, dummo-
do ad tempus ibi non ſint ad vſum; ideo veniunt blada, vinum,
& omnia; non tamen credita, ſeu nomina debitorum. Cardinal.
☞ Zabarel. *conſ.*51. *in fin. verſ. ad vltimum.* Vide Concluſ. prox. præce-
2 den. † Amplia; quia legatum bonorum omnium mobilium,
quæ ſunt in domo teſtatoris, reſtringitur ad exiſtentia in domo
teſtatoris, quam inhabitat, & licet etiam habeat alias domos, &
in eis mobilia non veniunt; quia reſtringitur legatũ ex deſigna-
3 tione loci. Cephal. *conſ.*536. *lib.*5. Menoch. *conſ.*329. *lib.*4. † Re-
ſtringe, quando dixiſſet, *in domo, & in quocunque loco*; quia tunc
verbum illud vniuerſale, *& in quocunque loco*, ampliat; quia nihil
cenſetur exceptum. Rim. Iun. *conſ.*450. *in* 3. *parte, num* 36. Natt. *cõ-*
*ſil.*525. *num.*8. Crauett. *conſ.*294. & *conſ.*308. vbi plene de impor-
4 tantia verborum vniuerſalium. † Amplia; quia legata domo per
teſtatorem vxori cum omnibus rebus, & bonis in dicta domo
exiſtentibus, non venit frumentum, & alia poſita, & immiſſa in
dictam domum Capra. *conſ.*45. allegat *l. ſi ita. ff. de auro, & arg. leg.*
☞ Vide plenius, *Legatum reſtringitur ad bona teſtatoris. Concluſ.*59. *num.*
5 8. *& multis ſeqq.* † Extende; quia non intelligitur, niſi de rebus, &
bonis, quæ ſunt in domo tempore teſtamenti. Corn. *conſil.*15. *co-*
6 *lum. pen. lib.*1. Alexand. *conſ.*59. *colum.*2. *lib.*6. Bald. *conſ.*485. *lib.*4. † Si
vero legantur mobilia, quæ erunt in domo teſtatoris tempore
mortis ipſius, non veniunt mobilia, quæ tempore mortis erunt
extra domum; quia adiectio loci reſtringit legatum. *l. nam quod*
liquidæ. §. fin. ff. de pecul. leg. l. quæſitum. §. Mœuia. vbi gloſſ. *in ver. proba-*
bitur, vbi Bart. *ff. de leg.*3. & quia relatiuum, *quæ*, reſtringit. Dec. *cõ-*
7 *ſil.*92. *num.*3. † Reſtringe; quia in tali legato continentur res, &
bona, quæ ſolent eſſe in domo, licet non ſint in ea per accidens,
per text. *in l. quæſitum, §. final. ff. de leg.*3. Socin. *conſil.*35. *colum.*4. *lib.*1.
Corne. *conſil.*244. *colum. penult. lib.*2. faciunt tradita per Caſtrenſ.
8 *in l. huiuſmodi. §. legatum*, & ibi Iaſ. *in* 3. *not. ff. de leg.*1. † Amplia; quia
ſi teſtator legat mihi veſtes ſuas, intelligitur de illis, quas habebat
tempore teſtamenti, non de illis, quas ex poſt habuit. *l. ſi ita. ff. de*
auro. & arg. leg. Alexand. *conſ.*59. *Viſis verbis, num.*7. *ver. vbi dicit, quod*
*ſi teſtator. lib.*6. & *conſil.*171. *In cauſa, & lite. in princip. eodem lib.*6. vbi a-
☞ poſtil. *in ver. teſtamenti*, dat concord. Vide, *Meum quomodo, & quali-*
9 *ter eſſe dicatur. Concluſ.*225. *num.*19. *& ſeq.* † Extende; quia ſi legata-
rius dicat, *omnes veſtes, quæ nunc reperiuntur. fuiſſe tempore teſtamenti*,
hæres vero id neget, incumbit onus probandi legatario; quia
cum fundet intentionem ſuam in tempore, debet probare. Alex-
and. *conſ.*59. *colum.*2. *circa med. lib.*6. *num.*7. allegat Roman. *in l. in*
illa. ff. de verb. oblig. & vide in ſimili eundem Alexand. *conſ.*216. *libro*
ſeptimo, vbi loquitur in legato ſupellectilium, quæ ſunt in domo,
& idem in legato in genere facto; quia incumbit legatario onus
probandi fuiſſe tempore teſtamenti. Felin. *in cap. ex litteris, colum.*
☞ *pen. de probation.* Vide, *Probatio incumbit aſſerenti. Concluſ.*768. † Ex-
10 tende; quia in legato mobilium, quæ certo loco erunt, non venit
pecunia, niſi ibi ſit poſita, vt theſaurus, & præſidii cauſa; vt dicit
text. *in d. l. ſi chorus, §. ijs verbis, ff. de leg.*3. & ideo ſi ibi eſt, vt dietim
expendatur, vel vt mutuo daretur, non cenſetur ſtare in loco,
cum ibi non ſit, vt permaneat, ſed vt remoueatur. Corn. *conſ.*49.
11 *colum. fin. lib.*3. Alciat. *in l. mouentium, in fine, ff. de verb. ſignif.* † Exten-
de; quia licet pecunia de ſui natura ſit res mobilis, gloſſ. & Doct.
*in l.*1. *§. fuit quæſtum, ff. ad Trebellian.* tamen, quando poſita eſt ſuper
bancho ad cambiandum, ſeu aliter ad fructum, cenſetur immo-
bilis. Bald. *in l. cum cauſa, in fine, de re iud.* Tiraquel. *de retract. tit.*1. §.1.
12 gloſſ.7. *num.*114. † Reſtringe; quia legatum mobilium de ſui natu-
ra comprehendit pecuniam, *l. ſi chorus, §. ijs verbis, ff. de leg.*3. *authent.*
de nupt. §. & quia auth. hoc niſi, C. *de ſolut.* Bald. & alii *in l. ea demum,*
Cod. de collat. Tiraquel. *de retract. tit.*1. §.1. gloſſ.7. *num.*13. *& ſeq.* Vide, ☞
*Pecuniæ appellatione quid veniat. Concluſ.*200. † Amplia; quia lega- 13
tum ſupellectilium, & maſſaritiarum domus non comprehendit
omnia mobilia exiſtentia in domo, ſed ſolum neceſſaria pro vſu
quotidiano domus arbitrio boni viri declaranda; & idem ſi lega-
tum eſſet de vſufructu domus cum ſuis pertinentiis; quia non
veniunt, niſi mobilia pro vſu quotidiano domus. † Amplia; quia 14
legata domo non comprehenduntur ſupellectilia. Iaſ. *in l. benefi-*
*cium, num.*2. *ff. de conſtit. princip.* ſed ſolum veniunt affixa domui, &
ea, quæ pro perpetuo vſu domus facta, & parata ſunt, licet non
affixa. Bald. *in l. cætera. §. item hoc prohibetur, in fin. ff. de leg.*1. & ibi A-
lexand. *in §. hoc ſenatus. in fine*, & Iaſ. *in d. l. beneficium, nu.*10. Rubeus
Alex. *conſ.*61. *Tota difficultas, nu.*5. Alex. *conſ.*223. *Viſis verbis dicti teſta-*
*menti, lib.*2. Vide, *Domus an, & quando vna dicatur, vel plures. Concluſ.* ☞
619. † Extende, etiam ſiſit legata domus cum pertinentiis; quia 15
veniunt acceſſoria. Innoc. *in c. cum ad ſedem. n.*3. *de reſtit. ſpoliat.* Ale-
xan. *conſ.*23. *Viſo proceſſu, num.*5. *lib.*5. † Acceſſoria autẽ ſunt diuerſi- 16
moda; quia quædã accedunt per viã neceſſitatis, quædam per viã
æquitatis, quædam ex naturali inhærentia. Bald. & Præpoſ. *in c. di-*
lectus, de appel. Albert. Brun. *in tract. de augmento in prima concluſ. prin-*
*cip. num.*15. & ideo alias fuit reſolutum Florentiæ, quod in legato
vſus fructus domorum cum omnibus pertinentiis iudex exequu-
tionis videat oculariter bona inuentatii, & conſideret, quæ bo-
na dici poſſint acceſſoria, & quæ facta, & comparata ſint ad vſum
perpetuum illarum domorum, & illa dentur vſufructuariæ, & a-
lia hęredibus. † Declara; quia legata domo cum pertinentiis, non 17
debentur maſſaritiæ, neque ſupellectilia, ſed veniunt tantum ea,
quæ ſunt neceſſaria domui, & quæ lege, vel conſuetudine depu-
tata ſunt, vt domibus accedant arbitrio boni viri declaranda. In-
nocent. *d. cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat.* Bald. *conſil.*445. *Qualiter*
*probentur pertinentiæ, colum.*1. *lib.*5. Socin. *conſ.*47. *num.*4. & 5. *lib.*1. A-
lexand. *conſ.*23. *num.*6. *lib.*5. & *conſ.*4. *num.*6. *lib.*6. Ruin. *conſ.*40. *colu.*
*antepen. in princ. lib.*1. Socin. Iun. *conſ.*65. *num.*28. *lib.*1. Natt. *conſ.*435.
*num.*18. Cephal. *conſ.*3. *num.*46. & *conſil.*250. *num.*14. Tiraquel. *de re-*
*tract. lignag. gloſſ.*3. §. 36. *num.*4. † Limita; quia legatum omnium & 18
quorumcunque bonorum mobilium, & ſupellectilium domus
ſuæ, non reſtringitur per illud verbum, *ſupellectilium*, ſed ampliatur. Afflict. *deciſ.*106. † Extende; quia ſi fiat legatũ vxori de omni- 19
bus pannis, ornamentis, lecto, & aliis in camera vxoris, compre-
hendit nedum expreſſa, ſed etiam non expreſſa; quia verbum, *&*
aliis, ſtat ampliatiue. Bart. *conſ.*216. *Adelandus, num.*6. *ver. ſuper tertio,*
*lib.*1. Vide Concluſionem proxime præcedentem, & Concluſ. ☞
prox. ſeq.

Legatum de bonis mobilibus, vel pannis lineis, laneis, vel paratis, aut emptis cauſa legatarii, quid contineat. Concl.121.

LEGATVM † de bonis mobilibus in domo quid comprehen- 1
dat. Vide, *Legatum omnium mobilium exiſtentium in domo quæ* ☞
*comprehendat, vel non. Concluſ.*119. † Legatum factum per teſta- 2
torem de omnibus pannis ſuis laneis, & lineis comprehendit ſo-
lum pannos pro vſu perſonæ teſtatoris, vel qui parati eſſent pro
vſu ſuo, non autem pannos venales, vel paratos, vt venderentur.
Abb. *conſ.*105. *Ex proceſſu, num.*3. *& per totum, lib.*1. † Legatum vxori 3
factum de omnibus pannis lineis & laneis, & rampe, & omnibus
aliis pannis ad vſum ſuæ perſonæ quid comprehendat Capra
*conſ.*128. vbi, quod non comprehendit tobaleas, & alia, licet de li-
no, vel canape, quæ non ſunt ad vſum perſonæ vxoris. † Et lega- 4
tum factum vxori de camera cum ſuis pertinentiis quid compre-
hendat, vide *in l. prædijs, §. quid, ff. de leg.*3. *l. quæſitum. §. ſi quis eo, ff. de*
fund. inſtr. l. quod in rerum, §. ſi quis poſt teſtamentum, ff. de leg. Canon.
in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpoliat. vbi concludunt venire ea quæ de-
ſtinatione patris familias erant deſtinata ad vſum, & pro vſu d. ca-
meræ. † Et legatum factum vxori de iis, quæ cauſa eius parata 5
ſunt, dicitur generale, & comprehendit omnia parata, *l. hoc lega-*
*tum, ff. de leg.*3. † Et dicitur paratum vxori, vel vxoris cauſa id, quod 6
in illius vſu frequentiſſime verſatur, non autem id, quod eſt in
promiſcuo vſu mariti, & vxoris, *d. l. hoc legatum, ff. de legat.*3. vbi in
fine id dicitur paratum, quod ipſi ſoli ad vſum eſt traditum. † Item 7
dicitur paratum pro vxore illud, quod ad promiſcuos vſus eſt de-
ſtinatum, quando maritus legans ſolitus eſt vti quaſi mutuo ac-
cipiens ab vxore, *l. item legato, in princip. ff. de leg.*3. † Item lana, & li- 8
num debetur mulieri in aliqua parte; quia eſt ſpeciale, etiam ſi

ad promiscuos vsus sit destinatum; quia muliebria sunt. glos. *in l.* 9 *cum quæreretur, §. lana, in ver. lana, ff. de legat. 3.* † Declara; quia interest, an legatum sit generale, seu vniuersale eorũ, quæ parata sunt, an speciale; quia primo casu nõ debentur parata ad communem vsum vxoris & mariti, vel vxoris & filiorũ; secus in legato speciali, puto, *lego talem vestẽ, quæ parata est ex causa vxoris*; nam licet non esset parata, tamẽ debetur; quia falsa demõstratio non vitiat, *l. Quintus* 10 *Mutius, la prima, ff. de auro, & arg. legat.* † Restringe; quia si maritus mandauit emi ornamẽta pro vxore, & omnia ornamenta parata vxori legauit, non debentur ea, quæ empta sunt à mandatario post mortem mariti, quam ignorauit mandatarius, *l. qui tibi man-* 11 *dauerat, ff. de auro & arg. legat.* † Restringe, quando mulier ante mortem mariti diuertit; quia censetur ademptum legatum, *d. l.* 12 *qui tibi, in fine. & l. vxori, ff. de auro, & argento leg.* †Declara; quia extenditur hoc legatum, quando legantur aliqua nominatim cum adiectione, & alia, quæ parata sunt, & restringitur, si solum relatiuum ponitur, *quæ parata sunt*; quia primo casu debentur specificata non parata, & postea etiam parata propter copulam; secundo 13 vero casu sola parata debentur, *l. ea tamen, ff. de legat. 3.* † Declara; quia si fuisset ad vsum traditum, postea ademptum, non venirent in legato facto eorum, quæ eius causa parata sunt, *l. nam ne, ff. de* 14 *legat. 3.* † Si tamen legaret vxori vestes, annulos, & perlas, & indumenta quæcunque pretiosa, & non pretiosa ad vsum vxoris hactenus facta, excepto quodam iocali agnus Dei, istud legatum comprehendit quasdam perlas in hæreditate inuentas, licet non constet, an sint ad vsum vxoris. Corn. *cons. 218. lib. 4.* vbi quod illa verba, *ad vsum vxoris*, solum referuntur ad substantiuum, indumenta, quod est proximum, & cui proprie conuenit qualitas, & non referuntur ad perlas, quod est magis remotum, & non conuenit illud verbum, *facta*, quod est generis neutri; perlæ vero sunt 15 fœminini, & in simili vide Dec. *consil. 92.* †Legatum factum vxori, vel alteri bonorum mobilium, quæ causa legatarii empta, vel parata sunt, quid importet, & quid contineat, & quæ sit differentia inter paratum & emptum, vide *l. si quid earum, §. inter emptum, ff.* 16 *de legat. 3.* †Et quæ sit differentia inter legatum eorum quæ parata sunt legatarii causa, est tex. *in l. item legato. §. item interest, ff. de leg.* 17 *3.* † Legatum iocalium, & gemmarum pretiosarum ad vsum, & dorsum vxoris factum vxori quid comprehendat & an fiat lata, vel stricta interpretatio, Dd. tres Rotæ Florentiæ in motiuis 5. 18 Maij 1567. In causa hæredum Hieronymi de Guardis. †Legatum poderii ad vsumfructum cum suis pertinentiis comprehendit boues aratorios ad vsum prædii destinatos, & deseruientes, *l. si cui fundum, & instrumentum, iuncto text. in l. instrumenta*, ibi: *præterea boues domiti, ff. de fundo instruct.* Angel. *in l. item si fundi, ff. de vsufruct. & quemadmo. quis vtatur.* Cepol. *tract. de seruit. vrban. prædio. cap. 4.* incip. *Circa quam, ver. ita legato vsufructu.*

Legatum de massaritiis, & supellectilibus generale quid comprehendat, vel non, & quid si legentur supellectilia. Concl. 122.

LEGATVM † massaritiarum, & supellectilium quid contineat, & quæ veniant sub dictis vocabulis, vel non, Vide plene per Rotam Florentinam in motiuis die 10. Decembris 1532. Dicas secundum Alexand. *consil. 216. Magister Albertus, in fin. ver. circa vltimum. lib. 7.* vbi, quod legatum supellectilium continet omnia destinata ad vsum supellectilis; secus si custodiebantur, prout va- 2 sa argentea, & similia. † Et legatum generale de massaritiis non debet restringi; quia loquutio generalis nihil reliquit intactum. Bald. *consil. 205. Verba Principis. lib. 1.* Crauett. *consil. 191. In testamento, & cons. 133. num. 6.* vbi, quod dispositio generalis non debet restringi, si non subest ratio restringendi plus ad vnum, quam 3 ad alium. †Contrarium, quod imo legatum generale, & vniuer- ☞ sale restringatur, & non comprehendat multa. Vide, *Legatum de o-* 4 *mnibus bonis de domo testatoris. Conclus. 120. num. 13. & sequent.* † Bene verum est, quod legatum generale massaritiarum non comprehendit, nisi destinata ad vsum domus, & idem de supellectilibus. ☞ Vide, *Legatum de omnibus bonis de domo testatoris. d. Conclus. 120. nume.* 7. Vide, *Massaritiarum appellatione quid veniat, vel non. Conclus. 104.*
5 †Legatum supellectilium non continet vestes, nec libros. *l. l. &*
6 *l. supellectili. ff. de supellect. leg.* vbi Bart. † Item vasa argentea, escatia, vel potoria, vel aquaria, non veniunt in supellectili. Alexand. *d. consil. 216. Magister Albertus in 3. dubio, lib. 7. ad fin.* vbi limitat, nisi testator ex vsu illa teneret ad continuum vsum, & illa reponeret, 7 nec recondita teneret. †Item tellæ, rudes, cera, & ea, quæ ad vsum quotidianum non sunt parata, non veniunt appellatione supellectilium, *l. Labeo, ff. de supell. legat.* † Item grascia, esculenta, & po- 8 culenta non veniunt appellatione supellectilium, licet sint ad vsum quotidianum; quia habent nomen proprium, & cadunt in aliam speciem, *d. l. Labeo*, vbi gl. declarat *l. supellectilis, ff. de supell. leg.* nam ista cadunt sub penu, *l. 3. ff. de penu legat.* & quod grascia rum appellatione veniant esculenta, & poculenta gl. *in l. eos. C. de decur. lib. 11.* † Item pecunia non venit, etiam si legatum supellectilium 9 sit vniuersale; quia tanquam venalis non continetur. Bartol. *in l. Quintus Mutius, §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* †Item vestes non veniunt in 10 legato supellectilium, *l. vestem, ff. de supell. legat.* †Item libri, & scri- 11 pturæ non veniunt in legato supellectilium, *l. 3. ff. de supell. leg.* ibi; *quia hæ ne quidem.* †Item massaritiæ non veniunt in legato supelle- 12 ctilium, quando sunt pignoratæ, & non sunt reuerituræ ad domum, puta quia domum vendidit; secus è contra, *l. ex facto, §. verum. ff. de hæredib. instit.*

Legato fundo instructo quæ veniant, vel non. Concl. 123.

IN †legato fundi instructi comprehenditur fundus cum instru- 1 mentis, quæ sunt parata perpetuo ad beneficium fundi, & sic quæ sunt in fundo, vel apta ad culturam fundi, *l. 1. & 2. C. de verb. signif.* Alexand. *cons. 68. Quia consultationem, per totum, lib. 6.* maxime *ver. Quarto probatur*, vbi, quod instrumenta fundi enumerantur *in l. instrumenta. ff. de fund. instruct.* & quæ ibi non sunt, non veniunt. †Limita; quia non comprehendit nomina debitorum, puta cre- 2 dita, quæ habet testator cum colono, & laboratore fundi, plene Alexand. *cons. 68. Quia consultationem, in princip. & per totum. lib. 6.* vbi reddit rationem; quia non sunt nomina debitorum instrumenta perpetua ad vsum fundi, sed respiciunt totum patrimonium, & *num. 2. cum sequen.* †Extende, vt procedat; quia neque ve- 3 nit ius, quod habet testator cum laboratore fundi, quando laborator sub mercede, vel certa quota fructuum laborabat fundum. Alexand. *d. cons. 68. num. 3. ver. octauo ad idem, lib. 6.* † Extende; quia 4 etiam si nomina debitorum cum colono fundi essent causata pro cultura fundi, puta quod mutuauerit testator pro laborando fundo: tamen non veniunt in legato. Alexand. *d. cons. 68. num. 4. ver. decimo & vltimo, lib. 6.* † Extende, etiam si legatarius sit con- 5 iuncta persona testatoris. Alexand. *d. cons. 68. in princip. ver. tertio probatur. lib. 6.* † Declara; quia si testator legat fundum cum inte- 6 gro statu, hoc est cum adiacentibus, & mancipiis, & pecoribus, fructibus, & instrumentis, & cum omni iure suo, venit instrumentum fundi, & dominii, quo Dominus vtebatur, dum erat in fundo, vel instrumentum, quod ibi erat gratia fundi, non autem alia, quæ ibi erant ad tempus, vel quæ gratia fundi ibi non erant; ideo non venit pensio debita ab inquilinis, vel colonis, neque fructus à fundo separati, vt ad domum reducerentur, neque fructus, qui in fundo erant negociandi causa. Alexand. *d. cons. 68. num. 3. ver. septimo probatur. lib. 6.* allegat Bald. *in l. si quando, la prima, Cod. de bonis vacant. per illum text. lib. 10.* Vide, *Fundi appellatione, & fundi instructi appellatione quid veniat. Conclus. 533.*

Legatum de bonis mobilibus, & immobilibus non comprehendit iura, & actiones. Concl. 124.

LEGATVM † de bonis mobilibus, & immobilibus non com- 1 prehendit iura, & actiones, neque nomina debitorum. Guido Pap. *dec. f. 499.* Dec. *cons. 237. & consil. 381. & cons. 387. & consil. 472.* Alexand. *cons. 44. lib. 6.* Ruin. *cons. 55. lib. 2.* Parisi. *cons. 79. num. 12. lib. 2.* † Extende; quia quantumcunque legatum sit generale, 2 sub verbis omnium, & quorumcunque aliorum bonorum, non veniunt nomina debitorum, *l. Quam Tuberonis, §. in peculio, ff. de pecul.* glo. Cæpol. Alciat. & alii *in l. mouentium, ff. de verb. significa.* & in legato voluit Oldrad. *cons. 163. Quod nomina debitorum.* Angel. *consil. 328.* Dec. *consil. 237. in princip.* Iason *consil. 5. column. 4. vers. secundo, quod ista, lib. 3.* Parisi. *cons. 49. num. 1. & sequen. & cons. 96. num. 14. lib. 2.* Bero. *cons. 41. num. 3. & cons. 53. num. 8. lib. 1.* Natt. *cons. 156. nu. 13.* Dec. *cons. 322. num. 8.* Boer. *decis. 341.* Tiraquel. *de vtroque retract. titul. 1. §. 1. glos. 7. num. 8. & sequen.* Pinellus *in rubr. C. de bonis mater. part. 1. nu. 24. & 25.* †Declara maxime seruandam esse mentem testatoris, si 3 de ea potest constare; quia illa attenditur, communem * dicit * Curt. Iun. *cons. 145. num. 15.* Dec. *cons. 653.* Vide, *Bonorum appellatione quid veniat. Conclus. 101.* Vide, *Iura, & actiones non computantur inter mobilia, & immobilia, & quando secus. Conclus. 494.*

Legatum

Legatum factum in genere fratribus de Cappa debetur etiam Priori habenti speciale legatum de Biblia, & quando secus. Concl. 125.

1 REGVLA † est, quod si testator relinquat primo in genere cuilibet fratri cappam, & postea in specie relinquat Priori Bibliam, quod debet habere Prior cappam, & Bibliam; quia tanquam frater habet legatum factum in genere, videlicet cappam, & habet etiam speciale sub sequens, videlicet Bibliam. *leg. 4. ff. de stipulat. seruor. l. Titia. §. qui Marco. ff. de ann. leg.* ita Iason post alios *in l. doli clausula. ff. de verbor. obligatio.* vbi, quod si præcedit legatum generale, & sequatur speciale, habebit vtrumque. Bartol. *in d. leg. 4.*

2 *ff. de stipulation. seruorum.* †Extende; quia legatum factum Prioribus Ciuitatis de centum, & Titio, qui etiam erat prior, de quinquaginta, operatur, quod vtrunque habere debet. Bartol. *in l. si*

3 *Consul, in princip. ff. de adoptio.* †Et idem est, si testator legat cuilibet fratri quinque, & Priori decem; quia habebit Prior vtrunque. Salycet. *l. cum quæstio. §. fin. C. de legat.* vbi ponit alia exempla, &

* 4 dicit* communem. †Extende in licentia data Titio ingrediendi Monasterium die S. Luciæ; quia si postea detur licentia eadem die omnibus, habens particularem, & generalem poterit ingredi duobus vicibus, nisi esset ex eadem causa, tam generalis, quam

5 specialis. Franc. & alii *in cap. generi, de regul. iur. in 6.* & fuit quæstio disputata, quam ponit Alberic. *de statu. in 6. part. quæst.* 181. † Extende, quando legatum speciale esset alimentorum, & subsequitur legatum generale; quia primum non censetur ademptum.

6 Bartol. *in l. libertis. §. posthumis. ff. de alim. & cibar. leg. in princip. & in l. Mela, num. 5. eodem tit.* Crauett. *cons. 189. in princip.* Afflict. *decis. 111. n.*

7 10. † Declara, vt per Castrens. *consil. 29. In puncto, in princip. lib. 2.* †Restringe, quando legatum generale, & speciale est ex eadem causa; quia tunc non debetur, nisi semel, siue præcedat genus, siue sequatur. Bald. *d. l. doli clausula. ff. de verb. oblig.* Abb. *consil. 4. num.*

8 *8. lib. 2.* Cuman. *cons. 18.* Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 9.* Simon de Præt. *lib. 4. dubio 4. num. 14.* Franch. & alii *in d. cap. generi, in fin. de reg. iur. in 6.* †Et procedit restrictio, etiam si legatum esset bis ex eadem causa in testamento, & codicillis; quia semel debetur. Abb. *dict. cons. 4. num. 8. vers. sed ego. lib. 2.* Cuman. *cons.*

9 *18.* cum aliis per Iason allegatis *in l. plane. §. si eadem, num. 11. ver. limita, ff. de leg. 1.* †Restringe in legato alimentorum; quia ex quo non est reiterabile, non debetur, nisi semel; Bartol. *d. l. 4. de stipulat. seruor.* Iason *in d. l. doli clausula, num. 5. ver. secundo limita. ff. de verbor. obligat. & in d. l. cum quæstio. §. sed & aliam, C. de legat.* & est text. *in l. Stichus nutri-*

10 *cius. ff. de aliment. & cibar. leg.* † Et procedit, siue præcedat legatum speciale, & subsequatur generale in eadem voluntate, siue speciale sit in testamento, & generale in codicillis; quia generale posterius, & minus, attenditur. *d. l. libertis. ff. de alim. & cibar. leg.*

11 †Restringe, quando legatum speciale sequitur per dictionem aduersatiuam, vt si dicat, *lego fratribus cappam, Priori vero Bibliam*; quia non habebit, nisi Bibliam. Iason *d. l. doli clausula. ff. de verb. obl. nu.*

12 *5. & in d. l. cũ quæstio. §. sed & aliam, in fi. C. de legat.* †Intellige, nisi post aduersatiuam adesset dictio ampliatiua, etiam. Salycet. *d. l. cum*

13 *quæstio. §. fin. in fin. C. de legat.* † Amplia, siue res legata sit diuersa, siue eadem; quia persona nominata in eadem oratione diuersimode habere debet duplicem partem, veluti si fiat legatum omnibus fratribus, & Priori de centum inter se distribuendis, vtique habebit Prior duplicatam portionem, tanquam frater, & Prior, quando præcessit genus, alias secus. Iason ex mente Salycet. & alio-

14 rum *in d. l. cum quæstio. §. sed & aliam, num. 2. C. de legat.* † Amplia, quando genus subsequens habet dictionem vniuersalem, vel generalem, habilem comprehendere omnia; quia tunc etiam comprehendit ea, quæ habent specialem prouisionem, in quibus non adest ratio diuersitatis. Bero. *cons. 81. numer. 18. & sequent. lib. 2.*

15 Corn. *cons. 249. lib. 4. per totum.* maxime *num. 4. & sequen.* † Extende, quando specialis prouisio non valeret, seu extincta esset; quia tunc generalis comprehẽdit prouisionem specialem extinctam. Crauett. *cons. 538 num. 8.* Corn. *d. cons. 249. in fine. lib. 4.* Bero. *dict. cõ-*

16 *sil. 81. num. 27. & sequen. lib. 2.* † Extende, quando prouisio generalis non posset operari, nisi in prouisione speciali præcedenti; quia tunc comprehendit etiam specialem. Crauett. *d. cons. 358. nu.*

17 *9.* † Amplia, quando diuersis respectibus, vt quia vni legatur proprietas, alteri vsusfructus; quia tunc species generi non derogat. Ruin. *cons. 40. num. 9. lib. 2.* & quod ex diuersitate modi legandi genus referatur etiam ad specialiter prouisa diuerso mo-

* do, est communis * opinio, vt dicit Salycet. *in d. l. cum quæstio. §. fin. C. de legat.* plenissime Cagnol. *in l. in toto, nu. 13. ff. de reg. iur.* vbi plura adducit; quod si etiam species, & genus concurrant ad eandem rem, sed diuersis respectibus; quia vni legatur proprietas generaliter omnium bonorum, alteri vsusfructus certæ rei, vtrunque habet effectum; qui non sibi contradicunt, & dicit * communem allegando Dec. *cons. 489. numer. 6.* qui dicit * communem. * Roland. à Valle *cons. 8. num. 36. & sequent. lib. 2.* qui dicit * communem. † Restringe, quando præcedit legatum speciale pium, & 18 subsequitur generale, vel speciale, & generale pro eodem; quia primo extralitur speciale de generali. Afflict. *decis. 45.* & ibi Vrsil. †Limita, quando præcedit legatum speciale, & subsequitur lega- 19 tum generale: quia tunc non habebit, nisi legatum speciale, vt si dixit, *lego Priori Bibliam, & cuilibet fratri prædicatori cappam*; tunc Prior non habebit cappam; quia clausula generalis non refertur ad specialiter prouisa, ita Iaſ. *d. l. doli clausula, num. 4.* vbi plurimos allegat, & dicit communem, & magis * communem opinionem. *ff. de verb. oblig.* Bartol. *d. l. 4. ff. de stipul. seruor. in fin.* Ruin. *consil. 90. num. 9. lib. 2. l. Stichus nutricis. ff. de alim. & cibar. legat. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulg.* Cyn. *in d. l. cum quæstio. C. de legat. numer. 6. in fin.* vbi Castrens. *in d. §. sed & aliam.* & ibi Iaſ. & alii. Barr. *in l. quæsitum. §. si quis fundum, num. 13. ff. de fund. instr. & in d. l. Titia. §. qui Marco,* vbi Alberic. *ff. de ann. leg.* Gabriel. *consil. 54. num. 4. lib. 1.* Ratio est, quia clausula generalis non refertur ad ea, in quibus specialiter est prouisum. Bald. *cons. 389. lib. 3.* Bero. *cons. 161. numer. 5. & 29. lib. 3.* & communem * dicit Salycet. *d. l. cum quæstio. C. de legat.* vbi reddit rationem diuersitatis, quando incipit à specie, vel a genere. †Contrarium, quod imo, siue præcedat genus, siue species, sem- 20 per debeatur vtrunque; quia non subest ratio diuersitatis, ex quo species semper derogat generi. Ioan. de Imol. *in d. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. num. 18. ver. vltimo inducit.* vbi dat multas solutiones cum Angelo ibi, qui dicit, quando legata sunt diuersa, vtrunque debetur. Aretin. qui hoc admittit verum, quando legatum est reiterabile, & idem dicit Bald. *in l. pactum, quæst. 15. C. de collat.* quia si generalis non venit correctorie ad specialiter disposita, vtrunque habet locum, & idem Bald. *in d. l. doli, in fin. ff. de verbor. oblig.* quem citat ibi Alexand. in fin. Fulg. *in d. l. cum quæstio. §. final. C. de legat.* vbi, si res sunt diuersæ, procedit contrarium; secus si eadem res. †Et pro hac parte contraria, quod libertus, cui spe- 21 ciale legatum fuit factum, admittatur ad generale legatum libertis factum, est tex. *in l. alio hærede. §. eum quoque. ff. de aliment. & cibar. legat.* quem ita inducit ad hoc Alberic. de Rosat. *in 2. parte stat. quæst. 181. num. 6. in fin.* & est quæstio, quam Ioan. Andr. & Franch. post alios ponunt *in cap. generi. de regul. iur. in 6.* & facit text. *in l. post emancipationem. §. fin. ff. de legat. 3.* & est text. *in l. Titia. §. qui Marco. ff. de ann. legat.* Abb. *in cap. cum olim, num. 4. de re iud.* sequitur Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 18.* † Idem tenet Ro- 22 man. *consil. 308. Pro habenda, in prine. & num. 3. cum sequen.* vbi legatum generale factum de vsufructu hæreditatis matri, & vxori comprehendit etiam vsumfructum particularem donatum per legantem matri; quia potest esse vtile legatario; & quia in generali continetur particularis vsusfructus alteri debitus, allegat *l. Iulianus, in princip ff. de legat. 3.* vbi, quod legans generaliter rem censetur etiam legare partem, in qua ius pignoris habet, & sic alienam quoad omne ius sibi competens, & respondet ad contraria, quod generalis clausula non comprehendit ea, in quibus est specialiter dispositum; quia procedunt, quando est in eodem capitulo. & eadem dispositione; secus in diuersis, vbi apostilla *in ver. prouisum,* dat concordantes. † Vide Bero. *cons. 81. num. 27. lib. 2.* 23 vbi dicit * communem, quod semper dispositio personarum * particularis includitur sub generali dispositione subsequenti, vel vniuersali, reprobato Imol. †Vide contrariam regulam, quod 24 siue præcedat species, & sequatur genus, nunquam genus derogat speciei, ita Iaſ. *in l. si tibi homo. §. si testamento, num. 13. & num. 16. ff. de leg. 1.* Vide, *Generi per speciem derogatur. Conclus. 36.* † Declarat Bart. *in d. l. 4. ff. de stipul. seruor. in fin.* quia si speciale legatum præce- 25 dit quoad genus, & speciem rerum legatarum, nihil refert; si vero præcedit species quoad personas, quibus legatur, bene refert. Bartol. *d. l. 4. ff. de stipul. seruor.* vbi dicit, quod patet ad sensum ex illo text. & ibi Ioann. de Imol. declarat adducens rationem diuersitatis; quia vbi genus, & species est in rebus legatis, non prouidetur, nisi semel vni personæ; secus si genus, & species est circa personas, quibus legatur; quia vt inducatur multiplicatio, attenditur, an genus præcedat, vel sequatur. † Declara melius, quam 26 apud aliquem, vt per Henric. Boich. *in cap. studuisti. de off. leg.* vbi si genus, & species consideratur circa personas legatarias, & sic honoratas, nunquam generi derogatur per speciem, sed vtrunque habet effectum, si vero genus, & species sunt circa res legatas, & sic genus comprehendit idem, quod species; tunc species derogat generi. † Et idem, quando genus & species sunt circa 27

personas grauatas; quia si grauatur in specie vnus hæres, postea grauantur omnes hæredes, vtraque dispositio valet, & ex vtraque agi potest. ita Ias. *in l. si tibi homo. § si testamento, num. 13. & seq. &*
28 *num. 16. ff. de leg. 1.* † Declara; quia genus post speciem non trahitur ad casus in specie prouisos, quando derogaretur casibus prouisis, & sic quando non compatiuntur insimul, alias secus, ita Cagn. *in*
* *l. in toto. ff. de regul. iur. num. 13.* vbi * dicit communem. Roland. à
* * Vall. *cons. 5. num. 23. & seq. lib. 4. iuncto num. 29.* Dec. *consil. 489. Testator reliquit, num. 6.* vbi dicit * communem, & sequitur de * com-
29 muni attestando Roland. à Vall. *cons. 8. num. 36. & 37. lib. 2.* † Declara, etiam si præcedat species, & sequatur genus circa personas, & res, quando constat de mente; quia vtrunque debetur. Ioan. de Imol. *in l. 4. ff. de stipul. seruor.* vbi, quod tunc non est difficultas aliqua, & idem dicit Alberic. de Rosa. *in 2. part. statut. quæst. 181. in fin.* Franc. ex mente Ioan. Andr. & aliorum *in cap. generi, in fi.*
30 *de regul. iur. in 6.* † Declara, quando species præcedit, & genus sequitur circa personas tantum; quia tunc vtrunque habet, & genus refertur ad specialiter prouisa, ita Henric. Boich. *d. cap. stu-*
31 *duisti, num. 3. de offic. legati.* † Declara melius; quia restrictio procedit, quando species præcedit genus in eodem capitulo, alias secus; quia in diuersis capitulis debetur vtrunque; quia genus, etiam si subsequatur, refertur ad speciem præcedentem. Rom. *consil. 308. Pro habenda. num. 4.* Alexand. *cons. 13. nu. 9. lib. 2.* Crauett. *consil. 176. Scripsi. ver. septimo respondeo,* vbi sequitur Rom. & Dec. *consil. 51. lib. 1. & cons. 122. num. 13. & sequ. lib. 3.* ciare Bald. *in l. si Consul. ff. de adoptio. num. 2.* vbi Cuman. *num. 3.* & est tex. *in l. si quis testamento. ff. de leg. 1.* vbi Bartol. & alii, plenius Ias. *in l. re coniuncti, num. 59. & sequen. ff. de leg. 3.* vbi, quod idem operatur diuersa dispositio circa eandem personam, quod eadem dispositio circa diuersas personas,
32 vt fiat multiplicatio legatorum. † Dicuntur autem diuersa capitula, quando non posset verificari simul, & semel, etiam si vnico verbo regantur, prout institutio, & substitutio. Bero. *cons. 120. nu. 75. lib. 2.* Vide aliquid per Crauet. *cons. 167. per tot.* vbi, quod ex coniecturis prouisio subsequens generalis in diuersis capitulis non
☞ comprehendit habentes specialem prouisionem. Vide, *Abba. & Abbas quid sint. Concluſ. 3. num. 12. & seq.* Vide, *Legatum pluries factum eidem personæ an vnum, vel plura. Concluſ. 76.*

Legatum generalis liberationis quid comprehendat, vel non. Concl. 126.

1 LEGATVM † generale factum per creditorem debitori suo de omni eo & toto, de quo esset debitor legatarius ex quacunque causa exceptis florenis 60. de quibus prorogauit tempus 4. annorum ad soluendum, comprehendit omnia exceptis 60. scutis, tum propter verba generalia, tum propter exceptionem.
☞ Vide, *Generalis dispositio omnes species comprehendit, & quando secus.*
2 *Concluſ. 29.* † Legatum factum per testatorem alicui administratori, quod non possint eidem reuideri computa, & quod non teneatur cauere, neque conficere inuentarium, & casu, quo prædicta peterentur ab eo, vel condemnaretur de iure, ex nunc eidem reliquit liberationem, & omne, & totum, ad quod fuerit condemnatus, an valeat, & quomodo intelligatur? Vide Dec. *consil. 418.*
☞ *Visa, & iterum lecta. in vlt. col.* Vide, *Liberatio relicta per testatorem tutori generaliter de administratis inuentario, & aliis à quibus liberet, vel non.*
3 *Concluſ. 328.* † Limita; quia legatum alicui factum de omni eo & toto, de quo legatarius esset debitor testatoris tempore mortis quacunque de causa, non comprehendit quantitatem grani penes legatarium existentis ratione administrationis; tum quia potest vendicari, & non cadit sub liberatione; tum quia non trahitur ad incognita, ex quo non erat recollectum granum tempore
☞ testamenti. DD. Tres Rotæ Florentiæ 11. Ianuar. 1576. Vide, *Liberatio generalis ex certa causa non comprehendit aliam, & quando secus.*
4 *Concluſ. 326. num. 46. & num. 50. cum seqq.* † Declara; quia licet legatum pro omni eo, & toto, quod legatarius posset prætendere ex quacunque causa, censeatur animo compensandi, & non comprehendat ea, quæ possunt vendicari; secus si expresse apparet, vt quia dixit, *ex quacunque causa,* ita Castrens. *consil. 193. num. 2. vers. se-*
☞ *cunda ratio, lib. 2.* Vide, *Legatum pro omni eo, &c. quando animo compensandi. vel non. Concluſ. 73.* Vide, *Liberatio generalis ex certa causa non comprehendit aliam causam, & quando secus. Concluſ. 326.* maxime *nu. 47. & seq.*

Legatum inter virum & vxorem valet, & quando secus. Concl. 127.

VALET † legatum factum inter virum & vxorem, videlicet 1
maritus potest legare vxori, & vxor potest legare marito, seruata tamen forma *l. hac edict. ali. C. de secund. nupt.* vbi si legans habet filios ex primo matrimonio, non legat plus marito, vel vxori, quam legauerit vni ex filiis primi matrimonii, cui minus legauit. Vide, *Vxor habens filios ex primo matrimonio non potest legare secundo marito, &c. Concluſ. 404.* † Si vero non extant filii primi matri- 2
monii, potest maritus legare vxori, & vxor viro, quantum velit. † Amplia; quia valet legatum factum vxori, & illi debetur, etiam 3
si repetat dotes suas, quando non fuit contrarium expressum. Capra *cons. 72. num. 18.* Bellon. *cons. 31. num. 4.* Corn. *cons. 5. In vltimis verbis. lib. 1.* Vide, *Legatum factum creditori non præsumitur animo compensandi, & quando secus. Concluſ. 141.* † Amplia; quia valet legatum 4
factum vxori de mille fruendis tempore vitæ suæ, si in viduitate permanserit, & post mortem illius legauit eadem mille Titio; si tamen vxor transeat ad secunda vota, perdit legatum, & Titius potest petere mille etiam si viuat. Io. Andr. post Ricard. Malumbra. *in addit. ad Specul. tit. de secund. nupt. super rubrica.* Vide, *Legatum quando perdatur per transitum ad secunda vota, vel non. Concluſ. 136.* Vide, *Nuptiarum secundarum pœnæ habent locum in viro. Concluſ. 163.*
† Limita, quando extaret statutum prohibens posse legare, prout Pisis, Papiæ, & in multis locis; quia valet statutum. Vide, *Sta- 5 6*
tutum circa legata prohibens legari certis personis. Concluſ. 586. † Limita; quia legatum factum per vxorem marito blanditiis maritalibus, & opportunis, seu importunis precibus non valet. Afflict. *decis.* 7
69. † Extende multo magis, quando interuenerunt blanditiæ, & minæ maritales. Marsil. *singul. 645. Aduertant, & in Practica in 8. diligenter. num. 88.* † Limita; quia si maritus legat vxori dotes, & do- 8
nec dos sibi soluatur, legat ei quinque pro centenario, non debetur interesse, si habet, vnde se alat, & solutum potest repeti, vel compensari in sortem. Socin. *cons. 56. Viso testamento, in princip. lib. 3.* late Ias. *in l. cunctos populos in 1. lectur. in vltim. charta, ver. secundo quæro, & in lect. C. de summ. Trinit.* Vide, *Statutum circa legata prohibens legari certis personis. Concluſ. 586.* Vide, *Statutum circa virum & vxorem prohibens aliquid inter eos. Concluſ. 689.*

Legatum annuum quid contineat, debetur ad monetam tempore testamenti, & quando anticipate, vel non. Concl. 128.

LEGATVM † annuum secundum veriorem, & * communem o- 1 *
pinionem debetur secundum æstimationem monetæ currentis tempore testamenti, & sic facti legati. Corn. *cons. 287. in fin. lib. 1. & cons. 181. lib. 2. & cons. 109. lib. 4.* Socin. *cons. 298. Pro fundamento, lib. 2.* vbi de magis * communi. Vide, *Monetæ valor quo tempo- * 2*
re consideretur. Concluſ. 349. † Debetur annuum legatum regulariter in principio anni, & sic si decesserit legatarius incœpto solum anno, transmittit legatum ad hæredes pro toto anno illo. *l. in singulos annos. ff. de ann. legat.* † Declara; quia legatum annuum debe- 3
tur a principio anni. *l. 1. ff. quando dies legati cedat.* nisi ex mente testatoris contrarium eliciatur, vel ex natura rei legatæ, prout si lucrum certarum pecuniarum esset, quod non potest haberi, nisi in fine, Ant. de Butr. *cons. 48. in princip.* † Vide ad hanc materiam; 4
quia si fumus in alimentis legatis, debentur anticipate de anno in annum. Vide, *Alimentorum legatum habet multa specialia. Concluſ.* 5
286. † Et idem, si agatur de annuo legato respectu primi anni, vt hic. Vide, *Legatum annuum habet certum tempus a lege, quo solui debet, & quando anticipate, vel non. Concluſ. prox. seq.* † In afflictibus, & pen- 6
sionibus locationum soluuntur in fine anni. Vide, *Conductor an teneatur soluere in principio, vel in fine anni. Concluſ. 609.* Vide, *Soluere obligatus singulo anno quo tempore teneatur soluere. Concluſ. 335.*

Legatum annuum habet certum tempus à lege, quo solui debet, & quando anticipate, vel non. Concl. 129.

LEGATVM † annuum habet certum tempus, quo solui debet. *l.* 1
nec semel. ff. quando dies legati cedat. ideo terminus positus solutioni legatorum sub pœna non capit legata annua. Oldrad. *cons. 232. num. 1. vers. secunda ratio,* & idem tenet Castrens. *consil. 47. num. 2. lib. 2.* vbi, quod verba imponentia pœnam non soluenti de anno in annum non inducunt pœnam, neque moram; quia causa

multi-

multiplicandæ obligationis dicta censentur, *lib.2.* † Et si fiat annuum legatum vini, grani, & necessariorum pro alimentis, debent solui in principio anni. Bart. *cons.216. Adelandus, num.5. in 2. dubio, lib.1.* † Et annuum redditur legatum, quando factum est toto tempore legatarii, vel in singulos annos, vel per verba, *donec, quandiu, quousque*, vel, *dum vitam vidualem seruabit.* Rom. *cons.516. In casu proposito. num.9. ver. ex iis ergo.* † Et censetur purum pro primo anno, pro sequentibus vero annis censetur conditionale. Oldra. *d.cons.232. ver. tertiar. atio.* Bald. *cons.481. Infra scripta, column. fin. num. 1. lib.4.* Signorol. *cons.66. Factum tale est, in fin.* vbi, quod propterea debetur totum pro primo anno. Castrens. *d.cons.47. numer.2. lib.2.* Vide, *Alimentorum legatum an purum, vel conditionale. Concluſ.294.* Vide, *Alimenta legata annua quando debeantur pro præterito. Concluſ. 299. num.2. & ſeq.* † Et quod legatum annuum sit purum pro primo anno, & conditionale pro sequentibus annis, quando reuera est conditionale; puta, quia relictum sit vxori, donec caste vixerit, tenet Alexand. *consil.29. Viſo themate. lib.4.* quod duplicatur *lib.1. cons.40.* Vide, *Vſusfructus relictus vxori. Concluſ.315.* † Contrarium, quod imo dictio, *donec*, non faciat conditionale, sed restringat; & ideo sufficiat, quod sit annuum legatum, vt sit purum pro primo anno, pro aliis sit conditionale, apostill. ad Alexand. *dict. conſil.29. lib.4. in ver. conditionale.* † Declara totam hanc materiam; quia legatum annuum si est sine præfinitione temporis, & sunt plura legata; quia pro primo anno est purum, pro aliis sequentibus conditionale; secus, si est præfinitum ad certum tempus; quia est vnicum legatum, nisi esset pro alimentis, & pro causa pia; quia licet sit ad certum tempus; tamen adhuc sunt plura legata, & pro primo anno est purum, & pro aliis conditionale. Angel. Aret. *conſil. 22. Viſo dicto libello, num.25. & ſequent. ver. nec obſtat.* † Differt autem, an legatum sit vnum semel, licet præstandum successiue, & diuerso tempore, an vero sit annuum, videlicet distributum in plura; quia primo casu conditio est momentanea, secundo casu est conditio successiua, quæ debet durare continuo. Bald. *conſ.42. Præmittendum eſt, lib.5. per tot.* † Si tamen legatum annuum diuiditur in plura, licet sit modale, non impleto modo per legatarium, puta, quia tenetur celebrare singulo die, vel mense, vel aliud opus pium facere, & non fecit, non propterea priuatur toto legato, sed tantum pro rata temporis, quo non impleuit, & potest moram purgare quandocunque. Angel. Aretin. *d.cons.22. Viſo dicto libello, in fin. ver. nec obſtat.* Vide Concl. prox. præced. & Conclusionem proxime sequentem.

Legatum annuum debetur, etiam si absorbeat omnes fructus, & quando hæres possit assignare bona pro legato, vel non. Concl. 130.

1 LEGATVM † annuum, quando est temporale, debetur, etiam si absorbeat omnes fructus; quia sufficit, quod proprietas sit remansura libera; quia compensatur cum proprietate. *l. filius-*
2 *familias. §. apud Marcellum. ff. de leg.1.* † Restringe, quando proprietas remansura etiam finito legato nihil vtilitatis redderet, puta, quia tot essent onera, quod nihil superesset; quia siue sit temporale, siue non, nō debetur. Castrens. *cons.406. Primo quæro, in fi. lib.1.*
3 † Amplia; quia pro legato annuo non potest hæres velle assignare certum fundum legatario, vt ex illo risico suo percipiat; quia si vnus fundus non sufficit, tenetur ex alio soluere. Castrens. *consil.*
4 *47. nu.3. ver. quantum vero lib.2.* † Restringe, nisi annuum legatum, vel aliud onus deberetur ex certo fundo; quia tunc bene posset oneratus assignare legatario inuito illum fundum pro legato soluendo. *l. filius familias. §. apud Marcellum, ante fi. ff. de leg.1.* Castrens. *d.cons.47. num.3. lib.2.*

Legatum quando dicatur vsurarium, vel non. Concl. 131.

1 LEGATVM † factum in pecunia, puta de centum scutis Titio cum onere hæredi soluendi tot corbes vini singulo anno pro tempore, quo distulerit soluere, dicitur vsurarium quoad corbes vini. Aret. *cons.152. Viſo.* Barbat. *cons.66. lib.2.* Alexand. *cons.*
* *27. lib.4. & cons.74. col. fin. lib.5.* & est communis * opinio, prout re-
2 fert Cagn. in *l. curabit, num.10.* vbi alios citat. *C. de act. empti.* † Contrarium consuluit Soc. *cons.41.* vbi, quod est legatum annuum, & dicit, quod Romæ, vbi pendebat lis, fuit iudicatum pro hac parte contra Aret. Alciat. *lib.5. Paradox. c.20.* Rip. in *l. nemo potest. col.3. ff. de leg.1.* † Declara plures casus, quos considerat distinguendo 3
Cagn. *d.l. curabit, numer.11. & ſequent. ver. conſider. ando. C. de act. empt.* † Amplia idem in legato facto vxori de dote sua, vt donec soluatur, habeat tot pro centenario pro alimentis. Cagn. *d.l. curabit, nu.* 4
15. & ſequent. C. de actio. empt. vbi distinguit, nisi sit pauper, quæ non habeat, vnde viuat, vel nisi statutum taxaret certum quid pro dote. Vide, *Intereſſe contentum quando, & qualiter debeatur, vel non. Concluſ.308.* Vide, *Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta, vel non. Concluſ.741.*

Legatum factum, si legatarius voluerit soluere omnia alia legata, qualiter intelligatur. Concl. 132.

SI † testator legat Titio censum, vel mansum, si voluerit soluere 1
omnia alia legata, exponitur, *ſi voluerit ſoluere*, id est, *ſi voluntarie ſoluerit.* Castr. *conſ.50. in princ. ver. dubitatur, lib.2.* † Tale legatum, li- 2
cet sit factum, quatenus voluerit soluere omnia legata testatoris, si redderetur inutile; quia omnia legata longe plus important, non cōprehendit legata facta matri, neq; vxori pro dotibus earum pure debitis, neque aliis creditoribus, neque legata bonorum immobilium. Castr. plene *d.conſ.50. per tot. lib.2.*

Legatum factum pauperi, si petierit, debetur, etiam si non petiit; quia ignorauit. Concl. 133.

LEGATVM † factum fratri de summa certa pro necessitatibus 1
suis omni anno, si petierit, debetur ratione piæ causæ etiam pro præterito, licet non petierit; quia ignorauit, ex quo dolus hæredis non debet sibi patrocinari. Bald. *conſ.235. Bartolus legauit, per tot. lib.1.* & in eodem casu Calder. *conſ.350. An ſi legatur*, alias *21. de teſtam.* quod est Petri de Anchar. Vide, *Legatum conditionale non debetur ante conditionem. Concl.38.* † Ampla e conuerso; quia le- 2
gatum factum de alimentis alicui ad declarationem vxoris, si vxor declarauit absentibus hæredibus, & legatarius sterit per 20. annos, quod nihil petiit, & velit totum, videtur repellendus quasi ex dolo, cum hæres ignorauit. Anchar. *conſ.383. Primo, & ante omnia, in princ.* Vide, *Alimenta relicta ad declarationem alterius. Concluſ.* 3
298. † Extende; quia alimenta relicta alicui in domo alterius, & quandiu voluisset stare cum eo, si sterit multum tempus, & petat, nihil sibi debetur pro tempore, quo per eum steterit; quia non venit. Bertrand. *conſ.193. num.5. & num.8. lib.3.* † Contrarium, quod 4
imo legatum debeatur pro annis præteritis. Bald. in *l. acceptam. nu.* *27. ver. & eſt conſuetudo, quod Doctores. C. de vſur.*

Legatum quando transeat in donationem, & fiat irreuocabile, vel non. Concl. 134.

LEGATVM † factum de domo reseruato ipsi leganti vsufructu, 1
donec vixerit, si postea fiat traditio legatariis, qui possideant, & tradant vsumfructum leganti, tale legatum transit in donationem inter viuos, & non poterit reuocari. Afflict. *deciſ.275.* † Imo idem esset in legato simpliciter facto; quia licet sit reuo- 2
cabile vsque ad mortem. *l.3. §. fin. & in l. ſequent. ff. de adim. leg.* si tamen postea testator rem legatam simpliciter tradat legatario, non poterit reuocare. Bartol. quem sequitur Bald. & Imol. in *l. legatum, la prima. ff. de leg.2.* Modern. *repet. in l. filius familias. §. dui. nu.* *10. ff. de leg.1.* † Contrarium, q; imo legatum possit reuocari, non 3
obst. inte traditione facta per testatorem de re legata legatario. Baldus in *l. fin. C. de vſu, & vſufruct. leg.* Cremens. *ſing.14. Si legatur.* † Extende in confessione facta in testamento, etiam per viam le- 4
gati præsente parte; quia efficitur contractus, & non potest reuocari. Vide, *Teſtamentum poteſt regulariter reuocari, & quando ſecus. Concluſ.150.* † Idem est in confessione facta in testamento ex 5
causa dotis in præsentia vxoris acceptantis; quia tunc inducit probationem in tantum, quod reuocari non potest. Bartol. in *l. cum quis decedens. §. codicillis ff. de leg.3. & in l. Lucius. §. quiſquis, ad fin. ff. de leg.2.* Alexand. *conſil.45. column.2. lib.1.* late Dec. *conſ.196.* *colum.2. ver. ex quibus omnibus.* Vide, *Confeſsio in teſtamento facta abſenti non probat, & quando ſecus. Concluſ.639.* † Imo etiam si 6
vxor fuisset præsens, licet non acceptasset, dummodo plene doceatur de tali præsentia vxoris per testamentum, vel per testes, non posset reuocari, vt per Rotam Florentiæ in motuis 12. Ianuarii 1530. & fuit in causa Antonii Squarcialup. Vide, *Confeſsio mariti ad fauorem vxoris quibus præiudicet, vel non. Concluſ.* 667. † Restringe; quia regula est, quod legatum potest reuo- 7

cari, & ideo si quis legat Bertæ pro beneméritis, & seruitiis receptis ab ea tempore pestis præsente patre Bertæ, & acceptante pro ea; potest tamen reuocari, & reuocato testamento censetur reuocatum tale legatum. Alexand. in *l. & si pepercerit. § si ita test. tus. ff. de liber. & posth.* † Idem est in legato dotis, quam testator asseruit habuisse, & recepisse ab eius vxore, si non interuenit præsentia, & acceptatio mulieris, neciuramentum testatoris; quia talis confessio non probat debitum dotis, & solutionem præcessisse, sed solum valet in vim legati. Bart. in *l. Lucius. § quisquis. ff. de legat. 2. & in l. Lucius. § 1. ff. de legat. 3. & in l. qui vxori. ff. de auro, & arg. leg.* Vide, *Legatum si soluitur à testatore, quando reuocatum dicatur. Conclus.* 137. † Amplia; quia potest legans se adstringere ad non reuocandum legatum particulare, disponendo, quod in casu, in quo reuocaret, ex nunc donat inter viuos. Castrens. *cons.* 324. *Super secundo puncto. lib.* 1. de quo Alexand. in *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Vide, *Contractus potest fieri in test. amento, & qualiter.* 994. Vide, *Donatio facta præsenti etiam in testamento non reuocatur. Concl.* 638. Vide, *Legatum cum onere non obligat legatarium agnoscentem, & quando secus. Concl.* 69. *cum Concl. ibi prox. seq.*

Legatum libere fieri, adimi, & minui potest. Conclus. 135.

1 LEGATVM † factum vni potest testator transferre in alium, tam pure, quam sub conditione. *l. translatio, la prima. ff. de adim. leg.* disponendo etiam ad personas viuentes in sæculo, & non ad religiosas. Nec obstat, quod retrahantur à vita contemplatiua; quia absurdum esset non licere testatori legare rem suam magis vni, quam alteri, cum debeat vnicuique esse liberum disponere de re sua. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* & in qualibet re sua quis sit
2 moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* † Extende; quia legatum libere reuocari, & adimi potest. *l. 3. § final. cum l. sequenti. ff.*
3 *de adimen. legat.* † Et ista est regula, quod legatũ potest fieri, transferri, reuocari, & minui, *d. l. 3. § si. cum l. sequ. ff. de adim. legat.* † Amplia; quia legatum factum filiæ de centum, si ingrediatur Monasterium, & de 500. si nupserit, valet, & filia ingrediens Monasterium non poterit petere 500. sed debet esse contenta de 100. Vide plene pro vtraque parte Bartol. & alios, maxime Ias. in *auth. si qua mulier. C. de sacros. Eccles.* Soc. in *l. 2. ff. de iis, quæ pœnæ nomine.* Felin.
* & Dec. in *cap. in præsentia, de probatio*, vbi pro vtraque parte, quos
☞ vide; quia vtraque est communis, * vt in *ver. Matrimonium spirituale, & carnale in quibus differant. Conclus.* 120. † Amplia; quia legatarius potest onere fideicommissi grauari. *l. huiusmodi, in princ. l. si fundum per fideicommissum.* § 1. & ibi Ias. in 3. *col. ff. de leg. 1. l. fideicommissum*, vbi Bart. *ff. eodem. l. imperator. § si. ff. de leg. 2. l. si legat. arius. ff. de*
☞ *leg. 3.* Vide, *Legatarius quando priuetur ob contrauentionem, vel non. Conclus.* 150. † Amplia; quia legatum secundum suam dispositionem, & mentem testatoris attenditur, & seruari debet vt lex. *l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. l. pen. ff. de leg. 1. l. ex facto. ff. de hæred. instit.* quia voluntas testatoris habetur pro lege. *§. disponat, in auth. de nupt. c. tua nobis*, vbi glos. *de test am.* & l. 12. tabularum ita cautum esse refert Paulus Iureconsultus in *l. 1. in princ. ff. ad l. Falcid. Instit. eod. tit. in princip.* ibi,
7 *vt quisque legasset res suas, ius esto.* † Extende, quia etiam si rem hæredis legasset, non ideo minus hæres legatum præstare tenetur. *§. non solum, Instit. de legat. l. vnum ex familia. §. si rem tuam.* & vtrobique. glo. *ff. de leg. 2.* Vide, *Matrimonium, & vita contemplatiua quando*
☞ *dicatur impediri. Concl.* 135. Limita multis modis, de quibus supra Conclus. prox. præced. Vide, *Legatum in libera voluntate hæredis non valet, & quando secus. Concl.* 49.

Legatum quando perdatur per transitum ad secunda vota, vel non. Concl. 136.

1 LEGATVM † factum à marito vxori de victu, & vestitu, quandiu vixerit, & stare voluerit in hospitio legantis, perditur per vxorem transeuntem ad secundas nuptias, etiam si vellet stare in domo primi mariti. Oldr. *cons.* 213. *Ad quæstionem.* † Amplia,
2 vt eadem pœna imposita vxori transeunti ad secunda vota extendatur pariter, vt etiam imposita marito transeunti ad secunda vota censeatur; quia perdit legatum sibi factum à prima vxore. Ol-
3 drad. *cons.* 33. *Quidam habuit, ver. ad secundum.* † Declara, vt vxor & maritus transeuntes ad secunda vota ita demum perdant legatum factum à marito, vel vxore prædefunctis, si adsunt filii ex matrimonio primi legantis. Guliel. de Benedictis in *repet. cap. Raynutius, in 1. parte, ver. & vxorem nomine. num.* 90. *de test am.* Paris. *consil.*
* 29. *num.* 37. *& 39. lib.* 3. glos. communiter * approbata in *l. 1. C. de secund. nupt.* † Limita igitur, quando transiens ad secundas nuptias 4
non habet filios ex primo matrimonio; quia debet consequi legatum, etiam si transeat intra annum luctus; quia pœnæ prædictæ sunt sublatæ de iure Canonico, vt * communiter Canonistæ *
in *c. penult. & fi. de secund. nupt.* & est text. in *auth. de nuptiis. § si vero non expectat.* & ibi Ang. vbi, quod perdit per transitum ad secundas nuptias, si extant filii, alias si non extant filii, pœna nubentis *
intra annum luctus est sublata, glos. * communiter approbata in
d. l. 1. C. de secund. nupt. † Restringe, nisi ex voluntate testatoris con- 5
trarium colligeretur, quod imo consenserit illum tantum debere consequi legatum durante viduitate, & non alias; quia perderet per transitum ad secundas nuptias. Soc. *cons.* 56. *Viso test amento Francisci, col. fi. lib.* 3. Vide, *Legatum inter virum & vxorem valet, &*
quando secus. Concl. 127. Vide, *Matrimonium secundum priuat vxorem legato primi mariti, & quando. Concl.* 155. Vide, *Nuptiarum secundarum pœnæ habent locum in marito & vxore. Concl.* 163. *& Conclus. ibi proxim. sequen.*

Legatum si soluitur per testatorem in vita, quando dicatur reuocatum, vel non. Concl. 137.

LEGATVM † pro maritanda filia, vel sorore, ea maritata perle- 1
gantem censetur ademptum. Bart. in *l. Lucius, la prima, circa fin. ff. de leg.* 2. † Extende, quando legata sunt 200. pro maritanda 2
filia, & fuit maritata cum centum; quia tunc etiam cessat causa legati. Dyn. *d. l. Lucius. ff. de leg.* 2. Salyc. *inter consil. vltim. volunt. consil.* 71. Campeg. *de dote quæst.* 36. Imol. *d. l. Lucius, & in c. cum filius, de test am.* & vide *Conclus. prox. seq. num.* 84. *ver. Declara.* † Contrarium 3
Bald. *cons.* 202. *lib.* 1. & * communem dicit Ias. in *l. filia legatorum. C.* *
de legat. num. 3. Ruin. *cons.* 223. *num.* 4. *lib.* 1. † Declarat Barto. *d. l. Lu-* 4
cius, la prima, circa fin. ff. de leg. 2. Vide infra *Conclus. prox. sequ. num.* 85. vbi declaratur. † Restringe, quando est factum pro dote; quia li- 5
cet sit postea dotata ab eodem legante; tamen non reuocatur. Bart. *d. l. Lucius, la prima. ff. de leg.* 2. Vide *Conclus. prox. seq. num.* 86. v- 6
& alienatam, ita Gabriel. *cons.163. per tot.* maxime *nu.11. & seq. lib.1.* vbi etiam dicit, quod si in venditione subrogat pretiũ, vel actionem ad pretium, nõ agit legatarius ex testamento, sed vtili actione ex contractu; quia actio ex testamento ad pretium contra emptorem non potest competere. † Limita; quia si testator legauit Titio domum, & eandem domum legat Mæuio in eodem, vel alio testamento, aut codicillis, etiam cum commemoratione primi legati, puta dicendo, *domum eandem, quam legaui Titio, lego Mæuio*, non censetur in totum ademptum, vel reuocatum legatum à Titio, sed solum pro medietate, ita vt ambo concurrant ad medietatem. Bartol. in *ſicut. ff. de adim. legat.* Alexand. *conſil.169. lib.5.* & * communem dicit Ias. in *l. re coniuncti, n.24.* vbi Ripa, *num. 23. ff. de leg.3.* & * communem, & magis communem dicit Hiero. Gabriel. *conſ.110. in princip.* † Contrarium, quod quando in secundo legato quomodocunque est facta mentio primi legati, censeatur primum reuocatum, tenet Dyn. Alber. & sequent. in *d.l. ſicut. ff. de adim. legat. d. l. re coniuncti. n.9. ff. de leg.3.* † Declara; quia si est facta commemoratio primi legati verbis demonstratiuis, & coniunctis tantum, procedit opinio Bartol. aut verbis aduersatiuis, & ademptiuis, & est vera opinio Dyn. ita Salycet. Bald. Castrens. & alii in *l. ſi Fortidianum. C. de leg.at.* & ita Alexand. *conſ.204. lib.6. in fin.* † Declara secundo, aut in eodem testamento, aut in alio testamento diuerso tempore facto, vt si in eodem, sit vera opinio Bartol. si in diuerso, sit vera opinio Dyn. ita Castrens. in *d. l. ſi Fortidianum. C. de leg.at.* quem sequitur Aretin. in *l. ſi pluribus, colum.1. ff. de leg.1.* Alexan. *d. conſ.204. in fin. lib.6.* † Contra declarationem tenet apostilla ad Aretin. in *d. l. ſi pluribus, colum.1. ff. de leg.1.* Imol. in *d. l. ſi Fortidianum. C. de leg.at.* vbi etiam Alexan. *dict. conſil.169. nu.3.* vbi plena apostilla, in *ver. ſi Fortidianum.* idem tenet, & declarat. Vide plenius. *Legatum ſi fiat pluribus de eadem re. Concluſ.79. n.6. & sequent.* † Declara, vt procedat declaratio concurrentibus coniecturis. Alexan. *d. conſ.204. in fin. lib.6.* † Limita; quia vt legatum censeatur reuocatum, & alteri relictum, necesse est, quod constet ex testamento, vel Codicillis coram quinque testibus, alias non statur dicto testium in minori numero. Burſat. *conſ.96. n.5. lib.1.* vbi dicit * communem, & magis communem. † Limita; quia legatum generale posterius, vel vniuersale nunquã reuocat particulare. Socin. *conſ.112. n.15. lib.1.* Socin. Iun. *conſ.115. n.4. & seq. lib.1.* Natt. *conſil. 7. n.5.* idem Socin. Iun. *conſ.109. n.36. lib.1.* Corn. *conſ.155. lib.2.* iterũ Socin. Iun. *conſ.124. n.66. & 68. lib.1.* Capr. *conſ.133. n.7.* Hiero. Gabriel. *conſ.102. in prin. lib.1.* Alexan. *d. conſ.204. Perſpectis, n.15. ver. non obſtat. cum sequent. lib.6.* † Extende; quia legatum speciei non reuocatur per legatum generis, etiam si fiat diuersis personis. Alex. *dict. conſ.204. Perſpectis. n.15. ver. non obſtat, lib.6. cum seq.* vbi apostilla, in *verb. diuersis*, citat Alex. *conſ.169. col.1. lib.5.* † Idem, quando testator vni legauit partem rei, alteri legauit totam rem; quia nõ censetur reuocasse legatum partis. Alex. *d. conſ.204. nu.15. ver. vnde sicut dicit Bart. hic. 6.* † Declara totam istam materiam; quia si testator in eodem testamento legat vni aliquam rem, vel partẽ, postea eandem rem alteri legat, non reuocat primum legatum, nisi vel constet de mente contraria, vel nisi in secundo faciat commemorationem de primo legato; si vero legat in diuersis voluntatibus, puta legat domum Titio, postea in codicillis legat eandem domũ Seio, censetur tunc reuocasse primum legatum, maxime, si subest aliqua causa, ita Alex. *d. conſ.204. in fi. n.15. & 16. lib.6.* reddit rationem; quia in eodem testamento non præsumitur testator inconstanter se corrigere, ex interuallo secus. † Declara; quia si vxori sunt facta legata, & postea substituitur mortuis filiis in tertia vsusfructus, legata, semel sortita effectum non reuocantur; legatũ vero annuum alimentorum videtur reuocatum, ne vsusfructus, & alimenta præstentur, sed erit in electione vxoris velle alterum, quod magis sibi vtile erit, aut alimenta, aut vsumfructum. Castr. *conſ.31. in pr. lib.2.* † Extende; quia ex legato totius rei non censetur ademptum legatum partis eiusdem rei, *l. mortuo. ff. de leg.2. in princ.* Ruin. *conſ.38. n.18. lib.5.* † Declara extensionem, nisi constet ex cõiecturis de mente. Alex. *conſ.204. num.15. lib.6.* † Limita, quando alienatio non est proprie alienatio, & non priuatur testator ipsa re, vel pecunia. Cephal. *d. conſ.599. in fi.* † Limita; quia dici non potest ademptum, vel reuocatum legatũ ex clausulis exequutiuis, quin tunc generalis expressio non habeat vim expressi. Alex. *conſ. 122. n.14. lib.4.* Soc. *conſ.32. n.17. ver.8. lib.1.* Ruin. pulchre *conſ.226. n.8. lib.1.* quia verba generalia in accessoriis dicta restringuntur. Ruin. *conſ.118. n.5. lib.1.* † Limita; quia alienatio facta ex causa necessaria non reuocat legatum. Crauet. *conſ.784.* † Extende, maxime, quando testator vendidit eidem Domino, qui dederat testatori pro extinguendo debito; quia videatur vendendo ipsum liberare, & debitum exigere, vnde si deposuit pretium, non reuocatur legatum. Alex. *conſ.157. Viſo, nu.2. ver. confirmatur. lib.7.* † Extende, etiam si fiat legatario ipsa alienatio. Crauet. *conſ.782. & conſil.784. in princ.* Cephal. *conſ.84. per tot.* † Contrarium tenent plures, quos citat Ceph. *d. cõſ.84. in prin.* licet ipse contrarium teneat. † Declara; quia probatur, quod non sit causa necessaria, si cessat necessitas rei familiaris. Crauet. *conſ.784. n.2.* † Contrarium tenet Gabr. *conſ.103. in prin.* vbi quod potest cessare necessitas rei familiaris, & tamen erit causa necessaria. † Vide illustriss. Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.2. & seq.* vbi latissime examinat ponendo omnes casus, quando sit ademptum, vel non. Vide omnino Socin. *regul.1. Legatum per rei legatæ alienationem extinguitur*, vbi limitat vndecim modis, quos videas.

Legatum quando non potest exequi, prout cantat, qualiter sit exequendum. Concl.139.

LEGATVM † factum certo modo, si eo modo impleri non potest exequendum est eo modo, quo potest, sicut & mandatũ. Abb. *conſ.65. Ad deciſionem, col.2. n.3. ver. venio ad ſecundum. lib.2.* † Et ideo si filius legat, quod quatuor filiæ suæ debeant nubere, duæ in familia legantis, & duæ extra familiam, & remaneat vna sola; quia aliæ moriantur, illa debet nubere iuxta mentem legantis. Abb. *d. conſ.65. n.3. lib.2.* † Et attendi debet ordo litteræ; quia si primo voluit, quod duæ in familia sua nuberent, aliæ duæ extra familiam; ista vna debet nubi in familia, si extat commoditas propter ordinem literæ. Abb. *d. conſ.65. n.3. lib.2.* Vide, *Mens colligitur ex multis. Concl.198. cum Concluſ. ibi prox. ſeq.*

Legatum si euincitur, hæres tenetur de euictione. Concl.140.

LEGATARIVS † pro legato potest agere contra hæredem de euictione, si res legata euincatur; imo etiam antequam euincatur, potest agere, quod hæres caueat de euictione. *l. ſi domus §. de euictione. ff. de leg.1.* vbi Ias. *num.7.* † Amplia; quia legatarius rei alienæ agit de euictione, si res legata euincatur, contra hæredem legantis. *l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg.3.* Abb. *conſil.45. Videtur primo, in princ. lib.2.* † Declara tamen; quia speciale est in legatario; quia debet denunciare hæredi legantis, antequam suscipiat iudicium, alias non agit de euictione; quia agit ex causa onerosa. Abb. *conſ.45. prope fin. ver. præterea ex alio, lib.2.* Vide, *Euictionem quando teneatur præſtare hæres, vel non. Concluſ.356.*

Legatum factum creditori non præsumitur animo compensandi, & quando secus. Concl.141.

LEGATVM † factum per debitorem suo creditori non præsumitur animo compensandi. *l. ſi non compenſandi. ff. de hæred. inſtit. l. creditorem. ff. de leg.2.* Oldrad. *conſil.297. in princip. ver. primo certum est.* Angel. *conſ.277. Tutor aliment. auit, in fin.* Vide, *Debitor donans ſuo creditori quando animo compenſandi, vel non. Concluſ.58.* † Et procedit, quãdo debitum est ex causa voluntaria. Corn. *cõſ.200. in princip. lib.1.* † Imo quando legatur idem, quod debetur legatario; tunc non valet legatum. *l. ſi creditori. cum l. ſeq.* quæ incipit, *ſin autem. ff. de leg.1.* quia si legat id, quod debet præcise, est restitutio debiti, non legatum. Ias. *in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator, nu.13. ff. de leg.1.* vbi multa adducit. † Et quod non valeat legatum, si legatur id, quod legans debet; quia est inutile. Soci. *reg.3. Legatum a debitore.* vbi limitat, seu restringit septem modis. † Declara, nisi exprimatur, vel aliter constet ex coniecturis. Ang. *d. conſ.277. colu.2.* Corn. *conſ.115. lib.4.* Vide, *Legatum rei propriæ legatarij non valet, & quando ſecus. Concluſ.64.* † Extende, vt procedat, siue debitor leget creditori, siue illum in aliqua re particulari hæredem instituat. Cuma. *conſ.134. Dominus Nicolaus. n.2. ver. nam & ſi debitor.* † Extende in legato facto vxori de vsufructu; quia non animo compensandi dotem; quia debitum voluntarium est, factum censetur. Castren. *conſ.294. col.1. in ſi. ver. ſecundo poſſent, lib.2.* † Declara, vt procedat conclusio, & extensiones in debito voluntario considerato principio; quia non præsumitur animo compensandi, cõmunem * dicit Signor. *conſ.176. Quæſtio proponitur, n.4.* & cõmunem * dicit Roland. à Valle *conſ.65. n.9. lib.2. & n.21.* vbi dicit * communem. Petr. Surd *conſ.112. n.42. & ſeq.* vbi de * communi. † Voluntarium dicitur debitum, quando quis in illud incidit propria voluntate ex proprio contractu, vel facto, nulla legis, vel iuris necessitate subsistente inspecta origine, seu initio; è conuerso dicitur necessarium, quando absque hominis facto ex legis dispositione causatũ fuit, late Crauet. *Reſpon. pro genero, n.32. & ſeq. deciſ. Pedemon.167.*

per tot.am. Petr. Surd. *cons.*112. *nu.*64. *& seq. l. si creditor. ff. de leg.*1. *auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Castren. *dict. cons.*294. *col.*2. *in princ. lib.*2. Vide omnino Roman. *cons.*448. *in fin.* vbi apostil. citat infinitos,
10 & de * communi testatur. † Contrarium, quod omne debitum causatum à defuncto quoad hæredem dicatur necessarium, licet quoad defunctum esset voluntarium, ait Anan. *cons.*3. vbi Bologn.
11 in apost. Alb. *cons.*17. † Quod imo creditum necessarium etiam in defuncto quoad hæredem semper sit voluntarium propter additionem. Corn. *cons.*292. *lib.*2. Castr. *cons.*33. *col.*2. *ver. sed ad hoc respon-*
12 *detur, lib.*2. Capra *cons.*29. † Declara; quia in spici debet semper initium, & quod est voluntarium ab origine, semper est voluntarium in hærede, & è contra, ita plene Cravet. *cons.*131. *nu.*14. *& seq. & in responso pro genero, n.*386. pleniss. Petr. Surd. *cons.*112. *n.*64. *& seq. ver.*
13 *& non obstat. per tot. n.*70. vbi latissime multos citat ad hoc. † Declara; quia sunt quatuor casus: primus, si debitum est voluntarium, & legatarius consequitur vtrunque: secundus casus, si debitum est necessarium, & compensatio fit vsq; ad concurrentem quantitatem legati: tertius casus est, si legatum fiat expresse animo cõpensandi, & siue sit voluntarium, siue necessarium, fit compensatio pro concurrenti quantitate: quartus casus, quando legatum est cum clausula, quod non possit plus petere, & si legatum minus esset, quam debitum, siquidem debitum est in quantitate, & legatum in specie, vel è contra, & legatarius acceptet, sibi præiudicat, ne plus petere possit; si vero legatum est in pecunia, & debitum in pecunia, sibi non præiudicat acceptando; quia scit ius suum durare, & onus non valere, ita plene Castr. *cons.*73. *Ista Domina Lisa, n.*2. *lib.*1. quod declaratur *cons.*266. *eod. lib.*1. Corn. *consil.*212.
14 *Clarum puto, n.*5. *ver. secunda autem, lib.*1. † Ampliatur rantum, vt licet pater reliquerit filiæ vltra dotes suas centum iubens eam esse contentam, & aliud petere non posse; tamẽ potest petere dotem matris suæ. Oldr. *d. cons.*297. *Domina Stell. per tot.* Bart. plene *in l. vt iuristur andi. §. fin. in fin. ff. de oper. libert.* vbi, quod consuluit pro ista parte, & ibi apostil. Bertrand. *cons.*35. *in princ. lib.*1. Ias. *in auth. præterea, n.*26. *C. vnde vir & vxor.* Vide, *Liberatio generalis ex certa causa non*
15 *comprehendit aliam causam, & quando secus. Concl.*326. † Contrarium tenet Ange. *con.*181. *A. fecit testamentum. col.*1. *ver. si vero dat am dotem,* vbi non firmat pro absoluto; quia Bartol. consuluit contrarium; sed tamen in fine dicit, quod alias ista verba essent superflua; ideo quicquid habet filia supra legitimam, compensari debet cum do-
16 te matris secundum eum. † Declarat Alexand. *cons.*132. *Viso instrumento, lib.*2. quia si legatum fiat creditori animo compensandi, & acceptat, debet compensare, & petere residuum: si vero dicat, pro omni eo, & toto; & aliud petere non possit, licet legatum minus
17 valeat, sibi præiudicat. † Amplia; quia pater legans filio, vel nepoti, & iubens eum plus petere non posse de bonis ipsius testatoris non prohibetur petere legitimam: quia non animo compensãndi legitimam censetur legasse propter illa verba, *quod plus non petat de bonis suis*; quia legitima non est de bonis testatoris. Bald. *cons.*84. *Testamentum D. Florentiæ. n.*2. *ver. super testamento, lib.*2. Alex. *cons.*132.
☞ *Viso instrumento, in princ. lib.*2. Vide, *Renunciationes iuris propriis factæ*
18 *quando stricte, & quando large interpretentur. Concl.*180. † Extende; quia vbicunque fit legatum ei, qui potest petere tãquam æs alienum, licet prohibeatur plus petere de bonis testatoris, nõ inducitur compensatio. Bartol. *in l. huiusmodi. §. vt liberti, ff. de oper. libert.*
19 † Vide omnino Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.*10. *titul.*2. *per tot.*, vbi latissime examinat, quando legatum dicatur factum animo compensandi, vel ne, & quid differat dicere, quod non possit plus
20 petere de bonis, & in bonis, vel de hæreditate. † Extende; quia vbicunque legatum fit alicui cum prohibitione, q̃ plus non possit petere in bonis, & hæreditate testatoris, adhuc etiam poterit petere dotes maternas, & ea, quæ nõ prouenium à testatoris dispositione. Dec. *consil.*423. Ruin. *consil.*139. *lib.*2. Guido Papa *dec.*93.
21 † Contrarium, quãdo prohibitio est, ne plus possit petere in hæreditate testatoris, vel in bonis, & hæreditate tenent, quod imo fiat compensatio de omni eo, quod legatario deberetur ex dispositione alterius; quia necessario hæreditatem respicit. Dec. *consil.*597. Bald. *in l. liberti, libertæque. nu.*28. *C. de oper. libert.* Ruin. *consil.*77.
22 *lib.*2. Soci. Iun. *cons.*113. *lib.*1. Franch. *decis. Neapolitana*307. † Declara, quando legatum est factum simpliciter, & per verba vniuersalia est dictum, quod sit pro omni eo, & toto, &c. vel pro eo, quod deberetur ex quacunque causa; tunc est animo compensandi, & comprehendit omnia. Dec. *cons.*69. Ruin. *cons.*79. *lib.*2. Castr. *cons.*
23 199. *num.*3. *lib.*2. Franc. *d. decis.*307. † Declara; quia si legatum est in specie, vel quantitate, non fit compensatio in specie debita ex
* voluntate, nisi expresse dicatur; communem, & magis* communem Petr. Surd. *cons.*112. *n.*61. *&* 62. vbi dicit etiam idem in debi-
24 to necessario. † Restringe, quando legatarius prohibetur simpliciter aliquid posse petere, & legatũ sit pro omni eo, & toto, quod petere posset, & non fit restrictio in bonis, neque in hæreditate; quia tunc venit cõpensatio etiam dotis maternæ, quæ alias non veniret, & æris alieni. Bald. *in d. l. liberti, libertæque. n.*28. *C. de oper. libert.* Ruin. *cons.*136. *n.*7. *lib.*2. † Idem, quando legatum est factum 25
pro omni, & toto, quod legatarius consequi posset in bonis, & hæreditate testatoris; quia si verba non possunt verificari, nisi in dote, vel in vna specie, quæ alias non veniret: tunc venit, ne verba sint frustratoria. Bald. *d. l. liberti, libertæque. n.*28. *C. de oper. libert.* Angel. *cons.*181. *prope fin.* Ruin. *d. cons.*79. *n.*8. *lib.*2. Mantica *d. tract. de coniect. vltim. volunt. lib.*10. *tit.*2. *n.*2. & Franch. *d. decis.*307. quia dispositio generalis, quæ non potest verificari, nisi in vna specie, dicitur specialis, ac si nominatim esset in illa specie. *l. fundus, qui locatus ff. de fundo instructo. l. si hæres. ff. de adim. legat.* infra *n.*56. *& seq.* Vide, *Legatum pro omni eo, & toto, &c. censetur animo compensandi, & quando* 26
*non. Concl.*74. † Et ideo si filia est exclusa à statuto, & pariter leget pro omni eo, & toto, non potest petere potes maternas; quia necessario ad illas refertur; quia legitimæ supplementum non potest petere. Ruin. *cons.*68. *n.*9. *lib.*4. Paris. *cons.*90. *n.*35. *lib.*2. † Re- 27
stringe, vt procedat, etiam si non esset facienda interpretatio ex necessitate; & quia fuit facta prohibitio augmẽtatiue, & per verba vniuersalia; quia omnia comprehendit. Bart. *in l. quæsitum. §. qui fundum. n.*11. *ff. de fund. instruct.* Castrens. *cons.*193. *in fin. lib.*2. per *l. doli clausula. ff. de verbor. oblig.* Mantic. *de coniect. vltr. volunt. lib.*10. *tit.*2. *nu.*
26. & ideo debitum ex persona alterius censetur compensatum. *l. Lucius. §. tres fratres, in fi. ff. ad Trebellian.* † Imo verba generalia, quod 28
plus petere non possit, vel vniuersalia, ex quacunque causa inducunt compensationem omnium etiam iuris de futuro. Dec. *d. cõsil.*69. *n.*4. *ver. imo quod.* Anchar. Regien. *quæst.*69. *in fin. lib.*1. maxime, quando verba habent importantiam ad tempus futurũ, prout competeret, quod est subiunctiui imperfecti. Bart. *in l. Quintus. §. item scribit. ff. de aur. & argen. legat.* Corn. *cons.*192. *n.*3. *lib.*2. Bursat.
late *cons.*87. *n.*43. *lib.*1. Franc. *decis.*307. † Contrariũ, quando verba 29
non essent vniuersalia. Alciat. *cons.*609. Anchar. *d. quæst.*69. † De- 30
clara tamen; quia legatum factum creditori dato in tutorem, si aliter non constat de credito, quam per assertionem testatoris, an debeatur, si non accipiat tutelam. Bald. *cons.*356. *Licet allegatum fo. per tot.* maxime *ante med. ver. aut non constat. lib.*4. vbi multa hinc inde; quia licet probet causam legandi; tamen non probat debitũ, vnde cum non suspiciat tutelam, videtur non deberi. Vide, *Confessio in testamento facta absenti non probat, & quando secus. Conclus.*639.
† Amplia; quia pater, qui filiam dotauerat in centum, si legat eã- 31
dem centum pro dote, censetur animo duplicandi, quando legatum esset omnino inutile; si vero potest aliquod ius dici competere testatori in restitutione, dicitur illud ius legasse. Rom. *consil.*253. vbi late, incipit, *Videmus primo.* † Restringe; quia si testator 32
legat centum pro dote, & postea illos in vita soluit, præsumitur in ademptionem legati. Bar. *in l. Lucius, la*1. *per illum tex. n. ff. de leg.*2. & infr. *n.*67. Vide, *Dos soluta simpliciter ab oblig.to. Concl.*785. † Am- 33
plia; quia maritus legans vxori suæ tertiam partem bonorũ suorum non censetur animo compensandi bona paraphernalia ab vxore habita. Bald. *cons.*15. *Casus talis est. lib.*3. † Extende, quia mari- 34
tus legando vxori non censetur animo compensandi dotẽ vxoris, nisi dixerit: ideo poterit exigere dotem, & habere legatum. Castr. *cons.*248. *in antiquis.* Capra *cons.*72. *n.*18. Corneus *cons.*5. *in fin. lib.*1. Bello. *cons.*31. *n.*4. † Extende maxime, quando legatur vxori 35
species & dos consistit in quantitate; quia legatum non præsumitur animo compensandi *l.*1. *§. sciendum. C. de rei vxo. actio.* Bald. *cons.*
224. *In restitutione dotis, col.*3. *ver. super secundo puncto. lib.*2. Paris. *consil.*
95. *n.*34. *ver. an autem tale legatum, & n.*42. *ver. nec per legatum factum. lib.*2. Socin. *cons.*10. *n.*24. *ver. & quia nulla. lib.*1. faciant tradita per Socin. Iun. *cons.*14. *& seq. lib.*3. † Si tamen constat de mente, quod 36
animo compensandi legauit, fit compensatio etiam de specie ad quantitatem, etiam si non sit facta mentio dotis, vt dicunt proxime allegati, ratio est; quia potest nolle acceptare mulier legatum. *l.*3. *& l. fin. C. de falsa causa adiecta legat.* † Extende, vt procedat, etiam 37
si maritus leget vxori vsumfructum omnium bonorum institutis filiis; quia licet dicat, quod debeat morari vidua cum filiis, & in viduitate, & fauore filiorum ad alimenta restringatur; tamen debet habere dotem, & fructus dotis, ne legatum reddatur inutile. Castr. *cons.*224. *Legatum prædictum. per tot. lib.*2. † Extende, vt 38
procedat, etiam si Notarius deponat hanc fuisse mentem testatoris; quia hoc ipsi dixit ante testamentum, & alius testis dicat audiuisse à testatore post testamentum, quia ista non est declaratio, sed limitatio dispositionis, in qua requiruntur tot testes, quot ad actum sunt necessarii. Bald. *cons.*15. *per tot. lib.*3. † Amplia; quia 39
quod dicitur de legato, idẽ est in donatione facta creditori; quia

non

non dicitur animo cõpensandi. Alex.*cons.*12.*Viso themate,nu.*5.*ver.*
40 *sed præmissis.lib.*2. †Amplia;quia mater donando filio, cui tenetur
conseruare tres quartas bonorum ex forma statuti,non censetur
animo cõpensandi,licet debitum sit necessarium à statuto ; quia
debitum est in diem,& post mortem donatio est de præsenti;id-
eo cessat compensatio,quando debitum legale necessarium non
est exigibile tempore donationis.Soc.*cons.*93.*Circa primum.nu.*21.
41 *& seq.ver.confirmatur tertio,lib.*1. † Extende idem in legato, quãdo
debitum legale esset necessarium , & non esset debitum pu rum
tempore, quo legatum debetur; quia tunc cessat compensatio.
42 Soc.*d.cons.*93,*n.*22.*& seq.lib.*1.†Amplia;quia grauatus fideicõmis-
so si legat aliquid filiis eius, cui fieri debet restitutio fideicõmissi,
non præsumitur animo compensandi.Alex.*cons.*250.*Quoad primũ,*
*insi.lib.*6.Dec.*cons.*425.*in*3.*dubio.ver.tertio principaliter*.Neuiz.*cons.*
43 63.*n.*23.†Extende;quia imo si ipsi fideicommissario legasset, non
præsumitur animo compensandi.Alex. *d.cons.*250.*in fi.lib.*6. cum
aliis supra proxime allegat.tex.*in l.Lucius Titius, in princ.ff.de legat.*1.
44 †Amplia; quia institutio hæredis in toto, vel in parte facta per
maritum de vxore sua non censetur animo compensandi dotes.
* Paris.*cons.*69.*n.*24.*& seq.lib.*2. vbi dicit*communem *nu.*28. Rol.à
45 * Val.*cons.*65.*n.*19.*& seq.lib.*2.*&n.*23.vbi dicit*communem allegan-
do Ruin.*cons.*92.*n.*5.*lib.*5. † Extende in legato vsus fructus facto
vxori;quia non animo compensandi.Rol.à Val.*d.cons.*65.*n.*20.*lib.*
46 2.†Extende in legato facto vxori ; quia non præsumitur animo
compensandi dotem.Paris.*d.cons.*69.*n.*24.*& seq.lib.*2. Petr.Surd.
47 *cons.*112.*n.*44.*& seq.*vbi plurimos allegat. † Extende idem in do-
natione facta vxori; quia non præsumitur animo compensandi
* communem*dicit Rol.à Valle *cons.*65.*num.*20.*lib.*2.communem
48 *dicit Petr.Surd.*d.cons.*112.*n.*42. † Extende;quia quod dicitur de
vxore instituta,idem in alio creditore instituto in toto,vel quota;
quia in dubio animo exercendi liberalitatẽ,non autẽ cõpensandi
49 præsumitur.Paris.*d.cons.*69.*n.*24.*& seq.lib.*2.†Extende;etiam si de
animo compensandi constaret , intelligitur pro rata rei legatæ.
50 Ruin.*d.cons.*92.*n.*9.*lib.*5.Rol.à Val.*d.cons.*65.*n.*23.*lib.*2. † Amplia;
quia filius legando matri suæ non censetur animo compensandi
dotes matris;quia est voluntarium,plene Surdus *d.cons.*112.*n.*44.
51 *& seq.*†Extende;quia etiam si sit dictum,animo compensandi,fit
compensatio solum pro rata,non in toto,si relictum non descen-
dit ad integrum debitum.Ruin.*cons.*92.*n.*9.*lib.*5.Rol.à Val. *consil.*
52 65.*n.*23.*li.*2.†Extende; quia legatum factum per patruum nepo-
ti,qui mutuauerat scut. 200. patruo,non censetur animo cõpen-
sandi, licet dixerit in recõpensationem seruitiorum habitorum,
nisi aliter de mente compensandi constet. *l.creditorem, & l.Lucius*
*Titius,in prin.ff.de leg.*1.*l.vnica.*§.*sciendum. C. de rei vxor.actio.* Ias.qui
plures citat in *l.qui plures.ff.de vulg.& pupil.in fi.*Tiraq.*de leg.connub.*
53 *in glos.*7.*n.*167. † Amplia;quia nunquam legatum,vel institutio
præsumitur animo compensandi, quando hæres, vel legatarius
54 teneturrestituere,ita Rol.à Val.*cons.*65.*lib.*2. † Extende; quia le-
gatum vsusfructus non censetur animo compensandi. Ias.*cons.*
55 123.*Viso testamento. lib.* 4. sequitur Neuiz *cons.* 62.*num.* 23. † Ex-
tende, vt neque fructus percepti iudicio testatoris animo com-
pensandi censeantur,si non est dictum.Rol.à Val. *d.cons.*65.*num.*
* 24. vbi de * communi. *lib.* 2. † Limita,quando legatarius esset
56 creditor legalis , puta si vxor legat marito , qui ex forma statuti
debet lucrari medietatem dotis ; quia legatum præsumitur fa-
ctum animo compensandi , ne duæ causæ lucratiuæ concurrant.
Bald.*consilio* 79.*Factum tale est , Zeno,in fin.vers.super eo autem,libr.*1.
* vbi dicit * communem. Corneus *consil.*130.*Viso puncto.numer.*3.
57 *vers&.& similem,lib.*4. vbi dicit * communem,plene Alex.*cons.*12.
*Viso themate,num.*5.*& seq.lib.*2.supra *num.*25. *& sequen.* † Idem in
debente supplementum legitimæ; quia legando sorori,cui pater
minus legitima legauit iure institutionis,tanquam debitor lega-
58 lis,censetur animo compensandi.Fulg.*cons.*80.*num.*3. † Idem,si
ex alia causa debitum sit legale;quia necessarium dicitur, & præ-
sumitur animo compensandi. Signor.*consil.*176.*num.*3.vbi exem-
59 plificat in patre obligato dotare filiam. † Et quando debitum
dicatur voluntarium , vel necessarium,plene Surd.*consil.*112.*nu-*
*mer.*63.*cum seq.ver. non obstat.* vbi, quod licet debitum sit ex con-
tractu,dicitur voluntarium ; quia inspicitur initium, & dicit,
quod dos matris filio dicitur voluntarium respectu patris,& hæ-
60 redis, vbi plurima. † Declara vt procedat limitatio , quando
esset debitor ex dispositione legali contra voluntatem , vel præ-
ter voluntatem ; secus si ex voluntate , prout si quis gessit spon-
te negocia alterius ; quia inspicitur initium obligationis volun-
61 tarium. Ang.*consil.*277.*in fin.ver. legatum autem.* † Restringe,vbi
debitum esset in quantitate, & legatum in specie, vel è contra.
Bal.*consil.*58.*In restitutione dotis num.*2.*ver. Super secundo. lib.*2.Corn.

*consil.*230.*num.*3.*lib.*4. vbi dicit * communem,& ampliat procedere etiam, quando dos esset in specie , & legatum in alia specie. * 62
Soc.*cons.*93.*Circa primum.num.*22.*& seq.lib.*1. † Restringe, vt non procedat limitatio , quando debitum lucri esset ex pacto ; quia tunc non fit compensatio , quando concurrit liberalitas partium ; secus si à lege tantum , vel statuto debeatur. Bal.*d.consil.*58.
*numer.*3.*ver. secundo quia.lib.*2. † Declara , vt procedat limitatio, 63
quando vxor , quæ legat marito , nondum soluit dotem; secus si maritus,qui habuit dotem,hæres instituatur vna cum alio fratre vxoris ; quia habebit lucrum dotis præcipuum , & medietatem residui hæreditatis. Angel.*consil.*360. *Quedam domina* , vbi dicit hoc verum , etiam si vir non confecit inuentarium. † Limita; 64
quia legatum factum per maritum vxori animo compensandi cum seruitiis præstitis , & aliis iustis causis inducit compensationem fructuum bonorum feudalium per maritum perceptorum ex feudis vxoris ,p ea rata,qua legatũ ascendit tantũ.Affl.*decis.*44.
vbi late per 15.coniecturas. † Limita;quia semper, quod fit pro 65
omnieo,& toto,&c.censetur animo compensandi. Crauet.*cons.*
149.*numer.*3.supra *num.* 56. licet supr.*num.*25.*& seq.* contrarium
videatur. † Extende idem , si legatum dicat, quod sit legatarius 66
contentus , vel quando fit pro euitandis discordiis inter hæredem,& legatarium. Crauet.*d.consil.*149.*num.*3. † Limita ; quia 67
pater debitor filiæ in dote,si legat eidem filiæ pro dote , censetur animo compensandi,non autem animo augendi dotem, vel donandi pro dote vltra summam debitam.Cuman.*consil.*18.*Sine dis-*
putatione , per tot. maxime *post med.ver.amplius considerandum.* Mandel.*consil.*17.*num.*9.vbi idem,etiam si pater dorem promisisset, & postea aliquid legasset,fit compensatio. Angel. Aret.*d.consil.*40.
*num.*33.*& seq.*supra *numer.*32. † Extende in casu contrario ; quia 68
si pater legat filiæ , licet non dicat pro dote, & postea dotem soluat,præsumitur animo compensandi legatum. Ruin.*consil.*223.
*nu.*4.*lib.*1. †Restringe in filio legante matri etiam pro omni eo, 69
& toto , &c. quia non dicitur animo compensandi, quando dos est in specie.Pet.Surd.*consil.*112.*per tot.*vbi multa hincinde. † Ex- 70
tende in omni debitore dotis , vel in marito;quia si legat sub eodem nomine dotis eidem , cui debet dotem , censetur animo compensandi.Cuman.*consil.*134. *Dominus Nicolaus.num.*2.*vers.nam*
*si debitor.*vbi ponit plura exempla;quod tamen intelligas , quando ille idem, qui legat dotem, esset ipse , qui promisisset dotem.
Cuman.*d.consil.*134.*col. fin.al.ver.nec obstat,quod dicebatur.* † Extende;quia si maritus inter viuos habuit decem in dotem , & in 71
testamento confitetur recepisse sexdecim , vtraque summa,non debetur , sed sexdecim , videlicet decem pro summa inter viuos habita , & sex iure legati , & si plus soluit, tanquam per errorem solutum repetit , & non valet obligatio de soluenda vtraque summa; quia est per errorem. Castr.*consil.* 406. *Primo quæro , in*
*princip.lib.*1. † Extende in fratre hærede;quia si pater instituit fi- 72
lium,& legauit centum filiæ pro dote , & mortuo patre frater legat sorori vltra centum congruam dotem , sororque petat centum legata à patre ; item congruam dotem , vel supplementum legitimæ , & postea etiam venit ex legato fratris congruam dotem,excludetur ; quia animo compensandi frater legauit, cum esset debitor legalis,licet non dixerit. Fulgos.*cons.*80.*Testator in*
testamento,per tot. † Restringe;quia pater grauatus in certum ca- 73
sum dotare filias , si eisdem filiabus suis legat certam quantitatem pro dote, non censetur animo compensandi cum legato facto ab alio , etiamsi pater apposuit clausulam , quod plus petere non possint ; quia potius ex officio paterno præsumitur legasse, quam animo compensandi. Cuman. *consil.*134.*per tot.* vbi est casus. † Declara,vt per Ias.in *l.huiusmodi.*§.*cum pater.ff. de leg.*1.*& in* 74
auth.præterea. C. vnde vir & vxor. † Imo plus dicit idem Cuman. 751
*d.consil.*134.*circa fin.* quod etiam si filiæ transegerint cum hærede patris , non præsumuntur renunciasse legato pro dote sibi facto, ab eo,qui patrem instituerat cum isto onere, ex quo non fuit facta mentio. Vide,*Nota speciali digna si non exprimuntur,non compre-* 76
*henduntur.Conclus.*68. † Contrarium, quod in dote, & pia causa non inducatur compensatio, nisi expresse dicatur. Signor.*consil.*
176.*num.*9.*& seq.ver.in oppositum* , maxime *in si.* Oldr. *consil.*297. 77
† Vide plene per Mantic.*de coniect.vltim.vol.lib.*10.*titul.*2.*per tot.*vbi *num.*25.*& seq.* † Declara;vt quod dicitur legatum pro dote fa- 78
ctum censeri animo compensandi,procedat, quando ille,qui legat pro dote,legat expresse, & est ille legans, qui se obligauit ad dotem ; secus , si teneretur ex dispositione alterius. Cuman. *d.*
*consil.*134.*col. fin. ver.nec obstat , quod dicebatur.* † Limita in legato 79
facto à primo testatore;quia si hæres faciat aliud legatum,censetur animo compensandi primum legatum ; ad quod obligabatur ; quia est debitum necessarium. Mandell. *consil.*2.*in fin.* Iatius

80 *consil.17.n.6.& seq.*Fulgos.*cons.80.n.3.vsque in fi.*†Extende idem in legato facto à fideicommittente; quia fideicõmissarius aliud legatum faciendo censetur, vt se exoneret, & sic animo compensandi, idem Mandel.*d.consil.2.in fi.& cons.17.n.6.& seq.*Io. de Ana.

81 *d.cons.3.per tot.* † Extende idem in fideicommisso relicto descendentibus; quia si filius obligatus restituere nepoti fideicommittentis, qui est sibi filius, instituat filium, cui debet restituere vna cum loco pio, locus pius habebit etiam medietatem fideicõmissi, quando constat de mente, vt quia pater grauat filium sub pœna priuationis, vt seruet testamentum ad vnguem, & honorauit eum in tantundem vltra legitimam, & Trebellianicam; quia etiam si adiuisset cum inuentario, tenetur admittere cohæredem in rata fideicommissi. Io. de Anan.*d.cons.3.per tot.* vbi Bologn. in a-

82 post. extendit etiam cõfecto inuentario, etiam in bonis emphyteuticis, quæ filio spectarent, si constat de mente. † Restringe, vt non procedat, si primus testator grauauit primum hæredem fideicommisso, & ipse grauatus faciat legatum fideicommissario; quia non censetur animo compensandi legatum cum fideicõmisso; imo vtrunque habebit, & fideicommissum, & legatum. Vide tamen, *Legatum idem à pluribus factum, videlicet à patre, deinde à filio hærede eidem personæ est vnum. Concl.75.cum duab. Concl. ibi prox. seqq.*

83 †Declara, nisi exprimatur, quod de animo compensandi in fideicommisso, vel aliis coniecturis colligatur.*l.Lucius Titius.ff. de leg.1.* Alex.*cons.250.in 3.dubio.lib.6.* Decius *cons.425.in 3.dubio.ver. tertio principaliter, vsque ad fi.* Corn.*cons.292.n.2.lib.1.* Cuman.*cons.133.* Iaſ. in *l.1.in prima lectura.nu.24.ver.adde elegans consilium, ff.solut.matrim.* Neuizan.*cons.62.n.23.& per tot.* Soci. Iun.*cons.130.nu.20.lib.2.* Couar.*in c.officij.n.2.de testam.*& vide supr.*n.3.& seq.* vbi idem, quando

84 in compensatione debiti. † Limita, quando ex coniecturis constat, quod animo compensandi legauit, Crau.*cons.149.n.30.& per tot.* Gabriel.*cons.106.n.8.lib.1.* Menoch.*cõs.56.n.9.* Afflict.*decis.44.n.9.& seq.*& plenius Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.10.tit.2.n.2.& per*

85 *tot.* maxime *n.16.*†Limita; quia legatum factum creditori ex causa necessaria, semper fit animo compensandi, secus si ex causa voluntaria, & dicitur necessaria, quando ab alia persona prouenit

* debitum, communem* dicit idem Mandell.*dd.cons.2.in fi.& cons.17.n.6.& seq.*& declara, vt plene per Castr.*cons.73.Licet ista domina.n.3.lib.1.* Io. de Anan.*cons.3.Viso testamento.n.4.in fin.ver.non obstat a-*

* *liud.* vbi Ludouic. Bologn.*n.8.ver.præterea.* dicit communem, * & quod legatum ex causa necessaria sit animo compensandi.*l.si cum*

* *dotem.§.si pater.ff.solut.matrim.* vbi communiter* Doctor. & ex voluntaria non præsumitur animo compensandi, nisi ex coniecturis constet. Vide plene Manticam *de coniect.vltim.volunt.lib.10.titul.2.*

86 vbi late examinat. †Vide Afflict. plene *decis.44.n.9.& seq.*& com-

* munem* dicit Neuiz.*cons.62.n.21.* Deci.*cons.3.num.127.lib.1.* Castr. *cons.294.col.2.in pr.lib.2.*& quod sit animo compensandi, q̃n est ex

87 causa necessaria. Ang. Aret.*cons.40.Capio primam.n.36.& seq.*† Et quod legatum factum ex causa necessaria in dubio sit animo cõpensandi, tex. *in d.l.si cum dotem.§.si pater.ff.soluto matri.* vbi Bar. Castren. & Alex. & alii, *auth.præterea.C.vnde vir & vxor.l. Imperator.§.si*

☞ *centum.ff.de legat.2.*tex. *in l.ex qua persona.ff.de reg.iuris.* Vide, *Causa necessaria & voluntaria si concurrant, quæ attendatur. Concl.149.* Vide,

88 *Dos data à tertio quo nomine data censeatur. Conclus.786.*†Extende, vt procedat, etiam si species legetur pro specie, vel quantitate; quia fit compensatio. *l.Imperator.§.cum quidam.ff.de leg.2.* vbi est tex. Castren. *cons.130.Licet ista domina Lisa, col.3.in antiquis.* Imol. *in d.l.si cum dotem.§.si pater.* vbi Alex. *ff.soluto matri.* Dec. *in d.auth.præterea.* vbi, quod in vltimis voluntatibus compensatio non regulatur secundum naturam compensationis, sed fit de specie ad quantitatem, *n.10.*& multa iura adducit, & dicit ista esse opinionẽ, licet disputando plura adduci possint, & ita distinguendo tenet Affl. *decis.44.n.9.* Vide pro vtraq; parte Neuiz. *cons.62.n.21.*& est opinio Io. de Imol. *in d.l.si cum dotem.§.si pater, in fi.ff.sol.matri.* quem sequitur Rom. *in d.auth.præterea.n.15.in fi.ver.idem tamen.* Alex. *n.13.ver.vtrum autem.* Aret. *col.2.n.5.ver.sed 10.de Imol.* Iaſ. *nu.26.ver.adde, & amplia.* Montepic. *n.56.ver.tertio amplia.* Curt. Iun. *n.23.ver.retenta.* vbi loquitur relatiue. Bal. *cons.58.n.2.& seq.lib.2.* Corn. *cons.292.nu.3.& 5. lib.1.* Soc. Iun. *cons.173.n.6. & seq.lib.2.* Bursat. *cons.68.nu.8.* Declara, vt per Phanuc. *de lucr.dot.gl.8.n.53.* Corn. plene *in d.auth.præterea.n.*

18.*& seq.C.vnde vir.* vbi p vtraq; parte citat, & distinguit, aut cõstat ex coniecturis, quod voluit testator compensare, & inducitur; aut non extant coniecturæ, & ex eo solo, quod debitum sit legale, & necessarium, & non inducitur cõpensatio de specie ad quantitatem sine coniecturis legantis, quod ita voluerit compensare

89 speciem cum quantitate, vel è contra. †Contrarium, quando fit de specie ad speciem, vel de specie ad quantitatem. Petr. Surd. con-

* *sil.112.num.62.*& ista est communis* opinio, vt per Corn. *cons.257. Circa primum, col.pen.& cons.292. Circa primum, col.2.lib.1.* Bald. *in l.si vxor.n.4.C.de bon.auth.iud.possid.* plene videas Mantic. *de coniect.vlt. vol.lib.10.tit.2.num.8.& seq.*vbi hoc extendit quatuor aliis modis, quando compensandum erat exigibile, alias non; item nisi ex alia causa; item quando legatum est perpetuum, alias secus. † De- 90
clara contrarium, nisi adsint coniecturæ, quod voluerit compensare speciem cum quantitate, vel speciem cum specie. Corn. *in d. auth.præterea.C.vnde vir & vxor.n.14.& d.cons.292.lib.1.*†Imo, quod 91
quando debitor ex causa necessaria legat suo creditori, semper præsumatur animo compensandi, etiam si sit debitor in quantitate, & legaret corpus, vel speciem, tenet Bald. *consil.79. Casus talis est, in fi.lib.2.* vbi dicit communem, prout communem* dicit Affl. *
cum distinctione *decis.44.n.9.*†Extende; quia bene semper lega- 92
tum præsumitur animo compensandi, quando hoc fuit dictum in genere, prout exemplificat Affl. *d.decis.44.* videlicet, *legat animo compensandi seruitia, & merita*; quia etiam intelligitur quoad credita voluntaria.†Contrarium tenet Castr. *d.consil.294. In causa, in pr.* 93
vsque ad n.2.lib.2. maxime *ver.secundo possent.* † Declara tamen; quia, 94
si legatum minus est credito necessario legatarii, compensat pro rata tantum, nisi esset dictum pro omni eo, & toto, quod legatarius habere, & consequi debet; quia nihil potest petere excepta legitima, ita Castr. *cons.193. Super isto puncto.n.3.ver. super tertio.lib.2.*
†Et necessaria dicitur causa, quando hæres debet aliud legatum 95
factum à primo, & aliud à secundo testatore. Iacob. Mand. *consil. 17.n.8.& seq.*Iaſ. *in l.huiusmodi.§.1.ff.de leg.1.* vbi extendit, etiam si legatarius legat, id, quod sibi est legatum cum onere restituendi eidem, cui debet fieri restitutio, & ampliat multis modis, & de hærede legante idem, quod à primo testatore eidem est legatum, vt semel debeatur. Iaſ. *in l.si fundum.§.si pater.n.13.eod.tit.* Anan. *cons.3. circa med.* vbi Bologn. *in addit.*†Declara; quia lucrum dotis, quod 96
debetur marito, si debetur ex conuentione, dicitur ex causa voluntaria sine dubio; si vero debetur à lege, vel statuto, dicitur etiam causa voluntaria mediate; quia erat in potestate vxoris dare minorem dotem; ideo iudicatur voluntarium. Rom. *consil.448. Videtur primo, n.6.vsque in fi.* vbi apostilla plena in *ver.statuti.* quæ citat plures concord. & dicit* communem, & duplicatur *d.consil.* *
per Abb. cuius est consilium in *cons.117.lib.2.* † Extende; quia de- 97
bitum censetur ex causa necessaria, quando mulier non habens ascendentes, neq; descendentes tenetur fratribus reseruare tertiam dotis, prout Bononiæ; quia tunc legatum fratri censetur animo compensandi. Alex. *cons.85. Animaduersis. nu.6.ver.quarto lib.4.*
†Contrarium tenet Corn. *cons.292. Circa primum. lib.1.* vbi, quod 98
dicitur causa voluntaria; quia adeundo ex voluntate obligatur. Crauet. *cons.417.n.9.*†Declara, vt per Crauet. *cons.131. Ad primum* 99
quæsitum.n.14.ver. ad vltimum dubium, vbi pro vtraq; parte allegat, & dicit, si debitum erat necessarium, vel voluntarium in primo defuncto, erit etiam in hærede; ideo consideratio sumit vires à primo testatore, nisi ex coniecturis aliud appareat in hærede; quia debitum hæredis est debitum defuncti, allegat Castr. *cons.35. Videtur dicendum, col.2.vers. sed ad hoc respondetur. lib.2.* concord. Rimin. Iun. *cons.393.per tot.* maxime *n.47.*†Restringe, vt non proce- 100
dat, quando debitum causatur à cõtractu eiusdem legantis; quia licet compellatur necessario seruare contractum; tamen est voluntaria causa, communem* dicit idem Corn. *d.cons.292.col.2.nu.* *
2.lib.& idem dicit Signor. *cons.176.n.3.* vbi quod dicitur ex voluntate considerato principio. Castr. *d.cons.35.nu.2.ver.quinto ad idem.*
†Vide Mantic. *de coniect.vlt.vol.li.10.tit.2.n.3.& seq.*qui dicit neces- 101
sarium in hac materia dici, quando sine voluntate, prout in debito legati, voluntarium, quando ex voluntate ab initio, prout ex contractu processit.†Declara; quia semper animo compensandi 102
censetur factum legatum, quando ex eadem causa fit, pro qua præcedens creditum est factum, siue causa sit necessaria, siue voluntaria. Castr. *cons.135.n.2.ver.quinto ad idem.lib.2.* † Declara; quia 103
nunquam habet locum compensatio etiam in casu, in quo debet fieri, quando lata fuit sententia, quæ transiuit in iudicatum; quia debuit compensationem opponere in prima instantia ante sententiam, & post sententiam in causa appellationis; sed si passus est sententiam transire in iudicatum, excluditur. Castr. *d.cons.294.nu.*
2.ver.tertius casus dib.2.†Imo Alex. *cons.19. Circa primum, col.fi.nu.15.* 104
ver.circa quintum.lib.6. dicit, quod legatum factum vxori non censetur, neq; præsumitur animo compensandi dotem, nisi expresse probetur per testes, vel scripturam, & ibi apost. *in ver.compensandi.*
dat concor.† Declara; quia imo etiam in causa voluntaria fit com- 105
pensatio, quando ob eandem causam fit legatum, pro qua debitum voluntarium processit. Crau. *cons.781.in prin.* quod procedit, etiam si diuersæ res, & diuersæ summæ essent legatæ. Crau. 686.
per tot.†Hanc declarationem restringas, vt nõ procedat, quando 106
diuersa

diuersa forma, & diuersa cõditione esset legatum, licet ex eadem causa; quia debentur omnia legata. Bal. *cons.*349. *Quæstio de plurib. n.2. lib.*4. vbi late distinguit, quem sequitur Crauet. *cons.*781. *n.*9.
107 †Idem, quando ex coniecturis constat de mente, veluti si multiplicatio solutionum exinaniret hæreditatem. Crauet. *cõs.*686. *per tot.* & alias describit etiam coniecturas, & melius *cons.*149. *per tot.* vbi ponit 12. coniecturas, & multos allegat. Sign. *cons.*176. *num.*3. Afflict. *decis.*44. *n.*10. Gab. *cons.*106. *nu.*8. Mantic. plene *lib.*10. *tit.*2.
108 *n.*16. *de coniect. vlt. vol.* vbi plurimos adducit. † Idem, si iussit, quod plus petere non possit legatarius; quia compensandi animum inducit. Crau. *cons.*922. *n.*2. & 3. vbi late; idem, quãdo est pro sedandis litibus, & discordiis, vel prohibetur plus petere, vel esse taci-
109 tum, & contentum. Crauet. plene *cons.*149. *n.*3. †Contrarium Neuiz. *cons.*62. *n.*33. *& per tot.* Dec. *cons.*425. *col. pen. & fin.* vbi *nu.*31. dicit Neuiz. quod materia est scrupulosa, & non debet de facili præsu-
110 mi animus compensandi, allegat Corn. *cons.*292. *col.*3. *lib.*1. †Limita; quia legatum factum creditori intelligitur animo cõpensandi, si constat expresse, quod eo animo. Signor. *cons.*176. *num.*3. Castr.
111 *cons.*294. *col. pen. vers. secundo possent, lib.*2. †Extende, vt idé fit, si constat tacite, quod animo compensandi, puta ratione causæ relicti, vel propter coniecturas apparentes legauit. Signor. *cons.*176. *nu.*3. Afflict. *decis.*44. *n.*10. Crauet. *cons.*40. *per tot.* sed Crauet. loquitur
112 in confessione dotis constante matrimonio. †Causa relicti inducit præsumptionem compensationis, quando ob eandem causam legatur, ob quam creatum est debitum. Crauet. *consil.*781. *in princ.* & procedit, etiam si sit legatum in testamento, & in codicillis, etiam diuersæ summæ; quia primum tollitur per secundũ, quando pro eadem causa. Cuma. *cons.*18. *Sine disputatione, in princ.* & plenius *cons.*134. *n.*2. *ver. nam & si debitor.* vbi extendit, etiam si legatum fiat nepti ab auo pro dote, & filius hæres repetat aliud legatum
113 eidem filiæ pro dote. † Et procedit, etiam si diuersæ summæ, &
114 diuersæ res essent legatæ. Crauet. *cons.*686. *per tot.* †Imo Ias. *in l. huiusmodi. §. cum pater. n.*3. *ff. de leg.*1. dicit, quod si pater promittit dotem filiæ, postea legat eidem filiæ pro dote, censetur animo compensandi propter identitatem causæ, sed dicas, quod imo etiam propter debitum legale promissum; quia tenetur pater dota-
115 re filiam. †Secus esset, si legaretur ex eadem causa, sed sub diuersa forma, & diuersa conditione. Bald. *cons.*349. *Quæstio de plurib. n.*2.
116 *lib.*4. sequitur Crau. *d. cons.*781. *n.*9. †Limita; quia imo legatum factum creditori animo compensandi, licet non dicatur pro omni eo, & toto, neque prohibeatur plus petere posse, adhuc non potest aliquid petere, si simpliciter acceptauit legatum valens minus suo credito. gloss. *in l. si creditorem. ff. de leg.*2. cum qua Dynus, Rayn. & Bartol. & quam dicit notandam Alex. *d. cons.*132. *Viso in-*
117 *strumento. n.*2. *ver. & quod dicta compensatio. lib.*2. † Declarat Alexan. *d. cõs.*132. procedere, quando adest clausula, quod plus petere non possit. *lib.*2. vel si medio iuramento confessus esset, se plus petere non velle; quia non audiretur, si contrariũ assereret. Crauet. *cons.*
118 149. *n.*3. †Coniecturas plures enumerat Crauet. *d. cons.*149. *per tot.* vbi ponit 12. coniecturas. Aliam ponit *cons.*686. *per tot.* videlicet, si
119 multiplicatio solutionũ exinaniret hæreditatem. † Aliam, si pro sedandis litibus, & discordiis legatum fiat; quia præsumitur ani-
120 mo compensandi. Crauet. *d. cons.*149. *nu.*3. † Item, si legans iubet legatarium plus petere, vel esse tacitum, & contentum. Crauet. *d. cons.*149. *n.*3. plenius *cons.*292. *n.*2. & 3. vbi, quod tunc animo cõ-
121 pensandi. †Contrarium in dote tenet Signor. *cons.*176. *per tot. n.*9. & *seq.* vbi, si maritus legat vxori hæreditatem, & grauat eam post mortem restituere omnia piæ causæ, excepta domo, & iubet eam esse tacitam, & non posse plus petere ex quacunque causa, non inducitur compensatio dotis, nisi in specie sit dictum; quia dos est pia causa, & in dubio pro dote pronunciandum, sequitur Rol.
* à Val. *cons.*65. *n.*19. & *seq. lib.*2. vbi dicit* communem. Petr. Surd.
*cons.*112. *n.*44. vbi infinitos allegat, & Castr. *cons.*229. *In causa, quæ*
122 *vertitur, in pr. lib.*2. †Declara, vt per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*
10. *tit.*2. *n.*2. & *seq.* vbi per totum titulum declarat multos casus, &
123 allegat pro vtraque parte vsque in fin. † Declara; quia in dote fit compensatio, quando legatum est animo compensandi, sed pro tanto tantum, ad quam legatum ascendit. Ruin. *cons.*92. *num.*9. *lib.*5.
☞ Rol. à Val. *cons.*65. *n.*23. *lib.*2. Vide, *Compensatio quando in dubio præsumatur, vel non. Concl.*494. Vide Mascard. *Concl.*333. *Compensatio an præsumatur.*

Legatum animo compensandi, si perit res legata in parte, extinguitur debitum creditore agnoscente legatum, alias secus. Concl. 142.

1 PATER † legauit filio domum in compensationem dotis maternæ, quę combusta est viuente testatore, an extinguatur debitum dotis; videˊ, quod sic, quando in totum non perit res legata. *l.*1. *ff. de peric. & commo. rei vend.* maxime, quando filius agnouit legatum post mortem patris, & quando adiuit simpliciter hæreditatem patris, ita Guido Pap. *cons.*148. † Extende, quia non mi- 2
nuitur onus iniunctum legato, licet species, vel res legata pereat in parte. Vide supra, *Legatũ cum onere non obligat legatarium agnoscentem, &c. Concl.*69. *n.*4. †Limita, quando res legata periret in totũ; 3
quia sicuti hæres non tenetur, quando sine culpa hæredis perit; ita etiam liberatur legatarius ab onere, quando in totum perit sine culpa sua. Vide, *Legatum speciei nõ debetur perempta specie, & quando secus. Concl.*83.

Legatum an proprie dicatur factum filiæ institutæ in certa quantitate. Concl. 143.

LEGATVM †proprie non dicitur factum filiæ institutæ in certa 1
quantitate, puta mille scutorum, quãdo alius hæres est datus vniuersalis, sed est tertia species mixta inter hæreditatem, & legatũ. Bald. *cons.*39. *n.*1. *in fi. & seq. lib.*1. vbi q participat de vtroque. †Restringe, vt non procedat, quando pater exhæredauit filiam 2
propter vitam luxuriosam; quia licet posset a leget iure institutionis, est simplex legatum. Bald. *consil.* 253. *Filiafamilias, circa fin. ver. nec obstat. lib.*2. † Amplia; quia institutus in re certa detra- 3
hit Trebellianicam; quia non est proprie hæres, neque proprie legatarius. Curtius Iun. *consil.*160. † Contrarium verius Cra- 4
uet. *cons.*186. *per tot.* vbi, quod quando vniuersalis hęres adiuit, reuera est legatarius, quia tunc cessat spes, & ius accrescendi, & ita etiam Couar. *in c. Raynutius. §.*1. *in fi. de testam.* Vide, *Hæres dicitur institutus in re certa, & quando efficiatur vniuersalis. Concl.*89. Vide, *Institutus in re certa habetur loco legatarij, & quando loco hæredis. Concl.*232.

Legatum factum pro male ablatis non est proprie legatum, & quando secus. Concl. 144.

LEGATVM †factum pro male ablatis restituendis non est pro- 1
prie legatum; quia non præstat beneficium, qui soluit debitum, ita Rom. *cons.*164. *Hæc quinquaginta. nu.*4. vbi apostil. dat concord. *in ver. terminat.* Vide, *Restituere male ablatum quilibet tenetur. Concl.*303. † Extende; quia prohibitus legare, vel testari bene 2
potest pro male ablatis; quia non est legatum, neque liberalitas, sed restitutio. Roman. *d. cons.*164. *n.*4. † Restringe, quod pro legi- 3
tima contra legata pia iudicatur, nisi constet, quod debita sint, & idem pro male ablatis. Vide, *Legitima non potest minui. Concluſ.*188. 4
*n.*19. *& seq.* Vide, *Ablatum quomodo, & quando dicatur. Concl.*31. †Declara; quia in prohibitis, puta si legata excedunt vires hæreditatis, etiam legata pia, & pro male ablatis pro rata sunt minuenda, nisi probetur male ablatum deberi. Vide, *Legata, quæ excedunt vires hæreditatis, qualiter soluenda. Concl.*55. Vide, *Male ablatum restituendum omnino, alias peccatum non dimittitur, & quando. Concl.*23.

Legatum in quo loco solui debeat. Concl 145.

LEGATVM † factum de redditibus, in quo loco solui debeat, 1
Bald. *cons.*255. *Confirmans, lib.*2.

Legatum quando debeatur ab hærede, vel ab vsufructuario. Concl. 146.

LEGATVM †annuum solui debet per vsufructuarium vniuer- 1
salem; legatum vero simplex de rebus hæreditariis solui debet per hæredem. Iason in *l.*1. *in princ. ff. ad Trebell.* Castren. *cons.*
294. *lib.*2. Socin. Iun. *cons.*109. *lib.*1. Rol. à Vall. *cons.*8. *num.*13. *lib.*2.
†Restringe, nisi testator aliter disposuisset; quia si ordinasset, q 2
legatum simplex solui deberet per vsufructuarium; tunc standum est dispositioni testatoris. *l. si plures. ff. de leg.*3. gl. *in l. Marcellus. in prin.* vbi Bar. *ff. ad Trebell.* idé Bart. *in l. licet Imperator. n.*4. *ff. de leg.*1. vbi Ias.
*n.*32. Bart. *in l.*1. *§. ex substitutione. ff. ad l. Falcid. l. quoties, cum l. seq. ff. ad Trebell.* facit; quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. Ruin. *cons.*99. *lib.*2. *in fin.* Vide, *Vsufructuarius vniuersalis an teneatur ad debita hæreditatis. Concl.*321.

Legatarius habet hypothecam, & multas actiones, & priuilegia, & quando secus. Concl. 147.

LEGATARIVS † habet tres actiones pro re immobili, videlicet 1
rei vendicationem, hypothecariam, & personalem actionem. *l.*1. *C. commun. de leg. & Instit. de legat. §.*1. vbi Aret. Gomes. *tom.*1. *tit. de legat. c.*12. *n.*3. †Imo etiã competit quarta actio, videlicet officium 2

iudicis, quod declara, & limita, vt per Rip. *in l.1. num.42. ff. de leg.1.*

3 †Imo etiã potest agere publiciana legatarius ex persona defuncti, vel etiam ex persona sua, vt per Alex. *cons.4. Videtur inspectis. col.*

4 *2. ver. si vero vellet. lib.2.* † Declarat tamen; quia si vellet agere rei vendicatione, oportet, quod probet directum dominium defuncti, quod est adeo difficilis, p̃bationis, vt quasi impossibilis dicatur probatio; si vero vult agere publiciana, aduertat; quia nõ datur contra titulo possidentem. Alex. *d. cons.4. in pr. ver. secundo videtur. lib.2.*

5 † Extende, vt procedat etiã in legato vsus fructus in totum, vel pro parte legato; quia pro eo habet hypothecata omnia bona defuncti; imo bona defuncti sunt affecta p̃ seruitute personali, vt possit vti, & frui. Angel. Aret. *cons.55. Nulli dubium in prin.*

6 †Extende; quia procedit in vxore, cui maritus fecit legatũ; quia habet hypothecata bona, & potest agere hypothecaria. Alex. *con-*

7 *sil.98. lib.2.* †Et dominium transit ipso iure in legatarium recta via à die mortis testatoris. *l. à Titio. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruos. ff. de leg.1.* quod declara vt in *ver. Dominium qualiter transferatur in le-*

8 *gatarium. Concl.607.* †Declara in legato partis bonorum; quia nõ habet dominium, neque hypothecam; quia potest hæres soluere æstimationem. *l. non amplius. §. si. ff. de leg.1.* Alex. *consil.127. per tot. lib.*

9 6. †Restringe; quia licet bona testatoris sint pro legatis hypothecata: non tamen bona hæredis sunt hypothecata, licet hæres adeundo teneatur de suo ad legata. Bar. *in l.1. in fi. C. comm. de leg.* Aret. *Inst. de legat. §.1.* Neg. *de pig. in 4. mem.2. p. princ. n.159.* Et ideo non existente hypotheca non potest agi contra tertios possessores; quia obligatio personalis non sequitur fundum. *l.1. §. si hæres*, vbi glo. &

10 Doct. *ff. ad Trebell.* †Amplia in legato conditionali; quia purificata conditione habet omnia bona testatoris hypothecata, nõ à die mortis testatoris, sed à die existentis conditionis. gl. & Doct. *Inst. de leg. in princ. in ver. hypotheca. l.1. C. comm. de leg.* late Ias. post alios *in l.*

1. ff. de leg.1. Negus. *de pignor. in 1. memb.5. p.n.25. ver. sed difficultas. l. mater. §. eandem. ff. de except. rei iud.* Bar. *in l. filius familias. ff. de verb. oblig. & in l. si is, qui pro emptore, in 5. q. princ. ff. de vsucap. n.47.* secus in contractib. *l. qui balneum. in pr. & §.1. & in l. qui potior, in pr. & §.1. ff. qui pot. in pign. hab.* Negus. vbi sup. Castr. *cõs.110. Super primo. n.4. ver. super alijs.*

11 *lib.1.* † Declara; quia legata pecunia in diem, vel sub conditione, antequam purificetur legatum, legatarius non habet bona hypothecata, sed duntaxat adueniente conditione, & non retrotrahitur; ideo bona per hæredem alienata ante conditionem purificatam, nõ sunt legatario hypothecata. Castr. *cons.446. lib.2.* qui adducit rationem. Soci. *cons.41. lib.4.* refert, & sequitur Negus. *de pign. in 2. memb.5. p. princ. n.10.12. & seq.* & est ratio; quia ante conditionẽ non debetur; ergo non sunt bona hypothecata; post conditionẽ

12 vero bona non sunt in hæreditate. † Restringe tamen; quia licet hypotheca nõ oriatur ante conditionem, neq; adueniente conditione, quando bona fuerunt alienata per hæredem; quia potuit alienare; si tamen hæres grauatus esset ex fideicommisso post mortem restituere, ex quo bona alienata adueniente conditione fideicommissi ipso iure reuocantur, & reuertuntur ad fideicommissarios, causatur etiam hypotheca, & nunc ad fauorem legatarii sub conditione purificata in quantitate legata. Castr. *d. consil.*

13 *446. in fi. n.3. ver. ad tertium. li.2.* † Secus, si sunt legata bona sub cõditione; quia si interim alienentur pendente conditione, & postea purificetur, bene sunt hypothecata. Neg. *de pign. memb.2. in 5. p. n.10. & seq. ver. sed licet ita sit in contractibus.* Castr. *d. cons.110. n.4. lib.1.*

14 †Amplia; quia legatarius cum habeat hypothecam pro legato puro, statim mortuo testatore, & pro conditionali, statim purificata conditione, quæ retrotrahitur ad mortem testatoris, debet præferri quibuscunque creditoribus hæredis habentibus bona hæredis obligata. Castr. *d. cõs.110. Super 1. in princ. lib.1.* vbi, quod potest agere legatarius ad separationem bonorum, vt sibi satisfiat.

15 †Extende; quia legatarius habet bona testatoris hypothecata, etiam si per hæredem sint recuperata; quia sufficit, quod sint hæreditaria. Castr. *cons.326. nu.2. ver. super secundo. lib.2.* allegat *l. Imperator*

16 *cum ll. seqq. ff. de leg.* †Declara; quia est verum, quod si hæres acquisiuit bona vendicando, quæ erant hæreditaria, illa sunt obligata pro legato etiam particulari, sed si pro credito hæreditario in pecunia existente accepit bona in solutum pro hæreditate, licet bona sub vniuersali fideicommisso veniant; quia in vniuersalibus pretium succedit loco rei, & è contra; secus est in particularibus, & sic legatarius particularis non habebit bona obligata in solutũ recepta per hæredem; & quia si hæres recipit in solutum speciem, censetur prius sibi soluta pecunia, & cum ea emisse speciem, & hæres emens ex pecunia hæreditaria nõ acquirit hæreditati, ple-

17 ne Castr. *cons.326. per tot. lib.2.* † Restringe secus esse, quando bona sunt allibrata etiam tempore filii hæredis; quia tunc præfertur allibratio, quando legatarius haberet bona nõ allibrata; quia in ista materia pater, & filius habentur pro eadem persona; secus si bona essent semel legatario allibrata; quia non deberet duplici onere grauari. Castr. *d. cons.110. per tot.* maxime *n.3. & seq. ver. in contrarium facit. lib.1.* vbi apostil. allegat Corn. *cons.268. In hac. n.3. lib.3.*

18 †Limita; quia si testator legat nomen debitoris, vel creditum, quod habet, non habet legatarius, nisi personalem contra hæredem, vt teneatur cedere iura, non autem habet obligata bona testatoris. Roma. *consil.229. Pro declaratione. colu. pen. ver. quoad tertium.*

19 †Limita; quia legatarius non habet remedia possessoria, videlicet adipiscendæ, nec competit retinendæ minus; quia ex legato transfertur dominium, sed non possessio restituendæ pariter eadem ratione, & procedunt prædicta etiam si legatum sit pro dote; quia non transit possessio rei dotalis ante apprehensionem, plene Alexan. *d. cons.4. Videtur inspectis, col.2. circa princ. ver. aut vult agere. lib.2.* † Declara; quia actio ex testamento competit legata-

20 rio, quando legatum continet alterius vtilitatem, & est validum, siue sit in testamento, siue in codicillis, etiam si testamentum esset ruptum. Incertus author post regulas Socin. *regul.1. legatum cõtinens.* vbi limitat, quando legatum continet honorem, non vtilitatem, & aliis modis; quia solum competit officium iudicis.

Legatarius corporalium quando habeat dominium rei legatæ sine traditione. Concl.148.

LEGATARIVS †particularis corporalium habet dominium rei 1
legatæ sine traditione, *l. omnium. C. de legat.* Anchar. *cons.3. Non dubium, in princ. ver. In quæstione autem.* † Amplia, etiam si legatum sit vniuersale omnia concludens; quia tam operatur genus 2
quoad omnia, quam species quoad certa corpora. Anchar. *d. cons.*

3. n.4. in fin. & n.5. ver. sicut enim, qui loquitur de legato vniuersali incorporalium. † Amplia, vt procedat, etiam si legatum sit de 3
certis rebus ad electionem legatarii; quia licet tale legatum olim esset conditionale; hodie tamen secus est; quia est purum, & debentur fructus à die mortis testatoris. Zabar. *cons.51. in fi. ver. ad secundam partem.* † Amplia; quia legatarius non tenetur probare 4
dominium rei legatæ fuisse testatoris, sed sufficit, quod probet rem fuisse possessam à testatore tempore mortis, vt consequatur possessionem. Guido Papa *decis.442.* allegat Bald. in *l. fin. §. fin. C. de appell.* Vide plenius, *Dominium qualiter transferatur in legatarium. Concluſ.607.* Vide Conclusionem proxim. seq.

Legatarius incorporalium quando habeat vtilem actionem sine cessione, vel non. Concl.149.

LEGATARIVS †particularis incorporalium habet vtilem actio- 1
nem sine cessione, sicut habet legatarius particularis corporalium dominium sine traditione. Anchar. *cons.3. Non est dubium n.3. & 4. ver. in quæstione autem.* † Amplia, vt procedat, etiam si legata- 2
rius sit vniuersalis omnium bonorum; quia tantum operatur genus quoad omnia, quantum operatur species quo ad speciem. Anchar. *d. cons.3. ver. sicut enim si speciale. n.4. in fi. & n.5.* † Amplia, 3
vt procedat fauore piæ causæ in legato crediti; quia legatarius potest, quando est causa pia, agere contra debitorem etiam inuitum sine cessione; secus, quando legatũ esset factum alteri, quam piæ causæ; quia requiritur cessio. Bal. *cons.151. Casus. quid. am. n.2. ver. secundo quæritur. lib.3.* Vide, *Pia causa habet multa priuilegia. Concluſ.*

334. † Limita, quando testator legat creditum, quod habet cum 4
Titio, quia si Titius non vult soluere, neque acceptare liberationem, requiritur cessio hæredis; quia absque cessione non potest agere. Bald. *d. cons.151. in fin. lib.3.* vbi, quod hæres compellitur cedere. Vide, *Actio vtilis competit sine cessione multis casibus. Concluſ.102.* Vide Concluſ. prox. præced. Vide, *Cessio iurium debet fieri ex necessitate multis casibus. Concl.211.* Vide, *Acquirere alteri quando quis, & per quos possit, vel non. Concluſ.440.*

Legatarius quando priuetur ob contrauentionem, vel non. Concl.150.

LEGATARIVS †si non facit, q̃ testator iussit, & seu cõtraueniat, 1
priuatur legato. Vide, *Hæres non implens voluntatẽ defuncti quãdo priuetur. Cõcl.54.* † Amplia; quia legatũ factũ Ecclesiæ, p̃ celebrando anniuersario, cum hoc, q̃ si filii, & hæredes testatoris non implerent, grauabat Ecclesiam, & Rectorem ad fieri faciendum, & hypothecauit bona sua ad hoc, si hæredes neglexerunt, est de- 2
uolutum ad Ecclesiam, & Rector potest agere personali, & hypothecaria cõtra hæredes, & hypothecaria cõtra tertios bonorũ

pos-

possessores, *cap. quanto, in fin. de vsur.* Guido Pap. *decis.* 576. qui lo-
3 quitur in anniuersariis. † Extende; quia potest Ecclesia nedum agere pro futuris post deuolutionem, sed etiam pro præteritis, & neglectis, *l.* 1. & ibi Doctor. *Cod. de fideicomm. l. Imperatores. ff. de pollicitat. l.* 2. *Cod. sine censu, vel reliq.* Anchar. *consil.* 386. *colum.* 1. Cra-
4 uet. *cons.* 217. *num.* 5. † Amplia; quia legatum factum puellæ, dummodo duceret vitam honestam, & non staret pro cõcubina cum aliquo, nec aliquem carnaliter cognosceret, si non seruat condi-
☞ tiones, venit priuanda, & non debetur. Vide, *Legatum factum vxo-*
5 *ri, vel mulieri, donec vitam pudicam seruauerit. Concl.* 104. † Restringe; quia allegans contrauentionem debet concludenter probare, quod vitam duxerit inhonestam, & non sufficeret sententia lata
☞ in criminalibus, quod fuerit prægnans, in iudicio sumario. Vi-
6 *de dictam Conclusionem* 104. *supra proxime allegatam in fin.* Vide, *Probatio incumbit asserenti, & quando secus. Concl.* 768. † Amplia; quia legatum factum alicui, dummodo in posterum vocetur de familia testatoris, & assumeret nomen, & insignia ipsius familiæ, & ita deberet se cognominare, & scribere, & subscribere, si prius non impleuit, quæ pro sui parte erant seruanda, excluditur à tali relicto, vel hæreditate. Rota Flor. in motiuis 27. Octob. 1571. In
7 causa Nobis commissa. † Amplia in legato facto pupillo in recompensationem administrationis bonorum pupilli factæ per testatorem; quia si pupillus mouet litem super administratione, censetur renunciare legato, & nõ debetur legatum, vt per Doct.
8 *in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matr. & in l. si compensandi. C. de hæred. instit.* † Amplia in legato vsusfructus facto vxori cum onere, quod non possit petere dotem durante dicto vsufructu, quia si petat dotem, priuatur vsufructu, *auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* potest enim testator iubere, ne legatarius ad tempus compellatur non petere, si velit legatum. Ias. *in l.* 1. *C. de iis quæ pœnæ nomine.*
9 † Limita in legato annuo, quia hoc æquiparatur pensioni Ecclesiæ super beneficio; quia si vno anno pensionarius, vel legatarius caret qualitate requisita, vel non subit onus impositum, & ei demandatum, nõ cadit à iure suo, sed admitti debet in illis annis, quib. reassumit qualitates, & obligatur ad obseruantiam, ita Rota Florent. 6. Septembris 1553. & fuit in causa Leonardi de Nobilibus cum Capitulo S. Laurentij, quod propter matrimonium per eum contractum, & consummatum, & inobseruantiã
10 requisitorum in annuo legato non ceciderit perpetuo. † Limita; quando id, quod præcipit testator, respicit solam vtilitatem legatarii, quia tunc causa est impulsiua, non finalis. Dec. *cons.* 238. *in*
11 *fin.* † Limita; quando priuatur legitima filius, vel descendens,
☞ quia onus non valet. Vide infrà, *Legitima filiorum non recipit gra-*
12 *uamen. Concl.* 187. † Limita; quia legatarius, qui petiit id, quod erat prohibitus petere, excusatur, ne incidat in pœnam, si habuit iustam causam petendi, cum etiam iniusta causa excuset à pœna priuationis. Dec. *cons.* 515. *in. fi.* vbi alios citat. Vide, *Hæres non im-*
☞ *plens voluntatem defuncti quando priuetur. Conclus.* 54. Vide, *Molestare prohibitus sub pœna quando pœnam incurrat, vel non. Concl.* 306. Vide Concl. prox. sequentem.

Legatarius occupans rem legatam priuatur, & quando ob contrauentionem, vel non. Conclus. 151.

1 LEGATARIVS † occupans rem legatam post aditam hæreditatem, & ius vere quæsitum priuatur legato, *l. si tibi homo. §. cũ seruus. ff. de leg.* 1. Oldrad. *consil.* 246. *circa fin. vers. nec etiam est nouum.*
2 Castrens. *cons.* 396. *Quantum ad id, in fin. lib.* 1. † Et ista est regula, quod legatum debet capi de manu hæredis, & non propria authoritate, *l.* 1. *in princip. & §.* 1. *ff. quorum legatorum*, ita quod si post aditam hæreditatem occuparet rem legatam, priuaretur legato. *l. non est dubium.* vbi Doct. *Cod. de legat.* Si vero ante aditam hæreditatem occupat legatum, tenetur restituere rem legatam hæredi, reseruato sibi iure repetendi de manu hæredis: ita dicit text. *in d. l.* 1. *ff. quorum legatorum.* & hoc est verum, quod tenetur restituere, si immineat Falcidia, alias non. Castrens. *d. cons.* 396. *in fin. lib.* 1. vbi hæc omnia. Angel. Aretin. *cons.* 77. *In casu, num* 12. *& seq.* vbi dicit
** communem. Alexand. *consil.* 163. *Circa id, in fin. lib.* 6. vbi, quod non datur tale interdictum, nisi quando debet detrahere Falci-
3 diam. † Extende, vt procedat maxime stante statuto, quod possessio defuncti censeatur translata in hæredem; quia tale statutum valet, & inducit fictionem, adeo quod non datur vacantia bonorum inter mortem testatoris, vel defuncti, & additionem; ideo legatarius bene priuatur, si non capiat de manu hæredis. Angel. Aretin. *d. cons.* 77. *In casu supradicto, n.* 11. *& seq. per totum* maxime *num.* 14. *vers. & habetur, cum seq. vsq; in fin.* vbi tollit contraria, & in fin. dicit priuari, ac si legatum factum non fuisset. † Con- 4
trarium tenet Alexand. *d. cons.* 163. *Circa id, in fin. num.* 4. *cum seq. ver. postremo, lib.* 6. vbi, quod stante statuto prædicto, quod possessio defuncti continuet in hæredem, antequam apprehenderit possessionem, potest legatarius capere possessionem rei legatæ impune, & hæredi non competit spolium ex statuto, neque interdictum, *quorum legatorum*, quando non tractat de Falcidia retinenda. † Extende, vt procedat, etiam si testator in legato appo- 5
suit, *ad habendum, tenendum, &c.* quia per istam clausulam non est data licentia capiendi propria authoritate. Angel. Aretin. *d. consil.* 77. *numer.* 8. *verficul. tertio*, vbi videtur tenere contrarium, &
numer. 30. *& sequen. vers. non obstat tertium*, soluit, quod extensio 6
est vera, quod circa hoc nihil operatur. † Amplia, vt idem sit in legato vsusfructus; quia dicitur legatum particulare, & capiens propria authoritate perdit legatum. Anchar. *consil.* 318. *In quæstione, num.* 4. Socin. *consil.* 131. *column.* 3. *lib.* 1. *numer.* 13. Dec. *cons.* 418. & est ratio; quia licet sit procurator in rem suam vsufructuarius omnium bonorum; tamen debet prius cauere, & ante non est procurator, vt dicit Socin. *d. consil.* 131. *num.* 13. *lib.* 1. ideo hæres interim potest exigere debita hæreditatis. † Et est regula, quod 7
legatarius non debet capere rem legatam propria authoritate, sed de manu hæredis. *l. non est dubium. Cod. de legat.* vbi Ias. firmat regulam cum suis limitationibus. Alexand. *consil.* 58. *colum.* 3. *lib.* 3. Socin. *d. consil.* 131. *colum.* 3. *lib.* 1. Dec. *consil.* 448. *colum.* 2. *versic. venio ad secundum.* Vide infra Conclus. prox. seq. † Restringe, 8
quando vxor, vel mater relinquitur nedum vsufructuaria, sed domina, prout solent in testamentis relinqui; quia cum sint verba directa, potest mulier legataria capere propria authoritate. Deci. *consil.* 607. *colum.* 2. Paul. de Montepico *in repet. l. Titia. §. Titia cum testamento, numer.* 153. *ff. de leg.* 2. quod satis videtur consonum voluntati testatoris. † Extende maxime in legato 9
vsusfructus certi fundi, & sic particulari; quia priuatur, si capiat propria authoritate. Angel. Aretin. *d. consil.* 77. *In casu supradicto, per tot.* vbi loquitur in vxore, & allegat pro vtraque 10
parte, & hanc tuetur, & tollit contraria. † Amplia, vt procedat etiam stante statuto, quod legata debeantur etiam hæreditate non adita. Gozad. *consil.* 91. *in princ.* † Limita; quia si legata- 11
rius reperitur in possessione rei legatæ, nullam incurrit pœnam; quia in iis, quæ possidet, non requiritur licentia, neque quod capiat de manu hæredis. Castren. *consil.* 396. *Quantum ad id, in* 12
fin. lib. 1. † Limita, si legatarius occupasset rem legatam ante aditam hæreditatem; quia non priuatur legato, sed solum priuatur possessione. Oldrad. *d. consilio* 246. *circa fin. ver. nec etiam est nouum. leg.* 1. *in princ. ff. quorum legato.* Deci. *consilio* 243. *numer.* 3. Bart. *in l. si mortis, in princ. Cod. ad l. Falcid.* Iason *in l. non est dubium. Cod. de legat. in princ.* Roman. *consilio* 312. *Circa propositam, in* 13
princ. † Extende, vt idem sit, antequam hæres possessionem apprehenderit. Deci. *d. consilio ducentesimo quadragesimo tertio, numer.* 3. Bal. *in leg.* 1. *in fin. Cod. de serv. pign. dato.* † Extende in 14
legatario vsusfructus; quia si ante aditam hæreditatem accepit possessionem vsusfructus, non priuatur, neque incidit in aliquam pœnam, nisi quia adita hæreditate potest hæres interdicto adipiscendæ conuenire legatarium, & legatarius posset postea conuenire hæredem ad tradendam possessionem. Roma. *consil.* 312. *Circa propositam, in princ.* vbi apost. *in ver. quod non.* † Declara tamen; quia si palam accepit possessionem rei 15
legatæ, procedit limitatio; si vero clam accepisset, priuaretur. *leg. non est dubium. Cod. de legat.* Roman. *d. consil.* 312. *in princ.* † De- 16
clara; quia tenetur restituere sine præiudicio iuris sui, quando imminet Falcidia, alias non. Castrens. *consilio* 390. *in fin lib.* 1. vbi plures allegat, licet dicat aliquos contrarium tenere.
† Limita; quia legatarius detinens bona testatoris non pro le- 17
gato, sed pro alio prætenso iure suo non cadit à legato. Bal. *consilio centesimo nonagesimo sexto. Super eo, quod. in fin. numer.* 8. *versic. ad aliud quæsitum, libro quarto.* Vide, *Impugnans aliquid non po-* 18
test se fundare ex eo. Conclus. 57. † Limita, quando legatarius esset institutus in re certa nullo alio hærede vniuersali dato; quia potest capere possessionem propria authoritate; quia trahitur legatum particulare ad institutionem vniuersalem. Bart. *consilio 68. Quidam fecit, numer.* 2. *versic. præterea dictum monasterium, libr.* 2. Vide, *Institutus in re certa habetur loco legatarij, & quando lo-* 19
co hæredis. Conclus. 232. † Limita, quando legatarius esset institutus in re legata; quia censetur data facultas, vt possit propria authoritate capere ante aditam hæreditatem per hæredem vniuersalem; quia particularis hæres potest hæreditatem adire ante vniuersalem hæredem; quia si vniuersalis adeat, aditio particularis hæredis restringitur; si vero vniuersalis non adeat;

tunc valet in totum per ius accrescendi. Bald. *cōs.272. In causa egre-*
20 *giæ, n.3. vers. sed posito, lib.5.* † Extende, quando testator dedisset authoritatem legatario capiendi propria authoritate, prout potest. *l. Titia cum testamento. §.1. ff. de legat.2.* Cuman. *cons.114. col.3.* Alexan. *cons.134. lib.4.* Corset. *singul. in ver. Legatarius.* Card. *cōs.51. in 7. dubio.*
21 Dec. *cons.418.* † Extende, etiam si licentia, & facultas esset data tacite, puta; quia idem legatarius esset factus exequutor testamenti. Dec. *d. cons.418.* vel quando iussisset hæredi, ne posset aliquo modo molestare legatarium de iure, nec de facto. Dec. *cons.24. colu.3.* Gozad. *d. cons.91. col. fin.* per text. *in l. fistulas. §. fundum. ff. de contrahen.*
22 *empt.* Ias. *in d. l. non est dubium. C. de legat.* Dec. *cons.243. n.3.* † Limita, quando legatarius incontinenti doceret de legato, & rem apprehensam ante aditam hæreditatem sibi deberi; quia tunc hæredi obstat exceptio, *dolo facis petendo, quod incōtinenti restituturus es.* glos.
23 Bart. & Ang. *in d. l.1. ff. quorum legat.* † Restringe, quando requireret altiorem indaginem, an res capta cadat in legato, vel nō; quia tunc debet omino de manu hæredis capere; quia non potest dici statim restituturus esse, si non est liquidum, glos. & Ang. *d. l.1. ff. quorum legat.* glos. & Doct. *in l.2. C. de edicto diui Adriani tollen.* Areti.
24 *in rubr. Instit. de except.* † Limita, quando res legata à nemine possidetur; quia potest nedum authoritate propria capere possessionem, sed multo magis potest authoritate iudicis illam capere, ita
25 Bart. *cons.68. Quidā fecit, lib.2. in princ.* † Extende, vt procedat, etiam si alius legatarius, cui relicti sunt fructus eiusdem rei, esset in possessione; quia si præstitit cautionem de vtendo, & fruendo, &c. possidet naturaliter tantum, & ideo quoad ciuilem, quæ vacat, potuit alius legatarius capere possessionem ciuilem; si vero vsufructuarius non præstitit cautionem, non potest vti, & frui, ita
☞ Bart. *d. cons.68. in princ. lib.2.* Vide plenius in Conclusione prox. seq.

Legatarius propria authoritate capere nō potest rem legatam, sed de manu hæredis, & quando secus. Concl. 152.

1 LEGATARIVS † rei particularis licet absque traditione habeat dominium rei corporalis legatæ; tamen de manu hæredis, & non propria authoritate capere debet legatum, *l. non est dubiū. C. de Legat.* Anchar. *cons.3. Non est dubium, in princ. ver. in 9. autē.* Card.
☞ Zabar. *cons.51. in fi. ver. ad septimum.* Vide in Conclusione proxi-
2 me præced. *n.7. ver. & est regula.* † Amplia, vt idem sit in legatario rei incorporalis; quia pari ratione licet habeat vtilem actionem sine cessione; tamen sicuti circa corporalia debet accipere de manu hæredis; ita in incorporalibus debet habere scientiam, & patientiam hæredis, quæ idem operatur; quia argumentum de vno
3 ad aliud valet. Anchar. *d. cons.3. in princ. n.3. & 4.* † Contrarium tenet idem Anch. *d. cons.3. vers. qua tamen non obstante, nu.4.* vbi, quod imo, vbi vtilis transit sine cessione, nō requiritur patientia, p traditione in incorporalibus. † Declara tamen, quod dicitur requiri scientiam, & patientiam hæredis, non procedere in legatario rerum incorporalium, postquam dederit cautionem; quia cautio habet vim scientiæ, & patientiæ. Anch. *d. consil.3. ver. secundo posito,*
5 *quod, n.6.* † Extende, vt procedat etiam in legato generali vsufructus omnium bonorum; quia quoad incorporalia, si vsufructuarius præstitit cautionem, potest sine alia scientia, & patientia exercere vtiles actiones sine cessione contra tertios. Anch. *d. cons.3.*
6 *n.4. & seq. ver. qua tamen non obstante, vsque in fi.* † Amplia; quia legatarius, & fideicommissarius regulariter non possunt propria authoritate capere rem legatam, etiam si dictum sit, quod ad eos libere reuertatur, vel debeatur; quia ex verbo, *libere*, non est data facultas propria authoritate capiendi. Cuman. *cons.115. nu.3. ver. ad*
7 *secundum.* † Amplia; quia legatarius, siue particularis, siue vniuersalis, non potest corporalia propria authoritate capere, etiā post præstitam cautionem. Anch. *d. cons.3. in fin. ver. & maxime est hoc ve-*
8 *rum.* † Amplia, etiam si in legato testator dixit, *legatarium de re legata posse facere velle suum*, quia adhuc de manu hæredis capere debet.
9 Card. Zabar. *cons.51. in fi. ver. ad septimum.* † Amplia in legato alimē-rorum; quia debet legatarius capere alimenta de manu hæredis. *l. fundi Trebatiani, in fi.* & ibi Bartol. *ff. de vsufruct. legat.* Bald. *cons.107. Titius in testamento, in 2. parte*, glos. *in l. si quis ita. ff. de vsufruct.* Aretin.
10 *cons.40. col.2.* † Amplia in tantum capere debere de manu hæredis legatarium, vt si propria authoritate caperet post aditam hæ-
☞ reditatem, priuetur iure suo. Vide supra, *Legatarius occupans rem le-*
11 *gatam priuatur. & quando ob contrauentionem, vel non. Concl.151.* † Si vero caperet hæreditate iacente, & sic in casu, in quo non priuatur, tenetur tamen ante omnia restituere hæredi rem occupatam vna cum fructibus à die litis contestatæ saluo iure suo repetendi,
12 iuxta glos. *in l.2. §. ex hoc. ff. quorum legat.* † Limita, & quod possit propria authoritate capere ante aditā hæreditatem, & sic iacente hæreditate, maxime si non est locus Falcidiæ. Corn. *consil.140. Circa hanc conclusionem. lib.1.* Dec. *cons.242. Vt clarior reddatur, n.3. ver. & stante ista conclusione.* Bero. *cons.142. n.5. lib.2.* † Imo plus dicit Dec. 13
dict. cons.242. circa fi. ver. & quod plus etiam. quod si esset adita hæreditas, & legatarius ignoraret, vt quia defunctus non esset sepultus, non incidit in pœnam ex probabili ignorantia. † Limita, si le- 14
gatum esset iure institutionis. Ias. *d. l. non est dubium, n.4. ver. tertio limita.* vbi; quod institutus in re certa potest propria authoritate capere. *Cod. de legat.* plene Bero. *cons.142. n.2. & 3. lib.2.* † Extende 15
idem, si hæres est in re certa, quia dicitur iure institutionis. Dec. *cons.607. in princ.* Bero. *cons.142. n.4. lib.2.* † Limita in annuo legato 16
fructuum certi fundi. Ias. *d. l. non est dubium, in fi. in vltima limitat. C. de legat.* † Limita in legato nominis debitoris. Anch. *d. cons.3.* † Li- 17
mita, quando vxor, cui legantur alimenta, etiam est relicta Do- 18
mina, & Massaria; quia illa verba operantur, quod potest capere alimenta propria authoritate, & fructibus hæreditariis. Dec. *d. cō-*
sil.607. in princ. incip. *Viso puncto.* † Limita in legatario vsusfructus 19
vniuersalis, quia capit à seipso. gl. *in d. l. si quis ita. ff. de vsufruct.* Aret.
d. cons.40. col.2. Dec. *d. cons.607. Viso puncto. in prin.* † Extende, etiam 20
si extarent filii, & in alimentis restringeretur vsus fructus. Dec. *d.*
cons.607. in princ. † Limita; quia si testator dedit facultatem lega- 21
tario capiendi propria authoritate, potest capere etiam ante aditam hæreditatem. Cuman. *cons.61. Petrus hæres, in fi. ver. ad tertium,*
& quod valeat talis facultas, communem* dicit Zabarell. *cons.51.* *
in fi. ver. ad septimum. plene Ias. *in l. non est dubium*, vbi late, & extendit *n.2.* vbi apostil. dat concord. *Cod. de legat.* Bero. *cons.74. nu.16. lib.*
2. & plenius, *cons.142. n.5. eod. lib.* Dec. *cons.242. n.2.* † Extende, siue 22
licentia hæc sit expressa, siue tacita, ita Ias. *d. l. non est dubium, n.4.* vbi, quod tacite data dicitur licentia, si testator mandat non molestari legatarium vllo prætextu. *C. de legat.* Dec. *d. cons.242. n.2. ver. &*
pro ista tacita, & cons.607. n.1. in fi. incip. *Viso puncto.* † Limita, quan- 23
do legatarius efficitur hæres, vel etiam si est tutor hæredis, quia tunc potest sibi ipsi satisfacere. Card. Zab. *d. cons.51. in fi. ver. ad se-*
ptimum. Dec. *d. cons.242. n.3.* † Extende idem, si est exequtor te- 24
stamenti, quia potest capere. Ias. *d. l. non est dubium, nu.4. ver. secundo*
limita. C. de legat. Dec. *d. cons.242. n.3.* vbi latissime. † Contrarium v- 25
troque casu dicit addit. ad Dec. *d. cons.242. in ver. soluere.* vbi, quod in rebus mobilibus procederet, & non in stabilibus, & quod ita fuit iudicatum. † Extende, vt procedat etiam in fideicommisso, 26
vel legato ex alio testamento, in quo non sit datus exequtor, quia sufficit, quod sit exequutor in testamēto vltimi hæredis debitoris, ita idem Dec. *d. cons.242. n.3. ver. non obstat etiam.* † Restrin- 27
ge, quando essent plures tutores, vel exequutores simul; quia vnus solus non posset: secus si plures in solidum, ita Dec. *d. consil.*
242. n.3. ver. nec obstat. Vide Conclus. prox. præced. Vide plenius, ☞
Fideicommissarius non capit hæreditatem propria authoritate, & quando secus. Concl.268. Vide, *Legitima, & supplementum legitimæ non potest capi propria authoritate, & quando secus. Concl.202.*

Legatio potest substitui, & quomodo. Concl. 153.

REGVLARITER † testator pōt substituere legatario in re sibi 1
legata. *l. vt hæredibus. ff. de leg.2. l. vnica. §. fi. C. de caduc. toll.* Ias. *in l.*
1. n.23. ff. de vulg. & pupill. & in l. cum proponas, in 2. limitat. Cod. de hæred.
instit. † Amplia; quia etiam in Legato facto vxori pro augmento 2
dotis, & benemeritis potest substitui, quod si decesserit sine liberis, reuertatur legatum ad domum, & hæredes testatoris; quia intelligitur, si decesserit sine liberis communibus, non de liberis ex alio matrimonio, ita iudicarunt DD. Officiales pupillorū Florentiæ 29. Octobris 1563. ad relationem D. Zenobii de Alexandris assessoris, vbi respondet ad contraria. † Amplia in prælegatis 3
factis hæredibus; quibus veniunt in restitutione fideicommissi, etiam si institutio fiat in omnibus aliis bonis, ita Rota Florent. 31. Martii 1550. & Vide *in ver. Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi. Concl.513.*

Legatario quando debeantur fructus rei legatæ, vel non. Concl. 154.

LEGATVM † fundi si est purum, & simplex, debentur fructus à 1
die aditæ hæreditatis. *l. Herennius. ff. de vsur. l. si tibi homo. §. cū ser-*
uus. ff. de leg.1. † Et à die moræ fructus legati fundi debētur le- 2
gatario etiā percepti, & saltē à die litis contestatæ non potest esse dubiū de mora. *l.1.* & ibi Bart. *C. de vsur. & fruct. legat.* † Extende, vt;
idem sit de fructibus ciuilibus, prout in legato domus, quia debentur pensiones domus à die moræ, vel saltem litis contestatæ.

DD. Tres

4 DD. Tres Rotæ Florentiæ in motiuis 12. Maij 1571. †Limita, quãdo legatum, seu fideicommissum est conditionale, vel in diem; quia fructus non debentur, nisi post euentum cõditionis, vel dici. Salyc. *in l. fi. C. de vsur. & fruct. legat. l. quod seruis. ff. de leg. 2. cum simil.*

5 †Restringe in legato conditionali annuo facto pauperi, si perierit; quia debetur ante conditionem, si non petiit; quia ignorauit. Vide, *Legatum factum pauperi, si perierit, debetur, etiam si non petijt, quia ignorauit. Concl. 133.* †Limita; quia vxori non debetur legatum quinque pro centenario, donec consequatur suam dotem, quando stetit per eam; quia esset vsura, quando aliunde potuit se alere. Soci. *cons. 56. Viso testamento in princ. lib. 3.* Iaf. late in vtraque lectura *l. 1. C. de summ. Trinit.*

Legatarius particularis, vel vniuersalis quando possit acceptare vnum legatum, & aliud repudiare, vel non. Concl. 155.

1 LEGATARIVS †particularis, & vniuersalis potest repudiare legatum vniuersale, vel fideicõmissum vniuersale, & acceptare legatum particulare. Bald. *consi. 143. In causa, quæ vertitur, nu. 4. ver. tertio præmitto, lib. 5. l. & quidam totum. ff. de leg. 1. l recusare. §. Titius. ff. ad Trebell.* Bald. *consil. 428. lib. 4.* an hæres repudiata hæreditate possit petere legatum. †Extende; quia potest quis acceptare prælegatum sibi factum, & repudiare institutionem factam in toto, vel in quota. *l. qui filiabus. §. fin. ff. de leg. 1. & in l. filio pater. ff. eodem tit.*

3 & vtrobique Iaf. †Extende, vt procedat in pluribus legatis particularib⁹ simpliciter factis; quia potest legatarius vnum acceptare,

4 re, aliud repudiare, *l. sed duobus. ff. de leg. 2.* † Restringe, quando ex pluribus legatis particularibus aliqua essent onerosa, aliqua non; quia non potest repudiare onerosa, & velle lucrosa. Castr. *d. l. sed duobus. ff. de leg. 2. l. si legatario ff. de fideic. libert.* facit text. *in §. si quis, Instit. de leg. l. Aurelius. §. centum. ff. de liber. legat.* Vide, *Legatum cum onere agnitum ex certa scientia obligat legatarium, & quando secus. Concl. 70.*

5 *n. 12. & seq.* †Declara restrictionem, quando onus non respiceret commodum pecuniarium alterius; quia forte non procederet. Castr. *in l. non oportet. C. de ijs quib. vt indign.* Vide, *Hæres non implens voluntatem defuncti. Concl. 54.* vbi per illum text. nõ priuatur hæres, licet non soluat impensam funeris sumptuosam, & non ad salu-

6 tem ordinatam. †Restringe, quando hæres repudiaret hæreditatem, vel vniuersalem institutionem eius, qui esset debitor fisci, vel tributorum; quia priuaretur etiam legatis particularibus, & prælegatis, per text. *in l. hæredes. C. de omni agro deser. lib. 10.* ita Iaf. limitat *in dict. l. qui filiabus. §. fi. & in l. filio pater. ff. de leg. 1.* vbi, quod priuatur etiam omni donatione, vel legato inter viuos, si repudiat

7 hæreditatem debitoris fisci, vel tributorũ. † Restringe; quia non posset repudiare hæreditatem, & velle legatum, quando esset solus hæres, & non haberet cohæredem, nisi adsit clausula codicillaris in testamento, ita Iaf. *in d. l. filio pater, in 3. not. ff. de leg. 1.* † Re-

8 stringe, quando esset vnicum legatum; quia non potest in parte

9 acceptari, & in parte repudiari. *l. neminem. ff. de leg. 2.* †Idem, si vnicum legatum contineret plures res; quia nõ potest pro parte acceptari, & pro parte non. *l. grege. ff. de leg. 2.* vbi Castr. & Corn. *cons.*

10 *249. lib. 4.* vbi late. †Idem, quando onus est propter legatum. A-

11 lex. *cons. 102. n. 4. & n. 7. lib. 1.* †Amplia; quia sicut hæres priuatur, si non implet voluntatem defuncti, quando est monitus à iudice, & lapsus est annus; ita etiam priuatur legatarius legato, si non implet onus impositum legato. Iaf. *auth. hoc amplius. C. de fideic. in prin-*

12 *cip.* †Amplia; quia vxor transiens ad secunda vota censetur repudiare legatum alimentorum factum à marito. Vide, *Legatum cum onere agnitum ex certa scientia. Concl. 70.* Vide, *Vxor perdit legatum victus. Concl. 400.*

Legatio non est dignitas, sed extinguitur cessante legato. Concl. 156.

1 LEGATO †non est dignitas, sed cessante Legato extinguitur legatio, non autem habet successorem. Bero. *in c. quoniam Abbas.*

2 *de off. deleg. num. 103.* vbi dicit* communem. †Et licet Præsides, & Proconsules æquiparentur Legato, qui dicuntur habere dignitatem, & successorem, tamen istud est improprie. Bero. *d. c. quoniam, de offic. deleg. num. 104.* Vide Soc. Iun. *cons. 128. per tot. lib. 3.* vbi, quod in legatione datur successor. Vide, *Præses Prouinciæ quæ possit, vel non. Concl. 607.*

Legati nati qui sint. Concl. 157.

1 PRAGENSIS †Ciuitas in Bohemia habet Archiepiscopum, qui est Legatus natus. Bald. *cons. 337. Archiepiscopus Pragen. lib. 4.* vbi, quod licet habeat iurisdictionẽ in exemptos, nõ tamen habet in 2
Monachos Cistertienses. †Non potest Legatus natus audire appellationes, neque illas committere interpositas ab officialibus Conseruatoribus exemptorum, imo nullo modo potest se intromittere, & Conseruatores iudices à Papa dati possunt procedere contra Legatum natum impedientem. Anch. *cons. 132. Casus, super quo,* vbi idem in Legato de latere, & ordinario. Vide Conclusionem prox. seq.

Legatus missus, & natus quam iurisdictionem habeat. Concl. 158.

1 LEGATVS †missus, & Legatus natus, potest audire per simplicem querelam in tota prouincia subditos. *c. 1. de offic. Legat.* Fe-
2 de. de Sen. *cons. 158. ver. ad secundum.* †Et dicitur quasi Princeps
3 in prouincia sibi decreta, *c. si Abbatem, de electio. lib. 6.* † Amplia; quia Legatus in sua Prouincia habet ordinariam iurisdictionem, sed tamen non ita confouetur iurisdictioni Legati, sicut iurisdictioni Episcopi, *clemen. 2. de off. ord.* Fed. de Sen. *cons. 191. circa fin. ver. & si obijceretur.* † Et quod habeat ordinariam iurisdictionẽ in sua
4 Prouincia, probat *c. 2. de offic. Legat. in 6.* Cald. *in cons. 82. in fi.* alias 2.
5 *de offic. Legat.* † Amplia; quia Legatus in sua Prouincia dicitur Episcopus exemptorum. Cal. *cons. 81. An Legatus,* quod est primum, *de off. Legat.* † Declara tamen; quia non valet argumentũ hoc; po-
6 test Episcopus; ergo etiam Legatus in sua Prouincia. Cald. *consil. 90.* alias 10. *de off. Legat.* quod duplicatur *cons. 300.* alias 8. *de rerum permut.* sed aduerte, quia loquitur de eo, quod competit Episcopo ratione consuetudinis, vel priuilegii circa permutationem collegiatæ. †Contrarium tenet idem Cal. *consil. 457.* alias *vnico, de Ba-*
7 *ptismo, in princip.* vbi, quod quicquid potest Episcopus in sua diœcesi respectu iurisdictionis, potest Legatus in sua Prouincia, & ibi
8 hoc probat verum. †Declara tamen, quod in vno videtur Legatus minus posse, quam Episcopus; quia Capitulum potest alienare cum consensu Episcopi, non tamen potest cum consensu Legati. Fed. de Sen. *cons. 195. col. 1. in fi. ver. ex quibus videtur.*

Legatus quis dicatur, & de multiplicibus Legatis. Concl. 159.

1 LEGATVS †Cardinalis in legatione missus dicitur Legatus de latere, alii non Cardinales dicuntur missi, & quando legatio competit ratione dignitatis, tunc dicuntur nati. *c. 1. de off. Le-*
2 *gat. in 6.* vbi gl. & Doct. † Præses Prouinciæ dicitur Legatus, & munere legationis dicitur fungi. Bart. *cons. 196. Ciuitati Camerini, num. 3. ver. super tertio, lib. 1.* est gl. *1. in l. diem functo, ff. de offic. assessor.* vbi
Bologn. *n. 34.* dicit omnes* sequi illam gl. licet sibi videatur, quod
3 maior sit Legatus, quam Præses. Vide, *Præses Prouinciæ quæ possit, vel non. Concl. 607.* † De iure ciuili Legatus Cæsaris erat missus in Prouincia ad sedandas seditiones cum vniuersitate causarum, quando Rectores ordinarii non poterant prouidere, ita Bologn. *in d. l. diem functo. n. 8. ff. de off. assessor.* vbi, quod inde Ecclesia pari ratione pro rebus arduis adinuenit Legatos Cardinales.

Legato creditur, licet non ostendat suam facultatem, & quando secus. Concl. 160.

1 LEGATO †parendum est, & ei creditur, licet non ostendat priuilegium suæ legationis, ideo omnia ab eo gesta præsumuntur iuste facta, donec de contrario constet manifeste. Fed. de Sen.
2 *cons. 111. Quæstio talis est, n. 9. ver. in dubio autem.* vbi lõquitur in exactione procurationis, quæ debet ei solui absque eo, quod d oceat de priuilegio legationis. † Extende; quia Legato creditur in iis, quæ pertinent ad legationem nõ ostensis litteris suæ legationis.
3 Ioan. And. *in cap. 1. de off. Leg. in 6.* † Amplia; quia valet collatio beneficii facta à Legato communiter reputato, licet non probetur, quod haberet potestatem. Cal. *cons. 82. An valeat collatio,* quod est
4 *2. de off. Leg.* †Amplia; quia etiam valent gesta à Legato post reuocationem legationis, donec sciuerit reuocationem, & in dubio ignorantia præsumitur. Calder. *consil. 84. An si Papa.* alias 4. *de off.*
5 *Leg.* Vide, *Legatus post reuocationem non potest, &c. & quando secus. Concl. 179.* † Amplia, vt factum Legati, siue in iudicialibus, siue extraiudicialibus non requirentibus certam formam, præsumatur bene factum, & illi standum sit. Cald. *consil. 86. in prin.*
6 alias 6. *de off.* Vide, *Forma non præsumitur seruata. Concl. 420.* †Amplia; quia Legato Cardinali creditur circa ea, quæ directe non tendunt in præiudicium tertii, nam si dispensat cum subditis in aliquibus prohibitis iure facultatis Ordinariæ, & asserat se habere facultatem, creditur ipsi, secus in iis, quæ directo tendunt in præiudicium alterius. Angel. *consil. 182. Mandatum Principis, per tot.* vbi ita distinguit. Vide, *Cardinalis assertioni quando stetur,*

vel

7 *vel non. Concl.*103. † Amplia; quia Legato creditur dicenti aliquid sibi fuisse commissum. Roma. *cons.*59. *Ad discutiendum, num.6. ver. quarto videndum*, vbi apostil. *in ver. commissum.* dat concord. infinitos. † Limita in collationibus, & dispositionibus expresse Legato prohibitis de iure, vt est circa collegiatas Ecclesias, de quibus nihil potest, vt communis error non excuset, neque factum valeat, nequ: sibi credatur. Feder. de Sen. *cons.*112. *n.1. in fi. ver. circa quod videatis.* Vide, *Legatus non potest multa circa Ecclesias Collegiatas. Conclus.* 174. † Extende; quia in iis, quæ non veniunt iure legationis, sed requiritur mandatum speciale, ipsi non creditur, nisi doceat de mandato. Rimin. *cons.*387. *In termin. propositæ, nu.3. vers. ad hoc accedant.* † Limita igitur in iis, in quibus directo agitur de præiudicio tertii; quia ipsi non creditur, nisi ostendat litteras suæ facultatis. Ang. *d. cons.*182. *per tot.* Vide, *Delegato, & alijs non creditur, nisi constet de delegatione, & quando secus. Concl.*154.

Legatus potest condere statuta, & quando non. Conclus.161.

1 LEGATVS † Sedis Apostolicæ potest cõdere statuta perpetua, & ideo si recedat ab officio; durant tamen illius statuta, *c. fi. de*
2 *off. Legati*, quod dicit non esse de hoc dubium. † Amplia; quia sicuti Præfectus Prætorio potest facere leges, & constitutiones non contrarias iuri communi, ita etiam Legatus de Latere, *c. fi. de*
3 *off. Legat.* † Declara, dummodo leges, & constitutiones, siue statuta Legati non sint contra ius commune, neque tollant ius tertio quæsitum sine causa, & non reuocent statuta confirmata per Sedem Apostolicam, nisi habeat mandatum speciale, ita limitat, & declarat Roma. *cons.*37. *Viso puncto. vers. quoad secundum.* vbi plene
4 apost. † Amplia; quia sicuti potest condere statuta, ita etiam potest confirmare consuetudines. Alex. *cons.*125. *Viso titulo. in princ. n.* 2. *lib.*2. vbi, quod potuit Legatus confirmare consuetudinem Lonziani, per quam communitas exigit datium vini ab immemorabili. † Limita; quia non potest Legatus cõdere statuta contra ius commune, neque potest tollere statuta confirmata à Papa. Ruin. *cons.*166. *n.3. lib.*4. Rom. *cons.*37. *Viso puncto, n.2. ver. secundo quia*, vbi apost. *in ver. censeantur*, quæ dicit statuta confirmata à Papa dici Papalia, quando sine confirmatione robur non obtinerent, & in *ver. non potest.* allegat Ruin. *d. cons.*166. *Frustra quæritur, nu.*
6 3. *lib.*4. & rationem adducit Roman. quia inferior legem superioris tollere non potest. † Restringe, quando confirmatio superioris non est necessaria, quia non fit tunc Papale. Ruin. *d. cons.*166. *n.*
7 10. vbi dat plura exempla de hoc, *lib.*4. † Restringe, quando statutum Legati contra ius commune reduceret ad ius gentium ma-
8 gis antiquum. Grat. *cons.*31. *n.7. lib.*1. † Restringe, quando statutum Legati contra ius commune esset à Papa confirmatum, prout de constitutione Marchiæ consuluit Rom. *consil.*12. *Viso facto, per tot.*
9 maxime *n.2. in fi.* † Declara vltimam restrictionem, quando confirmatio Papæ esset ex certa scientia, secus si in forma communi.
10 Alexan. *cons.*59. *n.8. lib.*1. † Restringe, quando Legatus haberet mandatum speciale; quia generale non sufficit. Roman. *d. cons.*37. *n.3. ver. quarto, & vltimo.* vbi allegat Bart. *in l. hoc quæ necessario. §. sed si quæ earundem C. de off. Præfect. Prætor.* vbi dicit esse casum singulare.
Vide, *Legatus non potest contra ius commune, & quando secus. Conclus.*
11 *prox. seq.* † Limita; quia Legatus de latere non potest facere statuta, vel constitutiones, per quæ tollat ius tertio sine causa. Rom. *d. cons.*37. *Viso puncto, n.2. ver. quoad secundum*, vbi plena apostill. *in ver. non posset*, citat plures concord.

Legatus non potest contra ius commune, & quando secus. Concl.162.

1 LEGATVS † non potest committere causam summarie, quæ de iure sit ordinaria. Fed. de Sen. *consil.*17. *in princ. nu.2. vers. pro ista parte.* allegat not. *in cap. fin. de hæret. in 6.* Abb. *cons.*1. *col.2. circa fin. ver. nec posset specifice, lib.*2. in ordine 110. & *cons.*77. *In quæstione, col.2. ver.*
2 *sed ijs non obstantibus, li.*2. Vide, *Summaria causa per quæ possit committi, vel non. Concl.*889. † Declara nisi ex iusta causa committeret. Alexan. *cons.*106. *Perspectis ijs, n.12. lib.*2. Vide plenius per Ant. Gabr. *lib.6. tit. de clausulis. Concl.6. Clausula*, summarie, & de plano, *à Legato apponi non potest.* † Amplia; quia regula est, quod Legatus de la-
3 tere nihil potest contra ius commune, nisi quatenus ei à iure est permissum, vel specialiter à Papa est commissum; quia inferior legem superioris tollere non potest. Calder. *cons.*457. alias *vnico, de baptism.* Bald. *cons.*320. *n.3. & 4. lib.*4. quod est Simonis de Borzano
Archidiaconi Bononien. Vide, *Inferior non potest factum superioris*
4 *iudicare & quando secus. Concl.*120. † Et contra ius Canonicum non statuit Legatus Cardinalis; ideo non potest tollere solemnitatem fideiussionis, ad quã obligatur vsurarius manifestus de iure Canonico; quia solemnitates iudiciorum non potest tollere, neque potest supplere defectum commissum in contractibus, vel iudiciis. Abb. *cons.*1 *col.2. circa fi. lib.2. ver. & licet valeat*, in ordine est 110. † Amplia; quia non potest Legatus etiam simul ordinarius 5
loci concedere ius baptizandi vni Ecclesiæ, quod competebat collegiatæ, etiam si pariter reseruauerit idem ius Collegiatæ, nisi concurrat consensus Archipresbyteri, seu Prælati inferioris, & Capituli. Calder. *d. cons.*457. alias *vnico, de baptis. ver. vnde cum canon*, quia est species alienationis. † Amplia; quia non potest Legatus 6
auferre ab vna Ecclesia, & alteri dare inuito Prælato, quia istud est solius Principis. Calder. *d. cons.*457. alias *vnico, de baptis. circa fin.* † Amplia; quia non potest Legatus statuere, quod appellatio non 7
deuoluatur ad superiorem, sed ad alium inferiorem sine speciali licentia Papæ. Bald. *cons.*320. *Post latam sententiam, circa fin. nu.3. ver. item etiam Legatus, lib.*4. † Declara; quia bene potest circa circum- 8
stantias appellationis statuere, puta, quod gradatim appelletur. Ioan. de An. *cons.*51. *n.*4. † Amplia; quia Legatus non potest impo- 9
nere noua onera bonis, & personis exemptis, nisi habeat speciale mandatum à Principe, ideo Cardin. Ægidius Spoletanus non potuit ex sua constitutione grauare castra exempta ab oneribus Spoletanæ Ciuitatis, vt concurrant cum Ciuitate ad dicta onera. Bald. *cons.*199. *Sequitur constitutio, num.6. vsque in fin. lib.*4. † Amplia; 10
quia Legatus de latere nihil potest contra ius commune. Anton. de Butr. *cons.*62. plures citat Crauett. *cons.*103. *nu.*2. Nonius *consil.* 56. *n.*10. † Extende; quia contra sententiam, quæ transiuit in iudi- 11
catum, non restituit, nec aduersus desertam appellationem in præiudicium tertii. Crauett. *d. cons.*103. *nu.*2. Abb. *cons.*77. *col.*2. *ver. sed ijs non obst. an. lib.*2. † Declara; quia non restituit in integrum ad- 12
uersus rem iudicatam sine causa; quia esset tollere ius tertio quæsitum, quod non potest, sed bene potest restituere ex causa, puta si minor esset læsus, vel maior causam haberet legitimam, quia tunc etiam inferiores magistratus ordinarii possunt restituere ex clausula, *si qua mihi iusta causa.* Abb. *d. cons.*77. *col.*1. *in fi. & col. seq. ver. sed posito, lib.*2. Vide, *Restitutio in integrum per quem possit concedi. Con-* ☜
*clus.*278. † Extende; quia bona alterius auferre non potest, prout 13
nec Princeps, nisi ex causa publicæ vtilitatis. Nonius *d. cons.*56. *n.* 10. *& seq.* † Et quod plus possit Princeps perpetuus recognoscens 14
superiorem, quam Legatus, & alii Proconsules temporales, plene Ceph. *cons.*152. *n.*47. † Amplia; quia Legatus de latere non po- 15
test vti clausula, *non obstante*, vel tollere ius tertio quæsitum. Alex. *d. cons.*1. *n.*30. *lib.*5. † Amplia; quia non potest Legatus, vel Guber- 16
nator tollere ius alteri quæsitum etiam ex priuilegio, vel de iure ciuili, etiam si faceret ex certa scientia, quia solus Princeps hoc facit. Abb. *d. cons.*77. *col.*1. *in fin. ver. sed posito, & colu. sequen. lib.*2. Rom. *cons.*428. *n.*12. † Amplia; quia, licet Præfectus Prætorio, & Lega- 17
LEGITIMA † debetur filiis in bonis parentum,auth.nouiſſima.C. 1 de inoff.teſtam.† Extende,vt quod dicitur de filiis, habeat locũ 2 de iure communi in filiabus, & ex perſona filiorum in monaſterio,in quo ſunt profeſſi filii,vel filiæ,ſi ſunt capaces.§.1.Inſtitut.ad Orficia.l.1.ff.eodem. & quia eſt ſublata ſexus differentia.l.maximũ vitium.C.de liber præter.ita Bald.d.cõſ.342.Caſus,ſuper quo.n.1.li.2.† Am- 3 plia;quia debetur etiam nepotibus, & deſcendentibus ex filio p̃mortuo, & an tunc attendatur numerus nepotum, an vero numerus filiorum,plene Bald.d.conſ.342.Caſus,ſuper quo.n.2.ver.ſuper 2.li.2.vbi diſtinguit;aut nulli ſunt filii,ſed ſoli nepotes,&attenditur numerus nepotum; aut nepotes concurrunt cũ patruo filio aui, & tunc repræſentant patrem; & eo caſu non attenditur nu-

merus nepotum, & est tex. in §. ita demum. Instit. de hered. quæ ab intest. defer. vbi, quod legitima debetur nepotibus ex filio præmortuo. Doct. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. Vide, Legitima filiorum in bonis parentum quanta sit. Concl. prox. seq. † Idem in nepotibus ex filia; quia debent habere legitimam in bonis aui. Cuman. cons. 87. Circa primum, vbi, quod non imputat dotem matris, quã habuit neptis iure hæreditario, & supponunt omnes * Doctores hoc verissimum, qui disputant quæstionem cum supposito, & in l. illam, in fi. C. de collatio. vbi Dec. infinitos allegat, quod nepos ex filia non imputat in legitimam sibi debitam in bonis aui materni dotem, quam dedit auus filiæ, & quam nepos habuit ex successione matris prædefunctæ, in terminis Bald. d. cons. 342. Casus, super quo n. 3. li. 2. & in l. quoniã nouella. n. 6. C. de inoff. test. late Montepic. in l. in quartam. nu. 227. ff. ad l. Falcid. quia nepos in locum filii, vel filiæ ea mortua ante mortem patris, & sic aui non intrat. † Extende; quia debetur nepotibus ex filio, quando filius iuste fuerit à patre exhæredatus. Castr. cons. 171. Visa, & ponderata. col. pen. n. 3. li. 1. * vbi dicit * communem, quod eo casu debet iure institutionis relinquere nepotibus. † Restringe; quia non debetur nepotib. qñ eorum pater, vel mater illam habuit, vel dotata renunciauit; quia debetur filiis, si extant, non nepotibus. Castr. cons. 419. Viso puncto, in fi. ver. quarto principaliter. l. b. 2. † Et an nepos imputet in legitimam dotem habitam à matre, declara, vt per Alex. cons. 24. Visis dubiis. n. 3. & quia si habent filii iure hæreditario à matre, non computant, alias secus, & declarat, quando dicatur iure hæreditario, vel non, li. 1. Vide, Legitima computat. quicquid petens ea habuit à patre. Concl. 205. † Et quod habeant nepotes solum legitimam paternam, & in stirpes, quando extat patruus concurrens. Bald. cons. 300. Tã legitimam, in fi. ver. nepotes. li. 4. & ita etiam distinguit Mantua. in authen. nouissima. in 4. q. C. de inoff. testam. nam dicit ipse filiorum appellatione venire nepotes. l. liberorum, cum ibi not. ff. de verb. significat. † Extende; quia legitima debetur tam filiis masculis, quam etiam fœminis. Decian. cons. 106. in pr. lib. 2. † Et cuicunq; descendenti, qui obtinet primum locum, siue nepos, siue pronepos deinceps. Surd. cons. 192. n. 18. † Et nepotibus ex filio quod debeatur, extat tex. in l. Papinianus. §. quoniam, in fi. ff. de inoff. testam. & gl. in l. omnimodo, in ver. vel aliis. C. de inoff. testam. Doct. in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de lib. & posthum. & est tex. in auth. de triente. & semisse. §. non licebit igitur, vbi extendit nedum necessitatem relinquendi legitimam ad parentes, sed ad auum, & auiam, & alios ascendentes, siue paterni sint, siue materni, & in terminis tenet Surd. cons. 185. n. 11. vbi infinitos allegat. † Imo etiam si filia fuisset exclusa à statuto, debetur nepoti ex ea, si non extarent viuæ personæ, quarum causa filia excluditur. Surd. d. cons. 185. n. 13. & seq. vbi late. † Amplia; quia debetur etiam parentibus in bonis filiorum. d. authen. nouissima, cũ ibi not. C. de inoff. testam. & quod debeatur matri in bonis filiorum. Bald. cons. 314. Ioanni, & Iacobe. li. 4. in fi. vbi, quod ante omnia deduci debet æs alienum, & quod debeatur matri. Bald. cons. 488. Quia iste vir. li. 5. Io. de Im. cons. 114. n. 6. Ant. de Butr. cons. 12. in pr. † Extẽde; quia debetur legitima matri etiam contra piam causam. Bal. cons. 488. li. 5. Cast. cons. 426. in fi. li. 2. vbi, quod Trebellianica non debetur contra piam causam. † Declara tamen; quia licet matri debeatur legitima; tamen ista legitima est de iure positiuo; & ideo statutum excludens matrem à successione, excludit etiã à legitima. Corn. cons. 150. Circa præsentem. li. 2. per tot. vbi, quod statutum potest tollere legitimam matris; quia est conforme iuri diuino, & 12. tabularum. Ale. cons. 168. Visis, ac ponderatis. li. 7. † Si vero statutũ excludit sorores defuncti, & matrem, prout Mantuæ, & solum matri reseruat tertiam de iure communi, si extant agnati, duæ sorores, & mater, ipsa mater habebit legitimam, quam teneretur communicare cũ sororib. sed quia sorores excluduntur ab agnato, agnatus habebit duas tertias legitimę matris, q̃ spectaret sororib. Ang. Aret. plene cons. 76. In iis, in fi. n. 41. & per tot. v. venio nunc. † Restringe; quia legitima non debetur matri exclusæ à statuto vocante agnatos, & hoc procedit tam ab intestato, quam ex testamento; quia si filius instituat matrem hæredem, quæ excludebatur, non deducit legitimam; quia metimur causam testati quoad legitimam, prout causa intestari disponit. Ceph. plene. cons. 5. n. 49. li. 1. † Restringe, vt non procedat ampliatio, q̃n filius decedens relinquit matrem, & filios; quia ex quo prima causa successionis est filiorum; tunc matri non debetur legitima, & præteritio matris isto casu non vitiat testamentum Bald. cons. 17. Præteritio matris. li. 2. Castr. cons. 412. Viso facto, in pr. li. 1. Alex. cons 57. In casu præmisso, in pr. li. 4. vbi, quod non debetur ascendentibus, quando extant ascendentes. † Amplia; quia debetur legitima filiis emancipatis, sicut & non emancipatis. Surd. cons. 192. n. 15. † Amplia; quia debetur monasterio, in quod quis ingreditur, & profitetur adinstar filii; ideo tenetur ingrediens reseruare legitimam monasterio, sicut pater tenetur reseruare filio. Bal. cons. 413. Omnia prædicta, li. 4. Ale. cons. 139. Eleganter, col. 2. in pr. li. 1. † Amplia; quia debetur filio arrogato, vel adoptato; quia si est præteritus, rumpit testamentum, secundum * communem, de qua Alex. d. cons. 139. Eleganter fuit, in pr. * li. 1. est tex. in §. illud, authen. quibus mod. nat. effi. suc. plene Ias. in rubr. ff. de liber. & posthum. n. 11. vbi alios concordantes allegat. † Extende; quia illi debetur legitima, & supplementum contra testamentũ patris, etiam si fuit legitimatus, antequã pater haberet filios masculos legitimos & naturales. Fulg. cons. 65. Titius coniugem. † Extẽde multo magis, quando filii legitimi & naturales essent nati ex eadem muliere, quam desponsasset. Fulg. d. cons. 65. col. 2. ver. diuersa. † Amplia in filio adoptiuo; quia siue fuerit adoptatus, antequam pater haberet alios filios legitimos & naturales masculos, vel fœminas, ipse succedit cũ eis, & non potest illi minui legitima. Fulg. d. cons. 65. Titius coniugem, col. 2. ver. secundo per tex. & in fin. ver. quinimo. † Extende; quia debetur filio arrogato in bonis patris arrogãtis. l. si arrogator. ff. de adoptio. sicut debetur filio legitimo & naturali; quia etiam arrogatus reuocat alienata per patrem arrogantem in præiudicium suæ legitimæ. l. fi. in fi. ff. si quid in fraud. patron. † Amplia; quia debetur fratribus in bonis fratris, quando instituit turpem personam. Alex. cons. 63. Super primo dubio, n. 2. lib. 2. vbi quanta sit, & ibi apost. in ver. hodie. Vide infra, n. 33. ver. declara † Limita; qa licet legitima debeatur filiis, & parentibus; tamen hoc non procedit, si ipsi repudiarent hæreditatem patris. Bald. cons. 59. Tres personã. n. 3. ver. in contrarium. li. 3. Vide, Filius non potest repudiare hereditatem patris retenta legitima, & quando secus, Concl. 356. † Limita; quia licet legitima debeatur descendentibus in bonis parentũ, & parentibus in bonis filiorum, illud est, si illi, qui prætendunt legitimã, vel ex quorum persona prætenditur legitima, superuixerint; secus si præmortui sunt illi illis, à quibus prætenditur legitima; quia in bonis viuentium non debetur. Ale. ibi. n. 7. In casu, in pr. li. 4. † Limita; quia nepoti ex filio, vel filia non debetur in bonis aui, donec viuit filius, vel filia, pater nepotis. Cast. cons. 400. Viso puncto. n. 2. ver. secundo videndum. li. 2. Alex. cons. 93. Alius consultus, in fi. nu. 13. vers. sentio insuper. li. 3. quod est Alex & aliorum trium Doctorũ Bononiæ, qui subscripserunt. † Limita; quia legitima non debetur fratri in bonis fratris prædefuncti. Bald. ibi. n. 39. Punctus quæstionis emergentis, circa fi. n. 3. ver. frater autem, qui fuit. & cons. 300. Tam legitimam, n. 5. ver. non est necessaria, lib. 4. vbi, quod propterea non est necesse, quod frater instituat fratrẽ. Cast. cons. 287. col. 2. v. in quarto casu. li. 1. Alex. cons. 152. In causa, & lite, n. 5. ver. ad secundum. li. 6. vbi extendit ad nepotem ex fratre in bonis patrui; quia minus debetur, quam fratri, & quod non debeatur fratribus. Alex. cons. 201. Perspectus. n. 20. ver. nunc est videndum. lib. 6. vbi in transuersalibus. Vide, Frater, & soror possunt libere testari. Concl. 454. † Declara, nisi turpis persona esset hæres instituta à fratre; quia tunc fratri deberur legitima. Bald. cons. 170. Quidam Nicolaus. n. 6. ver. de Legitima li. 5. Castr. d. cons. 287. vers. in quarto casu. li. 1. Alex. cons. 63. Super primo dubio. li. 2. vbi, quanta sit, & quod debeatur eo casu. Castr. cons. 43. col. fi. li. 2. & cons. 239. Pro declaratione, in fi. li. 2. & plenius cons. 38. De iure communi, in fi. li. 2. vbi apost. dat concordantes. Ale. cons. 57. In casu præmisso, col. 2. n. 2. & 3. ver. vnde cum dictus. li. 4. vbi loquitur quando prætexit fratrem legitimum, & instituit fratrem spurium. Vide, Inofficiosi querela intra quantum tempus proponenda. Concl. 170. † Limita; quia legitima non debetur à patre filio, vel filiæ naturali, ideo si pater dotat filiam naturalẽ de suo, potest illi substituere in dote, non habito respectu, quod debeat habere legitimam aliquam; quia sibi non debetur. Bald. cons. 479. Quando pater dotat, in fi. lib. 4. † Limita, quia legitima non debetur succedentibus ex testamento, quando per statutum excludebantur à successione, & à legitima ab intestato. Ceph. cons. 5. n. 49. li. 1. Vide, Statutum non extenditur extra territorium statuentium, & quando secus. Con. l. 542. † Extende; quia legitima solum debetur iis, qui ab intestato succedunt. Soc. Iun. cons. 67. n. 62. li. 2. † Extende; quia legitimam metimur in causa testati secundum causam intestati, à qua sumit initium, vt si non debetur ab intestato, neque ex testamento. Ceph. d. cons. 5. nu. 49. lib. 1.

Legi-

Legitima filiorum in bonis parentum quanta sit. Concl. 183.

1 LEGITIMA † filiorum est medietas eius, quod sunt habituri ab intestato, quando sunt quinq; filii, vel vltra, *auth. nouissima. C. de inoff. testam.* Bald. *cons.* 449. *num.* 3. *ver. modo restat. lib.* 3. & *cons.* 373. *Quidam Alexander. n.* 2. *versic. & hoc præmisso. lib.* 3. Ang. *cons.* 242. *Punctu talis est, col.* 2. *versic. & quia septem fuerunt, &* *cons.* 287. *Factum, sucper quo. num.* 2. *versic secundo præmitto.* Cephal. *cons.* 109. *in fin. lib.* 1. & *cons.* 245. *in princ.* incip. *In præsenti casu.* Dec. *consil.* 235. *Non parua, colupen. num.* 17. Iason *d. authen. nouissima. num.* 50. & *cons.* 65. *in prin. lib.* 1. qui dicunt, vt infra, esse tertiam tantum, quando sunt quatuor filii tantum, & infra Socin. *cons.* 81. *vol.* 3. Decius *cons.* 89. *ad finem. & consil.* 235. & clare Castrens. *cons.* 469. *Ad primum, in prin. lib.* 1. Ægid. Bellam. *cons.* 25. *In primo dubio.* Castr. *cons.* 204. *Super primo, in fin. lib.* 2. Bart. *cons.* 22. *Homo. num.* 3. *lib.* 1. Ang. Aret. *consil.* 67. *Quantum ad primum n.* 9. *versic. & cum sint quinque,* plenius *consil.* 78. *Pro decisione. nu.* 23. *ver. sed dubium,* vbi dicit * communem, & *cons.* 79. *in fin. ver. venio* 2 *nunc ad secundum.* Alex. *cons.* 57. *Ponderatis. nu.* 3. *lib.* 3. † Et in ipso numero quinq; filiorum computatur etiam venter prægnans, & sic posthumus, etiam si eueniat casus, antequam sit natus; quia licet ipse non participet de successione in legitima sororis præ defunctæ, bene illam auget ad fauorem matris, & alterius sororis, Bart. *cons.* 22. *Homo Accursius. nu.* 3. & *seq. lib.* 1. vbi reddit rationem, quod posthumus non participat de successione in legitima sororis; quia 3 decessit natus intra paucos dies, & non transmisit. † Declara tamen; quia vt extrahi, & cõputari possit legitima, debet prius detrahi æs alienum, & funeris impensa. Cuman. *cons.* 70. *Quidam Ser Petrus, in pr.* vbi, quod non deducuntur prælegata; quia non dicũtur æs alienum, & de ære alieno prius deducenda causa vsurarum exactarum. Dyn. *cons.* 12. *Factum tale est, n.* 2. *versic. item dicit pater.* & ibi apostilla allegat Soc. *cons.* 150. *versic. septimo confirmatur. lib.* 1. & de ære alieno, & funeris impensa, Bal. *cons.* 449. *Punctus quæstionis, in fi. lib.* 3. *ver. modo restat,* & de ære alieno Bal. *cons.* 184. *Refutatio post med. ver. legitima autem lib.* 4. & *cons.* 222. *Super primo, in prin. lib.* 4. & quod æs alienum debeat extrahi. Bal. *cons.* 391. *n.* 4. *li.* 4. *l. Papinianus* 4 §. *quarta. ff. de inoff. testam* gl. *in l. cum quæritur, & l. parentibus. C. eod.* Castr. *cons.* 469. *in pr. lib.* 1. † Et quæ sint deducenda ante legitimã, & quæ non, vide in motiuis Rotæ Florentiæ 14. Iunii 1575. Vide, 5 *Legitima dicitur quasi æs alienum, & quando secus. Concl.* 200. † In ære alieno deducendo, antequam debeatur legitima, computatur lucrum dotis debitum marito in hæreditate vxoris. Bal. *cons.* 314. *Ioannes & Iacob. in fine, lib.* 4. † Et funeris impensa deducitur ante omnia, & minuit legitimam. Castr. *cons.* 469. *Ad primum. in princip. lib.* 1. 7 † Non tamen dicitur æs alienum dos, quæ debetur filiab. excludis à statuto legata à patre; quia prius deducitur legitima. Zab. *cõs.* 151. *in fi. ver. ad aliud,* vbi, quod dos non succedit loco legitimæ, neque est æs alienum, sed debetur tãquam legatum factum à patre. 8 † Contrarium, quod imo talis dos sit loco legitimæ filiarum excluſatum. Bal. *in l. omnimodo. vers. secundo quæro. C. de inoff. testam.* Cuman. *cons.* 35. *Stante statuto.* † Extende; quia dos restituenda minuit legitimam, & filii non possunt prætendere aliquid, etiam si proper legatum vsusfructus à testatore vxori legati, dummodo non perat dotem, dos ipsa nõ petatur propter legatum agnitum; quia adhuc nihil possunt filii prætendere super tali dote, quæ peti non potest; quia sufficit, quod posset peti tempore mortis, antequam legatum acceptasset. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis n.* 4. *vers. quo ad secundũ.* 10 *lib.* 3. † Extende; quia licet legata non minuant legitimam, fallit in legatis libertatis. Castr. *cons.* 469. *in pr. li.* 1. Vide, *Legitimam minuunt* 11 *multa deducenda prius. Concl.* 201. † Amplia; quia attenditur valor hæreditatis tempore mortis patris, vt sciatur, quanta sit legitima, vel supplementum. Bal. *cons.* 19. *Punctus quæstionis, in fin. ver. ad quæsitum secundum li.* 4. & *cons.* 20. *Si pecunia, ver. & inspicitur, eod. li.* vbi secus esse respectu qualitatis bonorum; quia qualitas attenditur secundum tempus, quo petitur legitima. Dyn. *cons.* 12. *n.* 3. Alex. *cons.* 12 57. *Ponderatis. n.* 4. *ver. præterea. li.* 3. † Et quod attendatur valor hæreditatis paternæ tempore mortis patris deducto ære alieno, & funeris impensa, de primo *l. cum quæritur. ff. de inoff. testam.* Dec. *cons.* 228. & *cons.* 231. *col. fi.* de secundo tex. *in l. Papinianus. §. quarta. ff. de in*13 *offic. testam.* vide infra *n.* 14. & *seq.* † Adeo, quod deducitur ante legata etiamad pias causas, etiam si contrarium esset laudatũ; quia laudum esset iniustum, & reducendum. Ale. *cons* 83. *n.* 2. *li.* 4. Vide, 14 *Laudum ex quibus arguatur iniustum, & ex quibus non. Concl.* 24. † In tm quod attenditur valor tempore mortis patris, vt si augeretur valor bonorum hæreditatis, non debeatur legitima ex illo augmẽto, siue fit per modum alluuionis, siue per modum excrescentiæ valoris. Hippol. Rimin. *consil.* 227. *Magnifi. us olim dominus,* vbi pro vtraq; parte iura & authoritates adducit, & hanc magis cõmunẽ * dicit Ias. *in auth. nouissima. n.* 5. & 7. *C. de inoff. test.* vbi quod * omnes * ita tenent, & ita Iason *cons.* 214. *in primo dubio. lib.* 2. & est tex. *in l.* 1. §. *si impuberi. ff. de collat. bonor. l. si patronum.* §. *si ex duobus. ff. de bon. libert. l. cum quæritur. ff. de inoff. testam.* Bald. *in l. si qua pœna, in* 1. *lectura. ff. de iis qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *cons.* 616. *nu.* 6. Paris. late *consil.* 45. *nu.* 35. *lib.* 2. † Contrarium tenent multi, quos idem Rim. Iun. *d. cons.* 227. 15 *n.* 25. & *seq.* † Declara; quia si augentur bona, & hæreditas benefi- 16 cio temporis, augetur etiam legitima, si vero augentur ex melioramentis, non augetur legitima, ita Aym. *in tract. de allutio. cap.* 20. vbi pro vtraque parte, & ita distinguit. † Declara; quia si filio e- 17 mancipato assignatur legitima, attenditur valor tempore assignationis, & non mortis patris, secundum magis * communem, de qua Ias. *cons.* 104. *in secundo dubio. ver. item legitima. lib.* 4. Vide, *Legitima non censetur renunciatum, nisi in specie dicatur, & quando secus. Concl.* 214. *n.* 87. & *seq.* † Extende, quia facta æstimatione tempore mor- 18 tis patris, legitima nõ potest augeri, neq; minui propter augmẽtum, seu diminutionem hæreditatis. Ias. *d. auth. nouiss. n.* 5. *C. de inoff. testa.* Paris. *d. cons.* 45. *n.* 35. & 36. *lib.* 2. etiam si bona augerentur post mortem patris. Ias. vbi supra. *n.* 6. & Bald. *in l. lex Cornelia, in* 2. *not. ff. de vul. & pupil.* Alex. *in l. in ratione. n.* 6. *ff. ad l. Falcid.* Rip. *in cap. cum M. Ferrariensis. n.* 38. *de constit.* Bal. *cons.* 23. *lib.* 4. Curtius Senior *cons.* 84. *col.* 2. *ver. sed præmissis.* vbi de communi * attestatur, Iason *cons.* 214. * *in primo dubio. lib.* 2. Afflict. *dec.* 382. † Extende, vt procedant, etiãsi 19 augeantur bona post mortem defuncti ex causa, quæ fingitur retrò ad tempus vitæ patris. Castr. & Alex. *in d. l. in ratione, la* 2 *ff. ad Falcid.* licet secus sit in Falcidia, vt ibi per eos, qui rationem diuersitatis assignant. Afflict. *d. dec.* 382. † Declara, nisi filius haberet le- 20 gitimam in vita patris, & quietaret emancipatus; quia tunc mensuratur secundum vires tempore contractus, & licet crescat tempore mortis patris, excluditur; quia potuit etiam minui. Alc. *cons.* 180. *Visis duobus. lib.* 5. *n.* 2. *ver. tamen præfati*, vbi apost. *in ver. tempore,* quæ citat pro vtraq; parte plurimos, sed dicit hanc magis * com- * munem, & veram. † Declara; quia quando assignatur in vita 21 patris, puta fisco propter delictum filii ex lege, tunc non attenditur valor tempore mortis. Vide infra, *Legitima patre viuente non debetur. licet filius sit bannitus, & quando secus. Conclu.* 190. *cum conclus. ibi prox. seq.* † Et quod legitima sit consideranda secundum quantita- 22 tem patrimonii, & bonorum, quæ tempore mortis reperiuntur. Ale. *cons.* 108. *n.* 7. *li.* 1. Curt. Sen. *cons.* 84. *Super quotidiano. nu.* 3. & est tex. *in l. cum quæritur, ibi, mortis tempore, & in authen. nouissima,* ibi, *ex substantia deficientis. C. de inoff. testam.* Bald. *in l. si qua pœna, ver. quæro cũ in legitima. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Ruin. *cons* 27. *nu.* 6. *lib.* 3. Decius *cons.* 616. *n.* 6. Paris. *cons.* 45. *num.* 31. *li.* 2. Cagnol. *in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testã.* Ceph. *cons.* 322. † Deducto ære alieno; 23 quia est nitida ab omni ære alieno. Alexand. *consil.* 150. *lib.* 2. & *consil.* 57. *num.* 2. *li.* 3. Afflict. *decis.* 162. & latius *decis.* 382 *per totam.* † Pro- 24 batio, quod legitima excedat id, quod filius asserit, qui petit legitimam, illi incumbit; quia hæres, qui dicit filium habuisse integram legitimam; quia plus nõ erat in hæreditate, habet intentionem fundatam. Fulgos. *cons.* 19. *Tertio princip. aliter. nu.* 2. *ver. & cum ipsa argenta.* Vide, *Probatio incumbit asserenti. Concl.* 768. † Potest ta- men filius etiam in exequutione sententiæ liquidare, quæ bona 25 essent in hæreditate. Fulgos. *cons.* 55. *in fi. versic. secunda, an cũ non probauerit.* † Si vero sunt quatuor, vel pauciores, tunc est tertia pars 26 eius, quod quilibet esset habiturus ab intestato, *d. authen. nouissima. C. de inoff. testamen.* Dyn. *consil.* 12. *in princip.* Bald. *consil.* 373. *nu.* 2. *ver. & hoc præmisso. lib.* 3. & quod quando sunt tres, habeant pro legitima tertiam eius, quod esset habituri ab intestato. Bald. *cons.* 391. *Punctus quæstionis. n.* 4. *lib* 4. Cephal. *cons.* 109. *num.* 3. *lib.* 1. vbi declarat. Anchar. *cons.* 152. *Plura sunt. num.* 9. Vide alios concordan. supra in principio, qui dicunt esse medietatem, si sunt quinque filii, vel plures Castrens. *cons.* 94. *Clarum est lib.* 2. & *cons.* 204. *in fin. li. lib.* 2. plene Dec. *d. consil.* 235. *Non parua. num.* 17. *ver. quia legitima omnium.* † Vnicus igitur habet tertiam eius, quod esset habiturus ab 27 intestato, hoc est, tertiam totius hæreditatis paternæ, vel maternæ. Calderin. *cons.* 340. *in fine*, alias 11. *de testam.* Bald. *cons.* 371. *Factum sic proponitur, in princip. lib.* 3. si vero sunt duo, quilibet habet dimidiam tertiæ. Bartol. *consil.* 34. *Factum tale, in princip. & in fine. li.* 1. si sunt tres, quilibet habet tertiam tertiæ. Bartol. *consil.* 54. *nu.* 6. *ver. ad quæstiones. lib.* 1. † Vide Ioannem de Imola, qui computat le- 28 gitimam, & Trebellianicam hæredis, quando erant tres fratres, ita quod debet habere solum tertiam legitimæ, & Trebellianicã, quanta sit vtraque *in consil.* 63. *per tot.* quod est medietas. Alex. *consil.* 43. *in fi. lib.* 2. & *consil.* 32. *in fin. lib.* 3. late Simon de Præt. *de conject. vlt. voluntat. lib.* 3. *dubitat.* 5. *solutio.* 6. *num.* 4. *folio* 363. † Extende; quia 29 si moriatur filius relicta matre & duabus sororibus, portio

matris est tertia, & legitima est tertia tertiæ; si vero sorores sunt omnino excluſæ, vel à ſtatuto, vel à defuncto; tũc legitima matris,
30 & erit tertia totius. Bald. *conſ.* 350. *In conſulendo, per tot. li.* 4. † Con-
31 trarium tenet Gabr. *conſ.* 94 *nu.* 17. *ver. tertium, & n.* 18. † Declara; quia ſi extat ſtatutum, quod fœminæ non ſuccedant cum maſculis, ſed dotentur pro modo facultatum patris, tale ſtatutum operatur augmentum legitimæ maſculorum; quia dos deducitur ex tota hæreditate, veluti æs alienum, & ex reſiduo tanquam debito filius maſculus extrahit legitimam perinde, ac ſi ſolus ſuccederet, & dos non computatur in legitima filiæ. Cuman. plene *conſ.*
* 35. *Stante ſtatuto*, vbi multa pro vtraque parte, & hanc * veriorem
☞ dicit. Vide, *Legitima loco quæ eſſe dicantur, vel non. Concl.* 206. † Dici-
32 tur autẽ legitima id, quod augetur loco legitimæ, ita vt iura, quæ
☞ loquuntur de legitima, habeant locum in augmento. Vide, *Legi-*
33 *tima filiorum non recipit grauamen. Concl.* 187. *n.* 16. *& ſeq.* † Extende declarationem, vt procedat etiam ex teſtamento; quia licet ſtatutũ loquatur ab inteſtato; tamen attenditur, etiã ſi paterfecit teſtamentum, & grauauit in tãtum maſculos, quod legitimam voluit extrahere, vel in caſu fideicommiſſi; quia vnicus filius habebit tertiam totius, tanquã ſolus ſuccedens, deducta dote ex tota hæreditate. Cuman. *d. conſ.* 35. *per tot. & conſ.* 46. *Pater filiis, in fin. ver. nec*
34 *moueor.* † Contrarium ex teſtamento tenet idem Cuma *conſ.* 45.
35 *Stante ſtatuto. circa finem.* † Declara; quia legitima non debetur ex teſtamento; quia qui ſuccedit in totum; non quærit legitimam, ſed bene hoc procedit, vel quando ex teſtamento minus legitima cõſequitur, vel quando grauaretur fideicommiſſo, ita vt de legitima ſit quærendum; nam tunc etiam menſuratur habito reſpectu ad portionem inteſtati. Hier. Gabr. *conſ.* 94. *in pr. n.* 2. & iſta eſt regula, quod metiri debet à cauſa inteſtati. Pariſ. *conſ.* 36. *nu.* 20. *lib.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 67. *numer.* 61. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 5. *numer.* 49. *lib.* 1.
☞ Vide, *Legitima quando debetur cum Trebellianica, quanta ſit. Concl.* 211.
Vide plenius, *Statutum loquens ab inteſtato non habet locum ex teſta-*
36 *mento, & quando ſecus. Concl.* 538. † Amplia in tantum legitimam filiorum eſſe tertiam, vel dimidiam eius, quod eſſent habituri ab
* inteſtato, ſecundum * communem opinionem, de qua Soc. Iun. *conſ.* 67. *n.* 61. *lib.* 2. vt ſolum debeatur iis, qui ab inteſtato veniunt, vt ibidem dicit, & quod ſit tertia, vel dimidia eius, quod filius eſt habiturus ab inteſtato, Cephal. *conſ.* 109. *in fin. lib.* 1. Fulgoſ. *conſ.* 26. *Stante ſtatuto, in* 2. *dubio.* vbi declarat, quod deducenda eſt dos filiæ excluſæ, quando ſtatutum mandat dotari, licet alleget Baldũ
37 contrarium tenere, & non firmet. † Extende, vt attendatur ſucceſſio ab inteſtato, etiam ex iure municipali; ideo ſi filia ſuccedit patri ſolum in medietate; quia proximior agnatus ſuccedit in alia medietate, legitima filiæ erit tertia dimidiæ, licet de iure cõmuni ſucceſſiſſet in totum. Soc. Iun. *conſ.* 67. *n.* 62. *& ſeq. li.* 2. *vſq; in*
38 *fi.* Bero *conſ.* 51. *n.* 21. *verſ. hoc ita confirmo. lib.* 1. † Declara extenſionẽ, vt non procedat, quando ſtatutum conſeruaret legitimam debitam ſecundum ius commune, vel alias conſtaret, quod noluit alterare legitimam. Alex. *conſ.* 197. *Perſpectis verbis, lib.* 6. quem ita de-
39 clarat Soc. *d. conſ.* 67. *in fi. lib.* 2. Ruin. *conſ.* 27. *nu.* 7. *lib.* 3. † Extende; quia legitima conſideratur ſecundum ſucceſſionem nedum iuris communis, ſed etiam iuris municipalis; ideo mater excluſa à ſtatuto, cenſetur excluſa à legitima, & licet ſtatutum loquatur ab inteſtato, tamen non poterit impugnare teſtamentum. Corn *conſil.*
* 150. *n.* 11. *& ſeq. lib.* 1. vbi dicit * communem, vbi in fine ſecus dicit in legitima filiorum, & deſcendentium. Ruin. *conſ.* 27. *num.* 3. *lib.* 3.
40 † Extende; quia ad quantitatem legitimæ menſurandam attenditur ſucceſſio eius, qui debet habere legitimam, ſiue ex iure communi, ſiue ex iure municipali, ideo eſt tertia, vel dimidia ſuę portionis debitæ ex ſtatutaria ſucceſſione, & conſequenter ſtatutũ attenditur, vt augeatur, vel minuatur legitima ſecundum maiorem, & minorem portionem ab inteſtato. Cuma. *conſ.* 35. *n.* 4. *vſq;*
41 *in fi.* Pet de Anch. *conſ.* 429. *n.* 2. *&* 3. incip. *Super caſu.* † Idem tenet Corne. *conſ.* 127. *col.* 2. *nu.* 3. *lib.* 3. vbi, ſi ſtatutum dat lucrum tertiæ marito, mater habebit tertiam duarum tertiarum remanentium
42 ro legitima. † Amplia; quia legitima eſt triẽs, ſi ſunt quatuor, vel infra, & ſemis, ſi quinq;, vel ſupra, etiam in caſu, quod eſſent plures, quando alii ſunt totaliter excluſi, puta ſunt tres maſculi, duæ fœminæ, & ſic eſſet medietas, quia quinq;, ſi fœminę, omnino excluduntur, ita quod nõ ſuccedant, erit tertia eius, quod ſuccedẽ-
* tes habituri ſunt ab inteſtato, vel ex teſtamento, communẽ * dicit Zab. *conſ.* 151. *Quod hoc caſu. nu.* 2. *in fin. verſ. item quod in caſu noſtro.* Alex. *conſ.* 68. *in pr. li.* 4. quod duplicatur *conſ.* 3. *Circa præmiſſam. n.* 2.
43 *& 3. lib.* 7. † Declara; quia quando legitima eſt tertia, vt quia ſunt quatuor tantum filii, & infra intelligitur de tertia totius hæreditatis inter omnes pro rata diuidenda, vel de tertia eius, quod quilibet eſſet habiturus ab inteſtato, & idem de medietate, quando eſt dimidia; quia ſunt ſupra quatuor filii, *auth. nouiſſima.* & ibi gl. & ſcribentes. *Cod. de inoff. teſtam.* † Et ſucceſſio regulatur ſecundũ 44
ius commune; quia ſi extant filii, & nepotes ex aliis filiis premortuis, nepotes in ſtirpes habebunt tertiam, vel dimidiam inter omnes, quam habuiſſet eorum pater, ſi viueret. *§. cum filius, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Ias. *d. authen. nouiſſima. n.* 65. Alex. *conſ.* 63. *li.* 2. Soc. *conſ.* 82. *col. pen. in fi. lib.* 4. † Extẽde in exhæredatis iuſte; quia et- 45
iam ipſi habentur pro mortuis. Zab. *conſ.* 151. *n.* 3. vbi *n.* 2. *in fi.* communem * dicit. † Si vero ſunt exhæredati, ſed iniuſte; tunc om- *46
nes computantur, & legitima erit ſecundum numerum filiorũ, computatis exhæredatis iniuſte; quia & ipſi habebunt partẽ ſuã. Zab. *conſ.* 151. *nu.* 3. † Limita, niſi ex diſpoſitione ſtatuti legitima ſit 47
aucta, vel diminuta; quia poteſt augeri, & minui, & valet augmẽtum, & diminutio, etiam in præiudicium locorum piorum, & Eccleſiæ, quando ſtatutum dirigit diſpoſitionem in perſonas parentum, vel ſubiectorum ſtatuentibus. Bald. *conſil.* 407. *In quæſtione, quæ vertitur. nu.* 2. *in fi. & n.* 3. *ver. ſed per ſtatutum. lib.* 1. Vide, *Sta-* ☞
tutum circa legitimam an poſit illam in totum tollere, vel non. Concl. 88.
† Limita, quando agitur aduerſus fiſcum, quia bona patris con- 48
fiſcauit; quia tunc legitima etiam vnius filii ſemper eſt dimidia; ſi vero habet tres filios, non habet locum confiſcatio, communem * dicit Farinac. *de delict. priuat. q.* 24. *n.* 39. *&* 40. Rol. à Vall. *conſ.* 97. *
n. 30. *& ſeq. li.* 2. per text. *in l. ſi deportatus. & in l. fin. C. de bon. proſcript.*
† Contrarium, quod imo ſit hodie legitima ſolita communem * 49*
dicit Rol. à Val. *conſ.* 97. *n.* 29. *lib.* 2. Clar. *in §. fi. q.* 78. *n.* 26. vbi, quod ita ſeruatur, licet alibi nihil reſeruetur, vide eum. Vide, *Confiſca-* ☞
tis bonis ad quæ onera teneatur fiſcus. Concluſ. 727. Vide, *Legitima an de-*
beatur filiis, ſi bona patris confiſcantur. Concl. 189.

Legitima nepotum in bonis auorum quanta ſit, & qualiter nepotes computentur, an in capita, an in ſtirpes. Concl. 184.

LEGITIMA † vero nepotum in bonis aui mortuo patre non re- 1
gulatur ſecundum perſonam patris, ſed ſecundum numerum nepotum; nam ſi pater habet duos filios, qui moriantur relictis quinque nepotibus, puta ex vno filio tribus nepotibus ex alio duobus, tunc legitima erit ſecundum numerum nepotum, non ſecundum numerum filiorum, & ſuccedent in ea in capita, & nõ in ſtirpes. Bald. *conſ.* 342. *Caſus ſuper quo, nu.* 2. *verſ. ſuper ſecundo. lib.* 2. vbi tenendo hanc partem dicit quæſtionem eſſe dubiam † Con- 2
trarium, quod imo ſi adſunt nepotes ex pluribus filiis, puta duobus filiis, licet ex vno ſint quinq; nepotes, ex alio duo, vel totidẽ, legitima erit tertia tantum; quia ſuccedunt auo in ſtirpes, non in capita. Alex. *conſ.* 63. *Super primo dubio, in pr. lib.* 2. † Declara; quia ſi 3
adſũt quinq; nepotes ex vno filio mortuo, bene legitima eſt medietas; quia ſuccedunt iure ſuo, non ex perſona patris, & ſic in capita, ſi vero nepotes cõcurrunt cum patruo, vel etiam ſunt ex diuerſis parentibus; tunc ſuccedunt in ſtirpes, & legitima commẽſuratur ſecundum ſtirpes. Alex. *conſ.* 63 *in pr. li.* 2. † Reſtringe, vt nõ 4
procedat, quando ſupereſt pater, vel vnus ex filiis: quia tunc nepotes concurrentes cum patre intrant in locum patris. Bal. *conſ.* 342. *n.* 2. *lib.* 2. vbi dicit eſſe diſputabile; tamen tenet hanc partem Alex. *d. conſ.* 63. *in prin. lib.* 2. † Et è conuerſo ſi ſunt plures filii, & ne- 5
potes ex vno præmortuo, intrant in locum præmortui nepotes. Caſtr. *conſ.* 177. *Viſo ſupradicto, in pr. l.* 1.

Legitima parentum quanta ſit, & quomodo conſideretur. Concl. 185.

LEGITIMA † vero parentum eſt quarta pars eius, quod petens 1
habuiſſet ab inteſtato. Alex. *conſ.* 168. *n.* 4. *lib.* 7. ſed tamen *n.* 18. dicit, quod ſicuti aucta eſt legitima filiorum, ita etiam parentum, vbi dicit * magis communem, & apoſtilla dat concord. & eſt cõ- * *
munis * opinio, quod legitima parentum eſt hodie tertia. Alex. * *conſil.* 140. *Super teſtamento, in fi. lib.* 1. vbi dicit * communem & ma- * *
gis communem, * & quod ſit tertia. Crau. *conſil.* 110. *in fin.* & quod * *
ſit tertia, Io. de Im. *conſ.* 114. *n.* 11. & ſit tertia eius, quod habuiſſet ab inteſtato. Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 34. *lib.* 2. † Contrarium, quod ſit tertia o- 2
mnium bonorum filii, & non poſſit minui per legata ad piã cauſam, vel pro male ablatis, vel pro ſeruitiis, niſi vere conſtet de veritate legatorum. Alex. *conſ.* 45. *nu.* 11. *vſq; in fin. lib.* 1. Io. de Im. *conſ.* 114. *n.* 11. & quod authoritate hodie ad tertiam, magis * commu- * *
niter tenetur per gl. & Doct. *in auth nouiſſima. C. de inoff. teſtam.* Bart. *in l. pater filium*, vbi etiam Bald. *col. pen. in repet. ff. de inoff. teſtam.* gl. *in auth. de triente, & ſemiſſe.* §. 1. Alex. *conſ.* 167. *nu.* 12. *lib.* 7. Fab. de Monte *d. authen. nouiſſima. num.* 32. *C. de inoff. teſtam.* vbi plures adducit, & Crauett. *conſ.* 110. *num.* 3. Ant de Burr. *conſ.* 12. *in princ. & in fin. num.* 5.

vir.

ver. item pro alia dimidia. & consil. 15. nu. 2. Alex. *consil. 140. Super testa-*
3 mento. n. 9. lib. 1. vbi dicit magis * communem. † Et quod legitima
parentum, si ambo viuunt, vel eius qui superuixit, filio sit tertia.
Castr. *cons. 412. Viso facto. in pr. lib. 1.* quod dicit verum, si filius non
habet filios, alias si habet, nō debetur parentibus, & quod sit ter-
* tia pars, & non quarta, communem * dicit Rom. *cons. 185. Pro de-*
4 *cisione. n. 5. ver. tertio legitimam.* † Extende etiam, quod legitima pa-
rentum ita sit debita iure naturæ sicut legitima filiorum. Ang. *in*
auth. de hæred. & Falcid. §. 1. quem ibi ad hoc not. post Iacobum de
Beluil. late Fabianus de Monte in *d. authent. nouissima. C. de inoff. te-*
5 *stamen. n. 14.* vbi plures cumulat, & respondet obiectis. † Et facit;
quia legitima filiorum, & parentum pari passu ambulant, *authent.*
de hæred. & Falcid. §. primum, in ver. quandam partem. Barbat. *consil. 24.*
6 *illud. lib. 3.* † Contrarium tenet Bald. in *d. l. 1. §. ius autem.* per tex. ibi.
ff. de iust. & iur. & in l. emancipatis. C. de legit. hæred. Bald. *cons. 140 Viso*
7 *testamento, in fi. lib. 1.* vbi, quod ita seruat practica vbiq;. † Pro con-
trario facit; quia est magis debita filiis, quam parentib. paret; quia
si quis relinquat parentes, & etiam filios, debetur legitima solis
liberis, non autem parentibus, *auth. de hær. ab intest. §. 1.* Bal. *cons. 28.*
8 *lib. 2.* Alex. *cons. 168. Visos col. 3. li. 7.* † Item; quia legitima debita de-
scendentib. eo ipso debetur in bonis patris, nō sic in legitima pa-
rentum. Alex. *in l. filius familias n. 4. ff. ad l. Falcid.* Iaf. *cons. 131. li. 4.* Rip.
9 *in l. in fideicommissaria. n. 43. & seq. ff. ad Trebel.* † Dicas, quod sicut au-
cta est legitima filiorum, vt quia si sunt quatuor, & infra, sit tertia
eius portionis, quę sibi ab intestato debetur, si sunt quinq;, vel su-
pra, sit m edietas eius, quod ab intestato esset habiturus; ita etiā
in legitima parentum sit eadem compēsatio, quia si extant mater,
& etiam fratres, vel sorores defuncti filii, qui succederent cum
patre, & matre, si quatuor, & infra, legitima parentum est tertia
eius, quod ab intestato consequeretur, si quinque & supra, erit
medietas eius, quod ab intestato sibi deberetur, ita pulchre Ang.
Aret. *cons. 78. Pro decisione. n. 23. in fi. & seq. vers. vbi dubium est,* sed plu-
* res citat, & dicit * communem ibi, quod etiam illi, qui non suc-
10 cedunt, faciunt partem. † Et quod aucta legitima filiorum augea-
* tur etiam parentum, *authen. nouissima. C. de inoff. testamen.* vbi * om-
nes. Declara, nisi statutum augens legitimam descendentibus nō
tantum faueret matri, puta quia excluderet. Ioann. de Imol. *con-*
11 *sil. 114. num. 11. & seq.* † Extende, vt idem sit dicendum, etiam si ma-
ter à statuto excluderetur excepta legitima; quia mortuo filio su-
perstite fratre succedente ex forma statuti, & matre exclusa, cui
reseruatur legitima, ipsa habebit tertiam dimidiæ, licet non esset
admissa à statuto ad dimidiam. Alex. *consil. 140. in fine, lib. 1.* Angel.
12 Aretin. *consil. 76. num. 41. & sequen. ver. venio nunc ad secundam.* † Ex-
tende; quia imo est portio eius, quod mater esset habitura ab in-
testato secundum statutum; nam prout Bononiæ statutum ex-
cludit fœminas sorores, & vocat agnatum proximio-
rem; matri vero reseruat legitimam, ista legitima non erit tertia
totius, licet sorores sint exclusæ à statuto, sed erit tertia illius par-
tis, quam mater habuisset de iure communi, & sic tertia septimę;
tum quia portio excluſarum accrescit agnato, non matri; tum et-
iam, quia statutum reseruat secundum successionem iuris com-
munis legitimam matri. Alexand. *cons. 197. per tot. lib. 6.* quem ita
declarat Socinus Iun. *consil. 67. numer. 61. & sequen. lib. 2.* & Alexan-
drum à nemine reprobari dicit Burſat. *consil. 115. num. 4. lib. 1.* Ale-
14 xand. plene *consil. 190. Super testamento, in fine. numer. 4. lib. 1.* † Idem,
quando extaret statutum deferens lucrum medietatis dotis ma-
rito; quia mater habebit legitimam ex reliqua medietate, in qua
esset successura ab intestato, non in tota dote. Anton. de Butrio
consil. 12. per tot. vbi, quod bene daretur actio inofficiosæ dotis, si
esset inofficiosa in reliqua medietate, vbi plene Caballinus in a-
postilla in *ver. remedium,* vbi allegat Socinum *cons. 288. colu. 10. ver-*
sic. confirmatur ratione clara. lib. 2. Crauett. *consil. 186. num. 12.* & alios,
quos videas, vbi quod lucrum & æs alienum primo loco deduci-
15 tur, ex residuo computatur legitima. † Item, quando extaret ta-
le statutum reseruans legitimam matri; quia si extat soror exclu-
sa, nō augeretur legitima matris. Fulg. *cons. 55. Pro secundo consulta-*
tus, colum. 3 versicul. altera vero. vsq; in finem. ideo mater habebit ter-
tiam suæ portionis, vbi in fine, quod ita fuit iudicatum, & quod
16 nemo Doctorum contradicit. † Contrarium imo tenet ipse Ful-
gosius *consil. 26. in fine,* sed vide infra, *numer. 21. & sequent.* maxime
num. 23. † Extende, quod legitima matris semper sit tertia eius 17
patris, quam mater fuisset habitura ab intestato secundū ius mu-
nicipale, verbi gratia, statutum excludit fœminas, & includit a-
gnatos, certe pro illa parte consequetur legitimam tantum, pro
qua ex statuto admittitur. Socin. Iun. *cons. 67. num. 61. & seq. li. 2.* &
hanc partem tuetur Iason *cons. 61. Quod legitima istius matris. lib. 3.* v-
bi dicit colum. 2. esse * communem. Bartol. in *l. pater filium. nu. 14.* *
ff. de inoff. testam. qui vult, quod sit portio patris, quam habitura es-
set ab intestato tantum etiam in casu testamenti, cuius opinio- *
nem communem * dicit Gabriel. *consil. 94.* Rimin. Iun. *cons. 405.*
num. 21. lib. 4. dicit * communem Corn. *consil. 150. nu. 7. lib. 1.* & Ri- *
minal. allegat Aretin. attestantem de communi in *l. plane. §. si duo-*
bus. ff. de leg. 1. & quod facto testamento per filium præterita soro-
re, & non instituta turpi persona, mater habeat solum tertiam
portionis, quam ab intestato secundum ius commune habuisset.
Fulgos. *cons. 55. in prim.* vbi comprobat ratione; quia si filius tertiā
portionis debitæ matri reliquisset, non posset aliud petere; idem
in habente duos filios, si vnum exhæredat, alium in legitima in-
stituit, facto hærede extraneo, legitima filii est tertia dimidię, quę
non augetur per exhæredationem alterius, & hanc partem tue-
tur Anchar. *cons. 421. Præmittendum.* vbi si statutum excludit matrē
à successione in proprietate ab intestato, stantibus agnatis, & ex
testamento filius relinquat legitimam, erit tertia, vel quarta vsus-
fructus, & sic eius, quod habuisset ab intestato. Anch. *cons. 428.* v-
bi, quod si ex statuto mater succedit in quarta, habebit legitimā
in quarta, Boer. *dec. 177. n. 2.* Menoch. *cons. 280. n. 13. & seq.* vbi alle-
gat Corn. *cons. 127. n. 2. & 4. l. b.* Bero. *cons. 49. col. fi. lib. 1.* Michael de
Crassis *in §. legitima. qu. 8. ver. contrarium.* Alex. *cons. 140. in fin. lib. 1.*
† Contrarium imo, quod mater debeat habere legitimam inte- 18
gram, & etiam ex persona fratrum, vel sororum defuncti, qñ vel
sunt præteriti, vel exhæredati, aut à statuto excluſi, non instituta
turpi persona, verbi gratia, aliquis habet fratres tres, & matrem,
fecit testamentum, instituit extraneum, non turpem personam,
mater petit legitimam, quæ petit tertiam totius, replicat hæres,
quod est tertia quartæ; quia ab intestato mater non succedebat,
nisi in quarta cum aliis fratribus defuncti; dicit Iac. Butr. quod est
tertia totius; quia præteriti fratres pro mortuis habentur, & ac-
crescunt matri, cuius opinionem magis cōm. * dicit Ale. *in d. l. pla-* *
ne. §. si duobus. n. 9. ff. de leg 1. Brun. *in tract. quod statutibus masculis, in 12.*
art. n. 110. vbi, quod est magis * comm. & æquior & magis * cōm. * *
Hier. Gabr. *d. cons. 94. n. 11. & seq.* & ita tenuit Rota in causa de Me-
nichellis coram R. P. D. Vicecomite, & rursus corā R. Blanchetto
in causa de Vrsinis. Panciro. *cons. 143.* Rim. Iu. *cons. 405. nu. 8. lib. 4.*
qui dicit * communem, licet teneat ipse contrarium. Castr. *consil.* *
287. *Quoniam fundamentum, col. 2. in 4. casu. li. 1.* pleniss. Fulg. *cons. 35.*
Proponitur, quod mater. vbi comprobat ex multis, & hanc partem
tenet Alex. *cons. 45 Habita super iis. n. 11. ver. quoad quartam. li. 1.* plene
Zab. *cons. 151. in pr.* vbi respondet ad omnia contraria. Bal. & alii *d.*
auth. nouissima. vbi Iaf. *n. 49. C. de inoff. testam.* Oldr. *cons. 123.* & hanc
partem tenet Ang. Aret. *cons. 78. Pro decisione. n. 24. & seq.* † Decla- 19
ra; quia opinio Butrig. procedit in suo casu, quando fratres, vel
sorores sunt præteriti, vel in totum excluſi; quia tunc habentur
pro mortuis; secus si eis aliquid est relictū; quia q̄ capiant, debet
deduci ex totali legitima matris. Gabr. *d. cons. 94. n. 20. & seq* imo
si aliquid relictum est fratri, vel sorori etiam minimum, non po-
test haberi pro mortuo; & tunc erit portio, q̄ ab intestato. Corn.
cons. 150. n. 10. li. 1. vide Fulg. *cons. 26.* vbi in fin. quod deducitur id,
quod faciens partem cōsequitur pro parte; item deducitur illud,
quod est legatum fratribus non institutis ante legitimam paren-
tum. Gabr. *d. cons. 94. n. 20. & seq. lib. 1.* † Contra declarationem fa- 20
cit Cuma. *cons. 35.* Quia imo ex totali hæreditate deducitur dos, &
legatum, postea extrahitur legitima solius matris pro toto. † Se- 21
cundo declara; quia si statutum excludat sororē, & fœminas, &
agatur de legitima matris, non illi accrescet portio fœminarū ex-
cluſarum; secus, si pater, vel alius masculus non excluſus. Castr.
cons. 287. colu. pen. ver. predicta in successione. lib. 1. Soc. *cons. 75. Viso testa-*
mento. nu. 2. & seq. lib. 3. Et in casu pro masculo hoc tenet Fulg. *cons.*
26. in fi. licet ibi dicat non audere recedere à Baldo, qui non ha-
bet concordantem, neq; contradicentem, & tenet contrarium,
& primum cum Castr. tenet plenius Ang. Are. *cons. 76. colum. penu.*
quod portio sororum excluſarum accrescat agnato, qui sorores
excludit, & hanc absolute tenet Fulg. *cons. 55. Pro secundo consulta-*
tus. colum. 3. ver. altera vero, vsq; in fin. † Quid si extat statutum, pro- 22
ut Perusii, excludens sororem ab hæreditate fratris, & moriatur
frater relicto fratre, sorore, & matre, quanta erit legitima ma-
tris. Bald. *consil. 157. Giptius habens. lib. 5.* vbi dicit passum dubium;
sed tamen arguit, & inclinat, quod portio sororis accrescat

masculo cuius contemplatione soror excluditur,& sic mater habeat tertiam tertiæ, & hanc partem tuetur Ang. Aret. *cons.* 76. *in vis. in fi. n.* 41. *ver. venio nunc ad secundum.* † Declara; quia quando legatum non valuit à principio in vno ex hæredib. particularibus, tunc est vera opinio Iacob. Bur. quia tunc est locus iuri accrescẽdi in particularibus coniunctis coniunctione legali, vel quando actu non succedunt vniuersaliter, sed habitu possent; secus, quãdo legatum particulare potest valere, & valet ab initio, sed repudiatione, vel alias ex accidenti non habet effectum: tunc enim etiam in particularibus non habet locum ius accrescendi; & idem, quando excluſus neq; actu succedit, neq; habitu potest succedere; & tunc opinio Bartoli procedit, sic declarat docte Zabarel. respondendo motiuis Bart. *d. cons.* 151. *n.* 2. vbi late. † Si vero fratres sunt admissi ad aliquam partem; tunc est verior opinio Bart. Bald. *d. authent. nouissima. in fi. C. de inoff. testa.* Soc. *cons.* 75. *n.* 7. *lib.* 3. Corne. *cons.* 197. *n.* 8. *lib.* 1. Hartman. *lib. pract. obser. titul. de succes. cap.* 6. *in fin.*

Legitima fratrum, quando instituitur turpis persona, quanta sit. Concl. 186.

1 LEGITIMA † etiam fratrum, quæ debetur in bonis fratris defuncti, quando instituit turpem personam, si sunt quinq; fratres, erit medietas; si vero pauciores, erit tertia. Alex. *cons.* 63. *Super primo dubio, n.* 2. *lib.* 2. † Et q̃ sit aucta, & non sit semper tertia, late Fabian. de Monte *in auth. nouissima, n.* 33. *C. de inoffic. testa.* vbi, quod maior ratio suadet augmentum, quia non habet locum, nisi quãdo turpis persona est instituta, & dicit esse indubitatum, licet per Bart. *in l. pater filium.* aliter dicatur, & male, & contra Bart. Ioann. 3 Andr. *in c. si pater, de testam. in* 6. † Contrarium, quod legitima fra- 4 trum non sit aucta. apost. ad Alex. *d. cons.* 63. *n.* 2. *ver. hodie. lib.* 2. † Extende in tantum deberi legitimam fratri contra turpem personã institutam, vt imo si talis institutus esset nedum turpis persona; quia infamis, seu incapax, prout filius Sacerdotis; potest frater agere ad legitimam, & supplementum, & etiam in totum rescindere testamentum. Ias. *cons.* 71. *lib.* 1.

Legitima filiorum, & aliorum non recipit grauamen, & quando secus. Concl. 187.

1 LEGITIMA † debetur filiis sine vllo grauamine. *l. quoniã in prioribus. & l. sancimus. C. de inoff. testam.* Cald. *cons.* 362. *in fine*, alias 33. *de testam* Bart. *consil.* 34. *Factum tale, in pr. n.* 1. *& seq. lib.* 1. vbi plura adducit, & apostil. ibi in *ver. onerare*, dat concord. & *consil.* 41. *Factum* * *tale, in fi. lib.* 1. Cuman. *cons.* 52. *Ad primum quæsitum. in prin.* vbi dicit * communem, licet ibidem limitet, quando pater prohibuit expresse, & filius tot fructus ex hereditate vltra legitimam, qui accedunt ad legitimam, etiam quod non recipiat grauamen, percipit. Ang. *cons.* 241. *Punctus talis est. in pr.* Dyn. *cons.* 37. *In quæstione.* Fulgos. *cons.* 86. *Proponitur, n.* 3. Alex. *cons.* 69. *in pr. li.* 1. Ioan. de Imol. *cons.* 18. *in pr.* Dec. *cons.* 81. *in pr. & cons.* 320. Bal. *cons.* 101. *lib.* 2. *& cons.* 300. *li.* 4. Alex. *cons.* 43. *num.* 7. *lib.* 2. Affl. *dec.* 306. *in pr.* Alex. *consil.* 163. *nu.* 2. Ias. *in l. si filius. n.* 53. *ff. de liber. & posth.* Socin. *consil.* 230. *li.* 2. Crau. *consil.* 212. *col. fin.* Dec. *consil.* 218. *col.* 2. Paris. *cons.* 45. *& cons.* 47. *lib.* 2. Anchar. Regien. *qu.* 6. *nu.* 4. *lib.* 3. Castr. *cons.* 267. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. vbi apost. Rom. *consil.* 64. *Hæc quantitas, & cons.* 185. vbi apostil. in *ver. non veniat*, quæ citat infinitos. Dec. *cons.* 235. *Non parua, n.* 7. *vers. in quarto dubio, & cons.* 227. *n.* 2. *in secundo dubio.* Vide, *Legitima non potest minui per fraudem parentum, & quando secus. Concl. proxima seq.* † Declara, id, quod dicitur, patrem non posse grauare filium in legitima, quia debetur sine onere conditionis, vel dilationis, sed nõ intelligitur de aliis oneribus; quia alia onera minuunt legitimã; quia illa intelligitur deducto onere, & ære alieno, & funeris impensa. *l. Papinianus. §. quoniam autem. ff. de inoff. testam.* ita declarat Ias. *in l. si.* *§. in computatione, colum.* 4. *C. de iure delib.* Alexand. *cons.* 31. *Viso testa-* 3 *mento, in prin. lib.* 4. Dec. *cons.* 231. *colum. fi. & consil.* 228. *col.* 2. † Extende; quia si pater legat filiæ dotem, cum nupserit, pro quantitate legitimæ deducitur omne onus, omnis conditio, & dilatio. Bar- 4 rol. *consil.* 41. *Factum tale. in fi. ver. nec obstat statutum, lib.* 1. † Extende in tantum, quod in generali restitutione bonorum, seu generali prohibitione alienandi, seu alia dispositione generali, non censetur dispone re de legitima filii. Ioann. de Anan. *consil.* 99. Socin. *consil.* 130. *num.* 28. *lib.* 1. *& consil.* 230. *num.* 6. *lib.* 2. Deci. *consil.* 419. *in principio.* Ruin. *cons.* 57. *num.* 2. *& cons. seq. num.* 8. *lib.* 2. Brun. *tract. de stat.* 5 *exclud. fœmin. art.* 9. *col.* 1. *num.* 4. † Extende, quia pater non potest subſtitutionem facere filio in legitima, quæ sit onus. Abb. *cons.* 15. *col.* 2. *lib.* 2. Ioan de Anan. *cons.* 42. Aretin. *cons.* 19. *in secundo dubio.* & est ratio; quia in hoc reputatur, vt æs alienum. Natt. *cons.* 528. *num.* 29. Menoch. *consil.* 78. *num.* 16. Card. Alban. *consil.* 36. *numer.* 7. Alexand. *consil.* 31. *Ponderatis. in princip. lib.* 3. † Extende; quia neque valet prohibitio filii in legitima voluntaria, quia non censetur sibi præiudicasse vllo modo. Bursat. *cons.* 92. *n.* 10. vbi de magis * com- * muni. † Et non valet fideicommissum in legitima. Alexan. *consil.* 7 55. *Perspectis, n.* 7. *ver. circa secundum. lib.* 4. *& cons.* 86. *circa fi. & cons.* 68. *eodem lib.* 4. quod duplicatur *cons.* 3. *n.* 3. *lib.* 7. † Extende; quia non 8 potest pater prohibere filio alienationem bonorum, pro quanto capit legitima; quia debetur etiam libera, etiam si pater ex causa prohibitionem faciat. Ias. in *l. filius familias. §. Diui, colu.* 2. *ver. quinto not. ff. de leg.* 1 ideo poterit alienare non obstante tali prohibitione. † Declara extensionem, nisi prohibitio esset facta ad fauorem fi- 9 lii; quia esset prodigus, vel quid simile, ita declarat Ias. in *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. & in l. si mus. §.* 1. *C. eodem.* Castrens. *cons.* 303. *Visis, & diligenter, col.* 2. *in prin. lib.* 1 *ver. breuiter*, quod duplicatur *cons.* 77. *eodem lib.* 1. † Imo p us dicit Castr. *d. cons.* 77. *& cons.* 303. *ver.* 10 *breuiter, li.* 1. quod si pater sub pœna priuationis, phibet filios posse alienare aliquid intra 30. annos, si alienent, non priuantur legitima, sed alia parte, quę deuoluitur ad subſtitutum iure fideicõmissi; quia pœnam committunt in parte, quæ non est legitima. † Restringe, seu declara procedere in filio primi gradus; quia gra- 11 uamen legitimæ non admittitur; secus in nepotibus, & aliis descendentibus, qui non retinent primum locum tempore mortis aui. Ruin. *cons.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. cum aliis concor. per eum adductis. † Amplia, vt legitima non recipiat grauamen in proprietate, ne- 12 que in vsufructu. Bald. *cons.* 237. *Titius in testamento, in fi. ver. de legitima, lib.* 1. quod intellige pro quantitate legitimæ, quæ debet esse libera in fructibus, & in proprietate. Cuman. *cons.* 23. *nu.* 4. *ver. circa autem*, vbi dicit * communem, licet ipse teneat *n.* 5. quod possit * grauari filius, vt in fructibus relictorum vltra legitimã illam deducat, vel fructus restituat, & quod non recipiat grauamen in vsufructu. Bald. *cons.* 222. *Super primo, in princip. lib.* 4. Fulgos. *cons.* 86. *n.* 3. *ver. ad tertium.* Gabriel. *cons.* 124. *n.* 6. *li.* 1. Alex. *cons.* 29 *nu.* 2 *lib.* 4. Corn. *cons.* 148. *Circa primum. lib.* 4. *per tot.* Vide, *Legitima debetur ex proprietate, non in vsufructu. Concl.* 194. † Declara; vt per Corn. qui 13 videtur distinguere *cons.* 106. *Multum diffuse, lib.* 2. *circa si* † Et quod 14 legitima, seu eius supplementum debeatur cum fructibus perceptis à tempore mortis patris. Corn. *cons.* 265. *nu.* 12. *lib.* 3. † Restrin- 15 ge tamen, quia supplementum, licet fiat ipso iure, tamen procedit filio vel filia declarante, communem * dicit Corn. *cons.* 126. *n.* 9. *li.* * 2. † Amplia, vt procedat etiã in legitima per statutum aucta; quia 16 etiam in ea non potest imponi grauamen, sicut non potest de iure communi. Cald. *cons.* 12. *de consist. & cons.* 361. alias 32. *de test.* Bald. *cons.* 407. *In quæstione, nu.* 3. *vers. dicet aliquis, lib.* 1. vbi, quod idem iudicatur, & idem ius de augmento, quod de aucto. Ioa. de Im. *cons.* 18. *per tot.* Alexand. *cons* 68. *in princip. lib.* 4 *& cons.* 3. *Circa præmissam, num.* 3. *ver. sed inspecta, lib.* 7. † Amplia; quia sicuti filius non potest 17 grauari in legitima; ita nec hæres filii potest grauari. *l. quod fideicõmissum. ff. de legat* 1. Zucard. in *l. quoniam in prioribus, limit.* 1. *numer.* 15. *& sequen. C. de inoff. testam.* Cephal. *cons.* 188. *nu.* 27. Rub. *cons.* 34. *nu.* 7. Socin. *cons.* 116. *numer.* 21. *lib.* 1. Vide infra in fin. *in vlt. limit. numer.* 139. † Restringe, nisi per subſtitutionem pupillarem; quia intra 18 pupillarem potest grauari, post pubertatem secus, ita text. & ibi Duct. in *d. l. si fundum per fideicommissum, §. sicuti ff. de legat.* 1. vbi Bal. † Contrarium, quod imo possit prohiberi descendentibus, & hę- 19 redibus filiorum, & est communis, & magis communis * opinio * Cephal. *cons.* 188. *nu.* 25. & expresse dicit magis * communem *cons.* * 294. *num.* 58. *& seq.* & vide concord. infra *nu.* 104. *& seq.* vbi declaratur. † Declara tamen; quia debet filius declarare, quod velit le- 20 gitimam liberam, quatenus in ea grauetur. Calcan. *cons.* 56. *in fi.* sequitur Ceph. *cons.* 191. *numer.* 16. *& seq.* sed tamen contrarium idem Cephal. *d. cons.* 188 *nu.* 29. *& num.* 26. *& seq.* vbi declarat idem Cephal. procedere quoad hæredes filiorum; vel quando subſtitutio esset pupillaris, & filius moriatur impubes. † Declara; quia veni- 21 entes ab intestato possunt grauari, quatenus expresse grauentur ipsi, alias non potest filius grauari, qui in dubio censetur grauatus; quia licet sit post mortẽ, incipit in persona filii. Castr. *cons.* 342. *Mater ista, circa si. ver. tertio oppono, lib.* 1. † Amplia; quia sicuti filius nõ 22 potest grauari in legitima etiam propter causam piam; ita neque mater potest grauari à filio in legitima sibi debita fauore etiã piæ causæ. Bald. *cons.* 488. *Quia iste vir, lib.* 5. Vide Conclusionem proxi- 23 me sequentem *n.* 19. *& seq.* † Declara tamen; quia filius licet non possit grauare matrem in legitima, neq; præterire, quando ipsemet testatur; secus est, si pater testatur pro filio subſtituendo illi

pupil-

14 Pupillariter. Ang. *consil.* 13. *in prin.* † Amplia in tantum, vt nec possit legitima grauari, vel minui prætextu legatorum ad pias causas, etiam si sit legitima aucta per statutum. Cald. *cons.* 15. *de constit. &* *cons.* 361. *in fin. ver. & ex isto infertur.* alias 32. *de testamen.* quia detrahitur tanquam æs alienum ex legatis piis. Bald. *consil.* 85. *Quæritur verum, versicul. secundo quæritur. lib.* 1. *& consil.* 407. *& sequen. vers. dicet aliquis, lib.* 1. *& cons.* 88. *Factum tale est, in princip. lib.* 4. Io. de Anan. *consil.* 99. vbi Bologn. Cagnol. *in l. Papinianus. § quarta. ff. de inoff. testam.* *num.* 17. *& sequen.* Ruin. *consil.* 57. *colum.* 2. *lib.* 2. Dec. *cons.* 235. *Non parua, num.* 7. *ver. in quarto.* Bartol. *consil.* 34. *Factum tale, num* 4. *lib.* 1. Castrens. *consil.* 417. *Ista domina, in fin. lib.* 1. Vide, *Male ablatum restituendum omnino. Conclus.* 23. Vide, *Restituere male ablatum quilibet tenetur.*

15 *Conclus.* 303. † Extende, quia si pater instituat filium, & si decedat sine filiis, mandat omnia bona sua vendi, & distribui Ecclesiæ, vel fabricæ, & filius decedat sine filiis condito testamento, in quo legauit Ecclesiæ id, quod pater suus legauit, & instituit socrum hæredem, non censetur legitima comprehensa. Ioann. de Anan. *cons.* 99. vbi Bologn. in apostilla. Vide Conclusionem proxime

16 sequentem *numer.* 19. *& sequen.* † Declara; quia potius fauetur filio in legitima, quam piæ causæ; secus si non agatur de legitima; quia plus fauetur piæ causæ, quam filio, ita Bartol. in *l.* 1. *colum. antepen. ver. circa ordinem. C. de sacrof. Eccles.* Alexand. *cons.* 4. *n.* 10. *lib.* 7. & propterea dictum illud Beati Augustini, qui vult Ecclesiam instituere, & filium exhæredare, alium quærat, intelligi debet solum, quando tractatur de legitima. Iason in *l. t. tale. § fi. ff. de pact.* Dec. *cons.*

17 299. *in princip.* Vide, *Legitimæ quando censeatur renunciatum, & quando secus. Conclus.* 214. *num.* 86. Vide, *Pia causa non habet priuilegium multis casibus. Conclus.* 335. † Et quod legata, vel fideicommissa etiam ad

18 pias causas non minuant legitimam filiorum, sed bene è contra. Dec. *cons.* 238. *&* 299. *&* 320. † Extende, etiam si pia causa instituatur, legitima non potest tolli, vel minui. Castrens. *cons.* 29. *Circa primum quæsitum, in princip. ver. quantum ad tertium lib.* 1. Ioann. de An. *cons.* 99. vbi Bologn. in apostill. *authent. si qua mulier*, & ibi Iason in

19 4. *not. C. de sacrof. Eccles.* Franch. *in cap. si. de immunit. Eccles. in* 6. † Restringe in portione reseruata per statutū matri in bonis filii; quia legata patris primo deducuntur tanquam æs alienum. Bart. *cons.* 8. *Factum tale est, num.* 5. *ver. super tertio* & ideo hoc dicit Bartol. forte, quia non est legitima; & loquitur in statuto Tudertino; dico,

20 non est legitima filii, sed matris portio in bonis filii. † Amplia; quia neque potest induci grauamen in legitima in tempore, videlicet vt non debeatur, nisi certo tempore. Bald. *cons.* 231. *in fi. lib.* 5. Roman. *cons.* 64. *in princip.* vbi dies remouetur. Alexand. *consil.* 13. *Circa primum, nu.* 7. *ver. mihi videtur, lib.* 3. vbi, quod non recipit grauamen, neque dilationem, sequitur Anchar. Iun. *quæst.* 6. *n.* 4. *li.* 3.

21 † Extende, quia neq; potest pater grauare filium, vt habeat legitimam magis in vna re, quam in alia. Corn. *cons.* 168. *n.* 7. *in fi. lib.* 3.

22 † Amplia; quia testamentum est nullum, in quo filius, vel filia est solum institutus in re certa, vel quota, sub conditione non potestatiua. Bald. *consil.* 22. *lib.* 1. *circa med. ver. item testamentum primum.*

23 † Amplia; quia pater etiam substituendo filio aliter, quam pupillariter, etiam ad pias causas, non potest imponere grauamē super legitima filii. Bald. *cons.* 39. *Testator habens, n.* 4 *lib* 1. *ver. tamen est considerandum, & cons.* 170. *Pater instituit, lib.* 1. Bald. *cons.* 39. *Puncti quæstionis, in pr. lib.* 4. Bald. *cons.* 488. *Quia iste vir, lib.* 5. Corn. *cons* 93. *Licet posset. num.* 4. *li.* 4. & quod pia causa substituta in totum filio alias, quam pupillariter, non excludat eum à legitima. Dec. *cons.* 236. *col.* 3. *& cons.* 238. *col.* 2. *& cons.* 264. *col. pen. & cons.* 299. *col.* 1. Rol. à Valle *cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 1. Dec. *cons.* 688 Borgn. *de vsufruct. nu.* 95. *fol.* 466. Fabia. *in auth. nouissima, q.* 14. *nu.* 174. C. *de inoffic. testam.* imo statim, quod efficitur pubes, reiicitur onus appositum in substitutione

24 pupillari. Ceph. *d. cons.* 188. *n.* 26. *& seq.* † Et quod grauamen fideicommissi deducatur ex legitima, sicuti omne aliud grauamen. Rom. *cons.* 185. *in princ.* vbi apost. *in ver. non veniat*, citat infinitos, & Rom. *consil.* 239. *in pr.* Abb *cons.* 15. *Duo sunt, col. fi. li* 2. Alex. *consil* 3. *n.*

25 2. *lib.* 7. † Amplia; quia grauamen appositum legitimæ filiorum reiicitur, & pro non apposito habetur. Alexan. *consil.* 68. *colum.* 1. & clarius *consil.* 89. *nu.* 12. *& seq. lib.* 4. Dec. *consil.* 81. *in principio.* Paris. *con-*

* *sil.* 26. *col.* 3. *lib.* 3. plenissime Crassus qui dicit * communem in § *legitima. quæst.* 18. *in fi.* per *l. quando in prioribus. C. de inoff. testam.* Rom. *consil.* 64. *num.* 2. *& consil.* 185. *in pr.* vbi apostil. *in ver. non veniat.* & ma-

* gis * communem Clar. in § *testamentum, quæst.* 72. *in prin. ver. circa primum.* Paris. *consil.* 95. *numer.* 14. *& sequen. lib.* 3. Socin. Iun. *consil.* 50.

26 *nu.* 15. *lib.* 4. vbi; quod nullus dubitat de hoc, & alios allegat. † Amplia; quia sicuti grauamen omne reiicitur de legitima; ita etiam reiicitur conditio, quod filius, cui pater reliquit iure institutionis minus legitima, cum clausula, quod plus petere non possit; quia valebit testamentum, & non erit propterea præteritus; quia ista prohibitio reiicitur. Bald. *cons.* 480. *Testator instituit. li.* 1. *in prin.* Ang. *cons.* 120. *Domina Antonia. in pr.* Ang *cons.* 242. *in prin.* Fulg. *cons.* 83. *col. fin. ver. illud postremo*, & quod reiiciatur conditio. Ioa. de Im. *cons.* 114. *nu.* 3. *in fin.* † Et ideo non pōt pater prohibere detractionē 37
legitimæ, sed grauamen habetur pro nō apposito. Corn. *cons.* 168. *n.* 7. *li.* 3. Iul. Clar. *in* § *testamentum. q.* 72. *v. circa primum.* Vasq. *de succes. creat. li.* 1. § 10. *n.* 168. *ver. infertur* 48. *& n.* 196. Couarr. *in cap. Raynaldus.* § 2. *n.* 2. *de testam.* Fabian. *in auth. nouissima. n.* 164. C. *de inoff. testam.* † Extende; quia condicio mixta, videlicet potestatiua, & al- 38
terius, ex æquitate reiicitur, & petet supplemētum filius reiecta conditione. Sign. *cons.* 169. *n.* 2 plenissime Crass. *in* § *legitima. q.* 38. *n.* 15. *& seq.* vbi etiam in conditione potestatiua, & voluntaria onus reiicitur de legitima, etiam si dicatur, quod onerat, si filius voluerit, *n.* 13. vbi pro vtraq; parte dicit * communem. † Et non obstā- * 39
te prohibitione filius nedum detrahit legitimam, sed transmittit ius detrāhendi hæredi suo, etiam extraneo Paris. *cons.* 30. *n.* 8 *lib.* 3. † Extende; quia etiam si pater nihil reliquit iure institutionis fi- 40
lio, sed solum instituit eum hæredem vniuersalem sub conditione casuali; quia testamentum non est nullum, sed valet; quia quoad legitimam reiicitur omnis conditio, & grauamen. Bal. *cons* 80. *Punctus, super quo, in pr. li.* 4. *& cons.* 111. *Factum tale proponitur, in fi. li.* 4. vbi loquitur, quando erat conditio dilatiua temporalis; quia reiicitur, & hoc procedit, quando dilatio est certa; secus si incerta. Ang. *d. cons.* 120. *n.* 3. † Extende idem in legitima matri legata, si vi- 41
dua steterit; quia reiicitur conditio viduitatis. Ioann. de Im. *cons.* 114. *n.* 3. *in fi.* † Extende; quia sicut omnis conditio minuens legi- 42
timam reiicitur, quando est formalis, ita omne omissum ad integram legitimam habetur pro expresso, vt contrariorum eadē sit disciplina. Fulg. *cons.* 83. *col. fin. ver. illud postremo, vsq; in fin.* vbi latissime cōprobat omissum haberi pro expresso. † Restringe, nisi con- 43
ditio casualis respiceret substantiam legati, vel institutionis, ita, quod non posset separari; quia non reiicitur cōditio, sed vitiatur legatum, seu institutio; secus si conditio potest separari. Bald. *cons.* 414. *Dicit statutum. li.* 5. *in fi.* vbi dat exemplum, quod conditio non potest separari, quando legātur, puta vestes viduales. Doctorales, & quid simile; quia requiritur de substantia, quod sit vidua, vel Doctor, & talis conditio vitiat, nec reiicitur. † Declara; quia si 44
pater sub conditione non potestatiua iure institutionis aliquid reliquit filio, potest filius dicere testamentum nullum, tanquam præteritus. Bald. *cons.* 416. *Super eo, quod nuper, in princip. lib.* 3. vbi dicit * communē, est Franc. de Rampo. Io. de Ligna. Ant. de Pres- *
byt. & de Casalibus, Angel. *d. cons.* 120. *per tot.* Signorol. *cons.* 179. *numer.* 1. vbi, quod competit contra tabulas, vbi tamen ex æquitate videtur tenere, quod imo reiiciatur conditio, & petat supplementum, sed loquitur in mixta conditione. † Idem, quando con- 45
ditio non potestatiua esset adiecta exequutioni, sed confertur in tempus incertum; quia perinde est, ac si substantia esset adiecta. Angel. *dict. consil.* 120. *per tot.* Vide, *Dispositio omnis inspicitur, prout verba diriguntur. Conclus.* 497. † Declara; quia grauamen, & condi- 46
tio reiicitur de legitima, quando est formalis; secus si naturalis, vt quia ex natura rei necessario inest incertitudo, vt si instituatur filius in vsufructu; quia cum sit incertum, & possit contingere, quod nihil filius haberet, dicitur præteritus filius, & non valet testamentum, Bald. *consil.* 274. *Ad euidentiam sciendum, circa finem, versic. & si dicatur, lib.* 4. † Amplia; quia prohibitio alienationis facta 47
per patrem, non comprehendit legitimam, neque Trebellianicam filiis debitam. Paris. *consil.* 43. *numer.* 13. *lib.* 3. Bero. *consil.* 93. *numer.* 6, 7. *& 9. lib.* 3. Grammat. *decis.* 105. *numer.* 6. † Amplia; quia li- 48
cet pater possit prohibere filiis Trebellianicam secundum magis * communem; non tamen legitimam secundum * commu- *
nem. Ægid. Bellam. *cons.* 48. *num.* 2. *ver. ad secundum.* † Amplia; quia 49
sicut pater non potest grauare filium in legitima; ita nec potest grauare in dote; quia succedit loco legitimæ. Cuman. *consil.* 125. *Dominus Antonius, num.* 4. *ver. non obstat, quod filia.* Bald *consil.* 210. *Sciendum est, num.* 2. *ver. super alio, lib.* 4. Bald. *consil.* 231. *Viso dicto puncto, in fin. lib.* 5. Dyn. *consil.* 36. *in fin.* Castrens. *consil.* 276. *Puto sine dubio, num.* 3. *lib.* 2. Roman. plene *consil.* 64. *in princip.* Vide, *Dos profecta à patre non recipit grauamen. Concl.* 782. † Restringe, nisi pater adiiceret fa- 50
uore filii, puta quod haberet, quando nuberet, & interim legat alimenta. Anch. *cons.* 440. *n.* 8. *& seq.* † Declara totam hanc mate- 51
riam; quia si dos est loco legitimæ, pro rata legitimæ non recipit grauamen; si vero excedit legitimā, pro rata, pro qua excedit, recipit grauamen, & idem, si dos non est loco legitimæ, vt quia filia esset à statuto exclusa. Castr. *consil.* 276. *Puto sine dubio, numer.* 3. *lib.* 2. vbi declarat, vt ibi. † Restringe; quia in quantum dos ex- 52
cedit legitimam, potest pater grauare filiam substitutione fideicommissaria in excessu, non autem in dote pro

portio-

portione legitimæ. Bald. *conſ.* 301. *In primis eſt videndum, in pr. lib.* 4. *& conſ.* 145. *Punctus quæſtionis, in ſi. ver. ſuper ſeptimo, li.* 4. Dyn. *conſ.* 36.

53 *Hæc eſt quæſtio; per tot.* † Idem in legato facto pro dote cum onere, quod reuertatur ad patrem; quia non valet onus in portione legitimæ. Bald. *conſ.* 248. *Quidam dicunt, & conſ.* 249. *lib.* 4. † Declara, quia ſi actio ex ſtipulatu eſt ſolius filiæ, vel eſt communis patri, & filiæ, ita, quod per mortem patris conſolidatur in ſola filia, pater non poteſt ſubſtituere filiæ in dote, etiam ſi excedat legitimam; & ideo non valebit ſubſtitutio fideicommiſſaria eo caſu. Bald. *d. conſ.* 301 *in pr.* vbi allegat ſeptem fundamenta, *lib.* 4. † Amplia, etiã ſi onus ſit reciprocum inter inſtitutos filios, & ſubſtitutos aliter, quam ex pupillari, ſecundum * communem, vt per gl. Bart. Bald. & alios *in l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſtam.* vbi Iaſ. *n.* 1. & communem * * dicit Alexand. *conſ.* 43. *nu.* 7. *lib.* 2. & de * communi etiam Vaſq. *d. l. ſi pater. nu.* 3. licet ipſe ibi contrarium teneat. Roderic. Suarez. *in l. quoniam in prioribus, ampliat.* 6. *C. eod.* Gabriel. *tit. de leg. concluſ.* 1.

56 *num.* 6. † Amplia; quia omne grauamen, ſiue directum, ſiue obliquum, reiicitur de legitima. Angel *conſ.* 242. *in princ.* vbi, quod filius, vel filia, cui pater minus legitima reliquit, etiam cum onere, quod plus petere non poſſit, nedum poteſt petere ſupplementũ,

57 ſed etiam tranſmittit ius petendi ad filios ſuos. † Amplia; quia fideicommiſſum iniunctum filiis, & filiabus non includit legitimam, quæ non recipit grauamen. Alex. *conſ.* 65. *Circa præmiſſam conſultationũ, in pr. li.* 4. Fulg. *conſ.* 19. *& conſ.* 87. *Proponitur in ſecundo dubio.* Roman. *conſ.* 289. *In hac re, in pr.* Alexand. *conſ.* 31. *Ponderatis, in pr.*

58 *li.* 3. infr. *nu.* 73. † Amplia; quia in tantum eſt verum, quod legitima non recipit grauamen, vt hoc procedat, etiam ſi filius adierit ſine inuentario. *deciſ. Pedemon.* 148. *per totam.* Corne. *conſil.* 168.

☞ *li.* 3. *per tot.* vbi diſtinguit, quod non deducit ex legatis in quantitate. Vide, *Legitima non cenſetur renunciatum, niſi in ſpecie dicatur. Concluſ.* 214.

59 † Amplia, quia ſicut filius non poteſt grauari in legitima; ita nec poteſt pœna apponi, quando tendit ad grauamen legitimæ. Bald. *conſ.* 222. *Super primo, numer.* 3. *ver. ſuper ſecundo lib.* 4.

☞ Vide, *Pœna impoſita à priuato contra leges non valet. Concluſ.* 207.

60 † Amplia, vt procedat etiam in filiis emancipatis, & deſcendentibus ex emancipato. Signorol. *conſ.* 179. *in princip.* † Amplia; quia etiam ſtante ſtatuto, quod filia ſit contenta dote legata à patre, prout Tuderti; ſi tamen pater legat vltra legitimam cum onere fideicommiſſi, grauamen reiicitur vſque ad quantitatem legitimæ. Angel. *conſ.* 124. *Iolus D. Dalmatii, in ſi. ver. ad quartum.* & per to-

62 tum conſilium. † Amplia; quia ſtatutum, quod filia ſit contenta dote ſibi relicta à patre, cum ſit odioſum; habet locũ quoad quãtitatem, non quoad onus ſuper quantitate legata, niſi ſtatutum vlterius procedat. Alex. *conſ.* 209. *Ponderatis, n.* 20. *ver. tertio reſpondetur, li.* 6. †

63 Amplia nedum in patre, ſed in auia, & aliis aſcendentibus; quia tenentur relinquere filiis, & nepotibus ex ſe deſcendentibus legitimam. Bald. *conſ.* 300. *Tam legitima, in ſi. ver. nepotes ex*

64 *vno filio, lib.* 4. † Extende; quia ſi auus relinquat nepotibus certum quid, cum onere deducendi dotes, quas ipſe habuit vxorum nepotum, licet dicat ſufficere, nõ nocebit nepotibus; quia habebũt dotes, & poſtea integram legitimam. Fulgoſ. *conſ.* 60. *G. deceſſit.*

65 † Extende in tantum, quod quantumcunq; fideicommiſſum ſit ſtrictum, nunquam excludit, quin deducatur legitima filiorum. Bal. *conſ.* 347. *Super eo. quod. n.* 4. *ver. ſequitur videre, lib.* 3. *& conſ.* 50. *Viſo teſtamento. n.* 2. *lib.* 5. Alex. *conſ.* 67. *in pr. li.* 1. Bar. *conſ.* 34. *Factum tale,*

66 *in pr. lib.* 1. † Extende; quia deductio legitimæ competit nedum filio grauato ex fideicommiſſo patris, ſed etiam hæredi ipſius filii. Alex. *conſ.* 67. *Conſideratis iis, lib.* 1. Bart. *dict. conſil.* 34. *in princip. lib.* 1.

67 † Amplia, etiam ſi tota hæreditas ſit grauata, & filius ſit hæres vniuerſalis inſtitutus, & cohæredem habeat; quia quod ad legitimam, reiicitur omne grauamen, licet quoad reliqua extra legitimam habeat locum *l. ſcimus. § . cũ autẽ*, vbi Iaſ. *n.* 2. *de inoffic. teſtam. & nl. quoniam in prioribus, in* 2. *ampliat.* & ibi Suarez. *ampliat.* 6. *C. eo-*

68 *idem.* Aretin. *conſ.* 19. *nu.* 3. Roman. *conſ.* 185. *num.* 2. vbi apoſtilla. Dec. *conſ.* 81. *in pr. & conſ.* 419. *Viſo eleganti, in pr.* † Amplia in tantum legitimam deberi ſine onere in proprietate, & fructibus filio, vt etiã ſi fructus ſint cõſumpti, debeantur; quia iudicium vniuerſale inſtitui poteſt, & hæreditatis petitio, & familiæ herciſcun. in quib. veniunt fructus conſumpti, & non extantes. Bal. *conſ.* 371. *Factum*

69 *ſic proponitur. Quidam, in prin. li.* 3. Alex. *conſ.* 69. *n.* 3. *li.* 1. † Imo Alexa. *conſ.* 69. *Super primo, nu.* 3. *& 4. lib.* 1. tenet, quod debeantur fructus ſupplementi legitimæ, eo ipſo, quod bona tenuit hæres, etiam ſi ſunt conſumpti & filia acceptauit legatum factum cum onere, quod plus petere non poſſet; quia re ipſa eſt in mora hæres reti-

70 nendo bona. † Amplia in tantum legitimam non recipere grauamen, vt imo reſecet omnia legata à principio, quod non facit æs alienum; ideo aditione ſine inuentario non perditur. Ruin. *conſ.* 57. *n.* 6. *& 7. li.* 2. ſequitur Rol. à Val. *de inuent. fol.* 137. *num.* 25. *Pedemon. dec.* 148. *n.* 20. Bar. *conſ.* 34. *Factum tale, n.* 4. *ver. ad primum, lib.* 1. vbi, quod ſuppletur ex rebus, quæ remanſerunt, & ex rebus legatis. † Amplia in tantum legitimam, & ſupplementum deberi ſine 71
onere; vt factum filii non ſit neceſſarium; quia acquiritur ipſo iure, & ſi factum eſſet neceſſarium, eſſet grauamen; ideo non eſt neceſſarium, niſi vt conſequatur. Petr. Anchar. *conſ.* 191. *num.* 12. *&*

ſeq. † Amplia; quia grauari non poteſt filius in legitima ex dona- 72
tione cauſa mortis facta à patre, & matre, quia deducit integram ſuam legitimam. Bald. *conſ.* 288. *Hæ quæſtiones, in pr. nu.* 2. *ver. item certum eſt. li.* 3. † Extende, vt neque poſſit grauari fideicommiſſo. An- 73
gel. *conſil.* 307. *in fin.* Dec. *conſ.* 81. *in fine.* Mant. *de conject. vlt. volunt. li.* 7. *titul.* 8. *in princip. auth. res quæ. C. comm. de lega.* vbi, quod poteſt alienatio fieri de fideicommiſſo, vſque ad legitimam. Dec. plene *conſ.* 235. *Non parua, nu.* 7. *in* 4. *dubio.* Ruin. *conſ.* 57. *nu.* 26. *lib.* 2. & vide ſupr. *n.* 57. † Extende etiam ſi fideicommiſſum ſit ad piam cauſam. 74
Dec. *d. conſ.* 235. *nu.* 7. Capra *conſ.* 66. *Punctus.* Caſtrenſ. *conſ.* 153. *Subſtitutio prædicta.* † Extende, vt neq; donatio inter viuos facta à pa- 75
tre præiudicet filio in legitima. Bald. *dict. conſ.* 288. *n.* 2. *li.* 3. † Exten- 76
de; quia imo legitima reſecat legata, & fideicommiſſa, & ex eis non minuitur. *l. omnimodo, & l. ſequen & l. quæ in prioribus, C. de inoffi. teſtam.* Corn. *conſ.* 180. *Multitudo quæſitorum, lib.* 4. † Extende, etiam 77
ſi filius approbauerit teſtamentum patris. Dec. *d. conſ.* 235. *num.* 7. Anch. *conſ.* 151. *Plura dubia. col.* 4. † Reſtringe; quia bene poteſt pa- 78
ter relinquere legitimam filio in bonis mobilibus, & ſtabilia omnia donare; quia in hoc poteſt filius grauari. Bald. *conſ.* 167. *Quidam Franciſcus, nu.* 4. *ver. ſed ſtatim quæritur. lib.* 5. † Amplia; quia ma- 79
ter dicitur præterita. & poteſt dicere teſtamentum nullum, quãdo eſt inſtituta in ſolo vſufructu, nullo alio hærede dato vniuerſali; quia cum non poſſit dici inſtituta in re certa, ex quo vſusfructus eſt incertus, & poteſt cõtingere, quod nihil haberet, ex quo poſſet mori ante perceptionem alicuius vſusfructus; ideo teſtamentum non valet. Bald. *conſ.* 274. *poſt med. ver. finaliter dici debet, lib.*

4. † Contrarium dicit idem Bald. *conſ.* 273. *Factum ſic ſe habet, li.* 4. 80
vbi; quod licet non erit hæres mater inſtituta in vſufructu; tamẽ habebit vſumfructum, & hæredes erunt ſuccedentes ab inteſtato, ſed non examinat, an ſit præterita, vel non. † Amplia, vt quæ 81
dicta ſunt de filio legitimo & naturali, procedant etiam in filio legitimato; quia pater non poteſt minuere illius legitimam, neque onus apponere. Rol. à Val. *conſ.* 95. *n.* 14. *& ſeq. lib.* 3. † Amplia; quia 82
legitima non recipit grauamen, neq; onus in quantitate, nec in tempore, nec in loco, nec in modo, nec in conditione, quamuis etiam ſi eſſet voluntaria; quia etiam ſi filius acceptet teſtamentum, non ſibi præiudicat, communem, & magis communẽ * di- *
cit Burſ. *conſ.* 92. *n.* 10, vbi infinitos citat. † Amplia; quia nedum ex 83
legitima deducitur, & remouetur omne grauamen, conditio, onus, & dilatio. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* ſed etiam ex dote, quæ ſuccedit loco legitimæ. Rõ. *conſ.* 64. *n.* 2. vbi, quod trãsmittitur dos loco legitimæ, non obſtante quacunq; conditione; quia reiicitur omnis conditio. † Amplia; quia pater confitendo 84
in teſtamento bona ſua eſſe tanti valoris, non poteſt præiudicare filio in legitima, in tantum, quod neq; transfert onus probandi contrarium in filium, plene Caſtr. *conſ.* 177. *Viſo ſupradicto puncto, n.* 2. *& ſeq. per tot. li.* 1. vbi tollit omnia contraria, & dicit, quod circa legitimam non poteſt præiudicare, neq; filius, etiam ſi adeat ex teſtamento, obligatur quoad legitimam ſuam ex aſſertis per patrem. Vide, *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, & quando ſecus. Concl.* 53. † Amplia; quia pater inſtituens filiam in dote, quãdo 85
maritabitur, ſi eſt incapax matrimonii; quia impubes ſit, neceſſario inſtitutio hæc dicitur cõditionalis; quia adiicitur tempori futuro maritagii, quod eſſe, vel reſpicere non poteſt præſens, neq; præteritum; ſi vero eſſet in ætate legitima inſtitutio in dote indiſtincte facta, vel reſpicit modum, vel conditionem caſualem, vel mixtam. Ant. de Butr. *conſ.* 67. *in pr.* primo caſu dicit, quod filia dicitur præterita; ſecundo caſu non; quia reiicitur. † Declara hanc 86
materiam; quia ſi onus, vel modus, aut conditio poteſtatiue adiicitur legato dotis filiæ, quæ eſt pro legitima, vel legato ipſius legitimæ iure inſtitutionis, tunc reiiciuntur iſta, ac ſi non eſſent adiecta, per *d. l. quoniam in prioribus. & l. omnimodo. C. de inoff. teſtam.* Ant. de Butr. *conſ.* 67. *in pr.* † Si vero adiiciatur conditio caſualis de fu- 87
turo, ſecundum opinionem Bar. reiicitur etiam omnis conditio, ſecundum Raynerium de Foroliuio non reiicitur conditio caſualis; ſed filia dicitur præterita; quam opinionem Raynerii videtur amplecti Ant. de Butr. *d. conſ.* 67. *nu.* 3. & pariter Fulg. *conſ.* 21. *in pr.* † Declarat tamen idem Anton. de Butr. iſtas opiniones, vt opi- 88
nio Bart. ſit vera, quod etiam conditio caſualis reiiciatur de legato iure inſtitutionis, vel quoquo relicti titulo, quia ita

loquun-

loquuntur iura, quæ hoc disponunt, sed quando institutione est conditio; tunc quia testamentum est nullum, nō potest operari, quod conditio reiiciatur & valeat, quia in institutione nihil est
89 immutatum, vide eum *d. cons. 67. n. 3. vsq; in fi.* † Limita; quia pater substituendo filio impuberi substituit etiam quoad legitimam, & Trebellianicam; ideo si decedat in pupillari ætate, habebit substitutus etiam legitimam, & Trebellianicam filii impuberis. Bart. in *l. ex tribus. C. de inoffic. testamento.* Bal. *cons. 39. circa fin. n. 3. ver. sed dubium, lib. 4.* & Ang. de Perus. *cons. 13. Iacobus habens, in pr.* vbi qualiter cognoscatur, an substitutio sit pupillaris, vel fideicommissaria ad hunc effectum. Corn. *consil. 93. nu. 4. lib. 3.* Anch. *consil. 440. In quæstione, n. 8. in fin.* vbi, quod substitutio pupillaris non est onus, sed prouisio, & idem tenet Rom. *consil. 397. in fi.* Bald. *consil. 226. & consil seq. lib. 2.* Capr. *consil. 50. nu. 50. cum duob. seq.* vide Castr. *consil. 375. colum. 2. ver. respondeo ergo, li. 1. & cons. 229. in fi. ver. quia licet, lib. 2.* vide
90 inst. *nu. 97. & seq.* Vide Conclusionem prox. seq. *num. 56. & multis seqq.* † Extende; quia pater substituendo filio pupillariter expresse, priuat etiam matrem legitima in bonis pupilli. Castrens. *d. cons. 375. num. 3. col. 2. lib. 1.* Vide, *Substitutio pupillaris quando excludat matrem, vel non. Concl. 820.* † Contrarium, quod substitutus filio impuberi non habeat legitimam impuberis, quando pater substituit, vel grauauit substitutum; quia bene potest pater in legitima
92 filii grauare substitutum filio. Fabian. de Monte *in auth. nouissima, numer. 256. vers. vlterius quæritur. C. de inoffic. testam.* † Extende limitationem; quia substitutio pupillaris nedum continet legitimā, sed etiam substitutio fideicommissaria; eo casu quo pupillaris efficitur commissaria; quia fit in totum, & habet eandem naturam comprehensiuā; secus si à principio fuit fideicommissaria. Castr.
93 *consil. 342. circa fin. ver. sed instatur, lib. 1.* † Imo; quod in dubio censeatur grauare potius substitutum, quam filium, vide pro vtraq; parte Curt. Iun. *cons. 315.* vbi *nu. 14. & seq.* quod præsumitur filium
* grauare, sed tamen *nu. 17. & seq. per tot.* dicit * communem esse in contrarium, nisi grauet filium in specie, vel constet clare, & tollit
94 omnia contraria. Vide, *Trebellianica potest prohiberi in filiis primi gradu, & quando secus. Concl. 386.* † Extende limitationem, etiam si mater sit in medio, & substitutio sit, quod bona omnia distribu-
95 antur pauperibus. Abb. *cons. 59. in princip. lib. 1.* † Declarat Dec. in *consil. insert. o inter consilia Curt. Iun. 316.* quod si res est dubia, procedit contrarium; secus si onus, vel expresse, vel tacite filio imposi-
96 tum est, & quando hoc sit verum, ibi declaratur. † Videas omnino Iul. Clar. in §. *testamentum, quæstio. 72.* vbi ponit tres casus; & primus est, quando filius grauatur non valet, secundus, quando hæres filii pupillariter datur, & valet: tertius, quando imperso-
* liter fit grauamen, & dicit magis * communem pro vtraque parte; tamen tenet veriorem, quod in dubio ab hærede, & substitu-
97 to, vt valeat, & faueatur vltimæ voluntati. † Limita, quando grauamen respicit fauorem non autem onus filii. Anchar. *cons. 440.*
98 *n. 8. & seq.* † Extende; quia si pater reliquit hæredem filium cum hoc, quod vsq; ad annos 20. nihil habeat, nisi sola alimenta, istud grauamen dicitur valere; quia respicit fauorem filii, non onus. Alex. *cons. 140. Super testamento, in pr. ver. & licet testator, lib. 1.* Vide a-
99 lios casus supr. *n. 10.* & infra proxime. † Limita, quando grauamē est ad tempus, puta vsq; ad 30. annos, vt non possit filius alienare; quia valet tunc præceptum testatoris, & pœnam incurrit filius contrauenies. Castrens. *consil. 77. colum. 1. & 2. lib. 1.* Menoch. *consil. 57. Est egregia, in primo dubio.* Declara tamen; quia talis prohibitio alienationis ad tempus facta minori non comprehendit a-
lienationem, quam facit committendo delictum; quia poterit
100 confiscari legitima. Nat. *cons. 528. Vltimo suo, per tot.* † Limita, quādo prohibitio legitimæ, & Trebellianicæ debitæ filio prohiberetur sub pœna peti posse ab hærede filii, vel ab ipso filio honorato per alium testatorem, dummodo non molestet vxorem testatoris; quia tunc non potest molestare, alias incideret in pœnam, ita
101 Socin. Iun. *cons. 113. per tot.* maxime *nu. 48. & seq lib. 1.* & in eod. casu Ruin. *cons. 77. li. 2.* † Contrarium Dec. *cons. 581. in secundo dubio, Viso puncto, n. 9. & seq. ver. venio ad secundum.* vbi, quod iuridica molestia
102 non censetur prohibita, & sic retentio legitimæ, vel petitio legitimæ. † Limita; quia licet pater non possit apponere grauamen in legitima, neque illam prohibere, prout nec Trebellianicam in filiis primi gradus; tamen si pater prohibuit simpliciter omnem, & quamcunq; alienationem filio instituto etiam respectu legitimæ, & Trebellianicæ, alias ex nunc pro tunc eundem solum instituit in sola legitima, & alium hæredem fecit; si contingat filiū alienare pro legitima, etiam intra mensuram legitimæ; quia contrauenit voluntati testatoris, non perdit legitimam, sed bene Trebellianicam, & residuum hæreditatis; quia remanet in sola legitima institutus, plene Cephal. *cons. 153. n. 87. & seq.* & ita loquitur Castr. *cons. 77. & cons. 303. lib. 1.* de quibus supr. *nu. 10.* Contrarium vide in *ver. Pœna imposita à priuato contra leges non debetur. Concl. 207.* † Limita in substitutione exēplari facta furioso; quia substitutus 103
succedit in totum. *l. humanitatis. C. de impub. l. ex facto ff. de vulg.* vbi Bart. & alii. † Limita; quia licet legitima non possit prohiberi fi- 104
liis, bene potest prohiberi aliis descendentibus ab eis, Bar. in *l. Centurio, col. 7. vers. quidquid si testator dixit, n. 24.* & ibi Alexand. *ff. de vulg & pupill.* & ita Modern. *in repet. auth. nouissima. C. de inoff. testam. in 13. quæst. princ.* Castrens. *cons. 342. Mater ista ver. tertio oppono, li. 1.* & Vide Cephal. *cons. 188. n. 25. & cons. 294. n. 58. & seq.* vbi de magis * * communi, & supr. *num. 17. & seq.* vbi declaratur, & infra proxime. † Limita; quia licet pater non possit grauare filium in legitima il- 105
li substituendo per fideicommissum, bene potest grauare hæredē filii legando per fideicommissum ab ipso hærede filii etiam l. gitimam, ita videtur velle Bald. *cons. 39. n. 4. ver. sed hic est dubitandum. lib. 1.* & Bald. *cons. 39. circa fin. lib. 4.* Castr. *consil. 239. Pro declaratione, colum. fi. ver. quia licet, lib. 2.* vbi dicit communem, * & *cons. 340. col.* * *2. lib. 2.* Alexand. plene *cons. 12. Attentis verbis, in fi. nu. 31. & seq. ver. fortius dico. lib. 3.* vbi dicit communem *. Imo si filius expresse non est * grauatus, sed in genere, transit grauamen ad hæredes etiā quoad legitimam. Cephal. *cons. 194. n. 58.* vbi de communi, * & magis cō- *
muni. † Extende, vt procedat etiam in substituto vniuersali pu- 106
pilli, à quo potest pater legitimam legare per fideicommissum. Bald. *cons. 170. ver. in contrarium. lib. 1.* & est speciale, quod substitutus pupilli, qui habuit legitimam pupilli ex substitutione, possit in ea grauari, vt consuluit Dyn. quem refert Cyn. *in l. ex tribus. C. de inoff. testam.* Socin. *cons. 116. num. 21. lib. 1.* vbi allegat rationem specialitatis; quia in substitutione cessat ratio filiationis. Iason *in l. si Titio. §. sicut. ff. de leg. 1.* † Declara limitationē, vt possit grauare hæ- 107
redem filii, siue sit hæres de iure cōmuni, siue de iure municipali, dummodo sub nomine appellatiuo hæredis ipsum grauet ad restituendum per fideicommissum. Bald. *dict. consil. 39. in fin. ver. & cū quæritur. lib. 1.* † Declara plene per Iul. Clar. in §. *testamentum. quæst.* 108
72. in fin. vt procedat in patre substituente filio impuberi, si filius decedat in pubertate, & onus sit ab hærede substituto, alias non. † Contrarium, quod imo pater sicut non potest grauare filium in 109
legitima; ita nec etiam hæredem filii possit grauare. Signor. Homod. *cons. 35. Casus talis est. numer. 5. & sequ.* & hanc sequitur Apostilla ad Alexand. *dict. cons. 12. numer. 32. in verfic. in dubio. lib. 3.* allegat aliquos. † Declara; quia si pater grauauit filium, qui non præpara- 110
uit querelam, grauamen transit etiam ad hæredem filii, quando non habet descendentem hæredem. Signorol. *d. cons. 35. numer. 8. verfic. saluo quod vnum.* † Extende, etiam si pia causa per fidei- 111
commissum substituatur. Corne. *cons. 93. numer. 4. & sequen. lib. 3.* † Intellige, si pia causa substituatur directe; secus si per fideicom- 112
missum; vide pro vtraque parte Castrens. *cons. 67. in fin. lib. 2.* vbi, quod substitutio facta vltimo morienti ad piam causam non cōprehendit legitimam; quia grauatur filius, non autem venientes ab intestato, vbi, quod in dubio grauatus censetur filius, non hæres filii ab intestato. † Limita; quia licet legitima nō recipiat gra- 113
uamen, id non procedit in dote, quando pater imponit grauamē ex cōtractu, puta faciendo pactum, quod vir lucretur dotem; vel remaneat filiis ex filia; quia tunc valet. Bald. *cons. 273. Factum dicitur esse tale, Domina Catharina, n. 2. in fin. ver. tamen simpliciter apparet. lib. 1.* Bald. *consil. 314. Ioan. & Iac. in fi lib. 4.* † Limita; quia valet gra- 114
uamen filio facto in legitima, quando filius illud acceptauit, & & non querelauit viuens; quia transit ad hæredem non suum tale grauamen, non proposita querela. Signorol. *d. cons. 35. numer. 8. ver. saluo, quod vnum.* Ancha. *cons. 440. num. 8.* vbi, quod est necesse, quod filius viuens allegauerit. Contrarium, quod imo etiā si acceptauit cum iuramento, reiiciatur grauamen. Crass. *in §. legitima, q. 38. n. 21.* † Limita, quia legitima non recipit grauamen in vltima 115
voluntate absolute, in contractu secus, qn agitur de prima acquisitione; quia pater potest acquirere cum grauamine non alienandi. Alex. *cons. 103. Visis. n. 15. lib. 2.* † Restringe limitationem, qñ pa- 116
ter in fraudem legitimæ vellet vendere omnia bona libera, vt emat feudalia; quia censeretur in fraudem, & non potest. Fulgos. *cons. 228. per totum.* † Limita; quia etiam filius institutus in re cer- 117
ta, in sola legitima potest per patrem grauari substitutione pupillari expressa, & verbis directis; secus si fiat verbis obliquis, vel cōmunibus, etiam si dicatur, quod substituat, si decedat in pupillari. Bald. *d. cons. 170. ver. in contrarium, vsq; in fi. li. 1.* † Restringe imo, si 118
pater filio impuberi quandocunq; in pupillari, vel postea sine filiis decedenti substituat hoc modo; quia legat vxori, & aliis partem sic decedenti, quod ad legitimam non valet; quia substitutio non est directa. Fulgos. *cons. 63. Blasius quondam, in fin. verficul. ad tertium.* † Declara, quia si pubes fiat, & moriatur, sub- 119

stitu-

stitutio quoad legitimam, in totum euanescit. Bald. *cons.* 281. *Viso testamento condito, in fin. ver. & præmitto, li.* 1. Ceph. *cons.* 118. *nu.* 26. &
120 *seq.* † Limita; quia pater donando bona stabilia potest reseruare legitimam in mobilibus filio, qui non potest reuocare hoc casu donationem. Bald. *cons.* 167 *n.* 4. *li.* 5. incipit, *Quidam Franciscus*, late Soc. *cons.* 75. *n.* 11. & 12. vbi, quod potest legare etiã in pecunia; *lib.* 1.
121 † Limita; quando pater acquirit à principio bona, quæ non possunt alienari, put feuda, loca montium, & similia; quia filius debet habere legitimam secundum onus, inspecto tempore mortis, Alexand. *cons.* 103. *n.* 15. *lib.* 2. licet si pater venderet omnia libera, vt emeret talia, fieret reuocatio pro legitima. Fulgos. *cons.* 228 *per tot.*
122 † Limita, vt pater possit grauare filium in legitima hoc modo, quia si vltra legitimam eum instituat, & inducat fideicommissum cum onere, quod teneatur imputare fructus in legitima, quã prohibuit posse deduci, expresse prohibuit etiam Trebellianicam; tunc si filius tãtum percepit ex portione relicta vltra legitimam, quæ sufficiat pro legitima, tenetur restituere etiam legitimã, vel fructus perceptos. ita Cuma. *cons.* 25. *Franc. instituit, n.* 4. *ver. circa legitimam*, vbi dicit in fi. esse nouum dictum; & ideo non ponit pro constanti, & *n.* 5. declarat vulgare, quod legitima non recipit grauamen, procedere, quãdo pater reliquit solam legitimam; sed tamen *cons.* 52. *Ad primum quæsitum, per tot.* ponit hoc pro absoluto verum, quando pater expresse prohibuit legitimam, & reliquit alia bona vltra legitimam, ex quorum fructibus cõsequutus est legitimam, vel saltem tenetur fructus restituere. Fulg. *cons.* 19. *nu.* 2. sequitur Curt. Iun. *cons.* 120. *Præsupp. in fi.* vbi dicit verior em, * & tuetur ab Alex. qui impugnat. Io. Dilec. *de arte test. in. tit.* 5. *cautel.* 31. *n.* 6. Marzar. *in epitom. fideic. q.* 50. Gabr. *de leg. conclus.* 1. *nu.* 59. plenissime
123 Ceph. *cons.* 153. *nu.* 92. & *seq.* † Contrarium tenent Socin. *cons.* 82. *n.* 31. *li.* 4. Ripa *in l. in fideicommissaria. nu.* 41. *ff. ad Trebell.* Gabr. *de legit. concl.* 1. *limit.* 11. *num.* 38. 41. & 43. Magon. *in decis. Lucen.* 85. *n.* 19. quia legitima debetur in corporibus hæreditariis, plenissime Cranet. *cons.* 580 *per tot.* vbi reprobat Cuman. & Curt. Iu. & alios; quia dicit onus reiici, & in culpa est pater disponendo contra leges; vnde
124 filius reiecto onere consequitur omnia. † Declara; quia non imputat in legitimam fructus, sed bene restituit ipsos fructus extra
☞ legitimam. Vide, *Trebellianicam computat hæres. Concl.* 382 † Declara;
125 quia non imputat filius fructus legitimæ, vel Trebellianicæ, sed fructus residui, aut restituit, ita declarat Ceph. *d. cons.* 153. *nu.* 92. &
126 *seq.* † Declarat Crau. *cons.* 974. *n.* 10. & *sequen.* vt prohibitio valeat, si plus legatur, quando extarent descendentes, alias secus ex mẽ-
127 te, quæ præualet verbis, & quia lex prohibet onus. † Extẽde; quia pater potest in eo, quod excedit legitimam, grauare filium; ideo si pater dedit filiæ legitimam in bonis mobilibus, & in residuo dotis illum grauauit fideicommisso, valet fideicommissum, non attento, quod filia consumpserit bona mobilia. Fulg. *cons.* 19. incip.
128 *Tertio principaliter.* Io. de Anan. *cons.* 42. *n.* 4. vbi declarat. † Extende maxime in filio legitimato ad successionem in ea parte, quæ re-
129 linquitur. Cur. Iun. *d cons.* 120. *in fi.* † Limita, quando statutum excludit fœminas ſtãtibus masculis; quia licet mandet fœminas dotari; tamen dos non succedit loco legitimæ hoc casu; ideo potest grauari à patre dotante, siue inter viuos, siue in vltima voluntate.
* Cuman. *cons.* 125. *per tot.* maxime *circa fin.* vbi dicit * communem.
130 Castr. *cons.* 169. *Ad primum, n.* 2. *ver. ex quibus omnibus. li.* 1. † Extende; quia non potest isto casu querelare testamentum, licet non sit in
☞ aliquo instituta. Fulg. *cons.* 16. *Casus talis est. per tot.* maxime *in fi.* Vide, *Statutũ loquens ab intestato non habet locum ex testamento, & quan-*
131 *do secus. Concl.* 538. † Declara tamen; quia ista dos, licet non succedat loco legitimæ, succedit loco portionis ab intestato; ideo continet legitimam, & sic pro parte tangente legitimam non valet
132 grauamen, secus pro residuo. Cuman. *d. cons.* 125. *in fin.* † Limita; quia non potest eligi in re alienari prohibita, quando extant alia
133 bona. Socin. *cons.* 75. *lib.* 1. Castrens. *cons.* 247. *li.* 1. † Declara, si omnia bona essent prohibita, & diuersis personis restituenda; quia ab omnibus detrahitur, non ab vna in præiudicium aliorum. Alex. *l. Marcellus. §. res quæ. n.* 10. *ff. ad Trebell.* vbi, quod est arbitrarium iu-
134 dici. Soc. *d. l. Marcellus. § idem Pomponius. in* 3. *quæst.* † Limita; quia in hoc recipit grauamen; nam pater legando filio iure institutionis non potest filius omittere legatum, & velle legitimam in bonis.
135 Bald. *cons.* 19 *Punctus quæstionis, lib.* 4. † Extende, quia si filius instituitur hæres, non potest omittere hæreditatem, & velle legitimam; quia totum acceptare tenetur, vel totum repudiare, vt est
* communis * opinio. Fabian. de Monte in *authen. nouiss. quæst.* 11. *n.* 150. *C. de inoff. testam.* Bero. *quæst.* 88. *numer.* 10. Phanuc. *de inuent. parte* 5. *numer.* 21. Couarruuias *in ca. Raymutius. §.* 11. *nu.* 11. *de testam.*
136 Alexand *cons. vlt. num.* 8. & 9. *lib.* 5. † Limita; quia vbicunque in aliis bonis est consaltum filio, non potest pro legitima impedire legatum. Ruin. *cons.* 57. *numer.* 23. & 24. *lib.* 2. Bald. *in rubr. ff. de rerum diuisio. colum.* 1. *vers. sed pone.* Dec. *cons.* 81. *In casu proposito. col. fin.* Alex. *in l. in quartam. colum.* 9. *ff. ad l. Falcid. & cons.* 12. *Perspectis, in prin. lib.* 5. Ias. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. circa fin.* Dec. *cons.* 633. *colum.* 1. Ialon *in l. scimus. colum.* 2. *C. de inoff. testamen. & in l. filium quem habentem, colum.* 7. *ver. limita tamen. C. famil. hercisc.* Vide, *Legitima ex quib.* ☜ *debeatur. Conclus.* 195. *num.* 25. & *sequen.* † Declara, nisi pater meliora 137
legaret; quia in fraudem non posset. Alexand. *d. l. in quartam. num.* 16. *ff. ad l. Falcid.* apostill. ad Alexand. *d. cons.* 12. *in ver. Cæterũ, lib.* 5. vbi
citat concor. Crau. *cons.* 19. *n.* 14. † Vide plenius per Ant. Gabriel. 138
lib. 6. *tit. de legitima. Conclus.* 6. *Legitimam non potest filius eligere in rebus alteri legatis.* † Limita, quando pater simpliciter substituit; quia 139
tunc censetur grauare hæredem filii; ideo etiam in legitima cadit substitutio. Cephal. *cons.* 294. *nu.* 58. vbi dicit communem, & magis * communem, & *cons.* 188. *n.* 25. & sup. *n.* 17. & *seq.* vbi de veritate videas. Vide Conclusionem proxim. seq. † Limita; quando tẽ- * ☜
pore prohibitionis legitimæ, & Trebellianicæ filius fuit præsens 140
testamento, & consensit; quia tunc plus operatur consensus filii ante ius quæsitum, quam postius quęsitum mortuo patre, ita per
plura Cephal. *cons.* 153. *n.* 73. & *multis seq.* vbi plura allegat. † Con- 141
trarium tenet Crass. in *§. legitima. q.* 38. *n.* 21. vbi dicit * communẽ, *
licet alleget pro vtraq; parte. † Limitat Rimin. Iun. *cons.* 131. *nu.* 61. 142
& *seq.* & *cons.* 193. *n.* 15. quãdo filius fuit prohibitus delinquere, & alienare, si deliquit, vel alienauit minor existens; quia valet prohibitio, cum sit fauorabilis, Ruin. *cons.* 129. *n.* 6. *li.* 2. Pancirol. *cons.* 181.
nu. 6. † Declara; quia licet valeat prohibitio temporalis, quando 143
fauorabilis, non vt priuetur, sed vt minor restituatur, si alienauit, non propterea perdit legitimam, supr. *n.* 10. tamen si delinquendo alienat, non restituitur. Nat. plene *cons.* 528. *Vltimo suo, per tot.*
Vide Ant. Gabr. *li.* 6. *tit. de legitima. Concl.* 1. *Legitima nullum grauamẽ* ☜
recipit, vbi plenissime ampliat, & limitat.

Legitima non potest minui per fraudem parentum, & quando secus. Concl. 188.

PATER † si fingat alienare, & faciat contractus simulatos, vt 1
fraudet filium in legitima, nõ potest filio præiudicare, qui reuocabit omnia per simulationem alienata, ac si alienatio facta nõ esset, si constat de simulatione. Bald. *cons.* 65. *Contractus quandoq; in fin. versic. aut contractus est simulatus. lib.* 1. *& in l.* 1. *numer.* 14. *ver. vlterius quæritur. C. de inoff. donat.* Alex. *cons.* 57. *Visa breui. li.* 5. † Et quod non 2
possit fraudari filius per patrem in legitima, Vide, *Legitima debetur* ☜
ex substantia, non in vsufructu, & quando secus. Concl. 194. *numer.* 18.
† Extende, vt etiam sufficiant coniecturæ arguentes contractum 3
esse simulatum, vt reuocet alienata in sui præiudicium filius per simulatum contractum. Bald. *d. cons.* 65. *in fin. ver. aut dubitatur, lib.* 1.
Alexand. *cons.* 57. *li.* 5. vbi adducit coniecturas, quando pater vendidit, & remansit in possessione per quinquennium, & confessio
erat maioris partis bonorum suorum. Vide, *Simulatio quibus con-* ☜
iecturis probetur. Conclus 262. *cum duabus Conclus. sibi proximè seq.* † Re- 4
stringe, nisi filius esset in sola legitima institutus; quia tunc reuocabit solum vsq; ad legitimam. Bald. *d. cons.* 65. *in fin. ver. aut contractus li.* 1. vbi est casus. † Amplia, vt procedat etiam, quando contrac- 5
tus esset verus factus per patrem titulo lucrativo, vt est donatio; quia filius rescindit donationem tanquam inofficiosam vsque ad legitimam. *authent. vnde si parens. C. de inoff. testam.* Bald. *d. consil.* 65.
in princip. & in d. l. 1. *C. de inoff. donation. num.* 13. & *seq.* † Et quod non 6
diminuatur legitima filiorum per donationem factam per patrẽ inter viuos, neque per legata. Rota Florent. in motiuis 26. Ianuarii 1572. In causa, & causis. † Declara, vt procedat, quod filius re- 7
uocat donationem factam per patrem tanquam inofficiosam vsque ad legitimam, quando fraus est commissa pro liberis contra liberos; si vero est commissa pro extraneis, & non liberis contra liberos, reuocatur in totum donatio secundum aliquos, vt p Bal. *d. cons.* 65. *ver. scilicet quando fraus, li.* 1. vbi dicit, quod secundũ * omnes quoad legitimam vtroq; casu non est dubiũ, & *cons.* 167. *Quidam Franciscus, nu.* 2. *ver. si vero quæratur, lib.* 5. Vide, *Donatio inofficiosa* ☜
quando, & qualiter valeat, vel non. Concl. 685. † Extẽde; ga si auia dota- 8
uit sororem, vel neptem ex fratre, & habeat descendentes, licet non reuocetur dotatio, quando subest tantum, quod sufficit pro legitima; si tamen instituit alium saltem ad augendam legitimã, fit computatio comprehensa dote data extra filios. Castrens. *in d. authen. vnde si parens. C. de inoff. testam. col.* 2. vbi dicit se ita consuluisse, & est *cons.* 356. *Dubitatio, li.* 2. ratio est; quia non præsumitur voluisse fraudare. † Amplia; etiam si esset factum augmentum dotis 9
vxori ipsius patris; quia quatenus præiudicat, & est in fraudem
filiorum,

filiorum, ne consequantur integram legitimam, non valet. Dyn.
10 *consi.12. Factum tale est, n.4. ver. item si pater vult facere.* † Amplia; quia si pater in vita alienat in fraudem filiorum, & legitimæ eorum, talis alienatio potest per filios retractari. Bart. *in l. hæreditarium. ff. de bon. auth. iudi. possid.* Alex. *consi.47. lib.1. nu.16.* & duplicatur *consi.102.*
11 *lib.2.* & plene *consi.45. in fi. lib.1.* & Deci. *consi.230. col. fin.* incip. *Viso casu.* Cæpol. *cons.22. Pater volens.* † Amplia; quia non potest pater, neque mater minuere legitimam filio. *l. quoniam. C. de inoff. testam.* Bald. *consi.99. col.2. lib.2. & consi.349. lib.3.* Alex. *cons.69. in prin. lib.1.*
12 † Extende; quia nec directe, nec per indirectum. Ioan. de An. *cons.*
13 *99. col. fi. in prin.* † Extende; quia neq; per pactum inter viuos. Rui.
14 *cons.62. in prin. lib.3.* † Amplia; quia si pater facit refutationem sine causa non debet ex ea fraudari filius in legitima, quia dicitur do-
15 natio. Bald. *cons.184. Refutatio facta, lib.4.* † Amplia; quia legitima filiorum non venit in generali dispositione testatoris, ideo si pa-
16 ter mandat vendi omnia bona sua, non venit legitima, de qua non
17 potest disponere in præiudicium filij. Io. de Anan. *d. cons.99.* † Declara, vt notabiliter per Alex. *cons.57. lib.5.* † Amplia; quia si pater vendit omnia bona libera, & emat bona feudalia, in quib. fœminæ non succedant, possunt reuocare vsq; ad legitimam exemplo
18 inofficiosæ donationis, vel fratres masculi tenebuntur communicare, & prouidere de alimentis, & dotibus. Fulg. *cons.228. per tot.*
19 vbi, quod saltem vsq; ad legitimam tenentur masculi. † Contrarium Alex. *cons.103. Visis scriptis, n.14. & 15. v. ad tertium, lib.2.* † Amplia; quia neq; minui legitima filiorum per parentes prætextu legatorum pro anima, & ad pias causas. Alex. *cons.45. Habita super iis, in fi. ver. quoad quartum, lib.1. & cons.18. Non minuitur legitima, lib.4. c. quecunque, q. vlt.* per gl. *in l. si quis ad declinandam. C. de Episco. & Cleric.*
Ratio est; quia solum æs alienum minuit legitimam. *l. Papinianus. §.4. ff. de inoff. testa.* Aret. *cons.67. Quantum ad primum, n.10.* vbi reddit rationem; quia habet filius legitimam è lege, non à testatore,
Vide Concl. prox. præced. *nu.22. & multis seqq.* † Extende, vt nec
20 pro fideicommisso vniuersali relicto Ecclesiæ, vel piæ causæ possit minui legitima, *c. quæcunq; 15. q. vlt.* glos. *in d. l. si quis ad declinandam. in ver. simil. modo. C. de Episcop. & Cleric.* Alex. *cons.18. Non minuitur, lib.4. & cons.45. Habita, lib.1.* & propterea etiam per hæredes
21 grauati potest detrahi contra Ecclesiam. † Extende; quia neq; potest minui legitima, prætextu legatorũ pro male ablatis, nisi constet de male ablatis vere. Alex. *d. cons.45. in fi. nu.11. quoad quartum, lib.1. & d. consi.18. lib.4.* vbi clare hoc demonstrat, nisi probetur ab-
latum male. Vide. *Legatum factum pro male ablatis non est proprie lega-*
22 *tum. Concl.144.* † Extende, vt quod dicitur de filio, qui prætextu legatorum, vel fideicommissorum non potest grauari in legitima; idem sit in hærede filij, & extraneo, in quem transmittitur, tam legitima, quam supplementum. Salyc. *in l. scimus, in pr. v. quæro,*
23 *cum gl. C. de inoff. testam.* † Extende, vt neq; per legata, vel obligationes pro seruitijs pstitis, nisi vere constet de præstatione seruitiorum præstitorum. Alex. *d. cons.45. n.11. lib.1. & cons.18. lib.4.* nisi pro-
24 betur vere præstitum seruitium & debitum. † Extende, neq; prætextu confessionis, quod est debitor; quia potest minui legitima.
25 Alex. *d. cons.45. in fi. lib.1. & cons.18. in fi. lib.4.* † Extende multo magis in legatis quibuscunque, quia illa nunquam minuunt legitimam, sed æs alienum. Alex. *cons.47. nu.16. ver. secundo respondeo, lib.*
26 *1. & consi.31. Ponderatis, nu.8. ver. præterea, lib.3.* † Extende; quia neq; minui potest prætextu legatorum alimentorum etiam piorum. Io. de Anan. *consi.42. nu.4.* Bald. *consi.85. lib.1.* Ruin. *consi.140. in fin. lib.5.* quia magis fauetur filio in legitima, quam piæ causæ. Deci.
27 *consi.480. in fin.* † Declara; quia bene libertates legatæ, & æs alienum diminuunt legitimam. Angel. Aretin. *consil.67. Quantum ad*
28 *primum, nu.9. &* 10. vbi reddit rationem. † Amplia, quia pater legando integrum vsumfructum vxori, etiam si instituat filium hæredem proprietarium; tamen potest petere diminutionem vsusfructus pro rata legitimæ. Socin. Iun. *consi.109. Pauce vtar, in princ.*
* *lib.1.* vbi dicit * communem, & *nu.7.* dicit procedere, vt transeant etiam mortuo filio ad illius hæredes sine onere, & quod non habet aliquam difficultatem. Plotus *consi.17. nu.79. & seq.* Boer. *dec.*
194. *Sed ex hac orta, n.2. & 3. ver. tamen verum est.* Dec. *consi.418. in pr.* aliquid per Bart. *consi.56. Bart. fecit testamentum, num.3. lib.3.* Alexan.
consi.29. in princ. nu.2. lib.4. gl. & Doct. *in l. vxori meæ. ff. de vsufruct. leg.* plene Anch. Regien. *q.1. n.15. lib.2.* Rom. plene *consi.312. Circa pro-*
* 29 *posita, col.2. v. quoad tertium,* vbi dicit * communem. † Extende; quia potest filius tanquam hæres mitti in possessionem liberam ciuilem, & naturalem in præiudicium vsufructuarij, & etiam quoad
30 residuum hæreditatis debet mitti in possessionem ciuilem sine præiudicio vsusfructus, plene Bero. *consi.60. num.8. lib.2.* † Extende, vt procedat nedum respectu proprietatis, sed etiam si relinquatur maior vsus fructus filio, qui sufficiat pro legitima; quia po-
terit velle tantam proprietatem pro legitima sua. Cuman. *consi.25.*
num.4. † Restringe; quia si pater relinquat proprietatem filio, & 31
partem, veluti medietatem vsusfructus, alteri aliam medietatem, non potest filius extrahere legitimam liberam, & velle medietatem vsusfructus ex residuo. text. videtur *in auth. de triente, & semisse. §. prohibemus*, & quia tenetur filius imputare in legitimam, quicquid habuit. *l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoff. test.* Alex. *cons.214. in fin. lib.6.* vbi hoc videtur velle, & est ratio *in d. §. prohibemus*, quia fame perirent filij sine vsufructu legitimæ. † Amplia; quia ex qua- 32
cunque assertione sua in testamento non potest pater præiudicare filio in legitima, etiam si legando dicat bona sua vltra legata sufficere pro legitima; quia ipsi non creditur, nec ista assertio trãsfert onus probandi contrarium in filium. Castr. *consil.177. Viso supradicto puncto, num.2. & per tot. lib.1.* † Amplia; quia si pater in ludo 33
Azardi perdit omnia bona sua, possunt filij reuocare, vsq; ad legitimam. Bald. *in l.1. in fi. C. si quid in fraud. patr.* de quo etiam per Bald. *in rubr. C. de condit. ob turpem caus. auth. ex testamento. C. de coll.* Ias. in *l. si arrogator, num.24. ff. de adopt.* licet ibi adducat etiam contraria.
† Amplia; quia non valet etiam priuatio facta inter viuos ex pa- 34
cto facto cum filio, de quo vide Bald. *in l. si quando. §.1. C. de inoff. testam.* Guid. Pap. *decis.96.* Vide, *Legitima patre viuente non debetur fisco.*
Concl.190. nu.17. & seq. † Amplia; quia aduentitia, quæ non imput- 35
at filius in legitima patris, non tenetur imputare, etiamsi pater hoc mandaret. Alex. *consi.8. Visis, nu.12. ver. & licet pater, lib.3.* † Am- 36
plia, quia neq; confessio patris confitentis se debitorem alicuius potest præiudicare filio in legitima. Alexan. *consil.45. Habita super iis, in fi. ver. circa secundum. lib.1.* vbi apost. *in ver. legitimam*, dat plurimos concor. Ratio est; quia esset aperta via fraudibus. Cuman.
consi.104. Antonius Saulus, pleniss. *decis. Pedem. 172. nu.12. & seq.* in simili Dec. *consi.183. Diligenter, num.11.* vbi dat multa exempla inter prohibitos, vt confessio non probet aliquid, secus, si non est prohibitum. Vide, *Confessio authoris quando noceat successori, vel non. Con-*
clus.663. † Et quod pater non possit filio præiudicare in legitima, 37
est text. *in l. quoniam in prioribus, & l. scimus. §. cum autem*, & ibi Scriben. *C. de inoff. test.* Alex. *cons.68. lib.4. & cons.78. li.5.* Dec. *cons.81. circa princ.* Paris. *cons.30. lib.3.* † Extende; quia patris confessio non 38
probat in præiudicium legitimæ filiorum; ideo si alienaret bona, & confiteretur pretium recepisse, non præiudicaret filijs. *d. decis. Pedem. 172. num.7. & nu.12. cum sequ.* vbi plura cumulat, etiamsi interuenit iuramentum. † Et quod non stetur assertioni patris di- 39
centis in testamento adesse mobilia sufficientia ad legitimã, vel attestantis de valore rei; quia in aliquo non præiudicat filio in legitima; quia sicut non potest directo illi præiudicare; ita neq; per indirectum, *cap. cum quid vna via. de regul. iur. in 6.* facile enim esset parentib. fraudare filios in legitima, quod lex nullo modo admittit, vt late Castr. *consi.178. Viso supradicto puncto, col.1. lib.1.* Alex. *consi.*
45. lib.1. in fin. & cons.26. nu.1. lib.2. Paris. *consi.46. in princ. lib.2. & cons.*
43. nu.34. cum seq. lib.3. † Extende; quia neq; pater potest præiudi- 40
care filijs in legitima ex declaratione; quia lex abhorret omnem modum, per quem potest fraudari filius in legitima. Alex. *cons.47.*
Circa primum, n.3. ver. præterea quod non debeat, lib.1. d. decis. Pedem. 172.
nu.7. & nu.12. cum seq. Vide, *Fideicommissum qualiter probetur ex con-*
fessione parentum. Concl.233. † Extende; quia si mater habens filios 41
cedat dotes suas patri pro certa summa, licet cessio præsumatur ex titulo venditionis, tamen præsumitur fraudulenta, & in totum reuocatur propter interpositam personam patris. Castr. *cons.251.*
Viso quodam, per tot. lib.2. maxime *in fin.* vbi dicit, quod habetur, ac si esset donatio inofficiosa re, & consilio, quæ reuocatur in totũ, quando fit extraneo, non reseruata legitima filijs. † Declara; quia 42
statur confessioni, & declarationi patris, quando non aufert legitimam filio, vel si in parte aufert, non statur, si probatur contrarium, vel pro rata, pro qua legitima aufertur. Alex. *d. consi. 47. nu.*
16. v. succedit ne non obstat, lib.1. † Et mater confitens tantum habuis- 43
se in dotem, non præiudicat filio in legitima. Alex. *consi.26. in princ.*
lib.2. † Extende; quia pater confitens se debitorem non præiudi- 44
cat filio in legitima. Alex. *consi. 45. in fin. lib.1. & consi. 18. in fin. lib.4.*
Pedem. decis. 172. num.12. & seq. † Extende; quia pater confitendo se 45
debitorem, vel habere in depositum in testamento, vel alias in magna quantitate, non præiudicat filio in legitima, & præsumitur fraus si vltra dimidiam sui patrimonij confiteatur. Alexan. *d.*
consi.26. Viso & considerato, in pr. lib.2. Vide, *Alienatione prohibita quid*
sit prohibitum. Concl.261. per totam, maxime, *nu.20. & seq.* Vide, *Con-*
fessio vnius quando prosit, vel noceat alteri. Conclus.662. Vide Mascard.
Concl.364. Confessio patris, vbi ampliat, etiamsi sit iurata. † Amplia; 46
quia pater non potest imponere grauamen in legitima filij etiam legando eam in pecunia. Castr. *in l. scimus. C. de inoff. testam.* Vide, *Le-*
gitima ex quibus debeatur, vel non, & quomodo extrahatur. Conclus.195.

47 † Restringe quando grauamen respicit fauorem filij: quia etiam habet locum in legitima, prout si pater prohibet pupillo alienationem; quia neq; potest talis prohibitio reiici de legitima; quia est ad tempus pubertatis. Aretin. *consi. 19. nu. 6.* & quod prohibitio ad tempus dicatur fauore filij, & non reiiciatur de legitima. Io. Dilecti *de arte test. an. tit. de variis test. a. præcept. caut. 2.* Gabriel. *tit. de legat. Concl. 1. limit. 21. nu. 56.* Ias. *in l. filius familias. §. Diui. n. 17. in 2. lect.* &
48 ibi Ripa *n. 28. ff. de leg. 1.* † Secus si grauamen, & prohibitio est perpetua; quia reiicitur de legitima. Ias. *d. §. diui, in 2. lectu. nu. 15.* Ripa *n.* 27. Menoch. *consi. 57. in secundo dubio.* & non obstante prohibitione simpliciter facta cum authoritate tutoris potest alienare. Ias. *in l. arrogator, nu. 27. ff. de adopt.* Suarez *in l. quoniam in priorib. limit. 1. n. 13.*
49 *& limit. 4. C. de inoff. testa.* † Restringe; nisi apponeret fauore filij, seu filiæ, veluti si legat filiæ dotem, cum nupserit, & interim alimenta: quia præsumitur fauore filiæ. Anchar. *consi. 440. In quæstione, nu. 8. & 9.* vbi late subtilizat. † Restringe, quando ex causa pater prohibet alienationẽ filio, vt quia dicit eum fatuum, vel prodigum, vel mali gubernij; quia creditur patri hoc asserenti, & valet prohibitio. Castr. *consi. 77. Visis, & consideratis, lib. 1.* sequitur Picus *in repet. l. in quartam, n. 105. ff. ad l. Falcid.* vbi plura cumulat. Alex. *consil. 54. Ad quæsitum, lib. 1.* & est text. *in l. si furioso puberi. ff. de curat.*
50 *furio.* † Restringe; quia potest pater prohibere filijs, ne alienent legitimam, & Trebellianicam, antequam habeant 30. annos, & præceptum priuationis generale, si est factum, ne alienent bona simpliciter, & legitimam vsq; ad 30. annos sub pœna priuationis, & vocauit tunc societatem S. Michaelis, & eidem reliquit, valebit priuatio, licet contra fiat solum in legitima, quoad pœnam in alia medietate, plene Castr. *d. consi. 77. Visis, & consideratis, nu. 2. ver. breuiter iis non obstantibus, lib. 1.* quod est repetitum *consi. 303. eodem lib. 1.*
51 † Et quod valeat talis prohibitio, ne possit alienare filius, nisi postquam habuerit ætatem legitimam, quia est fauore filij, & si est generalis prohibitio, comprehendat etiam legitimam, & Trebellianicam, & valeat. Ias. Rip. Curt. & Alciat. Opizo. & alij *in l. filius familias. §. Diui. ff. de legat. 1.* Bero. *q. 87.* Dec. *consi. 442.* vbi * dicit
53 communem. Alban. *consi. 57. nu. 10.* Aret. *consi. 19. nu. 6.* † Restringe in tantum valere prohibitionẽ etiam in legitima ad tempus, & fauore filij, vt nõ possit confiscari, prout non potest alienari. Rol. à Vall. *consi. 31. nu. 30. lib. 1. & consi. 98. nu. 25. lib. 2.* Tobias Non. *consil. 97.* Iulius Clarus *in prax. §. fin. q. 78. v. item quæro, nunquid in confiscatione.* Vide, *Confiscatio generalis, seu vniuersalis quæ bona comprehendat, vel non. Concl. 719.* † Amplia; quia legitima non potest grauari, vel
54 minui ex fideicommisso inuito filio, cui debetur legitima, cõmunem * dicit Bologn. *in addit. ad consi. Io. de An. 42. In fauorem Domine.*
55 Alexand. *consi. 31. Ponderatis, in princ. lib. 3.* † Imo non obstante quocunque fideicommisso, & prohibitione alienandi potest filius in substidium, si non extant alia bona, pro quantitate suæ legitimæ
56 alienare. Ias. *in authen. res quæ, in 7. fallen. C. comm. de legat.* † Restringe; quia bene possunt grauari succedentes ab intestato filio impuberi, vt restituant etiam legitimam filio, cui succedunt, debitam. Bologn. *in addit. ad consi. 42. Io. de An. col. fin. ver. multum singulariter limit. ant.* Vide supra, *Legitima filiorum non recipit grauamen. Concl.*
57 187. *nu. 89. & seq.* † Et quod quando grauamen incipit ab hærede filij, vel à pupillariter substituto, legitima comprehendatur in substitutione. Cyn. *in l. ex tribus. C. de inoff. test. am.* Socin. *consi. 116. nu. 21. lib. 1.* Fabian. de Monte *in auth. nouiss. nu. 167. & nu. 258. C. de inoff. test.* Manti. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 12. fol. 155.* Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, par. 6. n. 7. & 8. ff. ad Trebell.* Clar. *in §. testamentum.*
58 *q. 72. ver. in secundo casu.* Gabr. *de legit. Concl. 1. num. 34. limit. 8.* † Et in dubio onus, & fideicommissum censetur iniunctum à substituto, & ab hærede, non a filio. Iul. Clar. *d. §. testamentum, q. 72. ver. tertius casus.* Zanch. *d. §. cum ita, par. 6. n. 14. per tot.* & Mant. *lib. 8. tit. 3. per tot.*
59 maxime *nu. 6.* Ioan. Dilecti *de art. test. an. caut. el. 34. nu. 2. fol. 131.* † Declara restrictionem; quia si pater iubet integram hæreditatem restitui, nec dicat per filium impuberem, in dubio censetur grauasse solos venientes ab intestato, non autem filium. Bologn. *ad consi.*
*60 42. *Ioan. de An. an. in fin.* vbi dicit * communem. † Et quando grauamen censeatur ab hærede, & seu substituto filij; vel ab ipso filio, est de apicibus iuris, & Bald. *in l. ex trib. C. de inoff. test. am.* reliquit indecisum; tamen censetur in dubio ab hæredibus, vt supra, nisi constet de mente in contrarium, & dicitur constare, quando est facta substitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; quia pupillaris soli filio conuenit, non hæredibus filij. Socin. Iun.
61 *consi. 131. lib. 1.* Zanch. *in §. cum ita, in 6. par. nu. 29.* † Limita in casu conuerso; quia si pater instituat filium hæredem, non potest repudiare hæreditatem patris, & velle legitimam. Bart. *in l. qui a pater. at. ff. ad Trebell. & in l. gerit. ff. de hæredib. instit.* Socin. *consi. 89. col. fin. lib. 4.*
62 † Declara, vt *in ver. Filius non potest repudiare hæreditatem retenta legitima. Concl. 354.* † Limita, quia pater & mater præiudicant filijs in 63
legitima ex contractu oneroso, secus si gratuito. Castren. *consi. 352. Pro fundamento. num. 2. lib. 1.* † Limita, quando pater reuera vendiret; quia ex quo contractus est verus, & non lucratiuus, valet ven- 64
ditio, & præiudicat filijs in legitima, etiamsi dolose pater vendideret. Bald. *d. consi. 65. per tot.* & maxime *in princip. lib. 1. & Pedem. cecis. 172. nu. 7. & nu. 12. cum seq.* vbi, quod non valet in præiudicium legitimæ, si confitetur pretium etiam cum iuramento, & supra *nu. 36. & seq.* Vide, *Pater non potest multa in præiudicium filiorum. Concluſ.* 128. † Declara; quia pater alienando non potest præiudicare filio 65
in legitima, quando emens participauit de dolo. Ias. *in auth. nouiss. num. 4. C. de inoff. test. am.* † Imo quando venditio esset dolosa, & in 66
fraudem filij, non præiudicat filiæ in legitima. Rim. *consi. 227. n. 62.* † Limita; quia pater contrahendo ex causa onerosa, puta venden- 67
do sine fraude pro suis necessitatibus, bene præiudicat filio in legitima, plene Alex. *consi. 57. Visa breui, in pr. lib. 5.* † Restringe; quia 68
si non constat de veritate contractus, nisi per solam confessionẽ patris, non præiudicat filio, etiam si confessio esset ex causa onerosa. Alex. *d. consi. 57. n. 2. ver. tamen hoc, li. 5.* vbi, quod poterit rescindi tanquam fraudulenta. † Restringe; quia confessio patris etiam 69
cum iuramento, quod habuit in depositum, vel mutuo magnam quantitatem pecuniarum, non præiudicat filio etiam hæredi in legitima, & ex magna quantitate præsumitur fraus contra filios, quando est de maiori parte bonorum. Alex. *d. consi. 57. nu. 2. & sequ. lib. 5.* † Restringe maxime, quando esset contractus oneroſus si- 70
mulatus, puta; quia vendens pater remansit in possessione; quia licet adsit constitutum, præsumitur simulatio, quando subest tertia persona, cui præiudicatur, prout creditor, vel filius quoad legitimam quasi creditor, & quando est de maiori parte bonorum, & tunc aut simulatio est, vt non valeat, neq; transeat in alium contractum, & tunc non est valida in aliquo, nec transfertur dominium, neq; possessio, & reuocatur in totum, aut est simulatio, que transit in alium contractum, prout donationis, & tunc quia ex causa lucratiua, vel quia non fuit insinuata, non valet. Alex. plene *d. consil. 57. num. 3. versic. 2. præsuppono. lib. 5.* vbi apostil. *in ver. simulata.*
† Limita, nisi filius renunciaret legitimæ cum iuramento; quia 71
tunc non detrahit legitimam. Castr. *consi. 346. Circa bona, in fin.* vbi, an applicetur primo, vel secundo substituto, & dicit, quod si contemplatione fideicommittentis; transit cum fideicommisso, si contemplatione primi, vel secundi substituti, illi applicatur, cuius fauore est renunciatum cum iuramento. † Limita; quia ex- 72
cepta legitima bene potest filius priuari successione paterna. Vide. *Filius potest a patre priuari successione paterna excepta legitima. Concl. 359.* † Limita; quia per statutum bene potest tolli legitima, & mi- 73
nui. Vide, *Statutum circa legitimam an posit illam in totum tollere, vel non. Concl. 588.* † Limita, quando pater haberet causam legitimam 74
exhæredandi filium; quia tunc bene priuari potest legitima, de quo vide, *Exhæredatio filiorum ex quibus causis fieri posit. Concl. 577.* & causæ sunt expresse *in auth. vt cum de appell. cogno. §. aliud quoque capitulum.* † Limita; quia bene pater potest tollere legitimam, & præ- 75
iudicare filijs, quando induceret fideicommissum inter viuos ex pacto, vel donatione reciproca; quia tunc cessat fraus, vt per Gabriel. *consi. 136. n. 35. & seq. lib. 2.* sentit Cravet. *consi. 19. n. 12. & seq. ver. deſcendo ad quartum,* quod intelligas, vel quando ita fuit expressum, vel colligitur ex mente, vt quia fuit reseruata dos filiabus. Gabriel. *d. consi. 126. in princ. lib. 2.* vel quando est particulare, quia supersunt tot bona libera, quæ sufficiunt, vt dicit Cravet. ibi. Vide, *Fideicommissum inter viuos qualiter fieri posit. Concl. 243.* Li- 76
mita; † quia legata libertatis minuunt legitimam. Castr. *consi. 469. in princip. lib. 1.* Extende; quia imo pater si non habet in bonis, nisi seruos, potest omnes liberos facere, & filius nihil habebit. Socin. *in reg. 5. Pater filium,* in vltima limitatione. † Limita; quia bene po- 77
test pater assignare legitimam filio in bonis mobilibus, & stabilia reliqua donare, & non reuocabitur donatio à filio; quia hoc casu potest pater assignare legitimam in bonis mobilibus. Bald. *consil. 167. Quidam Franciscus, nu. 4. ver. sed statim quæritur, lib. 5.* † Limita, 78
nisi pater contraxisset debita; quia æs alienum debet deduci ante legitimam, etiamsi debeatur eidem filio. Alex. *consi. 57. n. 4. ver. quoad secundum, li. 3.* Vide Concl. prox. præc. Vide Soc. qui firmat hanc
regulam *reg. 5. Pater filium sua legitima regulariter priuare non potest,* limitat trib. modis, quando venditur ex causa onerosa, quando legat proprietatem filio, quæ æquiualet, & vsum fructum alteri, & tertio propter libertates seruorum legatas.

Legi-

Legitima an debeatur filiis, si bona patris confiscantur. Concl. 189.

1 LEGITIMA † debetur filijs, etiamsi bona patris ex delicto fisco sint applicata; quia fiscus restituit filijs legitimam ex miseratione, quæ est medietas, etiamsi vnicus sit filius, & si sunt tres filij, nihil confiscatur. *l.1.in fin.& l.fin.ff. de bonis damnat.* & commu-
* nem * dicit Farinac. *quæstio.24.nu.39.& 40.* Clar. *in §. fin.q.78.nu.*
26.ver.videndum etiam. Castrens. *consil.171.Visa, & ponderata,col.pen.*
2 *& in fin.ver.secundo loco.lib.1.* † Contrarium, quod imo debeatur fi-
sco, Vide pro vtraq; parte infra Conclusio. proxime seq. *nu.12. &*
3 *seq.* † Declara, quia legitima debetur filijs, quando confiscatio venit in consequentiam miserationis causa; secus, quando bona confiscantur principaliter, puta ex forma statuti non distinguentis. Castr. *d.consi.171.col.fin.lib.1.* Boer. *decis.264.nu.14.& 15.* Cephal.
* *consi.79.num.4.* vbi de * communi, licet in fin. distinguat addit. ad
4 *decis. Tholos.150.* vbi distinguit. † Et quod non debeatur legitima
5 filijs, quando statutum inducit confiscationem bonorum. † Contrarium tenet Tobias Non. *consi.95.nu.13.& 14.* vbi reprobat Cast.
* 6 quasi communis * sit contra eum. † Declara; quia quicquid sit statutum circa quantitatem, veritas est, quod filijs reseruatur legitima de iure communi regulariter debita, & ita communiter ser-
* uari * dicit Rolan. à Valle *consi.97.num.29.lib.2.* Clar. *in §.fin.q.78.*
7 *nu.26.* licet dicat non seruari in aliquibus locis. † Amplia; quia debetur legitima filiabus, etiamsi bona patris ex crimine læsæ maiestatis sint confiscata. Ang. *consi.357. Dominus Gregorius,nu.2.ver.de secundo,* per tex. *in l.quisquis.§. ad filias.C.ad leg.Iul. maiest.* & magis cō-
* munem * dicit Crassus *in §.successio ab intestato,q.5.nu.1.ver. quod ta-*
8 *men.* Vide, *Maiestatis læsæ crimen habet multa specialia.Concl.13.* Decla-
ra † tamen; quia non debetur masculis in crimine læsæ maiestatis vero, vel simili, prout si quis patriam oppugnaret. Castr. *d. consil.*
9 *171.in fin.nu.6.ver.posset etiam.lib.1.* † Amplia, vt procedat, etiam si extet statutum, quod omnia bona confiscentur ex delicto; quia intelligitur secundum ius commune reseruata legitima filijs; quā-
10 tamen de manu fisci capere debent. Ang. *d.consi.357.nu.2.* † Contrarium per plura Chassan. *in consuet.Burgund.fol.mihi 88.pag.2.ver. contrarium.nu.11.& seq.* & idem tenet Castr. *d.consi.171.col.final.lib.1.* quia si statutum simpliciter loquitur, non fit distinctio secundum ius commune, quo iure communi debetur miserationis causa, & quando confiscatio fit in consequentiam delicti; secus si princi-
11 paliter. † Extende, vt idem sit, etiam si sententia omnia bona delinquentis confiscaret; quia adhuc intelligitur salua legitima fi-
12 liorum. Ang. *d.consi.357.nu.2.* † Amplia; quia imo licet sit vnicus filius, qui de iure communi regulariter non habet, nisi tertiam,
13 tamen contra fiscum est semper dimidia iure speciali. Vide supra, *Legitima filiorum quanta sit.Concl.183.nu.48.& seq.* vbi, quod imo si habet delinquens tres filios, nihil potest cōfiscari. † Declara; quia non seruatur de consuetudine. Clar. *d.§.fin.q.78.nu.26.* Vide plenius, *Confiscatio bonorum generalis quæ bona comprehendat, vel non. Conclus.719.num.97.& multis seqq.* Vide, *Confiscatis bonis ad quæ onera teneatur fiscus. Conclus.727.num.12. & multis sequentibus.* Vide Concl. prox. seq.

Legitima patre viuente non debetur fisco, licet filius sit bannitus, & eius bona confiscata, & quando secus. Concl. 190.

1 PATER † non potest compelli ad dandum legitimam filij fisco, licet filius ob homicidium sit bannitus, & omnia eius bona confiscata. Bald. *consi.257. Quæritur, vtrum,lib.3.* quod est verum de iure communi; secus si extaret statutum, consuetudo, vel consti-
* tutio, quia valeret secundum * communem. Couar. *var.resol.cap.8.*
lib.2.nu.7.ver.quarto principaliter. Vide plene Farinac. *q.24.nu.15. &*
* 2 *seq.ver.amplia quarto,* vbi dicit * communem. † Et quod parentes in vita eorum non possint compelli ad consignandum in vita legitimam filijs, nec in ea possint molestari. Bar. *in l.1.§. si impuberi, ff.*
de collatio.bonor. Bald. *in l.omnino.§. imputari, & in l.si quando. §.illud. C.de inoff.testam.* Bart. *in l.fin.ff.de liber.agnoscen.* Alex. *consi.14.col.si.lib*
1. Aretin. *consi.17.col.3.* Deci. *consi.438.nu.11.& 12.* & Ruin. *consi.149.*
3 *nu.13.lib.3.* † Amplia; quia neq; debetur legitima fisco, licet pater moriatur filio bannito; quia ex quo filius censetur mortuus ex banno, & confiscatione bonorum facta viuo patre; idcirco fiscus nihil consequi potest. Bald. *consi.257.lib.3.* Alex. *consi.75. Visis, & diligenter.nu.9.ver.confirmo.lib.1.* Prosper. Farinac. *d.q.24.nu.19.* Vide,
4 *Banniti an & quando habeantur pro mortuis.Concl.12.* † Amplia; quia neq; debetur filio legitima in vita patris; quia in ea filius nullum habet ius viuēte patre. Dec. *consi.19. Et pro tenui,col.si.* Aret. *Inst.quib.*
mod.ius patr.potest.soluitur.§. præterea. Socin. *in l.cum filius.ff.de verbor. oblig.* Guid.Pap. *decis.486.* Hanc regulam firmat Socin. *reg.10. Pater eo viuente,* & vide Concl. prox. seq. † Extende in tantum, vt imo, si pater viuens consignaret legitimam filio, non videatur debitum 5
agnoscere, sed est quædam donatio, & liberalitas, quæ indiget insinuatione, & non valet, nisi post mortem. Bald. *in d.l.data opera. C.qui accus.non poss.* † Declara; quia bene valeret assignatio facta fi- 6
lio emancipato, & non potest reuocari. Vide infra, *Legitimæ non*
censetur renunciatum, nisi in specie dicatur. Concl.214.n.87.& seq. † Re- 7
stringe; quia si pater dissiparet bona, quæ ad eum pleno iure spectant, compellitur officio iudicis viuens assignare filio legitimā, vel saltem tot bona, ex quibus viuere possit. Cast. & Rom. *in l.Imperator.ff.ad Trebel.l.2.C. si quid in fraud.patr.* vbi Bald. & tenet Fab. *in authen.nouissima.n.6. C.de inoff.testam.* & hanc restrictionem firmat Soci. *reg.10. Pater eo viuente,* in prima fallentia. † Restringe, quando 8
pater ingreditur monasterium, quia licet viuat naturaliter, tamē statim filio legitima debetur. Bald. *in auth. si qua mulier. C. de Sacrosf. Eccles.gl. in c.ex transmissa.super 5. q.mota, qui filij sint legit.* Fabian. de Monte *in auth.nouissima.n.59. C.de inoff.testam.* nam iniquum esset, quod monasterium possideret totam substantiam, & filij interim fame perirent, donec pater viuit, qui filios alere tenebatur. Bald. *in auth.nunc autem.C.de Episc.& Cleric.* qui dicit legitimā statim deberi per tex. in simili *in l.Deo nobis.C.eodem.* & hanc sententiam tenet gl. *in §.illud quoque,in auth.de monach.* per illam rationem ne filij pereāt fame. *l.1.C. de alen.lib.* † Declara tamen; quia si monasteriū 9
interim aleret filios, prout pater tenetur, non procederet limitatio; quia cessat ratio, ita Alex. *in l.si cum dotem,col.4.n.13.ff. sol.matr.* vbi disputat, & tenet contra restrictionem. † Restringe in filio fa- 10
cto Christiano; quia contra patrem Hebræum potest legitimam petere. Io. Andr. *in c.Iudei, il secondo, de Iudæis,* & ita cum voto meo fuit obtentum in signatura Sanctiss. fel. rec. Pij V. cum hoc disputaretur; quia ego dedi votum affirmatiuum bo.me. Cardinali Cæsio, & ita Sanctissimus, & signatura tenuit. † Restringe, quando 11
pater donasset maiorem partem facultatum suarum; quia filius potest reuocare ratione partis legitimæ ex donato, etiamsi patet viuat; quia tenetur reseruare legitimam filijs, & si non facit, filius agit in vita patris. Salyc. *in l. si totas. C.de inoff.donat.* ad hoc faciunt quæ dicuntur de fideicommissario; quia licet capere debeat de manu hæredis; si tamen grauatus alienauit, capere potest authoritate sua. Vide, *Fideicommissarius non capit hæreditatem propria authoritate,& quando secus.Concl.268.* † Restringe, quando bona paterna 12
confiscantur per eius delictum; quia tunc filius potest petere legitimam, licet pater naturaliter viuat; quia legitimam non comprehendit confiscatio per verba statuti generalia, nisi dicatur in specie de legitima. Fabian. de Monte *in d.auth.nouissima. C.de inoff. testam.q.25.ver.ad secundū,* & idem tenet Bald. *consi.171. Condemnatus. lib.1.* Ang. *consi.357. Dominus Gregorius.* Dec. *consi.235.* Rui. *consi.123. lib.4.* † Contrarium, quod imo legitima non debeatur filijs, quā- 13
do bona patris confiscantur, per plura concludit Card. *in clem.2.de re iud.nu.15. in 7.q.* Cæpol. *consi.17.* Ang. Aret. *in §. interdum. Instit. de hæred.quæ ab intest.defer.* Ias. *in §. actiones,col.9.n.66. Instit. de actio.* & est communis * opinio, sed Ias. non loquitur deliberate in patre, * sed in matre. Mandel. tamen *consi.471. in fi.* dicit * communem et- *
iam in patre, quod legitima confiscatur, & non debetur filijs, plene Chassan. super *consuet.Burg.fol.88.nu.6. & seq.* maxime *num.10.* Declara, vt supra, *Legitima an debeatur filiis, si bona patris confiscantur. Concl.prox.præc.n.3.& seq.* Vide etiam in Concl. prox. seq. *nu.2.* vbi relatiue. Et quando præiudicet nepotibus ex filio, quando moritur filius, qui habuit legitimam viuente patre relictis filijs. Vide infra, *Legitima computat quicquid petens eam habuit à patre. Concl.*
205.n.15.& seq. † Amplia; quia neq; bona filiifamilias materna, in 14
quibus pater habet vsumfructum, possunt occupari per fiscum in præiudicium patris durante vsufructu, licet sint confiscata. Bald. *consi.257. in fi.li.3.* † Amplia, etiamsi filius sit reus criminis læsæ ma- 15
iestatis. Prosper. Farinac. *in 24.q.n.17.& seq.* † Declara secus esse, si 16
pater esset delinquens læsæ maiestatis; quia non reseruatur filio legitima. Farin. vbi sup. *nu.45.* † Amplia; quia non etiam valet pa- 17
ctum inter patrem, & filium, in quo filius priuatur, vel renunciat legitimæ sibi debitæ, de quo tamen vide Bald. *in l.si quando.§.1.C.de inoff.testam.* Guid.Pap. *dec.96.* ita Dec. *consi.613.* & Crauet. *consi.19. in*
quarto dubio. † Amplia stante statuto, vel constitutione, quod pa- 18
ter teneatur soluere legitimam filij delinquentis fisco; quia non habet locum in auo; quia materia est odiosa. Bald. *in l.lege Iulia.ff.de ritu nupt.* vbi, quod appellatione patris non venit auus, nec appellatione filij venit nepos in materia odiosa, & in hoc puncto idem Bald. *in l. si filius tuus.C.ad Macedon.* Marsil. *in l.in fans.nu.19.ff.de scar.*
† Extende; quia non habet locum in patre bastardo, neq; in filio 19
bastar-

bastardo. Bald. *in d. l. lege Iul. ff. de ritu nupt.* vbi, quod si verba ciuiliter sunt prolata, procedit extensio; secus, si naturaliter, prout si rebannirentur omnes homicidæ, exceptis ijs, qui patrem interfecerunt; quia naturaliter intelligitur, & sic bastardus continetur. † Limita; quia bene valet statutum, lex, & constitutio, imo etiam consuetudo, quod alius teneatur pro alio ad pœnam pecuniariam; non tamen corporalem; ideo valet statutum, quod pater teneatur soluere legitimã fisco pro filio condemnato. Couar. * *lib. 2. var. resolut. cap. 8. n. 7. v. quarto principaliter*, & est communis * opinio, plura cumulat Farinac. *de delict. q. 24. n. 159. & seq.* † Restringe, quando filius interficeret alium filium, quia statutum non habet locum, ne addatur afflictio afflicto. Moron. *de treug. & pace, q. 176. nu. 5. & seq.* quia æqualiter diligit delinquentem & occisum. † Restringe, vt non procedat in forense patre. Farinac. *d. q. 24. nu 162.* quia statutum, quod pater soluat legitimam filij condemnati, non habet locum. † Restringe, quando filius deliquisset extra territorium, idem *nu. 166.* † Restringe, quando filius delinquens esset minor. *nu. 168.* † Restringe, quando pater alios filios habet vltra delinquentem, ibi *nu. 170.* vbi in fine declarat. † Restringe, quando filius delinquens & ipse haberet filios, nisi statutum hoc casu in indiuiduo loquatur ibi *n. 172.* Non. *cons. 95. in prin.* vbi tollit contraria. † Declara tamen, vt procedat, nisi statutum prout Perusij, extaret disponens, quod medietas confiscari possit, etiamsi extant filij in quocunq; numero. Tobias Non. *d. cons. 95. n. 12.* vbi, quod propterea fuit concordata causa. † Vide; quia si statutum dicat, quod pater compellatur soluere, vel quod contra eum fiat exequutio; quia primo casu datur actio contra patrem; secundo casu datur exequutio. Bald. *d. l. fin. C. de vsur. rei iud. nu. 8.* † Declarat Non. *d. cons. 95. n. 8.* nisi in crimine læsæ maiestatis, & ita apostil. ad Ægidian. *lib. 4. c. 18.* allegat Bald. *cons. 14. lib. 4.* Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 2. rub. fi. q. 15.* † Restringe, quando filius per contumaciam, & sic * fictam probationem esset delinquens. *nu. 173.* vbi de * communi; quia est ficta probatio. Non. *d. cons. 95. in fi. n. 14.* Marsil. *cons. 82. nu. 40.* Clar. *§. fin. q. 86. ver. sed quæro, nunquid idē.* Tob. Non. *cons. 96. n. 6.* † Declara hodie propter bullã Pij IV. *n. 128.* in ordine, deberi etiam in contumaciam, vt ipse Farinac. *n. 182.* vel quando statutum loquitur de condemnato, non de delinquente, vt *n. 177.* vbi contrarium etiãasserit. † Quanta autem sit eo casu legitima, & an attendantur bona patris tempore delicti, vel cõdemnationis, vel mortis, & an computatio fiat solum de filijs natis, an etiam de nascituris, late Aret. *in l. lex Cornelia, in 1. & 2. col. ff. de vulg. & pupill.* vide omnino Bal. *in d. l. fi. C. de vsur. rei iudic.* vbi, quod non est proprie legitima, & attenditur tempus condemnationis, non considerato, quid possit euenire, & pater potest velle liberationem, & filius excluditur à vera legitima soluta ista fisco. Vide, *Statutũ circa pœnas quod vnus teneatur pro alio. Concl. 618. & seq.* † Limita; quia si filius detinetur in carcere, nec possit aliter euadere, compellitur pater officio iudicis soluere legitimam, vt liberet filium, plures citat Farinac. *d. q. 24. n. 21. & seq.*

Legitima debetur filiis mortuo patre, non autem eo viuente, & quando secus, & quo iure debeatur. Concl. 191.

DEBETVR † legitima filio post mortem patris, non autem viuente patre, vel viuentibus parentibus. Bald. *cons. 317. Ad euidentiam est præmittendum, circa fin. v. quinto est præmittendum, lib. 1.* plenissime Becc. *cons. 34. nu. 17. & seq.* vbi infinitos citat, & dicit * esse communem, & reprobat Ruin. infr. proxime. Alex. *cons. 180. Visis duob. n. 4. ver. quia respondeo. lib. 5.* Vide, *Filius quæ ab inuito patre conse-*
qui possit. Concl. 357. † Cõtrarium, quod debeatur sub conditione. Ruin. *cons. 149. Quamuis primum. nu. 13. lib. 3.* † Declara; quia nullo modo debetur viuente patre, nisi quando legitima confiscaretur vigore statuti. Vide, *Confiscatis bonis ad quæ oneratenetur fiscus. Concl. 727. nu. 12. & seq.* † [illegible] quando filius illi renunciat emancipatus. Alexan. *cons. 180. & 181. lib. 5.* † Vel quando pater dissiparet bona; quia tunc compellitur. Soc. *reg. 10. Pater eo viuente*, in fallentia ibid. Et vide Concl. prox. præced. *nu. 7. & multis seq.* vbi plenius. Amplia; † quia legitima, & supplementum legitimæ quæritur filio ipso iure absq; aliquo facto filij, secundum * omnes. Pet. Anchar. *cons. 101. Ex prædicto themate, nu. 12.* alias si factum filij esset necessarium; legitima haberet aliquod grauamen, vel si factum filij requiritur, cõsistit in hoc, vt fiat actualiter ipso volente. † Extende; quia mortuo eo, de cuius bonis debetur legitima, debetur statim. Ruin. *cons. 17. n. 7. lib. 2.* probatur *in l. quoniam in priorib. C. de inoff. test. n.* ibi, *vel dilationis*, & ibi, *moram.* † Et debet attendi quantitas bonorum, & patrimonij tempore mortis patris. Alex. *consil. 108. Viso themate. n. 5. lib. 1.* Vide plenius, *Legitima filiorum quanta sit. Concl. 183. n. 11. & seq.* † Debetur ipso iure in tantum quod in bonis illius, cui debetur, connumeratur, licet non sic in Trebellianica. Anch. *cons. 168. n. 3.* Ias. *in l. ex facto. nu. 34. ff. de vulg. & pupil. & in l. scimus. nu. 2. C. de inoff. test.* † Intelligas in legitima descendentium, non sic in legitima ascendentium. Alex. *in l. filius familias. n. 4. ff. ad l. Falc.* Ias. *cons. 131. lib. 4.* Rip. *in l. in fideicommissaria. n. 43. & seq. ff. ad Treb.* † Restringe, nisi statutũ disponat, prout in ciuitate Lucana, quod possit legari quoquo modo: quia valet statutum, & legatum simpliciter factũ. Io. de Im. *cons. 114. n. 3.* † Iure naturali debetur. *auth. de hæred. & Falc. §. 1. & in auth. de trien. & semisse. §. 1.* vbi bona gl. quæ citat alia iura. *l. cum ratio, in princ. ff. de bon. damnat. l. scripto. ff. vnde liber. l. fi. C. de codicil.* Canonistę per illa iura *in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de test.* facit tex. *in l. nam & si parentibus, in princ. ff. de inoffic. test. & in l. Papinianus. §. quoniam autem quæ[illegible]. ff. eod.* Ang. Aret. *d. cons. 40. in prin.* & plenius *cons. 67. Quantum [illegible]primum. n. 2. & seq. v. secundo hoc expresse.* vbi, q̃ debetur iure diuin[illegible]aturali, gentium, & ciuili, propterea non potest tolli sine causa. Vide, & declara vt infra, *Legitima dicitur quasi es alienum. Concl. 200. nu. 2. & seq.* † Iure honorabili institutionis tenetur pater, vel alius obligatus relinquere legitimam, alias diceretur præteritus. Ant. de But. *consil. 67.* vbi plena apostil. dicit procedere etiam de iure Canonico. Vide, *Institutionis iure quando dicatur relictum, vel non. Concl. 227.* † Limita, quia non debetur, si filius vult repudiare hæreditatem patris, & habere legitimam, & quando secus. Vide plene Socin. *reg. 14. Filius si hæreditatem adire nolit*, vbi limitat tribus modis. Vide, *Hæres repudians hæreditatem perdit legata, & legitimam, & quando secus. Concl. 41.*

Legitima qua actione petatur, & quæ actio competat de iure. Concl. 192.

FILIVS † pro legitima consequenda potest agere petitione hereditatis, & iudicio familiæ herciscundæ, quia in effectu hæres est. Bald. *cons. 371. Factum sic proponitur, in pr. lib. 3.* † Et competit condictio ex lege, quæ est personalis, & nõ sequitur fundum, sed in casu isto erit condictio in rem scripta propter dominium. Vide infr. *nu. 9. ver. & quid si.* & quod debeatur condictione ex lege. gl. *in l. omnimodo. C. de inoff. test. am. in ver. exigere.* Alex. *cons. 127. lib. 6. in fi.* Vide, *Hypotheca tacita oritur à lege multis casibus. Concl. 118. nu. 29. & multis seqq.* † Et tunc bene competit rei vendicatio contra tertiũ possessorem, quando hæres non habet tot bona, quæ sufficiant. Castr. *cons. 204. Super primo dubio. in pr. lib. 2.* † Amplia, quia pro legitima & Trebellianica competit iudicium diuisorium. Bald. *d. cons. 371. in pr. lib. 3.* † Filius institutus in legitima dicitur hæres. Bal. *in l. quotues. C. de hæred. instit.* & idem Bald. & Ang. *in l. pater filium. ff. de inoff. testam.* Ang. Aret. *cons. 76. In iis. n. 24. & seq. & cons. 78. Pro decisione. nu. 26. & seq. ver. venio ad tertium*, & pro hac parte facit; quia legitima secundũ aliquos est quota hæreditatis, & hinc est, quod filius non potest retinendo legitimam desinere esse hæres, & ideo competit petitio hæreditatis pro legitima. † Cõtrarium, quod imo competat, si à statuto reseruetur condictio ex statuto, vel cõdictio ex lege, non autem petitio hæreditatis; quia non est hæres effectu filius habens legitimam, & pro hac parte facit, quia legitima est quota bonorum, non autem quota hæreditatis. Ang. Aret. *d. cons. 78. n. 33. & seq. ver. sed tamen iis non obstant.* † Declara, quia si filius instituitur vniuersaliter hæres, non potest velle retinere legitimam, & repudiare hæreditatẽ, igitur isto casu non est hæres in sola legitima, & idem, si instituitur in legitima tantũ, vel in legitima alio hærede vniuersali dato; quia non est hæres, si vero est institutus in legitima alio hærede non dato; tunc erit hæres. Ang. Aret. *d. cons. 78. n. 41. ver. nec obstant allegata.* Vide, *Institutus in re certa habetur loco legatarij, & quãdo loco hæredis. Concl. 232.* † Declara; quia institutus in legitima, vel in re certa dato hærede vniuersali, licet si non sit hæres, sed legatarius, tamẽ habet multos effectus hæredis, de quibus *in ver. Institutus in re certa.* supr. proxime, vbi videas. Vide, *Hæres quis dicatur proprie, & quis legatarius. Concl. 36.* † Et quid si non remanet legitima filio propter legata, à quibus petat, an ab hærede, an à legatarijs. Alex. *in l. in quartam, in fi. ff. ad l. Falcid.* vbi recitatis opinionibus concludit cum Bart. quod ab omnibus pro rata bonorum, adeo quod hæres pro sua rata, & legatarij pro sua tenentur cõdictione ex lege, quæ isto casu videtur in rem scripta. *l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. test. am.* secus si legata essẽt in genere, vel non extarent, & de hac quæst. Vide Guid. Pap. *decis. 82. in fi.* vbi apost. † Vide Dec. *cons. 633. Consului, col. 1.* vbi, quod contra hæredem agit, quando hæreditas est soluendo pro omnibus, & soli hæredi remanet quarta sua, alias legatarij debent concurrere. Vide † plene Castr. *cons. 204. Super primo dubio, in pr. lib. 2.* vbi, quod filius potest agere contra hæredem, & legatarios pro rata, quando

legata

legata sunt in speciebus; si vero sunt in genere, vel in quantitate, agit contra hæredem solum, qui si non habet suam Trebellianicam, poterit repetere à legatarijs, si illam habet, non repetit, & consequenter non potest hæres conqueri, quod agat contra hæredem solum, & dicit hoc esse ex mente omnium * Doctorum.
12 † Et competit hypotheca tam pro legitima, quam pro supplemento legitimæ; quia non debet minus esse prouisum filio in supplemento, & legitima, quæ debet legari iure institutionis, quam sit prouisum extraneo, cui sit aliquid legatum·Fulg.*cons.*83. *Bonacursius condidit.nu.2.col.3.in prin.* vbi, quod talis hypotheca non
13 præscribitur minori spatio 40.annor. † Contrarium tenet Deci. *cons.*234.*In casu Magnifici.nu.6.* vbi apost. allegat Alex.*cons.*88.*nu.*5.
* *lib.*3.*& cons.*117.*n.*21.*lib.*6.& ista est communis * opinio, prout di-
14 cit Crass.*in §.legitima.q.*13.† Declara; quia si legatur supplementũ legitimæ, vel aliquid pro legitima, competit hypotheca, alias nõ, ita declarat Dec.*d.cons.*234.*circa fi.* Alex.*cons.*78.*nu.*5.*lib.*3.Dec.*consi.*
235.*nu.*8.Negus.*de pignor.in* 4.*memb.*2.*partis princ.n.*212.*ver.*24.*casus.*
☞ Vide Conclus.prox.seq. Vide, *Legitima non habet hypothecam, & quæ actio competat.Concl.*203.

Legitimæ supplementum quo iure debeatur, & quid sit. Concl. 193.

1 LEGITIMÆ † supplementum est suppletio eius, quod deficit
☞ ad integram legitimam.*l.omnimodo. C. de inoff. test.* Vide, *Dotis*
2 *supplementum an positi peti, & quando.Concl.*784. † Et sicuti legitima debet esse nitida ab omni ære alieno, vt est tex.*in l.Papinianus,* §.4. *ff.de inoff. testa.* & debetur post mortem patris ex bonis, quæ tempore mortis sunt. Alexand.*cons.*108.*nu.* 7. *lib.* 1. ita in supplemento.*l.si quando.*§.*& generaliter,* & ibi Doct. *C.de inoff.test.* Bald.*cons.*61.
3 *lib.*1 Soc.*cons.*1.*& 2.lib.*4.† Et sicuti legitima quæritur filio sine vl-
* lo facto filij, sed ipso iure; ita etiam supplementum, * communem dicit Anch.*cons.*101.*Ex prædicto themate, nu.*12. vbi, quod alias esset
4 cum grauamine filij. † Amplia; quia transmittitur supplementum ad hæredes, sicut legitima, etiam quod non sit facta agnitio. Salyc.*in l.scimus.q.*1.*C.de inoff.test.am.* Alex.*cons.*150.*n.*6.*lib.*2. vbi reddit rationem. Deci.*cons.*203. Ial.*in l.Lucius.n.*34.*ff.de vulg. & pupil. & in l.emãcipati,n.*4.*C.qui admit. & in l.arrogator.n.*18.*ff.de adopt.* Anch.
☞ *cons.*168.*nu.*3. Vide infra, *Legitima transmittitur ad hæredes, & quando*
5 *non.Concl.*210.† Et potest petere supplementum etiam non adita hæreditate per hæredem. Bolog.ad *cons.Io.de Anan.* 67.*v.Nihilominus.*† Amplia; quia qualis debeat esse libellus, seu petitio supplementi legitimæ Bart.*cons.*17.*Forma petendi, lib.*1. vbi apostill.*in ver. forma,* dat concord. & etiam de libello petitionis integræ legitimæ relatiue, vt ibi. †Et quia legitima, & supplementum legitimæ
7 ☞ resecat legata. Rui.*cons.*57.*n.*6. *&* 7.*lib.*2. Vide supra, *Legitima filio-*
8 *rum non recipit grauamen.Concl.*187.*n.*70. † Et ideo potest peti tam contra hæredes, quam contra legatarios. Corn. *cons.*148. *Circa primum, in fi.ver.sit ergo conclusio, lib.*4.& Bart.*cons.*34.*Factum tale, nu.*
4.*&* 5.*ver.ad primum, lib.*4. vbi, quod suppletur ex rebus, quæ re-
9 manserunt, & ex rebus legatis.† Difficultas est, si bona non sufficiunt, contra quos sit agendum, & quatuor sunt opiniones. Prima Bar. quod agatur contra hæredem, & legatarios pro rata, per
10 *l.si libertus.ff.de bon.libert.*† Secunda Angel.*in l. Papinianus.*§.*fi conditioni.ff.de inoff.test.am.* quod agi debeat contra hæredem per §.*cæterum, in auth.vt cum de appell.cogn.* tamen ex æquitate, si hæreditas est exhausta à legatis, potest conuenire legatarios condictione ex
11 lege, vel actione in factum. † Tertia Castr. quia si legata consistunt in quantitate, solum contra hæredem agendum est, si in bo-
* tat, & dicit esse de mente * omnium *in cons.*204.*Super primo dubio, lib.*2.& reddit rationem; quia in pecunia, quę recipit functionem cum sit consumpta, non dicitur res hæreditaria, & quod est in e-
12 lectione filii, vt supr. † Quarta opinio est Bald.*in l. omnimodo.C.de inoff.test.am.* quæ est eadem cum Castr. sed non satisfacit. Land.in addit.ad Bart.*d.cons.*34.*n.*4.ait, quod si tota hæreditas esset in pecunia, non succurritur filio; ideo forte alia erit melior opinio. Cast. secundum me *in cons.*417.*Ista domina, in fi.li.*1. quod consistat in quibuscunque rebus, si legata non sunt soluta, agatur contra hæredem; si sunt soluta, contra hæredem, & legatarios pro rata,
13 etiamsi Ecclesia esset legataria.† Amplia; quia debetur ex voluntate testatoris supplementum, etiamsi pater minus legitima reliquerit; quia censetur se conformare cum iure, & licet sit supplementum loco querelæ, & querela sit contra testamentum; tamẽ supplementum est secundum testamentum. Io.de Anan. *cons.*67.
14 *per tot.* vbi Bologn.† Contrarium, quod supplementum non debeatur ex testamento, sed extra testamentum, seu contra testamentum, dicit Alex.*cons.*108.*Viso themate, col.*3.*nu.*4.*in fi.& n.*5.*ver. quantum autem, lib.*1. vbi, quod competit condictio *ex l.omnimodo. C.de inoff. testa.* & ideo habens iura cessa à filio ex testamento non
15 potest petere supplementum.† Amplia; quia supplementum legitimæ debetur filiæ, etiam si pater, vel mater mandẽt filiam plus petere non posse, quam ipsi reliquerint. Rom.*cons.*16.*circa fin.ver. & ad hoc dicendum,* vbi apostil.*in ver.petere,* & est communis * opi-
* nio, vt dicit plenior apost. ad Rom.*cons.*478.*Hæc mater, in fi.* vbi etiam Rom. tuetur hanc partem. Ang. Aret.*cons.*79.*per tot.* maxime
16 *nu.*20.*& seq.* † Extende idem in casu contrario; quia si filius legat matri aliquid, & quod plus petere non possit, habebit nihilominus supplementum legitimæ. Cast.*d.cons.*417.*Ista domina, in pr.lib.*1.
17 † Restringe, quando extaret statutum, quod filia stantib. masculis non succedat; quia tunc si pater aliquid relinquat pro dote, & plus petere non possit, non potest petere supplementum. Rui.*cõs.*
18 68.*nu.*9.*lib.*4. † Declara; quia si pater legauit filiæ libras 300. pro legitima, & omni eo, & toto, &c. & donauit Ecclesiæ bona immobilia causa mortis, & in bonis suis instituit hæredes pauperes, supplementũ legitimæ debetur filiæ, tam ex bonis donatis, quam ex testamento relictis proportionabiliter, & pro rata, ita Castr.
19 *consi.*354.*Domina Catharina.lib.*2.† Amplia, quia regulatur supplementũ, prout legitima; quia dicitur accessorium ad legitimã; ideo sicut legitima debetur ex corporibus hęreditarijs; ita supplementum: secus quando legitima fuit in quantitate; quia tunc etiam
20 supplementũ in quantitate debetur. Guid.Pap.*decis.*487. † Contra voluntatem testatoris dicitur deberi, & peti supplementum. Ang. Aret.*cons.*40.*Capio primum, nu.*48.*in fi. ver.nec obstat, si dicatur.*
21 † Extende; quia sicuti legitimæ non est præiudicatum per statutũ loquens per quæcunque verba generalia; ita neq; supplemento legitimæ, nisi de vtroq; fiat mentio specialis. Ang. Aret.*cons.*79.*In*
22 *supradicta consultatione, per tot.* vbi plurima, & tollit contraria.† Limita; quia magis de facili præscribitur querelæ legitimæ, quam
☞ supplementi, quod an sit verum, Vide infr. *Legitima intra quantum*
23 *tempus præscribatur.Concl.*207. † Limita; quia si legitima fuit semel filio assignata habito respectu ad facultates patris tẽpore assignationis, licet facultates patris crescant; nõ tamen potest petere supplementum; quia ita potuissent facultates decrescere. Alex.
*cons.*180.*Visis duobus, in princ.* vbi apostil.*in ver.tempore,* dat concord. pro vtraque, & dicit magis * communem, & iterum *cons.*181.*lib.*5. *
24 † Limita; quia supplementum legitimæ magis est priuilegiatum, quam ipsa legitima; quia competit hypotheca pro supplemento, & non competit pro legitima. Dec.*cons.*235.*nu.*8. Vide in Concl. ☞
prox.præced.*nu.*12. *& seq.*

Legitima debetur ex proprietate & substantia, non in vsufructu, & quando secus. Concl. 194.

1 LEGITIMA † debetur ex substantia, & proprietate bonorum testatoris, & non ex fructibus.*l.scimus.*§.*repletionem.C. de inoff. test.am.* & ideo debetur, tam in proprietate, quam in vsufructu pleno iure. Bart.*in l.vxori, la terza.ff. de vsufruct.* & est text.*in l.scimus.*§.
cũ autẽ.C.de inoff.testa. & est tex. expressus *in auth. de triente, & semisse.*
2 §.*prohibemus.*†Extende; quia propterea filius non imputat in legitimam fructus perceptos post mortẽ testatoris pro rata suæ legitimæ; quia sibi debentur, ex quo debetur ex corporib. hæreditariis vna cum fructibus. Vide Alex.*cons.*69.*n.*4.*lib.* 1. infr. proxime.
3 † Extende in tantum, quod licet filius percipiat fructus aliquos vigore relicti sibi facti, non tenetur illos imputare in legitimam. Bald. Castr. & Modern. in *d.l.scimus.*§.*repletionem.C.de inofficic. testam.* Rub. Alexandri.*cons.*34.*Præsupponitur in facto.nu.*3. Alex.in *l.filius familias,n.*4.*ff.ad l.Falcid.* † Imo non minuitur legitima filiorum, li-
4 cet pater relinquat ipsis filiis vsum fructum omnium bonorũ, ita Barbat.*cons.*63.*col.*5.*lib.*2. Dec.*cons.*454.*n.*3. Bald.*cons.*222.*lib.*4. Capra *consil.*80. *& cons.*153. Bald.*cons.*236.*lib.*1. Alex.*cons.*56.*lib.*3. Iaso.
☞ *cons.*214.*lib.*2. Bald.*cons.*375.*lib.*3. Dec.*cons.*687.*Visis.* Vide, *Legitima*
5 *filiorum non recipit grauamen.Concl.*187.*nu.*12.*& seq.* † Extende; quia in tantum debetur ex substantia testatoris, quod nõ sufficit, quod pater leget, vel tradat res in tanta proprietate sine vsufructu, quia debetur legitima ex substantia, videlicet, tam in proprietate, quã in vsufructu. Ang.*cons.*101.*circa med.ver.vel dic, quod.* & quod legitima non compensetur in legato vsus fructus, Cur. Iun.*cons*120.*col.*
6 *pen.in fi.* Anch.*cons.*128. Rub. Alexandri. *cons.*34.*n.*3. Vide Conclusionem prox. seq.*nu.*35.*&seq.* † Extende; quia imo non debetur in pecunia, & quantitate, quando adsunt alia bona; quia debetur ex substantia. Bar. in *l.suus quoq; ff. de hæred.inst.* Dec.*cons.*81.*n.*3. Corn.
7 *cons.*282.*n.*2.*lib.*1.† Contrariũ, quod imo valeat assignatio legitimæ in pecunia, tenent multi. † Idem; quia potest legari legitima
8 in bo-

in bonis mobilibus. Bald. *cons.*167. *Quidam Franciscus,num.*4.*lib.*5.
9 †Declara;quia maxima est altercatio,quod non compellatur hæres recipere in pecunia, vt late per Rip. & alios *in l.in quartam.ff.*
10 *ad l.Falc.* Rub.Alex.*cons.*156.*n.*11.Afflict.*decis.*162. † Restringe tamen in dote soluenda, quæ licet loco legitimæ succedat, etiamsi statutum excludens fœminam à successione mandet eam cõgrue dotari, prout disponit statutum Florentiæ; quo casu sine controuersia dos succedit loco legitimæ, tamen potest dari in pecunia. Cast.*cons.*17.*In causa,quæ vertitur,li.*1.Alciat.*cons.*295.*n.*4.Paris.*cons.*
11 16.*nu.*72.*lib.*2.† Declara restrictionem, vt non procedat,quando statutũ mandaret dotari in bonis; quia posset velle tot bona mu-
☞ lier dotanda. Vide, *Legatum factũ de certa summa in bonis, & super bo-*
12 *nis dicitur in quantiate,nõ in specie, & quando secus.Concl.*66.† Restringe,& declara,nisi filius quantitatẽ, vel fructus extantes, aut mobilia extantia tempore mortis collectos consumpsisset;quia consumpta sibi imputat in legitima,ex quo presumitur consumendo
☞ elegisse. Vide infra,*Legitimam qualiter eligat filius. Conclus.*196. Re-
13 stringe,† nisi filius contentaretur sola proprietate, vel solo vsu-
14 fructu. Ias.*in auth.nouissima.n.*45.*C.de inoff.test.am.*† Restringe in casu conuerso;quia si pater legat filio proprietatem,quæ excedit legitimã, & tertio legat vsumfructum, filius non potest contradi-
15 cere. Soc.*reg.*5.*Pater filium.*in 2.fallentia,quod verum nõ est.† Restringe,quando pater relinqueret vsumfructũ,vel omnes fructus filio, cum clausula expressa, quod sit contentus dicto legato, & non possit plus petere pro legitima; quia acceptando legitimam sibi præiudicat eo casu,ex quo potest vsusfructus plus importare, ita Soc.Iun.*cons.*122. *Perspectis iis,quæ in facto, lib.*1. q̃ est subscriptio
16 ad consilium Decii,& alterius famosi Doctoris. † Et adde multa
☞ in confirmatione in simili, *Legitima filiorum non recipit grauamen.*
*Concl.*187.*n.*122.*& seq.*quia quando plus potest importare institutio,quã legitima;tunc potest grauari,vt percipiat legitimã in fructibus,vt per Cuman.*cons.*25.*n.*4.cum aliis,*d.Concl.*187.sup.proxi-
17 me.† Restringe,quando fructus extarent tempore mortis patris; quia sunt pars bonorum,& dicuntur substantia; quia si filius consumpsit,vel habuit,bene imputat in legitimã.Signo.*cons.*35. *Casus*
18 *talis,n.*9.*ver.redeo ad quintum.*† Amplia,quia in ea non potest fraudari à parentibus,neq; aliquod onus imponi,&si appositũ fuerit, ipso iure reiicitur.*l.omnimodo,& l. quoniam in priorib.C.de inoff. test.* facit tex.*in l.cum patronus.ff.de leg.*2.not.*in l.cohæredi.*§. *cum filiæ.ff. de vulg. & pupil.*Rom.*cons.*185.*circa prin.*Alex.*cons.*103.*n.*2.*lib.*2.*& cons.*
☞ 179.*n.*6.*lib.*5.Dec.*cons.*81.*circa princ. & cons.*490. *& cons.*688. Vide,
19 *Legitima non potest minui per fraudem parentum.Concl.*188.† Amplia; quia debetur in rebus, & corporib.hæreditariis.*l.scimus.*§.*repletionem.C.de inoff.test.*vbi * omnes. Vide,*Legitima ex quibus debeatur, vel*
☞ *non, & quomodo extrahatur.Concl.prox.seq.*Vide,*Legitima debetur cum fructibus. Concl.*204.

Legitima ex quibus debeatur,vel non,& quomodo extrahatur. Concl.195.

1 LEGITIMA, † & eius supplementum debetur, & extrahi, seu suppleri debet ex substãtia testatoris.Old.113. *Quæstio.qua quæritur, in prin.*in tantum, quod non potest testator illã relinquere, nec hæres illam soluere in quantitate,si ipse non vult.Corn. *cons.* 26.incip.*In hac consultatione,n.*8.*ver.iis tamen non obstantib.lib.*3. qui
* dicit * communem. Vide infr.*n.*35. *v.Amplia.* Cast.*in l.scimus.n.*10. *C.de inoff.test.*Dec.*cons.*81.*n.*7.Rom.*in l.suus quoque,in fin.ff.de hæred.*
2 *inst.*† Et sic pater non potest legare legitimam filio in pecunia,vel
* vna re,secundum magis * communem,quã Bar.*in d.l.suus quoq;in*
* *fi.ff.de hæredib.inst.*quem * crebrius sequi Doct. affirmat Menoch.
3 *de arbitr.casu*163.*col.*2.*n.*8.*ver.non obstat.* † Contrarium, quod imo pater possit filio legare legitimam in vna re,&in pecunia hæreditaria,tuetur Menoch.*d.casu*163.*in prin.*† Declarat Menoch.*d.casu*
4 non posse assignari legitimam per patrem, quando in reb. inutilibus,vel habentibus onus assignaret.*d.casu n.*13. *&* 14.*ver. declara-*
5 *tur.* † Extende, etiamsi filius tacuit, Ias.*cons.*44.*in princ.lib.*1.Rub.
6 Alex.*cons.*43.*n.*7.† Imo etiam si expresse approbauit testamentũ, in quo pater legat legitimam in pecunia,non sibi preiudicat.Rui.
7 *cons.*194.*n.*7.*lib.*2.Vide infr.*n.*35.*ver.Amplia, cum seq.*† Contrariũ, quod imo si fiat legatum filio iure institutionis in quantitate, nõ possit filius repudiare legatum,& velle legitimam in bonis,tenet
8 Bald.*cons.*19.*Punctus quæstionis,lib.*4.† Declara;quia pater potest legare legitimam filio in pecunia,quando tempore mortis pecunia est in hæreditate;quia electio spectat ad patrem; secus si pater legaret in quantitate,quæ non esset in hæreditate tempore mortis.
9 Bald.*cons.*20.*Si pecunia erat.lib.*4.† Declara:quia vno casu debetur legitima in pecunia,&non in corporib.hæreditariis,quando pater in hæreditate reliquit castra,& iurisdictiones, quæ consueuerunt conseruari in agnatione,& agitur de legitimã filiarum; quia debent eam habere in pecunia,& æstimatione. Cast. *cons.*376.*Ne*
*sub æquinoco,n.*3.*ver. item dico. lib.*1.† Et idem est in parte,qui reser- 10
uauit legitimã in bonis mobilibus, & donauit stabilia;quia filius non potest velle legitimam in bonis stabilibus donatis; quia vbi testator,vel pater disponit,legitima potest restringi, prout voluit testator,vel donator in vna re potius,q̃ in alia;secus est in dispositione legis.Bald.*cons.*167. *Quidam Franciscus,n.*4.*ver.sed statim quæritur.lib.*5. † An autem in vna re, vel ex singulis rebus,& quomo- 11
do debeat extrahi legitima, Trebellianica,& Falcidia, Bald. *cons.* 217.*per tot.lib.*1.vbi opiniones varias refert.† Et dicas,quod debet 12
consignari in quota bonorum.*l.Papinianus.*§.*quarta.l.cum queritur, & l.scimus.*§.*repletionem.C.de inoff.test.am.*& in vna, vel plurib.rebus mediocribus,quæ non sint de melioribus, neq; de peioribus,& in parte minus damnosa arbitrio iudicis, & non in pecunia sine consensu recipere debentis.Bart.*in l.suus quoq;.ff.de hæred. inst.*Doctores * omnes *in l.in quartã.ff.ad l.Falc.& in l. Marcellus.*§. *res quæ.ff.* *
*ad Treb.*Dec.*cons.*81.*n.*7.Corn.*cons.*282.*n.*2.*lib.*1.Ruin.*cons.*55.*n.*3.*&*
*cons.*57.*n.*21.*v.quoad vltimum.lib.*2.Paris.*cons.*55.*n.*5.*lib.*2.*& cons.*28.
*n.*5.*lib.*3.vbi alios allegat.Bal.*in d.l.scimus.n.*10.*v.quæro,pater.C.de in-*
off.testam. † Amplia; quia boni viri arbitrio debet deduci; quia li- 13
cet nihil sit dictum; tamen intelligitur adiectum. Oldr.*cons.*113. *Quæstio,qua quæritur,in prin.*& ista est vera, quam etiam tenet Bald. *cons.*217. vbi recitat omnes opiniones, *lib.*1. Cuman.*cons.*133.*Filius*
*à patre, per tot.*maxime *n.*3. vbi,quod res alienatæ computantur in legitimam;quia bonus vir,& iudex ita arbitraretur,& non ex singulis rebus, & quod ex vna re sola deducatur, si hoc magis expediens sit partibus secundum arbitrium iudicis.Signo. *cons.*35.*n.*11. *ver.redeo ad septimam.*Ruin.*cons.*17.*in prin.lib.*5.late Menoch.*de arbit.*
*lib.*2.*casu*163.*nu.*21. vbi plurimos allegat,quod sit in arbitrio iudicis,qui eligere debet rem mediocrem. Aret.*cons.*156. Alex.*cons.*135.
*lib.*4.& hanc communem * dicit Menoch.*d.casu*163.*n.*20.*in fi.* & *
*nu.*21.vbi late citat plurimos. † Et propterea filius non potest eli- 14
gere vnam rem, quam velit pro legitima; quia spectat ad iudicẽ. Bart.*in d.l.suus quoque.ad fi.prin.ff.de hæred.inst.*Alex.*in l.1.ff. ad l.Falc.*
post Abb. & alios *in c. Raynaldus, & c. Raynutius, de testam.*Ias.*in l.filium quem habentem.C.famil.hercisc. & in d.l. Marcellus.*§.*res quæ.ff.ad*
*Treb.in fi.*vbi Alex.*n.*10.dicit * communem, Vide infr. *ver.contra-* *
rium,& vide ibi Ias.*n.*16.Rui.*cons.*57.*De tribus,n.*25.*lib.*2. Menoch.
*d.casu*163.*n.*16.vbi dicit * communem.Et † quod non possit filius * 15
eligere legitimam sibi debitam in vna re,communem * dicit Me- *
noch.*d.casu*163.*n.*16.*ver.secundum caput.*† Contrariũ tenent multi, 16
quos idem Menoch.citat.*d.casu*163.*n.*17.*v. contrariam.* † Declara; 17
quia arbitrio iudicis debet assignari.Menoch.*d.casu*163.*n.*20.*in fi.*
& 21.*ver. cum ergo in re vna.*vbi * dicit communem.† Et quod non * 18
possit filius propria authoritate occupare vnã rem pro legitima. Bart.*in l.2.circa med.C. quando, & quib.quarta.lib.*10. Aret.*cons.*156. *Diligenter visis,col.pen.*Cast.*in d.l.scimus.*§.*repletionem.C.de inoffic.testa.*
† Pro hac opinione, quod ex vna re tantum non possit filius de- 19
trahere legitimam, tenet gl. & est communis * opinio, vt per Bal. *
*d.cons.*217.*in princ.lib.*1.& communem * dicit Aret.*cons.*156.*col.fin.* *
& de * communi Menoch.*de arbitr.d.casu*163.*nu.*16. vide supra *nu.* *
14.*ver.& propterea.*† Contrarium,quod imo filius possit detrahe- 20
re legitimam ex vna re alteri non legata,æquitate tamen seruata. Bald.*cons.*177.*In Ecclesia,n.*3.*ver. nota, quod de æquitate, lib.*1.& latius *cons.*717. *Quæritur, vtrum, per tot. lib.*1. vbi, quod æquitas naturalis secundum arbitrium boni viri hoc regulare debet.Menoch.*de arbit.d.casu*163.*n.*20.† Declara, quod imo sit in electione filij,an ab 21
vna re, vel ab vno legato detrahatur, quando omnia sunt plurib. legata.Rom.*cons.*277.*Non est dubiũ, n.*2. *& seq.v.sed præsupposito,* vbi apostil.*in ver.legitima.*allegat Bertran.*cons.*59. *Viso processu,n.*5.*lib.*3. *in nouis.* † Declara; quia ex re legata filiæ ad vsumfructum potest 22
filius petere,& obtinere suam legitimam, si velit; quia iam pater præoccupauit legando vsumfructum. Cast. *cons.*204. *Super primo,*
*col.*2.*ver.circa secundum,lib.*2.† Cõtrarium, quod imo non possit e- 23
ligere filius,sed spectet ad æquitatẽ iudicis. Rol.à Vall.*cons.*78.*nu.*
16.*& seq.* vbi tandem concludit, quod æquitas iudicis debet approbare alienationem rei fideicommisso subiectæ,quando bona fide est facta; secus si filius de meliorib.bonis alienasset, etiamsi dixisset,pro sua legitima,*lib.*1.& ita omnes * tenere dicit Ias.*in d.l.* *
Marcellus.§.*res,quæ.ff.ad Treb.*n.12.† Et electio debet esse magis hæ- 24
redi scripto pro maiori parte, vt per Oldr.*d. cons.*113.*n.*2.*v. vir autẽ*
bonus. † Declara; quia non deducit ex re legata alteri,si extant alia 25
bona;si vero non extant alia bona,tenetur deducere ex omnibus legatis,non in vna re,neq; ex vno legato tantum.Io.de Imol. *cons.* 112.*nu.*12.Ruin.*cons.*17.*n.*8.*lib.*5. neq; deducit ex specialiter prohibitis alienari, nisi meliora essent prohibita. Ias.*in d.l. Marcellus.*§.

res,quæ.

☞ res, quæ in fin. ff. ad Trebel. Vide Concl. prox. seq. in principio. Vide Ant. Gabr. lib. 6. tit. de legitima. Concl. 4. Filius non potest vnam rem, vbi plenius. Vide, Legitima filiorum non recipit grauamen. Concl. 187. num. 26 136. & seq. † Amplia; quia eligere filius non potest, neq; debet in singulis rebus propter communionem, quæ discordias parit, & quia bonus vir hoc non faceret. Old. d. cons. 113. ver. vir autem bonus. Cuman. d. cons. 133. n. 3. vsque in fin. Menoch. d. casu 163. n. 22. & 23. vbi, quod neq; ex vna re sola, quando vni prodesset, & alteri nocet, detrahit, & hanc communem * dicit Crass. §. legitima, q. 17. nu. * 7. † Et quod non possit filius velle legitimam in singulis rebus, 27 sed sit arbitrarium iudici illam assignare in vna, vel duabus rebus mediocribus. Alex. cons. 117. Viso titulo, n. 20. ver. circa aliud dubium. lib. 6. vbi reddit rationem; quia non habet filius hypothecata bona pro legitima; ideo non potest eligere, & ibi apost. in ver. filius, 28 quæ dat concord. † Declara; quia debet ex omnibus rebus detrahi, de iure tamen arbitrarium est iudici, an commodius sit partib. ex vna re fieri extractionem. Signor. Homod. cons. 35. Casus talis, n. 11. ver. redeo ad septimam. Vide Ant. Gabr. lib. 6. tit. de legit. Concl. 3. Le- 29 gitima non est filio assignanda in singulis rebus. † Iudex autem potest arbitrari, quod debeatur ex fructib. etiam perceptis in vita testatoris; quia dicuntur de substantia hæreditatis. Menoc. d. casu 163. 30 n. 31. v. ambigunt. † Et ad dirimendas cõtentiones si partes non concordant, faciat iudex, quod hæres faciat partes, filius eligat, vel è contra, & qui facit partes, patiatur alium eligere, & si discordant, ponantur sortes. Picus in l. in quartam, n. 145. ff. ad l. Falc. Menoch. d. casu 163. in fin. Crass. in §. legitima. q. 17. in fin. vbi dicit esse praxim 31 singularem, quam ponit Picus in d. l. in quart. am, n. 147. ff. ad l. Falcid. † Amplia; quia potest iudex compellere partes ad eligendum 32 petitos, vt concordent super legitima. Fulg. cons. 55. in fin. † Si tamen arbitri inæqualiter diuidunt inter grauatos, nõ præiudicant successoribus fideicommissariis. Crauet. cons. 202. nu. 19. & seq. & 33 cons. 435. per tot. † Amplia; quia filius non potest velle consequi legitimam, & Trebellianicam in re legata, quando supersunt alia bona, quæ sufficiant pro satisfactione; quia quicquid habuit à testatore, tenetur imputare in legitimam. Angel. cons. 131. Ad decisionem, per tot. plene Petrus Surd. cons. 148. nu. 11. Bald. in rubr. de reiud. col. 1. in fin. & in l. non amplius. §. fin. ff. de leg. 1. quia pater potest legare res suas, dummodo in hæreditate relinquat, quod sufficiat pro legitima filii. Ias. in l. filium, quem habentem. C. famil. hercisc. col. 7. 34 nu. 17. vers. limita. Alex. cons. 12. Perspectis iis, quæ in themate narrantur, lib. 5. † Amplia; quia filius pro sua legitima, vel supplemento eiusdem potest agere, vt illam consequatur etiam inuito hærede vniuersali. Roman. cons. 277. Non est dubium, nu. 2. ver. sed præsupposito, 35 vbi apost. l. in ver. legitima. † Amplia; quia legitima, quando est legata filio, debetur ex corporibus hæreditariis, non in æstimatione. Bald. Ang. Castr. & Ias. in l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. 1. Barbat. cons. 63. col. 3. lib. 3. allegat Anchar. cons. 128. Si huic Francisco, 36 Vide supra nu. 6. & seq. † Extende, etiamsi testator expresse legando disposuisset esse præstandam in quantitate. Bar. in l. suus quoque, ad fin. ff. de hered. instit. quia potest filius repudiare pecuniam, & dicere, volo legitimam meam in corporibus hæreditariis. Corn. cons. 282. Circa primum, col. 1. lib. 1. Ias. in l. scimus, §. repletionẽ. C. de inoff. testam. & est tex. in d. l. scimus, & facit ratio; quia est quota bonorũ. l. Papinianus. §. quarta. ff. eodem. Bart. in l. ex facto, la grande. ff. de hær. in- * stit. & est magis communis * opinio secundum Alexan. in l. ita tamen. §. si patronus. ff. ad Trebell. Corne. cons. 190. lib. 2. & pro hac parte facit; quia fructus percepti post mortem testatoris non imputantur in legitima pro rata legitimæ; quia debetur ex substãtia patris. 37 Bald. Castrens. & alii d. §. repletionem. Alexand. in l. in fideicommisso. ff. ad Trebell. † Contrarium, quod pater possit legare filio legitimam in pecunia. Socin. cons. 75. lib. 1. Bald. cons. 167. lib. 5. vbi, quod non obstat text. in d. §. repletionem, quia loquitur in dispositione legali, non in dispositione hominis, prout ex testamento, ex donatione. 38 † Declara; quia si agitur de legitima, vt quia filius illam petat in substantia, debetur per prædicta, si vero petatur supplementum legitimæ, vt quia prius acceptauit quantitatem, quæ non fuit sufficiens; quia supplementum est accessorium, debetur in pecunia, prout principale. Guid. Pap. decis. 487. Ange. consi. 101. post med. ver. 39 interdum. † Declara, nisi filius acceptasset legatum in pecunia pro legitima; quia tunc non debetur in corporibus hæreditariis. Alexan. cons. 69. lib. 1. Picus in repet. d. l. in quartam. num. 61. ff. ad l. Falcid. Ias. in d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testamen. facit Anchar. cons. 40 102. ad fin. † Imo licet pater non possit assignare filio legitimam * in pecunia, secundum magis * communem, d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. test. am. si tamen fiat assignatio in pecunia, & filius non contradicat, sibi præiudicat, vt dicit Castren. in d. §. repletionẽ. Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus, in 11. ampliat. nu. 3. in fin. C. de inoff. testam. vbi late examinat; nam etiam per non contradictionem arguitur consensus. Paris. cons. 41. num. 27. lib. 4. Vide supra in princ. num. 6. & seq. vbi videtur contrarium, & declara, vt ibidem. † Amplia; quia in bonis alienatis bona fide est deducenda legiti- 41 ma, Trebellianica, & Falcidia, & hoc ex æquitate. Cuman. cons. 133. Filius à patre, n. 2. in fi. ver. in contrarium autem, vbi dicit hoc maxime procedere inuito hærede, si fideicõmissarius hoc velit, hocidem dicit Gratus consi. 17. nu. 23. & seq. ver. non obstat. lib. 1. vbi quod volente fideicommissario deducitur legitima, & Trebellianica in bonis primo alienatis, etiam subiectis fideicommisso, alias secus; quia non possunt deduci ex fideicommisso, si alia bona extant, & quod alienatio facta bona fide non animo euertendi fideicommissum, computetur in legitimam, & Trebellianicam, Bart. in l. 2. §. res, quæ. n. 2. Cast. n. 3. Alex. col. fin. Ias. n. 12. ff. ad Trebell. Rom. consil. 276. num. 4. Corn. cons. 126. in fin. lib. 2. Socin. cons. 36. lib. 3. cum aliis adductis per Rol. à Val. consi. 78. nu. 19. & 20. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 163. nu. 22. Aretin. consi. 19. & consi. 58. Dec. consi. 202. n. 8. Capra consil. 49. nu. 13. & cons. 92. nu. 12. Paris. consil. 17. nu. 31. & seq. & cons. 52. nu. 29. & cons. 93. n. 57. lib. 2. Grat. cons. 21. n. 3. lib. 2. † Exten- 42 de; quia licet legitima non sit deducenda ex vna re, tamen si hæres aliqua bona alienauit, semper censetur suam legitimam deduxisse in bonis alienatis. Bal. cons. 39. Punctus quæstionis emergentis, n. 2. ver. in quam tamen computantur, lib. 4. vbi reddit rationem differentiæ, & consi. 6. Factum, super quo, circa fin. eod. lib. 4. Alex. cons. 184. Viso themate. num. 5. in fin. & nu. 6. vers. quarto quia potest, lib. 2. & hanc veriorem dicit Alexand. consi. 67. nu. 3. ver. circa tertium. lib. 4. † Ex- 43 tende, etiam si aliquam rem speciatim hypothecauit; quia censetur in ea elegisse legitimam. Io. de Imol. consi. 18. Visis, & consideratis, in fi. vbi, quod pro rata legitimæ obligatio valet. † Extende, 44 vt in tantum legitima sit deducenda in bonis, quę hæres grauatus alienauit, vt licet testator dederit facultatẽ hæredi alienandi pro suis necessitatibus; tamen alienatio ab eo facta, donec duret legitima, computatur in legitima; quia non censetur alienasse fideicommissum donec habet de proprio, sic videtur Bald. cons. 39. lib. 4. vbi est casus. † Extende, quod dicitur de bonis per hæredem 45 grauatum alienatis, vt in eis legitima sit electa, vt idẽ in bonis per hæredem legatis censeatur legitimam deduxisse. Io. de Imol. cons. 112. num. 8. & seq. † Extende generaliter in omni alienatione. Alex. 46 consi. 178. lib. 5. Capra cons. 92. num. 12. Rub. Alexand. consi. 157. num. 2. Petr. Surd. cons. 128. nu. 21. Simon de Præt. consi. 47. nu. 4. cum seq. † Et quod in re alienata per grauatum imputetur legitima, & 47 Trebellianica. Alex. cons. 178. nu. 4. lib. 5. Bald. cons. 300. nu. 2. lib. 3. & cons. 407. num. 5. lib. 1. Capra cons. 49. in fi. Corneus cons. 303. num. 14. ver respondetur, quod imo. lib. 4. & consi. 146. n. 24. lib. 2. Paris. consi. 52. n. 29. lib. 2. & cons. 1. nu. 89. & cons. 7. n. 9. lib. 3. † Extende, vt procedat, 48 etiamsi sint plures fratres, qui parẽ causam habeant, & vnus sine fraude alienet aliqua bona. Bald. in l. filium, quẽ habentem, in 1. lect. nu. 3. ad fi. C. famil. hercisc. Capra d. cons. 49. Quidam Thomas de Fulcinio, nu. 12. & cons. 92. nu. 2. & cons. 150. nu. 6. & videtur concordare Fulg. cons. 41. num. 5. Paris. cons. 17. nu. 33. lib. 2. † Extende; quia etiam em- 49 ptor, & singularis successor, sicut ex persona grauati venditoris posset agere pro legitima, & Trebellianica; multo magis retinere potest. l. per retentionem. C. de vsur. l. 2. vbi Bald. C. de fideicom. Bal. cons. 455. prope fin. lib. 2. Corn. cons. 182. col. fi. lib. 4. Ruin. consi. 180. n. 18. lib. 1. Vide, Exceptio datur facilius, quã actio, & quando procedat. Concl. 374. ¶ † Extende; quia frater dotans sororẽ, & dans illi fundum, vel pre- 50 tium fundi, quem alienauit, censetur assignare legitimam sorori, cuius nomine gerebat negocium. Crau. cons. 131. in fin. † Extende, 51 qñ hæres alienauit etiam cum pacto redimendi; quia censetur elegisse legitimã, adeo, quod non posset velle redimere, & habere legitimam, vel Trebellianicam in aliis bonis. Rub. Alex. cons. 157. nu. 3. † Extende, etiamsi non sint mediocria alienata, dummodo 52 non in fraudem. Rub. Alex. d. cons. 157. n. 2. vbi declarat. † Contra- 53 rium, quod non possit hæres grauatus alienando eligere suam legitimam, & Trebellianicam in re alienata, quando esset de melioribus. Rol. à Vall. cons. 78. n. 16. & seq. & n. 19. lib. 1. plene Menoc. de arbit. iud. lib. 2. casu 163. per tot. & n. 16. & seq. imo simpliciter, quod non possit, nisi arbitrio iudicis concurrente. Dec. cons. 235. Non parua, nu. 13. & seq. ver. capio igitur septimum, vbi n. 15. & 17. dicit * com- * munem, & apostil. allegat Bald. cons. 217. lib. 1. Castrens. cons. 247. num. 4. lib. 1. Corn. consi. 282. lib. 1. Aretin. cons. 156. Guid. Pap. decis. 606. Paris. cons. 17. n. 33. lib. 2. & hanc veriorem, & * communiorem * dicit Pet. Surd. cons. 128. n. 22. † Declara, quia licet hæres alienan- 54 do vnam rem forte non computet in suam legitimam, ne habeat electionem à seipso; tamen negari non potest, quin ex alienatione agnouerit legitimam, & sic pretium, & valor à die agnitæ consideretur. Pet. Surd. d. cons. 128. num. 21. & seq. † Item declara; quia 55

quando alienatio est facta pro necessitate, prout pro soluēdis debitis, non præsumitur fraudulenta. Rol. à Vall. qui alios allegat
56 *cons.78.nu.20.lib.1.* † Et idem, quando pro diuisione est facta, quæ est quasi necessaria; quia nemo cogitur stare in communione, q̄ diuisio dicatur causa necessaria. Crau. *cons.264.nu.8.& cons.481.n.* 19. vbi reddit rationem; quia compelli potest quilibet ad diuidē-
57 dum. † Et idem, quando est in exequutione sententiæ, vel laudi habentis exequutionem paratam; quia tunc iure actionis com-
58 pelli potest. Pet. Surd. *cons.106.n.19.* † Declara, quia odio alienantis bona primo alienata imputantur in legitimam in tantū, quod non audiretur alienans, si vellet redimere talia bona, & restituere fideicommissario, vt consequeretur legitimam. Ias. pulchre *consi.* 89.*n.2.in fi.in 3.dubio.lib.1.*& videtur velle Capra *in cons.150.n.6.* ex
59 mente Io. de Imol. *in l. Marcellus.§.res, quæ.ff. ad Trebel.* † Cōtrarium, quod non sit in odium alienantis, sed in fauorem, tenet Rom. *cons.* 277. *Non est dubium, n.4.ver.tertio quia,* vbi, quod sicuti hoc conceditur hæredi grauato; ita etiam debeat esse concessum filio, qui a-
60 lienauit rem paternam, vt in illa elegisse dicatur legitimam, vel supplementum legitimæ. † Declara; quia bene in præiudicium eius, qui alienauit, potest fideicommissarius velle, quod alienata computentur in legitimam, & Trebellianicā, non è contra. Ang. Aret. *cons.18. Ioannes, n.16. & seq.ver. & ex hoc apparet.* Rui. *cons.17.n.*
61 8. *lib.5.* quem refert Menoch. *d.casu 163.n.23.* † Declara, vt supr. *nu.* 41. *ver. Amplia, quia in bonis,* videl. quando bona fide est facta alienatio, deducitur legitima in re alienata; ideo requiritur arbitrium
62 iudicis. Dec. *cons.235.n.16.* † Declara; quia si bona fide est facta alienatio, & sine fraude, iudex debet approbare, alias secus, ita Deci.
* *d.cons.235.n.15.& seq.* & ita * omnes tenere dicit Ias. *in d. l. Marcellus.* §. *res, qua.n.12.ff. ad Trebell.* Capra *d.cons.150.n.6.* vbi allegat Ioan. de Imol. *in d.l. Marcellus.§. res, quæ.ff. ad Treb.* Cast. *cons.263.n.3. v. tertius casus.& cons.267. Viuentibus, col.2.ver.& si dicta bona, lib.2.* vbi, quod
63 in totum, vel pro parte, prout contingit, approbatur. † Et dicitur in fraudem, quando rem meliorem alienauit. Rol. à Val. *consi.78.*
64 *n.16.& seq.lib.1.* † Idem, quando rem valentem longe plus, quam sit legitima. Dec. *d.cons.235.n.15.& seq.* Vide tamen Alexandri. *consi.* 157. *n.2. in fi. ver. nam ex quo,* vbi dicit procedere, quando alienauit
65 plus diuersis personis; secus si eidem. † Idem, si rem vilioris pretio, quam valeat, alienauit. Petr. Surd. *consi.128.num.20. versic. misi forte.*
66 † Declara tamen; quia eligi potest in re alienata per hæredem, & emptor, contra quem agitur ad restitutionem, potest hoc excipere. Old. *cons.107. ver. ad quartam, n.8.* & quod possit deducere pro legitima rem alienatam. Bald. *cons.217. circa fi.* vbi, quod ista opinio est satis æqua; quia alias non posset hæres aliquid alienare. *lib.1.& cons.407. In quæst.n.5. ver. modo videndum, lib.1.& cons.219. Pepus Nicolutii, n.2. ver. superest alius, lib.2.* quod intelligitur, quando arbitrium
* boni viri concurrit, & hanc communem * opinionem dicit Aret. *cons.18. Visa, & discussa.n.5. ver. iis breuiter.* Bald. *cons.298. Circa primā, n.2. lib.3.& cons.392. Super primo, n.3. ver. super quarto, lib.4.* vbi pro legitima allegat text. *in auth. de restit. & ea, quæ parit. §. quamobrem,* & pro Trebellianica allegat *d.l. Marcellus.§. res, quæ.ff. ad Treb.* & idem repetit Bald. *cons.367. Dubium, super quo, lib.4. in princ.* Dec. *consi.201. Vt præsens consultatio.n.8.* Paris. *cons.17.n.33. lib.2.& cons.27.n.3. lib.3.* Socin. Iun. *consi.136.nu.14. lib.1.* vbi, quod ista est regula, plene Ce-
* phal. qui alios allegat *cons.346.nu.7. lib.3.* vbi dicit * communem
* Cast. *cons.77. lib.1.* Grammat. *decis.93.n.5.* vbi de * communi. Ripa
67 *in l. in quartam, num.120.ff. ad l. Falcid.* † Declara secundo; quia eligi potest in vna re, quando testator ita iussisset, vel dedisset licentiā, quod pro sua legitima posset retinere, quæ bona vellet, vsque ad concurrentem quantitatem, vel fideicommisso suppositā esse in specie certa bona plus, q̄ alia disposuisset. Bald. *d.cons.217. in fi. lib.1.*
68 † Imo, quod non possit filius alienando declarare velle legitimam in re alienata, nisi quando ex necessitate, & cum iudicis au-
69 thoritate alienauit. Menoch. *de arbitr. d.casu 163.nu.19.* † Extende, vt quod dicitur de legitima, idem sit de Trebellianica, vt ex bonis alienatis deducatur, si non malitiosè est facta alienatio. Cast. *consi.*
☞ 267. *col.2.ver.& si dicta bona, lib.2.* Vide, *Trebellianicam computat hæres*
70 *in eo, quod vendidit, & quando. Concl.382.* † Extende, etiā si alienatio sit facta titulo gratuito, prout ex donato. Cephal. *cons.346.nu.7.&*
71 *8. lib.3.* † Extende in permutatione. Socin. *cons.36.num.2. lib.3.* Ex-
72 tende; † quia procedit, etiamsi filius alienauit occasione soluendi fisco bona, & condemnationes; quia alienata computantur in e-
73 ius legitimam. Bald. *cons.185. Res alienata, lib.4.* † Restringe, quando vltra quantitatem legitimæ fieret alienatio; quia reuocatur pro illo pluri. Alex. *cons.178.nu.4. lib.5.* Aret. *d.consi.18.nu.5.* Rol. à Vall. *consi.7●.nu.19.& seq.lib.1.* Simo. de Præt. *lib.3. de interpret. vlt. volunt.*
74 *dub.5. solut.6.n.16.* † Restringe, quando ex necessitate hæres alienasset pro soluendis legatis, vel alias, ad beneficium hæreditatis, seu fideicommissi; quia tunc non compensat. Fulg. *cons.41.nu.8. ver. in quinto.* idem, si exegit credita, & satisfecit creditorib. hæreditarijs; quia sicut si de suo soluisset, repeteret, ita etiam retinet, Rom. *cons.276. Visis dubiis, in 7. quæst.* Fulg. *cons.82. Punctus, super quo.*
† Restringe; quia si primo alienata sufficiunt pro legitima, vel 75
Trebellianica, secundo alienata reuocantur, Aret. *cons.18.n.5. ver. ex hoc sequitur.* Ruin. *cons.135.nu.11. lib.3.* Socin. Iun. *cons.137.n.5. lib.1.* Simon de Præt. *de vlt. volunt. lib.3. dub.5. solut.6. num.16.* Hier. Gabr. *cons.46.nu.46.* † Restringe; quia non potest hæres grauatus eligere legitimam in bonis per testatorem legatis, si extent alia bona, 76
& si non extent, deducit ex omnibus legatis, non ex vno. Io. de Imol. *consi.112. num.12.* † Restringe tamen, quod in dubio potius 77
hæres præsumitur alienasse pro soluendis legatis vsuris & incertis, quæ non petuntur, quam pro se. Bald. *cons.219. in fi.n.4. v. itēnec est dubitandum, lib.2.* † Declara plene; quia duo sunt casus: Primus 78
est, quando fideicommissarius non vult habere ratam alienationem grauati; & tunc est quæstio inter DD. an inuito fideicommissario possit deducere suam portionē in bonis alienatis. Ang. *cons.159. Conradus Alberti, in princ.* Ruin. *cons.59.nu.2. lib.4.* Curt. Iun. *cons.59.nu.8. lib.1.* Rim. Iun. *cons.190.nu.23. lib.2.* vbi, quod non deducitur legitima in primo alienatis; imo Curt. Iun. vult, quod fideicommissarius, qui pro restitutione dotis soluere compellitur mulieri, recuperabit ab emptoribus bona primo alienata, quod non admitto, licet communem * dicat Dec. *consi.235. Non parua, n.* *
13.& seq.ver. capio igitur septimo, vbi n.16.& seq.* de * communi. Con- *
trarium, † quod imo etiam recusante fideicommissario, quod ex- 79
trahatur legitima in bonis alienatis, debeat deduci petente emptore, vel hærede grauati, tenet Alex. *in l. in quartam, col.6.& 7. circa med. ff. ad l. Falc.* cum duabus limitationibus. Ias. *cons.161. lib.4.* vbi ponit aliam limitationem, quando alienatio per grauatum fieret post purificatum fideicommissum. † Prima est, si fideicommissa- 80
rius esset fraudatus re, & consilio iuxta *tit. de reuoc. iis, quæ in fraud.* † Secūda, si esset fraudatus re ipsa, vt quia grauatus alienauit me- 81
liora, vel existentia in loco tuto, & retinuit arenosa, vel existentia iuxta vicinū rixosum, vel potentē; quia præsumitur dolo fecisse. Ang. *in d.l. Marcellus.§. res, quæ.ff. ad Treb.* † Dicas tamen, quod in du- 82
bio dolus non præsumitur, nisi appareat. Imol. *d.l. in quartam.ff. ad l. Falcid.* † Tertia est, si fideicommissum est purum, vel purificatū 83
tempore alienationis factæ; quia fideicommissario nō nocet, sed reuocabit eam. Ias. *d.cons.161. lib.4.* † Adde tamen, quod ista aliena- 84
tio non dicitur facta, si in vltima voluntate filius legat, ita Guid. Pap. *q.606.* quem refert, & sequitur dando alias declarationes Gabr. *de legit. concl.4.n.12.* ita Picus *in d.l. in quartam, n.112.ff. ad l. Falc.*
† Secundus casus est, quando fideicommissarius vult habere ratā 85
venditionem factam per grauatū; quia tunc secundum * omnes *
Doct. deducet alienata in portionem suam. Ang. *d.cons.159. in prin. ver. quandoque fideicommissarius.* † Et procedit iste secundus casus, 86
etiamsi hæres grauati contradiceret, & vellet bona alienata redimere, & legitimam in aliis bonis habere; quia non audiretur, ex quo fideicommissario est ius quæsitum per alienationē. Ias. *cons.* 89. *in 3. dubio, lib.1.* Alex. *consi.3.nu.6. lib.3.* Aret. *cons.19.* † Declara, vt 87
procedat, quando est vnicum fideicommissum vniuersale; secus si plura particularia; quia debetur legitima ex omnib. proportionabiliter, ne sit in potestate filii eludere totum fideicommissum vnius. Cast. *consi.247. In causa, quæ vertitur, n.4. ver. dicitur etiam, lib.1.*
† Et in bonis primo alienatis fit ista deductio. Dec. *cons.201.nu.8.* 88
Ceph. *cons.346.n.6.& seq.* Vide plenius Cōcl. prox. seq. † Et dicitur ☞
primo alienatum id, quod est primo obligatum, & hypothecatū, 89
licet postea alienatum, vt per Crau. pulchre *cons.493. Nobilis Carolus, per tot.* † Restringe, nisi esset fraudulenta alienatio de melio- 90
ribus bonis. Crau. *d.cons.493.* † Amplia; quia hæres quoq; non pōt 91
assignare legitimā filio in pecunia, neq; in vna re. Menoch. *d. casu* 163. *ver. tertium est caput, n.24.& n.26.* dicit * communem. Contra- *
rium, † quod possit hæres soluere legitimā in pecunia, vel vna re; 92
tenent multi, quos citat Menoch. *d.casu 163.n.26. ver.& si contrariū.*
† Declarat Menoch. *d.casu 163, n.28.* quando extaret statutū, quod 93
liceret hæredi. † Declarat secundo, quādo pecunia esset hæredi- 94
taria. *d.casu 163.n.19.* † Declarat tertio, quando filia esset exclusa à 95
statuto, & deberet dotari, prout Papiæ, & Ferrariæ; quia tunc debet in pecunia dotari, nec posset recusare. Menoch. *d. casu 163.nu.*
25. *ver. declaratur.* † Declarat quarto, quando iam pater partem re- 96
liquit in pecunia acceptata; quia supplementum debetur in pecunia; quia accessorium dicitur supplementum. Menoch. *d. casu 163.*
n.30. ver. declaratur tertio. † Amplia, quia tam hæres, quam singula- 97
ris successor potest facere istas detractiones. Old. *cons.107.n.7.& seq.* Hier. Gabr. *cons.46.n.45.* & retinere bona empta pro legitima venditoris. Alexan. *cons.178. lib.5.* Ias. *consi.89. lib.1.& cons.161. lib.4.*

Purpu-

98 Purpurat. *in l. fi. C. de pact.* † Contra hæredes, & etiam contra legatarios, si possideat bona legata, agi potest ad supplementum legi-
99 timæ. Corn. *d. cons. 148. lib. 4. in fi. ver. sit ergo conclusio.* † Quid si alienauit omnia bona, an primo alienata imputentur in legitimam,
100 quod sic, *supra nu. 88. & 89.* † Contrarium Ruin. *cons. 17. n. 8. lib. 5.*
101 quem refert & sequitur Menoch. *d. casu 163. nu. 23.* † Limita; quia Trebellianica debet extrahi de consensu fideicommissarij, eo ci-
tato; quia ex vnica re non posset extrahere. Bald. *cons. 217. Quæritur,*
102 *vtrum filius, circa fin. ver. de Trebellianica, lib. 1.* † Declara, nisi testator dedisset facultatem hæredi sibi retinendi Trebellianicam; quia
tunc ex vna re tantum posset retinere. Bald. *d. cons. 217. in fin. lib. 1.*
103 † Extende, vt sicut legitima censetur electa ex bonis primo alienatis, ita etiam Trebellianica. Dec. *d. cons. 201. nu. 8.* Ceph. *cons. 346.*
104 *nu. 6. & seq.* † Et quod debeat esse sine onere legitima, & quæ actio competat ad eam, & supplementum. Corne. *cons. 148. incip.*
Circa primum, per tot. lib. 4. Vide, *Legitima filiorum non recipit grauamen. Conclus. 187.*

Legitimam qualiter eligat filius, vel elegisse dicatur. Concl. 196.

1 FILIVS † non potest eligere legitimam sibi debitam propria authoritate in vna re, sed arbitrio iudicis hoc fieri debet. Bart. in
l. in quartam, col. 3. ver. quarto quæro, & ibidem Alex. *n. 15. ff. ad l. Falcid.*
Bald. *in l. scimus, col. 2. C. de inof. testa.* Alex. *in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad*
* *Trebel.* vbi ex mente * omnium ita concludit. Aretin. *cons. 156.* vbi
* dicit hanc esse * communem opinionem. Castr. *cons. 247. num. 4.*
lib. 1. Corne. *cons. 282. col. 1. lib. 1.* Guid. Pap. *dec. 236. num. 10.* Bart. in
l. Suus quoque, ad fin. princ. ff. de hæred. instit. Deci. *cons. 81.* Paris. *cons. 45.*
2 *colum. 2. lib. 2.* † Contrarium, quod imo, ex quo bona patris sunt obligata filio pro legitima, possit filius vnam rem hæreditariam
eligere pro legitima, tenent Iacob. de Arena *in d. l. Marcellus. §. res,*
quæ. in fin. ff. ad Trebell. & ibi Oldrad. quem etiam citat, & sequitur
Alberic. in fi. mouentur per *l. creditoris. ff. de distract. pignor.* quia habenti bona obligata datur electio. Bald. *in d. l. creditoris. ff. de distract.*
pignor. Ioan. de Imol. *d. l. Marcellus. §. res, quæ. in fin.* vbi dicit hoc esse notabile, & allegat etiam Cynum pro hac opinione, Iaf. ibi *nu. 16.*
plures citat, Bologn. *in l. in quartam, num. 251. ff. ad l. Falcid.* & pro
ista parte Oldrad. *cons. 107. num. 8. in fin. ver. indebito vero.* Roman.
cons. 177. Non est dubium, nu. 3. ver. horum autem. Contrarium, quod
☞ legitima non habeat hypothecam. Vide, *Legitima non habet hypo-*
* † *thecam. Conclus. 203.* * † Declara; quia communis * opinio est in contrariũ, quod non possit eligere; quia non est concessa hypotheca pro legitima. Bologn. *in d. l. in quartam, n. 251. & seq. ff. ad l. Falc.*
vbi admittit electionem, quando filius haberet expressam hypo-
4 thecam, & limitat multis modis, quibus filius eligit. † Declarat Angel. *d. l. Marcellus. §. res, quæ, in fin. ff. ad Trebell.* vt si bona sunt penes fideicommissarium, non possit eligere; secus si penes filium,
vel ab eo sunt alienata, quod dicit fuisse consultum per Collegiũ
Perusinum, sed limitat ipse; quia si esset ex alienatione corruptum
patrimonium, vt quia de omni re alienauit partem, vel pretiosiora; quia non valeret, & ibi Imol. dicit idem, & pariter non valeret
electio, si esset de terreno adiacenti palatio, per quod palatium
magni valoris redderetur inutile. Ang. *in d. l. creditoris. ff. de distract.*
pignor. Bald. *auth. hoc nisi. C. de solut.* & fuit opinio Bart. *in l. ex falsis. C.*
☞ *de transact. nu. 11.* Vide plenius Concl. prox. præced. *num. 11. & mul-*
5 *tis seqq.* † Amplia; quia si non potest eligere, minus potest alienare meliora bona pro legitima, vel pretiosiora reseruando deteriora; quia dum filio fauendum esse existimamus, fideicommissarijs incommoda parari non debent. *l. fin. §. sed & si quis. Cod. comm.*
de legat. Ang. *in l. 2. C. de repud. hæred.* Alex. & Modern. *in d. l. in quartam. ff. ad l. Falc.* & in specie Salyc. *in l. filium, quem habentem, col. 6. C.*
famil. hercisc. vbi dicit, quod multoties filij grauati restituere hæreditatem post eorum mortem aliqua bona alienant in vita, & in
alienatione faciunt describi, quod illam rem eligunt pro sua legitima; nam hoc facere non possunt à seipsis, sed ita demum æquitate iudicis approbante, sequitur Deci. *cons. 236. num. 15.* est *cons. 235.*
secundum nouam impressionem, incipit, *Non parua,* vbi late exa-
6 minat. † Et licet iudex æquitate suadente possit habere ratam alienationem factam ex iusta causa, vt per Bald. *in l. iubemus, col. 1. C.*
ad Trebell. tamen hoc procedit, & habet locum, quando alienatio fuisset facta bona fide; secus si in fraudem, vel damnum fideicommissarij, & ideo, quando fit alienatio vltra, quã importet legitima, non dicitur facta bona fide. Bart. *in l. alio. col. 2. ff. de alimen. & ci-*
* *bar. legat.* & per Aret. *cons. 18. col. fin.* Deci. *cons. 235. nu. 17.* vbi * dicit
7 communem. † Idem, si quando superesset parum pro consequẽda legitima, grauatus alienaret domum magni pretij, in qua cadebat maior affectio testatoris. *l. quæ tutores. C. de administr. tutor.* faciunt tradita per Bald. *cons. 238. Determinatio, lib. 5.* † Declara; quia 8
filius non potest alienando, vel alias propria authoritate legitimam, vel Trebellianicam deducere, sed iudicis authoritate hoc facere debet; ideo reuocatur alienatio facta, nisi iudex æquitate confirmauerit, vt quia bona fide sit facta. Deci. *d. cons. 235. nu. 14.*
& seq. vbi de * communi. † Declarat etiam Rolan. à Val. *cons. 78.* 9 *
nu. 19. lib. 1. Menoch. *de arbitr. d. casu 163. nu. 19. & seq.* vt si alienatio sit ex causa necessaria, valeat, si ex voluntaria, secus, maxime, quãdo bona fide facta est. † Restringe, vt infr. dicitur, quando bona 10
fide hæredes vnus, vel plures alienassent; quia in bonis primo alienatis imputatur, & compensatur legitimæ, quoniam in communione existentes alienarunt. Capra *cons. 150. nu. 6.* † Et procedit restrictio, etiamsi alienatio esset facta pluribus, & per plures 11
hæredes in cõmunione existentes, etiamsi nondum esset purificata conditio respectu Trebellianicæ, puta, quia debet deduci legitima pure, & Trebellianica sub conditione, alienarunt plurib.
pro quanto ascendit legitima, & Trebellianica, & plus, postea euenit cõditio Trebellianicæ, cum iam omnes alienationes essent factæ, fideicommissarius non potest molestare primos emptores,
non autem vnumquemq; pro rata, prout est communis * opinio. *
Aret. *d. cons. 18. Visa, & discussa. in 3. & 4. dub. n. 5. ver. ita breuiter præmissis.* Alex. *cons. 178. n. 3. ver. vnde bona primo alienata, lib. 5.* Soc. *consi. 93. in*
fin. lib. 1. Soc. Iun. *cons. 129. n. 42. lib. 1. & cons. decisiuo 137. nu. 5. ver. secundo, eodem lib. 1.* Curt. Iun. *consi. 59. n. 8.* Bertrand. *consi. 173. n. 43. v.*
ad 14. lib. 3. Curt. *in l. filius familias. §. diui. n. 20. ff. de leg. 1.* † Contrariũ 12
consuluit Corn. *cons. 133. num. 6. ver. & licet forte alia, lib. 4.* & faciunt tradita per eundem Corn. *cons. 182. col. 1. v. & ideo res sunt communes,*
li. 1. qui vult, quod imo sit arbitrarium iudici, vt omnes emptores pro rata teneantur, ex quo aduenit conditio deductionis Trebellianicæ post venditiones omnes. † Restringe; quia si filius grauatus restituere hæreditatem post mortem cõsumpsisset pecunias, 13
quæ remanserunt in hæreditate defuncti, censeretur elegisse legitimam in eis; quia in primo alienatis censetur eam elegisse. Aret. *cons. 18. nu. 5.* vbi dicit * communem, cum alijs proxime, & in *
pecuniis consumptis, & mobilibus. Capra *cons. 32. n. 8.* † Et procedit restrictio eo solo probato, quod defunctus tempore mortis 14
suæ reliquerit quantitatẽ pecuniarum; quia iuris præsumptione præsumitur ad manus hæredis peruenisse, ex quo hæres succedit in vniuersum ius defuncti, gl. *in c. si Episcopũ, in v. reddatur. circa med.*
16. q. 6. Aleiat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 7.* † Ratio est; quia 15
præsumitur filius in consumptis, seu alienatis legitimam elegisse. Soc. *cons. 36. lib. 3.* Soc. Iun. *cons. 136. lib. 1.* vbi dicit * communem. Et * ^
bonus iudex hoc arbitrari debet, vt alienata computentur. Dec.
cons. 202. late Paris. *cons. 17. & 18. lib. 2.* Bald. *cons. 42. n. 2. lib. 4.* Capra
cons. 18. n. 20. † Restringe, vt idem sit in alienatione immobilium; 16
quia filius alienando vnam rem videtur eandem rem alienatam elegisse pro sua legitima, vt est communis * opinio, de qua Aret. *
cons. 18. Visa & discussa. n. 5. Alex. *cons. 3. n. 6. lib. 3.* facit text. *in l. Marcellus. §. res, quæ, ff. ad Trebell.* vbi omnes, * maxime Alex. & Iaf. Capr. *
cons. 49. in fi. Corn. *cons. 303. col. pen. circa med. lib. 4. & cons. 146. nu. 24.*
lib. 2. Doct. *in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. & in l. filium, quem habentem.*
C. famil. hercisc. Cast. *cons. 77. n. 2. lib. 1. & cons. 469. n. 2. lib. 2.* Soc. Iun.
d. cons. 136. n. 14. lib. 1. vbi dicit * cõmunem. † Et procedit restrictio, * 17
etiamsi alienatio sit facta per grauatũ ex vrgenti necessitate, quia censetur elegisse pro sua legitima rem alienatam. Bald. *cons. 185. Res*
alienata. lib. 4. † Imo procedit restrictio, quod bona pro legitima 18
censeantur electa, quando sunt alienata bona fide, etiam inuito fideicommissario, nec potest alienatio reuocari. Castr. & Iaf. *d. l.*
Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. & emptores non poterunt molestari à fideicommissario, Patis. *cons. 45. num. 14. & 15. lib. 2.* Castr. *cons. 77.*
Visis, & consideratis, & cons. 468. Ad primum, lib. 1. Capr. *cons. 32.* Soci.
d. cons. 36. lib. 3. Dec. *cons. 202. & cons. 236.* Paris. *cons. 18. in fin. lib. 2.* vbi
de * communi, & *cons. 52. n. 29. eod. lib. 2.* † Et in tantum est vera re- * 19
strictio, quod non admitteretur grauatus ad petendam, & consequendam legitimam in aliis bonis, licet vellet restituere pretium rei venditæ; quia compellitur computare in suam legitimam.
Rip. *in l. in quartam, nu. 22. ff. ad l. Falcid.* † Restringe etiam in fructi- 20
bus extantibus tempore mortis patris; quia si consumpsit filius, censetur elegisse pro sua legitima. Signo. Hom. *cons. 35. Casus talis*
est. num. 9. ver. redeo ad quintam. idem si mobilia consumpsit. Fulgos.
cons. 20. n. 5. ver. super legitima. † Restringe; quia etiam bona, quæ fi- 21
lio obuenerunt à patre, imputantur in legitimam eidem, *l. quoniã*
nouella. §. omnimodo. & §. fi. C. de inoff. testa. Bar. *in d. l. in quartam, col. 1.*
v. venio ad quartum. ff. ad l. Falc. quem ibi omnes * sequuntur. Vide, *
Legitima cõputat, quicquid petens eã habuit à patre. Concl. 205. † Et multo magis imputat, & computat in legitimã consumpta, si imputat 22

habita.

habita.*l.mulier.§.sed not.ff.ad Trebell.*Bart.*In d.l.Marcellus.§.res, quæ.ff. eod.tit.*Capr.*cons.*18.*nu.*20.& Paris.*cons.*93.*col.fin.lib.*2.*& cons.*52.*nu.*
23 29.*eod.lib.*2.*& cons.*90.*lib.*3.† Intelligas tamen restrictiones veras esse, quando bona fide, & non in fraudem esset facta alienatio
24 immobilium.Aret.*d.cons.*18.*col.fin.*Dec.*cons.*236.*nu.*17. † Amplia, vt quod dicitur de legitima, idem sit in Trebellianica, & de legitima,& Trebellianica simul; quia non potest hæres vnus,vel plures eligere in vna re sibi beneuisa,sed arbitrio iudicis relinquitur,
25 vt per Ias.& alios *d.l.Marcellus.§.res,quæ.ff.ad Trebell.circa fi.*† Declara; quia si consumpsisset primo pecuniam hæreditariam, & postea alienasset stabilia, nullo modo esset tutus emptor in legitima, quæ iam esset habita, & consumpta per consumptionem pecuniæ,quæ pecunia dicitur consumpta per triennium. Corn.*consil.* 105.*Visis,col.fi.lib.*3.in tantum,quod emptor dicens grauatum non consumpsisse pecunias,debet hoc probare. Alex.*in l.non omnis.§. si pupillus.ff.si cert.pet.*& est ratio; quia pecunia dicitur esse de ijs, quæ seruando seruari non possunt.*d.lex,quæ tutores.C.de admin.tut.*
26 Doct.*in l.*1.*§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.*†Idem si grauatus alienasset in pluribus vicibus vltra legitimam,& Trebellianicam sibi debitam;quia primi emptores,& bona primo loco vendita per grauatum computantur in suam legitimam & Trebellianicam. Alex.
27 *cons.*188.*Attentis verbis.nu.*4.*ver.vnde bona primo alienata. lib.*5.† Declara totam materiam ex præmissis;quia pater non potest fraudare filium relinquendo legitimam in pecunia, vel mobilibus, sed reseruando talia præiudicat, quando sine dolo cætera legat, vel
☞ fideicommittit.Vide,*Legitima filiorum non recipit grauamen.Conclus.*
28 187.*cum Concl.ibi prox.seq.*† Similiter filius non potest eligere legitimam in vna re,sed consumendo,& vendendo secus est,vt supra apparet.Vide Concl.prox.præced.

Legitima ex quibus non deducatur regulariter, & quando secus. Concl.197.

1 LEGITIMA † non extrahitur,neque debetur ex emphyteusi, quod spectat filio vti filio simpliciter, quando non agitur de succedendo ei, qui acquisiuit. Alex.*consi.*8.*Visis subtilissi.n.*6.*v.præsupposito,lib.*3.& ibi apost.ad Alex.*nu.*6.*in ver.legitimam.*idem Alex. *cons.*89.*nu.*8.*lib.*4.& quod de feudo non debeatur legitima, Ang. *cons.*242.*Punctus talis est,dominus.*Card.Zabar.*cons.*64.*in fin.ver.item ex quo talia*, & est text. *de prohibita feudi alienat. per Feder.* §. *præterea Ducatus.*Ægid.Bellam.*cons.*48.*n.*3.*ver.sed aliud dubium.* Castr. *consil.* 244.*Viso.& examinato,nu.* 4.*ver.super quarto,lib.*2. vbi comprobat; quia legitima debetur ex bonis hæreditarijs, & hæreditaria dicuntur,quæ ab intestato debentur,& ista non sunt talia, & ibi a-
2 post.† Et quod feudum proueniens ab auo,& si antiquum, non computetur in legitima; secus si esset acquisitum ab ipso patre,
* est communis * opinio,de qua Clar.*in* §.*feudum.q.*46.*in pr.*allegat
3 Ruin.*in l.in quartam.ff.ad Trebell.*post *nu.*17.*ver.prima conclusio.*† Extende, etiam si feudum sit simpliciter concessum sine expressione masculorum, vel fœminarum; quia fœminæ non succedunt, neq; legitimam consequi debent.Ang.*d.cons.*242.*per tot.* maxime
4 circa finem.† Extende maxime in feudo dignitatis, prout est Regnum,Ducatus,Marchionatus,& Comitatus,quod non diuidatur,sed spectet ad primogenitum. Abb.*cons.*12.*col.*3.*ver.sciendum*
5 *est enim,lib.*1. † Extende in feudo,& emphyteusi ab auo acquisitis p se,filijs,& nepotibus,& hæredibus;quia verbũ, *hæredes*, intelligitur,id est,descendentes, & sic; quia de sui natura non est transmissibilis ad extraneos,intelligitur acquisitio, vt filijs, & descendentibus.Alex.plene *cons.*8.*Visis subtilissimis,in princ.nu.*6.*& seq.lib.*
6 3.vbi,quod sunt aduentitia. † Imo etiam si pater hoc mandaret, non posset minuere legitimam. Alex.*d.cons.*8.*nu.*12.*ver.& licet pater,lib.*3.vbi *nu.*13.*& seq.*tollit contraria, quod pater posset priuare filios delinquendo, vel non soluendo; quia dicit, quod soluit principaliter pro se, & non attenditur, quod in consequentiam
7 conseruat alijs,& sufficit,quod alteri non possit legare. † Etiamsi post mandatum patris filij agnouisse prætendantur legatum, vt quia bona emphyteutica acceperunt, & diuiserunt; quia ex quo diuisio non restringitur ad causam legati, & potest esse ex causa inuestituræ,ipsi non nocet talis diuisio,& simplex acceptatio.A-
8 lex.*d.cons.*8.*nu.*17.*& seq.ver.non obstat,lib.*3. † Etiamsi in responsione ad positiones continentes,quod acceptauit legatum legitimæ in bonis emphyteuticis,seu feudalibus, dicatur, prout in instrumento diuisionis; quia confessio explicita relatiua ad instrumẽtum nihil ponit in esse,nisi ex relato appareat. Alex.*d.cons.*8.*num.*
9 17.*& seq.ver.nec etiam per responsiones,lib.*3. † Et si diu possederint; quia ex quo concurrunt plures tituli, præsumitur possessio ex titulo magis vtili,& minus nociuo.Alex.*d.cons.*8.*num.*19.*vers.nec et-*
iam probatur, lib. 3. † Extende; quia imo si filius acceptasset legatum patris,in quo legat feudum,vel emphyteusim maiorum suorum filijs,& quæ debetur filijs,vt filijs, ipsi non præiudicat in legitima,nisi faciat specificam mentionem, quod acceptat pro legitima.Alex.*d.consi.*8.*n.*20.*& seq.ver.nec etiam dicit esse,lib.*3.vbi apost. 10
*in ver.specifica,*citat eundem Alex.*cons.*89.*nu.*13.*lib.*4.† Extende,vt 11
procedat,etiam si sit feudum donatum cum pacto, quod inuestitus possit illud vendere,donare,testari, & de eo disponere pro libito suo; quia si testator prohibuit legitimam filijs in tali feudo, non habebunt eam;quia ista dicitur concessio,& promissio facta sub natura feudi.Bald.*consi.*56.*Commune Ast. circa fi.v.si autem esset, lib.*3.† Restringe, nisi esset in inuestitura derogatum, & factum 12
pactum contrarium,vel adesset consuetudo contraria;quia tunc debetur legitima.Ægid.Bellam.*d.cons.*48.*nu.*3. † Declara; quia si 13
feudum esset dignitatis,& propterea indiuiduum, non debetur legitima in eo, etiam si sit translitorium ad extraneos; sed tamen debetur æstimatio eo casu.Aegid.Bell.*d.consil.*48.*nu.*3.*&* 4.*vers.tamen.* † Restringe, vt non procedat, quando feudum esset vendi- 14
tum cum pacto alienandi,vt supr. quia hæc non est promissio sub natura feudi, sed istud est feudum nullo modo retinens naturam feudi; ideo regulatur secundum alia bona, vt in eo filii debeant habere legitimam, etiam si pater prohibuisset.Bald.*d.cons.*56.*num.* 2.*ver.sed dubium,lib.*3.† Restringe, quia debetur legitima ex bonis 15
donatis etiam cum iurisdictione ab Imperatore; quia in eis succedunt masculi,& fœminæ.Angel.*d.cons.*242.*in fin.ver.reliqua sunt.*sequitur Dec. *cons.*390.*nu.*6.† Restringe;quia emphyteusis,& feu- 16
dum acquisitum per patrẽ pro rata pecuniæ expensæ patitur detractionem legitimæ.Alex.*cons.*44.*Viso themate,num.*4.*lib.*1.apost. ad Alex.*d.cons.*8.*nu.*6.*in ver.Legitima,lib.*3.& alia apost.ad Alexand. *consil.*22.*nn.*13.*in ver.reuocatur,lib.*5.† Contrarium tenet Alexan.in 17
emphyteusi acquisita pro se, & masculis, vt non patiatur detractionem legitimæ *in d.cons.*8.*nu.*6.*lib.*3.† Declara; quia si emphy- 18
teusis,& feudum est hæreditarium,imputatur in legirimam;si vero non est hæreditarium, siquidem defertur ab auo,non imputatur in legitimam ex bonis filij inter nepotes;si vero agitur de successione primi acquirentis, indistincte imputatur in legitimam secundum veram opinionem,licet aliqui teneant, quod imputatur,quando fuit facta acquisitio ex pecunia patris,alias non, ita apostil.plena ad Alex.*d.cons.*8.*nu.*6.*in ver.legitimam.lib.*3.† Amplia; 19
quia legitima non debetur filio, vel filiæ in bonis emphyteuticis.Castr.*consi.*244.*in fin.col.*4.*lib.*2.Caccialup.*in repet.authen.nouiss. C.de inoff.testamen.* † Extende; quia neque supplementum legiti- 20
mæ debetur ex bonis emphyteuticis,plene Castren.*d.consi.*244.*n.* 4.*in quarto dubio, lib.* 2. vbi probat; quia debetur solum ex bonis hæreditarijs ab intestato; item, quia super directo dominio non debetur; quia non est in bonis emphyteutæ;item nec super vtili; quia per mortem est extinctum. † Amplia, maxime in legitima 21
debita matri; quia ex quo non succedit mater in emphyteusi; ita non habet legitimam de bonis emphyteuticis.Bald.*cons.*146.*Super isto puncto,in fin. lib.* 5. † Et idem in feudo;quia non succedit in 22
feudo,debent feuda deduci.Castr.*cons.*392.*Viso,& ponderato,in fin. lib.* 2. † Amplia; quia legitima non debetur filiabus fœminis ex 23
castris,& iurisdictionibus; quia talia conseruantur in agnatione, sed tamen per modum æstimationis, & valoris castrorum debetur in pecunia,ne diuisio,quæ est odiosa,vel communio, quæ parit discordiam,maxime in iurisdictionalibus,causetur.Castr.*cons.* 376.*Ne sub æquiuoco,nu.*3.*li.*1.† Amplia;quia legitima non debetur 24
filijs ex bonis patris, quæ peruenerunt ad patrem ea lege, quod ad filios non pertineant,Corn. *cons.*132.*in princ.lib.*1.*ver.nam sic testatur.*† Amplia; quia legitima non debetur ex bonis subiectis fi- 25
deicommisso particulari, vel legatis, quando extant alia bona libera,alias secus,quod procedit, etiam si grauatus alienasset bona subiecta restitutioni primo loco, quando extabant bona libera; quia non potest extrahi,& Trebellianica in eis,nisi vellet fideicõmissarius.Gratus *cons.*17.*num.*22.*& seq.ver.non obstat lib.*1.vbi dicit communem * Ias.*in l.filium,quem habentem.num.*18.C.*famil.hercisc.* * fuit dictum Castr.*in cons.*247.*In causa, quæ vertitur Saonæ.lib.*1.*nu.*4. Socin.*cons.*75.*nu.*2.*lib.*1. Alexan.*cons.*12.*lib.*5. Corne.*consi.*106.*col. fin.lib.*2.*& cons.*180.*col.*5.*lib.*4.Bald.*in rubr.de ver.diuis.colum.*1.*in fin.* Bald.& Alex.*in l.non amplius.§.fin.ff.de leg.*1.idem Alex. *consi.* 117.*n.* 22.*lib.*6.Capra *cons.*55.*in fin.*Corne.*cons.*180.*colum.*5.*in* 4.*dubio,lib.*4. Paril.*cons.*53.*num.*58.*lib.*3.Ruin.plene *cons.*57.*De tribus.col. fin. versic. postremo non obstat.lib.*2. † Extende,vt procedat etiam,quando ad- 26
sunt solum bona libera mobilia.Castrens.*d. cons.* 247. *In causa, quæ vertitur Saonæ,in* 5.*colum.versicul.dicitur etiam, quod dictus, num.* 4.*lib.* 1.Iason *in repet.l.filius familias.§. diui.in* 2.*lect.in* 5.*colum. versic. secundo notabiliter limita.ff.de leg.*1.*& in l.Marcellus*, §. *res, quæ.ff. ad Trebellian.*

† Exten-

17 † Extende; quia non potest extrahi ex bonis alteri specialiter legati s, quando extant alia bona, in quibus potest fieri satisfactio. Socin. *consi.75.lib.1.* Rolan.à Val. *cons.12.lib.1.* Alex. *in l. in quartam,*
28 *nu.15.* & ibi Picus *nu.98. ff. ad l. Falc.* † Extende; quia si pater vni ex filijs relinquat rem particularem integram, nõ poterit in ea molestari ab alijs fratribus, si modo extant alia bona sufficientia. Alex. *consi.12.lib.5.* Corn. *cons.106.col.fi.lib.2. & cons.180.lib.4. in quar-*
29 *to dubio.* † Extende; quia propterea mater petens legitimam in bonis filij grauati à patre ad restitutionem ex fideicommisso, non potest habere legitimam, nisi ex legitima filij, & bonis liberis filij.
30 Ægid. Bellam. *cons.48.n.26. ver. sed nunquid mater.* † Restringe, quia potest filius ante diem fideicommissi petere separationem suæ legitimæ à fideicommisso, citato fideicommissario. Ruin. *d. consi.57.*
31 *De tribus, in fin. lib.2.* † Restringe, seu declara, nisi res alteri legatæ, vel fideicommisso subiectæ essent de melioribus, quo casu legitima ex eis capi, & detrahi potest. Corn. *d. cons.180. lib.4.* Alex. & Ias.
32 *in d.l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb.* Deci. *d. consi.81.* Cravet. *consi.19.*
in 4. dub. & cons.109. nu.6. † Amplia, quia non computatur in legitima ius adeundi, quod competit illi, de cuius bonis legitima detrahi debet; quia per illud non dicitur locupletior. Socin. *in l. qui*
duos, in fin. prin. ff. de reb. dub. vbi dicit se ita consuluisse, & qualiter intelligatur, vide ibi Bart. & Alexan. *& in l. pretia rerum. ff. ad l. Falc.*
& hanc partem late tuetur Alex. *consi.113. Pro declaratione, n.4. ver.*
& ideo dicit Bald. lib.3. Vide, *Ius adeundi quid sit, & importet. Concl.574.*
33 † Cõtrarium videtur velle tex. *in l. bonorum appellatio. ff. de verb. sign.*
la 2. vbi dicit, bonorum appellatio ius successionis demonstrat, & vide Alex. *consi.244. lib.6.* Vnde cum legitima sit quota bono-
34 rum, *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. test. am.* videtur, quod comprehendat ius adeundi, quod est ius successionis. † Limita; quia legitima debetur ex feudo simpliciter, & absolute hæreditario, puta acquisito pro se, & hæredibus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit; quia iudicatur vti allodiale. Clar. *in §. feudum. q.46. in fine.*
35 † Extende; quia debetur ex emphyteusi hæreditaria. Alex. *consil.*
27. lib.5. in princ. apost. ad Alexan. *consi.8. lib.3. in ver. legitimam,* & idem Alex. *consi.19. circa fin. lib.5.* vbi, quod venit in petitione hæreditatis emphyteusis hæreditaria, & imputatur filio in legitimam, & idem est in feudo, quando est concessum pro se, & hæredibus; quia computatur in legitimam, vt *dict. consil.19. num. 21. vsque in fin.*
36 † Declara; quia si feudum esset hæreditarium, sed dignitatis, & propterea indiuisibile, prout Ducatus, Regnum, & similia feuda; tunc non debetur legitimæ supplementum, nisi in pecunia, ita Guido Pap. *decis. 476. & 487.* vbi ita seruatum fuit inter Regem
37 Franciæ & Ducem Sabaudiæ. † Limita in feudo nouo acquisito per patrem; quia cum non possit illud pater alienare, in eo filius deducit legitimam. Ruin. *d. l. in quartam. post num.17. ver. prima con-*
* *clusio,* vbi dicit * communem, quem refert & sequitur attestando
*38 de * communi Clar. *in d. §. feudum, quæst.46. in princip.* † Extende, vt procedat, siue pater acquirens illud acquisiuerit pro se, & hæredibus; siue emerit pro se, & liberis; quia cum sit feudum nouum; & pater possit de eo disponere, filius ex eo deducit legitimam.
* Clar. *d. §. feudum, num.2. verb. quæ quidem conclusio,* vbi dicit * communem, & citat plures de communi attestantes. Vide, *Acquirens pro se, & filiu, an possit filius præiudicare. Conclu.439.* Vide, *Legitima ex quibus debeatur, vel non, & quomodo extrahatur. Concl.195.*

Legitima debet relinqui titulo honorabili institutionis. Concl.198.

2 LEGITIMA † debet relinqui filijs, vel descendentibus titulo honorabili, videlicet institutionis, vt est text. *in authen. Vt cum*
de appellat. cogn. §. aliud quoque capitulum, glos. *in authen. nouissima. in*
* *ver. titulo. C. de inoffic. test. amen.* vbi * omnes, plene Iul. Clar. *§. testamentum, quæst.38. per tot. am,* vbi latissime. Vide plenius, *Institutionis*
iure quando dicatur relictum, vel non. Concl.227. Vide, *Præteriti dicuntur*
filij, si non est eis relictum iure institutionis. Concl.637. Limita quatuor modis, de quibus Socin. *in reg.11. Filius legitimam iure institutionis*
habere debet.

Legitima sicuti debetur ab intestato, ita etiam debetur facto testamento, & quando secus. Concl.199.

1 LEGITIMA † debetur tam ex testamento, quam ab intestato, & licet soleat dici, quod ab intestato, non agitur de legitima, sed de successione; tamen multi sunt casus, in quibus etiam ab intestato tractatur de legitima deducenda, & plures casus enumerat Alexand. *consi.117. Viso titulo. num.14. & 15. ver. nec ad hoc obstat, lib.6.*
2 † Amplia; quia legitima etiam ex testamento debetur, quando filius grauatur habito respectu ad successionem ab intestato; quia legitima testati oritur à legitima intestati. Bald. *consil.44. lib.*
4. Paris. *consi.36. num.29. lib.2.* Socin. Iun. *consi.67. num.61. lib.2.* Cephal. *consi.5. num.49. lib.2.* † Attenditur enim successio ad discer- 3
nendam quantitatem legitimæ, siue succedatur de iure communi, siue de iure municipali; quia augetur, & minuitur legitima secundum successionem statuti. Cuman. *consil.35. numer.3. ver. in contrarium.* Anchar. *consil.429. Super casu, num.2. & 3.* Alexan. *consil.5. in*
princ. lib.6. Corn. *consil.127. num.3. lib.3.* Socin. Iun. *consi.67. num.61.*
& seq. lib.2. † Declara, vt istud procedat, quando succeditur ab in- 4
testato, secus si ex testamento; quia tunc cum statutum loquatur ab intestato, legitima debet metiri secundum ius commune. Socin. *consi.150. num.26. & seq. lib.1.* vbi latissime. † Intelligas tamen, 5
quod augeatur, vel minuatur legitima etiam ex successione statuti, & sisit tertia, vel semis eius portionis, quæ ab intestato debetur, si concurrant aliqui, quibus legitima debeatur; si vero successio deferatur illis, qui non concurrunt, nec debetur legitima, tunc non est tertia, vel semis portionis, sed totius, ita Gabr. *consil.*
94. *num.15.* vbi dicit * communem, & ita videtur tenere Corn. *
consi.188. num.12. & 13. lib.2. vbi soror, & patruus, qui à statuto vocantur, exclusa matre, vel auia, non minuunt legitimam, nisi respectu sororis, quæ concurrit, non autem respectu patrui, & hanc communem * dicit Ruin. *consil.27. num.24. ver. & ratione probatur,* *
lib.3. qui loquitur in successione ex statuto, sed inter masculos, & fœminas filias, quibus debetur legitima, & *consil.40. num.13. lib.3.* dicit successionem ex statuto, non autem secundum ius commune ad quotandam legitimam spectari. † Imo Alexand. *consil.197.* 6
lib.6. tenet, quod legitima matris attendatur secundum ius commune, non secundum ius municipale, prout etiam Ruin. *cons.40.*
numer.13. verb. quarto etiam, libr.3. Vide, *Legitima filiorum, quanta sit.*
Conclu.183.

Legitima dicitur quasi æs alienum & quasi debita filio, & quando secus. Concl.200.

LEGITIMA † filijs in bonis parentum dicitur de iure naturæ 1
debita, & quandoque appellatur debita pars, quandoq; debitum simpliciter, & quandoque debitum bonorum subsidium. Oldr. *cons.94. Eleganter, ver. vnde per idem ius, num.9. & 10.* vbi, quod non potest in totum tolli per statutum, licet contrarium teneat *cons.107. in princ.* vbi, quod debetur ab intestato iure naturæ, sed quando pater testatus fuit priuando, vel prætereundo filium, nullum remedium est proditum pro filio, nisi de iure ciuili, & tunc non est aliquid debitum de iure naturæ, sed de iure ciuili, plene Socin. *consi.150. nu.11. ver. confirmatur, cum sequ. & num.19. ver. in contrarium,* vbi, quod debetur iure diuino, naturali, & ciuili, *libro 1.* Corn. *cons.168. nu.7. lib.3.* Angel. Aret. *consi.40. Capio primum, in pr.*
† Declara; quia proprie legitima non debetur iure naturæ sim- 2
pliciter, sed ius naturæ adiuuante iure ciuili, ideo potest in totum tolli per statutum. Alexan. *cons.75. num.11. lib.1. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. test. am* iuncta *auth. nouiss. C. eod. tit. & l. quoniam nouella, & l. omnimodo. C. eod.* † Contrarium, quod imo iure naturæ dicatur 3
debita filijs in bonis parentum, facit text. *in l. cum ratio, in princ. ff.*
de bon. damnat. auth. de hæred. & Falcid. §. præmium itaque. l. si quis in suo.
C. de inoffic. testam. & est ratio; quia succedit loco alimentorum, quæ sunt de iure naturæ, *authen. licet. C. de natural. liber.* ita Bald. *in l.*
cum lege. C. de Episcop. & Cleric. sequitur Alexand. *consil.134. Animad-*
uersis, colum.9. ver. non obstat. num.27. lib.6. cum seq. vbi tenet, quod non potest in totum tolli. *l. parentibus. C. de inoff. test. am.* Vide, *Legi-*
tima debetur filius mortuo patre. Concl.191. num.12. † Et propterea di- 4
citur filius creditor vsque ad legitimam. Cyn. *auth. res, quæ. in fi. C.*
commun. de leg. Bald. *in l.2. C. ad l. Falc. & in l. scimus, in pr. C. de inoff. test.*
& ideo de fideicommisso, & contra voluntatem patris deducitur, vide infra *nu.6. & seq.* Vide, *Legitima non potest minui per fraudem pa-*
rentum. Conclu.188. † Declara, quia quoad taxationem, & actio- 5
nem, & perditionem, & alia est de iure ciuili, quo vero ad substantiam, & materiam est de iure naturæ. Alexand. *d. consi.134. Ani-*
maduersis, num.32. & seq. lib.6. ver. item sentit. Bald. *in d.l. cum lege. C.*
de Episcop. & Cleric. † Adde, quod legitima detrahitur vt debitum, 6
& quasi æs alienum. Oldr. *consi.205. Prima dubitatio, in princ. ver. se-*
cunda ratio est. Calder. *cons.361.* alias *32. de testam. verb. & ex isto infer-*
ter. Bald. *cons.68. Quia statutum, num.3. ver. capitulum de patruo, lib.1.*
vbi, quod dicitur esse æs alienum, & debetur iure naturæ necessario, vel iure naturali, idem dicit *consi.85. Quæritur, virum, versicul.*
secundo quæritur, lib.1. & quod deduci debeat, vt æs alienum, Bal- 7
dus *consi.170. Pater instituit, in fin. lib.1.* † In tantum, quod etiam debita est adoptiuo filio, qui potest reuocare alienata per patrem in fraudem. Oldrad. *dict. consil 205. numer.6. versicul. secundo vero.*

† Re-

8 † Restringe tamen, vt licet sit debita, & quasi æs alienum; non tamen vere est æs alienum; quia non concurrit cum alio ære alieno, sed eo deducto computatur. Oldr. *cons.* 205. *n.* 9. *ver. ad secundum*, & quod dicatur quasi æs alienum, Bald. *cons.* 50. *Viso testamento, nu.* 2. *lib.* 5. Corne. *cons.* 168. *num.* 6. & 7. *lib.* 3. Anchar. *cons.* 152. *Plura sunt,*
9 *nu.* 16. † Declara; quia legitima potest tolli, prout est aucta, de iure ciuili, sed prout debeatur prius, cum sit de iure naturali, non potest in totum tolli. Bald. *cons.* 391. *Punctus quæstionis, in princip. lib.* 4.
10 † Amplia; quia filius in eo, quod sibi debetur pro legitima, quæ dicitur deberi iure naturæ, habetur loco creditoris. Dyn. *cons.* 12. *Factum tale est, n.* 4. *ver. item si pater*, vbi apostil. *in verb. creditoris*, quæ allegat Socin. *cons.* 30. incip. *Quamuis ex iis, vers. c. duodecimo. lib.* 1. & quod filius sit creditor in hæreditate paterna pro legitima, & supplemento, Petr. Anch. *cons.* 101. *Ex prædicto them. ate. num.* 10. *& seq.* vbi, quod quæritur ipso iure legitima filio, & supplementum le-
* gitimæ absq; aliquo facto filij, & dicit * communem. Bart. *consil.* 34. *Factum tale, nu.* 3. *lib.* 1. & quod sit debita legitima filio, supra in
11 prin. maxime *nu.* 6. *& seq.* † Contrarium, quod filius viuente patre nullum habeat ius in bonis patris pro legitima, est text. *inl. fi. ff. de*
12 *lib. agnos.* Bald. *in l. datum. C. de donat.* † Declara; quia non est proprie creditor filius pro legitima, neq; proprie dici potest æs alienum; quia prius deduci debet æs alienum vere, antequam deducatur, vel computetur legitima. Cuman. *consi.* 70. *Quidam ser Petrus, in pr.* sed est quasi creditor. Socin. *cons.* 150. *nu.* 11. *lib.* 1. Corn. *consi.* 182. *lib.* 1. vbi, quod proprie non dicitur debita, sed quasi debita. Roman.
13 *consi.* 277. *Non est dubium, nu.* 3. *ver. horum autem.* † Imo deducuntur male acquisita, prout vsuræ, & lucra illicita, antequam deducatur legitima. Dyn. *consi.* 12. *Factum tale est, in princ.* † Declara, si mo-
14 do constat de male ablatis, alias secus, Crauet. *cons.* 141. *nu.* 4. Vide,
15 *Male ablatum restituendum omnino. Concl.* 23. † Extende; quia etiam deducitur funeris impensa, licet sit facta post mortem patris, & postquam legitima cæpta est deberi. Cuman. *d. consil.* 70. *in princip.*
16 † Extende; quia si filius familias condemnatur de homicidio, & eius bona confiscantur, nõ potest fiscus petere à patre legitimam filij, viuente patre, nec mortuo patre, quia censetur mortuus filius ante patrem propter confiscationem. Bald. *consi.* 257. *Quæritur*
17 *vtrum, lib.* 3. Alexan. *consi.* 75. *n.* 9. *lib.* 1. Vide, *Legitima patre viuente non debetur fisco. Concl.* 190. † Extende; quia nulla actio competit filio contra patrem viuentem pro legitima; quia pater non potest cõpelli ad consignandum legitimam filio, sed tolum ad alimenta, quatenus in domo patris velit commorari, Bald. *cons.* 304. *Quidam*
18 *de Insula, lib.* 4. Vide, *Filius quæ possit consequi ab inuito patre viuente, vel non. Concl.* 357. † Extende; quia filius non agit viuente patre ad legitimam, etiam si male alienauerit, vel inofficiose donauerit,
19 Bald. *in l.* 1. *col. pen. C. de inoff. donat.* † Declara, quia legitima dicitur quasi æs alienum; quia diminuit patrimonium adinstar æris alieni; quia ex omni patrimonio debetur. Bald. *consi.* 143. *Omnia prædicta, circa fin. lib.* 4. † Et quod legitima titulo lucratiuo debeatur, idcirco si auus relinquat nepoti legitimam, & etiam pater filio prædicto relinquat legitimam, non debetur, nisi semel, Aloysius de
20 Albertis *singul.* 112. *Legitima filij.* † Amplia; quia legitima est magis priuilegiata, quam æs alienum; quia resecat legata ipso iure, & ab initio, non sic æs alienum; ideo æs alienum confunditur aditione, non sic legitima; pulchre Ruin. *cons.* 57. *nu.* 6. & 7. *lib.* 2. sequitur *decis. Pedem.* 148. *nu.* 10. † Extende; quia filius in legitima sibi de-
21 bita præfertur æri alieno ex confessione patris; quia non potest confitendo præiudicare filio in legitima, Alexand. *consi.* 45. *Habita*
22 *super iis, in fi. lib.* 1. vbi apost. dat concor. † Idem, si pater legauit pro male ablatis; aut in recompensam seruitiorum; quia si aliunde non constat, non minuitur legitima. Crauet. *cons.* 141. *num.* 4. vbi,
23 quod neq; diminuitur propter donationes, *num.* 5. † Amplia, quia legitima, & Trebellianica retinet nomen suum, etiam postquam filius, cui debetur, adiuit hæreditatem patris. Franch. *decis.* 307.
24 Soc. Iun. *cons.* 113, *nu.* 33. *lib.* 1. Vide, *Bona quando paterna, materna, vel fraterna esse dicantur. Concl.* 108. † Extende in tantum, vt filius, si adiuit hereditatem patris subiectam restitutioni, non dicatur possidere suam legitimam, cum sit incerta ratione loci, & quotæ. O-
25 sach. *decis. Pedemont.* 33. *nu.* 22. *ver. nam sicut filij.* † Declara, vt procedat ante separationem, vt per Per. à Petra *de fideicom. q.* 15. *nu.* 141.
26 † Limita; quia legitima non debetur posthumo non nato, Bald.
27 *cons.* 39. *n.* 3. *ver. item secundum, lib.* 1. † Limita in legitima parentum; quia non est ita debita, sicut filijs; ideo potest per statutum in totum tolli. Bald. *cons.* 140. *Viso testamento. in fin. libr.* 1. vbi,
28 quod ita seruat practica vbique. Vide, *Legitimam minuunt æs alienum, & alia deducenda prius. Concl. prox. seq.*

Legitimam minuunt æs alienum, & alia deducenda prius, & quæ. Concl. 201.

ÆS † alienum deducitur, antequam computetur legitima. 1
Bald. *consi.* 222. *Super primo puncto, in princip. lib.* 4. Alex. *consi.* 31. *Viso testamento, in princ. lib.* 4. † Et appellatione æris alieni veniunt 2
bona aliena, & bona communia pro rata ad alium spectante, & alia, de quib. Castr. *consi.* 417. *Ista Domina, n.* 3. *ver. & primo. lib.* 1. † Item deducitur impensa funeris; quia est prima deductio, quæ fieri debet etiam ante æs alienum. *l. impensæ, ff. de relig. & sumptib. funer.* 3
Castr. *cons.* 417. *Ista domina, col. fin. ver. quarto debent deduci, lib.* 1. *& propesi. ver. de illa ergo tertia.* Alex. *d. cons.* 31. *in princ. lib.* 4. Vide, *Funeralia* ✍
quæ dicantur. Concl. 536. † Item bona subiecta fideicommisso, ad 4
cuius restitutionem erat obligatus grauatus, de cuius hæreditate debet legitima extrahi; quia cum habeat onus restituendi in ea parte, quæ est restituenda, non deducitur legitima, sed primo deducitur fideicommissum ab alio factum. Castr. *d. cons.* 417. *Ista domina.* exemplum dat in filio grauato à patre per fideicommissum cum prohibitione Trebellianicæ, vt ipse filius habeat tertiam pro sua legitima. † Et si agitur de legitima matris in bonis filij, e- 5
rit tertia pars legitimæ filij, si alia bona non habet, etiam deducto ære alieno, & funeris impensa filij. Castr. *d. cons.* 417. *col. fin. ver. tertiam, lib.* 1. † Declara tamen; quia si prohibitio Trebellianicæ non 6
valet in filijs primi gradus; tunc esset hæreditas filij medietas, & ex medietate deducto ære alieno, & funeris impensa, extrahenda esset legitima matris. Vide, *Fideicommissum intelligitur deducto ære* ✍
alieno, & qualiter. Concl. 276. Vide, *Legitima debetur vna cum Trebellianica, & quanta sint. Concluſ.* 211. † Amplia; quia speciale est in le- 7
gato, & donatione libertatis: quia deduci debent, antequam legitima cõputetur. Cast. *cons.* 417. *n.* 4. *ver. legatũ vero. lib.* 1. † Amplia; 8
quia casus fortuitus minuens hæreditatem subiectam fideicommisso legitimæ, & Trebellianicæ nocet omnib. pro rata, nisi culpa alicuius proueniat; quia culposo nocebit. Alex. *cons.* 29. *Perspectis, nu.* 3. *ver. & si occurreret, lib.* 5. † Amplia; quia dotes nurus habi- 9
tæ à socero deduci debent tanquam æs alienum ante legitimam filiorum. Alex. *cons.* 31. *Viso testamento, in fin. nu.* 11. *ver. circa dotes. lib.* 4
† Amplia in legatis factis per auum neptibus ex filio exclusis à 10
statuto, quas statutum mandat dotari; quia tales dotes deducuntur vt æs alienum, & postea legitima computatur. Alex. *d. cons.* 31. *in fin. lib.* 4. licet non ponat pro constanti. † Amplia; quia legatum 11
factum pro seruitute, qñ constat de ea pro eo, quod est vere debitum, minuit legitimam. Alex. *d. cons.* 31. *in prin. lib.* 4. † Limita; quia 12
si ille, de cuius hæreditate agitur, est fideicommittens, & non grauatus ab alio; tunc fideicommissum ab eo factum non deducitur ante legitimam; quia alias esset aperta via fraudandi filios, & ascẽdentes in legitima. Vide supra, *Legitima non potest minui per fraudem* ✍
parentum. Concl. 188. † Limita; quia neq; legata, neq; donationes 13
minuunt legitimam; ideo non deducuntur ante legitimam, vt supra proxime. Castr. *d. cons.* 417. *in fi. lib.* 1. † Extende, vt procedat, et- 14
iam si legata essent ad pias causas; quia ex eis debetur legitima. Castr. *d. cons.* 417. *in fi. nu.* 4. *ver. legatum vero. lib.* 1. Vide Concl. prox. ✍
præced. Vide, *Æs alienum debet semper deduci. Concl.* 333. Vide, *Legitima filiorum quanta sit. Concl.* 183.

Legitima, & supplementum legitimæ non potest capi propria auctoritate, & quando secus. Concl. 202.

FILIVS, † vel nepos, cui debetur legitima, vel supplementum 1
legitimæ, non potest propria authoritate capere rem hæreditariam; quia cum debeatur, deducto ære alieno, non debetur, nisi facta liquidatione citato hærede. Alex. *cons.* 134. *Attentis narratu, in*
prin. & per tot. lib. 4. vbi apost. *in ver. propria.* dat concord. † Extende, 2
etiamsi res hæreditariæ essent vacantes; quia capiendo possessionem ante liquidationem nihil sibi acquirit. Alex. *d. cons.* 134. *nu.* 3. *lib.* 4. † Contrarium tenet Curt. Sen. *cons.* 13. *col.* 3. & vide Albert. 3
Brun. *in tract. quod stantib. masculis, artic.* 11. *in prin. q.* 4. vbi distinguit. † Extende maxime, quando non fuit legata in quota, sed legati 4
quinq; tantum; quia secundum magis * communem opinionem debet citari hæres, & fieri liquidatio, & non potest propria au- *
thoritate capere possessionem rei hæreditariæ. Alex. *d. cons.* 134. *n.* 4. *& 5. li.* 4. vbi, quod alias delinqueret, prout legatarius. † Exten- 5
de; quia procedit nedum in occupatione facta primo loco, sed etiam in continuatione. Alexand. *d. cons.* 134. *in fi. lib.* 4. Vide ✍

Legatarius propria authoritate capere non potest rem legatam, & quando secus. Concl. 152.

Legiti-

Legitima non habet hypothecam in bonis patris, & quando secus, & quæ actio competat. Concl. 203.

1 FILIVS † pro legitima non habet hypothecata bona patris; ideo non potest contra tertios possessores, vel legatarios pro arbitrio suo agere, sed debet contra omnes pro rata agere rei vendicatione, quando est facta alienatio, vel alius, quam hæres, possidet. Ruin. *cons.* 17. *n.* 8. *lib.* 5. vbi secus dicit, si per hæredem vna res sola possidetur; quia contra eam consequitur integram legitimam, & quod competat hypotheca, Vide Menoch. *de arbitr. casu* 163. *n.* 20.
* *& seq.* & hæc est communis * opinio. Gabr. *tit. de legit. Conclus.* 5. *n.* 2.
* prout etiam communem * dicit Crassus in §. *legitima. q.* 13. vbi plurimos citat. † Et quod non habeat legitima hypothecam. Alex.
2 * *cons.* 78. *Clarissime, n.* 5. *ver. non obstat, lib.* 3. vbi dicit * communem, & plene Alex. *cons.* 117. *Viso titulo, n.* 21. *& seq. ver. non enim reperitur, lib.* 6. vbi, quod non reperitur cautum in iure; & ideo non potest eligere rem, quam velit pro legitima, quod posset, si haberet hypo-
3 thecam. † Contrarium, quod imo competat hypotheca. Bald. *cons.* 171. *lib.* 1. Gabr. *lib.* 6. *tit. de legit. concl.* 5. *nu.* 2. vbi aliquos tenentes
* citat, licet dicat in contrarium communem * esse, & hanc partem videtur tenere Rom. *cons.* 277. *nu.* 3. Vide, *Legitimam qualiter eligat*
4 *filius. Concl.* 196. *n.* 2. † Declara, quia filius dicitur creditor in bonis patris pro legitima, & mortuo patre habet bona ita sibi obnoxia, & obligata, vt possit illa retinere, & ipsa sibi pro legitima eligere. Roman. *cons.* 277. *Non est dubium, nu.* 2. *& seq. vers. sed præsupposito*, vbi apostilla in *ver. legitima*, allegat Bertrand. *cons.* 59. *Viso processu, nu.* 5. *lib.* 3. *in nou.* sed tu vide Bolognet. in *l. in quartam. ff. ad l. Falcid. n.* 251. vbi, quod in hypotheca conuentionali potest filius vnam rem eli-
* gere; secus in tacita, & prætensa, dicit communem. * Declara; quia licet competat sola condictio ex lege, quæ regulariter est actio personalis; tamen propter dominium, quod habet filius, dicitur in rem scripta. Alexan. *cons.* 127. *lib* 6. *in fine*, vbi hoc videtur in *ver. quia debentur fructus legitimæ*. Declara; quia si est legata, habet hypothecam, alias non, supra, *Legitima qua actione petatur. Concl.* 192. *in fi.*
5 † Amplia, quia neque pro dote competit hypotheca in bonis patris, quando statutum ex toto excludit fœminas, quas iubet dota-
6 ri per hæredem. Menoch. *d. casu* 163. *num.* 25. *& seq.* † Amplia; quia primo debet satisfieri vxori de dote, & augmento dotis, & sic creditoribus, quam filio de legitima. Bald. Nouell. *de dote, in* 7. *par. in*
7 8. *limit.* † Extende; quia etiam aliis omnibus est satisfaciendum, antequam extrahatur legitima, vel antequam dotes filiarum extrahantur, quæ sunt loco legitimæ. *l. Papinianus.* §. 4. *ff. de inoff. test.*
8 Doctor. in *l. fin. C. de pact.* Iaf. in *l. item si quis. Instit. de action.* † Amplia; quia quod non competat hypotheca filio pro legitima, sed solum
* competat condictio ex lege, est communis * opinio Doct. de qua late per Alex. in *l. in quartâ, n.* 16. *ff. ad l. Falcid. & in cons.* 68. *n.* 5. *lib.* 3. *& cons.* 117. *n.* 21. *lib.* 6. Dec. *cons.* 235. *n.* 6. Ripa in *d. l. in quartâ, n.* 114. Negus. *de pignor. in* 4. *membr.* 2. *partis principalis, n.* 212. *ver.* 24. *casus*, vbi
* dicit hanc esse communem * opinionem. Rui. *cons.* 51. *n.* 6. *lib.* 4. al-
9 legans plures concord. † Declara; quia imo tres actiones competunt pro legitima, actio ex testamento, condictio ex lege, & petitio hæreditatis. Crau. *cons.* 312. *n.* 4. *& cons.* 109. *nu.* 5. Fab. de Monte
10 in *auth. nouissima, q.* 5. *n.* 55. *C. de inoff. test.* † Et competit etiã actio fa-
11 miliæ herciscundæ. Natt. *cons.* 156. *n.* 5. † Extende; quia propterea non datur retentio filio pro legitima, si non competit hypotheca.
12 † Contrarium, quod imo filius habeat retentionẽ bonorum subiectorum restitutioni, donec sibi adiudicetur liquido sua legiti-
13 ma, & etiam Trebellianica, vide supra *n.* 4. † Declara; quia pro legitima, & Trebellianica retentio non datur, quãdo constat, quod tantum fuit consumptum per filium grauatum, quantum important; quia ex consumptione præsumitur electio legitimæ, & Trebellianicæ in rebus consumptis, & primo alienatis. Aret. *cons.* 18. *n.*
* 5. vbi de * communi. Dec. *cons.* 202. *n.* 6. Soci. Iun. *cons.* 136. *n.* 14. *lib.* 1.
*14 vbi de * communi. † Declara; quia filius hæres, qui possidet omnia sub fideicommisso, potest petere separationem bonorũ arbitrio boni viri, & sibi assignari legitimam. Bald. in *l. iubemus, in princ. n.* 3. *C. ad Trebellian.* Cast. in *l. quoniam in prioribus, in fin. C. de inoffic. testam.* Bald. in *l. filium quem habentem, num.* 35. *C. famil. herciscun.* Abb. in *cap. Raynaldus, n.* 28. *de testam. ver. & quicquid sit* consilium est Ruin. *cons.* 57. *De tribus principaliter, n.* 26. *& seq.* 27. *li.* 2. Vide plene in *ver. Hypotheca tacita oritur à lege. Concl.* 118. *num.* 29. *& seq.* Vide, *Legitima qua actione petatur. Conclus.* 192. *& Conclus. ibi prox. seq.*

Legitima debetur cum fructibus à die mortis patris. Concl. 204.

LEGITIMA † est quid vniuersale, vel quasi vniuersale; ideo de- 1
bentur fructus etiam consumpti, qui debentur in iudiciis vniuersalibus. Bald. *cons.* 371. *Factum sic proponitur, in princip. ver. legitima enim est, lib.* 3. † Et quod legitima debeatur cum fructibus à die 2
mortis parentum, siue ab intestato, siue ex testamento, siue sit legata, vel non, tenet Alexand. *cons.* 127. *Sentio fieri, per tot. lib.* 6. vbi dicit communem. † Extende; quia siue petatur condictione ex 3
lege, siue condictione ex statuto, licet sint actiones stricti iuris, siue petatur tanquam legatum quotæ, vel partis bonorum, semper debentur fructus à die mortis testatoris; quia licet in actionibus stricti iuris non veniant fructus, nisi à die litis contestatæ, & in legato partis bonorum non veniant fructus, nisi à die traditionis; tamen secus est in legitima. Alexand. *dict. consil.* 127. *per tot. lib.* 6. vbi reddit rationem; quia filius, & is, cui debetur legitima à die mortis parentum, est dominus legitimæ; ideo veniunt in sequelam dominii, item, quia fructus non debentur legatario partis bonorum; quia potest hæres soluere æstimationem, prout est text. in *l. non amplius.* §. *fin. ff. de leg.* 1. secus in legitima. † Extende; quia pro le- 4
gitima debentur etiam fructus ex *l. curabit. C. de actio. empti.* Alex. *cons.* 69. *num.* 4. *lib.* 1. † Amplia; quia fructus legitimæ debentur à 5
quocunque bonæ fidei possessore; etiam si bona fide consumpti sint. *l. non est*, & ibi Bald. *C. famil. herciscu.* Alexand. *cons.* 88. *num.* 15. *lib.* 6. Socin. *cons.* 62. *lib.* 4. Alex. *cons.* 69. *lib.* 1. Socin. *cons.* 57. *nu.* 39. *& seq. lib.* 4. Corn. *cons.* 265. *in fin. lib.* 3. Dec. *consil.* 485. *col. fin. prope fin.* Iaf. & Modern. in *auth. nouissima. C. de inoff. test.* Vide, *Fructus quando lucretur possessor bonæ fidei. Concl.* 490. † Et quod filius possit petere legi- 6
timam cum fructibus, & sibi debeantur. Alex. *cons.* 7. *lib.* 2. cum aliis supra proxime, qui loquuntur in fortioribus terminis *leg. Papinianus.* §. *si conditioni. ff. de inoff. test.* glo. in *l. in fideicommissaria, in fin. prin. glo. magna. ff. ad Trebell.* & est communis * opinio. Bart. *in leg. vxori* *
mea. ff. de vsufruct. legat. Corn. *cons.* 282. *Circa, col.* 2. *lib.* 1. † Extende; ga- 7
tam filiis, quam omnibus liberis, quibus debetur legitima, debetur cum fructibus, vt est communis * opinio. Bart. in *l. vxori mee, ff.* *
de vsufruct. leg. Alex. *cons.* 26. *col.* 1. *lib.* 2. Dec. *cons.* 485. *in fine.* † Exten- 8
de, vt procedat, etiam si debeatur in quantitate, siue in quota bonorũ; quia debentur fructus. Alex. *cons.* 69. *col.* 1. *cum seq. lib.* 1. Corn. *cons.* 265. *In hac, circa fin. lib.* 3. Capra *cons.* 153. *per totum.* Ruin. *cons.* 55. *De obligatione, n.* 11. *& cons.* 56. *n.* 4. *lib.* 2. † Et à die mortis patris de- 9
bentur fructus legitimæ. *l. Papinianus.* §. *vnde si quis. ff. de inoff. testam. l. scimus.* §. *repletionem. l. quoniam. C. de inoffic. testamen. l. non est. C. famil. herciscu.* vbi gloss. & Doct. * Bald. *cons.* 375. *col.* 1. *lib.* 3. Socin. *cons.* 57. *n.* * 39. *lib.* 4. Alexan. *cons* 127. *lib.* 6. Boer. *decis.* 3. *col. fin.* Bald. *cons.* 221. *Super primo puncto. lib.* 4. Corn. *cons.* 265. *ad fin. lib.* 3. Ruin. *cons.* 56. *nu.* 2. *lib.* 2. Capra *cons.* 6. *n.* 8. *& cons.* 153. Ripa in *l. in fideicommissaria, nu.* 38. *& 45. & seq. ff. ad Trebell.* † Amplia, qa legitima debetur, & consistit 10
non in nuda proprietate, sed in plena proprietate; ideo debet cõsequi filius legitimam cum rata fructuum. Angel. *cons.* 101. *Considerandum est, circa med. ver. sequitur videre.* † Extende multo magis, 11
quando consistit in dominio rerum corporalium, & sic in re certa; quia debetur vna cum fructibus. Angel. *d. cons.* 101. *circa med. ver. vel dic, quod interdum*, & tradunt Bald. Castr. & alii in *l. scimus.* §. *repletionem. C. de inoff. testam.* Alexan. in *d. l. in fideicõmissaria. ff. ad Trebell.* † Restringe, quando consistit in quantitate, vel in supplemento; 12
quia tunc non debentur fructus, nisi à die moræ; quia natura personalium præstationum requirit moram veram, vel interpretatiuam. Ang. *d. cons.* 101. *post med. vers. interdum consistit.* Guido Pap. *decis.* 487. † Debita tamen testatoris cadunt, & computantur in le- 13
gitima, etiam si dies solutionis non venit; sed tamen minus æstimantur secundum rusticum, & dilationem. Signorol. *cons.* 35. *Casus talis, n.* 10. *ver. redeo ad sextam.* Vide, *Legitima filiorum non recipit gra-*
uamen. Concl. 187. *n.* 12. *& seq.*

Legitima computat quicquid petens eam habuit à patre, vel auo, & quando secus. Concl. 205.

FILIVS † vel nepos agens ad legitimæ supplementum, vel peti- 1
tionem, tenetur imputare sibi in legitimam, quicquid habuit à patre, vel auo, in cuius bonis legitimã consequi intendit. *l. scimus.* §. *repletionem. C. de inoff. testam.* † Extende; quia quicquid filius gra- 2
uatus consumpsit de bonis paternis, computat in legitimã. *l. Marcellus.* §. *res qua. ff. ad Trebell.* Capra *cons.* 49. *in fin. & cons.* 92. *in secundo dubio.* Bald. *cons.* 367. *li.* 4. Socin. *cons.* 26. *inpr. lib.* 3. Dec. *cons.* 202. *n.* 8. Vide, plene supra, *Legitima ex quibus debeatur, vel non. Conclus.* 195. *n.* 66. † Amplia, quia filius tenetur imputare prælegatum sibi factũ à 3
patre in legitima; quia quicquid percipit iudicio testatoris tene-

tur imputare, Cuman. *cons.* 70. *Quidam ser. Petrus, in princ. ver. fateor tamen*, & idem est in Trebellianica. *leg.* 1 *&* 2. *& fin. C. ad Trebellian. leg.* 1. § *si is qui quadringenta, & leg. Marcellus, in prin. & in* §. *idem Pomponius. ff. codē.* † Amplia; quia filia imputat sibi in legitima dotē profectam à patre. *leg. quoniam nouella. C. de inoff. test.* Alexan. *cons.* 27. *colum penult. lib.* 5. Bar. in *l. dedit dotem, de collatio. bonor.* Alexan. in *leg. in quartam*, vbi Picus in *repet. n.* 200. *ff. ad l. Falcid.* Dec. *cons.* 81. *nu.* 5. Alexan. *cons.* 117. *Viso titulo. n.* 4. *ver. tamen præmissis, lib.* 6. † Extende, vt procedat, siue habeat dotem à patre de iure communi, siue ex forma statuti, puta, quia statutum mandat, quod tantam dotē habeat secunda filia, quantam prima. Alexand. *d. cons.* 117. *num* 23. *ver. quæreum ad aliud dubium, lib.* 6. † Extende; quia vestes, cophani, & alia bona data in apparatibus dotis, pariter cōputantur in legitima filiæ; quia tām data ob causam matrimonii, quam ob dotem vel causa dotis computantur in legitima. Alexan. *d. cons.* 117. *n.* 24. *ver. circa aliud dubium, lib.* 6. † Extende; quia etiam iocalia, & donaria data per patrem filiæ, & paraphernalia tenetur in dotem computare; quia sequuntur naturam dotis; quia tanto minorem dotem dat pater, quanto maiora sunt donaria, & probat; quia aut valet ab initio fauore dotis; & imputat in legitima; aut non valet; quia paraphernalia non sortiuntur naturam dotis, vt tenent Rom. & aliqui, & tunc; quia confirmatur morte, etiam imputat in legitima. Alexand. *dict. cons.* 177. *num.* 23. *& sequen. ver. vnde sicut est speciale, lib.* 6. † Restringe; quia dos profecta à patre non imputatur filiæ in Trebellianica, neque in Falcidia; quia non habet illam iure hæreditario. *leg. pater filiam, in princ. ff. ad l. Falcidiam.* † Amplia; quia filius tenetur imputare in legitima bona paterna fideicommissaria per eum alienata, non autem fructus perceptos. Bald. *consil.* 407. *In quæstione, n.* 5. *ver. modo videndum lib.* 1. † Amplia, quia filius imputat sibi in legitima etiam fructus recollectos, & relictos in hæreditate per testatorem; secus est in aliis fructibus etiam satis. Signor. *consil.* 66. *Factum tale est, nu.* 7. Vide, *Fructus quando dicantur percepti, etiam si dies solutionis nondum venit. Concluſ.* 497. † Amplia; quia generaliter filius tenetur imputare in legitima omnia, quæ capit à patrimonio defuncti, & iudicio patris. *l. quoniam nouella. C. de inoff. testam.* & hoc dummodo aliquid habeat à iure institutionis. *Authent. Vt cum de appell. cognoſ.* §. *aliud quoque capitulum, & in Authent. de triente, & semisse*, §. 1. Bartol. Castrens. & Alexand. in *l. in quartam. ff. ad l. Falcid. l. omnimodo.* §. *hoc quidem. C. de inoff. testam.* facit text. in *l. Marcellus* §. *res quæ. ff. ad Trebellian.* vbi Iaſ. quod alienata computantur in Trebellianica, multo magis in legitima. † Extende; quia si pater grauauit filium ad restituendam medietatem hæreditatis filiabus fœminis, si masculos non habuerit, & aliam medietatem piæ causæ, hæredes filij deducere debent legitimam, si extant filiæ, quia nō potest grauari in legitima, sed si neque filiæ extabūt; quia etiam medietas filiarum caducatur hæredibus ab intestato, qui capiant iudicio testatoris, cessabit deductio legitimæ hoc casu. Castrens. *cons.* 160. *Considerandum est. colum.* 2. *in princip. ver. nunc ergo. lib.* 2. † Et quod filius teneatur imputare in legitima, quicquid habuit à patre, vel eius contemplatione, in cuius potestate est, siue iure legati, siue in vim modi, vel aliter titulo non oneroso. Alexand. *consil.* 31. *Viso testamento, num.* 2. *lib.* 4. † Et ideo imputat in legitima, quod habuit ex substitutione fideicommissi, secundū communem Alexand. *cons.* 93. alias *in fin. lib.* 3. quod est subscriptum à tribus aliis Doctoribus. † Amplia; quia si filius habuit legitimam à patre viuente, & illam consumpsit, & moritur relictis nepotibus, qui superstites sunt auo; quia tenentur imputare legitimam datam eorum patri ab auo, si tenentur succedere ex persona patris, & illum repræsentare, veluti si succedunt cum patruis; secus si essent successuri ex persona sua, vt quia soli sunt succedentes, ita videtur posse distingui, & teneri ex iis, quæ Bartol. in *l. liberorum, n.* 15. *&* 16. *ff. de verb. significat.* Crauett. *consil.* 67. *nu.* 4. *&* 5. pro qua distinctione videntur facere, quæ dicit Castrens. in *l. qui superstitis, n.* 3. *& seq. ff. de acquir. hared.* Bartol. in *l. in quartam, n.* 12. *ff. ad l. Falcidiā.* † In contrarium videtur facere doctrina Bart. *d. leg. in qui superstitis, ver. quæro secundum præfata. ff. de petit. hared.* vbi videtur dicere, q̄ nepotes succedentes cum patruo non habent à matre, sed à lege, licet matrem repræsentent Bald. in *l. pactum. C. de collat. nu.* 2. *ver. venio ad quæstionē*, de qua materia pleniſſime Montepic. in *d. l. in quartam, n.* 211. *vſq;* 240. *ff. ad l. Falcid.* maxime *n.* 227. vbi, quod nepotes licet ingrediantur in locum patris mortui; tamen succedunt ex persona sua, non patris; quia si pater nunquam successionem habuit, non potest nepos ex illius persona habere, & latius 230. vbi * dicit communem, * quod ius imputandi in legitimam non transit ad hæredem. † Declara, quia ampliatio est vera, & ab opinione Bartoli in *d. leg. in quartam. n.* 12. *ff. ad leg. Falcid.* non est recedendum in consulendo, & iudicando, vt dicit Montepic. in *dict. leg. in quartam, numer.* 236. Et quando legitima consignata per patrem filio in vita liberet hæredes patris, supra, *numer.* 15. *& sequent.* † Amplia; quia imputat sibi in legitima, si quicquid habuit, alienauit, vel consumpsit, etiam si essent mobilia. Fulgoſ. *consil.* 20. *Propleniori, numer.* 5. *ver. super legitima.* † Extende, vt procedat etiam in pecunia, & fructibus existentibus in tempore mortis patris; quia quicquid consumpsit, censetur elegisse pro sua legitima, infra *numer.* 24. Vide, *Legitimam qualiter eligat filius, vel elegisse dicatur. Concluſ.* 196. *numer.* 10. *& sequent.* † Amplia; quia filius tenetur imputare in legitima, quicquid sibi fuit donatum à patre, vel auo, etiam in præmium emancipationis. Bald. *consil.* 61. *ser. Lyppus, in prin. lib.* 1. † Extende, quia donatio filio per patrem inter viuos, quando effectus est per mortem, imputantur in legitima. Bald. in *leg.* 3. *C. pro donatio.* Alexand. *consil.* 8. *Visis, volum.* 2. † Contrarium tenet Bart. in *leg. si quando* §. 1. *Cod. de inoffic. testam.* vt teneatur solum imputare, quando fuit actum, quod imputetur tempore donationis, alias non. Vide, *Donatio facta per patrem filio non imputatur in legitimam. Concluſ.* 675. vbi plenius. Declarat Socin. *reg.* 9. *Pater si filio aliquid donat, quod imputat omnia data, sed non imputat donata, nisi sit dictum, quod imputentur in legitima.* † Declarat Alexand. *consil.* 8. *Visis lib.* 2. *per tot.* quia si donatio patris facta filio habet effectum in vita patris, non imputat, prout si est turamento firmata; secus si habet effectum solum post mortem; quia tenetur imputare, licet ibi apostilla fin. dicat male consuluisse, sed nihil allegat. † Declarat Bald. *dict. consil.* 61. *libr. primo, in princip.* vt si constet de mente patris donantis, puta, quia donauit pro alimentis, quæ succedunt loco legitimæ; tunc teneatur imputare omnino, quia constat de mente, & idem, si filius ex dato pro alimentis aliquid superlucratus est. Alexand. plene *cons.* 31. *num.* 5. *& seq. ver. quæritur etiam, lib.* 4. † Extende, quia filius imputat in legitima donata à patre, quando donatio morte confirmatur, ita Roman. *consil.* 277. *Non est dubium, numero secundo. ver. cum donationes*, vbi apostill. *ver. in quartam.* Alexand. plenius *consil.* 31. *Viso testamento, num.* 5. *& sequent. ver. quæritur*, & maxime *num.* 9. *lib.* 4. *& cons.* 117. *in fin. lib.* 6. Vide, *Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concluſ.* 416. † Amplia; quia filius imputat in legitima fructus habitos, qui erant tempore testatoris; secus est de fructibus collectis post mortem testatoris. Signorol. Homod. *consil.* 35. *Casus talis, num.* 9. *ver. redeo ad quintam.* † Extende, in patre; quia prout filius imputat in legitimā fructus perceptos. Guido Pap. *decis.* 479. † Amplia; quia filius tenetur imputare in legitima, quicquid habuit inter viuos ex patrimonio patris, quando non fuit ius filio in vita patris plene quæsitum, Cuman. *dict. consil.* 70. *colum.* 1. *ver. imo. & quod inter*, Castrens. *consil.* 29. *numer. quinto. in fin. lib.* 1. † Amplia, quia imo si filius est inexpertus, & pater diues, quicquid filius acquisiuit, præsumitur acquisiuisse de bonis patris, & tenetur imputare sibi in legitima, etiam si ex parsimonia datorum pro alimentis à patre acquisiuisset, Alexand. *cons.* 31. *Viso testamento, num.* 5. *& seq. ver. sequitur etiam, lib.* 4. † Amplia in tantum filium teneri imputare legatum sibi factum in legitima, vt si pater iure institutionis legauit filiæ libras quinquaginta, non possit ipsa omittere legatum, & velle tertiam partem bonorum pro legitima. Bald. *consil.* 19. *Punctus quæstionis, per tot. libr.* 4. † Amplia; quia omne acquisitum, vel datum filio, etiam si sit militia, censetur datum in computatione legitimæ. Crauett. *consil.* 136. quasi per totum. † Extende, quia imputat in legitima officiū plumbi, vel scriptorię Apostolicæ per patrem filio emptum. Cast. & Iaſ. in *l. omnimodo.* §. *imputari. C. de inoff. test.* † Contrarium, quod filius non teneatur imputare in legitimæ officiū plumbi, vel scriptoriæ Apostolicæ, aut beneficiū, aut officium ad vitā finiturum, tenet Iason *cons.* 160. *lib.* 2. † Amplia; quia filius grauatus fideicōmisso, si alienat aliqua bona, censetur pro sua legitima alienasse. Bald. *cons.* 185. *Res alienatæ lib.* 4. *supra n.* 19. Vide, *Legitima ex quibus debeatur, vel non. Concl.* 195. † Amplia; quia nepotes ex filia, licet dotem filiæ, cui fuerunt hæredes, non imputent in legitima; tamen tenentur imputare expensam funeris factam ab auo paterno, vel alio auo materno, de cuius legitima agitur; quia talis impensa spectat ad hæredes filiæ. Angel. Aretin. *dict. consil.* 90. *numer.* 21. *& seq. ver. sed dubium insurgit.* † Amplia; quia legatum dotis factum ab auo filiæ filii, & sic nepti, imputatur filio in legitima, tanquam relictum contemplatione patris. Doctores in *leg. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & in leg. quoniam nouella, & in leg. scimus* §. *replicationem. C. de inoffic. testament.* Alexand. *consil.* 31. *lib.* 4. *& consil.* 138. *lib.* 5. Aretin. *consil.* 17. & per Doctores *in leg. dedit dotem. ff. de collat. bonor.* Vide, *Dos profecta à patre non recipit grauamen. Concluſ.* 782. † Declara totam istam materiam, quia aut constat clare, vel per iudicia sufficientia, quod auus dotauit neptem ex filio, vel filia, contemplatione sui, & filius non tenetur imputare in suam legitimam:

aut

aut constat, quod contemplatione filii, vel est dubium, & tunc imputari debet in legitima filio. Alexa. *cons.* 117. *Viso titulo, n. 5. ver. nam & hoc etiam. lib.* 6. vbi, quod videtur breui manu data filio, & per fi-
38 lium nepti, maxime, quando pater dotare tenebatur. † Amplia; quia si pater habens filiam nuptã instituat hæredem fratrẽ suum, & filiæ aliquid relinquat iure institutionis, poterit petere supplementum, sed computabit dotem habitã in legitima; item iocalia, & paraphernalia habita à patre. Dec. *cons.* 628. *In casu, colum. 2. in fin. ver. secundo quæritur.* † Amplia; quia filius imputat in legitima dona-
39 ta vxori filii per patrem, prout vestes pretiosæ, iocalia, & alia festiua, si penes filium, seu nurum sunt, quia contemplatione filii data censentur. Alexa. *cons.* 131. *Viso testamento, n.* 10. *ver. & per prædicta, lib.*
40 4. † Amplia, vt teneatur nepos imputare sibi in legitima aui materni dotem, quam consequitur profectã ab auo vigore consuetudinis, de qua in *l. dos à patre. C. de iur. dot.* quia cum deberet reuerti ad patrem dotantem de iure, & remaneat nepotibus ex consuetudine, illam sibi imputabunt nepotes in legitima, ita Bartol. in *l. in quartam, nu. 12. ver. quæro de vna quæstione. ff. ad l. Falcid.* cuius o-
* pinio cõem* dicit Curt. Iun. *cons.* 180. *n. 2. in prin. & circa fin. lib.* 1. al-
* legat Dec. *cons.* 181. attestantem de* cõmuni, *circa fi. ver. tertio respon-deri potest.* & hanc partem tuetur Bartol. *cons.* 190. *Gisbertus dedit, per tot. lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 53. *lib.* 2. vbi dat rationes, quia confertur, quia profectitia est, & quia consuetudo aufert ab auo; non ergo habetur à matre, & ibi apostilla in *ver. Gisbertus*, & in *ver. dos.* dat plures concord. sequitur Bart. Anchar. *cons.* 365. *nu.* 14. *& seq.* & plena apost. ad Alexand. *cons.* 24. *in ver. per Bart. lib.* 1. vbi dicit, quod
* licet contraria sit cõmunis, * non potest responderi ad viuam rationem; quia si mater viueret, computaret in legitima; ergo & ne-
41 potes. † Contrarium absolute tenuit Bald. in *l. illam. C. de collat. circa fin.* & plene Cuman. *cons.* 10. *In ciuitate laudum, per tot.* vbi recitatis opinionibus hinc inde, *prope fin. ver. sed quia multorũ*, dicit hanc tu-
* tiorem, & secundum communem* intellectum glo. imo in fin. di-
* cit secundum* omnium opinionem. Castr. idem tenet *cons.* 29. *n.* 5. *vsque in fin. lib.* 1. Ancha. plene *cons.* 50. *Visis diligenter*, & plenius *cons.* 215. *Dominus Bartholomæus*, & respondet ad motiua Bar. quod non
* concludunt, & hanc magis* communem dicit Cuman. *cons.* 87. &
42 hanc tenet Alex. *cons.* 24. *Visis dubiis. num.* 3. *lib.* 1. † Declara; quia vbi cunq; nepotes habent vti hæredes matris, vel ex stipulatione aui, quia sibi reddi dotẽ est stipulatus solum, si filia decedat sine filiis, vel quia filiæ reddi expresse voluit; tunc non imputant nepotes
* in legitima eis debita in bonis aui, & hanc esse omnium* opinionẽ
* dicit Cuman. *cons.* 10. *In ciuitate laudum*, vbi post omnium* opiniones ita distinguit, & huic casui annumerat, qñ vigore consuetudinis matri, vel filiis debetur dos, non auo, reprobato Bartol. in hoc tanquam sibi contrario. Castrens. idem tenet *cons.* 29. *nu.* 5. *vsque in fi. lib.* 1. vbi, quod si habent vigore cõsuetudinis ab auo; tñ non imputant; quia requiritur, quod non habuerint perfectæ tempore mortis aui, vt teneantur imputare, & quod nepotes nõ imputent dotem datam matri ab auo, quando stipulatus est sibi reddi, si de-
43 cedat sine filiis. Io. de Imol. *cons.* 63. *in pr.* † Declara alio modo; quia licet Bart. teneat, quod quando pater stipulatus est vno casu sibi reddi dotem, & in casu omisso nepos ex filia habeat vt hæres, tamen mouetur ea ratione; quia nepos non habet vt hæres
44 matris, sed vigore consuetudinis, ita declarat Cuma. *cons.* 87. *n.* 2. † Declara; quia licet nepotes teneantur imputare dotem matris in legitima sibi debita ab auo, quando auus stipulatus est dotem sibi reddi; tamen quando extat statutum, quod filia fœmina non succedat stantibus masculis, stipulatio facta per patrẽ nihil operatur, quod dos ad eum reuerti debeat, quia filiæ semper debetur. Soc.
45 *cons. 9. col. 6. li.* 1. cũ aliis plurimis, quos citat Cephal. *cons.* 256. *n.* 3. *&* 4. *cum seq.* † Vide tamen eundem Ceph. *d. cons.* 256. *n.* 59. *& seq. ver. ad quartum*, qui dicit declarationẽ procedere solum, quando filia superuiuit patri, alias secus, vel quando statutum filiam excludit dotatam, & sic propter dotem, & reprobat Socinum simpliciter
46 loquentem. † Et idem, si filia sui iuris esset, vel ratione statuti, vel quia emancipata; quia tunc non imputant nepotes. Cast. *cons.* 145. *in pr. lib.* 1. *& col.* 2. *ver. potuissent autem*, vbi, quod sui iuris efficitur statim, quod est maritata. † Extende; quia filia dotata semper imputat sibi dotem in legitima patris; quia imediate capit dotẽ à patre.
47 Bald. *cons.* 342. *Casus, super quo, n.* 3. *versic. ego in hoc articul. lib.* 2. Cuma. plene *cons.* 10. *In ciuitate laudum*, vbi recitat multas opiniones, & plene declarat cum limitationibus, maxime *n.* 4. *versi. pro qua.* Cast. *cons.* 29. *n.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 469. *Ad primum, in princ. lib.* 1. vbi apost. citat Socin. *cons.* 25. *ver. quarto probatur, lib.* 1. *& cons.* 207. *In causa. & cons.*
48 287. *lib.* 2. *ver. secunda conclusio.* † Extende ampliationem, vt procedat, etiam si vltra consuetudinem adesset statutum, quod deberetur dos nepotibus, quia adhuc tenentur illam sibi imputare, vt in casu statuti, ita Curt. Iun. *d. consil.* 180. *Præsupponitur in facto, n.* 2. *vers. & ideo aduertendum censeo, lib.* 1. & ita etiam consuluit Castr. *consil.* 108. *Dubitatio, lib.* 2. *in princ.* qui in fin. dicit, statutum Ferrariæ ita fuisse interpretatum; sed tamen cessante interpretatione videtur sentire contrarium. † Extende etiam, vt procedat, quando dos stipulata esset reddi patri, vel filiæ, aut nepotibus, prout de iure; quia tunc patri de iure debebat reddi, nepotes imputant, ita Dec. *dict. consil.* 181 *circa fin. ver.* 3. quem sequitur Curt. Iun. *cons.* 180. *n.* 2. *circa fin. ver. considero enim.* Castrens. *cons.* 29. *n.* 5. *& cons.* 109. *num.* 3. *& cons.* 145. *in princ. & col.* 2. *ver. breuiter. lib.* 1. † Contrarium tenet in hoc 50
Castrens. *cons.* 108. *Dubitatio, lib.* 2. *ver. sed in contrarium, vsque in fin.* vbi vult, quod stipulatio concepta sibi, vel filiæ, aut nepotibus operatur, vt censeatur filiæ tantum facta, sed *cons.* 29. *circa med. lib.* 1. *ver. si vero*, dicit, quod ordine successiuo, primo sibi, postea aliis
censetur facta. † Declara ex mente omnium, *quod si stipulatio *51
soli filiæ esset facta ad fauorem filiæ tantum; tunc quia censetur facta sibi donatio; & ideo cum nepotes habeant à matre, non imputatur, quasi habeant ab auo, & ita tenet Bald. *cons.* 7. *in fin. Petrus maritauit. libro primo.* & omnes* ita sentire dicit Curt. Iun. *d. consil.* *
180. *versic. considero, numer. secundo.* & Dec. *cons.* 181. *circa fin. ver. tertio*, & idem dicit esse ex mente* omnium Cuman. *cons.* 10. *in fin.* & in *
hoc concordare omnes * dicit Castr. *cons.* 29. *Circa primum, nu.* 5. & *
per tot. lib. 1. *& cons.* 109. *n.* 3. *ver. super secundo, lib.* 1. † Et idem est, quan- 52
do pater filiæ donauit dotem donatione simplici, vel ob merita.
Castr. *d. cons.* 109. *col. fin. ver. hoc tamen fallit, lib.* 1. † Et idem, quando 53
sumus in secundo matrimonio, in quo mater moritur; quia nepotes non habent ab auo, sed ab hæredibus secundi mariti; ideo
non tenentur imputare. Castr. *cons.* 145. *in fine, lib.* 1. † Si vero stipu- 54
latio est facta, quod reddatur patri; tunc; qa habent nepotes tanquam ab auo, imputant sibi in legitima. Castr. *d. cons.* 109. *n.* 3. *lib.* 1.
vbi idem, quando simpliciter dotauit, & tuetur opinionem Bartol. reprobato Bald. & rationibus eius, præterquã in duobus casibus, quando pater donasset filiæ, vel ei reddi stipulatus esset, vel
nepotibus, vel etiam si pater in certo tantum casu sibi reddi prouidisset, quia in aliis filiæ donasse videtur, & quod imputat sibi nepos dotem matris, quando ex cõsuetudine aufert ab auo; quia dicitur habere ab auo. Bart. in *l. in quartam, n.* 12. *ff. ad l. Falcid.* quem
sequitur Castr. *cons.* 145. *in princ. lib.* 1. vbi, quod Bartol. & Bald. in hoc concordant, & non sunt contrarii, & *colum. 2. ver. potuissent autem.* † Declara totam istam materiam, vt plene Alex. *cons.* 142. *Circa* 55
primam, n. 22. *& 23. lib.* 2. quia si moritur filia dotata, quæ si viueret, imputaret dotem habitam à patre in legitimam; ita quoq; nepos ex filia imputare debet in legitima, si succederet cum patruis; qa cum ingrediatur ex necessitate in locum matris; eodem iure vti debet, & *n.* 24. dicit *communem; si vero succedit ex persona sua *
propria non repræsentando matrẽ, vt quia sunt omnes succedentes nepotes, & in eodem gradu; tunc non tenetur imputare in legitima; qa nihil habet ab auo, sed iure hæreditario à matre. † De- 56
clara; quia opinio Bartoli, quod nepotes dicantur habere ab auo, habet locum solum, quando moritur filia mater nepotũ, non autem quando moritur maritus; quia tunc etiam si cessat consuetudo, debetur dos matri, non auo, & cessat ratio, Bart. Castr. *d. consil.*
145. *col.* 2. *ver. si vero, lib.* 1. † Restringe, quando neptis habet à ma- 57
tre prædefuncta iure hæreditario; quia non imputat in legitima debita sibi ab auo, secundum magis* cõem opinionem. Cuman. *
cons. 87. *Circa primum.* Alexan. *cons.* 24. *Visis dubiis, lib.* 1. vbi apost. dat
concordantes, & dicit* communem, & Alexand. ibi. *n.* 4. *in fin.* di- *
cit magis* communem. Dec. in *leg. illam, in fin. C. de collat.* vbi plures *
allegat distinguendo tres casus, cõem* dicit Bertran. *cons.* 138. *n.* 4. *
& seq. lib. 1. *par.* 2. vbi declarat, quando dicatur nepos habere iure
hæreditario matris, vel non. Castr. *cons.* 145. *lib.* 1. vbi, quod iure hæreditario habere dicitur, si filia est emancipata, vel effecta sui iuris, alias non; vel si libere fuit eidem donata dos à patre, vide omnino
Petrum Surd. *cons.* 206. *per tot.* maxime *n.* 17. vbi dicit magis * com- *
munem, quando nepos habuit à matre, & allegat plures attestantes de magis* communi. Capra *cons.* 53. *n.* 7. vbi dicit* communem, **
& dicit Surd. ibi *n.* 18. *& seq.* quod dicitur habere iure hæreditario à matre, quando ad matrem spectabat hæreditas, siue ex stipulatu, siue ex donato, siue ratione consuetudinis in pactum deductæ, quæ facit ad nepotes transire, plene Alexand. *cons.* 117. *Viso titulo, n.* 8. *& seq. ver. modo redeundo, lib.* 6. vbi *n.* 9. reddit rationem; quia nepos succedit auo ex propria persona, vbi apostill. in *ver. persona*, dat
concord. & iterum *n.* 33. † Declara restrictionem, vt non procedat, quando filia neptis succederet cum patruo ad hæreditatem 58
aui. Cuman. *d. cons.* 87. *num.* 2. *ver. quia tamen.* Cotn. *cons.* 198. *lib.* 2. & ita Ang. Aret. *cons.* 90. *In prima consultatione, n.* 19. vbi plures pro hac
declaratione citat, & infra in *ver. declara restrictionem. nu.* 68. † De- 59
clara

clara alio modo; quia si nepotes succedunt cum patruo, vel cum aliis nepotibus, eo patruo prædefuncto tenentur imputare; si vero succedunt cum extraneis, quibus non debetur legitima, non tenentur imputare dotem, quã habuit eorũ mater prædefuncta; & quã ipsi iure hæreditario matris habuerunt, ita plene Bald. *dict. cons.242. Casus, super quo.nu.3. & seq.ver.super tertio, lib.* 2. idem Bald. *cons.300. in fine, lib.*4. Alexan. *cons.*24. *Visis, n.*4. *vers. plus voluerunt, lib.* 1. Angel. Aretin. plene *d. cons.*90. *nu.*18. *& 19. ver. capio quartum,* vbi
60* dat concordan. † Contra restrictionem, & communem* opinionem vrgenti ratione tenet apost. ad Alexand. *d. cons.*24. *lib.*1. *in ver. per Bart.* quia hæres non debet esse melioris conditionis, quã defunctus, & eodem argumento vtitur etiam Cuman. *consil.*10. sed reprobat, ibi, sed si filia viueret, computaret; ergo etiam nepotes habentes à filia, & hanc tuetur apost. ad Alexand. *cons.*117. *nu.*13. *in*
61 *ver. Nepoti, lib.*6. † Respondet per Castr. *cons.*29. *Circa primum, n.*5. *lib.*1. quod si nepos habet viuente auo à matre, non dicitur ab auo
62 habere. † Et procedit restrictio, quando pater stipulatus est dotẽ pro filia, vel filiæ reddi, vel sibi, si sine filiis filia decederet. Picus in
* *l. in quartam, n.*233. *ff. ad Falcid.* vbi dicit * communem, item si filia erat emancipata, vel si postea emancipauit; item si confessus est maritus habuisse dotem à patre, & filia; quia pro medietate filiæ non imputatur; item quando pater donasset dotem filię, ita Mon-
63 tepic. vbi supra *n.*134. *& seq.* † Extende restrictionem, quia filii non imputant dotem matris in legitima eis debita ab auo, quando est facta stipulatio de reddenda dote, cui de iure, vel cui mulier legauerit; quia debetur filiis, vt hæredibus matris. Alex. *d. cons.*24. *n.* 4.
64 *ver. quod autem dictus* 10. *lib.*1. † Extendit Paulus de Castro *consil* 29. *Circa primum, n.*5. *lib.* 1. *per tot.* vt procedat restrictio, vt non teneatur nepos imputare dotem maternã in sua legitima, quando nepos illam habuit viuente auo, siue stipulatio sit facta pro filia, siue
65 non; quia sufficit, quod nepos illam non habeat ab auo. † Declara multis modis, vt per Corn. *cons.*190. *lib.*2. Primo; quia imputat, si nepos concurrit cum patruis filiis aui; secus si cum nepotibus; vel
* extraneis, & dicit* communem *n.*2. *in fin.* quia tunc necessario ingreditur locum matris, quæ si viueret, imputaret, & magis com-
* munem* dicit Corn. in *l. illam, n.*4. *C. de collat.* & hanc communem
* * dicit Paulus Picus *d. l. in quartam, nu.*228. *ff. ad l. Falcid.* eo casu tantum, si mater succedere potuit, vel successit, alias nepotes ex per-
* sona sua veniunt, non ex persona matris, & dicit* communem. Secundo, si pater nullam fecit stipulationem super restitutione, vel si fecit secundum formam iuris, vel si fecit pro se; tunc etiã imputat nepos; quia de iure dicitur habere ab auo. Corn. *d. cons.*190. *nu.* 3. & idem, quando stipulatus esset reddi nepotibus, non vt hæredibus matris, *n.*4. Bertran. *cons.*138. *n.*4. *ver. ad tertium. lib.*1. *in* 2. *parte,* vbi dicit, quod si est dictum, reddi dotem filiæ, & quibus de iure, tenetur computare nepos; & idem, quando stipulatio esset in casu restitutionis dotis, & non dicitur in casu soluti matrimonii;
66 quia semper computat nepos in legitima. † Si vero stipulatus est sibi reddi, si filia sine liberis decesserit, vel etiã quando stipulatus est reddi filię, vel qñ extaret consuetudo, quod filiis nepotibus deberetur; tunc non imputant; quia habent non ab auo immediate. Corn. *d. cons.*190. *n.*3. *& seq. lib.*2. Montepic. in *l. in quartam. n.*233. *ff. ad l. Falcid.* vel si filia esset emãcipata, vel si emancipasset post dotẽ, Vide eundem *nu.*234. *& seq.* vbi ponit alias limitationes, & has omnes declarationes ponit Bald. *cons.*145. *Visis, & ponderatis, lib.*1. vbi idem dicit, si fuit effecta sui iuris filia, prout vigore statuti Pisani, vel si decessit in secundo matrimonio, non in primo, in quo consuetudo, q̃ patri debeatur, non procedit, & extendit hoc casu, etiã si auus mandasset computari debere; quia sibi non statur, vide plenius Corn. in *l. illam, nu.*29. *& seq. C. de collat.* vbi *n.*37. *& seq.* distin-
67 guit plures casus, plenius, quam alius, Surd. *cons.*206. *per tot.* † Declara; quia si testator auus minus legitima relinquat nepoti ex filia, tenetur tunc conferre, non computare, si vero integrã legitimam relinquat cõputare tenetur dotẽ matris, in casibus, in quib⁹
☞ habet ab auo, ita Cast. *cons.*145. *lib.*1. vbi late de hoc. Vide *Collatio*
68 *bonorũ quando fieri debeat, vel non. Concl.*416. † Declara restrictionẽ; quia nepotes concurrentes ad successionem aui vna cum patruo imputant in legitima dotẽ matris, ex quo non possunt ex persona sua succedere, sed ex persona matris, qa non debent esse melioris conditionis. Alex. *cons.*24. *n.*4. *in fin. ver. plus voluerunt, lib.*1. Vide omnino Iason in *l. illã. C. de collat. in fi.* vbi refert Alex. *cons.*24. & ibi latissime Dec. *n.*16. facit tres casus, inter quos tenet hãc declarationẽ, & plenissime Paulus de Montepic. *d. l. in quartã, n.*211. *vsq.* 240. vbi tuetur vtranque opinionem, postea dicit *n.*220. *in fi.* videtis bella plus, quã ciuilia inter præstantissimos Doct. tandẽ ponit opinionem Bart. pro regula, hoc casu declarationis, & limitat quinque
69 modis. † Amplia, vt ẽt feudũ, & emphyteusim hæreditariã teneatur filius imputare in legitima. Alex. *cons.*27. *lib.*5. & declarat plene apost. ad *cons.*8. Alex. sub *n.*6. *ver. Legitimam, lib.*3. † Extende, vt pro- 70
cedat, vbicunq; agitur de succedendo ei, qui acquisiuit feudum, vel emphyteusim; quia cõputatur in legitima detrahenda ex eius bonis, quicquid peruenit ad petentem legitimam. Alexan. *d. cons.* 27. *in pr. lib.*5. apost. ad *cons. Alex.*8. *lib.*3. *in ver. Legitimã,* vbi loquitur generaliter, siue sit hæreditaria, siue non, dummodo sint acquisita
à patre, à quo legitima prætenditur. † Restringit tamen Bald. vt 71
tunc computetur emphyteusis non hæreditaria filio in legitima, qñ à patre fuit acquisita, & ex eius pecunia. Bal. *cons.*110. *Substitutio facta, n.*2. *ver. secundo quærebatur, lib.*5. † Contrarium tenet apost. ad 72
Alex. *d. cons.*8. *lib.*3. quod siue ex pecunia eius, cui succeditur, siue non, semper imputetur; secus, si agatur de succedendo alteri, qui non sit primus acquirens; quia tunc si non est emphyteusis hæreditaria, vel feudum hæreditarium, non imputatur. † Declara tamen, q̃ vbicunq; filius imputat emphyteusim, vel feudum in legi- 73
tima, intelligitur, non quantum res valet absolute, sed quantũ valet cum onere, & deducto eo, quod domino debetur pro alienatione. Bald. *d. cons.*110. *Substitutio, in fi. lib.*5. † Restringe in legitima 74
matris; quia ex quo mater non succedit in emphyteusi, non etiam habet in ea legitimam. Bald. *cons.*146. *Super isto puncto, in fin. lib.*5. † 75
Limita; quia filius non imputat sibi in legitima, neq; in Trebellianica, vel Falcidia, emphyteusim, feudum, vel aliud, quod ad eum vti filiũ, non vti hæredem peruenit. Alex. *d. cons.* 8. *Visis subtilissimis, n.*6. *ver. præsuppositio ergo, lib.*3. quod intellige, qñ ab auo est acquisitum, non à patre. Stephan. Bert. *cons.*179. *Cum honorabili, col.*2. *lib.*3. Ripa in *l. in quartã, nu.*67. *ff. ad l. Falcid.* sequitur Iason in *l. quoniam nouella, n.*9. *C. de inoff. testam. & l. illam, col.*1. *C. de collat.* Marsil. *sing.* 32. late Iason in *l.*2. *C. de iure emphyt. nu.*207. *cum seq.* & ita declarat apost. ad Alex. *d. cons.*8. *n.*6. *in ver. Legitimam, lib.*3. vbi late, quasi per totum, & tollit contraria, & idem Alex. *cons.*27. *Videtur, lib.*5. *in prin.* vbi idem in emphyteusi & feudo de bitis filiis, vt filiis; qa reputatur æs alienum; & dicit menti tenendum, *& cons.*89. *Vtrum emphyteusis, nu.* 4. *& seq. ver. sed tunc dubitandum, lib.*4. Vide, *Legitima ex quibus non debeatur regulariter. Concl.* 176. † Extende, vt procedat, etiam si pater le- 76
gasset filiis emphyteusim ab auo quæsitam pro se, & filiis & nepotibus, ipsi filio pro omni legitima, & filius agnouit legatum; quia cum habeat titulum ab auo antiquiorem, sibi non præiudicat in legitima eorum, quæ sunt aduentitia. Alexand. *cons.*89. *n.*12. *ver. ad pradictorum confirmationẽ. lib.*4. vbi, q̃ non valet talis dispositio; qa reiicitur grauamen; & quia agnitio facta per filium non præiudicat, neq; in tota legitima, neq; in supplemẽto; & idem repetit *cons.* 55. *n.*7. *eodem lib.*4. † Declara; quia emphyteusis, & feudum quando 77
transeunt ad filios vt filios, nunquam imputantur in legitima, neque in Trebellianica, neq; in Falcidia; secus si ad eos vti hæredes peruenit; quia tunc imputatur. Alexand. *cons.*89. *Vtrum emphyteusis, n.*4. *ver. sed tunc dubitandum, lib.*4. *& cons.*27. *n.*4. *& seq. lib.*5. † Ex- 78
tende maxime, quando emphyteusis, vel feudum puenit ab auo, & sic ex prouidentia maiorum; quia respectu nepotum dicitur res aduentitia, non autem profectitia respectu patris, & sic nepos non imputat in legitima. Alex. *d. cons.*89. *n.*4. *& seq.* maxime *n.*6. *& seq. lib.*4. & plenius *num.*8. *ver. pro hoc etiam, per tot.* vbi apost. citat ad Alex. *cons.*29. *n.*4. *lib.*5. † Extende; quia emphyteusis, & feudum di- 79
citur aduentitium, & non profectitium, maxime, quando ab auo fuit receptum pro se, & filiis, & nepotibus, etiam quod pater potuerit delinquendo priuare filios; quia sufficit, q̃ non potest alienare, plene Alex. *d. cons.*89. *n.*6. *& per tot. lib.*4. Vide, *Bona aduentitia,* ✠
*& profectitia quæ dicantur. Concl.*107. Vide, *Dos profecta ab auo quando dicatur profectitia, vel non. Conc.*783. † Restringe; quia feudũ, & em- 80
phyteusis, siue vendi possit, siue non, dumodo possit filiis legari, vel in hæredes transmitti, imputatur in legitima. Alex. *d. cons.* 27. *n.*2. *& seq. lib.*5. adducit rationẽ; qa si acquirit pater pro se, & filiis, cẽsetur filiis donare; ergo cũ possit talis donatio reuocari, mortis causa capiunt, & imputant. † Restringe hanc limitationẽ, vt non 81
procedat, qñ feudũ, vel emphyteusis est hæreditaria. Alexa. *cons.* 27. *lib.*5. *in pr.* maxime *n.*6. & apost. ad *cons. Alexand.*8. *lib.*3. *in ver. Legitimam, n.*6. idem Alexan. *cons.*19. *Super eo, de quo quæritur, circa fin. lib.*5. Cuch. in *tract. de legit.* §. *legitima est autem quota fol.*21. *n.*11. vbi communem,* & ita se declarat Alexand. *cons.*29. *Perspectis, n.*4. *lib.*5. vbi *
dicit magis* communem, quando est acquisitũ à patre, vel est hæ- *
reditarium; quia computatur in legitima, non in Trebellianica; secus si ab auo, vel maioribus sit acquisitum; quia tunc limitatio procedit. † Limita; quia nepos non imputat sibi in legitimam patris 82
id, quod habuit ab auo, qñ non contemplatione patris habuit. Alex. *d. cons.*8. *n.*7. *ver. & ista videtur. lib.*3. secus, quando habuit contemplatione patris, & hanc communem* omnium dicit Ripa in *l. in* *
*quartam, n.*202. *ff. ad l. Falcid.* secus, si contemplatione neptis. Vide,

Contem-

Contemplatione alterius factum quando præsumatur, vel non. Concl. 966.

83 †In dubio autem dicitur legatum factum nepoti contemplatione filii, etiam si nepos esset natus. Alciat. *respons.* 153. *n.* 3. Natt. *consil.* 14. *n.* 4. *lib.* 1. Castren. *consil.* 97. *Si dicta Cornelia, lib.* 2. Alexand. *consil.* 179. *n.* 3. *lib.* 5. Barbat. *consil.* 69. *col.* 5. *lib.* 5. Ruin. *consil.* 196. *num.* 9. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 105. *n.* 33. Dec. *consil.* 8. *col. penult.* Neuizan. *consil.* 76. *n.* 12.

84 Cruett. *consil.* 219. *n.* 2. † Maxime, quando filius, qui tenetur dota-

85 re, est pauper. Cephal. *d. consil.* 105. *n.* 37. † Imo quod in dubio contemplatione neptis censeatur legatũ dotis ab auo factum. Corn. *consil.* 34. *n.* 3. *lib.* 4. Socin. *consil.* 33. *n.* 16. *lib.* 3. Picus in *l. in quartam, num.* 247 *ff. ad Falcid.* Alexand. *consil.* 138. *in princ. lib.* 3. *& consil.* 31. *Viso, nu.* 4.

86 *lib.* 4. *supra n.* 79. † Restringe, quando auus nepti ex bonis pro-

87 priis dotem reliquit, Soc. Iun. *consil.* 79. *nu.* 53. *ver. tertio hoc idem. lib.* 3. Alciat. *consil.* 498. *num.* 5. † Restringe, quando legatum deberetur

88 mortuo filio, latissime Menoch. in *consil. Bonon. impresso in causa DD. de S. Petro.* †Restringe, quando pater est diues, quo casu auus non tenetur dotare neptem, & si dotet, de suo, facere censetur. Alexand. *consil.* 8. *n.* 9. *lib.* 3. *& consil.* 138. *n.* 5. *lib.* 5. Cruett. *consil.* 219. *num.* 3. Socin. Sen. *consil.* 33. *n.* 16. *lib.* 3. Dec. *consil.* 81. *n.* 5. Socin. Iun. *consil.* 79. *n.*

* 74. *lib.* 3. Menoc. *d. consil. Bononia impresso*, qui dicit magis receptam* opinionem, & ideo Natt. *consil.* 364. *n.* 22. & Cephal. *consil.* 105. *n.* 29. errasse, & quod contraria procedunt, quando non extant coniecturæ in contrarium; secus si extant coniecturæ, & est subscriptũ

89 à Decian. & Cephalo. † Contrarium, quod imo nepotes ex filia prædefuncta in legitimam sibi debitam ab auo imputent dotem,

* quam habuit eorũ mater. Curt. Iun. *consil.* 180. *n.* 2. vbi dicit *communem Dec. *consil.* 181. *circa fin. ver. tertio responderi potest.* Vide Paulum de Montepic. in *l. in quartam, n.* 211. *& seq. vsque* 240. *ff. ad l. Falcid.* vbi *n.* 232. tenet opinionem Bart. & limitat quinque modis, &

* hanc *communem dicit Bertrand. *consil.* 138. *n.* 4. *ver. ad tertium*, vbi declarat multis modis, *lib.* 1. *in secunda parte*, late Barbat. *consil.* 40.

90 *lib.* 2. †Non dicitur autem contemplatione neptis dos data, quãdo nata non erat; quia nulla affectio potest eidem applicari. Bart. *consil.* 131. Angel. *consil.* 78. *Io. Philippi.* Ruin. *consil.* 138. *nu.* 11. *lib.* 2. *& consil.*

91 24. *n.* 2. *lib.* 5. Cephal. *consil.* 105. *nu.* 23. † Limita, quia filius, vel nepos non imputat sibi in legitimam legatum factum ab auo, vel patre, quando auus, vel pater legat; quia dicit se esse debitorem filii, vel nepotis; quia si est debitum, non tenetur imputare. Bald. *consil.* 57. *Quia illud, quod testator, lib.* 1. vbi dicit, quod procedit, quando probatur debitum fuisse, alias secus, quia sola assertio testatoris non

☞ probat debitum. Vide, *Confessio facta in testamento absenti non probat,*

92 *& quando secus. Concl.* 639. †Extende, vt idem sit in legato facto filio, vel nepoti per hæc verba, ita, quod non possit plus petere de bonis testatoris; quia cum legitima non sit de bonis testatoris, non censetur animo compensandi factum. Bald. *consil.* 84. *Testamẽ-*

93 *tum dicta Florutiæ, n.* 2. *versic. super testamento, lib.* 2. † Limita; quia filius, vel nepos non imputat sibi in legitima ea, quæ habuit tanquam aduentitia, & non immediate à patre, vel ascendente, cui succedit in legitima. Alex. *consil.* 117. *Viso titulo. nu.* 10. *ver. & debet im-*

94 *putari. lib.* 6. † Contrarium tenet Apost. ad Alexand. *d. consil.* 117. *nu.* 10. *lib.* 6. *in ver. Seius*, per *l. omnimodo. §. imputari, in ver. quæ occasione.*

95 *C. de inoffic. testam.* †Limita; quia filius non imputat in legitima, neque in Trebellianica pecunias habitas à patre in vita patris; quia pater censetur eas donasse, ex quo simpliciter soluit pro filio. So-

96 cin. *consil.* 100. *n.* 4. *lib.* 3. † Extende maxime, quando pecuniæ habitæ à patre fuerunt consumptæ. Bartol. in *l.* 1. *§. nec castrense, col.* 3. *ff. de collat. bonor.* Bald. in *auth. ex testamento, n.* 10. *ver.* 15. *capitulum est, de expensis. C. de collat.* & idem Bald. *consil.* 214. *Quæritur pater, lib.* 1. Petr. de Vbald. in *tract. de duob. fratr. in* 6. *par. n.* 28. *ver.* 24. *quæro.* Iaf. in *authen.*

97 *quod locum, n.* 3. *in fin. C. de collat.* † Extende maxime, quando non constat de mente patris, quod voluerit computare, facit *l. quæ pater. ff. famil. herciſ.* in sui ratione Bald. in *leg. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testamen.* nam quando filius habet pecunias ex titulo habili à patre inter viuos, non imputat in legitima. Berengar. Ferand. in

98 *l. in quartam. ff. ad Falcid. in* 3. *cap. n.* 79. †Restringe, nisi pater expresse à principio declarasset dare in deductionem legitimæ; quia licet in partitis descripserit debitorem, si non expressit, quod eo animo soluerit, non imputat, alias secus. Cruett. *consil.* 136. *numer. secundo.* Couar. in *c. Raynaldus. §.* 2. *numer. sexto. ver. cæterum de testament.*

99 †Restringe, quando pecuniæ datæ filio in vita patris adhuc tempore fideicommissi restituendi extarent; quia tenetur excomputare in legitima, & Trebellianica, sed bene verum est, quod ex eis augetur legitima, & Trebellianica, & sic tantum partem imputa-

100 bit. †Declara; quia si est dubium, an voluerit computare, vel non,

101 erit arbitrariũ iudici. Alexand. *consil.* 142. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia filius non imputat in legitima, & Trebellianica, alimenta, victum, & vestitum habitum à patre; quia pater ad ea tenetur.

†Limita, quia non imputat in legitima id, quod habuit filius vi- 102
gore *leg. hac edictali. C. de secund. nupt.* Ita Cruett. *consil.* 194. vbi recitat opiniones pro vtraque parte, & ita tenet cum declaratione, quam videas, & ante eum plenius Florian. de S. Petro *quæst.* 1. *Mulier, num.* 13. *in fin. cum sequent. ver. iis præmissis.* † Extende; quia ea o- 103
mnia, quæ debentur filiis vt filiis, prout feudum, etiam ex pœnali dispositione *dict. leg. hac edictali.* ista semper sunt debita vltra legitimam & non imputantur. Floria. *dict. quæst.* 1. *num.* 15. *& seq.* † Li- 104
mita, quia non imputat filius in legitima id, quoad pater reliquit filiæ post mortem filii hæredis. Bartol. *consil.* 34. *Factum tale, numer.* 3. *ver. & aduertendum, libro primo.* †Limita, quia filius non imputat in 105
legitima id, quod recuperat relictum nouercæ, vel priuigno, ex beneficio *leg. hac edictali. C. de secund. nupt.* Bald. *consil.* 22. *Quædam Domina, in fin. lib.* 5. Cruett. *consil.* 194. *In casu proposito, in princ.* † Limita; 106
quia illud, quod lucratur filius per transitum parentis ad secunda vota, non imputatur in legitima. Alexand. *consil.* 27. *Videretur, in princ. lib.* 5. † Limita, quia fideicommissarius filius grauatus resti- 107
tuere à patre etiam pauperibus, & piæ causæ non imputat in legitima sibi debita fructus perceptos ex bonis fideicommissi paterni. Bald. *consil.* 407. *In quæst. num.* 5. *ver. modo videndum, lib.* 1. *& consil.* 291. *Licet de multis, num.* 4. *lib.* 5. *ver.* 4. *est sciendum.* Ang. *consil.* 124. *Iolus D. Dalmatii, in fin. ver. ad tertium.* † Item neque alienata pro soluen- 108
dis debitis, vel vsuris, aut incertis male ablatis, vel legatis factis à testatore. Bald. *consil.* 219. *Pepus Nicolutii, num.* 4. *ver. item nec est dubitandum, lib.* 2. vbi, quod præsumitur ex iustis causis alienasse, quando tales creditores diutius tacuerunt, & nihil petunt. † Limita; 109
quia filia dotata agens ad supplementum legitimæ non imputat iocalia, & alia habita extra dotem, quando pater dixit, quod supleatur legitima comprehensa dote. Petr. de Anchar. *consil.* 39. *Pro clariori, num.* 7. *vsque in fin.* † Item non imputat fructus dotis, sed 110
solum sortem principalem. Alexand. *consil.* 57. *Ponderatis. num.* 3. *ver. hoc præsupposito, lib.* 3. †Limita; quia filia dotata à patre non imputat 111
sibi in legitima dotem habitam à patre in successione bonorum maternorum. Bald. *consil.* 316. *Filia primi, lib.* 2. † Sed bene in suc- 112
cessione patris imputat dotem habitam à patre. Ripa in *leg. in quartam. ff. ad leg. Falcid. num.* 148. † Declara, quia aut filii agunt in- 113
ter se de consequenda legitima, & imputant dotem maternam; aut agunt de consequenda legitima contra extraneos, & dos materna non computatur in legitima patris. Bald. *consil.* 342. *Casus, super quo. num.* 3. *ver. super tertio, lib.* 2. † Declara; quia filia imputat in 114
legitima dote à patre data, item iocalia, & paraphernalia in actu matrimonii data, quia licet non sit dos, nec gaudeat priuilegio dotis, & forte non valeat; tamen confirmatur morte. Alexand. *consil.* 27. *num.* 10. *& seq. ver. quantum vero, lib.* 5. † Limita; quia filius, vel 115
nepos non imputant sibi in legitimam substitutionem de eis factam sub conditione; quia debent consequi legitimam integram, & etiam consequentur substitutionem, nec propterea dicuntur contrauenire testamento, in quo sunt substituti. Bald. *consil.* 342. *Casus, super quo, in princip. ver. super primo, lib.* 2. †Limita, quando ha- 116
beret nudam proprietatem totius patrimonii valoris vltra legitimam; quia potest nihilominus velle tantum vsumfructum, qui sufficiat pro legitima, & parte legitimæ, *authent. de triente, & semisse. §. prohibemus.* † Limita; quia quod capit filius ex substitutione 117
pupillari, vel alias à patre facta, non imputatur in legitima. Angel. *consil.* 101. *Considerandum est, post med. ver. sequitur videre.* Mar. Ant. Cuchus in *tract. de legit. n.* 10. *fol.* 55. † Extende in iis, quæ casu per- 118
ueniunt ad filium, prout si vsufructuarius eius dem rei legatæ filio quoad proprietatem moritur. Alexand. 179. *Viso processu, num.* 4. *lib.* 5. †Extende in iis, quæ habet filius aliunde à tertio non imme- 119
diate à patre, licet contemplatione patris. Alexand *dict. consil.* 179. *n.* 5. *ver. tertio respondeo, lib.* 5. licet satis inuolute loquatur, vide eum, quia admittit, quod in legitima non computat id, quod filius mediate ab alio habuit, licet contemplatione patris, quia debet esse datum à patre immediate; secus ad effectum computandi in legato dotis; quia sufficit, quod habeat à quocunque contemplatione legantis. †Restringe; quia imputat, quod percipit ex substitutione 120
vulgari, vel fideicommissaria. Alexand. *consil.* 179. *Viso, num.* 4. *lib.* 5. vbi dicit *communem. †Limita in expensis studii, & libris datis * causa studii, quia non imputantur, maxime si perfecit studium; se- 121
cus si dissipauit in malos vsus, plene Iaf. in *auth. quod locum, num.* 3. *C. de collat.* & hanc magis communem* dicit Alexand. *consil.* 142. * *Circa primam, num.* 25. *ver. quo autem ad libros*, vbi loquitur, quod non imputat, quando perfecit studium. † Et quod expensæ factæ 122
à patre, vel auo pro filio, vel nepote causa studii non imputentur in legitima filii, vel nepotis, pro quo fuit expensum. Alexand. *consil.* 142. *in fin. num.* 27. *ver. postremo venio ad quartum, lib.* 2. † Contra- 123
rium tenent Bald. & Salycet. in *leg. filiæ. Cod. famil. herciscund.* quia

distinguitur secundum coniecturas ad donandum, prout si pater sit diues, si magna sit impensa, si habet alios multos filios, & similia, vt refert Alexand. *dict. consil. 142. num. 25. in fin. libr. 2.* vbi, quod
124 ista fuit opinio originalis Oldradi. † Declarat Alexand. *dict consil. 142. in fine, numer. 27. & sequent. lib. 2.* quod expensæ studii factæ per patrem pro filio, & per auum pro nepote, & descendente censentur donatæ, & non imputantur in legitimas; sed factæ p patruũ hæredem aui pro nepote ex alio filio prædefuncto secus, etiam si auus cæpisset expendere pro nepote studente; quia arbitrarium est iudici consideratа qualitate personarum, diuitiis, familia patrui, an præsumatur donasse, vel non, & loquitur, quando nepos in studio prætendit legitimam, vel supplementum in bonis aui
125 penes patruum hæredem. † Extende, vt idem sit, si pater donauit libros Doctori iam existenti; quia non imputat in legitima, sicut nec miles, cui donauit equos, & arma tanquam castrensia. Ale-
126 xand. *consil. 142. numer. 25. lib. 2.* † Limita in donatis à patre filio emancipato post emancipationem; quia donata simpliciter non imputat in legitima. Signorol. *consil. 20. Factum sic se habet, in fin.* Corn. *consil. 64. Licet meo iudicio, libr. 2.* vbi dicit opinionem magis *communem, quod datum filio ex causa donationis simplicis non imputatur; secus, quando non valuit, nisi vt legatum, vel causa mortis. Castrens. *consil. 29. numer. 5. in fine, libr. 1.* Alexand.
127 *consil. 117. Viso titulo, in fin. libr. 6.* † Extende; quia donata simpliciter filio cum iuramento, vel ob causam voluntariam cum iuramento non imputatur in legitima; secus si ex causa necessaria; quia tunc imputat. Crauett. *consil. 136. De anno 1530. per tot.* vbi reddit rationem, idem tenet Ripa in *leg. in quartam, numer. 143. & seq.*
128 vbi declarat multis modis. † Idem, si pater donat propter benemerita filio; quia non imputat in legitima. Castrens. *consil. 29. num.*
129 *5. in fin. libr. 1.* † Restringe, vt non procedat in donatione ex causa; quia tenetur filius donata à patre ex causa emancipationis, vel ob aliam causam imputare in legitima. Signorol. *dict. consil. 20. numer. 3. ver. nunc venio.* Alexand. plene *consil. 142. Circa primam, numer. 17. ver. condescendo ad tertium, cum seq. lib. 2.* vbi recitatis opinionibus dicit *communem, *num. 22.* quod donata filio in præmium
130 emancipationis dicitur ex causa, & imputat filius in legitima. † Intellige, quando est datum ex causa necessaria; secus si ex voluntaria. Crauett. *consil. 136 per tot.* vbi ita declarat, & in fine dicit, quod datum filio pro clericatu imputatur; quia cum datum ex necessitate filio imputetur, sicut pater cogitur pro matrimonio temporali facere donationem propter nuptias; ita quoque idem videtur dicendum in matrimonio spirituali, & sic quando
131 filius vult effici clericus. † Restringe in datis filio emancipato simpliciter sine causa extra emancipationem; quia videtur datum
132 pro legitima. Corn. *consil. 64. libr. 2. circa fin.* † Declara istam materiam, an filius imputet sibi in legitima donata ex causa emancipationis, vel in præmium emancipationis; quia sunt opiniones, quod sic, & quod non, vt refert Alexand. plene *dict. consil. 142. Circa primam numer. 17. & sequent. ver. condescendo ad tertium, lib. 2.* quia si est donatio simplex, nõ imputatur in legitima; si vero est donatio ex causa, imputatur in legitima; est ergo difficultas tota, an donatio in præmium emancipationis sit simplex, vel ex causa, quod sit simplex, tenent plures, quos citat Alexand. *dict. consil. 142. num. 18. lib. 2.* & plenius *consil. 23. Attentis iis, numer. 9. libr. 3.* vbi dicit *communem, & ibi apostill. in *ver. simplex*, quod sit ex causa, tenent multi, quos idem Alexand. *dict. consil 142. libr. 2. numer. 20. & sequent.* citat, vbi, quod filius inuitus emancipati non potest; igitur donatum ex causa emancipationis dicitur donatio ex causa, tandem dicit, quod si pater donat vtendo vocabulo, *dono in præmium emancipationis*, est simplex, & non imputatur in legitima; aut non dicit, *dono*, sed, *do in præmium emancipationis*, & est ex causa, & tenetur im-
133 putare, & tollit omnia contraria cum ista distinctione. † Et procedit declaratio non solum in filio, cui pater dedit, vel donauit, vt supra, in præmium emancipationis, sed etiam procedit in nepote; quia si filius tenebatur imputare in legitima, mortuo filio, etiam nepos ex ipso filio tenetur imputare, prout tenebatur pater, quando succedit cum patruis, quia habet necesse repræsentare patrem, si velit succedere; si vero succederet cum æqualibus in gradu, & ex persona sua, non tenetur imputare. Alexand. *consil.*
* 142. *numer. 22. & 23. ver. secundo non obstat, libr. 2.* vbi dicit *communem. † Limita, quia filius non imputat in legitima aduentitia,
134 sed tantum profectitia. Alex. *consil. 8. Visis, numer. 6. & sequent. ver.*
135 *præsupposito ergo, libr. 3.* † Extende, vt procedat, etiam si pater hoc mandaret, quod filius teneatur bona aduentitia imputare in legitima sibi debita; quia hoc non potest facere Alexand. *cons. 8. num.*
136 *12. ver. & licet pater, lib. 3.* † Limita; quia filius non imputat in legitima fructus perceptos ex fideicommisso, quando sumus in filiis primi gradus. *leg. iubemus. Cod. ad Trebell.* quæ loquitur in Trebellianica; quia in legitima non imputat, siue sit filius primi gradus, siue non. Ang. *cons. 124. in fin. ver. ad tertium.* † Restringe in nepotibus, & sic in filiis vlterioris gradus Io. de Imol. *cons. 63. in fin.* & intellige de Trebellianica; ideo hic non ponitur. 137

Legitimæ loco quæ esse dicantur, vel non. Conclusi. 206.

LEGITIMA † succedit loco alimentorum; ideo donatum causa emancipationis per patrem filio computatur in legitima, si est dictum, quod pro alimentis donabat; quia pro legitima etiam videtur donasse. Bald. *consil. 61. Ser Lippus, in princip. libr. 1.* † Contrarium tenet Corn. *consil. 150. numer. 12. ver. & primo non obstat. libr. 2.* † Amplia; quia dos succedit loco legitimæ, ideo statutum excludens fœminas dotatas censetur restringere legitimam fœminarum ad dotes, ita, quod in dote censentur habere legitimam. Bald. *dict. consil. 61. numer. 4. ver. sed restat vnum, libr. 1. & consil. 273. numer. 2. in fine, libr. 1.* & hanc partem tenet Bald. *consil. 373. numer. 2. ver. sed videtur filias libr. 3. vsque in fin. & consil. 410. Primo videndum, libr. 4. numer. 6.* vbi in fin. dicit hanc opinionem esse multam æquam, & congruam, & idem Bald. *consil. 490. Statuto cauetur, libr. 4.* & hanc communem esse *dicit Cephal. *consil. 245. num. 32. & 33. lib. 3.* allegat Curt. Sen. attestantem de *communi *consil. 5. numer. 3.* & quod dos succedat loco legitimæ, quando statutum non excludit simpliciter, sed dotatas fœminas, plene Socin. *consil. 85. Viso testamento, num. 8. & per tot. libro tertio.* Bart. in *leg. Titio centum. §. Titio genero ff. de condit. & demonstr.* Socin. *consil. 217. column. 1. in fin. & consil. 241. colum. 9. libr. 2.* Ias. *consil. 69. in fine, lib. 2.* Tiraquel. in *l. si vnquam. §. Susceperit liberos. numer. 112. Cod. de reuocat. donat.* Castren. *consil. 73. Licet ista Domina, circa fin. libr. 1. & consil. 266. eodem libr. 1.* vbi duplicatur Abb. *consil. 92. Illud, in princip. & per tot. libr. 2.* plene Ang. Aret. *consil. 81. In themate, num. 25. & sequent. ver. quarto hoc probatur.* Vide, *Statutum circa successionem excludens filias succedere cum masculis, &c. Conclus. 661.* † Contrarium tenet Cuman. *consi. 35. Stante statuto per tot.* maxime *circa fin. ver. nec obstat*, vbi, quod imo dos deducitur veluti æs alienum, & quod fœmina non habet dotem legitimæ loco; quia imo filius masculus deducit legitimam ex tota hæreditate tanquã solus succedens, ac si essent mortuæ fœminæ; deducta dote ex tota hæreditate prius; sed tamen casus Cuman. non loquitur de exclusione fœminarum dotatarum, sed simpliciter de exclusione fœminarum, quas statutum mandat dotari; ideo forte stant simul ista, quæ non sunt contraria, sed tamen idem Cuman. *in cons. 125. Dominus Antonius, per tot.* recitat opiniones, & tenet hanc partem, quam dicit in fine esse *communem, & quod valet grauamen impositum per patrem. Vide plenius, *Legitima exclusorum, vel incapacium non operatur, &c. Concl. 200.* vbi declaratur. † Declara, quia si statutum excludat filias simpliciter, licet debeant dotari de iure, dos non est loco legitimæ; & idem si statutum excludit simpliciter, & mandat dotari; quia istis duobus casibus non succedit loco legitimæ. Socin. *cons. 75. in fine, lib. 3. & num. 8.* Castr. *consil. 59. Pro plenriore, in princ. lib. 1.* vbi, quod tunc dos non iudicatur vt legitima; quia ad sunt plures differentiæ inter dotem & legitimam. Vide Castrens. *cons. 16. in princ. lib. 2.* vbi plurjes ita consuluit, quod legitima non debetur exclusis à successione. Castr. *cons. 445. n. 2. lib. 2.* Alexan. *cons. 179. Viso processu, num. 4. ver. & quando statutum, lib. 5.* vbi reddit rationem; quia legitima debetur pure, dos vero sub conditione nuptiarum. † Si vero statutum non excludit simpliciter, sed excludit dotatam, vel dotandam; & tunc quia exclusio est qualificata, & non simplex, dos succedit loco legitimæ. Socin. *d. consil. 75. in fin. lib. 3.* & sub *num. 8. & seq.* vbi idem dicit, si statutum dicat, quod sit contenta dote relicta in testamento. † Et non iudicantur ad paria dos & legitima; quia legitima debetur pure, & habet causam perpetuam dotatio sub conditione, si matrimonium sequatur, & non habet causam perpetuam; quia mortua filia extinguitur; & quia dos recepit grauamen; legitima vero secus. Castr. plene *d. cons. 59. in prin. ver. breuiter, lib. 1.* Alex. *d. cons. 179. n. 10. ver. & quando statutum, lib. 5.* † Declara; quia licet in hoc diuersificentur legitima & dos; quia illa debetur pure; dos vero sub cõditione; tamen in reliquis omnino æquiparantur, quando ex statuto debetur dos; quia tunc loco legitimæ est subrogata. Castr. *cons. 73. Licet ista Domina Lisa, lib. 1. in fin.* quod duplicatur *cons. 266. eod. lib. 1.* † Imo in tantum æquiparat Cast. legitimam & dotem hoc casu, qñ statutum excludens filias mandat dotari, vt sicuti in legitima non potest apponi grauamen, & appositum reiicitur, etiam si filia acceptauerit legatũ, & fecerit quietantiam, vt idem sit in dote

per

per æquiparationem; quia filia acceptando legatum dotis non integræ, vel cum onere, etiam ſi dicatur, quod plus petere non poſſit, ſibi non præiudicat, niſi legitimæ in ſpecie, & nominatim renunciauerit. Caſtr. *d. conſil. 73. Licet iſta Domina Liſa, nu. 2. & per tot. lib. 1.* quod duplicatur *conſil. 266. eodem lib. 1.* plene Abb. *conſil. 92. illud indubitati iuris, in princ. & per tot. lib. 2.* vbi loquitur in fortioribus terminis, quando ſtatutum, prout eſt Tridenti, dicit, quod ſtante maſculo fœmina ſit contenta quantitate relicta à patre, vel diſpoſitione paterna; quia relictum ſuccedit loco legitimæ. † Declara, vt ſi pater relinquat dotem ex teſtamento, tunc ſit loco legitimæ; quia ſtatutum loquens ab inteſtato non habet locum ex teſtamento. Cuman. *conſil. 45. Stante ſtatuto, in fin.* ſecus ab inteſtato. † Contrarium tenet *conſil. 35.* idem Cuman. & *conſ. 46. Sine diſputatione, circa finem, ver. nec moueor. & conſil. 125. per tot.* vbi tranſit cum hoc præſuppoſito. † Declara ſecundo; quia dos ſuccedit loco integræ portionis debitæ ab inteſtato; ideo ex ea debet deduci legitima, quæ pro illa parte non recipiet grauamen, aliæque partes non erunt legitima, neque loco legitimæ. Cuman. *d. conſil. 125. in fin.* † Declara; quia ſi ſtatutum dicat, quod filia ſit contenta dote ſibi relicta à patre, cenſetur tunc loco legitimæ. Iaco. Butrig. in *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam.* quod declarat eſſe verũ Alex. *conſil. 179. Viſo proceſſu, n. 7. & 8. ver. nec obſtat, lib. 5.* procedere, quando eſt liquidatum patrimonium patris, & conſtat de quantitate legitimæ, tunc pro illa quantitate, ad quam aſcendit legitima, erit legitima, non alias. Vide plenius, *Legitima excluſorum, & incapacium non operatur augmentum. Concl. 209.* † Amplia; quia bene dos eſt loco legitimæ, quando dos datur in caſu iuris cõmunis per patrem filiæ; ideo pater nõ poterit imponere grauamen doti, ſicut neque legitimæ. Cuman. *d. conſil. 125. n. 4. ver. non obſtat, quod filia.* Vide, *Dos profecta à patre non recipit grauamen. Concl. 782.* † Amplia; quia dos nõ recipit grauamen tanquam ſubrogata loco legitimæ, quando ſtatutum diſponit, quod filia ſit contenta dote legata per patrem, & aliud petere non poſſit. Cuman. *d. conſil. 125. n. 3. ver. non obſtant allegata in contrarium.* Caſtr. *conſ. 73. Iſta domina n. 2. vſque in fin. lib. 1.* & duplicatur ad litteram *conſil. 266. eodem lib.* † Extende; etiam ſi filia agnouit legatum factum cum hoc, quod plus petere non poſſit etiam ſi quetauit; quia adhuc poteſt petere ſupplementum, prout in legitima; quia onus non potuit imponi. Caſtr. *d. conſil. 73. n. & per tot lib. 1.* & duplicatur *conſil. 266. eodem lib.* † Amplia; quia ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, ſi mandat fœminas dotari, cenſetur dos eo caſu ſubrogata loco legitimæ, & alimentorum, ita vt mortua fœmina, antequam nubat, tranſmittat ad hæredes ſuos dotem à ſtatuto reſeruatã ſaltem pro legitima, & quantitate legitimæ. Bald. *conſil. 410. Primo videndum, n. 6. vſque in fin. lib. 4.* vbi, quod iſta opinio eſt multum æqua, & congrua; & idem de æquitate dicit Cuman. *conſil. 125. in fin.* Vide, *Legitima tranſmittitur ad hæredes, & quando ſecus. Concluſ. 210.* † Extende, vt maxime procedat hæc ampliatio, quando ſtatutum mandans dotari fœminas excluſas iubet eas eſſe tacitas dote; quia tunc videtur loco legitimæ eſſe. Cuman. *d. conſil. 125. n. 3. ver. non obſtant allegata.* † Extende, quando ſtatutũ excludens filias mandat eſſe contentas quocunq; relicto; quia illud relictum debet ſuccedere loco legitimæ, & eſſet ſine onere. Decian. *conſil. 32. nu. 106. & ſeq. lib. 2.* † Amplia; quia legatum iure inſtitutionis eſt loco legitimæ in tantum, quod filius non poteſt omittere legatum, & velle legitimam in bonis. Bald. *conſil. 19. Punctus quæſtionis, lib. 4.* † Contrarium tenet Bald. *conſ. 461. num. 3. & ſeq. lib. 5.* vbi, quod imo filius inſtitutus in re certa, & in medietate hæreditatis poteſt repudiare hæreditatem, & velle legitimam ex teſtamento, & hæres erit in re certa; ideo etiam obtinebit emphyteuſim quæſitam per patrem pro ſe, & filiis hæredibus. Bald. *d. conſil. 461. n. 3. & ſeq. lib. 5. per tot.* † Amplia; quia ſi pater relinquat dotem filiæ, quam habuit iure inſtitutionis, ea dicitur inſtituta in legitima; quia dos ſuccedit loco legitimæ. Bald. *d. conſil. 461. in fin. lib. 5.* † Amplia; quia dos non debet eſſe minor legitima, quando ſtatutum excludit filias fœminas, quas mandat dotari arbitrio propinquorum. Ruin. allegat multos *conſil. 27. Super puncto, in princ. lib. 3.* licet ipſe hoc non admittat, quando eſt in totum excluſa filia, ſiue dotata, ſiue non, ſed ſtatutum mandat dotari, vt ibi, *& num. 9. & ſeq.* Vide, *Dos quanta eſſe debeat filiæ excluſæ. Concluſ. 789.* † Limita; quia dos non eſt loco legitimæ, quando ſtatutum dicit, quod filiæ dotatæ, vel non dotatæ extantibus maſculis non ſuccedant, & quod pater non teneatur eas inſtituere, vel exhæredare, ſed capere poſſint ex teſtamento, prout eis fuerit relictum; quia dictio, *prout*, denotat modum, & qualitatem. Alex. *conſil. 179. Viſo proceſſu, num. 8. & ſeq. ver. præterea ſtatutum, lib. 5.* Vide, *Dos ſuccedit loco alimentorum, & legitimæ. Concluſ. 755.*

Legitima intra quantum tempus præſcribatur, ſi non datur querela. Concluſ. 207.

LEGITIMA † ſi non eſt relicta in teſtamento filiis, & illam non petierint intra quinquennium, illi præſcribitur. Bart. in *l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtam.* ideo habent ſolum quinquennium ad proponendum querelam, quando ex inofficioſo agunt, ſecundum Bald. *conſil. 20. Si pecunia, lib. 4. in fin.* † Contrarium verius, & ſecundum * communem. Vide, *Inofficioſi querela intra quantum tempus proponenda. Concluſ. 170.* † Declarat Alex. *conſil. 8. Viſis, n. 25. & ſeq. lib. 3.* quod querela non competit, niſi exhæredato; ideo ſi filio aliquid fuit relictum, licet ſi fuit ſatisfactus de legato, poſſit petere ſupplementum intra 30. annos; ſi tamen neque habuit legatum, poteſt petere legitimam totam intra 30. annos; quia ceſſat querela, & * dicit communem. † Amplia in præterito à matre, vel linea materna; quia tunc quinquennio præſcribitur ius petendi ſupplementum; quia ſuccedit loco querelæ. Boer. *d. deciſ. 250. num. 3. in fin.* † Amplia; quia quinquennio durat querela, & petitio ſupplementi quoad hæredem filii; quia ſi filius tacuit per quinquennium, & moritur, hæres eius eſt excluſus. Angel. in *l. Papinianus. §. conditioni. ff. de inoff. teſtam.* ſequitur Alex. *conſil. 128. lib. 1.* licet non abſolute hoc firmet. † Contrarium tenet Boer. *d. deciſ. 250. nu. 4.* vbi alios allegat, & probat ratione; quia iſtud ius tranſmittitur, & Iaſ. in *l. ſi quis filium, col. 3. C. de inoff. teſtam.* † Limita; quia non præſcribitur iuri petendi legitimã minori ſpatio 30. annorum. Alex. *conſil. 8. Viſis ſubtiliſſimis, n. 25. & ſeq. ver. vltimo dubio, vſque ad fin. lib. 3.* Iaſ. in *l. ſi quis filium, col. 3. C. de inoffic. teſtam.* Bald. *conſil. 231. Actio, lib. 4.* vbi dat vnam limitationem. Vide, plenius, *Inofficioſi querela intra quantum tempus proponenda. Concluſ. 170.* † Limita in minore; quia quinquennium ſibi non currit quoad legitimam, neque quoad ſupplementum legitimæ. Calder. *conſil. 346.* alias 17. *de teſtament. in prin.* ſequitur Franc. Cremen. *ſing 129. antiqua quæſtio, in fi.* vbi apoſt. dat concord. ſequitur Boer. *d. deciſ. 250. n. 3.* † Limita, quando filius poſſedit bona, in quibus debuit habere ſupplementum; quia contra eum non currit præſcriptio, donec poſſidet. Bald. *conſil 50. Viſo teſtamento, in princip. lib. 5.* & ita limitat apoſtilla magna ad Bartol. *conſil. 14. lib. 1. in fin.* † Limita; quia ignoranti non currit quinquennium, quando habuit iuſtam ignorantiam; quia ſibi competit reſtitutio in integrum, ſiue ſit minor, ſiue maior. Alex. *conſil. 8. Viſis, in fin. n. 27. ver. præterea aduerſus dictam præſcriptionem, lib. 3.* vbi loquitur in filio, cui pater legauit pro legitima bona feudalia ſibi debita ex ſtipulatu maiorum; quia licet acceptauerit legatum; poteſt tamen retinere feudalia, & petere legitimam poſt quinquennium ex capite ignorantiæ. † Limita; quia tempus quinquennii datum ad proponendum querelam pro legitima non currit pro ſupplemento legitimæ. Calder. *d. conſil. 346.* alias 17. *de teſtament.* quod eſt Petri de Anchar. vbi dicit * communem opinionem reprobato Bart. vbi reddit rationem, & idem tenet Bald. *conſil. 50. Viſo teſtamento, num. 3. lib. 5.* qui dicit quinquennium habere locum in querela odioſa, non in ſupplemento legitimæ fauorabili, & hanc veriorem, & communem * dicit Boer. *d. deciſ. 250. Breuiter dico, in prin.* vbi *num. 3.* allegat plures atteſtantes de * communi. Bald. conſ. * quod eſt in pede *conſ. Bart. 14. lib. 1.* vbi apoſt. in *ver. an ius agendi,* citat plures, & Thomas Diplo. dicit, quod ita iudicauit Eugubii, vbi plurimos allegat, & quod requirantur 30. anni. Iaſ. in *l. certi condictio. num. 25. ff. ſi cert. pet.* vbi dicit * communem reprobato Bart. * Fabian. de Monte. in *auth. nouiſſ. nu. 64. C. de inoff. teſtam.* † Contrarium tenet Bart. *d. l. ſi quis filiũ, in fi. C. de inoff. teſtam. & in conſ. 14. An ius agendi, lib 1.* vbi in fin. eſt inſertum contrarium conſ. Bald. † Declara; quia ſi pars legitimæ iure inſtitutionis eſt legata filiæ, & non petierit ſciens aliquid per triginta annos, inducitur præſcriptio. Bald. *conſil. 19. Punctus quæſtionis, in fi. lib. 4.* & quod nõ præſcribatur longo tempore, ſed requiratur longiſſimũ tempus 30. annorum, vt excludatur filia à petitione legitimæ, vel ſupplementi. Bald. *cõſ. 20. Si pecunia, lib. 4.* & hanc communem * dicit Boer. *d. deciſ. 250. in princ.* † Imo Fulg. *conſ. 83. Bonaccurſius, ver. in ſecundo.* dicit, quod requiruntur 40. anni propter hypothecam, ſequitur Ant. Rub. *conſ. 156. n. 2.* Boer. *d. deciſ. 250. n. 3. ver. quinimo,* apoſt. ad Cremen. *ſing. 129.*

Legitima excluſorum, ſeu exhæredatorum aliis inſtitutis accreſcit, & quando ſecus, & quomodo, & qualiter accreſcat, vel non. Concluſ. 208.

PRIMA † regula eſt, quod legitima excluſorum accreſcit aliis inſtitutis vniuerſaliter ſecundum Bart. in *l. pater filium, num. 20. in tertia quæſt. ff. de inoff. teſtam.* & hanc partem tanquam veriorem tenet Bald. *conſ. 373. Quidam Alexand. circa med. ver. & hoc præmiſſo, vſque in fin. lib. 3.* & hanc communem * dicit Soc. Iun. *conſ. 124. Viſo puncto, in fi.*

in fi. lib.2. Ang. *cons.105. Statuto cauetur, in fi.* vbi dicit, quod soror excluſa à ſtatuto nullam habet legitimam, vel ſupplementum, & augetur legitima non excluſorũ, plene Ang. *conſ.300. Punctus talis eſt*, vbi tenet, quod ſi ſunt duo maſculi, & tres fœminæ excluſæ, quia ſint dotatæ, legitima maſculorũ erit tertia toti⁹ hæreditatis. Bald. *conſ.61. Ser Lyppus, n.4. in fi.* qui cõſuluit in eodem caſu. Ang. *lib.1. & conſ.498. De detractione, n.3. & ſeq. eodem lib.1. & conſ.490. Statuto cauetur, lib.4.* † Et quod legitima excluſorũ, & ſeu legitima exhæredatorũ accreſcat aliis, quibus debetur legitima. Oldr. *cõſ.123. Quidã Pontius, per tot. & ver. quarto quandoque* quod intelligit Bald. *conſ.498. De deductione.* procedere; quando excluduntur in totũ; ſecus ſi minuatur legitima; quia tunc ius accreſcẽdi nõ habet locũ, *lib.1.* vbi dicit, quod eſt quæſtio de apicibus iuris, *n.3. ver. ſed videtur.* Vide Guid. Pap. *deciſ.599.* vbi filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, quæ non facit partem ſibi, facit partem aliis, & quod legitima excluſorũ accreſcat aliis, fuit opinio Bald. cõtra Bart. Caſtr. *conſ.198. n.4. ver. vel ſi volumus, lib.2.* Bald. *conſ.157. Gyptius habens. lib.5. in princ.* pleneRom. *conſ.411. Quatuor ſunt, in fin.* vbi plena apoſt. in *ver. peruenit*, dat concor. plene Bologn. in *addit. ad conſil. Ioannis de Anania 27. in fine.* vbi dicit *communem. Curt. Iun. conſil.93. Habita diligenti.*

† Amplia, vt procedat in quocunq; filio, qui nõ poteſt ſuccedere; ſiue quia deportatus ſit; ſiue quia monachus incapacis religionis; ſiue ex quauis alia cauſa nõ ſuccedat; quia habetur pro mortuo, & legitima aliorum augetur. Ang. *conſ.105. Statuto cauetur, in fin.* † Et fratres, & ſorores præteriti, ſiue exhæredati habẽtur pro mortuis, Bart. in *l.1. §. fi. ff. de bon. poſſ. contra tab.* ideo habentur, ac ſi non eſſent in rerum natura, & non augent, neq; faciunt partem *l. pater filium. ff. de inoff. teſtam.* Bart. & alii in *l. huiuſmodi. §. Titio. ff. de legat.1.* † Limita, quando excluſi nõ excluduntur in totũ, ſed minuitur legitima, vel habent aliquid loco legitimæ; quia niſi ſint excluſi in totum, non habet locum ius accreſcendi. Bald. *conſ.498. n.3. ver. ſed videtur, lib.1.* ſed ſolũ faciunt fœminæ numerum. Bald. *conſ.490. lib.4. & d. conſ.373. ver. hoc præmiſſo, vſq; in fi. lib.3 & conſ.61. n.4. ver. in contrariũ videtur, lib.1.* vbi, quod illud, quod ſupereſt ex diminutione legitimæ, accreſcit hæredi vniuerſali, nõ autem accreſcit legitimæ aliorum filiorũ. Corn. *conſ.150. n.10. lib.1.* & idem dicit Caſtr. *conſ.287. col. pen. ver. prædicta in ſucceſſione, lib.1.* eſſe verum in ſucceſſione matris; ſecus in ſucceſſione patris, qñ fœmina excluditur; ſed tamen debet dotari; quia quod ſupereſt, accreſcit maſculis. Soc. *conſil.75. Viſo teſtamento, lib.3. n.2. & ſeq. per tot.* † Limita; quia non accreſcit legitima exhæredatorum inſtitutis in re certa, Bart. *d. l. pater filium, n.20. ff. de inoff. teſtam.* ita Caſtr. *conſ.198. n.4. ver. breuiter, lib.2.* † Cõtrarium tenet Bald. quod imo etiam iſto caſu accreſcat fauore legitimæ, *conſ.69. in fin. n.8. lib.1.* vbi dicit, quod omnes *Doct. ita tenent in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam.* † Declara; quia accreſcit, quando excluſus eſt aliquis propter delictum, vel factũ proprium; quia renunciauit, alias ſecus, ſic declarat Caſtr. *conſ.287. n.2. ver. tertio caſu, lib.1.* † Contrarium de directo tenet Zabar. *conſ.151. n.2.* vbi, quod ius accreſcendi non coniunctis coniunctione legali in particularibus habet locum, quando licet ſint excluſi vniuerſaliter actu; non tamen habitu ſunt excluſi, vel quando à principio non valuit legatum particulare, ſed quando excluditur quis actu, & habitu à ſucceſſione vniuerſali, vel quando legatum particulare valuit ab initio, ſed ex accidenti non habet effectum; quia repudiatur; tunc non habet locum ius accreſcendi. † Limita in ſtatuto excludente filias dotatas; quia ex quo dos ſuccedit loco legitimæ, licet in hoc eſſet diminuta legitima; tamen nihil accreſcit; quia nihil reperitur vltra dotem pro legitima deberi. Bald. *conſ.61. Ser Lyppus Baldarimi, num.4. ver. ſed reſtat, vſque in fin. lib.1. & conſ.498. De detractione, n.3. eodem lib.1. & conſ.373. lib.3. n.2. & conſ.490. lib.4.* † Extende; quia maxime portio legitimæ fœminarum dotatarum excluſarum non accreſcit maſculo inſtituto in re certa, ſed potius hæredi vniuerſali; quia hæres vniuerſalis eſt ille, qui tenetur dotare. Bald. *d. conſil.61. in fin. lib.1.* † Limita; quia legitima fœminarum non accreſcit maſculo hæredi inſtituto, ſed tantum erit legitima maſculi hæredis, quantum eſt legitima fœminarum hoc caſu, licet fœminæ propter teſtamentum patris nõ ſuccedant. Bald. *conſil.88. Factum tale eſt, lib.4.* † Tres ſunt opiniones; prima, quod tanta ſit, ac ſi filiæ excluſæ non eſſent; ſecunda, quod ſit integra legitima omnium, ex qua deducatur dos; tertia, quod ſit integra deducta prius dote tanquam ære alieno, plene Corne. qui allegat pro omnibus opinionibus *conſil.48. De pluribus, in fin. num.29. lib.2.* Vide Capic. *deciſ.158. In cauſa Magnificorum Nicolai, per tot.* vbi latiſſime Cuman. *conſil.35. Stante ſtatuto*, vbi late pro vtraque. Vide Concluſionem prox. ſeq. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.6. tit. de legitimã, Concluſ.2. Legitima quomodo computanda ſtante fœmina dotata excluſa à ſtatuto.*

Legitima excluſorum, vel incapacium non operatur augmentum capacibus; quia ſicuti non admittuntur ad partem; ita non faciunt partem aliis, & quando ſecus. Concluſ. 209.

SECVNDA † regula eſt ex mente omnium, quod licet hæc opinio 1
ſit controuerſa, & de apicibus iuris; tamen vera, & communis, ac magis cõmunis *opinio eſt, quod filiæ fœminæ excluſæ ſimpliciter, ſiue mandentur dotari, ſiue nõ, non faciunt partẽ, neq; augent legitimã ſuccedentium, ſed habentur pro mortuis; ideo deducta dote vti ære alieno maſculi ſuccedẽt, ac ſi ipſi ſoli extarent in reſiduo, & legitima menſuratur ſecundũ numerũ ſuccedentium, ita Pariſ. *conſ.36. n.27. & 28. ver. circa quartũ, lib.2.* & magis *commu- * nem, & verã Iaſ. in *l. plene. §. ſi duobus, n.22. & ſeq. de leg.1.* Ruin. *cõſ.27. n.4. lib.3.* & magis *cõmunem dicit Socin. *conſ.84. in fin. lib.1.* & ita * Rol. à Vall. *conſ.25 lib.1.* qui dicit *communem, ſequitur Decian. * *cõſ.32. n.109. lib.2.* late Iaſ. in *l. huiuſmodi. §. ſi Titio, & Mæuio. ff. de leg.1.* Socin. *conſ.84. col. fin. lib.1.* Dec. *conſ.303. In caſu, in fine. & conſ.383. Viſo puncto, ad fin.* vbi de *communi, idem Dec. *conſ.299. col.2. ver. & legitima.* Alex. in *l. ſi ex pluribus. §. ſi duobus. ff. de leg.1.* Socin. *conſil.150. col.9. ver. poſtremo hæc con. luſio, lib.2. & conſ.153. col.4. & conſ.288. eodem lib.* Ruin. *conſ.27. lib.3.* † Et quod filiæ fœminæ excluſæ à ſtatuto 2
propter maſculos reddantur penitus inſucceſſibiles, & licet eis præſeruetur dos; illa tamen debetur tanquã æs alienum, ita, quod nullam faciunt partem in legitima, adeo, ꝙ legitima maſculorum cõſideratur, perinde, ac ſi fœminæ nõ extarent. Soci. qui alios refert *cõſ.82. In cauſa, lib.4.* Caccialup. & Marian. Soc. in quodã conſ. impreſſo in lectu. Soc. immediate poſt titulũ ad Trebell. Albertus Brun. qui dicit magis *cõmunem in *tract. de ſtatut. exclud. fœmin. 13. * *art. in 3. queſt.* Pariſ. *conſ.55. Quoniã, n.16. lib.3.* vbi atteſtatur hanc eſſe magis *communem, & in practica ſeruari. Socin. Iun. latiſſime * *conſ.25. Caſus iſte, lib.1.* vbi dicit eſſe veriorem, & magis *commu- * nem. Alex. *conſ.31. Viſo teſtamento, in fin. lib.4.* ſed non ponit pro abſoluto. † Et quod ſi excluditur à ſucceſſione per ſtatutum, licet 3
dotari mandet, habeatur pro mortua, vt non augeat legitimã aliis. Caſtr. *conſ.469. in princ. ver. item quia per ſtatutum, lib.1.* vbi apoſtilla allegat Socin. *conſ.288. Viſa, ver. probatur, circa fin. lib.2.* † Et fuit opi- 4
nio Caſtrenſ. quod excluſi habeantur pro mortuis; ideo regulatur ſecundum numerum eorum, qui ſuccedunt. Caſtr. *d. conſ.198. n.4. ver. breuiter, lib.2.* vbi apoſt. dat concor. plura conſ. Soc. quæ videas, & infra *n.21. & ſeq.* † Maxime; quia filia in totum excluſa propter 5
maſculos à ſtatuto non facit partem, neque admittitur ad partem. Bero. *conſ.49. in fi. lib.1.* † Itẽ; quia excluſus à ſucceſſione, tam ex te- 6
ſtamento, quam ab inteſtato habetur pro mortuo, & nõ facit numerum ad augendã legitimam aliis, neq; facit incrementũ de ſua parte, cũ nihil habere poſſit. Decian. *conſ.46. n.29. lib.3.* † Extende 7
idẽ in deportato, bannito, monacho, & ſimilibus, qui habẽtur pro mortuis. Decian. *d. conſ.46. n.29. lib.3.* † Extẽde; quia excluſi à lege, 8
vel propter incapacitatẽ, vt ſunt Fratres Minores, vel propter deportationem, nunquam faciunt partem pro ſe, neq; pro aliis. Caſtrenſ. *conſ.287. Quoniã fundamentum, in princ. lib.1.* & *communem * dicit Rimin. Iun. *conſ.405. n.16. lib.4. Iaſ. conſ.65. in princ. lib.1.* † Idem 9
eſt, quando excluſio eſt legalis quomodolibet; quia excluſi in totum habentur pro mortuis, nec faciunt partem. Caſtren. *conſ.287. num.3. & ſeq. lib.1.* qui loquitur, quando in totum excluditur, alias ſecus. † Idem eſt, quando excluſus eſt aliquis ex teſtamento, puta 10
per exhæredationem; quia tunc portio iſtius accreſcit aliis, non vt filiis, ſed vt vniuerſaliter inſtitutis; ideo non accreſcit inſtitutis particulariter. Caſtrenſ. *d. conſil. 287. num.2. ver. in tertio caſu, lib.1.* vbi dicit; quod iſto caſu exhæredatio contemplatione inſtituti vniuerſaliter cenſetur facta, non autem particulariter inſtituti, & quod exhæredatus, vel excluſus habeatur pro mortuo, ita vt integra legitima debeatur ſuccedenti vniuerſaliter, plene Menoch. *conſil. 207. num. 52. & ſeq.* vbi *num. 68.* dicit *communem. † Et * 11
quod imo filiæ excluſæ, quando ſunt dotatæ, vel ſi mandentur dotari, non faciant partem maſculis, neque augeant legitimam maſculis. Hier. Gabr. *conſ.15 num.20. & conſil.11. nu.5.* vbi de *com- * *muni, lib.1.* Craſſ. in *§. legitimam, q.7. num.4. ver. quid dicendum*, & ita ſeruari dicit Boſſ. *de public. bonor. num.3.* † Rationem adducit 12
Caſtrenſ. *d. conſil.287. n.3. ver. item non obſtat, lib.1.* quia excluſio totalis fœminarum eſt contemplatione maſculorum, nõ autem contemplatione legitimæ; ideo cũ habeantur pro mortuis in vno caſu, debent haberi pro mortuis etiam in iſto, ſed certe iſta ratio iudicio meo poſſet morderi, & retorqueri. † Et ideo legitima quinq; 13
filiorũ, videlicet maſculorum duorum, & trium fœminarũ excluſarum à ſtatuto, eo, quia dotatæ ſint, nõ eſt, niſi triens; quia portio deficiens excluſarum nõ accreſcit maſculis, nec legitima fœmina-

rum

tum exclusarum accrescit masculis, sed hæredi vniuersali, quia dos succedit loco legitimæ, & nihil supereſt vltra dotem, tenet Bald. plene *cons.61.vbi* pro vtraq; parte, & tandē tenet hanc partem, qñ dos succedit loco legitimæ, *lib.1.n.4.vsq; in fin. & cons.498. De detractione, n.3.ver. sed videtur filias, lib.1.* vbi reddit rationem; quia ius accrescendi non habet locū, nisi quis excludatur in totum, secus si in parte; ideo cū habeant dotem loco legitimæ, quod supereſt, non accrescit masculis; secus, inquit, si excluderentur fœminæ in totū, quia quicquid eis diminuitur, accresceret aliis; sed tamen tenet, ꝙ faciant numerum, vt augeatur masculis legitima, & idem repetit *cons.373. lib.3 per tot à n.2. vsque in fi.* & quod omnino excluſi, quibus etiam non deberetur legitima, illam augeant aliis succedentibus. Bald. *cons.350. Ita consulendo, per tot. lib.4.* vbi, quod matri debetur triens, si defunctus reliquit duas sorores omnino excluſas, & matrem, quæ sola succedit, licet de iure cōmuni mater solā tertiā tertiæ habere deberet, & idē Bald. *cons.490. Statutō cauetur. lib.4.* vbi clarius distinguit idem, videlicet, sunt quinq; sorores, & vnus masculus, si sorores sunt omnino excluſæ à statuto, erit perinde, ac si masculus esset solus, cuius legitima erit tertia totius hæreditatis; si vero fœminæ aliquid habent loco legitimæ, puta dotē, nihil accrescit masculo, nisi quia faciunt fœminæ numerū, & sic habebit medietatē suæ portionis debitæ ab inteſtato, quæ est vna vncia; quia haberet sextā partem, videlicet duæ vnciæ, & legitima est media-
14 tas. † Facit; quia mater succedens filio, qui fecit teſtamentū, & reliquit matri centū iure institutionis, & instituit hæredem neptem suā ex sorore, cum defunctus haberet alias quatuor sorores, quæ succeſſiſſent ab inteſtato cū matre, & nepte, quibus nihil reliquit, an debeat habere mater tertiā totius hæreditatis filii ꝙ legitima, ac si sorores excluſæ non impediant, & nullam faciant partem, an potius dimidiā quintæ partis, quæ sibi obueniebat ab inteſtato, & dicitur, quod debet habere tertiā integræ hæreditatis, tanquam, quod excluſæ non possint minuere, sed bene augere legitimā matris. Oldr. *d.cons.123. Quidā Pontius*, sequitur Ias. in *authen. nouiſſima,*
15 *n.49. C. de inoff. teſtam.* † Tenet etiam Ant. de Butr. *cons.39. col.2. ver. nunc autem videndum*, quod si statutum excludit, puta quintam fœminam, seu fœminas à succeſſione, & sint quatuor masculi, & vna fœmina, ex quo nō succedit, sed pro mortua habetur, non auget, neq; minuit, perinde, ac si nō extaret, & idem dicit Castr. *cons.445.*
16 *Circa primum, n.2. ver. sed dubitatur, lib.2.* † Et idem, si fœminæ succedunt in aliquo, quod sit minus legitima, ex quo nō concurrunt in totū, non augent in totum; quia concurſus est causa augmenti, pro rata; igitur dato numero detrahi debet ex semiſſe, quantū minus percipiunt, & applicari corpori hæreditatis. Anton. de Butr. *d.*
17 *cons.39. col.2. v ſi quid vero.* † Sed tamen contrariū tenent multi, qñ fœminæ excluduntur cōtemplatione masculorū; quia tunc quicquid aufertur à fœminis, applicatur masculis, quorū contemplatione excluſæ sunt fœminę; ideo isto casu legitima erit, ac si omnes succederent, & portio excluſarū applicatur masculis, idem Pariſ.
* *d.cons.37.n.29. lib.2* qui dicit hanc magis * cōmunē, & plene Ceph.
* *cons.245. per tot.* vbi late discutit articulū, & communem, & * magis communem Dec. *cons.32.n.104. & ſeq.* Angel. Aretin. *cons.76. In itis,*
18 *col. penult.* vbi plene *n.42.* † Contrarium, quod imo, quando agitur de calculanda legitima filiæ excluſæ dotatæ augeant ſemper legitimam masculorum, non autem minuant, tenet Cephal. *cons.245.*
19 *n.33. ver. quinto*, vbi dicit magis * cōmunem. † Et idem, quando statutum mandat dotari; quia ex quo non possunt reputari mortuæ, vel pro mortuis habere, augent legitimā masculis, & faciunt nu-
* merum. Decia. *conſil.46.n.29. lib.3.* vbi *n.30.* dicit magis * commu-
20 nem, & *n.36. & per tot.* plurimos allegat. † Contrariū in hoc etiam tenet idem Cuman. *cons.45. Stante ſtatuto, in fine.* vbi, quod si pater ex teſtamento relinquat filiæ dotem, & in reliquo filium inſtituat sub fideicommiſſo, legitima masculi stante dicto statuto erit tertia pars totius hæreditatis cōprehenſa in tertia parte dote legata per partem filiæ; quia reliquū si plus importat legitima, quam dos, ac-
21 crescit filio masculo. † Ad idem; quia stante statuto, ꝙ fœminæ non succedant stantibus masculis, sed dotentur, si quis habet tres masculos, & quinq; fœminas, quanta erit legitima masculorum? dic, quod medietas erit, quia excluſi faciunt numerum. Bald. *cons.373. Quidam Alex. nu.2. ver. ſed quantum ſit, vſque in fin. lib.3.* quod duplicatur *lib.1. cons.498.* Et facit; quia vbicunque statutum excludit fœminas, & mandat eas dotari, dos succedit loco legitimæ. Vide, *Legitimæ loco quæ eſſe dicantur. Concluſ.206. num.3. & ſeq.* vbi plura pro
22 vtraque parte. † Declara secundum Bald. *conſil.498. nu.3. ver. ſed videtur, lib.1. vſque in fin.* vt quæstio sit de apicibus iuris, & in hoc consistit; quia si dos succedit loco legitimæ, ita, quod filia non excluditur in totum à legitima; tunc nō accrescit aliis; quia ius accrescēdi non procedit, nisi quando quis in totū excluditur; si vero dos non est loco legitimæ, vel alias excluditur in totum à legirima; tunc accrescit aliis, & duplicatur *cons.373. lib.3.* & nota, ꝙ loquitur de incremēto partis deficientis, & *cons.490. per tot. lib.4.* † Declara ſe- 23
cundo; quia si statutum excludat filias; quas tamen mandat dotari ꝙ modo facultatū patris; tunc filia nihil habet loco legitimæ; ideo deducta dote, vel ære alieno legitima debetur ex reſiduo totali ipſi masculo, perinde, ac si fœminæ non extarent, & sic omnis portio fœminarum circa legitimam accrescit hoc casu masculis. Cuma. *cons.35. Stante ſtatuto, per totum.* vbi multa pro vtraque parte citat, & hanc partem tuetur, siue pater decedat ab inteſtato, siue etiam ex teſtamento relinquat filiæ dotem, & *cons.46. Pater ſili is, circa fin. ver. nec mouetur.* Angel. *conſil.30. Punctus talis eſt, per totum.* maxime *in fine.*
† Declara etiam, quod non procedat augmentum, quando dos 24
deberetur ab inteſtato filiæ in totum excluſæ; quia tunc pro mortua habetur. Cephal. *conſil.245. num.35.* vbi de magis * communi. *
† Declara; quia vbicunque agitur de legitima augenda filiæ exclu- 25 *
ſæ, auget, si expedit masculis vocatis, magis * communem dicit Cephal. *d. cons.245. n.37.* Rub. Alex. *conſ.122. n.3.* Michael de Graſſis in ſuis *communib. opinion. §. legitima. nu.6.* & ita tenet etiam Caſtrenſ. *conſ.52. lib.1.* Ruin. *conſ.118. n.24. & ſeq. lib.3.* vbi, quod alias contra mentem ſtatuentiū, qui voluerunt conſulere masculis, non patri, conſuleretur ſoli patri, qui poſſet diſponere vltra id, quod de iure communi permittitur, si fœminæ non facerent partem masculis. Soc. *conſ.150. n.28. v. confirmatur. & n.32. ver. ſecunda pars principalis,* & Soc. Iun. *conſ.25. lib.1.* Corn. *conſ.197. lib.1.* plures ad hoc allegat, qui videri possunt. Menoch. *conſ.207. n.66. & ſeq.* Boer. *deciſ.104. n.4.*
† Declarat Ang. Aretin. *conſ.76. In iis, n.42 ver. aut ergo.* quia si agna- 26
tus excludit sorores; quia potentius ius habet ex ſtatuto; & tunc sorores non sunt excluſæ, quin faciant partem ad fauorem agnati, aut abſolute excluduntur; & tunc secus est. † Declara; quia ſtante 27
ſtatuto, quod extantibus masculis vſq; ad quartum gradū fœminæ nō succedant, sed matri debeatur tertia pars, quæ eidem ab inteſtato obueniret, si frater decedit relictis quinq; ſororibus, matre, & agnato excludēte sorores, an mater habeat tertiā omnium, an tertiam ſuæ portionis? Quod habeat tertiam omniū, faciunt multa; quia ius accrescendi competit matri: ſecundo; quia nō ſuccedētes habentur pro mortuis, & nō faciunt partem: tertio; quia ita tenent multi, sed contrariū dicit verius; quia ſtatutum reſeruat matri tertiam eius, quod habitura esset ab inteſtato inſpecto iure cōmuni; igitur ſola tertia ſuæ portionis debetur; contraria retorquentur; quia applicantur fauore agnati portiones excluſorū, non fauore matris excluſæ, ita Alex. *conſ.197. Perſpectis, per tot. lib.6.* vbi apoſt. in *ver. cedere*, dat concor. Burſat. *conſ.115. n.4. lib.1.* dicit, ꝙ Alex. à nemine reprobatur. † Vide tamen Socin. Iun. *conſ.67. n.61. vſque* 28
in fine. lib.2. vbi, quod regula est, quod legitima matris esset tertia, quando sorores excluduntur, sed in casu Alex. *d. cōſ.197. lib.6.* dicit verba ſtatuti esse clara, & cōſtare de mente. † Tota difficultas pen- 29
det, an dos reſeruata à ſtatuto sit in totū legitima, vel in totum ſucceſſio inteſtati confuſa legitima; vel totum proprium collatum à ſtatuto ſeparatum à legitima, & ſucceſſione. Ant. de Butr. *d. cōſ.39. n.1. in fin. ver. difficultas ergo. & n.2.* vbi citat tenētes pro ſingula opinione, & dicit, quod alias conſuluit pro tertia opinione, & examinat plenius. † Declarat melius, & in ætate magis matura idē Ant. 30
de Butr. *d. conſ.39. n.3. & per tot.* ꝙ dos præſeruata fœminis à ſtatuto debeatur iure ſucceſſionis ab inteſtato, vt ſicut excluſæ sunt à ſtatuto ratione ſucceſſionis; ita exceptio facta de legitima reſeruata sit de regula, & sic de ſucceſſione: & si fœmina est cū quatuor maſculis, & sic legitima est medietas; ita dos occaſione ſucceſſionis reſeruata sit pro medietate, ſucceſſio vero ꝓ alia medietate, si autē sunt minori numero quinque, dos reſeruata à ſtatuto erit pro tertia legitima, & pro duabus tertiis ſucceſſio, ita Ant. de Butr. *d. conſ.*
39. *n.3. v. nunc autē maturius per tot.* † Declarat plene Soc. *cōſ.84 n.7.* 31
lib.1 cū ſeq. maxime *ver. vnde perplexus*, aut primo includitur perſona vocata, & cōtemplatione eius excluſi portio applicatur, aut primo excluditur fœmina, & habetur pro mortua. † Extē de declaratio- 32
nes, vt ita habeant locū ab inteſtato, sicut ex teſtamēto; quia legitima ſemper cōſideratur ab inteſtato in causa teſtati. Pariſ. *d. cōſ.36. n.29. lib.2.* Soc. Iun. *cōſ.67. n.61. lib.2.* vbi, ꝙ ſemper regulatur à causa inteſtati, plene Ceph. *conſ.5. n.49. lib.1.* † Intelligas hanc exēptio- 33
nem veram, vt procedat ex teſtamento, quando res ita ſe habet ex teſtamento, sicut ab inteſtato. Gabr. *cons.94. n.13.* vbi dicit * magis *
cōmunem. † Declara, quia accrescit particulariter inſtitutis filiis, 34
& euenientibus contra teſtamentum, quando aliquis esset excluſus proprio delicto, & facto, puta, quia renunciauit. ita Caſtrenſ. *d. conſ.287. n.2. ver. ſi vero ſit excluſus, lib.1.* † Si vero detur extraneus 35
hæres vniuerſalis filio vno exhæredato aliis in legitima inſtitutis. Bart. *in l. pater filium, num.20. ff. de inoff. teſtam.* vult, quod accrescat

hæredi

36 hæredi extraneo. † Contrarium Menoch. *d.consil.207.n.68.* vbi,
*37 quod communis * est contra Bart. † Restringe; quia si filia excluditur ab hæreditate patris stantibus masculis, & mandat statutum dotari isto casu, quod supereſt, applicatur aliis; quia non habetur pro mortua, si quid relinquat statutum; ideo facit partem aliis, ita Castrens. *d.cons.287.n.3.vſq; in fin.lib.1.* & ita intelligit Fulg. *conſ.26.*
38 *circa fin.* vbi late disputat, licet non firmet pro absoluto. † Idem, si statutum aliquid reseruat filiæ exclusæ; quia nõ habetur pro mortua, & facit partem aliis. Ruin. *conſ.27.n.9.ver.ſed vbi dicta ratio, lib.3.* Paris. *conſ.13.n.76.& 80.lib.3.* Bursat. *conſ.114.n.11. & conſ.115.nu.8.*
39 † Idem, si statutum excludens filias stantibus masculis permittit filias succedere in eo, quod pater voluerit; quia tunc legitima fœminarum accrescit masculis in eo, quod supereſt deducto legato facto per patrem filiabus; quia illud computant in legitimã, prout de iure communi facerent cessante statuto. Castr. *conſ.52.Super primo, per tot.lib.1.* Ruin. *conſ.118.n.24.& ſeq.lib.3.* † Restringe, quia filiæ maritatæ computantur in numero filiorum ad augendum le-
41 gitimam masculis. Ias. *conſil.65.in princ.lib.1.* † Idem in personis Ecclesiasticis, & regularibus, exceptis fratribus minoribus, qui omnino sunt incapaces. Ias. *d.conſ.65.in princ.lib.1.* Vide supra *n.8.*
42 † Idẽ in filio, vel filia, qui quæue renunciauit bonis paternis, quæ licet non succedat, facit partem, de quo vide Guid. Pap. *decis.295.*
43 † Restringe in exhæredato à testatore; quia cum non habeatur pro mortuo, facit numerum, vt aliis accrescat. Dec. *d. conſil.46.*
44 *num.29.ver.interdum quis excluditur, lib.3.* † Restringe, quando exclusio fit à lege, vel statuto, & agitur de successione in hæreditate materna; quia tunc non facit numerum persona exclusa, Dec. *d.*
45 *conſil.46.num.29.ver.aliquando, & vltimo, lib.3.* † Restringe, quando non potest haberi fœmina, vel persona exclusa pro mortua, vt quia lex, vel statutum mandat dotari; quia tunc facit numerum ad fauorem masculorum, ita distinguit Castrens. *d.conſil.287. Quoniam fundamentum.num.4.lib.1.* quem sequitur Decian. *d.conſil.46.n.29. & ſeq. lib.3.* vbi, quod à nemine impugnatur Castrensis, & magis
* communem * dicit *num.10.* Vide Conclus. proxime præced.

Legitima transmittitur ad hæredes, & quando non. Conclus. 210.

1 Filius † transmittit legitimã sibi legatam hæredibus suis; quia in transmittendo censetur legatarius. Bald. *conſ.39.circa fin.ver.*
2 *illud est certum, lib.1.* † Et quod nedum legitima, sed etiã ius petendi supplementum legitimæ transmittatur per filios ad quoscunq; hæredes, etiam si nõ agnouerint, est tex. in *l.ex facto.ff.de hared.inſtit.* Alex. *conſ.150.lib.2.col.2.* allegat Salyc. in *l.ſcimus, in 1.quæſt.C.de inoff. teſtamen.* facit Bald. in *l.2.in principio.in vlt.queſt.C.de liber.præter.* quia legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum. *l. Papinianus. §. quarta.ff.de inoff.teſtam.* facit tex. in *auth.hæc res.C.de ſecund.nupt.* Bart. in *l generaliter.§.in iis.C.eodem.* Ias. *conſ.131.col 1.lib.4.* Socin. *conſ.92. Circa primum, col.3.ver.circa ſecundam dubitationem.* Alexand. in terminis *conſ.45.Viſo titulo quæſtionis, col.2.lib.2. & conſ.188.Conſideratis verbis, in princ.lib.6.* Dec. *conſ.81.& cõſ.202.& conſ.303.In caſu occur-*
3 *renti.* Anchar. *conſ.168.n.3.* † Et quod transmittatur tam legitima, quam supplementum legitimæ ad quoscunque hæredes, etiam si non sit agnitũ. Ias. in *l.Lucius, n.34.ff.de vulg.& pupillar.& in l.emancipati, n.4.C. qui admitti.& in l.arrogator, n.18.ff.de adopt.* Laur. de Palat.
4 in *repet.§.cæterũ, Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.* † Et ideo tam filius, quam hæres illius, quantumcunq; extraneus, deducit ex fideicommisso suam legitimam, & supplementum legitimæ. Salycet. in *l.ſcimus, in princ.ver.quæro, cum gloſ.C.de inofficio.teſtam.* sequitur Alex. *conſ.55.Viſo titulo quæſtionis, n.6.& conſ.150.Viſo themate, n.8.lib.2.* Dec. *d.conſ.81. n.1.& conſ.218.In caſu ad me transmiſſo, n.4.& conſ.269. Conſultus ab*
5 *Illuſtriſſimo.n.14.* † Amplia; quia potest legitima cedi, vel donari, & transit ad donatarium, vel cessionarium, si est insinuata donatio, quatenus excedat summam debitam 500. Bald. *conſ.498.n.2.ver.&*
6 *hoc præmiſſo, lib.1.* † Amplia; quia mater hæres filii grauati fideicommisso vniuersali deducit legitimam ex persona filii. Bald. *conſ.*
7 479. *Præſuppoſito ſine præiudicio, lib.2.n.2.ver.venio ad quæſtionem.* † Amplia; quia filius iuste exhæredatus transmittit legitimam ad suos filios nepotes exhæredantis; & ideo licet testamentum ex primo capite exhæredationis non possit impugnari; tamen annullatur, si nepotibus nihil est relictum iure institutionis. Castr. *conſ.171.Viſa,*
*8 *& ponderata.n.3.ver.illud etiam, lib.1.* vbi de *communi. † Amplia, vt procedat, etiam si legitima, vel portio legitimæ loco reseruata à statuto sit incerta veluti si statutũ dicat, quod filia fœmina excludatur stantibus masculis; sed tamen vult, quod habeat de bonis tantum, quod possit dotari arbitrio proximiorum; quia si interim moritur fœmina, nõ sequuta declaratione, transmittit ad matrem. Bald. *conſ.414.Ad euidentiã dicendorum, & conſ.415.Super puncto, lib.3.*

† Extende; quia si statutum excludat fœminam, stantibus masculis, mandetque dotari fœminas, illa dos censetur esse loco legi- 9
timæ, ita, quod transmittitur, etiam si decedat, antequam nubat, saltem pro quantitate legitimæ. Bald. *conſ.410.Primo videndũ, n.6. ver.quid ergo de ſororibus, lib.4.* Vide, *Legitimæ loco quæ eſſe dicantur. Conclus.206.* † Amplia; quia mater, cui pater eius minus legitima reli- 10
quit etiam cum onere, quod plus petere non possit, transmittit ius petendi supplementum filiis suis. Ang. *conſ.242. Punctus talis est, Dominus, in princ.* † Amplia; quia filius etiam grauatus in legitima, 11
in qua non potuit grauari, illam transmittit ad suos hæredes. Ang. *conſ.287.Factum.ſuper quo conſilium, n.3.ver.quinto præmitto.* † Decla- 12
ra; quia si filius grauatus in legitima decedat non præparata querela, transmittit ius querelæ ad suos hæredes; secus est, si hæres sit transuersalis; quia subsistinebit grauamen. Signorol. *conſ.35. Caſus talis est, n.8.ver.ſaluo, quod vnum.* † Amplia; quia etiam Trebelliani- 13
ca transmittitur ad omnes hæredes; & ideo qui non detraxit Trebellianicam, detrahet per suum hæredem. Angel. *d.conſil.287.n.3. ver. quinto præmitto.* † Et quod tam legitima, quam Trebellianica 14
transmittatur ad quoscunq; hæredes etiam extraneos. Bald. *conſil. 432. Duo erunt, lib.3.* Angel. *conſ.281.* Alex. *conſ.150. Viſo themate, col. fin.lib.2.& conſ.55.col.3.eod.lib.* Dec. *conſ.81.col.1.& conſ.218.col.2.& conſ.320.col.2.& conſ.435.In cauſa mihi.* Paris. *conſ.45.& conſ.55.n.22. lib.2.* Natt. *conſ.220.* † Et tam ex testamento. Dec. *conſil.81.col.1.&* 15
conſ.202.col.pen. † quam ab intestato. Dec. *d.conſ.81.In caſu propoſito,* 16
col.1.v.& ſicut ipſe. Crauet. *conſ.312. De pluribus quæritur, n.5.* Paris. *conſ.* 41. *Vide teſtamentũ, n.15.lib.2.* † Limita; quia filius succedens in vita 17
patris nõ debet habere legitimã; quia viuente patre non debetur, siue filius sit in potestate, siue nõ. Guid. Pap. *conſ.486.* Bald. *cõſ.257. Quæritur, vtrum, lib.3.* Vide, *Transmitti quæ poſſint, vel non. Concl.369.*

Legitima quando debeatur vna cum Trebellianica, & quantæ sint simul, & diuisim. Conclus. 211.

Legitima † an debeatur vna cum Trebellianica filio hæredi 1
instituto, & grauato de restituendo, & sic an debeantur duæ quartæ, an vero vna tantum, distingue, vt posui in *ver. Trebellianica & legitima poſſunt ambæ deduci, & quando ſecus. Concl.384.* Vide Concl. prox. seq. † Legitima est tertia pars eius, quod debetur ab intesta- 2
to, quando sunt quatuor filii, vel pauciores; si vero sunt quinque, vel plures, est medietas, *auth.nouiſſima. C. de inoff. teſtam.* Bald. *conſ.* 373. *Quidam Alexander, n.2.ver.& hoc præmiſſo, lib.3.* Anchar. *conſ.152. num.9.* † Declara; quia imo legitima quandoque est tertia totius, 3
veluti si moriatur filius relicta matre, & duabus sororibus; quia cũ succedant in viriles, legitima matris est tertia tertiæ; si vero sorores omnino exclusæ sunt, vel à statuto, vel à testatore defuncto; tunc mater habebit tertiam totius. Bald. *conſil.350. In conſulendo, per tot.lib.4.* † Intellige, prius deducto ære alieno. Bald. *conſil.498. De* 4
detractione, in princ.lib.1. Vide, *Legitima filiorum in bonis parentum quanta ſit. Concl.183. cum duabus Concl. ibi prox. ſeq.* † Trebellianica vero 5
est quarta omnium rerum hæreditariarum, deducto ære alieno. *l.in quartam. ff. ad l. Falcid.* Calder. *conſil.340. in fi.* alias 11. *de teſtam.* Anchar. *d.conſil.152.n.9.* vbi, quod in filiis est quarta eius, quod supereſt, deducta legitima. † Imo Trebellianica est quarta pars to- 6
tius hæreditatis, non deducto ære alieno, secundum Bald. *d. conſ.* 498. *De detractione duarum, in princ.lib.1.* Vide, *Trebellianica ex quibus deducatur, & quanta ſit. Concl.376.* † Legitima igitur quando est ter- 7
tia pars iuncta cum Trebellianica, quæ est quarta pars, simul constituunt medietatem hæreditatis eius, quod ab intestato esset habiturus. Calderin. *d.conſ.340 in fin.* alias 11. *de teſtam.* Ang. *conſ.124. Iolus D. Dalmatii, in fin.ver.ad ſecundum,* sequitur Cassad. *deciſ.2.de teſtam.* Corn. *conſil.146.col.pen.& conſil.207. De pluribus, in princ.lib.2.* Anchar. *conſil.152.n.9.& ſeq.* Angel. in *l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg. & pupillar.* Bart. in *l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic.teſtam.* Dec. *conſil.218.col.2.& conſil.228.col.fin.& conſil.236.col.4.* Alex. *conſil.43. & 142.lib.2.* Oldrad. *conſil.131. Quidã habens.* Aret. *conſil.18.col.penult.* Dec. *conſil.55.col.pen.* † Et quod vtraque portio legitimæ, & Tre- 8
bellianicæ, quando sunt quatuor filii, & infra, constituat medietatem, videlicet 6. vncias ex duodecim; quia legitima est tertia, & sic quatuor vnciæ ex duodecim, & ex reliquis octo deducendo quartam, sunt aliæ duæ vnciæ, quæ in totum constituunt sex vncias ex duodecim, & sic medietatem. Afflict. *deciſ.367. Nardus de Iſopo, n.4.* Crauett. *conſil.50. Alias reſpondi, in princ.* Paris. *conſil.45. Vidi teſtamentum, col.1.& 2.lib.2.* late Socin. Iun. *conſil.83. Præſuppoſita quæſtionis reſolutio, nu.5.lib.1.* Alex. *conſil.65. Circa præmiſſam conſultationem, col.1. lib.4.* Deci. *conſil.17. Viſo eleganti conſilio. & conſ.40.* Castrens. *conſ.161. Viſo puncto, in princ.ver.ſecundo præmittendum, lib.1.* Castrens. *conſil.367. Super primo, num.2.ver.ſuper ſecundo, lib.eod.& conſil 370. in princ.lib.1.* Dec. *conſil.235. Non parua, n.8. ver. & iſtæ duæ quartæ.* vbi apostilla in

ver.di-

ver.dimidiam, citat concord. Alex. *conſ.43. Attenta,n.7.ver.ex iis,lib.2.*
9 † Si vero legitima eſt medietas detrahitur primo medietas pro legitima, poſtea ex alia parte detrahitur quarta, & ſic legitima, & Trebellianica ex 12. vnciis conſtituunt vncias ſeptem cũ dimidio, gloſſ.in *l. Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoff.teſtam.* Alex.*conſil 43.lib.2.* *& conſil.36. Conſideratu narratu, col.2.in princ.lib.7.* Caſtr. *conſil.369.* *Dico,quod iſta,lib.1.* Curt.Sen. *conſ.51.Super teſtamentis,n.25.& conſ.75.* *Dominus Ludouicus, col. 5. in princ.* qui loquitur, quando erant vltra quatuor filios, ita quod legitima importabat dimidiam, & de alia dimidia erat detrahenda Trebellianica. Ang. *conſil.125.in fi. & conſil.307.in fi.* Alex.*conſil.68.lib.4.* quod eſt duplicatum *conſil.3.lib.7.* Dec.*conſil.202.col.2.& conſ.228.col.2.* Socin.Iun.*conſ.132.in fin.lib.1.*
10 Ægid. *conſil.25.in primo dubio.* † Contrarium tenet Bald. *conſil. 94.* *punctus queſtionis,lib.2.* qui voluit, quod quando legitima eſt medietas, non ſit locus quartæ Trebellianicæ, ne plus conſequatur gratus, quam honoratus. Crauett. *conſ.50.* Ang. *conſ.307.in fi.* † Declara; quia contrarium nõ eſt verum; quia eſt contra communem per ſuperius dicta, & idemmet Bald. tenet contrarium in *l. iubemus.C.ad Trebell.n.7.v.ex prædicto iure Canonico.* Rimin.Iun. *conſ.227.*
11 *n.16.& ſeq.* maxime *n.19.& ſeq.ver.ſed in alio inſurgit difficultas*, & dicit * communem, vbi reprobat Bald. & allegat Alex. *conſil.3.lib.7.* Angel. *conſ.286.* Curt.Sen. *conſ.51.& conſil.75.* Mandel. Alb. *conſ.41.*
* vbi dicit * communem. Cagnol. in *d.l. Papinianus. §.meminiſſe.ff.de*
12 *inoff.teſtam.* & infra *Concl.prox.ſeq.n.30.* † Attenditur valor hæreditatis tempore mortis teſtatoris ad valutandam legitimam, & Trebellianicam, quando fieri debet ſupplementum. Bald. *conſ.19.Punctus quæſtionis, in fine.ver.ad quæſitum ſecundum, lib. 4. & conſil.20. Si*
13 *pecunia, circa fin.ver.& inſpicitur,eod.lib.4.* † Declara, vt non procedat circa qualitatem bonorum; quia inſpicitur tempus, quo petitur legitima. Bald. *conſil.20.num.2.ver.& inſpicitur, lib.4.*

Legitima & Trebellianica ſimul deducuntur ex fideicommiſſo, & quando ſecus. Concluſ. 212.

communem Burs.at.*cons.*92.*n.*10. † Prout etiam contrarium tenet 45 Alexand.*cons.*69.*n.*3.*lib.*1.quod sibi non præiudicat, etiam si sit dictum,quod plus non possit petere ratione legitimæ, & *cons.* 89. *n.* 12.*&* 13.*lib.*4.Castr.*cons.*73.*Licet ista Domina,num.*2.*in fine,lib.*1.vbi, quod ex quo non valet acceptando sciet ius suum durare.† Quod 45 non possit pater legando minus legitima præiudicare filio , vel filiæ,quæ debet dotari in legitima.Castren.*cons.*73.*Licet ista Domina Lisa,n.*2.*ver.iis non obstantibus*,quod duplicatur *consil.* 166.*lib.*1. vbi loquitur,etiam si filius,vel filia acceptet scienter legatum cum onere,quod sit pro legitima,& plus petere non possit;quia quando onus de iure non valet,acceptatio non nocet , etiam si fiat scienter;quia scit ius suum durare;imo loquitur, etiam si feciset quietationem generalem scienter;quia adhuc si expresse non renunciauit donationi,non sibi præiudicat,nisi quando legatum est supra legitimam,& sic vtile,& repetit plene etiam *cons.* 391. *Primo videndum,lib.*1.†Et quod sit speciale in legitima;quia licet pater le- 47 get filio minus legitima,& dicat,quod sit pro omni eo, & toto,q petere potest ex quacunque causã, & filius acceptet legatum simpliciter;tamen non sibi præiudicat in legitima,quin residuum petat;quia est speciale in legitima,vel dote loco legitimæ. Castrens. *cons.*193.*Super isto puncto,n.*3.*ver.Super tertio,lib.*2. † Amplia, vt idem 48 sit,si pater legaret filiis bona emphyteutica,vel feudalia eis exstipulatu debita pro legitima;quia licet acceptauerint bona, imo etiam expresse acceptauerint legatum;non tamẽ censentur renunciasse legitimæ sibi debitæ in bonis aliis,nisi hoc expresse, & specifice fecerint faciendo mentionem de legitima. Alexand. *cons.*8. *Visis subtilissimis,n.*20.*& seq.ver.nec etiam dicit esse probatum, lib.* 3. vbi apost.& dicit,quod secus esset,si bona possent cadere in legitimã; quia peterent supplementum,& plenius *cons.* 89. *Vtrum,in fin.& cons.*55.*n.*7.*lib.* 4.† Et quod si pater legat emphyteusim,vel bona 49 aduentitia,vel subiecta restitutioni filio pro omni sua legitima, licet filius agnouerit legatum,sibi non præiudicet;quia habet titulum alium meliorem.Alex.*cons.*89.*n.*12.*verb.nec obstat,lib.*4.†Imo, 50 quod non valeat,& non præiudicet filio etiam si agnouit , neque quoad legitimam, neque quoad supplementum legitimæ in toto, neq; in parte,nisi in specie legitimæ renunciauerit , ne contra legem pater fraudet filium in legitima,plene Alex.*d.cons.*89.*n.*13.*vsque in fin.lib.*4.*& cons.*55.*n.*7.*eod.lib.* † Extende,vt idem sit in dote 51 debita filiæ;quia si pater legat quid modicũ filiæ, ita vt nihil aliud petere possit,& ipsa agnoscat legatum,&faciat quietantiã, poterit nihilominus petere supplementum dotis , prout de legitima,ita Castr.*cons.*73.*Licet ista Domina Lisa,n.*2.*ver.sic.sed videndum,lib.*1. vbi, quod licet differant in multis dos & legitima ; tamen valet argumentum in iis,quibus non differunt;quia dos videtur loco legitimæ.†Extende in legato facto creditori in minori summa quam 52 debeatur;quia licet adsit dictio,quod plus petere non possit, & si debitum est in pecunia,si acceptat,sibi non præiudicat; si vero legatum est in specie,& debitum in quantitate,vel e contra,bene sibi præiudicat,plene Castr.*d.cons.*73.*n.*3.*lib.*1.vbi ita distinguit, ponendo tamen alios casus,quos videas.† Contrarium Ruin. *consil.* 53 79.*n.*6.*lib.*2.vbi reprobat Castren.& aliter distinguit,vide eum.† 54 Et vbicunq; onus de iure impositum non valet, agnoscens legatum,sibi non præiudicat;quia scit ius suum durare. Castr. *d. consil.* 73.*n.*2.*lib.*1.†Declara;quia legitima non potest deduci ex particu- 55 lari fideicommisso,vel legato,si extant alia bona; quia debet ex omnibus æqualiter deduci,ne sit in facultate hæredis exinanire aliquod legatum,vel fideicommissum particulare. Castr.*d.cons.* 247.

56 *num.4.lib.1.* † Extende maxime, quando acceptatio legati fieret à minore, etiam cum tutore, vel curatore; quia non sibi præiudicat, nisi seruatis solemnitatibus requisitis in alienationibus bonorum minoris; quia ista renunciatio est alienatio. Alex. *d.cons.7.nu.22. & seq.ver.quinimo instrumentum venditionis,lib.3.* Vide, *Legatum factum*

57 *pro omni eo, & toto. Concl.73.cum Conclus.ibi prox.sequen.* † Amplia, seu extende in casu conuerso, si filius promittat seruare voluntatem patris, etiam cum iuramento; quia non censetur renunciare legitimæ, quatenus ex voluntate patris tolleretur legitima; quia nisi in specie sit dictum, non sibi præiudicauit. Bald. *cons.460. Vicarius*

* *Episcopi, in fin.lib.5.* & est cõis *opinio, vt per Paris.cons.43.n.36.lib.3.* Vide plene Gabr. *lib.6.de legitima. Concl.8 per totam.* Guido. Pap. *de-*

58 *cis.427.* † Contrarium, quando renunciatio est generalis; quia si super ea est iuratum; tunc cõprehendit etiam legitimã. Tiraquell. qui plurimos allegat in *l.si vnquam, in præfatio.n.144.C. de reuoc. don.*

* vbi dicit hanc comunem, & communem *dicit Gabriel. Conclus.8.*

59 *tit.de legit.n.8.* Vide, *Consensus non trahitur ad ignorata, & non cogitata, & quando secus. Conclus.754.* † Distingue per Cephal. *cons.153.n.77. & seq.* vbi, quod difficilius operatur renunciatio, postquam est debita etiam in re, prout post mortem patris, si filius approbat testamentum, quam si viuente patre; quia ius ad rem facilius remittitur, & maxime, si est facta approbatio testamenti, dum fieret, sibi præiudicat; secus si post, ita dicit *n.86. & n.73. cum seq.* vbi ponit exempla. † Declara, seu restringe, quando verba sunt adeo generalia in quietatione, vel renunciatione, vt necessario de legitima intelligenda sint, & maxime, si in proœmio de legitima sit facta mentio. Curt. Iun. *cons.191. per tot.* vbi limitat *cõem, & n.21.* allegat So-

61 cin. & Felin. hoc dicentes. † Item, neq; verba generalia filii approbantis testamentum paternum censentur præiudicare filio in legitima, si de ea non est facta mentio specialis. Signor. *cons.80.nu.5.*

62 † Declara; quia hodie nulla cautela reperitur, per quam filius possit grauari in legitima, nisi filius expresse, & specialiter tali oneri consentiat. *d.l.si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam.* vbi Doct. Marzar. in *epitom. fideicommiss q.50.* Couar. *cap. Raynaldus. §.2.n.3. & 4. de testament.* vel nisi filius generalem approbationem testamenti faciat, & iureiurando confirmet. Dec. *cons.26.nu.3.* Ripa *cons.22.*

63 *n.2.tit.de pact.lib.2.* Couar. in *cap.quamuis pactum, par.3. §.3.n.3.* † Imo sunt etiam aliqui casus, in quibus filius expresse consentiendo oneri legitimæ iuncto sibi non præiudicat. Vide Suarez. *d.l. quoniam in prioribus. ampliat.10. C. de inoffic. testam.* & declarat Couar. in

64 *d.c. Raynaldus. §.2.n.3. de testam.* † Et dato, quod filius approbauerit testamentum patris in præiudicium legitimę, an possit pœnitere, videtur, quod non possit pœnitere; quia in contractu non datur pœnitentia. Crauet. *cons.19.n.6.* Hier. Gabr. *cons.137.n.30. lib.1.* Cephal. *cons.302.n.112. lib.2.* quia renunciantibus iura sua non datur regressus. Dec. *cons.389.n.10.* Afflict. *decis.220.n.19.* & quia si adest iuramentum, non fit reuocatio; item quia clausulæ de non contraueniendo operantur, quod sit quædã donatio inter viuos. Rol. à Vall. *cons.8.n.12. & seq.* maxime *n.36. in fi. cum seq. ver. non obstat vlti-*

65 *mum, lib.1.* † Contrarium, quod tale pactum, & talis cessio habeat vim vltimæ voluntatis, & sit reuocabilis; qa valet vt donatio post

66 mortem. Crauet. *cons.139.n.10.* Soci. Iun. *cons.143.n.19. & 35. lib.1.* † Declara; quia si est vniuersalis de omnibus bonis, & iuribus, non valet; si de particularibus, valet. Vide Cacher. *decis. Pedem.100. per*

67 *totam,* vbi latissime. Vide, *Fideicommissum inter viuos qualiter fieri possit. Concl.243.* † Ampliã, vt quod dicitur legitimæ non censeri renunciatum, nisi fiat specifica mentio, procedat etiam in supplemento legitimæ. Sign. *cons.181.n.11. ver. venio ad tertium.* † Et an valeat pactum inter viuos inter patrem & filium, per quod filius renunciat legitimæ sibi debitæ. Bal. in *l.si quando. §.1. C. de inoff. testam.*

69 Guido P. *decis.96.* Vide, *Legitima patre viuente non debetur fisco. Conclus.190.n.17.* † Et quod nõ valeat renunciatio legitimæ facta sine iuramento viuente eo, in cuius bonis debetur, est text. in *l. si quando. §. illud. C. de inoff. testam.* Guido Pap. *decis.427.* Boer. *decis.14.* & Co-

70 uarru. in *c.quamuis. §.4. in fine, de pact. in 6.* † Amplia; quia filius neq; acceptando testamentum, vel legatum sibi factum de legitima in pecunia sibi non præiudicat. Ruin. *cons.194. Quæritur, vtrũ vsufru-*

71 *ctus.nu.7.lib.2.* Vide, *Legitima ex quibus debeatur, & quomodo extrahatur. Concl.195.n.6. & seq.* & iterum *n.36. & seq.* † Siue tacuerit; quia non sibi præiudicat quoad legitimã. Ias. *cons.44. in pr.lib.1.* Rub. A-

72 lexan. *cons.43.n.7.* † Amplia, q̃ dicitur de legitima, vt illi non sit renunciatum, nisi expresse de ea fiat mentio: idem esse in dote; quia

73 succedit loco legitimæ. Alexan. *cons.209. Fonderatis, in fine. ver. & etiam esset necessaria, lib.6.* † Extende, vt supra, *Legitima loco quæ esse dicã-*

74 *tur. Concl.106.* † Amplia; quia statutũ disponens, quod testamentũ patris inter liberos valeat, neq; possit impugnari, sed firmum maneat; intelligitur, quantum ad effectum solemnitatis; non autem

siin eo sunt filii præteriti; quia non intelligitur derogare legitimæ filiorum, ex quo non fit specialis mentio de legitima. Bald. *consil.*

391. *Punctus quæstionis, in princ. lib.4.* † Extende; quia statutum Ter- 75
gesti, quod pater possit relinquere filiis, quantum velit, plus & minus, prout sibi placet, & filii non possint cõtradicere, sed debeant stare contenti, non obstantibus legibus, & statutis, non haber locum quoad legitimã, neq; quoad supplementũ legitimæ, si in specie non est facta mentio de eis; quia recipit interpretationẽ à iure communi. Ang. Aret. *cons.79. In supradicta consultatione, per tot.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur, & tollit contraria. Vide supra, *Legiti-*
mæ supplementum quo iure debeatur. Concl.193. † Extende; quia verba 76
generalia statuti non trahuntur ad derogationem legitimæ, si de legitima specialis mentio facta non fuit. Bald. *d.cons.391.n.3. versic. item statutum, lib.4.* Soci. *cons.150.n.6. vers. in contrarium, lib.1.* † Am- 77
plia; quia licet statutum excludat filias à successione stantibus masculis; non tamen censetur tollere legitimam filiarum; quia statutum non potest in totum tollere legitimam. Socin. *cons.150.nu.4. verb. succedit alia.* vbi *n.9. lib.1.* ita concludit, quando nulla est facta mentio legitimæ, vel supplementi, communem *dicit Iason in *au-
thent. nouissima, n.56. C. de inoff. testam. † Restringe, quando statutum 78
excluderet propter delictum verum, vel fictum; quia tunc exclusio vniuersalis excludit legitimam. Socin. *d. cons.150. nu.9. verb aut propter eius delictum, lib.1.* † Restringe, quando statutum excluderet 79
fœminas filias, & mandaret dotari; quia tunc censentur excluse à legitima, ex quo dos loco legitimæ assignatur. Socin. *d. cons.150.*
n.9. ver. & pro certo. lib.1. Fulgos. *cons.26.nu.3. & 4.* vbi, quod eo casu legitima masculorum augetur; quia habent partem sororis in eo, quod excedit dotem. † Idem esset, etiam si filia esset dotata à patre 80
viuente; quia per mortem patris filia dicitur habere dotem propter consolidationem. Socin. *d. cons.150. n.12. ver. non obstat, lib.1.* † 81
Restringe in legitima matris; quia si mater excluditur à successione, excluditur etiam à legitima. Ruin. *cons.41.n.8. lib.3.* † Contra- 82
rium tenet Ioan. de Imol. *cons.114. In causa, quæ verti ur, nu.4. & seq.* vbi, quod statutum Lucanum vocans descendentes, & illis non extantibus ascendentes ex linea masculina, postea fratres, & agnatos vsque ad quartum gradum, non tollit legitimam matri; quia statutum corrigens circa successionem non corrigit circa legitimam, si non dixit. † Imo extendit contrarium, vt procedat, etiam 83
si ex eodem statuto filius ex primo matrimonio, de cuius legitima agitur, esset exclusus à successione matris in dote. Ioann. de Imol. *d.cons.114.n.5. & n.10.* † Amplia; quia filii diuidentes bona hæredi- 84
tatis, & approbantes fideicommissum patris, qui prohibuit omnem alienationem, censentur sibi præiudicare solum in Trebellianica; secus in legitima. Anchar. *cons.152. Plura sunt dubia, n.9. & sequent.* † 85
Contrarium, quod neque quoad Trebellianicam censeantur sibi præiudicasse filii per approbationẽ fideicommissi paterni. Curt. Iun. *cons.17.nu.6. ver. sed præmissis,* vbi, quod Anchar. errauit. † Am- 86
plia, etiam si substituta sit Ecclesia, vel pia causa, & ad fauorem piæ causæ factum sit grauamen; quia in legitima plus fauetur filio, quam piæ causæ, *cap. quicunque vult 17. quæst.4.* imo causa filiorum dicitur fauorabilior, quam causa piæ causæ. Socin. *consil.23. numer.*
20. & consil.150. num.43. lib.1. Dec. *cons.688. num.7. & in l. licet, num.*
5. C. de pactis, vbi dicit procedere non solum in legitima, sed in omnibus bonis, dummodo non sit relictum Ecclesiæ pro male ablatis, & *cons.391. num.5.* Corn. *cons.31 num.4. lib.1.* Vide, *Legitima fi-* 87
liorum non recipit grauamen. Conclus.187.n.26. † Limita; quia si pater assignat legitimam filio in emancipatione, & filius confiteatur eam fuisse suam integram portionem in bonis respectu omnium bonorum mobilium, & immobilium, ac se mouentium dicti sui patris, & pro vera legitima parte, & portione vocauit se satisfactum, & promisit vlterius nihil petere, non debet amplius audiri. Angel. in *l. si non mortis. ff. de inoff. testament.* Bart. & Doct. in *l. cum*
quo. §. fin. ad l. Falcid. quod est fine dubio in filio emancipato, in quo omnes *tenent assignationem esse validam, & irreuocabilem. † Extende, vt procedat, etiam si postea patrimonium patris 88
augeatur; quia adhuc non potest petere filius emancipatus maiorem legitimam, vel supplementum, secundum magis communem *opinionem; quia attenditur tempus consignationis, & non mortis patris. Bald. in *l. in successione, num.7. Cod. de reuoc. iis, quæ in*
fraud. & in l. fin. §. fin. num.7. ver. quod ergo. C. de vsur. rei iudic, & l.2. nu.
2. C. de emancip. & in authen. res quæ, num.16. C. comm. de legat. vbi etiam Castren. *num.8.* qui dicit esse menti tenendum, sequitur Alex. sibi contrarius in *l. pactum quid dotali. Cod. de collat.* & latius *cons.189. &*
cons.182. lib.5. & magis *communem dicit Iason *cons.104. in secundo* *
dubio, vers. item legitima, lib.7. ita Iac. Butr. cuius est opinio originalis in *d.l. pactũ. C. de collationib.* Curt. Sen. in suo *consil. vlt. Super quæstio-*
no. † Extende, etiã si in renunciatione nõ interuenerit iuramentũ. 89

Iason

Iaſ.*d.conſ.*104.*in ſecundo dubio.ver.item legitima,lib.*4. vbi dicit magis communem*opinionem. † Reſtringe,quando eſſet conſignata filio in poteſtate exiſtenti;quia non valet,vel ſaltem eſt reuocabilis.Aretin.*conſ.*17.*Conſideratis, & diligenter,col.*2.*&* 3.Iaſo. in *l. frater à fratre,in vlt.quaſt.*Bart.*col.antepen. ver. prædicta regula limitatur.* vbi Socin.& Caccialup.*ff.de cond.indeb.*Dec.*conſ.*86.*nu.*8.Ripa in *c.cum M.Ferrariensis,n.*38.*verb.tertio probo. de conſtit.* † Imo Baldus in *l.data opera.C.qui accuſ.non poſſ.*dicit,quod ſi pater dat legitimã filio, non dicitur agnoſcere debitum ; quia in vita patris non debetur,ſed eſt quædam donatio,& liberalitas, quæ indiget inſinuatione, & non valet,niſi poſt mortem. †Limita;quia per lapſum triginta annorum, quibus filius tacens , & ſciens non petiit legitimam,vel ſupplementum ſibi relictum à patre,cenſetur illi renunciaſſe. Bal. *conſ.*19.*Punctus quæſtionis , in fine. & conſil.* 20. *Si pecunia.in fine.lib.*4. †Contrariũ tenet Fulgoſ.*conſ.*83. *Bonaccurſius condidit. ver. in ſecundo,* vbi,quod obſtat mala fides hæredis ſcientis; item obſtat,quia competit hypothecaria,quæ non niſi quadraginta annis tollitur. †Limitain Trebellianica;quia non habet priuilegium legitimæ; ideo filius generaliter promittens cum iuramento ſeruare voluntatem patris ſibi piudicat in Trebellianica , ſed non in legitima. Bal.*conſ.*460.*in fi. lib.*5.& maior eſt ratio in legitima,quam in Trebellianica.Dec.*conſ.*235. *Non parua,n.*12. *ver.non obſtat ratio.*vbi plena apoſt.in *ver.legitima,*dat concord. †Contrariũ tenet Curt. Sen. *conſ.*75.*n.*8.ſequitur Dec.*conſ.*256.*col.*3.*in fin.* † Declara,vt per Pariſ. *conſ.*126.*n.*32.*& ſeq.*vt ſi expreſſe ſit renunciatum, vel expreſſe prohibita Trebellianica,valeat prohibitio,ſi teſtamentũ eſt acceptatum,alias ſecus. † Limita; qa filius renuncians hæreditati paternæ cenſetur renunciare, vt ex tali hæreditate non poſſit conſequi legitimã;& ideo qñ filius vult conſequi legitimã aduerſus fraudem parentum,non debet repudiare hereditatem,ſed imo adire,ita videtur velle Bald.*conſ.*184.*Refutatio facta,in pr.lib.*4. Vide, *Filius non poteſt repudiare hæreditatem patris,retenta legitima.Concl.*356. Vide, *Legitima non peribitur per non confectionem inuentarii.Concl.*213.† Limita; quia licet legitima debeatur ex ſubſtantia, & proprietate bonorum;tamen qñ relinquitur cum clauſula expreſſa, quod ſint contenti dicto legato vſusfructus,& plus petere non poſſint pro legitima,& ipſi legatum acceptaſſent,ſibi præiudicant; quia videntur fateri,ex quo in ſpe legatum vſusfructus eſt vtilius.Soci. Iun. *conſ.*122.*Perſpectis iis,quæ in facto,lib.*1. ꝙ eſt pro ſubſcriptione ad conſil. Dec.& alterius famoſi Doctoris. † Declara tamen;quia ſi omnia ſunt doloſe alienata,abſque aditione filius reuocabit legitimam ſuam.Bald.*d.conſ.*184.*n.*2.*ver.ſi tamen in bonis,lib.*4.† Limita;quia filius,vel filia renuncians legitimæ paternæ pro certa quantitate habita non poteſt dicere ſe læſam,licet pater multa bona acquiſierit,ſecundum quæ maior debuit eſſe legitima;quia, ex quo potuerunt bona paterna minui,non datur læſio. Angel.*conſ.*223.*Casu talis eſt.in fi.n.*4.*verſic.reſtat igitur.*†Limita, quando filius emancipatus à patre habuit certam ſummam pro ſua legitima, & omni portione legitimæ,& cũ iuramento renunciauit,& promiſit plus non petere,& non contrauenire; quia non poteſt amplius petere legitimam , etiam ſi facultates patris ſint tempore mortis auctæ, & maior portio deberetur, ex quo potuit ita minui,ſicut creſcere;& ideo ſtatur quietantiæ.Alexand.*conſ.*180.*Viſis duobus, & conſ.*181.*Perſpectis,lib.*5. vbi, quod mortuo patre nihil petere poteſt.† Extende;quia procedit,etiam ſi pater fecit teſtamentum , & præteriit iſtum,qui habuit legitimam,& renunciauit;quia non poteſt dicerẽ ſe præteritum, neq; impugnare teſtamentum. Alexand. *d. conſ.*180.*n.*3.*verſic.& ideo,lib.*5.licet dicat tutius eſſe , quod iure inſtitutionis relinquat quid modicum,puta quinque,& iubeat eum ſtare tacitum propter ea,quæ habuit,& repetit *d.conſ.*181. *lib.* 5. † Extende,vt procedat,etiã ſi minus legitima habuit tempore contractus,vel mortis patris,quando iurauit non contrauenire. Alexand.*d.conſ.*180.*n.*2.*circa fin.ver.etiam ſi id,quod fuit datum , & conſil.* 181.*n.*3.*& ſeq.lib.*5.†Reſtringe, quando ſine iuramento habuit legitimam,& renunciauit;quia ſi habuit integram habito reſpectu ad valorem tempore contractus,etiam quod ſit aucta,ex quo potuit minui,excluditur,ſi non totam, petet ſupplementum. Alexand.*d.conſ.*181.*n* 5.*ver.quod etiam ſine iuramento.lib.*5. † Extende, vt procedat,etiam ſi in renunciatione filii ſit pactum,quod filio non fiet præiudicium vllo tempore,& non moleſtabitur; quia intelligitur,quod non fiet præiudicium in repetendo; non autem in renunciatione facta,prout dicimus de teſte, qui dixit de Titio & Seio præſentibus, poſtea interrogatus, quibus præſentibus, dicit ſe neſcire;quia intelligitur aliter,quam dixit. Alexand. *d.conſil.*180. *n.*4.*vſque in fin.verſicul.nec obſtat etiam,lib.*5. † Limita ; quia ſi ſtatutum excludat à ſucceſſione propter delictum;tunc excludit etiam à legitima. Baldus *conſ.*453.*in fin. lib.*1. quod eſt Barthol.Salyceti. †Limita;quia legitimæ cenſetur renunciatum, quando filius generaliter per verba ampliſſima conſenſit patri donanti alteri filio bona ſua,& renunciauit omni iuri competenti, & competituro;quia etiam ſi non expreſſit legitimam,ſufficit.Becc.*conſ.* 34.*per tot.*vbi,quod facilius renunciatur iuri in ſpe , & de futuro , quam iuri ad rem.†Extende,etiam ſi filius reſeruauit ſibi iura in hæreditate patris viuentis;quia reſeruatio nihil releuat, ex quo nihil debetur filio in bonis patris viuentis.Becc.*d.conſ.* 34.*n.*17.*& ſeq.* vbi dicit*communem,& citat infinitos. Vide plene per Ant. Gabriel.*lib.6.tit.de legitima.Concl.* 8. *Legitima renunciatio non venit in generali renunciatione.*

Legitimatio quid ſit , & ad quid inuenta. Concluſ. 215.

LEGITIMATIO † ſpurii,vel naturalis eſt remotio impedimenti iuris ciuilis,per quod nuptiæ,& patria poteſtas ſunt introductæ,per quam ſpurii,& illegitimi ad iura primæua naturæ reſtituuntur, per quæ omnes indifferenter naſcebantur ex cõmixtione maris & fœminæ.Feder.de Sen.*conſ.*276.*in pr.nu.*1.*&* 2. vbi etiam, quo iure,& tempore ſit introducta hæc differentia.Vide, *Feudum tranſit ad legitimatũ,& quando ſecus.Concl.*165.† Item legitimatio eſt priuilegium datum illegitimo,& ſic lex priuata.Bald.*conſ.*100.*circa fin.ver.item legitimatio,lib.*4.†Item legitimatio eſt reſtitutio primis natalibus,*auth.quibus mod.natur.effi.ſui.*§.*illud, &* §.*bella.* Calder.*conſ.*469.*in pr.*alias 4.*qui filii ſint legit.* Angel. de Peruſ. *conſ.* 17. *Co.Brandiſius,in pr.*vbi,quod legitimatus dicitur reſtitutus primis natalibus; & habens facultatem legitimandi dicitur habere facultatem reſtituendi natalibus,& primæuis iuribus legitimorum, & *conſ.*87.*in prin.*Fulgoſ.*conſ.*16.*In prin.*†Item legitimatio eſt quædam regeneratio,quæ fit viuenti,non autem mortuo; quia regenerari non poteſt.Baldus *conſil.*359.*Proponitur,quod interim , in prin. lib.*1. † Item legitimatio proprie dicitur principis donum. Bald. *conſ.*67.*n.*4.*verſ.item legitimatio proprie.lib.*1.*& conſ.* 463. *Caſus talis eſt,circa fin.verſ.item legitimatio,lib.*3.Petr.de Anchar.*conſ.*427.*nu.*4. vbi,quod non debet tertio præiudicare. † Item legitimatio eſt quædam diſpenſatio,quæ debet eſſe clara. Bald.*conſ.*146. *Titulus Principis.in fin.lib.*1.†Et legitimatio & arrogatio æquiparantur, & de vna arguitur ad aliam,& ſicuti arrogatus non eſt agnatus ; ita neq; legitimatus.Angel.Aretin.*conſ.*114.*Quod primum, nu.*5.*ver.ſed tamen iu non obſtantibus.*†Item legitimatio eſt quaſi quædam reſtitutio iure naturæ remouens offuſcationem , & impedimenta iuris ciuilis diſcrimen inter liberos ponentis. Signor. Homod.*conſ.* 39.*Quæritur nunquid,in pr.* † Et legitimus dicitur ſecundum legem natus, legitimatus non eſt ſecundum legem natus. Alexa. *conſ.*25. *n.*3.*lib.*1.†Et aliud eſt,quem eſſe legitimum,aliud eſſe legitimatũ; quia imago repræſentata non dat eſſentiam rei.Alexan. *conſ.* 2.*n.*2. *ver.quarto,lib.*1.†Item proprie legitimus dicitur legitimatus; quia eſt quaſi,& tanquam legitimus , & conſequenter per fictionem. Alexan.*conſ.*2.*n.*4.*ver.decimo, lib.* 1. vbi apoſt. dat multos concord. in *ver.legitimatus.*†Contrarium dicit Alexand.*d.conſ.*2.*num.*9.*ver. præſuppoſita ergo,& n.*10.*lib.*1.vbi, quod ſi legitimatio fiat in caſibus de iure poſitiuo,dicitur vere legitimus;quia remotio impedimẽti,quod eſt de iure poſitiuo, fit vere,non ficte. † Et legitimatio dicitur ſimilis alchimiæ,quæ facit apparere id , quod non eſt, & tranſmutat ſpeciem ad aliam ſpeciem.Curt.Sen.*conſ.*73.*nu.* 22.*& ſeq.*vbi declarat,in quibus differat à legitimo naturali.†Legitimatio ad hoc inducta fuit,vt filii naturales,vel ſpurii,iura filiorum,& agnationem recuperarent.*l.cum quis,in fi.C. de natural. liber.*Floria. de S.Petro *q.*3.*in* 3.*dubio.n.*11.*ver.legitimatio.*†Duplex eſt legitimationis effectus; quandoq; enim confert ius ſuccedendi,& reddit legitimum nedum quoad ſucceſſionem,ſed etiã quoad honores; quandoq; vnum tantum operatur; & ideo ſi non poteſt operari ſucceſſionẽ,operabitur ſolum habilitationé circa honores. Caſt. *conſ.*180.*Super eo,quod.n.*2.*ver.valebit ergo,lib.*1.Floria.à S. Petro *conſ.* 26.*n.*45.*ver.ex iis ſequitur.* Vide, *Legitimatio & diſpenſatio differunt, & in quibus.Concl.*220.† Aliquando non facit legitimũ,ſed habilitat ſolum ad ſuccedendũ,& iſta eſt diſpenſatio,quæ eſt magis odioſa, quã legitimatio.Albert.Brun.in *tract.quod ſtantibus maſculis,art.*12. *n.*77.*ver.quarto limitatur.*Soc.*conſ.*246.*n.*5.*ver.circa ſecundum, lib.*2. †Et legitimatio non fit ſolum propter effectum ſuccedendi , ſed propter alios effectus,vt per Caſt.*conſ.*22.*Viſis omnibus, in princ.ver. nam legitimatio,lib.*2.† Et poteſt legitimationem pater obtinere ℔ filio limitatã, vt ſuccedat certo modo.Alex.*conſ.*25. *Circa primum, n.*5.*ver.accedit,lib.*1.† Adde,ꝙ poteſt fieri legitimatio ſub conditione,vt ſuccedat , ſi ſibi ex teſtamento relinquatur,aut inter viuos donetur,& iſte nõ ſucceder,ſi nõ relinquitur ex teſtamento , vel inter viuos donetur.Soc.*conſ.*246.*Eleganter,& ſubtiliter,in pr. lib.*2.

20 *& num.* 3. vbi, quod ita de stylo Curiæ concedi solent. † Et idem, si fiat sub conditione, si legitimos & naturales non habuerit, vel quod nihil consequatur, nisi in quantum pater ordinauerit. Cuman. *cons.* 99. *Supposito tenore*, quod est subscriptum etiam à Ca-
21 strense. † Declara; quia plus est habitare ad successionem in totum illum, qui semel fuit legitimatus ad partem tantum successionis, quam si à principio in totum legitimaretur. Socin. *d. cons.* 246. *n.* 3. *ver. secundo principaliter, lib.* 2.

Legitimatio facit legitimatũ vere legitimum, & quando secus, & quid conferat, vel non. Concl. 216.

1 REGVLAM † facias, quod legitimationis natura est, vt non differat legitimatus à principe, prout si esset legitimus & natura-
2 lis. Alexan. *cons.* 51 *Viso themate, n.* 2. *ver. item probatur. lib.* 2. † Item filius legitimatus statim cadit sub patria potestate, ita quod pater efficitur illius legitimus administrator, sicut legitimorum. Baldus
3 *cons.* 119. *Quidam vxoratus. in princ. lib.* 5. † Item operatur, quod legitimatus dicitur in patria potestate positus. Alexand. *cons.* 8. *Visis, in*
4 *princ. lib.* 2. † Item posthumi dicuntur filii illegitimi facti legitimi; ideo reuocant donata per viam inofficiosi, vel ex remedio *l. si vnquam, Cod. de reuocan. donat.* Bald. *d. cons.* 206. *verb præterea fortius, lib.*
5 2. † Item legitimatus spurius restituitur ad honores, ita quod non dicitur turpis persona, vt sit locus querelæ fraternæ, quando frater turpem personam instituit. Baldus *cons.* 363. *Quæritur, verum, n.*
6 3. *lib.* 5. † Imo spurius legitimatus dicitur de agnatione, & conseruat agnationem, & non potest amplius dici spurius. Alexand. *cons.*
7 2. *n.* 12. vbi apostilla. *lib.* 1. † Contrarium, quod imo legitimatus non efficiatur legitimus; quia imo cum spurius sit infamis, licet legitimetur; non tamen erit liberatus ab infamia, vt sit testis idoneus, vel vt sibi deferatur iuramentum ex semiplena probatione; quia æquiparatur homini medicato à morbo remanente aliqua radice, vel cicatrice. ita Bald. in *c. fin. in* 2 *not. de translat. Episc.* quem sequitur Marsi. *Singul.* 273. *num.* 6. vbi ponit plura similia, & distinguit, nisi esset nobilis, homo religiosus, vel singularis virtutis. Vi-
☞ de, *Malus semel semper præsumitur malus, & qualiter procedat. Concl.* 28.
8 † Item; quia filius legitimatus de consensu patris succedit ab in-
9 testato exclusis fratribus patris sui. Ancharan. *cons.* 290. *in princ.* † Item; quia filius legitimatus sicut succedit ab intestato, vel ex testamento; ita etiam succedit contra testamentum, si esset præteri-
* tus. Alexan. *cons.* 139. *Eleganter, in princ.* vbi dicit* communem. *lib.* 1. Ancharan. *d. cons.* 290. *n.* 7. *& seq. & per tot.* Abb. *d. cons.* 86. *in prin. lib.*
☞ 1. Vide, *Legitimatio quid conferat legitimato stante statuto. Concluſ. prox.*
10 *sequen.* † Et quod legitimatus, si prætereatur, rumpit testamentũ, sicut filius legitimus & naturalis. Castr. *cons.* 30. *n.* 4. *lib.* 1. Petr. de
11 Anchar. *cons.* 401. *n.* 4 † Imo rumpit donationem factam à patre; quia legitimatus dicitur posthumus natus, & saltem tanquam in-
12 officiosam reddit. Bald. *cons.* 206. *per tot. lib.* 2. † Extende, vt idem sit in filio non legitimato, sed dispensato ad succedendum; quia pari-
13 ter rumpit testamentum præteritus. Castr. *d. cons.* 30. *n.* 4. *lib.* 1. † Extende, etiam si esset factum testamẽtum ante legitimationem; quia est nullum, & rumpitur, & legitimatus succedit exclusis fratribus patris defuncti institutis. Anchar. *d. cons.* 290. *In successione,*
14 *per tot.* † Item confert ætatem ex legitimatione naturalium filiorũ; quia dicuntur legitimi hæredes. Bal. *cons.* 206. *in princ. ver. si vero illa*
15 *verba, lib.* 2. † Item legitimatio repræsentat legitimatũ, sicut si natus esset de nouo, qñ fit de consensu patris; ideo ad instar posthumi rumpit testamentum paternum. Abb. *cons.* 86. *nu.* 2. *ver. & facit,*
16 *lib.* 1 † Et quod legitimatus nihil differat à legitimis naturalibus.
17 Alex. *cons.* 187. *n.* 8. *& cons.* 188. *n.* 16. *lib.* 5. † Et quod operatur, quod legitimatus nihil differt à legitimis. Alex. *cons.* 70. *Magnificus, n.* 4.
18 *ver. sed iis non obstantibus, lib.* 6. † Item legitimatio operatur, vt perinde legitimatus habeatur, ac si legitime natus fuisset, & retrotrahitur ad principium, prout ille, qui reuersus est à captiuitate, vt semper fingatur fuisse in Ciuitate. Angel. *cons.* 401. *Petrus Paulus, n.* 4. quod est Benedicti de Plumbino. Anch. *d. cons.* 290. *In successione, n.* 3. vbi quod ita consuluit Dyn. Flor. in *q.* 2. *in* 2. *dubio*, vbi late pro
19 vtraque, & hanc tuetur. † Item retrotrahitur, prout legitimatio per subsequens matrimonium, vt non differat à legitimis. Petr. de
20 Anchar. *cons.* 153. *n.* 6. Florian. *d. q.* 3. *in secundo dubio, n.* 16. *& seq. per totam.* † Extende, vt procedat, etiam si legitimatio filii fiat post mortem patris; quia trahitur retro, & fingitur à principio legitimus.
☞ Calder. *cons.* 469. alias 4. *Qui filii sint legit.* Vide; *Legitimatio fieri po-*
21 *test post mortem patru. Concluſ.* 221. † Et quod imò legitimatio facta ab Imperatore faciat vere legitimum. Bald. *cons.* 374. *circa med. ver. præterea isti sunt, lib.* 1. vbi ponderat, quod text. dicit, *sint legitimi*, &
22 non dicit, *habeantur*. † Imo, quod sit vere legitimus, dicit Corne.
23 *cons.* 93. *Primo aspectu, n.* 14. *lib.* 2. † Plus etiam dicit Bald. *cons.* 16. *Fa-*

ctum sic proponitur, colum. 2. *ver. præmittendum est. lib.* 4. quod Imperator vere facit legitimum, ac si concepti essent legitimi tempore conceptionis, vbi, quod Canonistæ tenentes contrarium non allegant text. in *l. qui in prouincia, §. diuus Marcus, ff. de ritu nuptiar.* & idem dicit Corn. *cons.* 374. *circa med. ver. præterea isti sunt, lib.* 1. vbi mouetur; quia text. dicit, sint legitimi, non quod habeantur legitimi. † Imo nihil differt à legitimo legitimatus. Petr. Anchar. *d. cons.* 24
153. *n.* 5. *ver. secundo dixi.* Alex. *cons.* 5. *Attentis, in princ. lib.* 7. † Et proce- 25
dit, siue Cæsar per seipsum, siue per alium legitimet. Castr. *consil.* 462. *n.* 2. *ver. cæterum, lib.* 1. Vide; *Legitimatio illegitimorum per quem fieri possit. Concluſ.* 218. *num.* 15. *& seq.* † Contrarium, quod legitimatio 26
Imperatoris non faciat legitimatum vere legitimum. Bald. *cons.* 15. *In quæstione proposita, in princ. lib.* 4. quod est Ioann. de Lignano, & Francisci de Ramponibus, sed bene restituit, & habilitat per fictionem; & est ratio; quia Imperator nihil potest circa matrimonia cognoscere. Vide eum late, & Feder. de Sen. *cons.* 376. *n.* 2. *verb. videamus itaque*, multos allegat pro vtraq; parte. Castrens. *cons.* 180. *Super eo, quod, nu.* 4. *ver. nunc videndum, lib.* 1. pleniusque pro vtraque parte Alber. Brun. in *tract. quod stantibus masculis, n.* 30. *& seq. ver. tertio quæro.* † Extende, vt idem sit in Papa; quia non potest vere legiti- 27
mare in casibus, in quibus non posset esse matrimonium de iure diuino inter patrem, & matrem spurii. Bald. *d. consil.* 15. *in pr. lib.* 4. † 28
Extende; quia iura naturalia nõ potest conferre, neq; auferre Imperator; ideo ex legitimatione non conferrentur. Signo. *cons.* 219. *n.* 7. & 8. † Declara quod legitimatio quantumcunq; generalis, & 29
ampla per principem facta non facit, nec potest facere legitimum illum, qui non est legitimus, sed facit ipsum æqualem legitimo, & haberi pro tali. Feder. de Sen. *d. cons.* 276. *num.* 2. *ver. videamus itaque.* Bart. *cons.* 75. *Viso instrumento, n.* 2. *ver. nam princeps, lib.* 1. vbi maxime dicit hoc esse verũ, quando est spurius natus inter eos, inter quos matrimonium esse non poterat. † Declara totam materiam; quia 30
legitimatio facit vere legitimum, quando agitur, vt succedat sine præiudicio tertii, alias secus Maluaticæus *cons.* 116. *nu.* 70. *cum seq.* item, quando in genere agitur de effectu iuris Ciuilis; secus si in specie, vt ibi *n.* 65. *& seq.* vbi plene declarat videndum. † Declara; qa 31
legitimatio Cæsarea, & supremi superioris abstergit omnem notam & reducit ad primæua iura naturæ, quibus omnes liberi, & legitimi nascebantur. Angel. *cons.* 350. *Pro decisione, n.* 6. *in fine, ver. & quod vbique.* Anch. *cons.* 401. *Stipotus, n* 4. Castr. *cons.* 462. *Visis, & diligenter, nu.* 2. *lib.* 1. † Declara, vt plene per Castr. *cons.* 462. *Visis, & consi-* 32
deratis, n. 5. *ver. restat vltimo videre, lib.* 1. quia legitimatio confert ius legitimorum, vt dicatur vere legitimus & naturalis; hoc modo, legitimus quasi filius Imperatoris per regenerationẽ, prout idem dicimus in leuatis de fonte Baptismali; quia efficiuntur filii spirituales leuantis; naturalis vero est respectu patris, qui genauit; vnde venit appellatione legitimi & naturalis, sed nõ appellatione legitime nati, vel legitime cõcepti. † Declara; qa legitimatus quo- 33
ad omnia dicitur legitimus, quia quantũ ad effectum nihil differt à legitime nato. Castr. *cons.* 41 *in fine, lib.* 2. † Declara; quia nihil dif- 34
fert a legitimo & naturali, quoad successionẽ, & si est præteritus, potest cõtra tabulare, & dicere de nullitate, prout legitimus & naturalis. Rom. *cons.* 34. qui allegatiura, q̃ nihil differt, & ibi apost. fin. in *verb. nullum dicere*, in fine dicit* cõem. † Declara; quia legiti- * 35
matus dicitur vere legitimus, & non ficte, qñ legitimatur à lege, vel principe seculari, in casibus, in quibus impeditur solum de iure ciuili matrimonium, seu legitimitas; si vero obstaret ius canonicum in alio casu disposito; & tunc sine Papa non esset vere legitimus, sed ficte; idem, si contra ius naturale dispensaretur, sic pulchre declarat Alexa. *cons.* 2. *n.* 10. & 11. *ver. sic. decidit hoc, lib.* 1. & idẽ dicit Bart. *cons.* 75. *n.* 2. *ver. quadam prohibentur, lib.* 1. vbi, quod natus ex adulterio non potest vere effici legitimus; quia non potest fingi filius eius, qui non poterat contrahere cum nupta. † Declara; qa 36
legitimatus licet non sit legitimus vere; tñ quoad effectũ est vere legitimus. Alexan. *cons.* 2. *n.* 12. *in fin. lib.* 1. & quod nihil differat à legitimo & naturali, late Roman. *cons.* 34. *Licet, post med. & consil.* 194. *n.* 14. *ver. vltimo*, vbi plena apost. in *ver. dissimiles*, dat concordant. † 37
Declara; quia legitimatus licet non differat à vere legitimis; tamẽ differt à legitime natis, vel à natis ex legitimo matrimonio, & dispositione hominis. Alex. *cons.* 5. *Attentis in fin. ver. & per hoc patet, lib.* 7. † Restringe; quia legitimatus ab Imperatore non dicitur vere 38
legitimus, quia non potest quoad beneficia, & spiritualia dici legitimatus. Florian. de S. Petro *quæst.* 3. *in* 2. *dubio, num.* 18. *ver. an autem*, vbi relatiue. † Secus, si legitimatus est per subsequens matrimo- 39
nium; quia etiam quoad beneficia, & spiritualia dicitur legitimatus. Vide, *Legitimatio per subsequens matrimonium operatur multa. Con-*
cluſ. 229. *in prima ampliatione, n.* 2. *& seq.* † Restringe, quia legitima- 40
tio facta post mortem patris, & postquam hæreditas erat deuoluta

venien-

venientibus ab inteſtato, non porrigitur ad iſta bona; quia non debentur legitimato poſt ius quæſitum. Calder. *d. conſ. 469. in fine, alias 4. qui filii ſint legitimi.* Bald. *conſil. 67. nu. 4. ver. ſed nunquid, lib. 1.* & ſupra *num. 20.* † Reſtringe, quando adeſſet conditio, *ſi deceſſerit ſine filio legitimo, ſed de ſe nato*; quia non ſufficeret legitimatio poſt deceſſum, ſed ante ſic. Bald. *conſil. 206. Videamus, per tot. lib. 2.* Vide, *Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionibus. Concl. 238.* † Raro fieri conſueuerat legitimatio ſpuriorum; quia maiores erant amatores caſtitatis, hodie vero plus ſtudent principes potentiæ, quam decentiæ. Bald. *conſil 100. Factum, ſuper quo, in princ. lib. 4.* † Reſtringe quoad parentes; quia nihil confert; nam licet filii legitimati ſuccedant parentibus; non tamen è contra; quia parentes non ſuccedunt filiis ex damnato coitu etiam legitimatis. Fulgoſ. *conſil. 82. per tot.* vbi propter delictum parentum, ipſi non efficiuntur habiles. Vide Concluſiones proximè ſequentes. † Limita, quia legitimatio facta per Papam cum clauſula, *quantum publicum concernit intereſſe*, operatur ſolum quoad bona, quæ non ſunt alteri, vel alicui priuato quæſita. Bald. *conſil. 336. Verba primi priuilegii; lib. 2.* Vide, *Clauſulæ legitimationum diuerſæ, & quid operentur. Concluſ. 356.*

Legitimatio quid conferat legitimato ſtante ſtatuto, & an excludat fœminam; & ſtante fideicommiſſo, an excludat ſubſtitutum. Concluſ. 217.

1 REGVLAM † facias, quod in actibus indifferentibus legitimatus à principe vel Comite Palatino etiam per reſcriptum dicitur legitimus, ita q̃ ſtante ſtatuto, quod ſtantibus filiis maſculis fœminæ excludantur, maſculus legitimatus excludet fœminam legitimam & naturalem, Brun. *d. tract. quod ſtant. maſcul. articul. 12. queſt. 4. num. 70. ver. puto concludendum.* apoſtilla ad Rom. *conſ. 194.* * *in ver. diſſimiles*, quæ citat plures, & dicit magis * communem. Vide, *Legitimatus ſtantibus maſculis quid capere poſſit, vel non. Concluſ. 232.*

2 † Extende idem in primogenitura; quia ſi ſtatutum, vel conſuetudo vocat filium primogenitum; filius legitimatus primogenitus excludet ſecundogenitum legitimum & naturalem. Brun. *d. tract. art. 12. num. 71.* † Contrarium tenet Caſtrenſ. *conſil. 180. nu. 4. vſque in fin. lib. 1.* vbi, quod ſtatutum eſt odioſum, & licet ſit dubius paſſus; tamen ipſe tenet cum Butrio in *cap. per venerabilem, qui filii ſint legit.* quod excepta legitimatione per ſubſequens matrimonium non habet locum ſtatutum, & hanc eſſe communem * opinionem dicit apoſtilla ad Alex. *conſil. 2. Viſis codicillis, num. 11. in ver.*

4 *legitimat. lib. 1.* & hanc partem tenet Fulgoſ. *conſil. 61.* † Declara; quia non excludit fœminam legitimam & naturalem, ſed ambo ſuccedent de iure communi, ita apoſt. ad Alex. *conſil. 2. num 11. ver.*

5 *legitimato, lib. 1.* † Reſtringe, quando ſtatutum loqueretur, quod ſtantibus legitimis, & legitime natis maſculis, fœmina non ſuccedat; quia non haberet locum in legitimato. Brun. *d. tract. quod ſtan-*

6 *tib. maſcul. art. 12. n. 72. ver. prædicta concluſio.* † Declara; vt non procedat reſtrictio, quando eſſet facta legitimatio per ſubſequens matrimonium; quia tales ſunt vere legitimi. Caſtr. *d. conſ. 180. n. 5.*

7 *ver. niſi quando eſſet, lib. 1.* † Reſtringe, quando ſtatutũ diceret, quod legitimi & naturales maſculi excludant fœminas, quia tunc non veniunt legitimati. Caſtrenſ. qui loquitur in emphyteuſi ſtipulata hoc modo, *d. conſ. 180. n. 5. lib. 1.* vbi dicit non procedere; ſi eſſet le-

8 gitimatus per ſubſequens matrimonium. † Reſtringe, quando ex communi vſu loquendi legitimati non haberentur pro comprehẽſis, in diſpoſitione ſtatuti vocantis filios maſculos. Brun. *d. tract.*

9 *artic. 12. n. 73. ver. ſecundo limitatur.* † Reſtringe, quando conſtaret de mente ſtatuti. Brun. *d. tract. art. 12. n. 74.* veluti ſi diceret, ſiue ſint

10 ex eodem, ſiue ex altero matrimonio, vel quid ſimile. † Reſtringe, quando non eſſet plena legitimatio, ſed ſola habilitatio ad ſuccedendum. Brun. *d tract. artic. 12. n. 77. quarto limitatur*, quia habilitatio eſt ſpecies diſpenſationis, quæ eſt odioſa. Caſtr. *conſil. 467. Viſo*

11 *puncto. n. 7. ver. ex quo infertur, lib. 2.* † Reſtringe, vt non procedat, quando eſſet legitimatus poſt ius quæſitum fœminæ. Brun. *d. tract.*

12 *art. 12. n. 81. ver. quinto limitari poteſt.* † Reſtringe, quando filia fœmina excluditur in totum, ita quod non teneatur dare integram legitimam; quia tunc ſi non fuit citata non ſibi præiudicat. Brun. *d.*

13 *tract. art. 12. n. 82. ver. ſexto limitatur.* † Reſtringe, quando Papa, vel Imperator legitimarent ſpurium, vel natũ ex tali coitu, quod matrimonium non potuit vnquam eſſe inter parentes ſpurii; quia tunc ſicut nõ poſſunt fingere matrimonium; ita non poſſunt fingere vere legitimum, Caſtr. plene *conſ. 467. n. 7. ver. veniendo ad deci-*

14 *ſionem, lib. 2.* † Idem tenet Angel. *conſil. 350. Pro deciſione, in fin.* vbi quod natus ex matrimonio prohibito per Eccleſiam, & legitimatus ab Imperatore, non eſt bene legitimatus, nec vere legitimus effectus; quia Imperator non diſpenſat in prohibitis ab Eccleſia.

Vide, *Statutum circa ſucceſſionem excludens filias fœminas valet, & quando habeat locum. Concluſ. 959. n. 96. & ſeq.* † Amplia; quia legitimatus 15
in tantum ſuccedit, vt etiam excludat ſubſtitutum datum alicui, ſi deceſſerit ſine filiis. Caſtrenſ. *conſ. 30. Super puncto, in princ. lib 1.* vbi,
quod omnes * ita tenent Alex. *conſil. 2. Viſis codicillis, per tot. lib. 1.* vbi * *
apoſt. 1. dat concord. & dicit, quod pro iſta parte fuit iudicatum, &
n. 13. & 19. dicit, quod iſta eſt * communis Bart. *conſil. 75. n. 2. ver. ſe-* *
cus eſſet, lib. 1. † Contrarium tenent multi, quorum aliquos recitat 16
Alex. *d. conſil. 2. n. 5. ver. duodecimo, lib. 1. & conſil. 25. in princ. eodem lib. 1.*
vbi plures citat, & rationes Anchar. *conſ. 427. Circa primum, per tot.*
vbi latiſſime loquitur in ſpurio legitimato, vt non excludat ſubſtitutum. Vide, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Con-*
cluſ. 226. † Extende nedum in legitimato, ſed etiam in diſpenſato, 17
ſeu habilitato tantum ad ſuccedendum. Caſtr. *d. conſil. 30. per tot.*
lib. 1. † Extende, vt etiam procedat ſtante ſtatuto, quod ſtante 18
maſculo legitimo & naturali fœmina, non ſuccedat; quia legitimatus excludit fœminam ſecundum Bald. in *l. cum acutiſſimi, & in*
l. eam quam, C. de fideicommiſſ. licet Caſtrenſ. *conſil. 343. in fine, lib. 2.*
teneant contrarium. † Extende; quia in tantum legitimatus ex- 19
cludit ſubſtitutum, vt procedat, etiam ſi ſit dictum; *ſi deceſſerit ſine*
filiis legitimis & naturalibus; quia etiam legitimati excludent. Alex.
d. conſil. 2. vbi *n. 13.* dicit * communem, *lib. 1.* & iſta fuit opinio Iacob. *
de Aren. in ſua *diſput.* quem refert Io. Andr. in *addit. ad Speculat. de*
ſucceſſ. ab inteſtato, in fin. quos refert Caſtrenſ. *conſil. 343. n. 2. & ſeq. ver.*
ſed ſi præſupponeretur, lib. 2. † Contrarium, quod imo ſi eſſet dictum, 20
ſi deceſſerit ſine filiis legitimis; intelligatur de legitimis naturaliter, &
non veniant legitimati. Bart. *conſil. 75. Viſo inſtrumento, num. 2. lib. 1.*
Bald. *conſil. 373. n. 8. lib. 1. & conſil. 13. & 14. lib. 4.* Caſtrenſ. *conſil. 343. in*
fine, ver. quoſdam vero, lib. 2. † Item, quod intelligatur de iis, qui ſunt 21
nati ex legitimis nuptiis, & ex legitimo matrimonio, & præſertim, quando per modũ conditionis de eis eſt facta mentio. Alex.
d. conſil. 25. num. 3. lib. 1. † Extende, quia legitimatus excludit ſubſti- 22
tutũ, etiam ſi is, cui facta eſt ſubſtitutio, ſi ſine filiis, &c. ſit presbyter, ita vt non ſubſit ſpes filiorum. Alex. *d. conſil. 2. per tot.* vbi eſt caſus, *lib. 1.* † Extende, etiam ſi non ſit citatus ſubſtitutus iſto caſu, 23
quando princeps legitimauit, ex certa ſcientia, & de plenitudine
poteſtatis. Alex. *d. conſil. 2. per tot lib. 1.* † Extende maxime, quando 24
princeps in legitimatione expreſſit, quod eſſet cum præiudicio
ſubſtituti legitimatus; quia tunc procedit concluſio ſine dubio.
Alex. *d. conſil. 2. num. 13. ver. præterea dato, lib. 1.* † Declara, vt vltima ex- 25
tenſio procedat, quando caſus ſubſtitutionis non veniſſet, vel
quando non eſſet ſubſtitutus, ſi decederet ſine filiis legitime natis, apoſtill. ad Alex. *d. conſil. 2. num. 13. ver. præterea dato, lib. 1.* Vide,
Legitimatio fieri poteſt poſt mortem patris. Concluſ. 221. † Reſtringe, vt 26
non procedat, quando eſſet dictum, *ſi deceſſerit ſine filiis legitime na-*
tis. Alex. *d. conſil. 2. num. 13.* vbi dicit * communem, *lib. 1.* Caſtrenſ. *
d. conſil. 343. num. 3. lib. 2. Vide in *ver. Legitimatus quando veniat appel-*
latione filiorum. Concluſ. 238. num. 31. ver. Limita, quando verba. Bart.
conſil. 75. Viſo inſtrumento, num. 2. ver. quædam prohibentur, lib. 1. vbi
apoſtill. in *ver. ex legitimo matrimonio*, dat concord. † Reſtringe, 27
quando iam eſſet hæreditas quæſita ſubſtituto ante legitimationem. Alexand. *d. conſil. 25. in princip. lib. 1.* † Reſtringe; quia legiti- 28
matus non excludit ſubſtitutum, quando teſtator erat nobilis;
quia cum illegitimus ſit infamis infamia facti, non cenſetur vocatus. Alex. *d. conſil. 2. num. 4. & 5. ver. 11. lib. 1.* & plenius *conſil. 25. Circa primum, in princ. eod. lib 1. num. 3. & ſeq.* † Idem, ſi non eſſet nobi- 29
lis, neque in dignitate; ſi tamen eſſet talis perſona, quod eſſet dedecus eum habere hæredem ſpurium propter honeſtatem vitæ.
Alexand. *d. conſil. 25. num. 4. ver. & plus etiam, lib. 1.* † Reſtringe, vt 30
idem ſit, quando eſſet perſona in dignitate conſtituta; quia non
cenſetur in ſua diſpoſitione intellexiſſe de legitimatis. Alexand.
d. conſil. 2. num. 5. lib. 1. & conſil. 25. num. 3. lib. 1. † Declara duas reſtri- 31
ctiones, vt non procedant, quando conſtaret præſumptiue de
mente teſtatoris, veluti ſi inſtituit fratrem naturalem, vel illegitimum hæredem; tunc cenſetur etiam intelligere de filiis legitimatis. Alexand. *d. conſil. 2. num. 19. ver. non obſtat. 11. lib. 1.* vbi, quod imo cenſetur intellexiſſe de illegitimis ſimpliciter. † Declara ſe- 32
cundo, vt non procedant reſtrictiones, etiam ſi legitimatus eſſet
ſpurius, & ſic illegitimus maiori vitio, quam hæres naturalis, vel baſtardus, maxime, quando Papa in ſpecie, vel legitimans admiſit, vt ſuccedat excluſo ſubſtituto. Alexand. *dict. conſ. 2. num. 19.*
ver. nam adhuc obſtat, lib. 1. † Reſtringe, quando communis vſus 33
loquendi eſſet, quod appellatione filiorum non venirent legitimati; quia non comprehenduntur. Alexand. *dict. conſil. 25. Circa*
primum, in princip. lib. 1. † Reſtringe, quando legitimatio non 34
eſt plena, ſed limitata; quia non comprehenditur filius legitimatus ad excluſionem ſubſtituti. Alexand. *dict. conſil. 25. num. 4.*

35 *in fin. ver. & licet, lib.* 1. † Amplia; quia legitimatus efficitur legitimus, & succedit patri, etiam si sit spurius, quando in testamento est institutus à patre, licet legitimatio sit sine præiudicio hæredum legitimorum; quia intelligitur de filiis. Fulgos. *cons.* 16. *Casus talis est*, & ita loquitur Bart. *cons.* 75. *Viso instrumento, num.* 2. *in fin. ver. quædam prohibentur transferri, lib.* 1. plene Alex. *cons.* 51. *Viso themate, in princ. & per tot. lib.* 2. vbi plene apost. in *ver. præiudicio*, dat concord.

36 † Amplia, quia legitimatus succedit in bonis paternis, ad quæ fuit legitimatus, vndequaque proueniant; quia sufficit, quod sint effecta bona paterna per additionem. Alex. *cons.* 88. *Omissis tribus, n.* 3. &

37 *seq. ver. circa quintum dubium, lib.* 7. † Limita; quia non confertur feudum legitimato in præiudicium vocatorum ex inuestitura.

38 Alex. *d. cons.* 25. *num.* 3. *lib.* 1. † Extende maxime, quando verba sunt concepta de legitime natis, vel de natis ex legitimo matrimonio; quia legitimus etiam per subsequens matrimonium non excludit

39 vocatos. Alex. plene *consil.* 5. *Attentis narratis, per tot lib.* 7. † Extende in primogenitura; quia per legitimationem nõ præiudicatur primogenito, ad quem bona debent peruenire. Alex. *d. consil.* 25. *n.* 2.

40 & 6. *lib.* 1. † Extende in Regno debito ex consuetudine agnatis; quia nõ valet legitimatio in præiudicium eorum, quibus ex con-

41 suetudine Regnum debetur. Alex. *d. consil.* 25. † Extende, vt idem sit in emphyteusi, quæ debet deuenire ad filios, & nepotes de legitimo, vel ex legitimo matrimonio natos; quia legitimatus in forma communi non censetur legitimatus contra pacta, & conuentiones, nisi expresse dicatur. Bart. *consil.* 75. *Viso instrumento, in princ.*

42 *ver. & si legitimaretur, lib.* 1. † Contrarium Florian. de sancto Petro *quæst.* 3. *in* 2. *dubio, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc dicit verio-

43 rem, & tollit contraria. † Declarat Alex. *consil.* 5. *n.* 5. *& seq. ver. fortificantur, lib.* 7. si primogenitus est legitimus, antequam nascatur, alias succedit; si post, non succedit, quia tolleret ius quæsitum.

☞ Vide, *Feudum transit ad legitimatum, & quando secus. Concluſ.* 165.
Vide, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Concluſ.* 226.

Legitimatio illegitimorum per quem fieri possit, vel non. Concluſ. 218.

1 LEGITIMATIO † fieri potest per solum principem, qui non recognoscit superiorem, *cap per venerabilem, qui filii sint legit.* Calder. *consil.* 468. *n.* 2. *ver. & licet hoc posset*, alias 2. *qui filii sint legit.* Bald. *cons.* 129. *Factum proponitur, lib.* 2. *in princ. n.* 5. *ver. circa quarũ*, Signor. Homod. *cons.* 39. *Quæritur, nunquid, per tot.* vbi quod est de reseruatis

☞ principi, & loquitur in legitimatione spurii. Vide; *Spurii, & illegi-*

2 *timi quo iure introducti sint, & fiant legitimi. Concluſ.* 410. † Amplia; quia Papa quoad spiritualia potest legitimare per totum orbem; quia totus orbis est de iurisdictione Papæ quoad spiritualia. Ang.

3 *cons.* 350. *n.* 8. *ver. igitur erit.* Castr. *cons.* 467. *n.* 3. *lib.* 2. † Declara, quia Papa quoad spiritualia potest habilitare natos ex ascendente, & descendente; & ex fratre, & sorore; quia licet non possit dispensare super matrimonio inter tales, potest tamen quoad spiritualia, & temporalia natos ex talibus habilitare in sua iurisdictione. Ang.

d. cons. 350. *in fin.* vbi, quod non legitimat hoc casu contra legem

4 Dei, sed habilitat. † Extende, vt in terris Imperii vacante Imperio

5 valide legitimet. Castrens. *cons.* 467. *n.* 3. *lib.* 2. † Extende, quia solus Papa potest legitimare natũ ex personis, inter quas est matrimonium prohibitum, in casu dispensabili per Papam, & Imperator hoc casu non legitimat; quia non potest de matrimonio disponere, sed bene habilitat dispensando. Angel. *d. cons.* 350. *in fin. n.* 12. vbi, quod ista sunt notanda, & quod omnes loquentes varie, ita sunt intelligendi, & ita Castr. *consil.* 467. *n.* 7. *lib.* 2. Florian. de S. Petro

6 *cons.* 26. *per tot.* quod est Collegii Bononiæ. † Idem, quando legitimatur ille, qui natus fuit ex iis, qui lege diuina prohibentur esse coniuges, & dicitur dispensatus, non autem legitimatus. Castr. *d. cons.* 30. *n.* 4. *ver. item certum est*, vbi quod ita Collegium Bononiæ, *lib.* 1. *& d. cons.* 467. *Viso puncto, n.* 7. *lib.* 2. vbi quod neq; Papa, neque

7 Imperator hoc casu potest legitimare, sed dispensare. † Restringe, seu declara; quia imo neque Papa, neq; Imperator possunt legitimare vere, vel ficte natũ ex parentibus, inter quos matrimonium erat prohibitum de iure diuino; neque quando erat prohibitum de iure Canonico; quia si sunt mortui parentes, ita quod nõ potest super matrimonio per Papam dispensari, non etiam poterit sequi legitimatio, sed si fiat de facto, erit dispensatio, non legitimatio; & quia est odiosa, nõ extenditur, & est actus diuiduus & valebit non vbique, sed solum in terris de iurisdictione dispensantis. Florian. à S. Petro *cons.* 26. *n.* 45. *& seq.* quod est Collegii Doctorũ Bononiæ,

8 & idem per omnia Castrens. *d. cons.* 467. *n.* 7. *lib.* 2. † Amplia, quia Papa potest legitimare vbique natos in figura matrimonii, quando matrimonium erat prohibitum de iure positiuo Canonico; quia tunc Papa etiam mortuis parentibus potest tollere suas constitutiones ab initio, & legitimare cum præiudicio alieno. Anch. 9

d. cons. 409. *n.* 4. *& seq.* † Si vero matrimonium erat prohibitum de iure diuino; tunc bene legitimat vbique, sed vt nunc tempore legitimationis. Anch. *d. cons.* 409. *n.* 4. *ver. si vero.* † Contrariũ vtroq; 10

casu, quando matrimonium est prohibitum de iure diuino, & etiam de iure Canonico, quando mortui sunt parentes; quia matrimonium esse non potest. Castrens. *d. cons.* 467. *n.* 7. *lib.* 2. & ita etiam Collegium Bononiæ consuluit, vt per Florian. à S. Petro *d. cons.* 26. *per tot.* † Amplia, quia Papa potest legitimare filios sacerdotis, 11

quia posset etiam cum sacerdote dispensare, vt cõtraheret matrimonium. Alex. *cons.* 2. *Visis codicillis, n.* 8. *ver. Præsuppono, lib.* 1. & hanc communem* dicit Castr. *cons.* 102. *Videndum, n.* 3. *lib.* 2. vbi apost. ci- *

tat Alex. *cons.* 87. *col.* 4. *lib.* 2. & in Papa reddit rationem Castr. quia prohibitio matrimonii sacerdotibus est de iure positiuo. † Exten- 12

de multo magis in terris Ecclesiæ, in quibus Papa est Imperator. Alex. *d. cons.* 2. *n.* 8. *ver. secundo præsuppono, lib.* 1. † Extende etiam; quia 13

in facultate legitimandi generaliter concessa per Papam venit facultas legitimandi filios sacerdotum; quia nõ minus graue est delictum adulterii, quam fornicationis sacerdotis. Castr. *d. cons.* 102.

n. 3. *ver. secundum est, lib.* 2. † Amplia; quia Papa in terris Ecclesiæ le- 14

gitimat spurios, & omnes, & non requiritur derogatio in specie secundum leges Imperiales, quæ non ligant Papam, & sufficit derogatio generalis. Anchar. *cons.* 335. *Viso diligenter.* † Amplia; quia 15

Imperator potest nedum legitimare per se, sed etiam committere alteri hanc facultatem legitimandi spurios, & incestuosos. Bald.

d. cons. 373. *n.* 2. *ver. & ideo præsupponere debemus, lib.* 1. *& cons.* 204. *Super primo, per tot. lib.* 2. *& cons.* 306. *Casus quæstionis. lib.* 2. † Et quod possit 16

Imperator de ordinaria potestate concedere facultatem legitimandi. Alex. *cons.* 60. *Visa legitimatione, n.* 20. *lib.* 2. vbi, quod si concedit facultatem legitimãdi spurios, censetur vti plenitudine potestatis; quia de ordinaria auctoritate non potest, & requiritur derogatio specialis legi contrariæ. † Extende; quia tam Imperator, 17

quam habens facultatem ab eo in tantum possunt legitimare spurium, etiam si natus sit ex moniali, vt succedat pariter cum filiis legitimis natis ante, vel post legitimationem. Bald. *cons.* 306. *Casus quæstionis, lib.* 2. vbi dicit valere, quando est facta legitimatio à patre viuente, etiã non vocatis filiis legitimis. † Restringe; quia talis le- 18

gitimatio Imperatoris non valet in statu Ecclesiæ, neque in regno Franciæ. Bald. *cons.* 306. *in fin. ver. porro, lib.* 2. † Declara; quia legiti- 19

matio facta per Comitem Palatinum in terris nõ recognoscentibus superiorem, prout Florentiæ, valet secundum magis communem * opinionem, quando est facta in casibus, in quibus citatio *

non est necessaria. Brun. *cons.* 15. *Visa legitimatione*, vbi dicit * com- * munem. † Amplia; quia habens cõsuetudinem immemorabilem 20

legitimandi in certo territorio finibus circumscripto, potest legitimare in illo territorio; secus extra territorium, quia non posset, neque ratione personæ, neque ratione rei. Bald. *cons.* 146. *Titulus principis, in princ. lib.* 1. *n.* 1. vbi loquitur in Duce Sabaudiæ, qui legitimat in suo territorio ex consuetudine. † Amplia; quia licet legiti- 21

matio sit de reseruatis supremo principi; tamen Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Vicarii perpetui possunt legitimare quoad bona in sua iurisdictione ex iure ordinario, prout etiã possunt creare Notarios. Castr. *cons.* 34. *in princ. n.* 1. *&* 2. *lib.* 2. sequitur Dec. *cons.* 403. *n.* 6. *& seq.* vbi dicunt idem in Ciuitatibus, quæ non recognoscunt superiorem. † Declara; quia ista non erit proprie 22

legitimatio, quæ non est quoad omnia, sed dispensatio. Castrens. *d. cons.* 34. *n.* 1. *in fin. lib.* 2. † Amplia in habente auctoritatem, seu pri- 23

uilegium ab Imperatore; quia potest legitimare vbique sub Romano Imperio; quia talis potestas non cohæret territorio. Bald.

d. cons. 146. *in princ. n.* 1. *ver. aut habet authoritatem, lib.* 1. & ideo Comites habentes facultatem possunt legitimare. Bald. *cons.* 204. *Super primo, in princ. lib.* 2. seruata tamen forma suæ facultatis. Bald. *cõs.* 13.

n. 2. *& cons.* 14. *n.* 2. *& seq.* & plenius *cons.* 16. *col.* 2. *ver. Comites etiam, lib.* 4. Castr. *cons.* 462. *n.* 2. *ver. cæterum, lib.* 1. † Extende; quia sufficit, 24

quod in priuilegio sit data facultas legitimandi, licet non sit dictum, & restituendi primæuis naturæ natalibus. Ang. *cons.* 17. *Co. Brandisius, in princ.* † Et tam de iure, quam de facto, & consuetudine 25

consueuit Imperator legitimandi facultates concedere; quæ in terminis priuilegii sunt intelligendæ. Bald. *cons.* 129. *Factum proponitur, lib.* 2. & quod imo possit hæc facultas demandari priuato, ☞

plene Alex. *cons.* 138. *Opportune consideratis, in princ. lib.* 1. Vide, *Delegari quæ causæ possint, vel non. Concluſ.* 146. † Restringe, nisi talis ha- 26

bens hanc authoritatem esset effectus infamis propter notorium crimen, & ante condemnationem, quando non legitimat de consensu, sed è contra, Castr. *consil.* 180. *Super eo quod, num.* 3. *ver. vlterius etiam, lib.* 1. vbi late distinguit in hac materia. † Restringe; quia fa- 27

cultas legitimandi quantumcunque generaliter concessa non se

exten-

extendit ad feuda, de quibus concedens in specie disposuit, quod succedant soli nati de legitimo matrimonio. Ancharan. *cons.*308.
28 *prima facie, nu.*7. *& per tot.* † Amplia in Comite Palatino habente facultatem legitimandi; quia legitimatio valet etiam de spurio
29 filio. Fulgo*l.consil.*16. *per tot.* † Amplia; quia pater legitimat filium naturalem eo ipso, quod nominat filium; & hæredem instituit quando non adsunt alii filii. Calder. *consil.*468 *circa fin. ver. præterea.* alias 3. *qui filii sint legit.* allegat *auth. item si quis. C. de natural. liber.* si vero adsunt alii filii legitimi & naturales, etiam per subsequens
30 matrimonium legitimati secus. Castr. *consil.* 429. *n.*2. *lib.*2. † Extende, vt imo etiam si adsint alii filii legitimi, inducatur legitimatio ex confessione facta per patrem in iudicio, quod sit legitimus; quia nedum probatur legitimus, sed etiã inducitur legitimatio ex confessione iudiciali, maxime, quando assistunt præsumptiones. Bald.
31 *consil.*16. *Pater apud acta, lib.*2. † Extende, vt etiam naturalis legitimetur per patrem, si pater illum nominat filium in instrumento cum subscriptione testium non adiiciendo naturalem, *authen. vt*
32 *licet matri, & auiæ, § . ad hæc.* Calder. *d. consil.*468. *in fin.* † Extende, vt idem sit, si pater offerat filium naturalem Curiæ principis, & efficiatur Curialis; quia per talem oblationem efficitur legitimus, *auth. quib. mod. nat. effic. legit. § si quis igitur*, qui text. loquitur de oblatione Imperatori facta, & eius Curiæ. † Declara, vt per Angel.
33 *consil.*17. *Co. Brandisius, num.*7. *ver. quarto modo*, vbi, quod quatuor requiruntur, vt hoc modo legitimatio facta valeat; primum, quod possit esse matrimonium cum muliere illa; secundo, quod princi-
34 pi non possit commode supplicari; tertio, quod non extent legitimi; quarto, quod legitimus ostendat principi testamentum. Vide, *Legitimato illegitimorum quot modis fiat. Conclus.*228. † Extende; quia pater confitendo in iudicio talem esse suum filium legitimũ probat eum esse legitimum, siue adsint alii legitimi, siue non. Bald.
35 *d. consil.*16. *Pater apud acta, lib.*2. † Restringe in nepote ex filio legitimo præmortuo; quia licet auus eum vt nepotem legitimum instituat, non valet; quia tria requiruntur quod matrimonium possit esse natura, de iure, & de facto inter patrem & filium, quando ex testamento legitimatur; ideo cum filius est vxoratus, vel mortuus tempore institutionis factæ ab auo non valet. Bald. *cons.*180.
36 *mortuo filio, in fin. lib.*3. *ver. vento ad tertium.* † Declara; quia pater nominans filium in testamento simpliciter non addens, *naturaliter*, si est natus ex tali muliere, quæ vxor esse poterat, censetur legitimasse, & succedet, *auth. si quis, C. de natural. liber.* quod exponit Bart. vxor esse poterat, videlicet natura; quia viuens; item de iure; quia non prohibita; item de facto, quia non absens, & secundum bo-
37 nos mores habito respectu ad qualitatem personarum. † Contrarium tenet Bald. *consil.*195. *In hac causa, n.*2. *ver. restat videre, lib.*3. vt sufficiat, quod posset esse de iure vxor; quia licet sit mortua vxor, vel esset absens, potest fieri legitimatio, nec boni mores in concubina esse possunt; ideo non attenditur, ideo ex tali legitimatione
38 facta à patre succedat. † Declara; quia si adsunt filii legitimi & naturales, & legitimati per subsequens matrimonium pater non potest legitimare, nisi vel per oblationem Curiæ, vel per subsequens
39 matrimonium. Castr. *cons.*429. *n.*2. *lib.*2. Limita † seu declara; quia neq; princeps potest legitimare per modum legis generalis, quod omnes nascituri aliter, quam per matrimoniũ, sint legitimi. Fed. de Sen. *cons.*275. Quia, vt inquit, esset lex nutritiua peccati; & quia non habet hoc in facultate princeps à populo stante lege contra-
40 ria derogatoria. Fed. *cons.*276. *n.*3. *ver. ex iis autem*, & latius *cons* 278. *in princ. & per tot.* † Limita; quia populus, & alius, qui fisco præcipere non potest, non potest legitimare spurium; quia ex quo tanquam ab indigno fiscus aufert à spurio, qui non potest fisco præ-
41 dicare, non etiam potest legitimare, ita arguit Iacob. Butr. cuius est *cons.* Fed. *de Sen.*276. *in fin. ver præterea non est dubium.* † Et ideo nõ valet statutum, neque consuetudo, per quod conceditur, quod Ciuitas possit legitimare spuriũ; quia istud est de reseruatis principi. Signor. *cons.*39. *Quæritur, nunquid ex consuetudine per tot.* vbi in fi.
42 quod bene potest legitimare naturales. † Et quod decuriones Ciuitatis non possint legitimare. Castr. *cons.* 467. *col.*4. *ver. ex iis autem*,
43 *lib.*2. † Limita; quia princeps non potest legitimare etiam in specie concipiendum extra matrimonium; quia esset dare materiam peccandi; secus, si dicat, *natum*, vel *nasciturum*; quia excluditur materia peccandi. Feder. *cons.*277. *col. fin. ver. præterea, quod tale statutum*,
44 *& cons.*275. *n.*1. *ver. nõ obstat.* † Limita; quia neq; admittitur dispensatio vel legitimatio iam natorum, quando ex nimia facilitate daretur fomentum ad peccandum. Feder. *d. cons.*275. *n.*1. *ver. nõ obstat.*
45 † Limita; quia Reges in suo Regno non possunt legitimare spurios etiam de plenitudine; quia recognoscunt omnes Reges Papam, & subsunt Papæ, & soli Papæ, & Imperatori reseruata est facultas legitimandi de iure. Ang. Aretin. *cons.* 119. *In themate supra-*
*dicto, nu.*6. *& seq. ver. capio secundum, vsque in fin.* vbi loquitur in rege Aragonum. Declara, † nisi habeant in facultatibus, vel legitime 46
præscripserint. Angel. Aretin. *d. cons.*119. *n.*13. *& seq ver. sed quæd dixi.*
† Limita; quia domini Ciuitatum inferiores ab Imperatore non 47
possunt legitimare spurium, vel alias bastardum post mortem patris in præiudicium agnatorum, quibus ius est quæsitum. Bald. *consil.*361. *Verba Bart. n.*2. *ver. sed quicquid sit, lib.*5. † Extende in tan- 48
tum, vt si fiat reuocatio talis legitimationis, agnati recuperent bona etiam aduersus emptores, quia nõ potuit nulliter legitimatus vendere, vel transferre dominium; secus, si valuisset legitimatio; quia licet reuocaretur, alienata nõ reuocantur. Bald. *cons.*361. *n.*2. *lib.*5. † Limita; quia Imperator nõ potest legitimare spurium, 49
vt succedat in iure patronatus. Bald. *cons.*373. *Præmittendum est, n.*4. *ver. vtrum Imperator, lib.*1. Vide, *Legitimati quando succedant in iure patronatus, vel non. Conclus.*237. † Extende, vt procedat etiam in aliis 50
causis spiritualibus; quia Imperator non potest legitimare. Bald. *d. cons.*373. *n.*5. *lib.*1. Restringe † in Papa; quia bene potest legitima- 51
re spurium, vt succedat in patronatu ecclesiastico. Bald. *d. cons.*373. *n.*5. *ver. hæc tamen.* Vide, *Legitimatio spuriorum potest fieri etiam stantibus legitimis & naturalibus, & quando secus. Conclus.*222. *n.*10. † Limita; 52
quia Imperator non potest legitimare eum, qui spurius natus ex eo coniunctis tali coniunctione, quod esset interdictum matrimonium; inter eos; quia ad solum Papam spectat hic casus. Ang. *cons.*350. *n.*12. *ver. notabiliter, quod spurios*, sed bene potest habilitare cum dispensatione, vt succedant quoad temporalia, sed non erit legitimatus. † Limita; quia omnia negata Imperatori magis ne- 53
gantur aliis Dominis, & principibus aut Ciuitatibus; quia eorum legitimationes non operantur extra territorium illorum. Anch. *cons.*320. *n.*6. *ver. postremo.* † Limita; quia habens authoritatem le- 54
gitimandi naturales non potest legitimare spurios; quia est materia odiosa. Bald. *consil.*214. *circa princ. ver. an autem, quod glo. lib.*2. Signorol. Homod. *consil* 39. *in fin* † Declara tamen; quia si habet 55
facultatem legitimandi spurios, bene potest legitimare etiam incestuosos, & omnes spurios, qui non habent duplicem spurietatem. Alex. *consil.*70 *Magnificus. num.*6 *& seq lib.*6. † Contra decla- 56
rationem tenet apostill. ad Alex. *d. consil.*70. *n.*6. *ver. sequitur, lib.*6.

Legitimare an possit Imperator in terris Ecclesiæ, & Papa in terris Imperii, & quando. Conclus. 219.

AFFIRMATIVAM, † quod Imperator possit legitimare in ter- 1
ris Ecclesiæ, tenent Angel. *consil.*402. *Titius ab ecclesia.* vbi in fine hoc supponit pro vero, & Io. de Anan. *consil.*28. *in princ.* allegat cons. Baldi subscriptum à Baldo, Petro, & Angelo fratribus, & videtur inclinare in hanc partem, licet alleget pro vtraque parte, & non decidat, & ibi Bologn. etiam non firmat; plures pro vtraque citat Castr. *cons.* 125. *Dubitatur, in princ. lib.*2. Vide plurima argumenta pro hac parte per Florian. de S. Petro in 1. *q. in vltimo dubio, n.*9. *vsque* 19. vbi infinita ponit, & dat similia de Notario; item in testamento confecto secundum loci consuetudinem, vt valeat vbique; item quia est individua legitimatio, & voluntariæ iurisdictionis, quæ vbique exercetur, & quia Papa super matrimonio, & successione dispensat vbique, & hanc partem indubitatam dicit Bald. in *1. consult. C. circa fin.* vbi, quod si ad instantiam patris potest legitimare subditum ecclesiæ in terris ecclesiæ, etiam quoad bona in statu ecclesiæ. † Contrarium, quod Imperator non possit le- 2
gitimare in terris ecclesiæ; quia quoad terras ecclesiæ Imperator est redactus ad instar priuati, recitat opin. Bald. *cons.*37. *Punctus quæstionis, lib.*4. vbi pro vtraque parte allegat; & hanc partem tenuere Iaco. Butr. in *l.*3. *ff. de off. præsid.* Io. And. Ant. de Butr. & Abb. Siculus in *c. per venerabilem, m. de elect.* quos refert Corne. in *cons.*1. *Impræsenti ardua, n.*9. *lib.*3. vbi allegat text. in *Clem. ne Romani, de electio.* vbi Imperator iurat exercere iurisdictionem in terris ecclesiæ, & *num* 18. allegat Bart. in *l. qui in prouincia ff. de ritu nuptiar.* Bald. in *l. eam, quam, C. de fidei.* & dicit arduam quæst. & hanc expresse tenet per multa iura Petr. de Anchar. *cons.*320. *Primum dubium, per tot. & consil* 409. *Viso, & diligenter, n.*2. vbi dicit * communem, vbi dicit non valere, *
quod sit voluntariæ iurisdictionis; quia turbantur successiones, & bona sub iurisdictione aliena, & Anchar. citat & sequitur Bologn. in *addit. ad cons* Io. *de Anan.*29. *in princ. n.*10. Signor. *cons.*219. *Factum sic se habet, n.*13. vbi, quod intelligitur iurisdictio voluntaria data in suo territorio, & ista est * communis. Castr. *cons* 125. *Dubitatur, in* *
*princ. lib.*2. vbi, quod absurdum est dicere, quod Papa non possit in terris Imperii, & quod Imperator possit in terris ecclesiæ, & hanc communem * dicit Florian. de S. Petro *q.*3. *in vltimo dubio, num.*8. *
ver secundo principaliter, vbi allegat pro vtraque parte, & non firmat, sed dicit hanc * communem. Castr. *consil.*34. *lib.*2. *in princ.* *
Ang. Aret. *consil.*114. *Quoad primum, num.*12. *& seq.* vbi dicit, quod est com-

communis * opinio. † Et procedit contrarium, quod Imperator non potest legitimare in terris Ecclesiæ, etiam si legitimatio fiat in terris Imperii de subdito Ecclesiæ, qui vult consequi bona Ferrariæ, quæ est de statu Ecclesiæ. Aretin. *d.cons.114.nu.14.& seq.ver.se-*
4 *cundo considerandum*, vbi in fin. dicit * communem. † Declara, quia quando legitimatio fieret de subdito Imperatoris quoad bona in statu Imperii, licet legitimatio fiat in statu ecclesiæ, indubitatum est, quod valeat de consensu partium; quia attenditur effectus legitimationis, non locus, *l. contraxisse. ff. de actio. & oblig.* Castrens.
5 *consil.343. Circa primum, in princ.* † Extende, vt idem sit, si talis legitimatio fieret per Comitem Palatinum habentem potestatem ab Imperatore; quia valet de subdito Imperii, & quoad bona Imperio subiecta, licet fiat in statu ecclesiæ. Castr. *d.cōs.343. in princ. lib.2.* qui dicit hanc esse opinionem Bald. quando concurrit voluntas
6 patris, qui potest bona sua proiicere in mare. † Extende, etiam si fiat in articulo mortis cōsentientis patris; quia nō dicitur in fraudem, sicut neque illa, quæ fit per subsequens matrimoniū. Castr. *d.cons.343. in princ. ver. nec videtur obstare, lib.2.* vbi vult; quod isto casu legitimatus excludit substitutum ex mente Io. And. in *cap. tanta.*
7 *qui filii sint legit.* † Declara; quia valet legitimatio Imperatoris de subdito suo facta in terris Ecclesiæ de consensu patris quoad bona in iurisdictione Imperii, quæ sunt in libera dispositione patris, sed quoad bona restitutioni subiecta secus; quia licet pater possit cōsentire in sui præiudicium, non sic in præiudicium pauperum, vel alterius substituti, Castr. *d.cons.343. in princ. ver. breuiter, col.1. in fin. &*
8 *col.2. in princ. lib.2.* † Imo plus dicit Castr. *d.cons.343. col.2. ver. plus videtur dicendum, lib.2.* quod imo neque consensus patris aliquid possit operari circa validitatem legitimationis, quæ pendet à dispositione iuris, non à consensu partium, alias quilibet Notarius posset de consensu partiū legitimare, quod est falsum, & dat exemplum de sententia nulla, quæ non valet vt sententia, sed vt pactū ex consensu partium, & ponit similia reprobando Baldum; quia neque Imperator habet vllam iurisdictionem in statu ecclesiæ, ideo nec
9 per se, nec per alium potest eam exercere. † Et procedit hoc contrarium etiam in Ciuitate Ferrariæ, etiam si contrarium sit obtentum; quia non propterea potest esse introducta consuetudo, quæ præiudicet superiori iurisdictioni Papæ. Castr. *d.cons 343. col.2. ver.*
10 *nec puto, lib.2.* † Declara, quia potest Imperator legitimare in terris ecclesiæ, & Papa in terris Imperii, dummodo legitiment naturales; secus est, si legitimarent ex damnato coitu natos; quia ex quo requiritur plenitudo potestatis, non potest Imperator vti plenitudine in terris ecclesiæ; ideo non valet legitimatio filii sacerdotis facta per Imperatorem in terris ecclesiæ. Bald. *cons.37. per tot.* vbi est
11 casus, *lib.4.* Castr. *d.cons.125. in princ. lib.2. n.2. ver. breuiter.* † Declara plenissime, vt per Port. Imol. *cons.105.* qui cōcludit, Imperatorem posse legitimare in terris non subditis Imperio, prout in dominio Venetorū; quia viuunt legibus imperialibus; secus si prohibeant nō subditi, vide eum, quia plenissime declarat, idem Paris. *cons.10. n.121.& seq. lib.2.* qui loquitur in statu Florentino, & allegat Socin.
12 & Dec. † Declara; quia Imperator potest legitimare in statu ecclesiæ, si modo fiat prorogatio inter volentes de persona non subdita, vel de bonis, aut de loco, dummodo sic fiat prorogatio, quod non sit per errorem; quia potest subditum inter volentes legitimare; item non subditum ratione personæ, sed ratione bonorum; item non subditum ratione personæ, neque bonorum, dummodo non erigat tribunal, neque ad eum accedatur per errorem tanquam ad superiorem, sed fiat de consensu prorogando iurisdictio-
13 nem. Ang. plene *cons.350. per tot.* † Extende declarationem, vt procedat, etiam si pater spurii sacerdos consensisset, quia forte iurisdictionem Imperatoris in terris Ecclesiæ prorogare non potuit; secus, si fuisset pater laicus, ita videtur velle Bald. *d.consil.37. in fin.*
14 *lib.4.* † Et quod possit nedum Imperator in terris ecclesiæ legitimare filium ad instantiam patris, sed etiam Comes Palatinus ex
15 authoritate imperiali hoc poterit. Ias. *cons.156. col.3. lib.4.* † Extende; quia nedum Imperator potest legitimare in terris ecclesiæ per seipsum inter volentes, sed etiā per Comitem Palatinum habentem facultatem legitimandi. Ang. *consil.350. Pro decisione, num.4. ver.*
16 *de primo*, qui loquitur in legitimato subdito Imperatoris. † Declara; quia licet Comes Palatinus possit per se ipsum legitimare in terris ecclesiæ inter volentes, non tamen potest per alium ab eo deputatum etiam inter volentes. Angel. *d.consil.350. n.4. ver hoc ta-*
17 *men aduertendum est.* † Extende, quia Comes Palatinus habens facultatem à Cæsare potest legitimare, etiam nō subditum laicum, seu secularem in terris ecclesiæ, quando fit prorogatio iurisdictio-
18 nis inter volentes. Angel. *d.cons.350. n.5. ver. de secundo.* † Ratio est; quia vbi est consensus, non requiritur citatio, sed si requireretur
* citatio, non posset. Brun. *cons.15. Visa legitimatione*, vbi dicit * communem. † Declara; quia Imperator potest legitimare in statu Ec- 19
clesiæ subditum suum inter consentientes, quia est voluntaria iurisdictio; secus, quando ageretur de præiudicio tertii, vel contra inuitos. Corn. *cons.1. n.18. lib.3.* vbi pro ista distinctione allegat cōsuluisse Petrum de Perusio, & Collegium Bononiæ, & ita tenet Bald. *cons.67. lib.1.* & ita plenissime distinguit Angel. *d.cons.350. Pro decisione, per tot. & cons.402. Titius ab Ecclesia.* vbi quod non valet in præiudicium ecclesiæ, quoad bona emphyteutica. Bald. *consil.67. lib.1.* Castr. *cons.125. Dubitatur, lib.2.* vbi quod si pater, vel alius, de cuius successione agitur, consensit, valet; quia potest proiicere bona sua in mare. † Contra declarationem tenet Bald. in *l. eam quam,* 20
C. de fideicom. quia fit præiudiciū fisco, *n.* 28. † Sed Castr. *d.cons.125.* 21
in princ. dicit, quod interesse fisci nō est considerabile. *lib.2.* † Idem 22
est in Comite Palatino habente authoritatē ab Imperatore. Ang. *d.cons.350. per tot.* maxime *n.4. & cons.402.* † Idem in Rege Roma- 23
norum, & Comite Palatino ab eo deputato. Cor. *d.cōs.1. n.18. lib.3. & per tot.* † Extende, quia Imperator potest legitimare per se, vel 24
alium, cui contulit potestatem, spurium in terris de temporali iurisdictione ecclesiæ; quia hoc est volūtariæ iurisdictionis. Calder. *d.cons.468.* alias 3. *qui filii sint legitimi per tot.* Bald. *cons.353. Præsupponendū est, in prin. lib.1.* vbi, quod istud est de patientia ecclesiæ. Bart. *cons.75. Viso instrumento locationis, in fin. ver. quinto quæritur, lib.1.* vbi apost. in *ver. quinto*, quæ dat concord. Vide, *Iurisdictio voluntaria quæ* M
sit, & quæ cōtentiosa. Concl.546. † Item filiū Monialis. Bald. *cons.306.* 25
per tot. lib.2. † Extende; quia Imperator potest legitimare etiam fi- 26
liū sacerdotis quoad honorem, & successionem bonorū patrimonialium. Calder. *cons.468. in fi.* alias 3. *qui fil. sint legit.* Bald. *consil.363. Quæritur, vtrum filius, lib.5.* Signorol. *cons.127. per tot.* vbi multa pulchra. † Extende; quia imo valet legitimatio facta ab habente au- 27
thoritatem ab Imperatore legitimandi, si legitimat filios sacerdotis; quia ex quo respicit bona tempore, quo pater est mortuus sufficit, & est bona. Sign. *cons.127. D. Guilielmus.* † Item potest Impe- 28
rator legitimare incestuosum. Bald. *cons.294 Super primo, in fi. lib.2.* † Restringe; quia Imperator non potest legitimare in terris eccle- 29
siæ, quando consuetudo esset in contrarium. Calder. *cons.468. in princ.* alias 3. *qui filii sint legit.* imo quod nō valeat quoad bona in sta- 30
tu ecclesiæ, & Regis Franciæ. Bald. *cons.206. in fin. lib.2.* † Restrin-
ge; quia Imperator non potest legitimare spurium ad feuda eccle-
siæ. Bald. *cons.214. Casus est talis, post med. ver. & quod dixi, lib.2.* Petr.
de Anch. *cons.326. n.6. ver. præterea*, Castr. *cons.202. lib.2.* † Restrin- 31
ge; quia Imperator non potest legitimare in terris ecclesiæ in præ-
iudicium eorū, qui non consentiunt. Bald. *cons.67. Quæritur est, in*
fin. lib.1. Alex. *cons.67. Consideratis iis, n.8. lib.1.* vbi dicit magis * com- *
munem. † Restringe, etiam si præiudicium tertii consistat in spe; 32
quia quoad nō consentientes non valet legitimatio Imperatoris
in terris ecclesiæ. Alex. *cons.67. n.8. lib.1.* † Ratio est; quia iurisdictio 33
voluntaria bene exercetur, sed contentiosa nō potest exerceri per
Imperatorem in statu ecclesiæ. Alex. *d.cons.67. col. fin.* vbi dicit ma-
gis * communem, *lib.1.* † Restringe; quia Imperator non potest le- *34
gitimare derogando iuri Canonico. Bald. *cons.373. Præmittendū est,*
n.3. lib.1. † Restringe; quia nō potest Imperator legitimare natum 35
ex matrimonio interdicto ab ecclesia. Angel. *cons.350. in fin. ver. no-*
tabiliter. † Restringe; quia nō valet legitimatio facta per Impera- 36
torem in statu ecclesiæ de non subdito sibi, quando partes nō pro-
rogarent iurisdictionem, sed contradiceret ille, de cuius præiudi-
cio agitur, quia tunc non potest legitimare. Ang. *d.cons.350. nu 5.*
† Restringe, quando adesset in terris ecclesiæ lex prohibens vale- 37
re legitimationem Imperatoris, vel è contra in terris Imperii, sic
innuit Collegiū Bononiæ inter consilia Floriani *cons.26. n.41. circa*
fin. & plenius *n.46.* † Restringe; quia nō valet legitimatio Impera- 38
toris facta in statu Ecclesiæ, quando Papa cōtradiceret, & hoc mo-
do procedit opinio cōtraria Ang. *d.cons.350. n.5.* † Restringe; quia 39
nō potest Imperator in terris suis legitimare etiā naturales, vt suc-
cedant in feudis ecclesiæ. Signor. *cons.218. n.11. ver. venio ad tertium,*
cum seq. † Restringe; quia non potest legitimare ad emphyteusim, 40
vel feudū ecclesiæ non consentiente Episcopo. Signor. *d.cons.218.*
n.13. & seq. † Restringe; quia Ecclesiasticæ personæ non possunt 41
prorogare iurisdictionē in terris ecclesiæ, vt Imperator legitimet
eas, hoc videtur velle Ang. *d.cons 350. n.5. in princ.* † Contrarium te- 42
net Sign. *cons.127. Dominus Guilielmus, per tot.* † Restringe; quia non 43
potest Imperator in terris ecclesiæ legitimare quoad bona, quæ
sunt de iurisdictione ecclesiæ, sicut nec Papa in terris Imperii quo-
ad bona, quæ nō sunt de iurisdictione Papæ, alias secus; quia bene
potest Papa in terris Imperii legitimare non subditū quoad bona
ecclesiastica existentia in terris Imperii. Cuma. *cons.168. Reuerēdus*
pater, per tot. & idem tenet de vtroque consensu Castr. *cons.34. in*
princ. lib.2. ver. sed si talem potestatem. † Contrarium, quod Imperator 44
non pos-

* non possit legitimare spurium in terris ecclesiæ, est * communis opinio, de qua attestatur Fulgos. *cons.23. Hengel. Petrus,n.2.* & hanc partem tenet Alex. *cons.67. Consideratis,n.8.lib.1.* vbi apostilla in *ver. Ecclesiæ*, allegat Deci. *cons.150.* & eam tenet Castr. *d.cons.34. in princ. lib.2.ver.sed sit talem, & cons.267.n.3.lib.2.* vbi citat omnes Canonistas antiquos, & dicit temerarium recedere ab hac opinione, quia Imperator iurat in *Clem. 1. de iureiuran.* nullã exercere iurisdictionem
45 in statu ecclesiæ. † Declara; quia quicquid sit; an possit Imperator legitimare in terris Papæ, & è cõtra, si Papa cõfirmat legitimationem Imperatoris, bene valet sine dubio, & è contra. Castr. *cõs.125.*
46 *Dubitatur, in fi.lib.2.* † Amplia; quia legitimatus ab Imperatore intra suũ territorium erit legitimus reputandus vbique, etiã in statu ecclesiæ quoad temporalia, & ea in quib⁹ Imperator potest disponere. Ang. *d.cons.350.n.6.ver. descendo nunc.* plura pro vtraq; Floria. de S. Petro in *3.quæst.in vltimo dubio à n.9. vsque* 19. vbi infinita argumenta adducit, Primo; quia res, quæ sortitur effectum, extenditur vbique; Secundo act⁹ validus ratione personæ est etiã ratione bonorũ, vt in tutela patet & in sententia; item quia persona p priùs bona secundario p posterius; Tertio actus afficiens, & cõcernens personam vbiq; committitur; item instrumentum à Notario Imperiali vbiq; valet, Imperator creat Notarios vbique; item hæres ex testamento secundũ consuetudinem loci rogitus vbiq; est hæres; sit legitimatio est indiuidua; item iurisdictio voluntaria vbiq; exercetur: & quia Papa in terris Imperii dispẽsans super matrimo-
47 nio confert successionem bonorũ. † Extende; quia bene valet legitimatio facta p Papã, vel Imperatorem quoad honores, & alia, in quibus tertio nõ fit præiudicium extra iurisdictionem eorum.
48 Ang. *d.cons.350.n.9.* † Extende; quia valet etiam passiue, vt succedatur legitimato; ideo pferri debent agnati cognatis, ex quo agitur solũ de præiudicio legitimati; quia hic cõsentit. Ang. *d.cons.350.*
49 *n.9.ver.in successione vero.* † Extende; quia bene extenditur legitimatio Papæ, vel Imperatoris ad bona extra statum legitimantis, quando prima causa successionis spectat ad subditos legitimantis, perinde, ac si bona essent in statu suo. Angel. *d.cons.350.n.10. in fine,ver.vnum autem dubium.* ibi nihil soluit, & pro vtraq; parte alle-
50 gat. † Extende; quia etiã non subditus legitimatus per Papam, vel Imperatorẽ in loco nõ subdito dicitur legitimatus quoad omnia loca, & vbique in iis, in quibus non fit præiudicium tertio, etiam si non sit apposita clausula derogatoria in legitimatione. Angel. *d.*
51 *cons.350.n.11.ver.ad quartũ.* † Extende, vt quæ dicuntur de Imperatore in terris ecclesiæ, habeant locum in Papa extra terras ecclesiæ
52 quoad temporalia. Ang. *d.cons.350.n.8. ver.igitur erit.* † Contra ampliationem idẽ Florian. *d.qu.3.in vltimo dubio.n.19. vsq; in fi.* Primo; quia iudex etiã inter subditos non iudicat de bonis extra suam iurisdictionem; item suã sententiam nõ exequitur extra iurisdictionem; Tertio datio tutoris quoad bona extra iurisdictionẽ nulla, & legitimatio diuisibilis secundũ bona, prout idem de vnico patrimonio defuncti, quod diuiditur secundũ diuersitatem successionis; Quarto nec legitimatio Papæ extẽditur in territorio Impe-
53 rii, *c.per venerabilem, qui fil.sint legit.* cũ tamen Papa habeat plenitudinem, sicut Imperator; Quinto quia alias afficeret personas sibi nõ subditas; itẽ quia ex quo agitur de præiudicio tertii, non potest citari, prout debet citari. Sexto discretio legitimorũ, & illegitimorum est de iure Canonico, & Ciuili; igitur nõ tollit Imperator ius Canonicũ, maxime in terris Papæ; Septimo hanc partem tenent Iacob. Butrig. Guil. de Cun. Bart. Bald. & alii, & in fine dicit, quod multa collegia Doctorum Italiæ in hoc articulo varia consilia pro
55 vtraque parte scripserunt. † Vide in hac quæstione, an Imperator possit legitimare Perusinum spurium in statu Imperii, vt sit etiam legitimat⁹ in Ciuitate Perusii, quæ est de statu ecclesiæ, pro vtraq; parte Collegium Doctorum Bononiæ inter conf. Floriani à S. Pe-
tro *cons.26.à n.30. vsque* 38. quod non, & *à n.38. vsque ad n.43.* quod sic, & *n.42.* dicit affirmatiuam tenuisse Iaco. Butrig. in *1.constit.* C. & Iacob. Belũi. in quadam sua disp. tamen declarat per plures casus.
54 Primus † casus est; quia neq; Papa, neque Imperator possunt legitimare spurium, seu natum ex patre, & matre, inter quos nõ posset de iure diuino esse matrimoniũ; quia isto casu, nec vere, nec ficte
55 potest fieri legitimus. Floria. *d.cons.26.n.43. & 44.* † Secundus casus, qñ natus ex patre, & matre coniugatis, inter quos nõ erat impedimentũ de iure diuino, sed de iure Canonico; tunc solus Papa potest vbiq; legitimare; & idem, si natus nõ in figura matrimonii, quando viuunt parentes, & volunt contrahere; quia solus Papa dispensat, & vbiq; legitimat. Floria. de S. Petro *d.cõs.26.n.44. & 45.*
56 Tertius † casus, quando natus ex parẽtibus nõ in figura matrimonii, & iure inter quos non poterat esse matrimoniũ de iure Canonico; sed quia sunt mortui, neq; hodie potest dari dispensatio; & isto casu, neq; Papa, neq; Imperator possunt legitimare, & si legitimant de facto, erit habilitatio, & dispensatio odiosa, & restringenda, quæ habet diuiduitatẽ, vt valeat solũ quoad bona in terris de iurisdictione legitimãtis, plene Floria. *d.cons.26.n.45. & 46.ver. si vero.* † Restringe; quia licet legitimatus ab Imperatore tanquam 57
subditus, & in territorio suo, sit etiã legitimatus vbiq; etiã in statu ecclesiæ, hoc intelligitur quoad ea, in quibus tertio præiudicium non infertur; & ideo non succedet illis; qui tali legitimationi non consenserunt. Ang. *d.cons.350.n.6. in fin. & n.7.ver. & hoc intelligo*; vt idem in Papa legitimante subditũ suum in statu ecclesiæ; quia non succedet illis, qui non consenserunt extra statum ecclesiæ. Angel. *d.cons.350.n.8.* concor. Bald. *cons.336. Verba priuilegii, lib.2.* † Restrin- 58
ge igitur; quia spurius de statu ecclesiæ ab Imperatore legitimatus si cõstituatur hæres, nõ valebit talis institutio, sed nec administratio bonorũ per iudicem decreta, quia est incapax. Floria. *d.cons.26.*
n.47. & seq. & n.53. cum seq.ver.nunc circa quartum. † Declara; quia di- 59
citur inferre præiudiciũ, quando succeditur alicui, qui nõ consensit, vel succeditur etiã ei, qui consensit, quando non poterat filios priuare, vel alios; quia tunc nõ valet, si illi, quibus debetur hæreditas, vel portio ex necessitate, nõ consentiunt; ideo non succedet legitimatus à patre, nisi patri, si nõ habet filios, & si habet filios legitimos, qui nõ consenserunt, non etiam succedit patri. Angel. *d.*
cons.350.n.8. & seq. ver.si igitur dicta filia. † Idẽ est quoad omnia bo- 60
na, quæ nõ sunt in iurisdictione Cæsaris, sed Ecclesiæ; quia legitimatus per Imperatorem nõ est capax bonorũ, quæ sunt in iurisdictione ecclesiæ, sed licet sit facta de subdito ecclesiæ, vel in terris ecclesiæ, bene erit capax bonorũ in iurisdictione Imperatoris legitimantis. Cuman. *cons.168.n.4.ver.caterum, & si Papa.* † Restrin- 61
ge in legitimato per oblationem Curiæ; quia nõ erit legitimatus, nisi intra territorium illius Curiæ. Ang. *d.cons.350.n.6.ver.descendo*
nunc. † Idem, quando est legitimatus ab alio inferiore; quia nõ ex- 62
tenditur legitimatio extra territoriũ eius, qui legitimauit. Angel.
d.cons.350.n.6.ver. & infert ex hoc. † Idem quoad feuda, quæ de con- 63
suetudine essent peruentura ad agnatos; quia nõ habet legitimatus per Imperatorem de consensu patris feuda extra statutũ Cæsaris, quæ sunt peruentura ad agnatos mortuo patre, nisi ipsi cõsenserint in sui præiudiciũ. Ang. *d.cons.350.n.10.ver.item ex iis.* † Item 64
quoad substitutũ ex fideicommisso; quia illi non præiudicat quæcunq; legitimatio facta per Papam, vel Cæsarem extra iurisdictionem sine consensu suo. Angel. *d.cons.350. nu.10. ver.eadem ratione.*
† Amplia; quia legitimatio spurii per Papam fieri potest pariter in 65
territorio alieno, *c.per venerabilem, qui filii sint legit.* Castillio. *cons.20.*
n.15 & 16.ver.nemini dubium. Cuman. *cons.168.n.4.ver.caterum & si* 66
Papa. Vide, *Spurii per quem possint legitimari. Concl.* 412. † Et quoad
spiritualia solus Papa legitimat per totum orbem; quia totus orbis est de iurisdictione Papæ quoad spiritualia. Angel. *d.cons.350.n.8.* Castillio. *d.cons.20.nu.16.* Cuman. *cons.168. col.3.in fin.ver.caterum.* Castr. *cons.467.n.3.lib.2.* † Extende; quia Papa potest legitimare 67
spurium etiã in terris Imperii, & vbique, quando est natus in figura matrimonii inter coniunctos gradu prohibito de iure Canonico. Castr. *d.cons.467. Viso puncto,n.7.lib.2.* vbi secus in Imperatore.
† Extende, vt idem sit, quando spurius non est natus in figura ma- 68
trimonii, si ambo parentes viuunt, & matrimonium contrahere volunt; quia dispensando super matrimonio legitimare potest filios vbique. Castrens. *d.cons.467.n.7.lib.2.* secus est in Imperatore.
† Extende; quia Papa potest legitimare nõ subditum in terris Im- 69
perii, quoad successionem feudalem in terris Imperii; quãdo feudum est ecclesiæ, licet sit in terris Imperii. Cuman. *cons.168. Reuerendus Pater, n.4.ver.certum est etiam.* Castill. *d.cons.20.n.14. cum seq.*
† Extende, vt procedat, etiam si feudũ esset Imperiale, quando fie- 70
ret de consensu patris vasalli, & Imperatoris domini feudi; quia valeret legitimatio vbique facta. Cuman. *d.cons.168.n.4.* Castill. *d.*
cons.20.n.15. † Extende; quia multo magis potest Papa legitimare 71
quemcunq; spurium in statu ecclesiæ. Bart. *cons.75. Viso instrumento,n.2.ver.sed si legitimaretur, lib.1.* † Restringe; quia Papa nõ potest 72
legitimare extra terras ecclesiæ in terris Imperii cum præiudicio iuris tertio quæsiti. Bald. *cons.336. Verba primi priuilegii. lib.2.* Anch.
cons.409.n.4. & 320.n.6.ver.postremo in casu conuerso. † Restringe, qñ 73
spurius esset natus in gradu prohibito de iure diuino; quia neque Papa, neque Imperator possunt legitimare. Castr. *d.cons.467.n.7.*
l.b.2. † Restringe, vt idem sit, quando spurius est natus in gradu 74
prohibito de iure Canonico, & parentes, vel alter eorum est mortuus, ita q̃ non potest esse matrimoniũ inter parentes, quia neq; Papa, neq; Imperator possunt vere legitimare. Castr. *d.cons.467.*
n.7.ver.si vero matrimonium, lib.2. † Declara tamen, quia si Papa vel 75
Imperator legitimant in casibus sibi non permissis, talis legitimatio non est proprie legitimatio, quæ non potest diuidi, nisi sortiatur effectum quoad omnia, sed erit habilitatio, & dispen-

satio,

satio, quæ est diuidua, & odiosa, & restringenda, & propterea habebit locum quoad ea, quæ possunt fieri, vt quoad officia, honores, priuilegia, & etiam successiones in territorio legitimantis, non extra, & de consensu eorum, qui volunt talem sibi succedere, non autem vt præiudicet iurisdictioni alterius, neque iuri alteri quæsito. Castrens. plene *d. consil. 467. num. 7. ver. sed licet non possint, lib. 2.* † Declara secundo; quia Papa in terris Imperii non potest legitimare quoad successionem, puta approbando matrimonium, quod de iure Ciuili est prohibitum. Bald. *consil. 67. in fin. ver. nam nec Papa, lib. 1.* † Restringe; quia non valet legitimatio in terris ecclesiæ facta per Imperatorem, quando legitimatus esset exosus, prout natus ex religioso, vel adulterio, aut incestu, quia ecclesia difficillime dispensat cum istis. ita Alex. *consil. 87. In causa mota, in fi. lib. 3.* vbi, quod in istis requiritur derogatio specifica.

Legitimatio & dispensatio differunt, & in quibus, & qualiter cognoscantur. Concluſ. 220.

1 LEGITIMATIO † differt à dispensatione; quia dispensatio respicit solam successionem, & est magis odiosa, quam legitimatio. Brun. in *tract. quod stantibus masculis, artic. 12. n. 77. ver quarto limitatur.* Castrens. *consil. 30. per tot. lib. 1.* Ang. *consil. 265.* quod est cons. Baldi, sequitur Corn. *consil. 93. Primo aspectu, n. 17. & seq.* Vide, *Legitimatio quid sit, & ad quid inuenta. Concluſ. 213.* † Dispensatio autem dicitur, & non legitimatio quando quoad quædam habilitatur, non quoad omnia, veluti si habilitatur quoad succedendum tantum, vel quid simile. Castrens. *d. consil. 30. n. 2. ver. ex iis infero, lib. 1. & n. 4.*

3 † Amplia; quia dispensatio dicitur, & non legitimatio, quando non legitimatur quoad omnia, sed vt certo modo succedat. Alex. *consil. 25. Circa primum, n. 5. lib. 1.* vbi apost. in *ver. dispensatio.* Castrens. *consil. 220. Visa supradicta, col. 2. post med. ver. præterea notandum est, lib. 2.* Alex. plenius *consil. 199.* quod est vltimum, *lib. 5.* vbi apostill. in *ver. dispensatio,* citat concord. infinitos, & ibi dicit Alex. *n. 8.* quod est odiosa, idem Alex. *consil. 30. Vltra ea lib. 4. per tot.* vbi apostil. citat Castr.

4 *consil. 30. lib. 1.* † Et licet legitimatus possit impugnare testamentũ, & dicere nullum, sicut legitimus & naturalis, secus in dispensato quoad aliqua. Alex. *consil. in. n. 6. ver. & per hæc, lib. 5. & consil. 30. lib. 4. in fin.* vbi, quod non potest impugnare testamentũ patris. † Contrarium, quod non sit dispensatio; sed imo legitimatio fauorabilis, quando fit de filio naturali: secus, quãdo fit de spurio, tenet Mandell. *consil. 7. n. 3. & seq.* & quod sit legitimatio modificata, apostill. ad

6 Alex. *d. consil. in. lib. 5. in ver. dispensatio.* † Et talis legitimatus solum ad id quod pater reliquerit, vel patri videbitur, etiam respectu legitimæ importat, vt neque possit habere legitimam, si non est relicta à patre. Mandell. *d. consil. 7. n. 4. & seq.* Alex. plene *d. consil. 30. lib. 4.* vbi quod valet talis legitimatio restricta, vt succedat solũ in illo, quod pater dabit ex testamento, vel ab intestato, & quod dicitur dispensatio, & quod pro legitima nihil potest petere, nisi illud, quod pater dabit. † Extende multis modis per Alex. *d. consil. vlt. lib. 5.* vbi quod omnis conditio seruanda est, siue quod succedat in certa parte, siue in eo, quod patri placuerit, siue, quod non succedat cum

8 legitimis, siue alias. † Extende, vt non solum in legitimato, sed etiam in adoptato cum certa modificatione procedat, Alex. *d. consil.*

9 *vlt. n. 4. ver. & sicut videmus, lib. 5.* † Contrarium quoad emancipationem; quia non potest fieri quoad quædam tantum. Alex. *d. consil. vlt. n. 4. ver. & ideo dicit non obstare, lib. 5.* vbi apostill. citat Tiraquell. in *l. si vnquam, in ver. donatione largitus, C. de reuoc. donat. n. 232.* sed con-

10 trarium *n. 244.* † Declara; quia homo priuatus emancipando non potest facere in parte emancipatum, ex parte non, sed bene princeps, vel lex. Alexand. *d. consil. fin. lib. 5. & 6. & seq. ver. quia respondeo.*

11 † Declara; quia quando legitimatus consensit, res est clara; quia valet cum modificatione facta Alex. *d. consil. vlt. in fin. lib. 5.* & si fit fa-

12 cta à Comite Palatino habente facultatem legitimandi. † Et valet legitimatio, quod legitimatus nõ succedat stantibus legitimis; item, quod non capiat, nisi quod pater ex testamento legauerit, quia est quædam dispensatio quam potest facere quilibet Comes, qui potest simpliciter legitimare. Cuman. *consil. 99. per tot.* quod est

13 subscriptum à Castrense. † Et quod valet legitimatio limitata, vt non succedat, nisi in eo, quod pater voluerit, plene Mandell.

14 *consil. 7. in princ.* Alex. *consil. 30. Vltra ea. lib. 4. circa fin.* † Et propterea hodie omnes legitimationes, quas faciunt Duces, & alii Vicarii perpetui, imo ipse Imperator, quia non possunt quoad spiritualia legitimare, dicuntur dispensationes, & habilitationes, quia fit, quoad quædam, non quoad omnia. Castr. *consil. 34. Super primo, n. 1.*

15 *in fin. ver. non dico, lib. 2.* † Et ideo vbicunque spurius, prout natus ex adulterio, legitimatur, illa legitimatio dicitur dispensatio, quia est odiosa. Decian. *consil. 91. num. 10. lib. 2.* Florian. *consil. 26. num. 45.*

16 vbi declarat. † Differentia inter dispensationem, & legitimationem est, quod dispensatio est stricti iuris, & odiosa, & non extenditur vltra casus expressos. Castrens. *consil. 30. n. 3. lib. 1.* Florian. de S. Petro *d. consil. 26. num. 45. ver. & sic secundum.* Castrens. *consil. 200. col. 2. ver. præterea notandum, lib. 2. & consil. 467. n. 7. lib. 2.* † Et dispen- 17
satio non habet locum contra voluntatem patris neque quoad legitimam, vel supplementum, neque quoad liberam voluntatem disponendi. Castr. *d. consil. 200. colum. 2. ver. præterea notandum, lib. 2.* † Item dispensatio nõ tollit defectus natalium, & ortus illegitimi, 18
licet tollat effectum; secus est in legitimatione. Castr. *d. consil. 30. n. 3. in fin. ver. concluditur ergo, lib. 1. & consil. 467. n. 7. lib. 2.* † Item non 19
tollitur ex dispensatione infectio natiuitatis ipso iure, prout in legitimatione. Florian. *d. consil. 29. num. 45. ver. & secundum prædicta.*

† Item potest reuocari dispensatio per cõcedentem; quia ius quæ- 20
situm non est, nisi ex concessione Papæ. Castr. *d. consil. 200. in fin. ver. nec obstat, lib. 2.* quod est Castr. & Prosdocimi de Comitibus, & *consil. 201.* ℣ est Pauli de Aretio, *lib. 2.* † Declara; quia licet dispen- 21
satio nõ tollat ortum, & sit odiosa, si tamen habilitat ad succedendum, ita tollit effectum impedientem succedere, sicut legitimatio. Castr. *d. consil. 30. ver. nec obstat, sub n. 3. lib. 1.* vbi, quod nõ est adeo stricti iuris, vt concessa super vno non extendatur ad aliud, quod sequitur ex concesso. † Et dispensationi potest dispensatus etiam 22
sine iuramento renunciare, vt non succedat, non sic, quando esset habilitatus in totum. Castr. *d. consil. 201. Visis impetrationibus, lib. 2.* quod est Pauli de Aretio. † Et ℣ aliud sit legitimatio, aliud dispen- 23
satio. Cuman. *consil. 117. Innocentius VIII. n. 2. & 3.* Anchar. *consil. 241. Ex tenore, in princ.* † Extende; quia etiã legitimatio dicitur dispen- 24
satio, quando quis semel fuit prius legitimatus sine successione, nisi ex testamento; quia si fiat secunda legitimatio cum successione, erit simplex dispensatio odiosa. Socin. *consil. 246. Eleganter, n. 3. ver. secundo principaliter, lib. 2.* † Contrarium, quod imo legitimatio 25
habet vim, & naturam dispensationis; & ideo non debet fieri sine causa, & maximè in inferiore legitimante; quia debet adhibere causæ cognitionem, licet in principe causa præsumatur. Alexand. *consil. 60. Visa legitimatione, n. 18. & seq. ver. rationis ergo, lib. 2.* † Am- 26
plia, quia dispensatio non tollit defectum illegitimitatis; secus in legitimatione secundũ Corn. *consil. 93. Primo aspectu, n. 14. & seq. lib. 2.* Angel. *d. consil. 265.* vbi, quod dispensatus non habetur loco posthumi, sed sui hæredis, prout habetur legitimatus, refert Corn. *d. consil. 93. n. 17. & seq. lib. 2.* † Et dicitur dispensatio, & non legitima- 27
tio, quando spurius legitimatur, & extant filii legitimi & naturales; quia tunc non succedit simpliciter, sed solum est habilis ad capiendum ex testamento id, quod pater reliquerit ab intestato, nihil capiet. Cuman. *d. consil. 117. n. 2. & seq.* & idem videtur sentire Petr. de Anchar. *consil. 427. in princ.* & plenius *cons. 241. in princ.* vbi, quod habilitatio ad successionem, & honores, & officia pro spurio stantibus legitimis, & ad instantiam patris est dispensatio o- ✠
diosa. Vide, *Spurii per quem possint legitimari. Concluſ. 412.* † Et vbi- 28
cunque non potest esse matrimonium ex prohibitione legis Diuinæ inter parentes spurii, semper dicitur dispensatio, & non legitimatio, quia vbi non potest accommodari veritas matrimonii, neque illius imago potest fingi. Barbat. *consil. 58. n. 6. lib. 2.* † Amplia, 29
quia licet in legitimatione facta cum consensu patris non requiratur citatio filiorum, secundum magis * communem; tamen se- *
cus est in dispensatione. Socin. *consil. 246. num. 6. ver. primo considero, lib. 2.* † Contrarium tenet Cuman. *consil. 99. circa fin.* qui dicit non 30
requiri citationem in legitimatione patris facta, vt possit succedere dumtaxat ex testamento, & ibi Castrens. in fine subscribit, & dicit hanc esse dispensationem, non legitimationem. † Amplia; quia 31
licet sint opiniones, an legitimatus excludat fœminas stante statuto, quod stantibus masculis; tamen dispensatus non excludit vigore statuti prædicti. Socin. *d. consil. 246. in fin. lib. 2.* † Amplia; quia 32
legitimatio est fauorabilis, & late interpretanda; quia licet excludat veniẽtes ab intestato, & illis præiudicet; tamen fit fauorabilis, attenta voluntate, & consensu eius, cui debet succedere. Petr. de Anchar. *cons. 153. Punctus talis est. n. 6.* † Et ideo valet dispensatio Pa- 33
pæ, in qua de consensu patris habilitat spuriũ ad successionem, & sufficit derogatio in genere in terris Ecclesiæ. Anch. *cons. 335. Viso diligenter.* † Dispensatio est odiosa. Castr. *cons. 30. lib. 1. in princ. & per* 34
tot. Corn. *consil. 93. n. 16. lib. 2.* & plenius *num. 19.* vbi, quod subreptio magis de facili admittitur in dispensatione odiosa, quam in legitimatione fauorabili, & quod sit odiosa, & stricte interpretãda dispensatio, legitimatio fauorabilis, & late interpretanda. Anch. *cons.* ✠
427. Circa primũ, in princ. & cons. 241. in princ. Castr. *cõs. 467. n. 7. lib. 2.* Vide, *Legitimatio est fauorabilis, & quando odiosa. Concluſ. 233.* † Am- 35
plia; quia dispensatio Papæ circa spiritualia nõ habilitat, vt dispensatus sit legitimatus circa temporalia extra statutum Ecclesiæ. Fulg. *cons. 72. Supposita Bulla.* † Restringe; quia licet dispensatio sit 36

odio-

odiosa, & restringenda, & non extendatur de casu ad casum, intelligitur de casu maiori, vel simili, sed de minori extenditur, ideo si Papa dispensat cum illegitimo quoad spiritualia, censetur dispensare quoad temporalia, quando agitur cum subdito de iurisdictione temporali Ecclesiæ, ideo succedet tãquam legitimatus secundũ * omnes *in cap. per venerabilem. qui filii sint legit.* ita Fulg. *cons. 72. Suppositæ Bulla, in pr.* qui loquitur in monacho dispensato, 37 vt sit Abbas † Limita; quia dispensatio Papæ circa matrimonium inter consanguineos bene est fauorabilis, & pia, & late interpretanda, ideo conualidat matrimonium à principio, & facit prolẽ ante susceptam legitimam quoad omnia. Boer. *decis. 264. n. 27.* vbi multa hinc inde, & dicit ita de consuetudine seruari.

Legitimatio fieri potest post mortem patris, & in præiudicium iuris quæsiti tertio, & quando secus. Concluſ. 221.

1 REGVLA, † est; quia legitimatio naturalium facta post mortem patris valet de consensu patris, quia nedum concurrit factum Principis, sed patris, ideo legitimatus hoc casu recuperat omnia bona patris. Bald. *cons. 54. Punctus quæstionis, in fin. num. 6. ver.* 2 *quæritur igitur. lib. 4.* † Extende; quia si pater mandauit filium spurium legitimari post mortem suam, tunc recuperabit bona etiam apprehensa per agnatum, vel proximiorem, ad quem spectat successio, si iste non fuisset legitimatus. Florian. de S. Petro *quæst. 3. in vltimo dubio, in princip. numer. 7. versic. idem ibi Bald.* vbi allegat tex. in 3 *authent. item si quis. Cod. de natur. liber.* † Extende; quia vbicunque pater instituit filium naturalem, poterit obtinere legitimationem post mortem patris, & valebit in præiudicium omnium nõ 4 obstante iure quæsito. Bald. *d. consil. 54. in fin. lib. 4.* † Restringe quoad feuda antiqua, & feuda dignitatis. Anchar. *consil. 308. nu.* 5 *4. & seq.* † Amplia; quia legitimatio fieri potest etiam post mortem patris ipsius illegitimi absolute, & talis legitimatio retrotrahitur, ac si esset legitimatus à principio. Cald. *cons. 469. alias 4. qui filii sint legit.* Videratione pro hac parte per Baldum *cons. 15. In quæstione proposita, numer. 2. versic. circa secundum, lib. 4.* vbi licet teneat partem contrariam, tamen multa allegat pro hac parte & plene tenet hanc partem Dyn. *cons. 10. Quæstio talis est, quidam nomine, per tot.* Alexand. plene *consil. 2. numer. 14. vers & non dubium lib. 1.* vbi, quod de plenitudine valet legitimatio post mortẽ patris, & hoc, quando non est adita hæreditas, & ita declarat Dyn. Abbas *cons.* ☞ *84. Videtur primo, num. 3. & sequent. per tot. lib. 1.* Vide, *Princeps vtendo* 6 *plenitudine potestatis quæ possit, vel non. Conclus. 669.* Vide, *Restitutio in integrum quando trahatur retro, vel non. Conclus. 294.* † Contrarium, quod talis legitimatio spurij facta post mortem patris non trahatur retro in præiudicium eorum, quibus est ius plene quæsitũ, & hæreditatem ante legitimationem adiuerunt, tenet Bald. *cons. 13. Viso testamento. num. 3. ver. præterea subtilis.* quod est Argentini Paganini, & Vbertini, & *cons. 14. Super legitimatione. num. 2. ver. nunc ad vires vsque in fin.* quod est Bartholomæi Salyceti, & *cons. 15. In quæstione proposita. num. 2. ver. circa secundum.* quod est Ioannis de Lignano, & Franc. de Rampo. & *consil. 16. Factum sic proponitur, in fin. lib. 4.* quod est Bald. vbi reprobat Dynum, & alios contrarium tenentes, & hanc partem tenet apostilla ad consil. Dyni. 10. *in ver. admittendi,* vbi concord. allegat. Bald. *cons. 100. Factum, super quo consilium. lib. 4.* vbi loquitur in fortioribus terminis concessæ facultatis ab Imperatore, & pro vtraque parte allegat, & loquitur, quando verba priuilegij erant, quod posset fieri citatis, & non citatis, &c. & quod non præiudicetur filijs, & hæredibus, quin ipsi cum legitimandis succedant. Florian. de Sancto Petro. *quæst. 3.* 7 *in vltimo dubio,* vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Declara tamen; quia talis legitimatio facta post mortem patris non confert hæreditatem ipsi legitimato, si iam delata est alijs succedentibus ab intestato, quia in præiudicium eorum non recuperabit bona, in quibus tertio est ius quæsitũ. Cald. *d. cons. 469. in fin.* alias 4. *qui fil. sint leg.* Bald. *cons. 214. Casus est talis, circa fi. ver. modo sequitur. lib. 2. & d.* *cons. 100. per tot. lib. 4.* vbi relatis opinionibus hinc inde ita distin-8 guit. Alex. *cons. 37. per tot. lib. 1.* † Et ista declaratio imo procedit, ét si legitimatus esset institutus hæres; quia si tempore mortis testatoris non est capax, non capit hæreditatẽ, licet legitimetur post. 9 Bald. *cons. 67. Quæsitum est, nu. 4. verb. sed nunquid capere, lib. 1.* † Idem in auo instituente nepotem spurium ex filio spurio præmortuo, vt excludatur ab ijs, qui succedunt ab intestato, & non iuuetur legitimatione obtenta post mortem, aut quãdo hæreditas est adita ab alijs. Bald. *cons. 403. Casus talis est, in fin. n. 3. ver. sed nunquid, lib.* 10 *3.* † Contrarium tenet Alexand. *cons. 2. num. 14. lib. 1.* vbi dicit, quod si non est adita, potest Princeps præiudicare; quia ius adeundi est de iure ciuili, secus quando est adita, quia dominium non potest auferri, & idem etiam dicit Castren. *cons. 34. num. 5. lib. 2.* qui dicit hoc verum, si constat de mente, quod voluit præiudicare, alias si legitimatio est simplex, non tollit ius quæsitum. Abb. *cons.* 11 *84. num. 6. lib. 1.* † Declara; quia legitimatio post mortem patris in præiudicium agnatorum, quibus est ius quæsitum, fieri non potest per Principem Dominum Ciuitatis, & inferiorem Imperatore. Bald. *cons. 361. Verba Bartoli, numer. 2. verb. sed quicquid sit, libro* 5. 12 † Declara similiter, vt non procedat in legitimatione facta à Comite Palatino, quia talis legitimatio est iniuriosa, & si verba facultatis, & legitimationis non sunt clarissima, non se extendunt ad talem successionem. Bald. *d cons. 16. col. fin. ver. iis præmissis, lib. 4.* vbi multa dicit. † Castren. *cons. 34. Super primo, num. 5. ver. mihi vide-* 13 *tur, lib. 2.* sic distinguit in eo, qui ex priuilegio Imperatoris legitimat, quia licet Imperator, si velit; possit tollere ius quæsitum de iure ciuili, tamen per generalem concessionem facultatis legitimandi non censetur concessisse hanc supremam facultatem tollendi ius tertio quæsitum. † Si vero Imperator concessit hanc fa- 14 cultatẽ alicui Principi, vel Comiti Palatino, distinguitur, prout in supremo Principe; quia si simpliciter legitimauit, non censetur voluisse in præiudicium illorum, quibus est ius quæsitum; si vero apparet; quod voluit præiudicare, vt quia dixit expresse, vel quia fecit illos citari, quia ad alium finem citatio non fuit facta, neq; præsumitur facta, nisi ad hunc effectum, & tunc præiudicat; licet non sine peccato facientis, Castren. *d. cons. 34. num. 5. ver. si vero dictam potestatem habet, lib. 2.* & reddit rationem; quia ea, quæ nobis acquiruntur, prout actio, prout ius adeundi, sunt de iure ciuili mere, & possunt auferri. † Ea vero, quæ sunt de iure gentium, vel 15 iure naturæ nobis acquisita, vel apprehensa, prout si iam hæreditatem delatam apprehendit agnatus, tunc legitimatio non præiudicat; quia acquisita de iure gentium non potest auferre Princeps, nisi ex causa publicæ vtilitatis. *l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendic.* Castren. *dict. cons. 34. colum. penul. ver. & sic videtur, lib. 2.* † Ex- 16 tende prædicta procedere etiã in Principibus constitutis ab Imperio, prout in Duce Mediolani, & alijs Baronibus perpetuis, quibus dedit iurisdictionem, & merum imperium, ita, quod ipsi soli exercent iurisdictionem in suis Ducatibus, & Baronijs; quia intra suam iurisdictionem, & inter suos subditos poterunt cum eadem distinctione legitimare. Castren. *d. cons. 34. colum. fin. ver. ex* 17 *eo tamen solo, lib. 2.* † Declara melius, nisi Imperator, vel Princeps expresse disponeret in legitimatione, q; succedat ét in bonis delatis legitimæ filiæ seu alijs, qui successerunt. Bald. *d. consil. 214. in fine, versicul. hæc vera, lib. 2.* Vide tamen Bald. *cons. 16. circa med. vers.* *Comites etiam, lib. 4.* vbi, quod Imperator peccat sic legitimando, quod autem valeat cum expressione, Alexand. *d. cons. 2. numer. 13.* *ver. præterea dato. cum sequent. lib. 1.* & ita in simili Abb. *dict. consil. 84.* *num. 3. & sequent. lib. 1.* vbi, quod potest præiudicare iuri quæsito 18 de iure positiuo absolute, quando facit ex certa scientia. † Declara; quia quando Princeps non aufert directo ius alicui competens, sed potius procedit remouendo obstaculum ab eo, qui esset incapax ad successionem, vel feudum, faciendo eum capacem valet, etiam sine causa. *l. queris, ff. de nat. al. restit.* quia nullus potest hoc casu dubitare quin valeat, vt ibi tex. & plene Curt. Iun. *cons.* *1. num. 22. & sequent. ver. quarta conclusio.* vbi loquitur in eo, qui fuit habilitatus per legitimationem, quia incapax, vel in eo, qui ex fœmina descendit, habilitato; quia non aufertur ius ab aliquo; sed prorogatur. Brun. *cons. 1. num. 56. cum sequent. ver. tertio pro præ-* *dicta. & cons. 2. & consil. 3.* & ita loquitur Abb. *d. consil. 84. Videtur* *primo num. 3. & sequent. lib. 1.* vbi ponit multa exempla, in quibus princeps facit valere à principio actum nullum ex lege positiua, quia si tollit legem annullantem ex certa scientia, valet à principio, & nullus potest conqueri. Vide, *Derogatio legibus, & aliis in ge-* *nere facta. Conclus. 216.* † Contrarium, quod Princeps non possit 19 etiam ex certa scientia, & de plenitudine legitimando illegitimũ habilitare eum, vel fœminam in præiudiciũ vocatorum, plenissime Ias. *cons. 233. per tot.* & adducit 13. fundamenta, & tollit contraria, quia princeps ligatur contractu, & est in eodem casu illorum de Scarampis, *lib. 2.* quod est etiam inter consil. Brun. *consil.* 8. & Soc. Iun. *inter consil. Brun. consil. 7.* & alius Doctor *inter consil.* *Brun. 4.* † Et quando valeat, vel ne legitimatio facta post mortem 20 patris, & post aditam hæreditatem per agnatos, & quando præiudicet agnatis, vel non. Ias. *consil. 127. lib. 4.* † Extende; quia pa- 21 ter potest legitimare infantem spurium etiam ad hæreditatem maternam, quæ per mortem matris est delata legitimis filijs, sed non adita, & valebit talis legitimatio, etiam non citatis legitimis, quia pendente iure deliberandi Imperator potest præiudicare, quia est de iure positiuo. Bald. *consil. 119. Quidam vxoratus, per tot.*

22 *lib.5.* † Extende, seu declara, quia si legitimandi sunt nati in figura matrimonii in casu prohibito à lege positiua, Papa etiã in terris Imperii, & vbique potest legitimare etiam mortuis parentibus etiam in præiudicium eorum, quibus est ius quæsitum, quia cum sua constitutio canonica sit, quæ facit non legitimos, potest eam tollere ab initio. Anchar. plene *consil.* 409. *Viso, & diligenter, num.* 4. *& sequent. verb. sed est etiam*, si vero in casu prohibito à iure diuino, vel etiam sine velo matrimonii, non potest, nisi vt nunc
23 fieri. † Extende, seu declara; quia bene valet legitimatio facta post mortẽ patris in præiudicium eorum, quibus erat ius quæsitum, quando ille, cui esset ius quæsitum, esset priuatus à lege ex causa immediata, veluti si proximior agnatus interfecit habentem spurium, quia legitimatio spurii post mortem patris excludit interficientem. Angel. *cons.* 401. *Petrus Paulus. num.* 4. *ver. ad vnum, quod post*,
24 quod est Benedicti de Plumbino. † Extende; quia valet legitimatio facta post mortem patris, quando pater concessit, quod possit legitimari, quia tunc recuperat bona ab alio apprehensa.
25 Vide supra *in princip. nu.* 1. *& seq.* † Amplia; quia valet legitimatio spurij facta post mortem patris ad effectum, vt pax sit petenda à legitimato filio occasione necis patris, stante statuto, quod pax debeat obtineri à filijs, & ab agnatis, si filij nõ extant, quia ex quo legitimatio est ante pacem, sufficit, Angel. *dict. cons.* 401. *num.* 5. *ver.*
26 *alio modo*, quod est Benedicti de Plumbino. † Contrarium tenet Ang. *d. cons.* 401. *in ver. In quæstione prædicta in princ.* vbi reprobat cõsilium præcedens Benedicti de Plumbino, vbi, quod debuerunt
27 citari agnati, quibus erat ius quesitum circa pacẽ faciendã. † Amplia; quia valet legitimatio filii facta in præiudicium substituti in casu decedentiæ sine filiis legitimis & naturalibus, etiam si hæres sit sacerdos carens omni spe filiorum, quando fuit facta legitimatio specifica in præiudicium substituti. Alex. *cons.* 2. *n.* 13. *ver. præterea*
28 *dato, lib.* 1. † Extende etiã respectu fideicommissi; quia communis
* est * conclusio, quod legitimatus excludat substitutum. Rimin.
☞ *consil.* 46. *num.* 63. *lib.* 1. Vide plenius, *Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionalibus, vel non. Concluf.* 238. &
29 *Concluf. ibi prox. sequent.* † Extende; quia imo valet facta post mortẽ patris, quando hæreditas est delata, sed non apprehensa, quia ius adeundi est de iure ciuili: secus si esset apprehensa, quia dominium est de iure gentium. Alexan. *d. consil.* 2. *num.* 14. *lib.* 1. vbi dicit valere de plenitudine, & sine citatione. Castrens. *consil.* 225. *lib.* 1. Ias. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, num.* 122. *& sequeni. ff. de liber. & posth.* Deci. *in l.* 1. *in fine. C. de secund. nupt.* Natt. *consil.* 470. *numer.* 24. *&* 25.
30 † Contrarium, quod legitimatus non excludat substitutum, quãdo hæreditas est delata per mortẽ hæredis ante legitimationem,
31 tenet Alex. *cons.* 25. *in princ. ver. ad idem facit.* † Declara; quia cõmu-
* nis est * opinio, quod legitimatus excludat substitutum, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit. Rolan. à Valle *cons.* 67. *n.* 16.
* *lib.* 3. *cum seq. & cons.* 83. *num.* 19, *versic. non obstat, eodem lib.* vbi de * cõ-
32 * muni. † Extende declarationem, & communem, * etiam si agatur de succedendo nobili, quia alias nunquam, vel raro haberet locum legitimatio. Roland. à Valle *dict. consil.* 67. *num.* 26. *&* se-
33 *quent. lib.* 3. † Declara, vt hoc sit verum; quando de substituto est in specie facta mentio, alias non. Rimin. Iun. *cons.* 46. *num.* 62. *lib.*
34 1. *& sequent.* † Declara; quia etiam si sit delata, & addita hæreditas, si tamẽ non est apprehensa possessio, potest Princeps legitimare in præiudicium agnatorum, quia dominium animo quæritur de iure ciuili, sed per apprehensionem possessionis acquiritur de iure gentium. Alexand. *d. cons.* 2. *num.* 14. *ver. plus dicit, lib.* 1. Natt. *d. cons.* 470. *n.* 24. *&* 25. Ias. *in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n.* 124. *ff. de liber. &*
35 *posth.* † Extende, quia imo etiam valet legitimatio facta in præiudicium substituti sine vlla citatione quando ius est in spe, licet nõ sit de plenitudine. Alex. *cons.* 2. *num.* 14. *& seq. ver. sed fortius, lib.* 1. & quia facilius impeditur ius quærendum, quam tollatur ius quæsitum. Flor. de Sancto Petro *qu.* 2. *in* 2. *dubio, n.* 30. Natt. *d. cons.* 470.
36 *nu.* 24. *&* 25. † Contrarium, quod imo legitimatio spurii facta per Regem etiam cum clausula, *non obstante, & de plenitudine potestatis*, non excludat substitutum, quando iam mortuus est testator, tenet per plura Alexand. *consil.* 67. *Consideratis iis. num.* 3. *lib.* 1. maxime
37 quando non sunt citati substituti. † Declara, quia filius legitimatus nulliter non excludit agnatum; licet non adierit hæreditatem, & legitimatio fuerit confirmata per Principem cum clausula generali, *non obstante*, tenet Alexand. *consil.* 37. *In causa mota, per*
38 *totum. lib.* 1. vbi est casus. † Eandem declarationem, quod in confirmatione legitimationis nullius facta per Principem postquã est delata hæreditas, tertio; quia non præiudicat, vt trahatur retro. Alexand. *cons.* 37. *In causa mota, lib.* 1. *& consil.* 87. *In causa mota, num.* 3. *ver. nec obst. at si dicatis, lib.* 3. *cum sequent.* vbi, quod non trahi-
39 tur retro in præiudicium iuris quæsiti tertio. † Amplia; quia legitimatio facta, antequam alteri sit ius quæsitum, valet Natt. *d. consil.* 470. *numer.* 24. *&* 25. etiam si fiat legitimatio sine causa: Brun. *cons.* 1. *num.* 54. *& seq.* Io. Campeg. *inter consil. Bruni consil.* 2. *nu.* 37. *& seq.* Io. de S. Iulia cuius est *consil.* 3. *Bruni num.* 8. *& seq.* & idem Brun. *cons.* 6. *n.* 6. *& per tot.* † Extende, etiam si agatur de feudo de- 40
bito alijs vocatis. Natt. *cons.* 506. *n.* 5. † Declarat Crau. vt princeps 41
possit tollere ius quærendum, non autem quæsitum ex contractu, vel vltima voluntate, & hoc si faciat de plenitudine, vt *consil.*
135. *n.* 7. *& seq.* vbi multos allegat. † Extende; quia legitimatio fa- 42
cta de consensu patris ad bona omnia etiam feudalia amplissima cum verbis, quod perinde succedat, ac si de legitimo matrimonio natus, & conceptus foret, comprehendit omnia bona, etiam quæ in solos natos, & conceptos de legitimo matrimonio peruenire debent. Anchar. *cons.* 308. *Prima facie, in princip.* † Declara ta- 43
men: quia debet restringi; quatenus præiudicet tertio, ideo non capit feuda dignitatis, neq; feuda antiqua debita solis legitimis; quia restringitur ad bona, & feuda patris consentientis. Anchar.
d. consil. 308. *num.* 4. *& sequent.* † Amplia; quia potest per saltum fie- 44
ri legitimatio ex priuilegio principis; ideo auus mortuo filio potest ibi legitimare in nepotem filium naturalem; vel spurium ex filio mortuo, & valebit legitimatio. Bald. *cons.* 206. *Casus talis est, quidam. num.* 3. *ver. sed posito, quod essent. lib.* 3. † Secus esset; si legiti- 45
matio fieret per auum ex institutione in testamento facta de filio naturali, vel spurio ex filio legitimo præmortuo; quia non valeret; ex quo tempore legitimationis matrimonium non poterat esse inter filium mortuum, & fantolastram, ex qua nepos est genitus. Bald. *consil.* 180. *Mortuo filio, in fin. versic. venio ad tertium. lib.* 3.
† Limita; quia legitimatio non potest fieri post mortem patris, 46
quando adesset fideicõmissum, vel donatio conditionalis, quod siquis decederet sine filijs legitimis, vel sine filijs legitimatis; quia requiritur; quod sit facta legitimatio tempore mortis, ex quo dicitur descendere sine legitimis, vel legitimatis, & propterea non valet in præiudicium vocatorum ad fideicommissum. Bald. *dict. cons.* 13. 14. 15. *&* 16. *per tot. lib.* 4. vbi est casus, & sunt consilia diuersorum, vbi, quod ista legitimatio requiritur tempore mortis gratiati; quia nõ est verum, quod tempore mortis habuerit filios legitimos, maxime *consil.* 14. *in princip.* quod est Bart. Salyceti, *lib.* 4.
& ita tenet apostill. ad Alexand. *consil.* 2. *num.* 13. *ver. excluderetur. lib.*
1. † Limita; quia non valet, quando adesset conditio. *si decesserit si-* 47
ne filio legitimo de se nato, quia in hoc Imperator non potest; legitimare, vt dicatur ex eo legitime natus, maxime, si legitimatio fiat post mortem. Bald. *d. cons.* 13. *circa si. ver. præterea ad hoc lib.* 4. *& cons.*
206. *Videamus per tot. lib.* 2. & idem si diceret sine filijs legitime na- *
tis, communem * dicit Alexand. *d. consil.* 2. *num.* 13. vbi etiam a-
postilla *in ver. excluderetur. lib.* 1. † Declara tamen; quia si esset facta 48
legitimatio viuente patre cum derogatione, valeret legitimatio.
Bald. *d. cons.* 206. *lib.* 2. † Imo, quod talis legitimatio latissima fa- 49
cta de consensu patris non extendatur ad feuda antiqua, quę debentur natis ex legitimo matrimonio, per plura Anchar. *consil.*
308. *Prima facie*, vbi, quod etiam si sit dictum, quod succedat in feudis; non intelligitur de feudis nobilibus, & ab alio, quam à patre acquisitis. † Limita; quia licet filius possit recuperare inof- 50
ficiosam donationem patris pro legitima; tamen si pater habens spurium donet omnia bona sua, postea legitimet spurium, non reuocabit donata, secus si per subsequens matrimonium; quia pro legitima reuocabit. Bald. *in l.* 1. *colum. fin. C. de reuoc. donatio.*
† Limita; quia ad hoc, vt legitimatio fieri possit à patre nominan- 51
te filium in testamento filium & hæredem, requiruntur plura copulatiue, quod matrimonium possit esse inter patrem & concubinam, videlicet, quod ipsa vxor patri esse posset, *auth. item si quis. C. de natural. liber.* quod verbum, *esse posset*, intelligitur, videlicet natura; quia viuat, item, de iure, quia non prohibita, item, de facto; quia non absens, item, secundum bonos mores habito respectu ad qualitatem personarum, ita consuluisse Bar. affirmat, & sequitur Bald. *consil.* 180. *Mortuo filio, in fin. lib.* 3. † Contrarium 52
tenet Bald. quoad requisita *cons.* 195. *In hac causa, nu.* 2. *ver. restat videre. lib.* 3. vbi, quod est truffa, quod debeat viuere, non abesse, & circa bonos mores, quia imo matre mortua, & absente, potest legitimatio fieri per patrem, & boni mores non considerantur in concubina, quæ non potest habere bonos mores. † Limita, quia 53
legitimatio non potest fieri post mortem legitimati, quia si non viuit tempore, quo legitimatur, nihil valet; quia est quædam regeneratio, quæ fieri non potest mortuo eo, qui debet regenerari. Bald. *cons.* 359. *Proponitur, quod inter. in pr. lib.* 1. Vide, plenius, *Resti-* ☞
tutio facta ap Principem extenditur. Concl. 300. *n.* 41. *& seq.* † Limita; qa 54
stante statuto, quod extantibus masculis fœminæ nõ succedant, si quis relinquat fœminã legitimam, & naturalem, ac masculum

natura-

naturalem, qui legitimetur post mortem patris, & postquam hæreditas fuit adita per fœminam, non excludit fœminam ex quacunq; ampla legitimatione facta per Comitem Palatinum, etiam si priuilegium sit cum verbis, quæ videntur hoc importare; quia in dubio fit interpretatio, vt non tollatur ius legitimorum. Bald. *cons.100.lib.4.per tot.* maxime *in fin.* † Limita; quia legitimatio filij non valet, vt sic legitimatus succedat in Regno, qñ de consuetudine Regnum esset debitum alteri non illegitimo. Alex. *cons.25.n.6.lib.1.* vbi dicit, quod contraria procedunt quoad bona patrimonialia. † Extende, etiam si legitimatio fieret à Papa de filio Regis Aragonum exempti, quia non potest Papa etiam de volũtate Regis præiudicare alteri, cui Regnum debetur. Alex. *cons.67.n.4.ver.iuuatur ista conclusio, lib.1.* † Extende; quia non valet in præiudicium primogeniti, vel habentis ius ex contractu, vel testamento de futuro, quando habet causam de præsenti, vel præterito, quia est considerabile. Riminal. *dict. cons.46.num.66.lib.1.cũ sequent.* maxime *num.73.* † Limita; quia non potest Imperator, vel alius princeps tollere ius quæsitum iure diuino, naturali, vel gẽtium, aut ex contractu. † Declara, vt non procedat, quando princeps fuit causa acquisitionis illius iuris naturalis, ita Brun. *cons.1.num.21.& seq.* Curt.Iun. *cons.1.n.19.& seq. ver. tertio aduertendum.* † Et quod legitimatio facta per Papam in dubio censeatur sine præiudicio tertij. Alex. *cons.67. Consideratis iis, nu.4.lib.1.* † Extende multo magis in Comite Palatino, quia nisi in specie sit dictum, non potest legitimare in præiudicium tertij, etiam quoad ius in spe. Alex. *d.cons.67.n.5.ver.corroborantur.lib.1.cum seq.* Vide Anton. Gabriel. *lib.6.tit.de legitimatio. Concl.8. Legitimatio non dicitur, sed dispensatio.*

Legitimatio spuriorum potest fieri, etiam stantibus legitimis & naturalibus, & quando secus. Concl. 222.

1 REGVLA, † quia bene valet legitimatio filii spurij facta patre instante, etiam si extet proles legitima, & legitimans Comes habet restrictionem, dummodo non in præiudicium legitimorum, quia viuente patre legitimi nihil iuris prætendere possunt. Alexand. *cons.70. Magnificus, nu.9.ver.nec obstat, lib.6.* vbi maxime,
2 quando legitimi consenserunt legitimationi. † Amplia; quia legitimatio potest fieri etiã de spurio, licet extent filij legitimi, quibus tamen non consueuit præiudicare Imperator in parte. Bald.
3 *cons.214.per tot.lib.2.* † Amplia; quia valet legitimatio spurii facta in absentia patris, quãdo pater postea ratam habuit legitimationem. Angel. *cons.87. Spurius per tot.* Cuman. *cons.117. per tot.* † Extende, ét si pater habuisset vxorem, & agnati nõ fuissent vocati. An-
5 gel. *dict. cons.87. per totum.* † Amplia; quia valet legitimatio spuriad feuda Ecclẽsiæ facta per Papam, etiam si feuda sint in terris Imperij, & præiudicet ijs, quibus feudum debetur post mortem feudatarij patris. Cum. *cons.168. Reuerendus pater*, qui loquitur, qñ legitimatio fuit de consensu patris, & quando feudum reuertebatur in casu, quo vasallus decederet sine filijs. Vide, *Legitimatio*
6 *illegitimorum per quem fieri possit. Conclus.218.* † Extende; quia etiam potest fieri ad fauorem spurij, seu illegitimi præsentis, vel absentis, dummodo consentiat il egitimatus. Bald. *d.consil.146.n.2.ver. item præmitto, lib.1.* & latius *num.8.ver.& aduerte*, vbi, quod valet, etiam si sit infans is, qui legitimatur; quia censetur consentire, ex quo ad sui fauorem tendit actus, & plenius *cons.204. Super primo, lib.2.in princ.* vbi, quod infans absens, & mente captus possunt legitimare absentes, si eis est vtile, & sufficit ratificatio, & quod sufficiat pater pro infante legitimato. Bald. *cons.105. Primo est videndũ,*
7 *& cons.119. Quidam vxoratus, lib.5.* † Declara, vt procedant prædicta in legitimatione facta per priuilegium, & oblationem Curiæ, qa sufficit ratificatio. Bald. *cons.349. Statuto Placentiæ, nu.3.ver.venio ad*
8 *secundum, lib.2.* † Declara tamen; quia tutius est, quod constet de ratificatione, & bene esset facere legitimationem in præsentia patris, & filij legitimati consentientium. Bald. *d.cons.146.nu.8.ver. & aduerte*, quia sicuti non potest filius inuito patre legitimari, ita è conuerso non potest filius inuitus legitimari. Bald. *cons.14. Super legitimatione, n.2.ver.quinto est hic attendendum, lib.4.* quod est Barth.
9 de Salyceto. † Declara; quia imo legitimatio absentis non valet, nec ratificatione conualescit, quando fieret post ius quæsitum alijs. Bald. *cons.216. Proponitur, quod, n.1.ver.sed in contrarium, lib.5.* vbi dicit dubium esse, an sufficiat, quod absens legitimatus ratificet, sed tamen *consil.305.& 119. lib.5.* tenet, quod pater dicitur habere mandatum pro infante legitimato. Vide Conclusionem proxi-
10 me sequentem, vbi plenius. † Amplia; quia spurii, etiam si sunt filij sacerdotis, possunt legitimari. Castr. *cons.102. Videndum est primo, lib.2.* Alexand. *consil.2. Visis codicillis, num.22. lib.1.& num.8.versic. præsuppono igitur.* † Limita in vulgo conceptis, & expositis; quia 11
non possunt legitimari. † Declara, nisi essent agniti à patre pro filiis; quia non est necesse, quod matrem ostendant, & possunt legitimari, si agnoscuntur pro filijs à patre. Put. *decis.435. Fuit resolutum, lib.1.* Vide, *Legitimare an possit Imperator in terris Ecclesiæ, & Papa in terris Imperii. Conclus.219.* Vide, *Spurii per quem legitimari possint. Concl.412.* 12

Legitimatio absentis, & infantis fieri non potest, & quando secus. Concl. 223.

REGVLA † est, quia non valet legitimatio facta in absentia le- 1
gitimati; quia nemo absens potest emancipari, vel legitimari. Bald. *cons.216. Proponitur, quod, nu.1.ver.sed in contrarium, lib.5.* Signorol. *cons.127.num.3.ver.sed aliud me mouet*, vbi multa congerit, & plenius *consil.218.num.10.ver.venio ad secundum. & consil.219.n.14.* Vide, *Legitimatio spuriorum potest fieri etiam stantibus legitimis, & naturalibus, & quando secus. Conclus. proxime præced.n.6.& sequent.* † Extende, vt neque fieri possit in absentia legitimati, licet adsit pro eo eius procurator. Signorol. *consil.127. Dominus Guilelmus, in fin.* † Ex- 3
tende, vt nec ratificatione legitimati absentis possit conualidari legitimatio, quando medio tempore esset quæsitum ius venientibus ab intestato. Bald. *dict. cons.216. num.1.ver. in contrarium, lib.5.* † Contrarium tenet Angel. *cons.87. Spurius, col.2.in fin.ver.nec obstat, quod pater.* Cuman. *cons.117. Innocentius VII. in princ.* Castr. *consil.* 4
22. colum.2.ver. posset etiam quis opponere. lib.2. † Restringe, nisi sit facta ab eo, qui habet potestatem legitimandi in absentia legitimati, & sufficit ratificatio. Castren. *d.consil.22. Visis omnibus, colum.2.* 5
circa med.ver. posset etiam quis, lib.2. Angel. *consil.71.num.3.* † Idem in 6
emancipatione tenet Angel. *cons.44. in fi.* quod valeat facta à principe. Signorol, *d.consil.127. in fine.* Vide, *Emancipatio tacita ex quibus inducatur. Concl.111.* † Restringe in legitimatione per subsequens 7
matrimonium facta, quia non requiritur consensus filiorum. Angel. *cons.17. Comes Brandisius, num.5.verb.oportet autem.* † Amplia; 8
& quod requiratur consensus legitimandi. Anchar. *cons.241. Ex tenore, num.2. verb. requiritur quartum*, vbi loquitur in infante, & in dispensatione spurij. Florian. de S. Petro *quæst.3.in 3. dubio, num.13.& 15. ver. septimo*, & rationem reddit, quia legitimatus incidit in patriam potestatem. † Extende in legitimatione ad feuda, 9
quia maxime requiritur præsentia legitimati. Signorol. *cons.218. num.10.* † Extende, quia in omni legitimatione excepta per sub- 10
sequens matrimonium, requiritur consensus legitimatorum, secundum Angel. qui recitat opiniones *d.cons.17. num.5. circa fi. ver. oportet autem*, sequitur Florian. *dict. quæst.3. in 3. dubio, num.15. in fine.* † Restringe, quando infans legitimatur post mortem patris, pa- 11
tre iubente; quia tunc ex quo non reincidit in patriam potestatẽ, & est vtilis, valet, neque requiritur illius consensus. Florian. de Sancto Petro *d. quæst.3. dubio 3. num.18. ver. octauo*, vbi, quod non requiritur citatio aliorum, neque consensus infantis. † Restringe, 12
quando infans legitimatur, quia eius consensus non requiritur. Fulgos. *cons.82. Nicolaus de Capriolo, in princ. ver. nec quem moueat.* Flor. de S. Petro plene *d. quæst.3. in tertio dubio, n.18. in fine*, vbi dicit in infante procedere; quia etiam potest emancipari, & legitimari infuitus: secus est in maiore infante, allegat Bart. *in l. final. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iuris.* Castren. *cons.41. circa med. lib.2.* vbi apostilla citat Corn. *consil.177. Egregie, & consil.245. Licet, lib.1.* † Restringe, 13
vt non procedat, quando legitimatio fit ad instantiam patris per habentem plenam potestatem ab Imperatore. Angel. *consil.71. Arbiter, & arbitrator, num.3.ver. si quis autem*, vbi, quod non requiritur præsentia eo casu, neque tacitus dissensus potest impedire legitimationem. Fulgos. *cons.16. Casus talis, circa fin.* qui maxime id admittit, si sunt infantes, vel petendo hæreditatem consentiunt. † Contrarium Signorol. *d.cons.127. Dominus Guilelmus, in fin.* † De- 14
clara; quia licet Bart. *in leg. final. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris* te- 15
neat, quod infans potest legitimari; quia non requiritur eius cõsensus, *l. iubemus. C. de emancip. liber.* tamen; quia diuersa est ratio in emancipatione, quæ liberat à patria potestate, non mirum, si cõsensus non requiratur, in legitimatione filius efficitur sub patria potestate, ideo potius sumendum est argumentum ab arrogatione, in qua requiritur consensus tutoris, si habet, aut propinquorum, an sibi expediat, & idem in pupillo, alias esset nulla, nisi sequatur ratificatio, postquam erit maior, ita plene Roman. *consil.194. In proposita consultatione, num.9.ver.quarto dubitatur*, vbi plenissima apostilla *in verb. ratificatio*, citat pro vtraque, & declarat alio modo. † Declara; quia solus princeps potest legitimare infan- 16
tem inuitum, & non consentientem, & idem in Comite Palatino, quando hoc haberet in facultate in specie, vel per verba generalia,

neralia, & extra istos casus requiritur consensus infantis, videlicet tutoris, vel suorum propinquorum, prout in arrogatione cum causæ cognitione, an expediat, vel quod maior factus ratificet, ita apostill. ad Rom. *d. cons. 194. num. 9. in ver. ratificatio,* quæ allegat ita Rotam Romanam tenuisse. Vide plenius per Ant. Gabr.
17 *lib. 6. tit. de legitimatio. Conclus. 5. Infans an legitimari possit.* † Amplia in casu conuerso; quia sicuti requiritur consensus legitimati; ita etiam requiritur consensus patris legitimantis, *auth. quibus mod. na-*
18 *tur. effic. legit. §. si quis,* ita Signorol. *consil. 219. num. 14.* † Extende; quia non probatur consensus patris licet in legitimatione dicatur, quod ad preces patris legitimauit, quia potuit alius hoc asserere sine patre, ideo requiritur probatio circa consensum. Fulg.
19 *cons. 23. Hengel. Petrus, num. 2.* † Restringe; quia sufficit ratificatio
20 patris facta ex post. Cuman. *consil. 117. in princip.* † Idem, etiam si talis ræcificatio esset facta post mortem principis legitimantis; quia sufficit. Cuman. *dict. consil. 117. in principio, versicul. non videtur.*
21 † Restringe in Principe supremo, prout in Papa; quia sufficit, ꝙ voluerit legitimare, & intellexerit extare patrem. Cuman. *dict.*
22 *consil. 117. circa med. ver. item potuit Papa.* † Operatur consensus patris, quod succedentes patri hæredes in alijs partibus nõ possunt impugnare legitimationem spurii factam ad instantiam patris.
23 Anchar. *consil. 335. in princip.* † Limita; quia potest legitimari absens, quando Comes, vel alius habens potestatem legitimandi habet clausulam, *etiam cum absentibus.* Bald. *cons. 204. Super primo, lib. 2. in princip. & consil. 22. ver. posset etiam quis opponere, lib. 2. cons. 27.*
☞ *in princip. vers. nec obstat, lib. 2.* Vide, *Legitimatio redditur nulla ex multis.*
24 *Conclus. 236.* † Et idem, quando in præiudicium substituti requiritur clausula, alias omissum habetur pro omisso, infra, *Legitimãdi facultas concessa qualiter probetur. Conclus. 224.* quæ est prox. seq. *nu.*
25 *21. & sequen.* † Limita, vt eo casu possit legitimari etiam infans, & valebit legitimatio, quia est fauorabilis. Bald. *d. cons. 204. in prin. lib. 2.* secus si non expediret. Alexand. *cons. 11. Alias consului, in princip. & per totum, lib. 7.* vbi, quod alias ita consuluit, licet apostilla ibi dicat non reperiri primum consilium, & dat ibi plures con-
☞ cordantes. Vide, *Legitimatio spuriorum. Conclus. prox. præced. num. 6.*
6 *& sequent.* † Et quod possit infans legitimari per principem, est cõ-
* munis * opinio. Roman. *consil. 194. In proposita, num. 9. ver. quarto*
27 *dubitatur,* vbi apostill. *in verb. ratificatio.* † Imo etiam per Comitem Palatinum poterit infans legitimari, licet non habeat specialem facultatem legitimandi infantem, sed sufficit generalis facultas legitimandi quoscunque spurios natos. Ias. *cons. 125. lib. 4. in 4. col. cum duab. sequent. & cons. 156. eodem lib. col. 4.* vbi respondet ad contraria, & vide etiam Dec. *cons. 55.* & ita Alexand. *dict. consil. 11. Alias consului, lib. 7.* vbi apostill. *in ver. deduxi,* citat Bald. *consil. 68. lib. 1.* &
28 alios plures vltra supradictos. † Extendit Alexand. *d. cons. 11. Alias consului, lib. 7.* vt procedat, etiam si postquam subditus Mediolanensis Ducis legitimatus per Comitem Palatinum Imperialem obtinuit declarari legitimationem bene factam; Imperator declarasset Comitem non habuisse talem facultatem, & non valere legitimationem; quia Imperator non potuit hoc facere non citata parte, maxime sine clausula, *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,* imo etiam cũ talibus clausulis non valeret in statu alie-
29 no, maxime Mediolani, vbi Dux est Imperator. † In contrarium, quod infans legitimari non possit sine speciali mandato, faciunt ea, quæ habentur *in l. iubemus. C. de emancip. lib.* si tamen data est facultas legitimandi quoscunque spurios etiam infantes, tunc poterit legitimari, ita Socin. *in leg. quidam relegatus. ff. de reb. dub.* Rom.
cons. 194. In proposita, num. 9. vbi plenissima apostilla citat pro vtra-
30 que parte, *in verb. ratificatio.* Curt. Sen. *cons. 19. & consil. 64.* † Declara contrarium, quod non valeat legitimatio infantis etiam per habentem potestatem nisi ratam habeat, Decian, *cons. 91. num.*
31 5. *& seq. lib. 2.* † Imo plus dicit, quod licet ratificatio inducatur eo ipso, quod non contradixit factus maior, vel pubes, tamen si pater habuit filios legitimos & naturales medio tempore, ratificatio non potest trahi retro ad præiudicium legitimorũ & na-
32 turalium, ita Decian. *dict. cons. 91. num. 6. & sequent. lib. 2.* † Declara totam istam materiam, quia Princeps solus potest legitimare infantem, vel adultum sine curatore, non autem inferior, nisi habeat expressam facultatem, vel per verba ita generalia, quæ hoc importent, prout, *omnes, & quoscunque illegitimos,* vel nisi maior factus ratam habuerit legitimationem, ita plene Rom. *d. cons. 194.*
In proposita, numer. 9. ver. quarto dubitatur, vbi plenissima apostilla *in verb. ratificatio,* citat infinitos pro vtraque parte, & ita declarat ex mente Rotæ Romanæ, & aliorum, & ita etiam tenet Alex. *consil.*
11. *Alias consului, num. 15. ver. nam posito, & non concesso, lib. 7.* vbi; quod facultas concessa non comprehendit infantem in sui præiudiciũ,
33 secus si velit, vel si se quatur ratificatio. † Extende, vt idem sit in furioso, qui potest legitimari, si sibi expedit, vt supra. Bald. *dict. cons. 204. in princip. lib. 2.* † Extende; quia non potest Comes Pa- 34
latinus legitimare in casibus, in quibus requiritur citatio, si nõ habet facultatem, quod possit legitimare sine citatione. Socin. *cons. 120. lib. 1.* Corn. *consil. 245. libr. 1.* Deci. *consil. 55. colum. 4. & cons. 425. colum. 3.* Iatius Curt. Sen. *consil. 73.* Albert. Brun. *consil. 15. Visa legitimatione,* dicens hanc opinionem * communem, & veram ex *
mente Socin. *cons. 18. inter cons. Curt.* & dicit, quod est indubitata opinio, & respondet ad allegata in contrarium per Alex. *cons. 2.* 35
lib. 1. & allegat eundem Alex. *cons. 94. col. 1. & 2. lib. 1.* Socin. *cons. 251. lib. 2.* † Declara; quia si fiat legitimatio personæ absentis, requiritur illius consensus, vel ratificatio. *l. si. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Dec. *d. cons. 55. n. 6. ver. & licet etiam consensus,* vbi aduertit, quod bene sit facere de hoc instrumentum. Tiraquell. *de nobili. cap. 6. nu.*
41. Couar. *de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 2. num. 12,* Cagnol. *in l. inuito. n. 1. ff. de reg. iur.* Syluan. *cons. 3. n. 37. & cons. 45. num. 10.* Gabriel. *cons. 176. n.*
28 *lib. 1.*

Legitimandi facultas concessa qualiter probetur, & intelligenda. Concl. 224.

REGVLA † est; quia non sufficit ostendere priuilegium maio- 1
ribus suis concessum prosse, & descendentibus, sed oportet, quod legitimans doceat se talem esse, vt valeat legitimatio. Decian. *cons. 91. in princ. lib. 2.* † Et talis facultas legitimandi non pro- 2
batur ex eo, quod quis est in quasi possessione legitimandi, etiam si diu fuit in quasi possessione, & reputatione communi, quod possit legitimare. Alexan. *cons. 138. Opportune consideratis, per tot.* vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur, *lib. 1.* vbi *n. 10. & seq.* dicit hanc esse magis * communem. † Extende, etiam si priuilegiũ * 3
sit registratum in actis Gubernatoris Mediolani, vbi est statutũ, quod credatur scripturis registratis in actis Gubernatoris. Alex. *d. cons. 138. n. 4. & seq. ver. nec obstat, quod credatur. lib. 1.* quia debet intelligi quoad subiectos statuto, & intra districtum; non autẽ extra illum. † Restringe, seu declara; quia tunc communis error, 4
& quasi possessio substinet actus gestos, quando tria concurrunt, alias non, videlicet, authoritas, seu decretum superioris, cõmunis error, & publica vtilitas; quia licet sit incapax, qui possidet; tamen valẽt gesta, & est ratio, quia error in materia non vitiat, qñ non est in forma, & ita procedit *l. Barbarius. ff. de offic. prætor.* vt plene Alexand. *dict. cons. 138. per tot. lib. 1.* maxime *n. 10. ver. idem tenuit Bald.* vbi de communi, & magis * communi. † Restringe etiam, quan- * 5
do quasi possessio sine decreto esset sciente, & patiente Principe, alias secus. Alex. *dict. cons. 138. per tot.* maxime *num. 8. lib. 1. ver. & cũ opinione.* † Amplia; quia facultas legitimandi concessa Comitib⁹ 6
Palatinis quantumcunque generalis sempereſt intelligenda sine læsione iuris tertij, & ne inducatur absurdum. Bald. *cons. 14. Super legitimatione, n. 2. ver. nunc ad vires, vsque in finem. lib. 4.* vbi, quod eligi debet sensus, qui iuri consonet, non autem ex quo inducatur absurdum. Sign. *cons. 218. num. 8.* Alex. *cons. 60. Visa legitimatione, num.*
21. *vers. potestas concessa, lib. 2.* Cæpoll. *consil. ciuis vltimo,* quem sequitur apostilla ad Alexand. *cons. 188. num. 23. in ver. late. lib. 5.* quia est contra ius commune. † Extende, quia licet sit beneficium 7
Principis, tamen quia contra ius est odiosa, & restringenda, quatenus respicit successionem temporalium. Signorol. *d. cons. 218. num. 9.* plenius *cons. 219. num. 15. & seq. & cons. 184. per tot.* vbi, quod masculinum non concipit fœmininum. † Extende; quia facultas 8
legitimandi masculos non cõprehendit fœminas, quia est odiosa. Signor. *d. cons. 219. num. 15.* plenius *cons. 184. In quæstione vertente,* vbi quod masculinum non concipit fœmininum in materia odiosa, maxime legitimandi spurios. † Extende; quia facultas legi- 9
timandi, non obstante quacunq; lege, & sic quæ non habet clausulam derogatoriam specialem, non suffragatur, vt Comes Palatinus possit legitimare spurios, & alios, in quibus requiritur derogatio specialis, & si ipse Comes in specie derogaret, non valeret, quia non potest ampliare suam facultatem. Castr. *cons. 125. Dubitatur. num. 3. ver. tertio dubitatur, lib. 2.* † Contrarium, quod ista fa- 10
cultas delegata, tanquam beneficium Principis, late debeat interpretari, & comprehendat legitimationem nedum naturaliũ, etiam extantibus legitimis & naturalibus, sed etiam comprehẽdat legitimationem spuriorum, si Princeps concessit. Florian. de S. Petro *in q. 3. in tertio dubio, n. 10. ver. quoad secundum.* † Declara; qa 11
si facultas legitimandi habet clausulam, *ex certa scientia,* & disponit etiam de natis ex quõcunque illicito coitu, comprehendit omnes spurios, vt possint legitimari, licet nõ adsit derogatio expressa, de qua *in §. fi. eum sua glos. in authent. quib mod. natur. effic. sui,* ita Castren. *cons. 102. num. 3. vers. tertio videndum lib. 2.* vbi, quod in

facultate,

facultate tali Papæ poterit legitimare etiam natos ex filio sacerdotis. † Et quod hæc facultas legitimandi possit delegari. Flor. *d.*
12 *q. 3. in 3. dub. n. 10.* vbi disputat, & hanc partem tuetur. † Extende; quia maxime dicitur odiosa, quando comprehendit legitimationem spuriorum; quia procedit ex absoluta potestate Principis.
13 Sign. *cons. 184. in princ. & per tot.* † Et multo magis, quando extant filij legitimi & naturales; quia dicitur esse pecus, qui talem facit legitimationem. Decian. *cons. 91. lib. 2. in pr.* † Imo facultas legiti-
14 mandi concessa Comiti Palatino quantumcunq; ampla non se extendit ad legitimationem, quando extant filij legitimi & naturales, nisi in specie fit dictum. Alex. *cons. 60. Visa legitimatione, n. 19.*
15 *& seq. ver. secunda ratio, lib. 2.* † Amplia; quia licet in priuilegio dicatur, quod possit legitimare sine consensu proximiorum debet intelligi parte viuente, & saltem citatis illis, de quorum interesse agitur. Bald. *cons. 13. Viso testamento, n. 2. ver. & si dicatur, lib. 4. & in fin.*
16 vbi, quod stricte est interpretatio facienda, & quod derogatio circa consensum, licet sit quid maius, tamen non derogat citationi faciendæ. Bald. *cons. 15. In quæstione proposita, n. 4. ver. sed nunc examinandum, lib. 4.* Alex. *cons. 67. Consideratis iis*, maxime *nu. 5. vers. corroborandum, lib. 1.* † Amplia; quia legitimandi facultas generaliter concessa non cõprehendit casum, quando adsunt filij legitimi & naturales. Rom. *cons. 194. n. 10. ver. vltimo ad idem*, vbi pro vtraque parte
17 allegat Alex. *cons. 60. Visa legitimatione, n. 19. ver. secunda ratio, lib. 2.* & plenius *n. 21. vers. potestas concessa.* Alex. *cons. 183. Perspectis, in princ. lib. 5.* vbi latissime, quod est contra iusdiuinum, & allegat plures quod Princeps non potest, & ibi apost. *in verb. quod non*, dat concordan.
18 † Extende; quia imo si habuisset hanc facultatem legitimandi etiam stantibus legitimis, si hoc non est expressum in legitimatione quod extarent legitimi, legitimatio non valet. Alex. *d. cons. 60. nu.*
19 *12. ver. tertia ratio, lib. 2.* vbi extendit etiam stante clausula, *sine tamẽ præiudicio filiorum legitimorũ*, quia est clausula exequutiua, quæ nõ
20 extendit. † Contra extensionem plene Cur. Iun. *cons. 196. n. 31. & seq. lib. 3.* vbi reprobat Alex. qñ extaret plena derogatio. † Quod possit concedi hæc facultas Comiti legitimandi etiam stantibus
* legitimis, est communis * opinio. Alex. *cons. 187. Videretur, n. 16. &*
* 21 *seq. ver. & licet Comes, lib. 5.* vbi *nu. 17.* dicit * communem. † Amplia; quia quicquid non est concessum, censetur prohibitũ, ideo forma concessionis diligenter est attendenda. Bald. *consil. 16. Factum*
22 *sic proponitur, col. 2. in fi. ver. Comites etiam, lib. 4.* † Et ideo si non est dictum, quod possit legitimare in præiudicium substituti, non præiudicat substituto. Abb. & alij *in cap. per venerabilem qui filii sint legit.* Castr. *cons. 180. Super eo, quod primo, n. 4. ver. nunc videndum, lib. 1.* Soc.
cons. 212. col. 2. ver. secundo præmitto, lib. 2. Cur. Sen. *cons. 73. col. 2. ver. sed*
præmisso, sed vide circa hoc plene Brun. *in tract. quod statutibus masculis, art. 12.* vbi ponit regulam cum fallentijs, vide supra *nu. 9. & seq.*
23 vbi plenius. † Extende in tantum, vt etiam si verba facultatis videantur lata & extendi possint, tamen nunquam extenduntur, vt comprehendant casum, in quo Princeps ipse non solet dispensare, vel casum, per quem peccatum induci posset, quia valet argumentum, princeps hoc non faceret, ergo hoc nõ mandauit. Bald.
d. cõs. 16. col. 3. in pr. & per tot. lib. 4. Castr. *d. cons. 180. Super eo, quod per tot.*
maxime *n. 2. vers. secunda ratio. lib. 1.* sequitur Alex. *cons. 67. Consideratis*
24 *iis, n. 6. ver. ad prædicta etiam, lib. 1.* vbi apost. *in ver. loco.* † Amplia; quia nunquã legitimatio Comitis Palatini præiudicat substituto, vel tertio, si de eo non est facta mentio, quia si hoc est in Principe, multo magis in habente facultatem à principe. Alex. *d. cons.*
67. n. 7. lib. 1. & cons. 60. Visa legitimatione, n. 21. ver. potestas concessa, lib. 2.
vbi, quod nisi expresse dicatur in facultate concessa, non potest in
25 præiudicium tertij legitimare. † Amplia; quia facultas legitimãdi quantumcunque ampla debet restringi, ne præiudicet tertio. Anch. *cons. 308. Prima facie, n. 5. & seq.* Alex. plene *cons. 94. Consideratis,*
n. 5. in fi. & n. 6. ver. & quamuis non dicam. lib. 1. vbi plures citat, & extẽ-
26 dit, etiam si agatur solùm de tollendo iure in spe. † Amplia; quia si in facultate legitimandi non continetur clausula derogatoria, nihil operatur, quod Comes ipse in legitimatione deroget in spe-
tur, lib. 2. cie, vel in genere; quia non est in sua facultate ampliare authoritatem sibi concessam. Castr. *cons. 125. Dubitatur, n. 3. ver. tertio dubita-*
27 Vide tamen, & declara, vt supra *n. 9. & seq.* Vide, *Facultas aliquid faciendi est seruanda. Concl. 33.* † Amplia; quia facultas legitimãdi spurios concessa Comiti Palatino non extenditur ad spurios Comitis Palatini; quia induceretur absurdum, quod in re sua esset iudex, item, quod posset inuitari ad peccatum. Anch. *cons. 120.*
Primum dubium, n. 10. ver. sed restat, vsque in fi. vide plenius infra *n. 37.*
28 *& seq.* † Amplia; quia si in legitimatione Comes appellat legitimatum nobilem, vel ex nobili, non ipsi creditur; quia non est in potestate sua facere nobilem eum, qui non est. Castren. *d. cons. 125.*
n. 4. ver. quinto quæritur, lib. 2. vbi, quod neque statur tali assertioni

præsumptiue, donec contrariũ doceatur. † Amplia; quia facultas legitimandi concessa etiam ad feuda non comprehendit feuda antiqua concessa per Imperatorem descendentibus ex legitimo matrimonio; quia in mandato generali non veniunt specialiter disposita; quia species derogat generi, non è contra. Anch. *d.* 29
cons. 308. n. 7. ver. secundo moueor. Vide, *Generi per speciem derogatur, &* ✠
quando secus. Concl. 36. † Amplia; quia facultas legitimandi ad om- 30
nia bona ex testamento ab intestato amplissima, si non facit specialem mentionem etiam ad feuda, non veniunt feudalia in tali facultate. Sign. *cons. 218. Quidam dictus Ioannolus, nu. 4.* sequitur Dec.
cons. 139. in fi. † Amplia; quia etiam si sit facta mentio in facultate 31
legitimandi ad feuda, non comprehendit fœminas legitimandas ad feuda propria, si de fœminis non est facta mentio Dec. *d. cons.*
139. in fi. † Amplia; quia facultas legitimandi etiam ad feuda, qñ 32
respicit præiudicium tertij, restringitur, ne capiat feuda dignitatis. Anch. *d. cons. 308. n. 8. ver. tertio mouet.* † Amplia; quia nunquam 33
facultas legitimandi ad feuda etiam fœminas concessa ab Imperatore comprehendet feuda Ecclesiæ. Sign. *d. cons. 218. n. 9.* † Am- 34
plia; quia non potest legitimare Comes Palatinus in casibus in quibus requiritur citatio, si non habet clausulam in facultate, ꝙ
possit sine citatione legitimare. Soc. *cons. 120. lib. 1.* Vide, *Legitima-* ✠
tio absentis, & infantis fieri non potest. Concl. proxime præceden. † Limita; 35
quia licet dispensatio sit odiosa, tamen facultas legitimãdi est fauorabilis, & late intelligenda. Bologn. ad *consil. 29. Ioan. de Anan.*
n. 12. ver. capio aliud. Ruin. *cons. 112. num. 14. lib. 5.* late Alex. *cons. 188.*
Perspectis, n. 23. ver. præterea, lib. 5. vbi apost. *in ver. Lat.* dat concord. &
cons. 69. Perspectis, in princ. lib. 6. vbi, quod dicitur beneficium, & repetit *cons. 70. Magnificus, num. 7. ver. & tanto magis, eodem lib. 6.* Vide, ✠
Dispensatio arcta, & arcta, & quando fauorabilis. Concl. 463. † Contra- 36
rium supra *in princ.* quando contineret præiudicium tertij, vt ibi, & quod sit facultas legitimandi odiosa, tenet Martin. Lauden.
tract. de legitim. num. 117. † Extende, quia habens facultatem legiti- 37
mandi simpliciter potest legitimare etiam filios proprios Bolog.
in addit. ad d. cons. Ioan. de Anan. 29. n. 12. vbi, quod est tex. *in cap. per ve-*
nerabilem, qui filii sint leg. Alex. *d. cons. 188. Perspectis, in pr. lib. 5.* vbi apost.
in ver. potuerit, dicit communem * in contrarium. † Contrarium 38 *
videtur tenere in filiis Ioan. de Anan. *dict. cons. 29. n. 3. & seq. versic.*
circa vero tertium, vbi allegat pro vtraque parte, & hanc partem tenet Anch. *cons. 320. Primum dubium, num. 10. verb. sed restat, vsque in fi.*
& hanc partem communem * dicit apostil. ad Alex. *dict. cons. 188.* *
in ver. potuerit, lib. 5. vbi, quod non veniunt filii Comitis; nisi sit dictum, & citat plurimos concord. & alia apost. ibi *in verb. quod non.*
† Declara; quia bene potest alios descendentes, & sic nepotem, 39
item filium fratris, & alium consanguineum, sed in filio proprio est dubium propter inductionem ad peccandum. Ioan. de Anan.
d. cons. 29. n. 4. ver. sed in contrarium. † Declara secundum Anchar. *d.* 40
cons. 230. num. 10. vt in spuriis filiis Comitis non extendatur, maxime; quia filii Illustrium non ita de facili veniunt exmente concedentis. Vide, *Legitimatio est fauorabilis, & quando odiosa. Concl. 233.* ✠
† Extende in tantum facultatem legitimandi esse beneficium 41
Principis; & late interpretari quoad concedentem, vt differat à priuilegio; quod sonat in odium; ideo decretum Ducis Mediolani, quod nullus possit in suo statu impetrare, & impetrata exercere priuilegia legitimandi, non cõprehendit has facultates. Alex.
d. cons. 69. in princ. lib. 6. † Declara tamen, nisi ex mente aliter con- 42
staret, vt quia dixit, cuiusuis materiei, continentiæ, vel formæ, vel nisi ex vsu communi priuilegii diceretur. Alex. *d. cons. 69. nu. 2. &*
seq. ver. tamen ad istud, lib. 6. Vide, *Beneficium principis late interpretatur.* ✠
Concluſ. 49. cum duabus Concluſ. ibi proxime seq. † Limita, quia sicuti 43
legitimatio valet facta tempore, quo pater legitimati obtinens nõ habet filios; ita etiam substinetur valida, licet postea filios legitimos & naturales habeat, pro vtraque parte citat Rom. *d. cons.*
194. In proposita, n. 10. ver. vltimo dubitatur, cum seq. vbi dicit hanc veriorem, vbi apost. *in ver. veriorem*, citat plurimos, & dicit * cõmunem, & *nu. 14. & seq.* quia non potest pro parte valere, pro parte non; quia est speciale in legitimatione per oblationem Curiæ, vt
valeat quoad honores, nõ quoad alia. † Limita; quia facultas le- 44
gitimandi, licet non dicat, *& restituendi ad primæua iura naturæ*, tamen hoc venit ex significatione legitimandi; & quia contra concedentem fit lata interpretatio. Ang. de Perusio *consil. 17. Co. Brandisius, in pr.* Vide, *Legitimatio illegitimorum quot modis fieri possit,* ✠
Concluſ. 228. Vide Mascar. *Concl. 324. Comiti Palatino*, vbi quod Comiti non creditur.

Legitimationum clausulæ diuersæ, & qualiter intelligantur. Concl. 225.

1 ISTA † clausula, *quod possit Comes legitimare sine præiudicio legitimorum hæredum*, intelligitur de filiis, qui non sint exclusi à statuto. Fulgos. *cons.16. Casus talis est*, & idem dicit clare Castr. *cons. 27. Dicendum est, lib. 2.* vbi, quod si statutum excludit filiam maritatam, & vocatagnatos, clausula non operatur ad fauorem filiæ, neque
2 descendentium ex ea, & ideo succedent legitimati. † Contrariũ, quod imo non præiudicet filiabus, vel neptibus fœminis exclusis à statuto stantibus legitimis, plene Fulg. *cons.62.* quod consiliũ est forte super eodem casu, *num.4.* vbi, quod in dubio rescriptum Principis non debet alium lædere, multo magis cum expresse reseruet; sed in hoc secundo contrario non facit mentionem, quod
3 agnatus excluderet. † Declara; quia *in cons. 16.* loquitur ab intestato, & ibi agnatus excludit neptẽ ex filia maritata, *in cons.62.* loquitur ex testamento facto, in quo instituit filias, & nepotes legitimatos, & eos inuicem substituit, & præterijt neptem, & mouetur; quia naturales non excluderent filias, neq; neptes legitimas & naturales, & dicit verũ, sed *in cons. 16.* extabant, qui erant trãsuersales, qui etiam excludebant fœminas descendentes, & forte
4 ab intestato; vnde verum est vtrunque consilium. † Clausula vero consueuit aliquando declarari sine præiudicio legitimorum hæredum, quibus non fiat præiudicium, quin legitimi & naturales suam habeant virilem portionem, & tunc est sine difficultate, qñ ita est conscripta. Fulg. *d. cons.62. n.5. ver. & ideo vidi*, & idem dicit Castren. *cons. 429. lib.2. in fi.* vbi de simili clausula loquitur.
5 † Extende idem in clausula, *sine præiudicio legitimorum filiorum*; quia conseruat, vt pariter succedant cum legitimato, & ita fuisse declaratum per Bullam Bonifacij VIII. attestatur Io. de An. *consil.*
☞ *29. n.5. ver. circa quartum*, vbi Bologn. in apostil. *nu.13.* Vide plenius,
6 *Clausulæ legitimationum diuersæ. & quid operentur. Conclus. 356.* † Et de facultate legitimandi concessa familiæ Corneliæ loquitur Port. Imol. *consil. 105. & 106.* Marzar. *cons. 9.* cui subscripsere Torniel.
7 Mantua. & Gabriel. plene Decian. *cons.5. lib.1.* † Campegiorũ loquitur Decian. *cons.91. in princ. lib.2.* vbi, quod est amplior, quã sit facultas Riariorum; quia Riarii non possunt infantes legitimare,
8 sed Campegii possunt omnes infantes legitimare. † Clausula in facultate legitimandi, *exceptis filiis Illustrium, & nobilium*, debet intelligi secundum consuetudinem loci, in quo legitimantur; quia multi sunt nobiles in vno loco, qui in alio non sunt tales. Castren.
9 *cons.125. Dubitatur num.4 ver. quarto dubitatur, lib.2.* † Declara; quia illa verba, *illustrium, nobilium, &c.* non debent intelligi de nobilib. maioribus, sed de nobilibus, etiam non habentibus iurisdictionem, quando talis facultas est concessa Notario, & plebeio, quasi Imperator voluerit, quod solũ possit legitimare æquales suos, non autem nobiles; maxime quando in loco eodem extat nobilis habens facultatem legitimandi magis amplam, & mouetur etiam ad restringendam facultatem, & annullandam legitimationem, quando ageretur de magno patrimonio, & legitimata esset fœmina mortua sine filiis, quæ instituit maritum extraneũ, ne bona exeant de patrimonio. Castren. *cons.107. Quantum ad primũ,*
10 *lib.1. in princ.* † Extende, vt procedat, etiam si legitimatio facta per talem Notarium authoritate Imperiali in terris Ecclesiæ fuit cõfirmata à Papa, non expresso hoc defectu; quia censetur sublatus solus defectus cognitus, quod in terris Ecclesiæ facta authoritate Imperiali forte non valeret. Castr. *d. cons.107. nu. 2. & per tot. ver. circa secundum, lib.2.* vbi loquitur in confirmatione ex certa scien-
11 tia facta, & in forma commissionis exequuta. † Extende; quia in tantum est nulla legitimatio, vt etiam facta diuisione bonorũ non præiudicet fideicommissarijs, & vocatis ad bona. Castr. *dict.*
12 *cons.107. in fi. lib.2.* † Clausula vero in facultate legitimandi, *quod legitimatio non præiudicet successuris ab intestato*, operatur; quod si pater legitimatorum non instituat eos, non excluderet venientes ab intestato, sed si eos instituit hæredes, succedent, nec possunt alii conqueri; quia eis non debetur hæreditas, nisi ab intestato.
☞ Castr. *cons.102. prope fi. ver. quarto videndum, lib.2.* Vide plenius, *Clausulæ legitimationum diuersæ, & quid operentur. Concl.356.*

Legitimatio non habilitat legitimatum in multis, & quibus, & quando secus. Concl. 226.

1 LEGITIMATVS † regulariter non succedit in feudo. Oldrad. *cons.247. in fin. ver. ad quartum*, Calderin. *cons.465.* alias 1. *qui filii sint legit. in fin.* & Bald. *consil.203. Punctus, quidam, in fin. lib.5.* Castren.
☞ *consil. 202. Ad hoc breuiter, lib.2.* Vide, *Feudum transit ad legitimatum, & quando secus. Conclus.165.* † Et hoc procedit, si sit etiam naturalis 2
tantum; quia nisi expresse dicatur de feudo, non succedit. Rom. *consil.33. Viso inuestiturę, circa fin.* vbi apostilla *in ver. exprimatur.* dicit communem ex mente Curt. Iun. *cons.138. Habita diligenti, nu.* *
9. vbi, quod vigore consuetudinis hoc est inductum. † Extende; 3
quia facultas legitimandi concessa in amplissima forma ab Imperatore Episcopo Florentino, vt taliter legitimati, tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio nati, in bonis paternis, ac maternis propriis, & feudalibus acquisitis, & acquirendis ab intestato, & ex testamento succedant, & tanquam de legitimo matrimonio editi, & concepti, non comprehendit feuda dignitatis, neque feuda antiqua concessa solum natis, & conceptis de legitimo matrimonio. Anchar. *cons.308. Prima facie per tot.* vbi loquitur, quando legitimatio est facta de consensu patris. † Restringe 4
quoad feuda acquisita per patrem legitimationi consentientem, & quoad bona propria; quia legitimatio ampla habet locũ, etiam si sit dispositum, quod soli legitimi, & de legitimo matrimonio nati succedant. Anchar. *d. cons.308. in princ.* † Declara, vt per Alex. 5
cons.60. Visa legitimatione, in princip. lib.2. quia si non est facta mentio specialis, quod succedat in feudis, non succedit, *cap. 1. §. naturales, si de feudo fuerit cont. inter Dominum & agnatum.* si vero facta fuerit mentio specialis, quod succedat in feudis, succedit, quando non extant alii filii legitimi & naturales, alias secus, si modo legitimans sit Dominus feudi, alias sine consensu domini feudi non succedit. Alex. vbi supra, & ibi apost. *in ver. nisi dominus.* Vide, ☞
Legitimatio quid conferat legitimato, stante statuto. Conclus.217. † Am- 6
plia; quia Imperator de consuetudine consueuit legitimare sine præiudicio legitimorum in parte, & hic stylus pro constitutione habetur. Bald. *consil. 214. circa fin. versic. modo sequitur, lib.2.* Vide, ☞
Clausulæ legitimationum diuersæ, & quid operentur. Conclus.356. † Am- 7
plia; quia legitimatus non succedit tanquam in locum deficientis conditionis factæ substituto, si decesserit sine filiis legitimis; quia legitimatus hoc casu non habetur pro legitimo. Calder. *cons.* 376. alias 47. *de testamen.* quod duplicatur *cons.* 465. alias 1. *qui filii sint legit. per totum.* Baldus *consil.168. Proponitur, quod, num.3. verb. &* 8
in substitutione, lib.5. Anchar. *consil. 427. per totum.* † Contrarium * tenet Alexand. *cons.2. lib.1.* vbi apostill. dat concord. *& num.13.* di-
cit * communem. Vide, *Legitimatio quid sit, & ad quid inuenta. Concl.* ☞
215. † Extende, vt procedat etiam, quando per fideicommissum 9
substituit aliquis, & filij eiusdem; quia nõ veniunt filii naturales legitimati. Bald. *d. cons.168. n.3. lib.5.* † Amplia; quia legitimatus 10
ab Imperatore nõ succedit in iure patronatus Ecclesiastico. Bald. *cons.373. Præmittendum est, per totum*, maxime *num.4. lib.1.* Vide, *Le-* ☞
gitimati quando succedant in iure patronatus, & quando secus. Conclus. 237. † Extende; quia legitimatio Imperatoris in terris Ecclesię li- 11
cet valeat; non tamẽ facit, vt legitimatus succedat in Emphyteusi Ecclesiastica recepta pro se, & filijs. Angel. *consil. 402. Titius ab Ecclesia.* † Amplia; quia legitimati non habilitantur ad successio- 12
nem ex testamento, in quo vocantur legitimi; quia verba testatoris intelliguntur de naturalibus legitimis, non de fictis. Bald. *d. cons.373 n.8. ver. hinc est. quod si testator, lib.1.* Bartol. *cons.75. Viso instrumento, num. 2. vers. quædam prohibentur, lib.1.* Bald. *c. ns.13. & 14. lib.4.* Vide plenius, *Legitimatus quando veniat appellatione legitimorum in* ☞
conditionibus, vel non. Conclus.238. † Item non succedit legitimatus 13
in bonis iam quæsitis legitimis, qui adierunt hæreditatem ante legitimationem. Bald. *cons. 214. circa fin. lib.2.* vbi declarat hoc procedere, nisi princeps hoc expresse mandaret. Baldus *consil. 13. Viso testamento, lib.4. & trib. seq.* Vide, *Legitimatio fieri potest post mor-* ☞
tem patris, & quando secus. Conclus.221. † Amplia; quia emphyteusis 14
concessa ex pacto, vt transeat ad filios legitimos, vel ad filios ex legitimo matrimonio natos, non transit ad legitimatos in forma communi; quia si expresse non est dictum in legitimatione, nec censetur Papa, vel legitimans derogare prouisionibus, & pactis contrahentium. Bart. *cons. 75. Viso instrumento, num. 2. ver. an autem post. lib.1.* Anch. *cons. 427. nu.5. & seq.* vbi latissime. † Extende; quia 15
filius legitimatus in forma communi per Principem non excludit substitutum datũ in euentum mortis sine filiis legitimis, vel sine filiis de legitimo matrimonio natis. Bart. *d. cons. 75. n.2. ver. quædam prohibentur, lib.1.* & apostilla *in ver. ex legitimo*, quæ dat multos concordantes, concord. Bald. *cons. 367. Quidam tres hæredes, per tot. lib.5.* vbi loquitur etiam in legitimato per subsequens matrimonium, & supra *n.12.* † Restringe; quia legitimatus succederet in fi- 16
deicommisso, quando esset dictũ, *si decederet sine filiis*; quia filii legitimati faciunt deficere conditionem, & succedet. Bart. *d. cons. 75. num. 2. in fin. ver. vnde cum hæc verba, lib.1.* Cuman. *cons.168. num.5.*
† Et procedit restrictio etiã in feudo, quod deuoluitur ad Eccle- 17
siã, vel agnatum, si decedat vasallus sine filijs; quia si habet spurium,

qui

eui legitimetur per Papam de consensu patris, valet legitimatio, & ad feudum admittitur, etiam si feudum esset in terris Imperii.
18 Cuman. *d. consil. 168. Reuerendus pater, nu. 3. & per tot.* † Restringe, nisi expresse princeps faceret mentionem, quod succedat etiam in fideicommisso facto filiis legitimis, vel de legitimo matrimonio; quia si princeps vult, hoc potest. Bart. videtur hoc velle à cõ-
19 trario *d. consil. 75. n. 2. vers. an autem, vsque in fin. lib. 1.* † Declara; vt non procedat restrictio, quando fideicommissum esset, si decederet sine filiis de legitimo matrimonio natis; quia spurius legitimatus non succederet, ex quo impossibile fuit, quod caderet matrimonium inter patrem & matrem; & quia nõ est de legitimo matrimonio, maxime si non sunt citati illi, de quorum interesse agi-
20 tur, & in specie non est facta derogatio. Bald. *cons. 13. & 15. circa fin.* maxime *col. fin. vers. insuper considero, lib. 4.* † Idem, quando conditio diceret sine filiis legitimis ex se natis; quia si dubium est, an legitimatus sit filius eius, cui vult succedere, non valet legitimatio; quia duo requiruntur, quod sit filius legitimus, & ex eo natus.
Bald. *d. consil. 13. circa fin. vers. præterea ad hoc, lib. 4.* quod est Argentini Paganini, & Vbertini, & latius *d. consil. 15. In quæstione proposita, n. 6. vers. item hoc asseritur. lib. 4.* quod est Ioann. de Lignano, & Franc. de
21 Rampon. † Contrarium in conditione fideicommissi, *si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus*; quia filius legitimatus naturalis tã-
* tum excludit substitutum, secundum * communem, de qua A-
22 lexand. *consil. 121. Viso, num. 18. vers. non obstat etiam, lib. 2.* † Amplia; quia legitimatio non facit bastardum esse verum agnatum, ita vt præferatur in tutela aliis legitimis agnatis. Bald. *consil. 469. Quidã*
23 *decessit, lib. 5.* † Amplia; quia legitimatio, seu habilitatio ad feuda non tollit alia impedimenta, si sunt plura. Natt. *consil. 504. Non sum*
24 *nescius, nu. 2. vers. vlterius considerandum.* † Amplia; quia legitimatio temporalis, & circa temporalia non facit habilem quoad spiri-
25 tualia, licet per Papam sit facta. † Restringe; quia legitimatio facta per Papam quoad spiritualia, reddit etiã legitimatum quoad temporalia, quando sumus in terris Ecclesiæ, alias secus; quia etiam si Papa dixerit, *dispensamus*, adhuc potest succedere quoad
26 temporalia. Fulgos. *consil. 72. Suppositâ Bulla.* Vide, *Legitimatio & dispensatio differunt, & in quibus. Concl. 220.* † Amplia; quia ex legitimatione non conferuntur iura naturalia; quia neque auferri possunt ab Imperatore, vel alio superiore. Signorol. *consil. 219. num. 7.*
27 *& 8.* † Amplia; quia legitimatus per Imperatorem, & ad feuda Ecclesiæ, non valet in præiudicium Ecclesiæ. Castrens. *consil. 202. ad*
28 *hoc breuiter, lib. 2.* † Amplia; quia legitimatus non succedit in emphyteusi concessa pro se, & filiis ab Ecclesia; quia intelligitur de legitimis & naturalibus, non de legitimatis. Alexand. *cons. 128. n. 7. lib. 1.* Bart. *cons. 120. Verucius per tot. lib. 1.* Alexand. *cons. 60. Visa legitimatione, num. 4. vers. sed maior dubitatio, lib. 2.* vbi, quod apud Eccle-
29 siam bastardi sunt infames. Vide, *Emphyteusis quibus alienari, vel concedi non possit. Concl. 210.* Extende; quia non succedit in iure patronatus Ecclesiastico. Vide, *Legitimati succedunt in iure patronatus,*
30 *& quando secus. Concl. 237.* † Extende multo magis, quando emphyteusis est concessa ad tertiam generationem legitimam; quia non transit ad naturales, vel spurios; quia non sunt legitimi.
Bart. *d. cons. 120. num. 2. lib. 1. & per tot.* Alexan. *d. consil. 128. num. 7.* ma-
31 xime *in fin. vers. bene facit, lib. 1.* † Extende; quia spurius dispensatus ad successionem, & honores, ac officia non succedit in emphyteusi, vel in iuellariis bonis etiã in Ciuitate Ferrariæ, licet ad quoscunq; hæredes transeant, quando extant hæredes legitimi descendentes etiam ex fœminis orti. Ancharan. *cons. 241. Ex tenore, n.*
32 *7. & seq. vers. ex istis sequitur.* † Extende; quia legitimatus non succedit in emphyteusi Ecclesiastica. Bald. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de insit. & substitut.* cum concord. de quibus Alexand. *in l. ex fa-*
33 *cto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellian.* † Declara; quia succedit legitimatus, quando dictum est, *quod succedere posset in quibuscunque bonis.*
Bald. *in cap. Imperialem, de prohib. feudi alien.* Socin. *in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub.* † Amplia; quia legitimatus non succedit in emphyteusi priuati concessa per se, & quemcunque nobilem. Alexand. *cons. 60. n. 5. vers. idem si esset concessa. lib. 2.* vbi *nu. 6.* idem, quan-
34 do à principio est concessa à nobili, & seu concessio fit nobili. † Extende, vt idem sit, quando emphyteusis esset concessa pro se, & filiis legitimis; quia non comprehendit legitimatos; & quia adsunt, qui tenent contrarium. Alexand. *d. cons. 60. num. 6. vers. pro quo*
etiam, lib. 2. dat consilium, quod expediat probare communem vsum loquendi, quod appellatione filiorum legitimorum nõ ve-
35 niunt legitimati. † Limita; quia legitimatio principis operatur circa prohibita de iure communi; quia licet ius commune prohibeat spuriis posse legari, vel donari; tamen per legitimationem derogatur iuri communi, etiã si sit facta in forma cõmuni. Bar-
tol. *d. consil. 75. n. 2. in fin. vers. quædam prohibentur, lib. 1.* vbi, q̃ non tollit pacta, & dispositiones testatorum, sed solum impedimenta de
iure communi, & ita etiam Natt. *consil. 504. nu. 2. vers. vlterius.* † Li- 36
mita in legitimatione facta per subsequens matrimonium etiam in articulo mortis: quia talis legitimatio operatur, quod legitimatus excludat substitutum. Bald. *consil. 319. Puncta, super quibus, in princip. lib. 4.* vbi, quod talis legitimatio est efficacissima, & naturam imitatur. Vide, *Legitimatio per subsequens matrimonium operatur multa. Concl. 229.* † Restringe, vt non procedat 37
limitatio, quando esset dictum; *si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreandis*; quia non veniunt legitimati per subsequens matrimonium. Bald. *cons. 367. Quidam tres hæredes, lib. 5.* † Limita; quia legitimatus potest substitui per 38
fideicommissum in portione legitimorum & naturalium, & è contra, excepta legitima. Ioan. de Anan. *consil. 29. num. 7. vers. aliud etiam*, vbi Bologn. in apostilla. Vide plenius, *Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionibus. Concl. 238.* Vide, *Legitimatio potest fieri post mortem patris. Concl. 221.*

Legitimatio ex quibus substineatur valida, vt non sit subreptitia, & quando secus. Concl. 227.

LEGITIMATIO † filiorum valet, licet non sit facta mentio, 1
quod legitimans habeat nepotes legitimos ex filia præmortua; quia hoc nulla lege cauetur. Federic. de Sen. *cons. 57. Videtur mihi, in princ.* Vide, *Subreptitia ex quibus dicatur legitimatio. Concl. 227.* 2
† Extende in filio legitimo nato post legitimationem naturalis; quia non rumpit legitimationem, sed bene rumpit testamentum, si est præteritus. Castrens. *consil. 22. col. 2. ver. si vero natus fuit post, lib. 2.* † Extende maxime legitimationem non violari, licet 3
post eam nascatur masculus, qui viuente patre præmoriatur. Castr. *d. cons. 22. in princ. lib. 2.* vbi est casus. † Restringe, vt procedat, 4
& si pater haberet filios ex cõcubina legitimatos per subsequens matrimonium; quia non potest legitimare alios naturales non facta mentione. Castrens. *consil. 429. Præsupposito, quod iste, per tot. lib. 2.* vbi, quod non potest pater habens filios legitimos legitimare naturales, nisi per oblationem Curiæ facta mentione de legitimis, vel per subsequens matrimonium. † Restringe; quia legi- 5
timatio est nulla, si legitimationem obtinens habet filium legitimum & naturalem, & de eo non fecit mentionem. Castr. *d. consil. 22. Visis omnibus, in princ. lib. 2.* Anchar. *consil. 241. num. 7.* vbi idem est, si haberet descendentes, de quibus non fecit mentionem; imo Fulgos. *consil. 62. num. 4. & seq.* dicit esse prohibitum supplicare principi pro legitimatione non legitimorum, quando extant legitimi & naturales, allegat text. *in auth. quibus mod. natur. effic. sui. §. si quis contra legitimos, & §. sit igitur licentia, & §. & hoc dicimus.* Angel. Aret. *consil. 119. In themate supradicto, in princ. num. 4. vers. secundo requirebatur*, plenius infra *num. 19. & sequen.* † Restringe, vt 6
idem sit, si haberet filiam fœminam legitimam & naturalem; quia si de ea non est facta mentio, non valet legitimatio. Alexan. *consil. 60. Visa legitimatione, num. 22. versic. tertia ratio, lib. 2.* Vide, *Legitimatio redditur nulla ex multis. Concl. 236. num. 57. & sequen.* † I- 7
dem, si habet filios ex filia. Anchar. *dict. consil. 241. num. 7.* † Re- 8
stringe, vt idem sit, si haberet liberos, vel agnatos, qui succederent; quia nisi de eis faciat mentionem, non valet legitimatio. Alexand. *consil. 25. Circa primum, num. 7. lib. 1.* † Declara; quia 9
dictæ restrictiones non procedunt, quando esset plene derogatum per principem, & in specie legibus dicentibus non posse legitimationem contra legitimos sortiri effectum; quia satis censetur facta mentio. Curtius Iunior *consil. 196. Ex prædicto themate, per totum.* maxime *num. 24. & sequent. lib. 3.* vbi reprobat Alexand. *dict. consil. 60. libr. 2.* Angel. *consil. 17. num. 5. versic. tertio modo.* † 10
Imo Castrens. *consil. 180. Super eo, quod, num. 2. versic. secunda ratio, lib. 1.* requirit expressam mentionem in derogatione, veluti, non obstante, quod extent legitimi in pari gradu, maxime si legitimatio est à Comite Palatino; sed tamen idem dicit in Principe. † Declara, vt procedat; quia valet legitimatio fi- 11
liorum non facta mentione, quod pater legitimans haberet nepotes legitimos ex filia; dummodo legitimans habeat facultatem legitimandi etiam in casu existentiæ legitimorum. Bald. *cons. 56. An pater, qui fecit, lib. 2.* † Amplia; quia spurius legiti- 12
matus facta mentione de spurietate in genere, est bene legitimatus; quia non est necesse exprimere speciem spurietati, licet sint plures species, ex quo omnes habent causas inuicem colligatas. Bald. *cons. 81. Quidam Simonitus, lib. 1.* Florian. de sancto Petro
q. 3. in 3. dubio, in fin. num. 19. † Contrarium Vide, *Legitimatio redditur* 13
nulla ex multis. Concl. 236. n. 2. & seq. † Amplia; q̃ legitimatio facta 14

de filio naturali nato ex soluto, & soluta sub stinetur, licet secundum leges ciuiles naturalis tantum dicatur natus ex concubina, alii autem dicantur spurii. Bald. *consil.* 129. *Factum proponitur, num.* 3. *ver. circa secundum, lib.* 2. & idem Bald. *consil.* 206. *circa fin. ver. & si legitimantur, li.* 3. vbi, quod melius est dicere, quod legitimatur natus ex soluto, & soluta absque expressione, quod sit naturalis, neque
15 spurius. † Amplia; quia legitimatio sub stinetur, licet sit erratum in nomine matris solutæ; quia si constat de corpore, error non vitiat, neque est necesse nomen matris exprimere, quia talis subreptio non vitiat; quia non retraxisset principem, vel legitimantē; quia par est ratio, vt mater nomen habeat vno modo, vel alio.
16 Alexand. *cons.* 108. *Visa copia, per tot. lib.* 7. † Amplia; quia legitimatio facta à Comite Palatino dicitur ex iusta causa, quādo fundatur super eo, quod legitimam prolē non habet pater legitimans. Ruin. *consil.* 87. *num.* 26. *lib.* 2. Dec. *consil.* 307. *num.* 12. Surd. *consil.* 1. *nu.*
17 105. † Si tamen habet Comes Palatinus amplissimam potestatem, præsumitur iusta causa legitimandi, licet non exprimatur.
18 Gozad. *consil.* 6. *num.* 86. *vers. vltimo non obstat.* † Amplia; quia valet legitimatio etiam spurii facta per principem ex certa scientia, licet non deroget in specie alicui legi. Florian. de S. Petro in *d.* 3. *quæst. in tertio dubio, in fin.* allegat Bald. *in cap.* 1. *§. naturales filii. si de feu-*
19 *do fuerit cont.* † Limita; quia non valet legitimatio facta instante patre per Comitem Palatinū, quando in ea nō fuit facta mentio de filio legitimo & naturali, quia legitimatio naturalium per rescriptum non fit, nisi in defectum legitimorum & naturalium; ideo dicitur subreptitia; quia si expressisset, non ita de facili con-
20 cessisset. Castr. *consil.* 22. *Visis omnibus, in princ. lib.* 2. † Extende maxime, quando extat clausula; *sine præiudicio legitimorum hæredum*; qa non præiudicat filiis, & descendentibus legitim s, quādo succederent, sed bene transuersalibus præiudicat. Castren. *consil.* 27. *per*
☞ *tot. lib.* 2. & idem dicit *consil.* 34. *num.* 3. *vers. secundo principaliter.* Vide, *Clausulæ legitimationum diuersæ. Conclus.* 356. Vide, *Legitimatus stantibus*
21 *legitimis. Conclus.* 32. *num.* 23. *& seq.* † Restringe; quia valet legitimatio facta per patrem non habentem filios legitimos & naturales; licet post legitimationē sibi nascantur filii legitimi & naturales; quia licet natiuitas posthumi rumpat testamentum; non tamen rumpit legitimationem, quæ non est facta solum ad effectum successionis, sed habet plures alios effectus. Castren. *d. consil.* 22. *vers. si vero. lib.* 2. vbi, quod restringitur quoad effectum successionis, quia talis legitimatus non succedet cum legitimo &
22 naturali, sub verbo forte. † Contrarium tenet Oldrad. *consil.* 247.
☞ *Factum tale est, quidam Rex, in princ. num.* 1. *vers. ad primum.* Vide in-
23 fra, *Legitimatio ex falsa causa concessa. Conclus.* 235. † Declara; quia si filius legitimus & naturalis, natus post factam legitimationem decedat ante patrem; tunc conualescit legitimatio etiam quoad effectum succedendi; tum quia cessat causa; tum quia conualescit eo casu etiam testamentum. Castr. *d. cons.* 22. *col.* 2. *vers. sed eo mortuo, lib.* 2. vbi dicit idem, etiā si filius legitimus & naturalis esset mor-
24 tuus post patrem, ante quam patri successerit. † Imo etiam si filius natus post legitimationem factam de naturali viueret, & superuiueret patri, non rumpit legitimationem quoad successionem, sed succedent insimul legitimatus cum legitimo & naturali postea nato, ita Castren. *d. cons.* 22. *col.* 2. *vers. propter quod, lib.* 2. vbi ad hoc
* allegat Bartol. & Raynerium in *l. ex facto, ff. ad Trebell.* & ita etiam dicit Dec. *consil.* 238. *In casu Domini. circa fin.* vbi dicit * communem, quod non reuocatur per talem natiuitatem, sed restringitur, vt
25 simul succedant. † Restringe, quando non fuit facta mentio de filiis, & descendentibus exclusis à statuto propter masculos, vel agnatos, prout si extent fœminæ maritatæ, quę excludantur, nec de eis fieri debet mentio in legitimatione, & facta etiā sine præiudicio legitimorum hæredum, licet ipsa clausula non præiudicet filiis, & descendentibus, intelligitur, si sunt successibiles. Ful-
26 gos. *cons.* 16. Castreus. *cons.* 27. *lib.* 2. † Restringe, quando filius legitimus & naturalis consensit legitimationi; quia tunc valet. Ca-
☞ stren. *cons.* 34. *nu.* 3. *vers. tertio principaliter, lib.* 2. Vide, *Legitimatus stan-*
27 *tibus legitimis. Concl.* 232. *nu.* 26. † Restringe; quia valet legitimatio, quando facta fuit de consensu masculi filii excludentis fœminā, licet de fœmina non fuerit facta mentio, neque citata; quia ex quo potuit eam excludere, & præterire; ergo potuit etiam in eius præiudicium legitimare bastardum. Castr. *d. cons.* 34. *num.* 3. *vers. tertio principaliter, lib.* 2. Vide, *Legitimatio redditur nulla ex multis*
☞ *tacitis, vel expressis. Concluſ.* 236. Vide plene Anton. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de legitimat. Concluſ.* 7. *Legitimatio illegitimorum requirit mentionem.*

***

Legitimatio illegitimorum quot modis fiat. Concluſ. 228.

QVINQVE † modis fit legitimatio illegitimorum; Primus mo- 1
dus est per subsequens matrimoniū; Secundus per oblationem Curiæ, sed transiuit in desuetudinem; Tertius per rescriptū principis; Quartus per testamentum patris; Quintus, quando pater apud acta talem nominat, de quibus omnibus per Ang. de Perus. *consil.* 17. *Co. Brandisius, per tot.* † Duodecim modos ponit 2
Card. *in c. per venerabilem. qui filii sint legit.* Primus mod⁹ est per subsequens matrimonium. Vide Concl. prox. seq. † Et iste modus o- ✠
peratur legitimationem concurrentem, & ēt si extant filii legitimi 3
& naturales. Alex. *cons.* 188. *Perspectis, nu.* 4. *ver. tertio probatur, lib.* 5. † 4
Secundus modus per oblationem Curiæ; quia ex quo pauci accedebant ad Curiā, idcirco illegitimi efficiebantur legitimi per talē oblationē, quę qualiter sit facienda, Ang. relatiue *d. cons.* 17. *n.* 5. *ver. secundo modo.* & hæc legitimatio valet ēt stantibus legitimis & naturalibus, prout qñ fit per subsequens matrimonium. Alex. *cons.* 188. *Perspectis, n.* 4. *lib.* 5. † Hodie hæc legitimatio recessit ab 5
aula, & succedit legitimatio, quæ fit per statuta, quæ regulatur eodem modo. Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *ver. hodie autem.* † Succedunt taliter legitimati ex testamento, & ab intestato; sed tamen non pos- 6
sunt capere plus, quam capiat alius legitimus. Ang. *d. cons.* 17. *nu.* 4. *ver. ij autem sic legitimati.* † Et datur, etiam si extāt legitimi & natu- 7
rales, q̄ non est in aliis legitimationibus, excepta ea, quæ fit per subsequens matrimonium. Castr. *cons.* 429. *nu.* 2. *lib.* 2. † Extende; 8
quia non habent beneficium abstinendi, prout habent alii legitimi. Ang. *d. cons.* 17. *n.* 5. *ver. ii autem.* † Extende; quia efficiuntur le- 9
gitimi soli offerenti, non autem aliis ascendentibus, vel ex latere actiue, & passiue. Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *vers. item talis legitimatis, & n.* 6. *vers. propterea concludendo.* vbi, quod aliæ legitimationes plus conferunt, quā ista, & idem dicit Castr. *cons.* 34. *n.* 3. *vers. nam legitimatus, lib.* 2. † Restringe multis modis relatiue per apostillam ad Castr. 10
consil. 429. *n.* 2. *in ver. curia, lib.* 2. † Et potest sub isto modo poni alia 11
oblatio Deo facta per ingressum religionis; quia plenissime est legitimatio per ingressum, & oblationem Deo factam, inf. *n.* 47. Vide, *Ingressus religionis multa operatur. Concl.* 134. † Filii legitimi & ✠
naturales succedunt legitimato patri per oblationem Curiæ in 12
totū. Ang. *d. cons.* 17. *n.* 5. *vers. ad successionem.* † Restringe; quia si ha- 13
bet filios non legitimos & naturales, succedit curia, cui est oblatus, in quarta, filii in residuo. Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *vers. ad successionē*, dummodo se offerant curiæ, alias curia habebit tres quartas, & ipsi vnam quartā, vt ibi *vers. vbi autem.* † Restringe; quia si decedat 14
sine filiis ab intestato, curia habet tres quartas, alii succedētes ab intestato quartam. Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *ver. si vero talis.* † Declara; 15
quia si decessit testatus etiam sine filiis, instituti habebunt tres quartas, curia aliam quartam, quam consequentur instituti, si efficiantur curiales. Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *ver. si autem decesset.* † Terti⁹ 16
modus est per rescriptum Principis, & taliter legitimati nihil à legitimis differunt, & efficiuntur legitimi actiue, & passiue omnibus ascendentibus. & transuersalibus. Angel. *d. cons.* 17. *n.* 5. *vers.* ✠
tertio legitimatur. † Et isti agnascuntur omnibus transuersalibus, 17
etiam qui non consenserunt, & patri, qui fecit legitimare; nō sic in legitimatis per oblationem curiæ, quæ strictior est, Castr. *cons.* 18
34. *n.* 3. *vers. nam legitimatus, lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiam si legitimatio sit facta per Comitem Palatinum habentem facultatem legitimandi; quia licet non adsint verba, *& restituendi natalibus*, idem est. Ang. *d. consil.* 17. *in princ.* † Idem est, cum pater, qui pe- 19
tit legitimationem, solum petiit legitimari, non autem petiit filium restitui natalibus primæuis naturæ; quia paria sunt. Angel. *d. consil.* 17. *num.* 6. *vers. vnum autem solum.* † Extende idem, si sit facta 20
dispensatio, per quam habilitatur ad succedendum parentibus, & agnatis; quia operatur idem, quod legitimatio in ea parte, in qua est dispensatum, ita Castren. *consil.* 30. *Super puncto isto. per tot. lib.* 1. infra *nu.* 44. Vide, *Legitimatio & dispensatio differunt. Concl.* 220. ✠
† Restringe; quia si extant legitimi, non valet hæc legitimatio, 21
nisi dicatur *non obstante tali lege.* Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *circa fin. vers. tertio modo.* † Restringe, vt non valeat legitimatio, quando prohibi- 22
tum esset matrimoniū inter parentes legitimati; quia si non possent contrahere, non valet legitimatio, Ang. *d. consil.* 17. *n.* 5. *vers. tertio modo.* † Declara; quia valet vt dispensatio generalis, vel specia- 23
lis, prout cantat. Castr. *d. cons.* 30. *n.* 4. *vers. item certum est, lib.* 1. † Re- 24
stringe, vt idem sit, si pater honeste non posset matrimoniū contrahere, vt quia mater viueret meretricio more; quia non valet legitimatio. Angel. *d. consil.* 17. *nu.* 5. *vers. tertio modo.* † Quartus mo- 25 *
dus est; quia si pater in testamento dixit velle filium naturalem

sibi

sibi efficilegitimum successorem, censetur legitimatus, si quatuor concurrant. Primum, quod posset matrimonium contrahere cum muliere, ex qua suscepit filium. Secundum, quod non habeat filios legitimos. Tertium, quod non potuerit legitimationem obtinere per rescriptum propter distantiam, vel absentiam. Quartum, quod talis legitimatus post mortem patris ostendat testamentum Principi, & asserat se velle iura legitimorum assequi. Angel. *d. cons.* 17. *num.* 7. *vers. quarto modo.* & Anchar. relatiue *cons.* 241. *nu.* 6. vbi ista requisita deducit, & de istis quatuor requisitis plene Bar. in sua *disp. habens filium*, quæ est 11. incipit, *Habeo filiam*, vbi de singulo requisito, & qualiter debeat adesse. Et si pater † simpliciter appellat in testamento filium eum, qui spurius est, dicitur legitimare. Cruett. *cons.* 166. *num.* 12. † Extende; quia imo si pater habet plures filios ex eadem muliere spurios, vel naturales, & vnum ex eis, puta Titium, filium suum nominat, licet de aliis nihil dicat, censetur omnes æqualiter legitimare. Bartol. *dict. quæst.* 11. *num.* 5. *vers. quinto videtur casus.* Declara; † quia non habet locum iste quart° modus, & sequen. in spurio, vt declarat Anch. *d. cons.* 241. *Ex tenore. num.* 5. *vers. nec prodest.* † Primum requisitum, quod posset matrimonium contrahere, intelligit Bart. tempore testamenti, & legitimationis propter verbum, *possunt.* † Contrarium Castrens. *cons.* 429. *Præsupposito, in princ. lib.* 2. quod referatur ad tempus natiuitatis filii, & comprobat multis rationibus. † Secundum, quod nedum possint contrahere non obstante aliquo canonico impedimento, sed etiam honeste, secundum bonos mores, vt sint ambo nobiles. Bart. *d. quæst. vers. secundo sciendum, & cons.* 120. † Contrarium Castrens. *d. cons.* 429. *col.* 2. *vers. secundo dicit, lib.* 2. quia imo opus charitatis est secundum ius Canonicum, ꝙ seruari debet, quod nobilis contrahat cum ignobili, diues cum paupere. † Tertium, quod pater dispositiue, non autem enunciatiue nominet filium. Bart. in *d. quæst.* † Contrarium Castrens. *d. cons.* 429. *col.* 2. *vers. tertio, lib.* 2. vbi, quod enunciatiua fauore militis est dispositiua; igitur idem est pro legitimatione, in qua idem est fauor publicus, & quia omni meliori modo fecisse præsumitur pater. † Quartum, & quintum est secundũ Bartol. in *d. quæst.* quod verba enunciatiua non probant, & quod naturalis nõ potest legitimari in testamento per patrem, quãdo extant legitimi & naturales, & hoc tenent Hostiens. in *summa, qui filii sint legit. circa fin.* Ioan. Andr. in *cap. per tuas, eod. tit.* † Contrarium tenet Castr. *d. cons.* 429. *n.* 2. *lib.* 2. ex mente Iacob. de Beluis. † Declara; quia procedit opinio Bartol. quando pater in testamento legitimaret nominatim filium, quem dicit naturalem; secus, si non exprimit eũ naturalem, ex quo præsumitur ex matrimonio, vel quando extant filii legitimi & naturales vere; secus si legitimati per subsequens matrimonium, vel alio quouis modo adessent. Castrens. *d. cons.* 429. *nu.* 2. *vers. breuiter, lib.* 2. † Declara alio modo; quia in casu Bartol. erat fauorabile annullare legitimationem factam in testamento patris; quia idem legitimatus dicebat testamentum nullum tanquam præteritus, quod videtur iniquum, quod velit impugnare actum, à quo sumit beneficium; secus cessante hoc, & quando relicta est legitima filiis legitimis & naturalibus fœminis, alias non recederet ab opinione Bart. Hostiens. & Io. And. maximę auctoritatis. Castrens. *d. cons.* 429. *in fin. lib.* 2. † Restringe; quia non procedit quartus modus legitimandi, quando filius legitimatus in testamento diceret testamentum nullum; quia non fuit institutus; nam cessat præsumptio; quia testator elegisset viam ad impugnanda iudicia sua. Bartol. *in q.* 11. *num.* 3. *vers. contra,* & quia si vult consequi legitimationem ex testamento, non potest dicere nullum, vt ibi in fin. quæstio. † Restringe, quando pater dispositiue nominat talem filium suum; secus si enunciatiue, *præter aliud.* Bart. *d. quæst.* 11. *vers. tertio sciendum,* vbi apostil. *in ver. primo, aliter,* & in *ver. quod probo,* dat plurimos concord. † Restringe, quicquid sit de iure Ciuili, iste modus de iure Canonico nõ admittitur in terris ecclesiæ; quia matrimonium non præsumitur de iure Canonico, nisi probetur. Bartol. *cons.* 120. *Veruccius, in fin. lib.* 2. † Quintus modus est, si pater in iudicio, vel alibi in scriptura habente subscriptionem testium appellat filium, licet non dicat effici velle suum legitimum successorem, si alia quatuor concurrant, de quibus in quarto modo. Ang. *d. cons.* 17. *circa fin. vers. quinto modo.* † Alii modi sunt secundum disposita in legitimatione, & quandoq; verior, quando q; strictior sit legitimatio secundum clausulas legitimationum. Vide, *Clausulæ legitimationum diuersæ. Conclus.* 356. † Sextus modus est dispensatio; quia quandoq; Papa dispensat cum aliquo illegitimo quoad spiritualia, & censetur etiam legitimatus, vt succedat quoad temporalia in statu Ecclesiæ, secus extra statum. Fulgos. *cons.* 72. *Suppositа Bulla.* Vide supra *num.* 20. † Septimus modus, si instituatur filius, si & quando capax erit; quia poterit tunc hæreditate iacente facere deputare se in administratorem hæreditatis iacentis, donec legitimetur. Alexan. & Ias. in *l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthum* late Natt. *cons.* 247. *in princip.* † Contrarium, quod sit in fraudem legis. Gozad. *cons.* 21. *num.* 33. *& seq.* & quod non valeat, plenissime Castrens. *consil.* 467. *colum. penult. vers. nunc circa quartum, lib.* 2. † Octauus modus per ingressum religionis. Guilielm. de Cun. & Bald. *in l.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* Doct. *in authent. ingressi. Cod. eodem.* Alexand. *cons.* 121. *Viso themate, in fin. num.* 19. *versic. & accedit, lib.* 2. & supra *num.* 11. † Contrarium tenet Bero. *consil.* 163. *num.* 28. *& sequent. lib.* 2. vbi, quod non probatur lege, nisi quod relictum eis factum debetur monasterio, tanquam in piam causam. † Episcopus creatus, vel Clericus factus non efficitur legitimus quoad successionem. Bero. *dict. consil.* 163. *num.* 23. *& sequent. versic. non obstat, lib.* 2.

Legitimatio per subsequens matrimonium operatur multa, & habet multa specialia, & quando secus. Concl. 229.

MATRIMONIVM † contractum quandocunq; inducit legitimationem filiorum natorum ante matrimonium, *c. tanta. qui filii sint legit.* † Amplia; quia legitimatio facta per subsequens matrimonium operatur magis, quam alia legitimatio principis; quia non minus debet operari sacramentum, quam legitimatio hominis. Cald. *cons.* 308. alias 5. *de feud.* vbi, quod ista est fauorabilis, aliæ odiosæ, & quod taliter legitimati succedunt in feudis, & ad Episcopatus possunt promoueri. Vide, *Feudum transit ad legitimatum, & quando secus. Conclus.* 165. † Declara; quia ad hoc, vt legitimatus per subsequens matrimonium obtineat iura legitimorum de iure Ciuili, requiritur, quod interuenerint dotalia instrumenta in tali matrimonio. Bald. *cons.* 141. *n.* 2. *lib.* 5. Ang. *cons.* 17. *n.* 5. *vers. illud autem.* Florian. de S. Petro *quæst.* 3. *in princ. n.* 11. † Contrarium tenet Bald. *consil.* 129. *lib.* 3. *in fine.* vbi, quod sufficit, ꝙ matrimonium sit sequutum qualitercunq; valide de iure Canonico. † Declara; quia de iure Ciuili requiruntur dotalia instrumẽta, de iure Canonico secus, ideo quoad matrimonium, & legitimationem veram attendi debet ius Canonicum; quia erunt vere legitimi vbique; sed tamen quoad successionem bonorum in terris Imperii non succedent legitimati per subsequens matrimonium, in terris Ecclesiæ secus; & nõ est mirum; quia licet sint vere legitimi; tamen potest lex secularis regulare successiones, prout vult Angel. de Perus. *cons.* 29. *Titius existens per totum.* maxime *n.* 3. *vers. de secundo, vsque in fin.* vbi tamen dicit esse dubitabile, sed ipse tenet hanc partem, & respondet ad contraria, & Angel. in *authent. quibus modis natur. efficiuntur legit. §. sed & aliud, num.* 4. sequuntur Ruin. *cons.* 211. *num.* 5. *& 6. lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 136. *num.* 10. qui loquuntur etiam, quando magna est inæqualitas, vt de iure Ciuili non admittatur successio. † Extende declarationem, vt procedat etiam quoad feuda Ecclesiæ; quia succedet taliter legitimatus per subsequẽs matrimonium secundũ ius Canonicum, non autem in feudis secularibus. Angel. *d. consil.* 29. *num.* 6. *vsque ad fin.* † Extende idem, quando ex tenore testamenti, vel inuestituræ requiritur, quod sit conceptus, & natus constante matrimonio. Menoch. *cons.* 16. *per tot.* vbi plurimos allegat. † Dotalia instrumenta non dicuntur interuenisse, licet pater confessus fuerit in testamento, quod habuit dotem. Angel. *d. cons.* 29. *in fin. vers. solum ergo.* † Extende, etiam si sit facta in articulo mortis; quia efficacissima est, & taliter legitimatus excludit substitutum. Bald. *cons.* 319 *in princ. lib.* 4. dubitatiue pro vtraq; parte Roman. *consil.* 367. *nu.* 8. Castrens. *cons.* 343. *Circa primum, in princ. vers. nec videtur obstare, lib.* 2. † Amplia; quia legitimatus per subsequens matrimonium potest obtinere dignitates, & beneficia Ecclesiastica, & ordinari libere, ac si esset natus à principio de legitimo matrimonio. Calderin. *cons.* 466. alias 2. *qui filii sint legit.* vbi extendit, etiam si esset particularis constitutio contra non legitimos, & obtinere volẽtes dignitates Ecclesiasticas Ang. de Perus. *d. cons.* 29. *Titius existens, num.* 7. *vers. item non obstat.* Alexan. *consil.* 5. *Attentis narratis, in princip. lib.* 7. † Extende, vt legitimatus per subsequens matrimonium possit effici Episcopus. Calder. *d. cons.* 308. alias 5. *de feud. vers. item absurdum. ante med.* † Amplia; quia legitimatus per subsequens matrimonium legitimatur, & succedit etiam in emphyteusi. Imol. in *l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* Alexan. *in l. ex facto, §. si quis rogatus, n.* 15. *ad Trebell.* Paris. *cons.* 13. *num.* 43. *lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 27. † Amplia, quia legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudo. Calder. *d. cons.* 308. alias 5. *de feud. per tot.* vbi est casus, & communem * dicit Bald. *cons.* 129. *in princ. lib.* 3. † Contrarium tenet Angel. *d. cons.*

d.consil.29.n.6.ver.item non obstat dictum Io. Andreæ, qui loquitur maxime in feudo seculari, quando non interuenerant dotalia in-
15 strumenta.† Extende ét in feudo Ecclesiæ; quia maxime Ecclesia
16 approbat hanc legitimationem. Bald. *d.consil.129.in princ.lib.3.*† Declara; quia legitimatus per subsequens matrimoniũ succedit in feudo Ecclesiæ, licet nõ interuenerint dotalia instrumenta; quia sufficit, quod matrimonium sit secundum Ecclesiam, & ius Canonicum. Angel. *d.consil.29.n.6.ver.item non obstat*, & maxime *in fi-*
17 *ne.* † Amplia; quia legitimatus per subsequens matrimoniũ succedit in feudis secundum communem, & magis * communẽ opinionem, de qua apostilla ad Roman. *consil.367.nu.9.vers. non cen-*
18 *setur.*† Contrarium ibi tenet Roman. *d.consil.367.nu.9.* quod nullo modo in feudis succedat. Vide infra *n.36.* & seqq. limitationibus,
19 maxime *nu.50. & seq.* † Declara; quia de iure Ciuili non legitimantur filii per subsequens matrimonium, nisi adsint dotalia instrumenta; ideo in terris Imperii non admittuntur ad successio-
20 nem. † Contrarium in vtroq; verius; quia sufficit matrimoniũ, * etiam si dotalia instrumenta non adsint, communem * dicit Decian. *consil.5.num.63. & seq.lib.1.* vbi citat plures de communi * attestantes, *num.65. & 66.* etiam si in articulo mortis contrahatur, *nu.*
* 72. vbi de * communi, etiam si cum vili persona; quia succedunt in præiudicium agnatorum in feudo, in emphyteusi, & hæreditate patris, vt ibi maxime *num.83.* vbi de magis * communi, & plenissime Gabriel. *consil.21.per tot.* vbi, quod in terris Imperii, & vbique legitimati per subsequens matrimonium sunt vere legiti-
21 mi, & succedunt, prout nati ex matrimonio. † Declarat etiã Decian. *d.consil.5.num.65.lib.1.* vt quæstio sit, quando extant filii ex alio
22 matrimonio, vt in eorum præiudicium; secus si non extant.† Declara tamen; quia si requiritur, quod sint nati cõstante matrimonio, legitimati per subsequens matrimonium non sunt tales. De-
23 clara;† quia si matrimonium fuit clandestinum, non statur confessioni soli coniugum, quod matrimonium fuerit ante natiui-
24 tatem filii; quia esset aperta via malitiis. Gabriel. *d. consil.21. in fin.*† Amplia, seu declara; quia quod dicitur legitimatũ per subsequẽs matrimonium succedere in feudis, procedit, etiam si matrimonium qualitercunq; subsequutum probetur de iure Canonico, licet de iure Ciuili debeat probari per instrumentũ. Bald. *d.*
25 *consil.129.lib.3.in fin.vers.quãdo igitur.*† Amplia; quia legitimatio per subsequens matrimonium etiam in articulo mortis est efficacissima, & excludit substitutum; quia secundum naturam est. Bald. *consil.319.Puncta.super quibus, in princ.lib.4.* & plenius ibidem *num.3.*
26 *vers.super tertio.* † Extende; quia facit deficere conditionem fideicommissi, dummodo interuenerint dotalia instrumẽta. Bal-
27 dus *consil.141.num.2.lib.5.*† Restringe, vt non procedat, quando esset dictum: *& si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreandis*; quia tunc non succedunt legitimati per subsequens matrimonium, sed substituti. Bald. *consil.367. Quidam*
28 *tres hæredes, lib.5.* † Idem est, quando testator substituit legitime natis, ita quod, donec ipsi extiterint, legitimati non succedãt, vel naturales non succedunt; quia legitimati per subsequens matrimonium non succedunt stantibus substitutis legitimis. Bald. *d.*
29 *consil.367.in fin.vers.præterea, li.5.*† Amplia; quia legitimatio per subsequens matrimonium operatur, vt talis legitimatus dicatur vere legitimus, & comprehendatur in dispositione loquente de fi-
30 liis legitime natis. Castrens. *consil.180.num.5.lib.1.*† Amplia; quia si pater relinquet domum spurio filio cum hoc, quod nõ possit talem domum alienare vllo modo, nisi Petro, & Paulo filiis legitimis testatoris; succedet tamen in ea filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium dicti prohibiti; quia ista non dicitur alienatio, sed continuatio dominii de patre in filium. Baldus
☞ *d.consil.141. Punctus talis, lib.5. in princ.* Vide, *Prohibitus alienare quibus*
31 *modus, vel personis sit prohibitus, vel non. Conclus.898.* † Amplia; quia hæc legitimatio per subsequens matrimonium est fortior omni alia legitimatione, quæ fieri possit; quia taliter legitimati efficiuntur sui, siue ante natiuitatem eorum alii legitimi supersint, siue superueniant, & nascantur post, Angel. de Perus. *consil.17. Co. Brandisius, num.5. vers. primus modus*, & plenius *cons.20. Simon de Quarrara*, vbi, quod lex allicit homines, vt concubinam in vxorem ducant, vt filii legitimi fiant, & hoc est tam de iure Ciuili, quam
32 Canonico approbatum. † Extende; quia licet in aliis legitimationibus requiratur consensus filiorum; tamen secus est, quando fit per subsequens matrimonium. Angel. *d.consil.17. num.5. in fin.*
33 *vers.oportet autem.* † Et in aliis legitimationibus excepta ista, & quæ fit per oblationem Curiæ, si extant filii legitimi & naturales, non præiudicatur legitimis & naturalibus; quia non valet
34 legitimatio. Castrens. *consil.429.num.2.vers.quarto dicit. lib.2.* † Extende; quia si pater habens spurium donet omnia bona sua, postea illum legitimari faciat, non reuocabit donata etiam quoad legitimam; secus est, si per subsequens matrimonium legitimetur. Bald. in *l.1. in fin. C. de inoffic. donat.*† Restringe; quia non legiti- 35
mantur nepotes ex filio præmortuo naturali, licet auus contrahat matrimonium cum concubina auia. Bald. post Guilielm. de Cun. in *l. benignius, ff. de legibus.* Marsil. *Singul.121. Credo te scire.* quos citat apostilla ad Castrens. *consil.429. lib.2. vers. & per subsequens.* † Li- 36
mita; quia matrimonium contractum cum alia muliere post natiuitatem illegitimorum operatur, quod legitimatio per subsequens matrimonium postea facta non reddit eos legitimos. Angel. *d.consil.17. num.5. versic. quinimo*, allegat text. *in authen. quibus modis natur. effic. legit. §. si vero etiam naturalium. vers. omnino enim iuris existentibus*, quem dicit non esse alibi. † Limita; quia si mulier, cum 37
qua quis habuit filios, habuit alium maritum, cum qua suscipiẽs liberos contraxit matrimonium, & non constat de morte primi mariti; tunc non legitimantur filii, neque succedunt; quia probata vita primi viri, & non docto de morte, præsumitur viuere vsque ad centum annos. Dec. communem * affirmans *cons.104.* *
n.m.4. & consil.575. num.10. nisi esset iuuenis bellicosus, qui vagari cœperit; quia præsumitur mortuus lapso quinquennio. Nat. *consil.*
241.† Limita; quia legitimatio per subsequens matrimonium 38
non reddit legitimos filios ad bona, quæ non sunt libera patris, qñ mulier non est digna viro; quia non sunt paris conditionis, hanc communem * tuetur Hippol. Riminald. Iun. *consil.222.n.34.* *
& seq.lib.2. vbi contraria tollit.† Limita; quia legitimatio per sub- 39
sequens matrimonium non facit, quod taliter legitimatus dicatur natus legitimus, neq; ex legitimo matrimonio; ideo non caperet ea, de quibus soli legitimi nati sunt capaces, ita Ludou. de Surd. *de natur. liber. in 4. particula. de legitim. effectu, in 3. quæst.* & hanc veriorem, & magis * communem dicit Bero. *consil.168. num.8. lib.2.* *
† Et hanc partem late tuetur Alexand. *cons.5. Attentis narratis, per* 40
tot. vbi pro vtraque parte, hanc tuetur, & tollit contraria, *lib.7.* quia qualitas iuncta verbo, vel participio intelligitur secundum tempus verbi, vel participii. † Contrarium tenet apost. ad Ale- 41
xand. *d.consil.5. lib.7. in ver. contrariam*, quia dicit niti in solo rigore verborum contra mentem disponentis, qui voluit solum tollere legitimationes insolitas cum clausulis inordinatis, non autem dispositionem iuris communis, & allegat plures cõcord. in fine. vbi, quid si per decrepitum contraheretur, & quid si ex dispensatione?† Declarat Alexand. quia aut est natus ante matrimonium, 42
& non potest dici legitime natus, neq; natus ex legitimo matrimonio; secus, si esset conceptus ante matrimonium, sed natus post matrimonium; item in dispositione hominis non excludit substitutum, secus in dispositione iuris; quia mitius agitur cum lege, quam cum homine. Alexand. *d. consil.5. Attentis, per tot. lib.7.* vbi *nu.9. & 10.* dicit, quod non operatur contra ius quæsitum in spe, quando est considerabile, licet non sit in re. † Limita; quia v- 43
bicunque matrimonium esse non poterat tempore prolis inter patrem & matrem procreatæ; tunc per subsequens matrimoniũ non inducitur legitimatio. Socin. Iun *consil.31.num.43.lib.2.* plene Cephal. *consil.390. In facto præsupponitur, num.20. & seq.lib.3.* vbi extendit, plene Florian. de S. Petro *quæst.3. in 3. dubio, in princ.* infra *nu.*
28. *& seq.*†Extende; quia si tempore conceptionis filiorum pater, 44
vel mater erat vxoratus cum alia, non legitimantur filii per subsequens matrimonium; quia non poterat esse matrimonium inter eos tempore conceptionis, prout requiritur. Roman. *consil.367*
Circa primum, num.7. vers. quoad tertium. Vide plene Anto. Gabriel. *lib.6. Conclus.2. Legitimatio per subsequens.* vbi, quod non procedit limitatio, quando alter coniugum ignorauit impedimentum fauore filiorum, & allegat pro vtraque parte, & plenius *Conclus.4.*
Filii ob bonam fidem parentum iudicantur legitimi. † Limita; quia legi- 45
timatio etiam per subsequens matrimonium non tollit ius primogenituræ legitimi & naturalis. Petr. de Anchar. *consil.427.nu.3.*
† Limita, quando magna est disparitas, vt si nobilis cum vili mu- 46
liere contraheret; quia si secundum consuetudinem Ciuitatis matrimonium honorifice fieri non potest, non legitimantur filii nati ante. Angel. in *d. authent. quibus modis natur. effic. legit. §. sed & aliud.nu.4.* Cæpol. *caut.250.* Ruin. *consil.211.num.5. & 6.lib.1.* Curt. Iun. *consil.136.num.10.* Socin. Iun. *consil.52.num.3.lib.1.* vbi de * communi. *
Cephal. *consil.82.num.76. & consil.276.num.19.* Sylues tr. Aldobr. *Inst.*
de nupt. §. fin.num.15. Menoch. *consil.16.nu.13.* Rim. Iun. *inter consil. matr.*
consil.80. per tot. & Soc. Iun. *consil.12. in princ. lib.4. & in d. consil.52.n.2. lib.*
1. vbi de * communi, & q; non habet contradictorem. Contra- *
rium supra *n.20. cum multis seqq.* vbi declaratur. † Limita, quando 47
in inuestitura esset in specie dispositum, quod non succedant, nisi legitime concepti; quia non trahitur ad legitimatos per subsequens matrimoniũ. Bald. *d. consil.129. circa fin. vers. quando igitur, lib.*

3. plures

48 3. plures citat Menoch. *d. cons.* 16. vbi hanc tuetur. † Extende idem, quando testator disposuit quod succedant legitime nati; quia tunc non admittuntur legitimati per subsequens matrimoniũ. Bald. *cons.* 367. *lib.* 5. Vide plenius & declara, *Legitimatus quando venit appellatione filiorum legitimorum. Cond.* 238. *n.* 33. *& seq.* † Contrarium videtur velle Bald. *d. consil.* 319. *nu.* 3. *vers. super tertio, lib.* 4. vbi, quod sicut, quãdo matrimonium est causa liberorum, filij legitime nati excludunt substitutum; ita etiam, quãdo filii nati sunt causa matrimonii, vt quia propter liberos deuentũ est ad matrimonium, sed loquitur ad effectum excludendi substitutũ ex vltima voluntate. † Limita; quia adhoc, vt legitimatio filii naturalis possit fieri per subsequens matrimonium, requiruntur plura. Primo, quod non cognouerit mulierem, ex qua natus est, dũ erat coniugatus; quia matrimonium cum tali non valeret. Secundo, q̃ interuenerint dotalia instrumenta. Tertio, quod fuerit retenta mulier in schemate concubinæ. Quarto, q̃ non adsint legitimi ex vero matrimonio. Quinto, quod possit trahi retro legitimatio sine impedimento. Sexto, quod quis loquatur de primo matrimonio. Septimo, quod medium matrimonium non impediat. Octauo, quia pater contrahendo cum alia matrimoniũ videtur se excludere à legitimatione natorum. Nono, quia requiritur consensus legitimati, vt reincidat in patriam potestatẽ. Decimo, quia coitus non debet esse à iure improbatus, & hodie cõcubinatus dicitur coitus prohibitus. Vndecimo, quando ex fornicatione est natus. Florian. *d. quæst.* 3. *in princ. vsque ad nu.* 16. sic arguit. † Contrarium, quod imo naturalis legitimetur per secundum matrimonium contractum cum matre, quæ concepit ante primum matrimonium legitimantis, probatur Primo; quia matrimonium etiam nullum inducit filiorum legitimationem, *l. q. in prouincia. 2. responso. ff. de ritu nupt.* Secundo, quia filii legitimantur ex matrimonio subsequenti etiam nati tempore, quo matrimonium esse non potuisset. *C. de natural. liber. authen. noua constitut. & cap. ex tenore, qui filii sint legitimi.* Tertio; quia sufficit, quod mulier sit libera tempore conceptionis, & matrimonii. Quarto, quia plus debet operari matrimonium, quam sola probatio exassertione patris. Quinto; quia non est prohibitum, quod licet primum matrimonium interuenerit, secundum non operetur. Sexto, quia cessante impedimento primi matrimonii cessat omnis effectus. Septimo, quia actus medius non prohibet coniunctionem extremorum per plura exempla. Octauo, quia retractio fit ex fictione, quæ non impeditur ex medio procedẽte facto hominis, si extrema sunt habilia. Nono, quia consideratur tempus matrimonii liciti, & quod coitus, licet improbatus, non impediret matrimonium tempore conceptionis. Decimo, quia adsunt text. pro hac parte, & multi antiqui, & moderni tenent, ita quod hæc est communis * opinio. Florian. *d. quæst.* 3. *à nu.* 16. *vsque* 24. vbi, quod non attenditur damnatio coitus, modo potuerit esse matrimonium cum eo tempore coitus, *a nu.* 24. *vsque in fin.* tuetur proximam opinionem, vti substentabilem, & respondet ad omnia inducta pro hac parte contraria, vide eũ. Declara; quia † quod dicitur de prima opinione, quod non valeat legitimatio ex secundo matrimonio, quando filii nati sunt ante primum matrimonium, sit vera; sed si post primum matrimonium nati essent filii, tunc bene legitimantur; quia tunc nullum est medium impediens, licet non sit primum matrimonium omnibus computatis; quia sufficit, quod sit primum post natiuitatem filii naturalis, & ita videtur posse declarari secundum Florian. *d. quæst.* 3. *num.* 24. *vers. si quis tamen.* † Limita; quia statute statuto, quod primogenitus legitimus succedat, filius natus, antequam pater contraheret matrimonium, ex soluta, si postea pater contracto matrimonio habuit filios legitimos & naturales, & demum mortua vxore dispensauit illam, ex qua habuit primum filium, qui per subsequens matrimonium fuit legitimus factus, licet sit ptimus; non tamen erit successor tãquam primogenitus in feudo. Primo; quia statutum secundum propriam significationem debet intelligi, maxime, quando est contra ius commune, & non habet locum fictio in eo. Secundo; quia stricte interpretatur. Tertio; quia verba non tantum ciuiliter, sed naturaliter & ciuiliter sunt intelligenda. Quarto; quia legitimatus non est vere legitimus, & aliud est esse talem, aliud haberi pro tali. Quinto; quia qualitas requisita debet adesse tempore natiuitatis, vt sit legitimus, non ex post. Sexto; quia in dignitatibus attenditur præeminentia ab origine, non ex post facto; ideo si à principio non potest esse talis, ex post facto non priuat alium, qui accepit locũ primogeniti. Septimo; quia illegitimus ab origine contracta non potest tolli per subsequens matrimonium à principio; quia haberet contradictionẽ, quæ in nullo cadere potest, & licet possit matrimonium induci, quod habeatur pro legitimo, non tñ quod sit legitimus à principio. Octauo; quia fictio nunquam fingit retro in præiudicium iuris tertio quæsiti, & sic legitimi & naturalis. Nono, fictio nõ trahitur retro ad tempus, quo sequi posset repugnantia. Decimo; quia certũ est, q̃ legitimi & naturales primo sunt tales, quam legitimatus; ergo habent prærogatiuam temporis. Vndecimo non est verisimile, legitimanẽ voluisse præferre legitimatum ipsi nato legitimo. Duodecimo est text. *in cap.* 1. *§. naturales filii, si de feudo contr. fuerit.* vbi, q̃ legitimati non vocantur ad feudũ, nec soli, nec cum aliis, & hanc partem tenent plures, quos citat Florian. de S. Petro *d. quæst.* 3. *in* 2. *dub. in princ. vsque ad nu.* 15. vbi *nu.* 14. addit, quod q̃n duo requiruntur ad perfectionem actus, si antequam interuenerint, actus cũ tertio expeditur, licet postea primus actus perficiatur, non nocet actui medio tempore perfecto; item quia aut matrimonium confirmat legitimationem, & non fingit retro; aut confert, & non infert præiudicium tertio, aut restituit, & adhuc idem est. † Contrariam opinionem veriorem: Primo; quia paria sunt à principio esse talem, vel ex post facto reduci ad talẽ; & quia expedit, quod feudum dignitatis per primogenitum regatur. Secũndo, qualitas legitimitatis respicit tẽpus successionis, & sic inspicitur tempus mortis eius, cui succeditur. Tertio; quia legitimatio fit ad augendum numerum succedere debentium, & si non succedit iste, contrarium operaretur; Quarto; quia legitimatus per subsequens matrimonium etiam dicitur legitimus quoad dignitates Ecclesiasticas, & spirituales; ergo primogenituræ, & feudi; Quinto reuersus ab hostibus fingitur nunquam captus, & iste nunquam illegitimus, ne diuerso iure censeatur; Sexto, non debet minus operari hæc legitimatio per matrimonium, quam illa per principẽ; sed legitimatus à principe succedit, si hoc disponit; ergo & ista: Septimo; quia per legitimationẽ acquiritur ius succedendi, multo magis ius primogenituræ, quod est sequela: Octauo; quia idem: Nono; quia legitimatus rumpit testamentum patris retro factum: Decimo; quia fictio trahitur retro circa ius quærendum, quod facilius impeditur, & hoc fundamentũ magni facit: Vndecimo; quia hæc pars inducit ad matrimonium, q̃ est sacramentum: Duodecimo; quia est text. in *authent. quibus modis natur. effic. legit. §. liceat igitur.* vbi, quod nihil differt legitimatus à filiis legitimis, & hanc partem tenet Ricard. Malumbr. quam veriorem dicit Florian. *dict. quæst.* 3. *dub.* 2. *à num.* 16. *vsque ad* 22. vbi, quod magis fauorabilis est hæc legitimatio per subsequens matrimonium, quam per rescriptum, & respondet ad omnia allegata pro limitatione. † Limita; quia legitimatio per subsequens matrimonium non trahitur retro, & non nisi a die matrimonii operatur; ideo electus ante legitimationem ad beneficium, licet tempore confirmationis sit legitimatus per subsequens matrimonium; tamen non capiet beneficium, gloss. in *cap. innotuit, in verb. in legitimo, de electio.* Calder. *cons.* 47. *in fin.* quod est 1. *de electio.* † Extende; quia non tollit ius primogenituræ. Socin. *consil.* 246. *Eleganter, num.* 6. *vers. confirmatur. lib.* 2. Alexand. *consil.* 25. *Circa primum, num.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia de iure Ciuili non legitimantur spurii per subsequens matrimonium; imo neque nati ex fanto alstris vagantibus. Bartol. in *l. fin. ff. de concub.* quem refert Bald. *consil.* 206. *Casus talis est. n.* 1. *in fin. lib.* 3. *vers. dicit Bart.* Florian. de sancto Petro *quæst.* 3. *dub.* 3. *in princip.* vbi pro vtraque parte vsque ad *num.* 10. & hanc tuetur. † Limita; quia vbicunque matrimonium non erat licitum, sed per dispensationem Papæ fit licitum; tunc legitimatio non dicitur facta per subsequens matrimonium, sed per rescriptum; ideo non habet eundem fauorem, quem habet legitimatio mere facta per subsequens matrimonium, Bald. *consil.* 129. *Ad euidentiam, num.* 3. *lib.* 3. † Et quod legitimatio per subsequens matrimonium inducat legitimationem solum, quando ab initio potuit esse matrimonium subsequutum tempore prolis habitæ. Bald. *in l. ex libera, C. de suis, & legit.* Socin. Iun. *consil.* 44. *lib.* 2. *supra num.* 43. *& sequent.* † Extende; quia legitimatio per subsequens matrimonium non inducitur, quando matrimonium erat prohibitum, sed ex dispensatione Papæ fuit contractum; quia si Papa non legitimauit prolem susceptam in specie, non erit legitima. Bald. *d. consil.* 129. *num.* 3. *vers. & hoc verum. lib.* 3. quia dispensatio super matrimonio non inducit dispensationem prolis, & Alexand. *consil.* 70. *Magnificus. num.* 2. *in fine. lib.* 6. & hanc veriorem dicit ibi apostilla in verbo, *incestuosi.* † Contrarium tenet Ancharan. *consil.* 409. Vide Antonium Gabriel. *lib.* 6. *titul. de legitimatio. Conclus.* 3. *Legitimatio per subsequens matrimonium non valet, nisi facta per Papam.* † Limita; quia non operatur, quando matrimonium non fuit in facie Ecclesiæ contractum; item, quando non est honeste contractum; item,

quando

quando non poterat esse matrimonium tempore concepti partus; item, quando contrahitur in infirmitate, & sic in extremo vitæ spiritu; quia præsumitur in fraudem, & tertio non nocet, licet valeat vt matrimonium; tamen tales filii legitimati non excludunt substitutum ex conditione, si decesserit sine filiis de legitimo matrimonio, ita plene Cephal. *cons.* 276. *per tot.* vbi plura ad hoc. Vide plene per Ant.Gabr. *lib.6.tit. de legitimatione, Concl.1. Legitimatus per subsequens matrimonium.*

Legitimatio non requirit causæ cognitionem, neque citationem, & quando secus. Concl. 230.

1 LEGITIMATIO † est voluntariæ iurisdictionis, & non requirit causæ cognitionem; ideo potest fieri ab eo, qui alias habet facultatem legitimandi etiam ab exitête in territorio alieno. Calderin. *cons.* 468. alias 3. *qui filii sint legit. per tot.* Vide, *Legitimatio illegitimorum per quem fieri potest, vel non. Conclus.* 218. † Amplia; quia in ea non sunt citandi agnati, neq; alii ab intestato venientes; quia fit sine causæ cognitione. Calder. *consil.* 470. alias 5. *qui filii sint legi-*
3 *timi.* vbi, quod potest fieri absente parte. † Amplia; quia legitimatio potest fieri de consensu patris, tam præsentis, quam absentis, & sine mandato, dummodo sequatur ratificatio. Bald. *consil.* 146.
4 *Titulus principis, nu.2. vers. item præmitte, lib.1.* † Amplia; quia non requiritur consensus sororis, neq; alterius transuersalis. Bald. *dict.*
5 *consil.* 146. *num.8. vers. nec est necesse. lib.1.* † Extende; quia neque requiritur consensus aliorum filiorum legitimorum; quia neque sunt citandi, quando pater est, qui obtinet legitimationem. Bald. *consil.* 306. *Casus quæstionis. per tot.* maxime, *circa fin. lib.2. versic. tertium motiuum*, vbi secus est, si pater non viueret, vel non impetraret legitimationem; quia non præiudicaret non citatis, nisi
6 expresse hoc disponeretur. † Et quando legitimatio fit sine causę cognitione; ideo citandi non sunt agnati, neq; alii venientes ab intestato. Calder. *d. consil.* 470. alias 5. *qui filii sint legit.* quod intelligę, quando fit de consensu patris, ita Bald. *d. consil.* 306. *per tot.* maxime *circa fin. lib.2.* Bartol. *in l. Gallus, §. & quid si tantum. num.14. vers. respondeo ad hoc, ff. de liber. & posthum.* & ideo si pater legitimat filiũ, isto casu non requiritur citatio proximiorum. Bald. *consil.* 361. *Verba Bartoli, in princ. lib.5. & cons.* 363. *Quæritur, vtrum, nu.2. lib.5.* Ratio est; quia ex quo potest is, qui petit filium legitimari, de sua hæreditate disponere, non sunt vocandi illi, qui possunt ab hæreditate excludi. Castrens. *cons.* 180. *Super eo, quod, num.2. vers. secun-*
* *da ratio, lib.1.* & ista est magis * communis opinio. Socin. *cons.* 246.
* *num.6. lib.2.* & est communis * opinio. Cuman. *consil.* 99. *Supposito tenore, circa fin. vers. circa secundum.* quod est subscriptum à Castren. Cuman. *consil.* 168. *Reuerendus pater, num.6. vers. non obstat tertio. & nu.*
* *4. vers. quintimo.* vbi, quod omnes * ita tenent. Castr. *cons.* 462. *Visis*
* *& consideratis, nu.3. vers. secundum princip. de, lib.1.* & communem * dicit Castill. *consil.* 20. *nu.*13. Florian. de S. Petro plene in *3. quæst. in 3. dub. nu.*17. *& seq.* Alexand. *cons.* 187. *Videtur, num.* 10. *vers. nam vide-*
* *mus. lib.5.* vbi dicit * communem, & repetit *consil.* 188. *num.*19. *eodem*
7 *lib.* † Declara; quia licet non sint citandi filii legitimi, vel agnati, quando pater legitimat filium quoad suam hæreditatem; tamen debet fieri mentio de eis in derogatione; ita quod sciuerit is, qui legitimat, siue sit Comes, siue Princeps. Castr. *d. consil.* 180. *n.2. ver.*
8 *secunda ratio, lib.1. & cons.* 22. *in princip. & consil.* 34. *nu.3. lib.2.* † Intelligę, quando legitimatio fit per principem in sua iurisdictione, & quoad bona suæ iurisdictionis; secus si Papa extra statum suum, vel Imperator legitimant de consensu patris; quia quoad bona extra territorium non præiudicat filiis, qui non cõsenserant, etiam si essent citati. Ang. *cons.* 350. *num.9. vers. sed si pater, & per totum.*
9 † Extende; quia agnati non sunt citandi, quando legitimatio spurii est facta in absentia patris, quando patet postea ratificauit, qñ agitur de sola paterna successione. Angel. *cons.* 87. *Spurius natura-*
10 *lis per tot.* † Extende, etiam si agatur de feudo nouo; quia non sunt citandi agnati, quorum non interest. Castrens. *cons.* 462. *num.3. lib.*
11 1. † Extende; quia imo si feudum est antiquum, non requiritur citatio vocatorum, sed requiritur consensus eorum, alias non
12 præiudicat. Castrens. *consil.* 462. *num.3. vers. prætereapposito, lib.1.* † Extende; quia non sunt citandi agnati in legitimatione facta per patrem de filio quoad bona paterna; quia ex quo pater consensit, & de solo præiudicio patris agitur; quia potest priuare ex testamento alios consanguineos; idcirco valet legitimatio facta per Cæsarem isto casu etiam in terris ecclesiæ, vel è contra. Angel. *consil.* 350. *Pro decisione, num.6. in fin. vers. & hoc intelligo, cum sequen.*
13 † Extende generaliter; quia vbicunque legitimatio potest fieri aliquibus inuitis, potest etiam fieri eisdem absentibus, & non ci-
14 tatis. Castrens. *d. cons.* 462. *nu.3. vers. primum est, lib.1.* † Extende; quia legitimatio facta de consensu patris facit legitimatum per omnia legitimum, vt possit succedere patri, agnatis, & cognatis, si ita cantat legitimatio, etiam quod mater legitimari, agnati, & cognati non sint vocati, neque consenserint. Abb. *consil.* 86. *In quæstione, in princ. & per tot. lib.1.* vbi dicit * communem. † Extende; qa 15
citatio non requiritur, quando princeps legitimat ex certa sciẽtia, & vult præiudicare substituto, vel agnatis, quib. est ius quæsitum per mortem hæredis. Alexand. *consil.2. Visis codicillis, num.14.* 16
vers. & dicit Paulus, lib.1. apostill. ad *consil. Oldrad.* 43. † Contrarium, quod imo requiratur citatio quoad bona, quæ ad agnatos sunt deuoluta; secus quoad bona patris legitimantis, seu porrigentis preces. Alexand. *consi.25. Circa primum, num.2. lib.1.* Pet. de Anchar. *consil.* 427. *Circa primum, nu.3.* sed forte extensio procedit, quando constat de mente principis, qui omnino voluit derogare; istud contrarium procedit de iure, & ex ordinaria legitimatione. † 17
Declara; quia requiritur citatio, si non extat clausula, *ex certa scientia*, vel, *de plenitudine*, quæ sufficiunt inter subditos, inter non subditos neq; sufficerent clausulæ prædictæ, ita Alexand. *consil.11.*
Alias consulun, per tot. lib.7. † Imo, quod requiratur citatio, etiam si 18
agatur solum de iure in spe, puta quia legitimatur spurius filius onerati restituere, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, quia si non est citatus substitutus, non excluditur. Alex. *cons.* 67.
num.4. lib.1. † Declarat Alexand. *in cons.* 94. *Consideratis, col. fin. num.* 19
9. vers. octauo, lib.1. quod in habente facultatem legitimandi ab alio, etiam si agatur de iure in spe tollendo, vt in fideicõmisso, debet citare partem; quia non potest sine causa facere. † Restringe 20
in dispensatione facta ad succedendum; quia cũ sit odiosa, debet citari filii, alias non valet. Socin. *cons.* 246. *num.6. lib.2.* vbi ioquitur in legitimatione facta ad fauorẽ iam legitimati limitate, ne succederet; quia si fiat secunda, vt succedat, est dispensatio, & requiritur citatio. † Restringe; quando pater non potest præiudicare 21
consanguineis, prout in Rege, & alio Principe; quia citatio consanguineorum requiritur. Socin. *d. consil.* 246. *n.6. vers. secundo fundamento. lib.2.* vbi aliegat Anchar. & alios. † Restringe, quando fi- 22
lia priuaretur sua legitima, puta quia stat statutum, q; stantibus masculis dotata fœmina non succedat; quia tunc fœmina debet citari, vel legitimatio valeat, plene Socin. *d. consil.* 246. *nu.6. ver. se-*
cundo fundamento, lib.2. † Amplia, vt procedat; quia neq; filii legi- 23
timi sunt citandi, quando pater est, qui obtinet legitimationem. Bald. *cons.* 306. *Casus quæstionis. per tot.* maxime *circa fin. lib.2. & cons.*
216. *Proponitur quod, num.1. lib.5.* vbi dicit hanc veram etiam in filiis legitimis, qui non sunt citandi, quando pater petit filium spurium legitimari. Ioan. de Anan. *cons.* 29. *Visa Imperiali, num.6.*
ver. circa quintum. vbi Bologn. *num.13. ver. superest*, & de hoc non esse dubitandum dicit Alexand. *consil.* 60. *Visa legitimatione, in princ.*
lib.2. † Extende; vt non sint citandi aliqui, nedum quando legi- 24
timatio fit instante patre, sed etiam quando mortuo patre filius legitimatur; quia pater ita ordinauit; quia non requiritur citatio, sicut si pater instaret. Bald. *d. consil.* 361. *in princip. lib.5.* Florian. de S. Petro plene *quæst.3. in tertio dubio.* primo; quia actus est voluntarius; secundo, quia non possunt aliqui impedire; & quia pater poterat ipsis inuitis aliter disponere, & quia illis non fit præiudicium, & *num.*18. *vers. octauo.* probat ex text. claro in *authent. quibus modis natur. effic. sui. §. si quis filios, in fine.* † Contrarium in spurii dis- 25
pensatione dicit Anchar. *consil.* 241. *num.4. vers. item etiam tractatur, cum sequen.* vbi, quod non sufficit, quod pater eum instituerit hæredem vti filium. † Extende, vt citatio, vel consensus proximio- 26
rum non sit necessarius, quãdo fit legitimatio etiam absente patre ad hæreditatem patris, si modo præcesserunt signa voluntatis paternæ in testamento, vel alias. Bald. *consil.* 363. *num.2. lib.5.* † Am- 27
plia; quia legitimatio spurii facta de consensu filii masculi excludentis fœminam vigore statuti valet non facta mentione de fœmina, neque ipsa citata, tã quoad successionem patris, quam etiam fratris. Castrens. *cons.* 34. *Super primo, num.3. vers. tertio principaliter, lib.2.* † Amplia; quia non sunt citandi fratres, vel sorores, aut 28
alii agnati eius, qui legitimat filium; quia cum non habeant ius aliquod radicatum in bonis fratris legitimantis, non sunt citandi. Castrens. *consil.* 180. *Super eo, quod, per tot. lib.1. in princip.* † Exten- 29
de, vt procedat etiam, quando quis legitimaretur, vt succedat agnatis, & cognatis, prout si esset legitimus; quia non sunt citandi agnati, vel cognati, quibus erat successurus; quia non infertur, eis præiudicium, ex quo possunt testari, & non testando non sibi præiudicant, si succedant legitimati agnati. Castrens.
d. consil. 180. *in princip. vers. nam ibi videtur, lib.1.* † Amplia; quia in 30
casibus, in quibus legitimatio facta non vocatis vocandis non præiudicaret non citati, & non valeret, bene valet, si ratificatur, & accedit cõsensus ex post quoad consentientes, Alex. *cons.* 139.

Elegan-

31 *Eleganter,col.2.in fi.verſ.confirmo in propoſito,lib.1.* † Extende; quia talis ratificatio valet, & conualidat legitimationem, etiam ſi fiat poſt mortem eius, de cuius hæreditate agitur. Alexand. *d.conſ.139.*

32 *Eleganter,col. 2.in fin. verſ.& non impeditur,lib.1.* † Amplia; quia vbicunque pater & mater conſentiunt legitimationi, non ſunt citandi alij filij prætendentes ſucceſſionem patris & matris. Bald.

33 *conſ.105.Primo eſt videndum,lib.5.* † Extende; quia imo legitimatio facta per Comitem Palatinum de filio naturali abſente patre, & non citato valet, ſi poſtea per patrem fiat ratificatio etiam in teſtamento. Ang. *conſ.87. Pro deciſione,in princ.* Ruin. *conſ.70.nu.5.* &

34 *conſ.71.lib.3.* † Contrarium tenet Ang. *conſ.350.n.9.ver.ſed ſi pater,& nu.11.* vbi quod requiritur citatio, vel derogatio, quando fit per

35 eum, qui poteſt præiudicare in ſua iuriſdictione. † Imo operatur conſenſus patris, quod alij ſuccedentes ipſi non poſſunt impu-

36 gnare legitimationem factam. Anch. *conſ.333.in princ.* † Declara; quia ſi princeps legitimat ſpurium ex damnato coitu de conſenſu auiæ non citatis alijs, videlicet matre, & cognatis, & Princeps in ſpecie legitimando dicat, ita quod ſuccedat etiam cognatis, & iis, qui non conſenſerunt, valebit talis legitimatio, & ſuccedit cognatis etiam non citatis, & aliis iuxta tenorem legitimationis,

* & hanc magis * communem dicit Alex. *d.conſ.139.Eleganter,nu.21*

37 *ver.& ſi fuit legitimata,lib.1.* vbi apoſtill. *in ver.non potuit.* † Amplia; quia ſi quis legitimatur ad ſucceſſionem matris defunctæ, nõ eſt neceſſaria citatio mortuorum, & ſufficit derogatio Imperatoris, quod ſuccedat legitimatus, prout legitimi, non obſtantibus quibuſcunque legibus; quia ante plenum ius quæſitum non etiam ſunt citandi illi, ad quos pertinet hæreditas. Bald. *conſ.119. per tot.*

38 *lib.5.* † Amplia; quia neque pauperes ſubſtituti debent citari in legitimatione facta ante mortem hæredis, licet pauperes eſſent electi: quia ſi ſpes eſt de futuro, citatio non eſt neceſſaria. Alexan.

39 *conſ.2.n.15.& 16.lib.1.* † Amplia; quia non ſunt citandi tranſuerſales in legitimatione facta per Principem ex reſcripto ad inſtantiam patris, & ideo talis legitimatus ſuccedit fratri legitimo & naturali, qui conſenſit, excluſa ſorore legitima & naturali, nõ citata, neque facta mentione de ea, ex quo talis legitimatus per patrem quoad tranſuerſales agnaſcitur tranſuerſalibus, etiam ſi nõ conſenſerunt, & patri, & fratri, qui cõſenſit, ſicut adoptatus. Caſtrenſ. *conſ.34.n.3.verſ.ſimiliter quantum ad hæreditatem,lib.2.* vbi dixit maxime hoc procedere, quando in legitimatione hoc exprimitur, quod ſuccedat agnatis ſecundum gradus prærogatiuam. Ex-

40 tende; † quia legitimatio neptis ſpuriæ ex ſtupro natæ facta de conſenſu auiæ paternæ operatur, quod legitimata, licet ex coitu accuſabili, poteſt ſuccedere matri, & auiæ, quæ alias ſine legitimatione ſuccedere non poſſet. Alexand. *d. conſ.139. Eleganter fuit,*

41 *in princ.lib.1.* † Declara; quia ſi confecit inuentarium, detrahit nedum legitimam, ſed etiam Falcidiam, quãdo ſponte adiuit; ſi vero coacte, non detrahit Falcidiam, ſed ſolam legitimam, quæ nõ

* perditur per non confectionem inuentarij ſecundum * magis communem, de qua Alexand. *d.conſ.139.col. 2. verſ. tertio concludo,*

42 *lib.1.* † Et talis legitimatus ſpurius de conſenſu parentis poteſt deducere legitimam, ſicut legitimus & naturalis. Alexand. *d. conſ.*

43 *139.Eleganter,in princ.lib.1.* † Et imo talis legitimatus de conſenſu parentis poteſt eidem ſuccedere contra teſtamentum, & mentem parentis, qui conſenſit, prout poteſt filius arrogatus, & poteſt monaſterium. Alexand. *dict.conſ.139.in princip.num.1.lib.1.* vbi

*44 dicit * communem. † Extende, quia talis ex coitu damnato legitimatus nedum ſuccedit illis, qui conſenſerunt legitimationi, ſed etiam ipſi ſuccedunt tali legitimato. Alexand. *d.conſ.139.colum.*

45 *4.verſ.quarto concludo,lib.1.* † Extende, vt procedat etiam ad excluſionem ſororis legitimæ & naturalis à ſucceſſione fratris legitimi & naturalis, qui conſenſit legitimationi; quia ſi ſtat ſtatutum, quod filius maſculus ſuccedat excluſa ſorore in hæreditate fratris, præfertur etiam iſte legitimatus de conſenſu fratris mortui.

46 Caſtren. *d. conſ.34.num.3. verſ.ſimiliter,lib.2.* † Contrarium, quando frater defunctus nõ conſenſiſſet legitimationi; quia forte ſtatutum non excluderet ſororem propter maſculum legitimatum

47 ab inteſtato, & ita loquitur Fulgoſ. *conſ.62.in pr.* † Reſtringe; quia legitimatus per oblationem Curiæ; quia iſti non agnaſcuntur, prout legitimati ex reſcripto; non ſuccedit illis, qui non conſentiunt legitimationi. Caſtr. *d. conſ.34.nu.3.verſ.nam legitimatus, lib.2.*

48 † Limita, quando legitimatio fieret, vel obtineretur poſt mortẽ patris, quia ſunt citandi alij filij; de quorum præiudicio ageretur, & ſi non ſunt citati, legitimatio eis non præiudicat. Baldus *dict.conſil.306.lib.2.tertium motiuum,* & etiam ſunt citandi alii agnati, de quorum præiudicio agitur. Bald. *conſ.13. Viſo teſtamento,*

* *num.1.& 2.* vbi dicit hanc eſſe communem * opinionem, *lib.4.* & eſt conſ. Argentini, & Paganini, & Vbertini, *& conſil.14. Super le-*

gitimatione,num.3.ver.octauo quia, quod eſt Bart. de Salyceto, & *conſ.*

15. *In quæſtione propoſita.* quod eſt Ioan. de Lignano, & Fran. de Rãponibus, *num.3.verſ.ſed ſuppoſito,lib.4.* maxime, quando eſt ius quæſitum agnatis. Bald. *conſ.361.in princ. verſ.quandoque pater nihil lib.5.* Caſtr. *conſ.180 Super eo, quod,col.1.in fin.verſ.nec obſtant,lib.1.* Alexan. plene *conſ.37.nu.2.verſ. & ſaltem cum non fuerit,lib.1.* † Extende, vt 49 procedat, etiam ſi agatur de pace facienda, & ſtatutum requirat pacem à filio, vel ab agnatis, ſi filij non extant; quia legitimatus poſt necem patris non poteſt facere pacem, ſi agnati non fuerunt citati, vel non conſenſerunt. Angel. *conſ.401. Petrus Paulus,num.6.* & 7. licet Benedictus de Plumbino ibi in principio teneat contrarium. † Extende limitationem, vt procedat, etiam ſi ſit dero- 50 gatum legibus volentibus, quod legitimatio non fiat, niſi cũ conſenſu; quia per prædictam derogationem non eſt ſufficienter derogatum, vt citatio non ſit neceſſaria, quando legitimatio fit poſt mortem patris; & poſt ius plene quæſitum alteri. Bald. *d.conſ.13.n.* 2. & 3. *ver. & ſi dicatur,lib.4.* latius *conſ.15.n.4.verſ.ſed nunc examinandum,lib.4.* † Extende, vt quod dicitur de legitimatione facta poſt 51 ius quæſitum, vt ſint citandi, de quorum præiudicio agitur, alias eſt nulla; idẽ ſit, ſi agatur de confirmatione legitimationis. Alex. *conſ.37.In cauſa mota,num.2.verſ. & ſaltem,lib.1.* † Extende maxime 52 in iis, qui ſunt Imperatore inferiores, prout ſunt domini Ciuitatum; quia tales non poſſunt legitimare ſpurium poſt mortem patris, poſtquam ius eſt quæſitum agnatis. Bald. *d. conſ.361.nu.2. verſ. ſed quicquid ſit,lib.5.* vbi loquitur in domino della Scala, domino Veronæ, vt non potuerit reuocare ius quæſitum legitimis agnatis, & legitimare ſpurium poſt mortem patris. Vide; *Legitimatio* 52
fieri poteſt poſt mortem patris, & quando ſecus. Concluſ.221. † Declara; 53 quia ſi fiat legitimatio poſt mortem patris ad bona paterna poſt aditam hæreditatem & ius quæſitum, ſunt citandi illi, quibus eſt ius quæſitum; ſecus ſi nondum adiuerunt; quia ſufficit derogatio in genere, ex quo ius deliberandi eſt de iure Ciuili. Bald. *conſ.* 119. *Quidam vxoratus,n.2.verſ.ſed dubitatur,lib.5.* † Reſtringe, vt non 54 procedat limitatio, quando pater in teſtamento diſpoſuiſſet, q̃ filius legitimaretur; quia tunc non requiritur citatio. Bald. *dict. conſ.15.num.3. verſ. item ſi pater,lib.4. & conſil.361.in princip. & conſil.* 363. *Quæritur vtrum,num.2.lib.5.* Florian. *in 3.quæſt.in 3. dubio, num.* 18. *verſ. octauo.* † Idem, ſi ſe filius legitimari abſente patre, quando 55 præceſſerunt ſigna voluntatis patris, faceret. Bald. *d. conſil.363. nu.* 2. *lib.5.* † Reſtringe, vt non procedat limitatio, quando Impera- 56 tor, vel alius habens facultatem plene legitimandi expreſſe derogaret, non obſtante, quod agnati, vel proximiores non ſint citati, ex quo citati non potuiſſent obuiare voluntati principis. Alexand. *conſ.2.Viſis codicillis.num.14. verſ. & dicit Paulus.lib.1.* & apoſtilla *ad conſil. Oldradi 43.* & idem, quando legitimat de plenitudine poteſtatis. Alexand. *conſ.187.num.10. & conſ.188.num.19.lib.5.* † Limita, quando filia legitima & naturalis excluderetur à ſta- 57 tuto, & conſequeretur minus, quam eſſet ſua legitima; quia per legitimationem maſculi ſi excluderetur, deberet citari. Brun. *in tract.quod ſtantibus maſculis art 12.num.82. verſ.ſexto limitauit.* † Li- 58 mita in diſpenſatione ſpurii habilitati ad ſucceſſionem, & honores, & officia; quia requiritur citatio filiorum ex filia, qui ſuccederent, etiam ſi pater inſtituiſſet filium ſpurium hæredem vti filium, quia talis conſenſus patris non ſufficit. Ancharan. *d. conſil.* 241. *n.4. & ſeq.* † Limita, quando Imperator legitimaret in terris 59 Eccleſiæ, vel è contra Papa legitimaret in terris Imperij; quia nõ valet legitimatio, niſi ſint vocati illi, ad quos prima cauſa ſucceſſionis ſpectaret, ſi non eſſet facta legitimatio, & illi; de quorum ſucceſſione agitur. Caſtren. *conſ.180. colum.1. in fin. verſ. hæc tamen vera,lib.1.* ratio eſt; quia Imperator in terris Eccleſiæ, & Papa in terris Imperii non habent coactiuam iuriſdictionem; ideo non poſſunt legitimare, niſi inter volentes, & ſic citatio non operaretur etiam inter inuitos. Angel. *conſ.350. Pro deciſione,num.6.verſ.vnde concludo.* Bald. *conſ.67. Præſuppoſitum eſt,lib.1.* Corn. *conſil.1.In præſenti ardua,num.18.lib.3.* † Extende, quia legitimatio Imperatoris 60 in terris Eccleſiæ non præiudicat Eccleſiæ quoad bona emphyteutica; quia Eccleſia non conſentit, nec vocata fuit. Angel. *conſ.* 402. *Titius ab Eccleſia.* † Declara tamen, vt per Angel. *dict. conſil.350.* 61 *num.8. & ſequent. verſ. ſi igitur dicta filia.* quia ſi pater conſenſit legitimationi, non poſſunt tranſuerſales prætendere præiudicium in ſucceſſione patris, ex quo pater poterat eos ex teſtamento exhæredare, & alium hæredem facere, & non poterant conqueri, ſic etiam conſentiendo legitimationi, ſecus, ſi ageretur de præiudicio eorum; quibus auferre non poſſet hæreditatem, prout ſunt filii legitimi fideicommiſſarii, vel vocati ex iure ſpeciali, prout in feudo. † Et quod dicitur de terris Eccleſiæ, procedit de- 62 his terris liberis non recognoſcentibus ſuperiorem, prout Flo-

rentiæ; quia valet legitimatio Imperatoris, vel Comitis Palatini in casibus, in quibus non requiritur citatio, ita Curt. *cons.* 56. *col.* 4. & quando in priuilegio non est clausula, *quod possit Comes Palatinus legitimare et non citata parte*, non valebit. Brun. *cons.* 15. *Visa legiti-*
* 63 *matione*, vbi de * communi. † Hodie tamen Florentiæ propter legem quæ superuenit de anno 1558. non valent legitimationes factæ in statu Florentiæ, nisi sint confirmatæ à Magno Duce, quod
64 est conforme iuri communi. † Et idem est in statu Mediolani per decretum Ducis, quod nulla persona possit ire ad Imperatorem, vel Papam ad obtinendum priuilegium, vt in legitimatione Imperatoris habeat locum. Alex. *cons.* 69. *Perspectis, lib.* 6. & iterum *cons.* 11. *Alias consului. n.* 8. *& seq. ver. posset etiam aliter, lib.* 7. vbi, quod Dux Mediolani habet iura Imperialia in suo Ducatu, & subditi
65 Ducis non sunt subditi, neq; recognoscunt Imperatorem. † Declara tamen; quia legitimatio est voluntariæ iurisdictionis; ideo valet consentiente patre legitimati etiam facta ab Imperatore, qñ Duces prohibentes non contradicunt. Alex. *d. cons.* 11. *n.* 11. *ver. &*
* 66 *quamuis, lib.* 7. vbi dicit * communem. † Limita; quia citandi sunt illi, de quorum præiudicio consideriabiliagitur, alias secus. Cor.
67 *cons.* 1. *n.* 16. *vers. nec obstat, lib.* 3. † Extende, vt procedat, etiam si Papa legitimaret cum præiudicio terrij absolute; quia si illi, de quorũ præiudicio agitur, sunt præsentes in Curia, de stylo Curiæ debẽt citari, alias non valet gratia, seu dispensatio, aut legitimatio, Fel. plene *in c. cum olim. n.* 7. *vers. prima declaratio, cum seq.* maxime *n.* 9. *de*
68 *re iudic.* † Considerabile prejudicium filiorum, qui succedere deberent patri, videtur esse; ideo videtur, quod sint citandi. Corn. *d. cons.* 1. *n.* 16. *lib.* 3. vbi sub verbo forte, licet dicat adesse tenentes contrarium, & Ang. *cons.* 350. *n.* 9. *vers. sed si pater.* Anch. *cons.* 241. *n.* 4.
69 *& seq.* † Idem, qñ agitur de fideicommisso, & sic de iure in spe, qñ primus testator est mortuus. Alex. *cons.* 67. *n.* 4. *& seq.* maxime *n.* 6.
70 *ver. nec obstat. lib.* 1. † Idẽ; qñ agitur de feudo, vel emphyteusi, quæ nõ transit ad spurios, & naturales; quia debet citari dominus feudi, vel emphyteusis, & consentire, alias legitimatio eis non præ-
71 iudicat. Ang. *cons.* 402. *per tot.* † Declara; quia imo non releuat citatio vocatorum ad feudum antiquum, vel emphyteusim; quia non requiritur consensus vocatorum, alias non præiudicat. Ca-
72 stren. *cons.* 462. *Visis & consideratis, n.* 3. *vers. præterea posito, lib.* 1. † Contrariũ; quod imo si inueniatur à principio vocat filios legitimos, veniat etiam legitimatus, neque sint citandi agnati, & filij legitimi & naturales; quia antequam haberent spem vllã, potuit Imperator vocare, quos voluit; ideo cum veniat ex persona sua legitimatus non vt hæres, & reuera legitimatus dicatur legitimus, etiamsi in specie ad feuda non sit facta legitimatio, succedet multo magis, si etiam ad feuda sit legitimatus. Castren. *d. cons.* 462. *n.* 4.
73 *vers. quo præmisso, lib.* 1. *& n.* 5. *ver. secundo respondetur.* † Et procedit cõtrarium, etiam si esset feudum nobile. Castr. *d. cons.* 462. *n.* 5. *vers. sed*
74 *ad hoc, lib.* 1. † Restringe; quia filii positi in conditione, ex quo nõ sunt substituti, non sunt vocandi, tanquam quod sit considera-
75 bile præiudicium. Corn. *d. cons.* 1. *n.* 16. *per tot. lib.* 3. † Limita; quia qñ conditio omnino est extitura, veluti si pater substituat filiis, si decesserint sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, si omnes decesserũt, excepto vno presbytero, videtur ius quæsitum, ita quod legitimatio non debeat fieri sine citatione. Alex. *cons.* 2. *Visis codi-*
76 *cillis, nu.* 5. *vers. decimo tertio, lib.* 1. † Extende, etiam si Papa, vel princeps vtatur plenitudine potestatis. Alexand. *d. cons.* 2. *num.* 6. *lib.* 1.
77 † Contrarium, quod non sit ius quæsitum substituto, donec extet hæres, licet non possit habere filium, tenet idem Alexan. *d. cõs.*
2. *n.* 19. *ver. non obstat. quod vltimo, lib.* 1. vbi, quod valet legitimatio ex certa scientia, non citato substituto, & plenius *n.* 15. vbi apostilla.
78 † Limita; quia requiritur citatio filiorum legitimorum & natu-
79 ralium, quando spurius legitimatur non ad instantiã patris. † Extende, etiam si pater instituerit filium spurium tanquam filium hæredem in testamento; quia talis consensus non sufficit, cum præueniat ex damnata concupiscentia. Anch. *d. cons.* 241. *num.* 4. *& seq.*
80 *vers. item etiam tractatur.* † Extende in dispensatione spurij, vt non sufficiat, quod pater instituerit illum hæredem, & nominauerit filium in testamento; quia per hoc non constat de cõsensu patris tali, quin legitimi debuerint citari. Ancharan. *d. cons.* 241. *Ex te-*
81 *nore, num.* 4. *vers. item etiam tractatur.* † Limita; quia in habilitatione spurii, quæ dicitur dispensatio, vt succedat, requiritur causæ cognitio, vt ex causa fiat vocatis vocandis.

Anch. *d. cons.* 241. *n.* 4.

* *

Legitimatus quomodo, & quibus modis instituendus: Concl. 231.

SPVRIVS † legitimatus potest per patrem hæres instituri, & in- 1
stitutio debet fieri per verba ista, *talem filium meum legitimatum hæredem instituo*, non autem dicere debet, *talem filium meum spurium, vel naturalem*, neque alia verba opprobriosa debet proferre. Bald. *cons.* 146. *Titulus principis, n.* 7. *ver. & primo qualis, lib.* 1. †[Substituere 2
etiam filios ex eis natos, & nascituros vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, est laudabile; quia nepotes capient semper in defectum legitimati. Bald. *d. cons.* 146. *lib.* 1. † Amplia in tan- 3
tum filium legitimatum debere hæredem instituì; vt si non instituatur, testamentum sit nullum ex capite præteritionis. Anchar. *cons.* 401. *num.* 4. Castr. *cons.* 30. *num.* 4. *lib.* 1. & communem * dicit * *
Alexand. *cons.* 139. *In princ. lib.* 1. † Extende etiam, quando testamentum erat factum ante legitimationem. Anch. *cons.* 290. *In suc- 4
cessione ab intestato, in fi.*

Legitimatus stantibus legitimis quid capere possit, vel non. Concl. 232.

LEGITIMATIO † facta de spurio stantibus filijs legitimis non 1
consueuit fieri cum præiudicio legitimorum in portione illorum. Bald. *cons.* 214. *Casus est talis, per tot. lib.* 2. † Amplia in tantum 2
esse verum per legitimationem non posse præiudicari filiis legitimis quoad portionem illorum, vt nec pater possit maiorẽ portionem dare legitimato, quam legitimo ex testamento, quando legitimatio dicit, quod succedat in virilem, sicut legitimi, etiam si legitimus sit fœmina nupta, & legitimatus sit masculus. Bald. *cons.* 204. *Super primo articulo, lib.* 2. *per tot.* & idem Bald. *cons.* 206. *Casus talis est. n.* 5. *vers. & posito lib* 3. vbi, quod possunt habere tantum, quantum habet legitimus, qui minorem portionem habet, siue ab intestato, siue ex testamento, sed loquitur, quando priuilegiũ Imperiale dicit ita, quod non præiudicetur legitimis, quin ipsi æqualiter cum legitimatis succedant, quod intelligit, tam ex testamento, quam ab intestato, & dicit de hoc esse text. not. *in authent. quibus modis natur. effic. sui. §. & quoniam.* Fulgos. *consil.* 62. *nu.* 5. *vers. & ideo vidi.* † Contrarium tenet Castren. *consil.* 429. *Præsup-* 3
posito, quod iste pater, in fin. lib. 2. vbi, quod licet ab intestato non possit legitimatus habere maiorem portionem, quam legitimus, tamen ex testamento secus est; quia satis est, quod relinquat legitimam legitimis; vbi loquitur, quod supplenda est legitima, dummodo iure institutionis aliquid sit relictum, sed loquitur in legitimato simpliciter. † Extende hoc contrarium, etiam si in legiti- 4
matione esset dictum: *sine præiudicio legitimorum*; quia potest ex testamento pater plus relinquere legitimato, quam legitimo, dummodo non fraudet in legitima. Castr. *d. cons.* 249. *in fin. lib.* 2. † De- 5
clara; quia id, quod dicitur, legitimatum non posse consequi maiorem portionem, quam legitimus, procedit in legitimato per oblationem Curiæ; secus si per subsequens matrimonium, vel per rescriptum Principis; quia æquiparatur vere legitimis. Ang. *cons.* 17. *Comes Brandisius. n.* 5. *vers. ii autem sic legitimati.* † Imo Alexan. 6
cons 188. *Perspectis, num.* 4. *vers. tertio probatur, lib.* 5. dicit, quod duo sunt casus, in quibus legitimatio valet etiam stantibus filiis legitimis & naturalibus, & legitimatus concurrit cũ illis, videlicet, si per subsequens matrimonium, vel per oblationem Curiæ legitimetur; in aliis enim casibus secus est. † Bene succedere potest 7
legitimatus æqualiter cum legitimis natis ante, & post legitimationem, etiam si legitimi nõ fuerunt citati, dummodo pater obtinuerit legitimationem. Bald. *cons.* 306. *Casus quæstionis, per tot. lib.* 2. & hoc, quando in legitimatione exprimitur. Bald. *cons.* 105. *Primo est videndum, lib.* 5. † Extende, vt procedant prædicta nedum in 8
filio legitimato, sed etiam in nepote ex filio prẽmortuo legitimato; quia succedet cum filiis legitimis, & non poterit habere ab intestato neque ex testamento plus, quam filia fœmina, quæ minus habuit. Bald. *dict. cons.* 206. *n.* 5. *vers. oppositio, lib.* 3. † Extende in le- 9
gitimatione facta per Comitem Palatinum habentem facultatem cum clausula: *sine præiudicio legitimæ portionis prolis legitimæ*; quia debet intelligi sine præiudicio integræ successionis filiorum legitimorum, quam habituri essent ab intestato, non autem de sola legitima; quia quoad legitimam non operarentur illa verba aliquid. Castren. *consil.* 180. *Super eo, quod, colum. prima, in fin. vers. posito autem, & colum.* 2. *num.* 2. *libr.* 1. sed contrarium credo verius ex sequenti declaratione; quia siue vnus, siue plures legitimentur, fit præiudicium in legitima; quia licet quota non alteretur, bene alteratur portio; nam si vnus est filius, habet tertiam totius, si duo,

si duo, licet habeat tertiam; tamen est tertia medietatis, & sic Castren. decepit se, nisi subsit ineas ex aliis rationibus, quas ibi ponit.

Vide, *Clausula legitimationum diuerse, & quod operentur. Conclus. 356.*

10 † Contrarium, quod præseruet ista clausula filijs legitimis suam legitimam. Alex. *cons.* 187. *Videretur, num.* 7. *vers. tamen præmissis, lib.* 5.

11 Castr. *cons.* 429. *in fi. lib.* 2. † Declara, nisi hæc clausula posset operari quoad legitimam, puta si plures filii legitimantur in præiudicium legitimorũ; quia ex quo legitima minuitur, tunc illa verba, *absque præiudicio legitimæ portionis legitimorum*, intelligũtur de le

Paulus num.7. Fulgos. *cons.23. in princ.* ideo istorum legitimatio dicitur odiosa. Curt. Sen. *cons.73. num.14. ver. corroborantur præmissa.*

6 † Et quod legitimatio & dispensatio sit odiosa. Alexand. *d. consil. 188. in princ. n.3. lib.5.* & repetit *consil.187. Videretur in princ. cod. lib.5.*

7 † Restringe maxime in legitimatione ad certum quid quæ dicitur dispensatio odiosa. Alex. *cons.189.* quod est vltimum, *lib.5. nu. 8. vers. pro hoc.*

Legitimatio sub conditione facta qualiter intelligatur. Concl. 234.

1 LEGITIMATIO † facta de filio A, cum clausula, quod succedat in omnibus bonis paternis etiam feudalibus, deficientibus legitimis hæredibus ex A. & B. fratre, intelligitur, quod superstite aliquo ex legitimis hæredibus non succedat, non autem, quod mortuo patre, & superstite fratre possit succedere in portione patris: quia pluralitas non resoluitur in singularitates, quando resultaret inconueniens, vel contrarium menti. Castren. *cons. 200. Visa supradicta, in princip. lib 2.* vbi apostillã citat Socin. *cons.44. vers. quod etiam secundo, & consil.74. vers. secundo videtur, lib.1. & consil. 285. circa fin.3. col. & consil. 288. vers. confirmatur ista intelligenda, lib. 2.* & cons. Castr. est subscriptum etiam à Domino Prosdocimo de Comitibus, & rursus Castr. *cons.201.* quod est Pauli de Aretio, *lib. 2.* & rursus Castr. *cons. 202. in fi. cod. lib.2.* Vide, *Substitutio conditionalis non sortitur effectum. si conditio non extat. Concl. 849.*

Legitimatio ex falsa causa expressa redditur nulla, & quando. Concl. 235.

1 LEGITIMATIO † obtenta à Rege sub narratiua, quod paterfamilias legitimans non habeat alios filios, an reuocetur, si deinde filios suscipiat, quod sic, tenet Oldrad. *cons. 247. Factum tale est, quidam Rex, in princ. num.1. vers. ad primum,* vbi, quod ex verisimili mente censetur reuocata. † Contrarium; quia si reuera non habebat filios tempore legitimationis, licet postea filios susceperit, non reuocatur legitimatio, vt tenent plures, maxime Castr. *cons.*

2 *22. Visis omnib. in pr. lib.2.* Vide, & declara, vt supra, *Legitimatio ex*

3 *quibus substineatur valida, vt non sit subreptitia. Concl. 227.* † Amplia, quia legitimatio ex falsa causa facta est nulla, & ideo si legitimatur filius, qui reuera non est filius, legitimatio non valet, vt *in authent. quib. mod. natur. effic. legit.* Grat. *cons. 158. lib.2.* Roll. à Vall. *cõs. 49. nu.23. lib.4.* Parisi. *cons.12. nu.226. lib.2.* Vide, *Falsa narratio & falsa causa quando vitiet. vel non. Concl. 60. cum concluſ. sibi prox. sequentibus.*

4 † Extende; quia si quis cognouit mulierem nuptam, & cum peperisset filium, ille, qui cognouerat matrem, illũ fecit legitimari tanquam suum filium; quia non valet legitimatio, & etiam institutio de eo facta, ex quo est natus ex matrimonio. Corn. *in l. si pater. C. de hæred. instit.* quia cessat causa filiationis propriæ, late Ias.

5 *cons.125. Punctus, col.1. & 2. lib.4.* Albert. Brun. *cons.15. in princ.* † Contrarium tenet Gozad. *consil. 12. per tot.* & vide pro vtraque parte

6 plene *in ver. Filiatio ex quibus probetur, Concluſ. 347. num. 10. & sequen.* vbi late. † Amplia, quia imo si pater faciat legitimare filium suum bastardum tanquam filium legitimum, & eum hæredem instituat, quod legitimatio, & institutio est nulla. Azo. quem sequitur Castr. *in l. eam quam. C. de side com.* vbi, quod hæreditas spectabit ad venientes ab intestato, sequitur Dec. *cons. 176. col.4. & cons. 288. col.1. ad fi. & cons. 453.* Parisi. *cons. 91. lib.2.* Vide Conclusionem prox. sequent.

Legitimatio redditur nulla ex multis tacitis, vel expressis, vel ex mente, & quando secus. Concl. 236.

1 LEGITIMATIO † facta ex vna causa: quia legitimans dixit non habere alios descendentes, censetur reuocata ex mente verisimili, si postea legitimans habuit filios legitimos. Oldrad. *consil.*

2 *247. Factum tale est, quidam Rex.* Vide, *Subreptitia ex quibus dicatur legitimatio. Concluſ. 727.* † Amplia, quod non valet legitimatio eius, qui natus fuit ex duplici adulterio, si non est narratum, sed solum dictum, quod ex adulterio natus erat, quia duplex funiculus difficilius rumpitur. Oldrad. *d. cons. 247. num.2. vers. ad secundum.* Fel. qui sequitur *cap. postulasti, nu.2. vers. cæterum. col.5.* vbi allegat concord. *de rescript.* Alex. *cons. 195. Assumo in consultatione, lib.2.* vbi apostill. dat concor. ad saturitatem. *in vers. subreptionis,* & sequitur Oldrad. Bald. *cons. 216. n.3. lib.5.* vbi, quod legitimatio est nulla facta de spurio; si non est facta mentio, quod sit spurius. Fulgos. *cons.23. Hengelpetrus. nu.2.* Vide plurimos, quos citat apostilla ad Roman. *cons. 104. In proposita, in ver. Plumbino,* vbi citans plurimos, dicit esse communem * Alex. *cons. 138. Opportune, n.11. in fine vers. successiue, lib.* * *1.* & plenius *cons. 129. Videretur, n.5. & seq. vers. confirmo, & per tot. lib. 6.* vbi citat plurimos. † Et quod duplex impedimentũ debeat ex- 3
primi, alias dispensatio sit subreptitia, & nulla, latissime Ang. Aretin. *cons. 119. In themate supradicto,* vbi plures citat, & talis subreptio vitiat ipso iure, & loquitur in legitimatione Regis Aragonum facta de plenitudine potestatis de subdito suo. Vide, *Duplex funiculus multa operatur. Concluſ. 810.* † Contrarium, quod sufficiat 4
exprimere spurium in genere absque eo, quod species spurietatis exprimatur, tenent plurimi, quos citat eadem apostilla ad Rom. *cons. 194. in princip. in vers. Plumbino,* vbi allegat Villalob. attestantem, quod hæc est communis * opinio, sed apostill. ibi dicit hoc * falsum esse, & hanc communem * dicit Alexand. *cons. 195. Assumit* * *in princ.* vbi apostilla *in vers. in genere, lib.2.* citat plures, plures adducit Alexand. *consil. 129. Videretur, in princ. lib.6.* licet in illo casu ipse teneat contrarium; quia concurrebat falsa expressio. † Declarat 5
Nicol. de Vbald. *in tract. de success. ab intest. at. part.1. num.111.* Alexan. *cons. 195. Assumo in consultatione, per tot.* vbi pro vtraque parte, *lib. 2. & num.8.* dicit, quod si extat clausula, *non obstante,* per quam constat de mente concedentis; tunc est bona, licet defectus in specie non sint expressi. Felin. *in cap. postulasti. colum.6. vers. quinta, & vltima de rescript.* Dec. *consil. 338. colum. penult.* vbi declarat etiam aliis modis. † Declarat Alexand. *cons.70. Magnificus. num.8. & sequen. vers.* 6
nec fuit necesse, lib.6. quia si fiet legitimatio de spurio sufficit, licet non exprimatur causa spurietatis, prout ex adulterio, vel exincestu, & hoc, quando vnicus est defectus, si vero plures sunt defectus, vt quia ex adulterio duplici, vel adulterio, & fornicatione, tunc necessaria est expressio, alias non valet, & iterum Alexand. *cons. 129. num.11. & sequent. vers. non obstant allegata. lib.6.* † Contrariũ 7
quod imo etiam si sit omissa qualitas, & maxime, quæ solet reddere difficiliorem legitimationem, prout quod sit ex incestu, in quo difficilius datur legitimatio, sit subreptitia, & nulla, tenet apostilla ad Alexand. *d. cons.70. nu.6. in vers. sequitur,* & iterum *numer.8. in vers. Qualitas, lib.6.* vbi pro contrario dat Alexan. & alios, quos videas. † Declara, quia quando non solum fumus in subre- 8
ptione; quia fuit omissa qualitas, sed fumus in commissione, & obreptione, quia fuit falso dictum, quod ex soluto est natus, cũ esset coniugatus, non est dubium, quod vitiatur, & est nulla, qa maior est defectus, si falso exprimitur id, quod non est ad gratiã facilitandam, quam si illud, quod debuisset exprimi, omittatur. Alexand. *dict. consil. 129. num.11. & sequent. ver. prætera in casu nostro lib.6.* † Extende, vt procedat multo magis, quando in legitima- 9
tione fuit expressum, quod erat spurius ex coniugato, & soluta, quando vterque erat coniugatus. Bald. *consil. 399. Casus talis est, in princip. lib.2.* † Et idem, quando fuit expressum, quod ex soluto, 10
& erat coniugatus, plene Alexand. *d. consil. 129. Videretur per tot. libr. 6.* & in eodem casu Capol. *consil. fin. in 5. dubio.* † Contra- 11
rium, quod imo valeat legitimatio nati ex duobus ligatis, licet fuerit narratum, quod ex ligato, & soluta fuerit natus, tenet Ang. *cons. 204. Quidam Bart. in principio.* † Sed pessime consuluisse dicitur, 12
vt per apostill. ad Roman. *cons. 194. in princip. in vers. Plumbino, circa fin.* imo dicit Alexand. *d. cons. 129. num. 9. & 10. lib. 6.* quod Angel. *in l. si non lex, ff. de hæred. instit.* dicit esse necessarium omnes defectus exprimere, qui possent obesse, & quod ita communiter seruatur. † Declara, quia si vnus defectus specialis exprimitur, & 13
sit duplex; tunc non valet legitimatio; secus si nullus exprimitur specialis defectus, sed in genere dicitur, quod est illegitime natus ex quocunque illicito coitu; quia valet legitimatio ex pluribus defectibus; ita declarat Oldrad. Castr. *cons. 30. Super puncto isto, in fin. ver. venio nunc ad secundum, lib.1.* † Extende, vt idem sit, 14
quando fuit narratum, quod ex soluto, & soluta, & reuera ex vno coniugato, vel ambobus coniugatis erat natus; quia non valet legitimatio. Fulg. *cons. 23. Hengelpetrus, in princip.* vbi, quod grauius est delictum adulterii, quam fornicationis. † Amplia; quod 15
non valeat, si in specie non est derogatum tali legi prohibenti legitimationem; quia derogatio generalis, non obstãte aliqua lege, non sufficit. Oldrad. *cons. 247. num.3. vers. ad tertium,* & Bald. *cons. 14. Super legitimatione, in fine, lib.4.* vbi, quod multi valentes Doctores hoc tenent, quod est Bartol. Salyceti, & latius *consil. 15. In quæstione proposita, num.5. vers. item secundum mentem. lib.4.* quod est Ioan. de Lignano, & Fran. de Rampon. Anchar. *cons.320. n.9.* vbi, quod in spurio requiritur specialis derogatio, & idem dicit Castren. *cons. 41. vers. item posset, lib.2.* Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere facta non sufficit, & quando secus. Concluſ. 216.* † Contrarium te- 16
net Baldus *cons.13. Viso testamento num.2. vers. & si dicatur,* vbi, quod ista non est * cõmunis, *lib.4.* quod est Argentini, Paganini, & V- *
bertini, & *cons. 119. Quidam vxoratus, in fi. lib.5.* † Declara, vt si motu 17

proprio

proprio fiat legitimatio, sufficiat generalis, si ad instantiam partis, requiratur specialis. Bald. *dict. cons. 15. num. 5. vers. pro hoc facit, lib.*
18 4. † Declara; quia derogatio generalis sufficit, quãdo adest clausula, *non obstante quacunque lege*, etiam si de ea esset facienda mẽtio
19 specialis. Bald. *cons. 119. in fin. lib. 5.* † Declara; quia in legitimatione Papæ in terris Ecclesiæ sufficit derogatio in genere, etiam si sit dispensatio, & habilitatio pro spurio ad instantiam patris; quia leges seculares non ligant Papam. Ancharan. *consil. 335. Viso diligẽ-*
20 *ter in fine.* † Declara secundum Per. de Ancharan. *cons. 427. in princip.* quia derogatio specialis requiritur in legitimatione spurii tãquam odiosa, & idem tenet Alexand. *consil. 37. In causa mota, in fin.*
21 *lib. 1.* vbi hoc dicit, quando omnes qualitates non sunt expressæ.
22 † Et idem, quando esset dispensatio pro spurio; quia odiosa nimis est. Anch. *cons. 241. Ex tenore, in princ.* † Declara; quia si est facta legitimatio post mortem patris, & post ius quæsitum agnato clausula generalis, non obstante, non sufficit. Alexand. *cons. 37. num. 2. lib. 1.* quia requiritur expressa derogatio in præiudicium tertii, vt
23 idem Alex. *cons. 2. num. 13. & seq. lib. 1.* † Imo, quod non requiratur aliqua derogatio specialis, neque generalis, quando Princeps ex certa scientia legitimat. Florian. de S. Petro *in 3. q. in 3. dubio, in fine.*
24 † Et quod requiratur derogatio iuris communis, quando legitimatur spurius, est text. *in auth. quib. mod. natur. effic. sui. §. fin.* Castr. *consil. 34. num. 4. ver. quarto principaliter, lib. 2.* vbi, quod Duces, & Barones, qui legitimare possunt in suo territorio; quia sunt perpetui Domini, poterunt etiam derogare iuri communi; secus si es-
25 sent temporales, & non perpetui. † Declara; quia derogatio est necessaria in specie, quando legitimatur spurius natus ex matrimonio damnato, & punibili; quia ta ia matrimonia non possunt dici matrimonia, sed complexus illiciti, ita loquitur *d. auth. quibus mod. natur. effic. sui. §. fin.* exemplum, si quis duas vxores haberet; ga incideret *in l. Iul. de adult.* secus si esset vxoratus, & ex soluta habuisset filium; quia dicitur naturalis, & non ex complexu punibili, & non est necessaria derogatio. Castr. *d. cons. 34. n. 4. ver. secundo*
26 *respondetur. lib. 2.* † Vide tamen Castr. *cons. 71. circa fin. ver. item posit dubitari, lib. 2.* quod natus ex patre coniugato si legitimatur, necesse est, quod adsit derogatio, vel quod fiat ex certa scientia Prin-
27 cipis, vt valeat. † Amplia, vt non valeat legitimatio quoad bona feudalia de consuetudine. Oldrad. *cons. 247. in fin. versic. ad quartũ.*
28 † Amplia; quia natus spurius, quia pater erat vxoratus, si legitimatur non facta mentione spurietatis, legitimatio nõ valet. Baldus *cons. 81. Quidam Simoninus, lib. 1.* Fulgos. *cons. 23. in princ.* qui loquitur, quando expressit, quod erat natus ex soluto, & soluta, & erat ex coniugato, vel duobus coniugatis natus; quia non valet.
29 Petr. de Anchar. *cons. 427. in princ.* † Et non sufficit sola expressio, quod erat bastardus. Bald. *cons. 361. Verba Bart. num. 2. vers. item quia*
30 *in dicto, lib. 5.* † Extende, vt procedat, etiam si adsit clausula, *non obstante*; quia non auget gratiam, ideo sicut gratia est nulla, & subreptitia, ita etiam clausula, *non obstante*. Bald. *d. cons. 81. circa si. ver. illud etiam, lib. 1.* Alexan. *cons. 37. in fi. lib. 1.* qui hoc dicit verum, quando clausula, *non obstante*, est in nube; secus si sit posita ad ostendẽ-
31 dam mentem Principis. Alex. *cons. 195. nu. 8. lib. 2.* † Extende; quia debent exprimi qualitates, vt si filius est natus ex moniali, & sacerdote; quia cũ istis Sedes Apostolica non facile dispensat; maxime, quando clausula generalis, *non obstante*, est in nube, & non
32 prægnans multum. Alexand. *cons. 37. In causa mota, in fi. lib. 1.* † Extende in tantum, quod simplicitas non excusat, etiam si vulgariter legitimans credidisset, q̃ appellatione bastardi veniret spu-
33 rius. Bald. *d. cons. 81. in fin. ver. quanquam, lib. 1.* † Extende multo magis, quando est natus ex vxorata, & fuit dictum ex soluta; quia est subreptitia. Bald. *in l. præscriptione*, vbi Ias. & alii. *C. si contra ius, vel vtil. & in l. eam quam. C. de fideicommiss.* Ias. *in §. actionum, num. 33. Instit. de act.* Alexand. *cons. 60. lib. 2. & cons. 129. lib. 6.* quia maior defectus est in falsa expressione, quam in taciturnitate. Alexand. *d. cons. 195.*
34 *nu. 14. lib. 2.* Bald. *consil. 146. lib. 1. & 399. lib. 2. & 180. lib. 3. & 361. lib. 5.* † Extende; quia falsa expressio, quod de soluta natus sit, quando de coniugata fuit natus, non potest saluari prætextu simplicitatis, vel quod sint verba Notarii, non partium; quia imo verba Notarii sunt verba partium. Bald. *in l. 1. in fin. Cod. de priuileg. dot.*
35 Ioann. Andr. *in cap. cum in iure, de offic. deleg.* Vide, *Notarii verba dicũtur verba partium, & quando secus. Conclus. 80.* † Extende in legitimatione filii sacerdotis; quia si non est expressa qualitas ista, non valet legitimatio. Angel. *cons. 401. Petrus Paulus. num. 7. ver. secundo non*
36 *valet.* Alexand. *cons. 37. in fin. lib. 1.* vbi, quod Sedes Apostolica non facile legitimat istos. † Restringe, vt legitimatio de filio spurio bene valeat, licet species spurietatis non sit expressa; quia licet sint plures species spuriorum, tamẽ habent omnes caudas simul colligatas. Bald. *dict. consil. 81. lib. 1.* Alexand. *consil. 195. in princip. lib. 2.*

vbi apostill. *in vers. in genere*, dat plures concordantes, quod sufficit dicere talem illegitimum absque expressione speciali ex soluto, vel coniugato, qui loquitur, quando aderat clausula, *non obstante*. † Amplia; quia legitimatio nõ valet, si tacita est quo uis mo- 37
do veritas, vel expressa est falsitas. Bald. *cons. 146. Titulus Principis, n. 6. vers. caueant tamen. lib. 1.* vbi recitat hoc versus: *si curam medicãtis expectas, oportet, vt vulnus detegas tuum. Et idem præstant leges negotio, quod medicamenta morbosis.* Fulgos. *cons. 23. in princ.* Anchar. *cons. 241. num. 3. & seq.* † Extende; quia si non expressit statutum excludens 38
fœminas, vel si fecit mentionem pater, quod filias maritauit cũ dote condigna, & non sint dotatæ, sed maritatæ, non valet. Socin. *cons. 246. num. 7. vers. postremo; lib. 2.* † Amplia; quia non valet 39
legitimatio incerta, puta si quis habet duos filios spurios eiusdem nominis; quia neuter erit legitimatus etiam si pater declararet, de quo intellexerit; quia ipse solus non potest supplere id, quod non dependet ab eo. Bald. *d. cons. 146. in fin. num. 9. vers. si pater habeat, lib. 1.* † Declara, nisi ex aliquibus constaret, de quo intel- 40
lexerit, puta, quia erant filii diuersarum concubinarum, & fuit expressum nomen matris, quia tunc valet ex quo non est incerta. Bald. *d. cons. 146. num. 9. vsque in fin. lib. 1.* † Amplia; quia legitima- 41
tio obtenta, seu dispensatio obtẽta à Papa per infantem spurium, in qua Papa mouetur propter merita in proœmio ibi, vitæ, ac morum honestas, dicitur subreptitia, & ex falsa causa obtẽta, ideo non valet. Ancharan. *d. cons. 241. num. 3. & sequent. vers. ius præmissis.* † Extende, quia si non expressit extare filios, vel descendentes 42
legitimos & naturales, non valet dispensatio; quia verisimile est, quod Papa non concessisset, si sciuisset. Anch. *dict. cons. 241. num. 7.* † Amplia; quia filij nati ex soluta, quæ non tenebatur, vt concu- 43
bina, sed erat fantolastra vagans per plateas, si sunt legitimati tãquam naturales ex quo de iure ciuili sunt spurii, licet de iure Canonico sint naturales, & de æquitate valeat. Bald. *consil. 206. Casus talis est, lib. 3. per tot.* maxime *in fin.* † Contrarium tenet Bald. 44
consil. 180. Mortuo filio, num. 4. vers. venio ad secundum, lib. 3. † Declara 45
pro cautela, vt Bald. *d. cons. 206. circa fin. vers. & si legitimantur, lib. 3.* vt non debeat fieri mentio, an sint spurii, vel naturales, sed debeat dici, quod sunt nati ex soluto & soluta. † Amplia, quia vt va- 46
leat legitimatio, quatuor requiruntur; 1. quod sit naturalis, videlicet ex soluto & soluta, inter quos potuerit esse cõiugium; secundo, quod non extent legitimi; tertio, quod pater consentiat, quarto, vt etiam legitimatus consentiat. Anch. *d. cons. 241. Ex tenore, in princip.* † Amplia; quia legitimatio facta per Comitem Pala- 47
tinum habentem facultatem legitimandi non valet, si talis Comes de publico crimine irrogante infamiam fuit condemnatus, etiam, quod non fuerit priuatus tali dignitate. Castr. *cons. 140. Super eo, quod. num. 3. vers. vlterius etiam videtur, lib. 1.* † Extende, vt imo 48
sola infamia impediat, quod talis infamis etiam non notorius nõ possit legitimare non legitimum; vt succedat agnatis, qui nõ cõsenserunt; secus si legitimat ad successionem consentientium, quia tunc nisi sit notoria infamia, vel nisi sit priuatus, non impeditur legitimare. Castr. *d. cons. 180. num. 3. lib. 1.* Vide, *Infamis repellitur à dignitate. Conclus. 112.* † Amplia; quia ad hoc, vt legitimatio 49,
facta valeat, debet constare de facultate legitimantis. † Extẽde, 50
quia debet legitimans docere, quod sit talis, videlicet de descendentibus, & nobilibus familiæ, cui conceditur talis facultas, & quod descendat ab eis, qui habuerunt facultatem. Socin. *consil. 246. Eleganter, in princip. lib. 2.* vbi, quod debent omnes qualitates probari, si plures sunt, quod sit talis. † Extende; quia facultas cõ- 51
cessa legitimandi spurios non se extendit ad legitimatum semel cum decreto, quod non succedat, nisi ex testamento; quia si secundo legitimatur simpliciter, non facta mentione primæ legitimationis non valet; quia magis difficilis est secunda, stante prima restricta; & quia casus mixtus non venit sub simplici, etiã in materia fauorabili. Socin. *d. cons. 246. num. 3. vers. secundo principaliter, lib. 2.* † Amplia; quia nõ valet legitimatio facta de Titio tanq̃ 52
filio legitimari facientis, si probetur eum natum, & reputatum filium alterius. Signorol. *cons. 219. nu. 5. & seq. per totum.* Vide, *Subreptitia ex quibus dicatur legitimatio. Conclus. 727.* † Amplia; quia non 53
valet legitimatio facta per Comitem Palatinum de filio nobilis, quando sua facultas excipit filios nobilium, & Baronum. † De- 54
clara, quia intelligi debet de nobilibus maioribus creatis ab Imperatore, non autem de ordinariis ciuibus; qui nobiles dicũtur de stylo, quia verba in potiori significatu sunt accipienda. Castr. *cons. 22. col. 2. post med. vers. posset etiam adhuc, lib. 2.* † Amplia; quia Rex 55
Romanorum nondum coronatus Imperator non potest legitimare, neque facultatem legitimandi concedere. † Contrarium 56
verius, Castr. *d. consil. 22. num. 2. vers. posset etiam, lib. 2.* † Amplia; quia 57
legitimatio non valet facta per Papam, quando non fuit facta

mentio filiæ legitimæ & naturalis; quia est subreptitia. Vide Iaſ. *conſ.68.lib.3.* Alex. *conſ.60. Viſa legitimatione, num. 22. ver. tertia ratio,*
58 *lib.2.* Reſtringe, quando † Princeps, qui legitimauit, sciuit patrē habere filiam legitimam & naturalem. Bero. *conſ.172. in princip. & per tot. lib.2.* vbi quod in eodem caſu conſulerunt Ruin. eius præceptor, & alii, & intelligit, quando adest clauſula, *non obſtante*, &
59 ad inſtantiā patris, & maxime *n.10. & ſeq.* † Vide plenius per Ant. Gabr. *lib.6. tit. de legitimatio. Concl.7. Legitimatio illegitimi requirit men-*
60 *tionē.* † Amplia; quia non valet legitimatio facta per Comitē Palatinum habentem facultatem legitimandi, quando legitimauit in ſtatu Ducis Ferrariæ, vel alterius Principis ſine licentia Ducis ſtante decreto Ducis, quod nullus poſſit legitimare in ſtatu ſuo ſine ſui licentia, ita Alexand. *conſ.87. In cauſa mota, num. 3. verſ. nec*
61 *etiam obſtat. lib.3.* † Amplia; quia debet exprimi qualitas defectus illegitimitatis ſaltem in genere, alias non valet. Dec. *conſ.55. Et pro*
62 *tenui, verſ. ſed prædicta.* Alex. *conſ.87. lib.3.* † Extende, quia debent exprimi qualitates, quæ mouerent, vel remouerent legitimantem ad legitimandum. Socin. *conſ.63. Viſo teſtamento, verſic. ſed prædictis, lib.3. & conſil.251. Quoniam, verſ. confirmo omnia præmiſſa. lib.2.* Alexan. *conſ.60. Viſa, num.22. lib.2.* Ruin. *conſ.118. num.8. lib.1.* Rolan. à Vall.
63 *conſ.49. num.33. lib.4.* † Extende, quia filius alterius non poteſt legitimari à me tanquam filius meus, & talis legitimatio non valet. Pariſ. *conſ.12. num.230. lib.2.* Roland. à Vall. *conſ.49. num. 33. lib.*
64 *4.* † Reſtringe, niſi ex narratione facti ſaltem in genere colligeretur macula, puta, quia dictum eſt, quod erat presbyter is, qui ſuſcepit, licet nondum in ſacris tempore, quo ſuſcepit, quia ſatis dicitur expreſſum, quod ſciri ex narratis poteſt. Socin. *conſil. 47. In*
65 *præſenti conſultatione, verſ. quinto, & verſ. ſecundo præmitto, & verſic. ad*
☞ *quintam rationem. lib. 4.* † Amplia; quia legitimatio facta in abſentia legitimati non valet eo non ratificante. Vide, *Legitimatio abſen-*
66 *tis, & infantis fieri non poteſt, & quando ſecus. Concl. 223.* † Limita; quia bene valet diſpenſatio, quæ ſit per Papam ſpurio abſque expreſſione qualitatis ſpurietatis, quando adeſt clauſula, *non obſtante*, &
* ita * communiter teneri, & de ſtylo Curiæ ſeruari dicit Alexan.
☞ *conſ.195. Aſſumo, in princ. lib.2.* quod duplicatur *lib.1. conſ. 62.* Vide Concluſ. prox. præced. Vide, *Legitimatio ex quibus ſubſtineatur. valida. Concl.227.*

Legitimati quando ſuccedant in iure patronatus, vel non. Concluſ. 237.

1 LEGITIMATI † ſpurii deſcendentes vere, & naturaliter dicuntur, ideo ſuccedunt in iure præſentandi, & patronatu Eccleſiaſtico ordinato pro deſcendentibus, & hæredibus. Bald.
2 *conſil. 372. Dominus Ambroſius, lib.1.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi ſint ſpurii ex perſona Eccleſiaſtica, quando talis perſona fuit nominata in patronum cum aliis fratribus, & fuit ordinatum, quod tranſeat ad deſcendentes. Bald. *d. conſil. 372. lib.1.* qui loquitur etiam in concurſu inter deſcendentes. Bald. *d. conſ. 372. lib.1.* qui loquitur etiam in concurſu cum legitime natis, & *conſ. 373. n.7. verſ. præterea iſtud verbum, lib.1.* vbi, quod procedit, ſi ſolus Eccleſiaſticus eſſet, ſed ſi alios habet compatronos, & ſit ſermo de deſcen-
3 dentibus; intelligitur reſpectiue. † Declara, vt procedat, quando legitimatio eſſet facta à Papa; ſecus ſi ab alio Principe. Bald. *conſ. 273. n.4. verſ. vtrum Imperator, & n.5. lib.1.* vbi multa hinc inde pulchra adducit, ſed tamen *cauſ. 374. in fi.* tenet, quod etiam Impera-
4 tor poſſit legitimare, *lib.1.* † Limita, vt non procedat, ſi legitimatio eſt facta ab Imperatore, quia ipſe non legitimat ad ius patronatus Eccleſiaſticum. Bald. *d. conſ. 373. Præmittendum eſt. num.4. ver.*
5 *vtrum Imperator. lib.1.* † Contrarium, quod imo etiam ſi legitimatio eſt facta ab Imperatore, legitimatus ſuccedat. Bald. *d. conſil. 374. Verba Dini*, vbi pro vtraque parte allegat, & tandem hanc partem tenet, *lib.1. in fi. verſ. ſolutio omnibus conſideratis*, & idem tenet Ancharan. *conſ.355. Viſis puncto, n.2. verſ. ad ſecundum*, vbi, quod nepotes ex filia legitimata ſuccedunt in iure patronatus aui materni, & dicit ſufficere, quod non reperitur prohibitum; & alle-
6 gat iura ciuilia, *authent. quibus modis natur. effic. ſui. §. fin. in fin.* † Extende; quia Imperator non poteſt legitimare ad feuda Eccleſiæ etiam in ſtatu ſuo. Signorol. *conſ.218. num.11. & ſequen. verſ. venio ad*
☞ *tertium.* Vide, *Feudum tranſit ad legitimatum, & quando ſecus. Concluſ.* 165. Vide, *Ius patronatus tranſit ad legitimatos, & quando ſecus. Concluſ.609.* Vide, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Concluſ.* 226.

Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum in conditionibus, & quando non. Concluſ. 238.

DONATIO, † vel fideicommiſſum factum ſub hac conditione, ſi donantem, vel fideicommittentem mori contigerit ſine hærede legitimo de ipſo nato, intelligitur de filio naturali nato, illegitimo, ſed legitimato, & legitimo facto ante mortem do- 1
nantis, vel fideicommittentis, quia ſufficit, quod ſit legitimus tē-
pore mortis. Bald. plene *conſ. 206. Videamus quem ſenſum habeant, per*
tot. lib.2. & hanc * communem dicit Alexand. *conſ. 121. Viſo themate, n.18. lib.2.* Vide, *Filiorum appellatio intelligitur de legitimis & natura-* ☞ 2
libus, & quando de legitimatis. Concluſ. 173. † Extende, etiam ſi ſit dictum, *ſi deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus*, quia legitimatus excludit ſubſtitutum. Caſtren. *conſ. 180. Super eo, quod, nu.4. lib.1.* q intelligas, quando ſubſtitutus eſt extraneus. Bald. *conſ. 343. nu.3. lib.3.* & quod inducatur purificatio conditionis, *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus.* Corn. *conſ. 177. Egregie diſcuſſa, in fi. lib.1.* vbi dicit Socin. idem tenere, & quod alias idem conſuluit Ancharan. *conſ. 225. Videtur prima facie, in pr.* Bolog. *in addit. ad conſ. Ioan. de Anan. 46.* vbi dicit * communem, & allegat pro vtraq; parte, plenius Caſtr. *conſ. 462. n.5. verſ. reſtat vltimo, lib.1.* vbi loquitur in feudo, & hanc * communem dicit Curt. Iun. *conſ. 247. n.17. &* * *ſeq.* & communem * dicit Alex. *d. conſ. 221. n.18. lib.2.* † Contrariū * 3
tenent multi, quos citat Alex. *conſ. 172. Viſis duobus, in fi. verſ. quinimo*
plus tenuerunt, lib.7. † Declara; quia procedit concluſio, & exten- 4
ſio, vbi non agitur de feudo, vel emphyteuſi Eccleſiaſtica, vel nō ſumus in teſtatore nobili; quia non ita de facili in eo preſumitur, quod voluerit vocare ſpurios; & illegitimos; quia ſunt infames infamia facti. Alex. *conſ. 172. Viſis duobus, num.2. & ſeq. ver. circa ſecū-*
dum. lib.7. vſque in fi. † Imo etiam ſi eſſet dictum, *pro ſe, & filiis, &* 5
hæredibus, quod non veniat legitimatus. Alex. *conſ. 128. num.7. lib.1.* Anch. *conſ. 427. in 3. dub.* qui loquitur in Eccleſiaſtica emphyteuſi. † Extende; quia communis * eſt opinio, quod quando agitur de 6 *
iure acquirendo, legitimatus excludat ſubſtitutum ſecundum aliquos, vt per Pariſ. *conſ. 12. n.143. ver. & ſi originale, lib.2.* licet contrarium teneat aſſerendo * communem, quando qualitas requi- *
ritur tempore natiuitatis, quod ſit legitimus, & *conſ. 9. nu. 45. eod.*
lib. † Extende, vt ea, quæ dicuntur de legitimato, vt excludat ſub- 7
ſtitutum, procedant etiā in ſpurio legitimato; quia excludit ſubſtitutum, quando ius quæſitum non eſt, ſed quærendum. Anch. *conſ. 225. per tot.* maxime *n.8.* † Reſtringe in emphyteuſi recepta pro 8
ſe, & filiis legitimis & naturalibus; quia non venit legitimatus. Caſtr. *d. conſ. 180. n.5. verſ. ſed ipſe Bald. lib.1.* Idem in feudo Alex. *d. conſ.*
172. n.3. lib.7. † Reſtringe in legitimato ab Imperatore, quando e- 9
rat natus ex matrimonio per Eccleſiam interdicto, quia talis legitimatio non repræſentat eum taliter legitimatum, vt excludat aliquem ſubſtitutum in caſu, quo decederet ſine filiis legitimis & naturalibus; quia requiritur legitimatio Papæ, vbi eſt expreſſa prohibitio Eccleſiæ. Ang. de Peruſ. *conſ. 350. Pro deciſione. nu.12. verſ.*
notabiliter quod. † Amplia; quia ſi teſtator fecit fideicommiſſum 10
hoc modo, *ſe Stephano herede moriſſe ſenza figliuoli legitimi, ouerò di ſuo*
corpo deſcendenti, id eſt, *ſi Stephanus moreretur ſine filiis legitimis, vel de*
corpore ſuo deſcendentibus, filius naturalis legitimatus excludit ſubſtitutum propter dictionem alternatiuam, *ouero*, id eſt, *vel.* Bald.
conſ. 203. Punctus quidam ſubſtituit. lib.5. & conſ. 450. Quidam ſubſtituit,
lib.5. † Declara; quia ſi teſtator eſſet tantæ nobilitatis, q eſſet ſibi 11
dedecus naturalem legitimatum ſibi fore hæredem, vel ſi ageretur de feudo dignitatum, quia eo caſu non excludit ſubſtitutum. Bald. *d. conſ. 203. lib.5. per totum*, maxime *circa med. & in fi. & conſ. 450.*
circa med. verſ. niſi forte, lib.5. † Amplia; quia plene legitimatus nihil 12
differt à legitimo & naturali, & excludit ſubſtitutum, ita Curt. Iun. *conſ. 64. Præſupponitur in facto, num.12.* qui dicit * communem. *
Anch. *conſ. 225. Videtur prima facie, in princ.* † Amplia; quia legitima- 13
tus per ſubſequens matrimonium excludit ſubſtitutū. Bald. *conſ.*
203. & 450. lib.5. † Reſtringe, vt non procedat, q̄n cōditio eſſet ap- 14
poſita, quod talis deberet eſſe tempore natiuitatis. Rim. Iun. *conſ.*
373. n.5. vol.4. magis * communem dicit Aym. *conſ. 675. nu.1. & ſeq.* *
Alex. *conſ.2. n.34. lib.1.* Bero. late *conſ.54. n.17. & conſ.23. n.11. lib.2.* Vi- ☞
de, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Concl.226.* Vide, *Legitimatio poteſt fieri poſt mortem patris, & quando ſecus. Concl.221.* † Am- 15
plia in tantum legitimatum excludere ſubſtitutum, vt ſi ſpolietur à ſubſtituto, competat ſibi reſtitutio. Anch. *conſ.225. n.11. & ſeq. ver.*
poſtremo quæritur. † Declara; quia ſi teſtator inſtituit agnatū, & ei- 16
dem quandocunque decedenti ſine filiis legitimis & naturalib⁹ ſubſtituit proximiores in gradu dicto teſtatori, mortuo agnato

hære-

hærede relicto filio naturali ex soluto, & soluta, qui est in pari gradu testatori cum aliis agnatis, & est legitimatus, an excludat substitutos, & fuit tentum, ꝙ non excludit, sed bene, quod con-
17 currit in capita, ita tota Rot. Flor. in motiuis 6. Iunii 1560. † Amplia; quia dispositio laudi circa Titium, & filios eius legitimos comprehendit etiam legitimatos, qñ alii filii non extabant tempore laudi, & dispositio loquitur de filiis natis, quia ne reddatur elusoria, comprehendit legitimatos, alias secus. Angel. *consil.* 71.
18 *Arbiter, & arbitrator, n. 2. ver. in contrarium.* † Et quod in dispensatione laudi, in quo condemnatur quis ad dandum Titio, & suis filiis legitimis & naturalibus; veniant legitimati. Ang. *d. consil.* 71. lequitur Ias. *in l. si is qui pro emptore. ff. de v sucap. n.* 232. *cum multis sequen-*
19 *tibus*, vbi plenissime, sequitur Deci. *consil.* 365. *& consil.* 366. † Amplia in materia statuti, puta, ꝙ inter coniunctos vsque ad quartũ gradum fiat compromissum; quia videtur comprehẽdere etiam legitimatum, plura similia adducit Alex *consil.* 60. *Visa legitimatione, num. 7. ver. venio ad aliud lib.* 2. quod si statutum excludit filiam dotatam magis si est legitimata, quod fœmina non succedat cum masculis habet locum in legitimata; & quia impeditur matrimonium inter istos, sicut inter legitimos, & quia legitimati accusant
20 de morte parentum, sicut legitimi; & quia *l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.* puniens filios, punit tam legitimos, quam legitimatos habẽtes certum patrem. † Contrarium tam in spurio, quam in naturali, quod statutum non habeat locum ad ipsorum fauorem, tenet Alexand. *d. consil.* 60. *nu.* 8. *& seq. ver. hoc præsupposito, lib.* 2. vbi mouetur, quia statutum est exorbitans, & in dispositionibus, quæ non sunt iuris naturalis, exorbitantibus, non cõprehenditur legitimatus spurius, vel naturalis, vbi apostilla citat Alex. *consil.* 144.
21 *lib.* 7. † Exempla pro ista parte sunt, quia statutum disponens, ꝙ pater pro se, & filiis caueat, vel aliquid faciat, non comprehendit
22 spurios, plura similia Alexand. *d. consil.* 60. *num.* 12. *& sequen. lib.* 2. † Exẽde; quod dicitur de spurio legitimato, procedere, etiam si petat compromissum tanquam legitimus: quia debet probare se talem, si ipsi opponitur. Alexand. plene *d. consil.* 60. *nu.* 17. *& seq. ver. venio ad secundum, lib.* 2. & ideo non obtinebit, & maxime; quia si super legitimatione est controuersia, fieret præiudicium causæ,
23 sic talis admitteretur. † Declara plures casus; vt per Alexand. *d. consil.* 60. *n.* 11. *lib.* 2. quos videas; quia si agitur de damno, vel incõmodo filiorum legitimorum, magis habet locum in legitimatis, si agitur de honore, & commodo, secus, ideo si patruus legitimus petit compromitti cum nepote legitimato, fit compromissum, si legitimatus petit contra patruũ negantem, & non habet
24 locũ. † Limita in materia statuti excludentis filias fœminas stantibus filiis masculis legitimis; quia legitimati non excludent fœminas ex se, sed bene, si extarent legitimi masculi, succedent cum illis excludentibus fœminas. Ang. de Peruf. *consil.* 77. *Posito pro con-*
25 *stanti, col.* 2. *in princ. ver. venio ad tertium.* † Limita, quia legitimatus regulariter non succedit in feudo. Bald. *consil.* 214. *Quidam habet vxorem. in princ. lib.* 2. Vide, *Feudum transit ad legitimatum, & quando se-*
26 *cus. Concl.* 165. † Extende, vt quæ de legitimato naturali dicuntur, eadem procedant in spurio legitimato. Bald. *d. consil.* 314. *col.* 2. *lib.* 2.
27 † Extende; quia in feudo Ecclesiæ succedet legitimatus ab Im-
28 peratore. Bald. *d. consil.* 224. *col.* 2. *lib.* 2. † Restringe; nisi Imperator legitimaret in specie, vt succedat in feudo; quia tunc bene succe-
29 dit. Bald. *d. consil.* 214. *in prin. ver. quod autem, lib.* 2. † Restringe in feudo improprio; quia si est transitorium ad fœminas, tunc non excludet legitimatus filias fœminas, & naturales, sed simul omnes
* succedent. Bald. *d. consil.* 214. *colum.* 2. *lib.* 2. & hanc communem * di-
30 cit apostil. ad Alex. *consil.* 2. *nu.* 10. *lib.* 2. † Limita in substitutione fideicommissaria, quia si est substitutus filius naturalis & legitimus, nunquam legitimatus excludit substitutum. Bald. *consil.* 347.
31 *nu. ver. si vero loquimur, lib.* 3. † Extende, vt idem sit, qñ spurius legitimatur, quia non excludit substitutum etiam extraneum, quia priuilegium Principis testamenta non mutat. Bald. *d. consil.* 347. *nu.* 3. *ver. si autem talis, lib.* 3. vbi est casus, quod filius legitimans nepotem spurium non excludit substitutũ extraneum venientem ex
32 testamento patris sui. † Restringe; quia bene filius naturalis legitimatus excludit extraneum substitutum. Bald. *d. consil.* 347. *nu.* 3. *ver. si autem.* vbi, qñstud est potius vi naturalitatis, quam legitima-
33 tionis, *lib.* 3. † Limita, qñ verba essent concepta aduerbialiter hoc modo, *si mori contigerit sine hærede legitimo de ipso nato*; quia oportet, quod sit legitimus tempore natiuitatis; quia aduerbium iniunctum tempori natiuitatis intelligitur de illo tempore. Bal. *d. consil.* 206. *circa med. ver. præterea est considerandum, lib.* 2. Bart. *consil.* 75. *Viso instrumento, n.* 2. *ver. an autem, lib.* 1. Curt. Iun. *consil.* 64. *n.* 12. Castr. *consil.* 462. *col. pen. n.* 5. *ver. restat vltimo, lib.* 1. vbi loquitur in feudo, & *consil.*
* 343. *n.* 3. *ver. breuiter, lib.* 2. Alex. *consil.* 2. *n.* 13. *lib.* 1. vbi dicit * communẽ; & Curt. Iun. *consil.* 247. *n.* 17. *& seq.* allegat Dec. *consil.* 23. & dicit, quod est limitatio singularis. Bero. *consil.* 23. *n.* 11. *& seq. lib.* 2. & plenius *consil.* 180. *nu.* 15. *& seq. d. lib.* 2. vbi dicit * communem, ꝙ legitimatus non *
potest purificare conditionem, ex legitimo matrimonio natus, & *consil.* 177. *n.* 49. *& seq. eodem lib.* 2. vbi, quod legitimati non sunt legitime nati, & maxime si spurii sunt. Alex. *consil.* 121. *Viso themate,*
n. 18. *lib.* 2. † Extende, vt idem sit, quando verba dicerent, *sine filiis* 34
ex legitimo matrimonio natis; quia nõ comprehendit legitimatum, Bart. *d. consil.* 75. *n.* 2. *ver. an autem, lib.* 1. Paris. *consil.* 12. *n.* 145. *& seq. lib.* 2. vbi dicit * communem. Curt. Iun. *consil.* 64. *nu.* 12. & plenius *cons.* *
247. *nu.* 18. *& seq.* vbi idem est, quando verba sunt geminata, quia dictum est, *filiis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis.*
Alex. *consil.* 172. *Visis duobus, n.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 7. vbi dicit * cõ- *
munem, & citat plurimos. † Declara; quia multũ sunt consi- 35
randa verba, quia si percutiunt naturam, facile continentur isti legitimati, si ius, contrarium. Bart. *in l. pronunciatione, §. familiæ. ff. de ver. signif.* † Extende, vt idem sit, quando dispositio est, vt suc- 36
cedant solum nati, & concepti de legitimo matrimonio. Arch. *consil.* 308. Vide, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Conclus.* ℳ
226. † Extende idem in statuto, ꝙ in dispositione testatoris, quia si 37
statutum dicat, quod succedãt filii ex legitimo matrimonio, necesse est, ꝙ tempore natiuitatis ex matrimonio nascantur. Bald. *in l. Gallus, §. si ctus, in fine, ff. de lib. & posth.* & idem tenet Angel. in disputat. sua incip. *Nobilis quidam, col.* 3. Bald. *consil.* 367. *lib.* 5. vbi, quod legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum, qñ testator loquutus est de legitime natis, ergo multo magis in legitimatione per rescriptũ Principis, quia non veniunt legitimati appellatione legitime natorũ. Bald. *in c. innotuit, col.* 2. *in fi. vers. nota glos. de elect.* & Dec. *consil.* 155. † Extende maxime, quando 38
agitur de legitimatione spuriorum; vel de legitimis natis ex nobilibus, quia cum sint infames infamia facti, non ita de facili admittuntur, qñ fideicommissum est in filios, & descendentes ex legitimo matrimonio. Alex. plene *d. consil.* 172. *Visis duobus, nu.* 2. & 3.
lib. 7. † Extende, vt procedat, ẽt si legitimatio esset per subsequens 39
matrimonium, quia non faceret purificare condirionẽ fideicõmissi filiorum legitime natorum, vel ex legitimo matrimonio secundum magis * communẽ, de qua Bero. *consil.* 168. *nu.* 8. *& seq. lib.* *
2. Vide, *Legitimatio per subsequens matrimonium operatur multa. Concl.* ℳ
229. † Declara; quia non procederet limitatio, quando legitima- 40
tio esset per subsequens matrimonium, quia dicitur legitime natus. Castr. *consil.* 180. *Super eo, quod, n.* 5. *lib.* 1. † Contra declarationem 41
tenet Ludou. Sard. *tractat. de natur. liber. in quarta partic. rubric. de legitimationis effectu, in* 3. *quæst.* & magis cõmunem * dicit Bero. *consil.* *
168. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. † Limita in substitutione vulgari directa, 42
quia legitimatus non excludit substitutum. Bald. *consil.* 347. *Super eo. num.* 2. *versic. sequitur videre, lib.* 3. † Contrarium, quando legiti- 43
matio est per subsequens matrimonium etiam in articulo mortis, quod filius excludat omnem substitutum. Bald. *cons.* 319. *Puncta super quibus, in princip. & num.* 3. *verb. super tertio, lib.* 4. Vide Con- ℳ
clusionem prox. sequen. Vide plenissime de hac materia, quando legitimatus succedat, vel habeat priuilegium legitimorum & naturalium, & quando non, & quid in laudo, contractu, priuilegio, & vltima voluntate, plenissime Ias. quia facit quasi tractatum *in leg. si is qui pro emptore, num.* 232. *cum multis seqq. ff. de v sucap.*

Legitimatus non succedit in fideicommisso in præiudicium vocati, & substituti, & quando secus. Concl. 239.

LEGITIMATVS † non succedit in fideicommisso in præiudi- 1
cium substituti, quando fuit dictum, *si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus.* Alex. *consil.* 25. *Circa primum, in princip. colum.* 1. *& seq. lib.* 1. maxime, quando testator esset nobilis & honesta persona, & *consil.* 67. *col.* 3. *Consideratis, n.* 3. *& seq. ver. nunc vero. & consil.* 94. *Consideratis iis, per tot. lib.* 1. late Barbat. *in l. cum notissimi, in repet. charta* 37. *& seq. C. de fideic.* † Contrarium tenent multi, ꝙ imo excludat substitu- 2
tum ei, qui decessit sine filiis legitimis & naturalibus. Alexan. & Moderni *in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. & in consil.* 2. *Visis, lib.* 1. vbi post longam disputationem dicit *nu.* 19. quod ista est communis * opinio, & *cons.* 87. *Videtur dicendum, lib.* 2. *& in cons.* *
121. *Viso themate, & consil.* 2. *Visis codicillis, n.* 19. *& sequent. lib.* 1. vbi absolute, quod Princeps ex certa scientia, & de plenitudine potestatis legitimãdo põst excludere substitutum, quia est de iure ciuili inducta substitutio, iuxta not. *in l. fin. C. sent. rescind. non poss.* & quod sit communis * opinio. Rimin. Iun. *consil.* 46. *nu.* 63. *lib.* 1. qui *
dicit communem, prout etiam Rol. à Vall. *consil.* 97. *nu.* 16. *lib.* 3. & *consil.* 83. *num.* 19. *eod. lib.* & hanc partem in feudo tuetur Castrens.

consil. 462. *num.* 5. *verb. restat*, *lib.* 1. vbi pulchre docet, quod legitimatus dicitur legitimus filius ab Imperatore creatus ministerio legitimationis, & dicitur naturalis respectu patris generantis, igitur est legitimus & naturalis, & idem Castr. plene *cons.* 102. *Videndum in fin. ver. quinto, & vltimo, lib.* 2. Alex. *consil.* 121. *Viso themate, n.* 3 17. *& seq. ver. non obstat etiam, lib.* 2. vbi dicit * communem. † Declara; quia valet legitimatio facta per Principem de absoluta potestate etiam in præiudicium eius, cui delata est hæreditas, sed non apprehensa, ita Felin. per plura *in cap. cum olim, nu.* 16. *ver. primum exemplum, de re iudic.* Alex. *cons.* 2. *nu.* 19. *ver. respondeo, lib.* 1. † Si vero hæ- 4 reditas est delata, & adita, non potest Princeps legitimare in præiudicium iurisgentium quæsiti secundum aliquos *in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth.* vbi Bolognett. sub *n.* 245. *& seq.* vbi 5 reprobat Castr. & Ias. seqnaces. Contrarium tenent alii ibidē, quod possit Princeps de plenitudine potestatis facta mentione, quod hæreditas sit delata, & adita, non tñ apprehensa possessio, ita Castr. *d. §. & quid si tantum*, quem ibi tuetur Ias. *num.* 124. *& se-* 6 *quent. ver. imo fortius.* † Declarat Felin. *in d. cap. cum olim, num.* 16. *ver. si tamen ab aliis, & num.* 17. *de re iudic.* quod potest ex iusta causa, quæ iusta causa requirit necessario causæ cognitionem, & propterea partis citationem, alias non valet, & hanc partem tuetur Bolog. *in d. l. Gallus. §. & quid si tantum*, vbi allegat pro vtraque parte, & dicit ita fuisse iudicatum Bononiæ per tres res iudicatas, *nu.* 259. *& sequent.* vbi disputat ad partes, & iusta causa est, si forte legitimi es- 7 sent fatui; vel non expedientes. † Restringe; quando legitimatio fieret sine consensu patris post delatam aditam hæreditatem, & captam possessionem; quia Princeps non potest tollere eius quæ- 8 situm. † Declarat Alex. plenissime *consil.* 94. *Consideratis iis, circa fin. num.* 7. *& seq. vsque in fin. ver. septimo confirmo, lib.* 1. quia non valet legitimatio etiam Principis in casu fideicommissi, in quo filii legitimi naturales sunt positi in conditione; sed solum quoad bona libera patris, excepto vno casu tantum, quādo Princeps derogaret fideicommisso ex certa scientia, & de plenitudine potestatis specialiter & expresse, alias secus, & in fin. *ver. octauo*, dicit semper 9 istam partem tenuisse, & esse verissimam. † Declara, quia in feudis, in quibus vocantur ex inuestitura, & in emphyteusi Ecclesiastica, semper excluduntur legitimati; quia isti sunt exclusi, & exo- 10 si. Alex. *d. cons.* 94. *n.* 4. *& seq. ver. quinto quia, lib.* 1. † Declarā, quia legitimatio facta à Comite Palatino non potest alteri præiudicare, ideo ēt in casibus, in quibus legitimatus excluderet substitutum, non excludit, si est facta à Comite Palatino. Alexand. *d. consil.* 94. *num.* 5. *circa fin. & num.* 6. *ver. & quamuis non dicam, lib.* 1. vbi dicit pro- 11 cedere ēt respectu solius spei. † Declarat etiam alio modo Alex. *in d. consil.* 25. *in princ. & cons.* 67. *num.* 3. *& consil.* 94. *num.* 1. *cum seq. ver. tertio probatur, lib.* 1. quod si testator est persona in dignitate constituta, vel etiam nobilis, tunc non admittuntur legitimati ad exclusionem substituti, vbi *num.* 5. *in ver. fortius*, allegat plures tenentes idem etiam esse, si non esset nobilis, & nullam dignitatem habe- 12 at. † Declara, quia filius naturalis & legitimatus excludit substitutum datum, *si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus*, & ista est communis * opinio, secus, si esset dictum aduerbialiter, *si decesserit sine filiis legitime natis*, ita Alex. *consil.* 121. *Viso themate, num.* 18. *ver. non obstat etiam, libr.* 2. vbi apostill. *in ver. legitime.* Vide, *Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum. Concl. prox. præced. num.* 13 33. *& seq.* † Idem, quando esset dictum, *si decesserit sine filiis legitimis, & ex legitimo matrimonio natis*, quia tunc spurius legitimatus non excludit substitutum, plene Alex. *consil.* 172. *Visis duobus, num.* 2. *vers. circa secundum, lib.* 7. vbi dicit * communem. Vide plenius, *Legitimatus quando veniat appellatione filiorum legitimorum. Concl. prox. præce-* 14 *den.* † Declara; quia si legitimatio est facta specifice in præiudiciū substituti in casu, in quo substitutio est, *si hæres decesserit sine filiis legitimis & naturalibus*, præiudicat. Alexand. *consil.* 2. *n.* 13. *ver. præterea,* 15 *lib.* 1. Rimin. Iun. *cons.* 46. *num.* 62. *& seq. lib.* 1. † Imo, quod licet non sit facta mentio de fideicommisso, vel de substituto excludendo, legitimatus, etiam si esset filius presbyteri, quādo est ex facultate concessa à Papa, excludat substitutum. Castr. *cons.* 102. *Videndum, in fin. lib.* 2. vbi quod legitimati etiam excludunt fœminas stante 16 statuto, quod fœminæ non succedant stantibus masculis. † Extē de contrarium, vt procedat, etiam si agatur de succedendo nobili; quia alias nunquā legitimatio haberet locum, vt per Rol. à 17 Vall. *cons.* 67. *num.* 26. *& seq. libr.* 3. † Extende, etiam si hæreditas sit delata, sed non apprehensa possessio, quia potest Princeps de plenitudine potestatis etiam sine citatione præiudicare substituto. 18 Alex. *d. cons.* 2. *num.* 14. *ver. plus dicit, lib.* 1. † Declarat Alex. *cons.* 87. *In causa, num.* 6. *& seq. ver. & licet Bar. lib.* 3. quia siue sit adita hæreditas, siue non, primum testamentum semper tollitur per secundum, quia sufficit, ꝙ potuerit hæreditas adiri, licet non fuerit adita, & dicit, quod Bart. qui tenuit contrarium, communiter * reprobatur. † Imo, qñ ius substituti est solum in spe, valet legitimatio facta sine vlla citatione, licet non sit de plenitudine potestatis, 19 Alex. *consil.* 2. *nu.* 14. *& seq. lib.* 1. sequitur apost. ad Alex. *cons.* 67. *n.* 3. *in ver. veriorem, lib.* 1. † Contra vltimam extensionē. Alex. *d. consil.* 67. 20 *Consideratis iis, nu.* 3. *& per tot. lib.* 1. vbi, quod si primus testator, qui substituit, iam decessit, non præiudicat legitimatio facta non citato substituto, vbi *num.* 6. *ver. nec obstat*, dicit, quod spes isto casu, quo mortuus est testator, est considerabilis. Petr. de Anch. *consil.* 427. *Circa primum, nu.* 3. † Imo contrarium extenditur procedere 21 maxime quando testator defunctus esset nobilis, vel in dignitate constitutus, quia cū spurii sint infames, ex coniecturata mente ipsi non excludunt substitutum. Alex. *d. cons.* 67. *n.* 5. *lib.* 1. † Idem 22 si testator esset honestæ, & honorabilis conuersationis, quia tunc excludit legitimatus substitutum. Alex. *d. cons.* 67. *nu.* 5. *lib.* 1. † De- 23 clarat seipsum Alex. *d. cons.* 67, *in fin. lib.* 1. vt si quando tenuit legitimatum excludere substitutum; illud procedat, quando Papa de plenitudine potestatis legitimat in terris Ecclesiæ faciendo mētionem de substituto, vel quando legitimatus non esset ita odiosus, & incapax; prout in spurio duplici non facta mentione duplicis defectus. † Vide Guido. Pap. *decis.* 482. vbi, qñ legitimatio 24 Papæ excludat substitutum, vel non. Dec. *cons.* 425. *In casu proposito, col.* 2. *ad fin. ver. secundo principaliter quæritur.* † Amplia; quia legitima- 25 tio facta à Principe supremo ad instantiā patris legitimati ex motu proprio non solum habilitat quoad bona paterna, sed etiam quoad auita, & fideicommisso subiecta in præiudicium quorūcunq; substituto rum, licet citati non fuerint. Alex. *cons.* 2. *num.* 13. *ver. præterea dato, cum seq. lib.* 1. † Contrarium Castr. *cons.* 343. *Circa* 26 *primum, per tot. lib.* 2. vbi recitat plures opiniones. † Limita, quia le- 27 gitimatio facta per Comitē Palatinum non excludit substitutū, si in facultate non est dictum. Alex. *d. cons.* 2. *col.* 5. *ver. præterea dato,* 28 *n.* 13. *lib.* 1. & Dec. *cons.* 284. † Ratio est, quia in facultate cōcessa ea- tenus dicitur concessa, quatenus in priuilegio exprimitur. Abb. & alii *in cap. per venerabilem, qui filii sint leg.* Castr. *cons.* 125. *Dubitatur, nu. in* 3. *dub. lib.* 2. Socin. *cons.* 212. *ver. secundo præmitto. lib.* 2. Curt. *cons.* 73. *col.* 2. *ver. sed præmissis, & col.* 8. *circa med.* † Declara secus esse in le- 29 gitimatione facta à Principe expresse; quia excluderet substitutū. Alex. *d. cons.* 2. *nu.* 13. *& seq. ver. præterea dato lib.* 1. vbi loquitur, quando constat de mente Principis, quod excludatur substitutus, licet contrarium ibi teneat apostilla. † Limita, quando legitima- 30 tio fit per rescriptum, quia legitimatus non excludit substitutū, qñ in loco est communis vsus loquendi, quod appellatione legitimorum & naturalium non comprehendantur legitimati. Alexand. *consil.* 25. *colum.* 1. *& 2. lib.* 1. *& cons.* 67. *colum.* 4. *eodem lib.* Soci. *in l. Gallus. §. si eius, in fin. ff. de liber. & posth.* Deci. *consil.* 225. *colum.* 5. *ver. quarto considerandum est, nu.* 12. & late Curt. Sen. *d. cons.* 73. *col.* 20. *ver. transeamus modo, nu.* 19. *& col.* 26. vbi plus voluit, quod si talis communis vsus est notorius in Ciuitate, non debet probari, sed sufficit, quod allegetur iuxta not. *in cap. fin. de consuet.* Vide Conclus. prox. præced.

Legitimatio semel facta potest reiterari. Conclus. 240.

LEGITIMATVS † semel ad cautelam potest iterum legitimari, 1 & valebit. Dec. *cons.* 341. *col.* 3. *ver. & institutus.* † Extende; quia 2 imo pluries quis potest legitimari, & ex pleniori legitimatione iuuari potest. Dec. *cons.* 55. *n.* 6. *ver. & considerandum est.* Castr. *cons.* 41. *Viso testamento. lib.* 2. † Contrarium, ꝙ imo semel legitimatus si i- 3 terum legitimetur non facta mentione primę legitimationis, secunda sit subreptitia, & nulla, tenent multi, & vide, & declara *in ver. Subreptitia ex quibus dicatur legitimatio. Concl.* 727. † Amplia; quia 4 datur multiplicatio legitimationum, & ideo si quis habet vnam ante testamentum, in quo est hæres institutus, succedet ex ea, licet non possit succedere ex secunda facta post testamentū; quia non conualidatur testamētum ex legitimatione posteriori. Castren. *cons.* 41. *per tot. lib.* 2. Vide, *Titulus potest multiplicari pro eadem re, & quando secus. Conclus.* 321.

Legitimatio ab asserente debet probari. Conclus. 241.

ASSERENS † se legitimatum debet probare legitimationem, 1 tum quia regula est, ꝙ qui vult admitti vt talis, debet probare se talem, alias succumbit. Bald. *in l. eum qui duas, num.* 3. *verb. & nota quod. C. de adult.* Butrig. & Salycet. *in l. non ignorat. C. qui accus. non poss.* vbi Angel. *in princ.* Ias. *cons.* 102. *nu.* 4. *lib.* 4. Dec. *cons.* 54. *nu.* 2. Marsil. *in praxi. §. diligenter, nu.* 171. *ver. pro quibus facit.* Rol. à Vall. *consil.* 65. *n.* 12. *lib.* 1. Parisi. *cons.* 115. *nu.* 2. *lib.* 4. † Tum quia legitimatio est 2 qua-

qualitas extrinseca accidentalis, quæ versatur in facto, & non præsumitur. Roland. à Vall. *consil.* 49. *num.* 23. *lib.* 4. & *consil.* 100. *nu.* 19. *lib.* 2. Alex. *consil.* 60. *nu.* 17. *lib.* 2. Castrens. *consil.* 179. *num.* 1. *ver. cum igitur. lib.* 2. plene Grat. *consil.* 140. *num.* 32. *lib.* 1. Vide, *Probatio incumbit asserenti. Conclus.* 768.

Legitimatio iniusta præbet grauamen, & quando detur appellatio. Concl. 242.

1 LEGITIMATIO † iniqua, quæ inducit grauamen alicui, potest reparari per appellationem ad superiorem, qui annullare, vel reformare poterit iniuste factam. Bald. *in l. eam quam, num.* 29. *ver. alii dicebant. C. de fideic.* vbi loquitur in legitimatione Comitis Palatini, vt possit appellari ad Imperatorem.

Legitimatio concessa quando possit reuocari, vel non. Concl. 243.

1 LEGITIMATIO † concessa per Papam potest reuocari re integra, etiam non vocato legitimato ipso, quia Princeps potest tollere ius quæsitum ex suo priuilegio, & ex sua concessione. Castrens. *consil.* 200. *Visa supradicta, in fine, lib.* 2. & *consil.* 201. *in princip.*
2 quod est Pauli de Aretio. *eod. lib.* 2. † Limita post ius quæsitum, & re non integra, & lite pendente super effectu legitimationis. Brun. *consil.* 1. *in fin.*

Legitimatio personarum debet fieri in omni iudicio. Concl. 244.

1 REGVLA † potest fieri, quod actor debet ante omnia legitimare personam suam, quia in omnibus iudiciis spectanda est personarum legitimatio. Dec. *consil.* 322. *In causa, quæ Alexandriæ, nu.* 2. *vol.* 2. Anchar. *consil.* 34. *In hac causa, n.* 2. Bart. *consil.* 185. *Deodatus, in princip. lib.* 1. † Et parte opponente iudex tenetur repellere partem non legitimantem personam suam, vel inhabilem. Dec. *in ca.*
3 *ad hæc il. 3. de appell.* † Extende; quia pars poterit opponere exceptionem non legitimæ personæ agentis in qualibet parte iudicii. A-
4 lex. *consil.* 147. *Visis dubitationibus, lib.* 6. & *cons.* 72. *lib.* 4. † Extende, quia imo etiam parte non opponente debet iudex ex officio ad hoc aduertere, q. persona comparentis sit legitima. Castr. *in l. ita de-*
mum. C. de procur. Capic. *decis.* 1. *n.* 31. *ver. an autem iudex ex officio.* Vant.
5 *in tract. de nulli. tit. de nullit. ex defectu inhabil. seu mand. n.* 63. † Extende; quia hæc exceptio inhabilitatis personæ nunquam est exclusa, etiam stante statuto excludente oës exceptiones, Bart. *in l.* 1. §. & *paru. ff. quod vi, aut clam.* Feli. *in c. ex parte, col.* 3. *ver. quarto limita, de off.*
6 *deleg.* Vant. *in d. tract.* vbi supra *in princ.* † Extẽde; quia ista exceptio inhabilitatis personæ, seu non legitimæ personæ comparentis dicitur maior, quam defectus iuris agendi, glos. *in l.* 2. §. 1. *ff. qui satisd. cogan.* quam refert, & sequitur Deci. *cons.* 275. *col.* 3. *ver.* & *cum ista sit*
* *communis* * *opinio.* Vant. *d. tract. nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabil. seu*
7 *manda. in prin.* † Extende; quia legitimatio personarũ facta quoad causam, & certam personam debet iterum fieri cum alia causa, &
8 alia persona, nisi pars consentiret. Castrens. *consil.* 275. *in fin. lib.* 2. † Amplia; quia personarum legitimatio debet fieri in omni iudicio etiam summariissimo. Boer. *decis.* 171. *nu.* 19. vbi q. plena legitimatio requiritur. Bart. *in l. fi. C. de edict. D. Adr. toll. in fin.* & *in extrau. ad reprimendum, in ver.* & *figura. num.* 7. Ias. *in rubr. C. qui admitti, col.* 2. Dec. *in c. ex parte, il* 2. *col.* 4. *nu.* 5. *ver.* & *ad hoc facit, & in c. prudentiam. §.*
fexta. n. 3. *de off. deleg.* Alex. *cons.* 59. *Viso processu. num.* 2. *lib.* 2. vbi apost. *in*
9 *ver. personarum*, dat multos concord. idem Alex. *cons.* 77. *in fi. lib.* 6. Fel. *in c. veniens, il secundo, de testib.* Alex. *cons.* 60. *n.* 17. *lib.* & *cons.* 77. *Vi-*
so. col. fin. lib. 6. † Et quod in iudiciis quantumcunq; summariis legitimatio personarum sit facienda, plene Caballin. *in addit. ad Ant. de Butr. cons.* 18. *in ver. Legitimatione*, vbi infinitos citat, quos videas. Alexan. *d. cons.* 59. *Viso processu, num.* 2. vbi apost. *in ver. personarum*, dat
10 concor. *lib.* 2. † Extẽde; quia legitimatio in summariis est faciẽda, tã, q. agens sit talis, qualem se facit; quam q. conuentus pariter sit talis, prout conuenitur. Castrens. *cons.* 78. *Super eo, quod. in prin.*
lib. 1. vbi, quod faciens capi aliquem vti ministrum, & sibi debi-
11 torem, debet vtrunq; probare. † Extende ẽt in causa repressaliarum. Castr. *d. cons.* 78. *per tot. lib.* 1. † Et quod clausula, *sine strepitu & figura iudicii*, non tollat legitimationẽ personarum. Bart. *in constit.*
ad reprimendum, ver. & *figura nu.* 7. *ver. item an est necesse*, vbi apostilla
12 *in ver. quod personæ*, dat plures concor. Cald. *cons.* 4. *tit. de dil. at.* † Adde, q. legitimatio personarum etiam inducitur à statuto ex tacita, vel vera pnunciatione iudicis; sed tñ debet restringi ad principales interuenientes, nõ quoad fideiussores. Ant. de Butr. *cons.*
18. *col.* 2. *ver. non obstante pronunciatione.* † Item debet tale statutum 14
stricte intelligi secundum ius commune, vt loquatur, quãdo iudicium est aliquod, sed elidibile exceptione; quia si non excepit, conualidatur, non autẽ est nullum ipso iure. Ant. de Butr. *d. cons.*
18. *col.* 2. *ver. item si hoc.* † Et dictum statutum, q. personæ censeantur 15
legitimatæ per pronunciam iudicis, restringi debet ad legitimationem possibilem, & nõ continentem absurdum, prout si datus esset curator filiofamilias sine cõsensu patris, vel infanti, qui nõ potest petere istis casibus, & nec potest pronunciatio, neque statutum operari, ne inducatur absurdum, & impossibile. Anton. de
Butr. *d. cons.* 18. *col.* 2. *post med. ver. item statutum hoc.* † Adde etiã; quia 16
legitimatio personarum fit per pronunciam iudicis. Castr. *d. cons.*
12. *nu.* 2. *lib.* 1. qui loquitur in tutore, & curatore. Vide, *Procurator* ✠
quando admitti debeat, vel non cum cautione. Concl. 826. † Et *consil.* 282. 17
colum. 3. ver. nec obstat, circa princ. lib. 1. loquitur in procuratore; quia pronuncia super legitimo mandato facit eum procuratorẽ, donec contrarium probetur, q. est impossibile, & idem Castrens.
consil. 283. *num.* 6. *verb. præterea, lib.* 1. † Declara; quia pronuncia iu- 18
dicis super legitimo mandato, vel legitimatione personæ operatur, vt nõ possit repelli ab alia parte, tanquam non habens mandatum, sed non nocet principali, quin possit contrarium docere, alias posset quis cum parte colludere facere se pronunciare procuratorem, & pati sententiam ferri contra se, vt noceat. Castrens.
plene *cons.* 99. *nu.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. † Patronus agens contra 19
institutum in beneficio, q. dicit esse sui patronatus, debet probare se patronum, *c. decernimus.* 16. *qu.* 2. † Parochianus agens contra 20
Rectorem parochiæ debet docere, quod sit parochianus, & idem in Rectore beneficii; quia debet docere se Rectorem, & habere titulum. Bald. *cons.* 250. *Viso isto processu, in princ. lib.* 4. Vide, *Be-* ✠
neficiatus agens nomine suo debet docere de titulo. Concl. 31. † Syndicus 21
Communis agens vt syndicus, debet probare se talem, alias non agit, neq; auditur. Bart. *cons.* 185. *Deodatus, lib.* 1. *in prin.* vbi q. ante omnia legitimatio personarũ in iudicio fieri debet. † Abbas de- 22
bet docere se Abbatẽ, si tanquam talis vult agere, & qñ secus, plene Mascard. *Concl.* 1. *Abbas an vt Abbas*, vbi plene. † Episcopus agens 23
vt talis, debet docere se talem, & qualiter probet se Episcopum, vel Prælatum, Vide Mascard. *Concl.* 622. *Episcopus.* † Hæres agens 24
tanquam talis, debet probare se talem, alias succumbit. Bald. *cons.*
204. *Longum thema, nu.* 4. *ver. considerate etiam libellum, lib.* 3. si tñ esset filius, sufficit, quod allegetur se hæredem. Bald. *cons.* 214. *In causa no-*
bilis, in princ. ver. secundo quod, lib. 3. & quod agens vt hæres debeat probare se talem. Bald. *cons.* 374. *n.* 3. *ver. super secundo, lib.* 4. Alexand.
cons. 72. *col.* 2. *vol.* 5. Castrens. *in l. et qui, ff. de acquir. hær. d.* Dec. *cons.* 491.
in princip. & cons. 652. *n.* 8. Bart. *in l. si cum dotem, §. adipiscimur. ver. exti-*
terit. ff. solu. matr. vbi Alexan. dicit * communem, & Imol. ibi in §. *
transgrediamur. vbi dicit * communem. Card. Zabarell. *cons.* 72. se- *
quitur Dec. *cons.* 61. *in princ.* Natt. *cons.* 246. *num.* 6. Vide, *Aditio hæ-* ✠
reditatis est necessaria, vt hæres agere possit. Concl. 188. † Extende; quia i- 25
dem est, si quis agat contra aliquem tanquam hæredem alterius; quia debet hoc probare; quia non præsumitur aditio. Bald. *consil.*
374. *Quæritur, vtrum, lib.* 4. *nu.* 2. *ver.* & *istud præmittitur.* vbi qualiter probetur aditio. Bald. *in l. per diuersas, in* 10. *quæst. C. mand.* Dec. *cons.*
449. *n.* 8. & est communis * opinio secundum Imol. *in l. si cum do-* *
tem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. Alex. *in l. necessarius, ff. de acqu.*
hæred. & *cons.* 72. *col.* 2. *vol.* 3. Natt. *cons.* 140. *n.* 3. Rom. *cons.* 154. *Iudicium*
contra Antonium. † Imo nec sufficit existentia sui hæredis, nisi pro- 26
betur, quod adierit, vt contra eum possit agi, nisi ex causa libertatis legatæ, quia fauore libertatis legatũ confirmatur ex sola existentia sui hæredis. Bald. *cons.* 327. *Visa serie, post med. ver. præterea, lib.*
5. † Extende, quia agens tanquam hæres in solidũ si probat se hæ- 27
redem solum pro parte, non potest obtinere pro parte. Imol. *in l.*
si quis extraneus. §. sciendum, & ibi Castr. *ff. de acqu. hæred.* facit; quia si quis credit hæreditatem delatã ex vna causa, & sit delata ex alia, non efficitur hæres ex causa vera, secundum Ias. & alios *in l. si is. ad*
quem, ff. de acqu. hæred. per quem text. consuluit Alexan. *cons.* 121. *Viso*
processu causæ, col. 5. *lib.* 1. † Contrarium tamen tenet Dec. *cons.* 14. *co-* 28
lum. 2. † Extende in patre conuento vti hærede filii; quia si non 29
probatur aditio, non potest condemnari. Rom. *d. consi.* 154. *in prin-*
cip. † Restringe in filio agente tanquam hærede patris; quia præ- 30
sumitur hæres, nisi contrarium probetur. Bald. *in l.* 1. *in fi. C. com-*
mun. deleg. & non tenetur docere filius de alia aditione hæreditatis. Alex. *cons.* 34. *col.* 2. *n.* 5. *lib.* 3. † Restringe, vt id, q. dicitur de filio, 31
vt si non probetur aditio, vel immixtio, actor non possit obtinere, non procedat, quando filius fuit citatus vt hæres, & comparuit; quia licet non confiteatur se hæredẽ, ex quo non negat, p-
batur hæres. Bald. *in d. l.* 1. *Cod. commun. de legat.* Dec. *cons.* 449. † De- 32
clara tamen; quia ad hoc, vt filius probetur hæres, debet pro-

bari

bari mors patris, qua non probata iudicium est ipso iure nullum. Bald. *in l. nec nos. C. de capt. & postlim. reuer.* † Declara; quia in fauorabilibus filius præsumitur hæres patris, secus in odiosis. Bart. Bald. & alii *in l. 1. C. si minor. se ab hæred. & in l. necessariis, de acquir. hæred.* & quando agitur contra filium vt heredem patris, quod actor debeat probare, infra *num. 43. & seq.* Vide, *Actore non probante reus absoluitur. Concluſ. 117.* † Amplia in curatore dato bonis eius, qui non abest; quia si fiat iudicium cũ tali curatore, processus est nullus, nisi doceatur, q̃ legitime sit actum cum tali curatore. Bald. *cons. 327. per tot. lib. 5.* † Amplia; quia in tantum legitimatio, & habilitas personæ consideratur, vt licet statutum tollat omnes exceptiones; non tamen tollit hanc legitimationem. Bart. *in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam.* Anchar. *Clem. 1. ver. decimo, & vltimo de sequestr. poss. & fruct.* Felin. *in c. ex parte. colum. 6. verb. quarto limita. de offic. delegat.* † Extende; quia iudex potest repellere à se ipso actorem non legitimantem personam suam. Ruin. *in l. nemo potest, colum. 19. verb. solum ergo, ff. de legat. 1.* † Extende in tantum legitimationem, & habilitatem personarum esse attendendam, vt licet cessaret inhabilitas, & superueniat habilitas, & legitimatio; non tamen actus conualescit. Deci. *consil. 66. In casu, nu. 14. & sequent.* post Rom. *consil. 509. nu. 19. & sequent. ver. quo ad quintum.* † Extende; quia maior est defectus inhabilitatis personæ, quam iuris agendi. Deci. *consil. 275. In causa, quæ Lucæ, num. 3. versic. sed prædictis non obstantibus,* quem sequitur Vant. *de nullit. ex defectu inhabilitat. personæ, seu mandati, num. 1.* † Et danda est absolutoria ab obseruatione iudicii, si persona actoris non est legitima, vel inhabilis. Bald. *consil. 308. Super prædicto puncto, lib. 5.* † Amplia; quia agens, vt talis, debet probare se talem; alias succumbit. Bart. *in l. non ignorat. per illum tex. C. qui accusar. non poss.* Deci. *consil. 321. nu. 2.* Castrens. *178. Super eo, quod quæritur, num. 1. lib. 2.* quem sequitur Deci. *consil. 471. Iuridicam esse arbitror. in princip.* † Extende; quia maior est defectus inhabilitatis personæ; quam defectus iuris agendi. Dec. *consil. 275. In causa, quæ Lucæ,* quem sequitur Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabilit.* † Extende; quia talis non dicitur quis in iudicio, nisi pronuncietur talis. Socin. *consil. 101.* cum aliis adductis per Marsil. *consil. 52. n. 17.* Felin. *in cap. sciscitatus, & in c. Rodulphus. de rescript.* † Amplia; vt procedat non solum in actore, vt legitimet se talem, sed etiam si agit contra reum, vt hæredem, vel talem; quia debet hoc probare *nu. 33.* & infra *nu. 44. & sequent.* † Extende, vt procedat in statuto; quod debitor, & illius hæres possit capi; quia debet probari prius, quod sit hæres, & pro qua quota. Bald. *in leg. per diuersas, quæst. 10. C. mand.* Angel. *in l. creditores, C. de pignor.* Castrens. *in l. postulante, ff. ad Trebell.* & ibi Alexand. † Extende, vt imo debeat pars citari, etiam si statutum contrarium diceret. Alexand. *d. l. postulante, ff. ad Trebell. & in consil. 288. colum. 1. lib. 2. & consil. 96. colum. 1. lib. 4.* Aretin. *consil. 32. colum. 1.* Vide, *Statutum circa capturam debitoris contra quos, & pro quibus habeat locum. Concluſ. 478.* † Declara totam istam materiam; quia legitimatio personarum actoris, & rei, & iudicis omnino debet fieri ante litem contestatam, & maxime parte opponente; in tantum, quod legitimatione personarũ non facta impediatur litis contestatio; quo vero ad legitimationem personarum circa merita causæ, illa fit post litẽ contestatam, & sic distinguitur, aut quærimus de legitimatione personarũ ad iudicium, & ante litem contestatã fieri debet; aut ad merita causæ, & fit post litem contestatam. Bartol. *consil. 185. Deodatus, per tot. lib. 1.* vbi plena apostil. 1. & 2. Vide, *Litis contestationem quæ præcedere debeant, vel non. Concl. 396.* † Limita, nisi quis fuerit pro tali approbatus; qa vlterius non debet quæri, an sit talis. Feder. de Sen. *consil. 103. nu. 2. ver. in contrarium videtur,* vbi loquitur de rectore parochiæ, & de parochiano litigantibus; quia si isti approbarunt eos pro talibus, non tenentur illi docere se tales. † Contrarium, q̃ legitimatio facta in vna causa, & cum vna persona iterum debeat fieri in alia causa, & cum alia persona, nisi interueniat consensus partis. Castrens. *consil. 275. Ad primum. in fin. lib. 2.* † Declara limitationem, vt p̃cedat ad effectum opponendi, & impugnandi; secus est ad effectum, vt quis prosequatur ius suũ contra alterum; quia debet, quandocunq; opponitur, docere; q̃ sit talis. Feder. *d. consil. 103. n. 2. in fi. ver. non obstat,* allegat *c. veniens, il secundo, de testib.* † Extende limitationem, vt procedat etiam, q̃n aliquis contraxisset cum rectore tanquam tali; quia non potest excipere, quod non sit talis. Bal. *cons. 250. in princ. lib. 4.* Vide, *Procurator admissus, qui non debuit admitti, valide agit, & quando secus. Concl. 827.* Vide, *Exceptio competens non proposita præiudicat in multis. Concluſ. 398.* † Limita; quia iudex parte non opponente non quærit legitimationem personarum; ideo non repellit agentẽ nõ legitimatis personis secundum communem, & magis * communem, de qua Boer. *decis. 171. num. 19. & seq.* maxime *n. 22.* † Restringe in beneficialibus, & spiritualibus; quia iudex debet inquirere, an petens beneficium sit clericus, & habilis etiam nemine opponente, & ita teruari dicit Boer. *d. decis. 171 nu. 22.* † Vide, *Iudex in quibus ex officio pro parte supplere debeat. Concluſ. 397.* † Limita; quia fauore piæ causæ non requiritur legitimatio personarum; sed quilibet potest agere pro pia causa; quia licet in quacunq; causa requiratur hæc legitimatio, gloss. *in l. 2. C. de edicto diui Adriani, & in Rubr. C. qui admitti,* vbi Iaſ. tamen secus est in causa pro pia causa, Specul. *tit. de instr. edit. §. nunc aliqua, ver. sed nonne q. libet de populo,* sequitur Roman. *in repet. authent. similiter, n. 40. C. ad l. Falcid.* vbi dicit perpetuo notandum, Felin. *cap. fin. de accus.* † Limita, quando iudex pronunciauit mandata esse legitima, vel esse legitimatas personas; quia vlterius nihil quæritur. Alex. *cons. 59. Viso processu, n. 4. vers. secundo respondeo, li. 2.* † Limita; quia sufficit, quod legitimatio personæ, vt quis sit hæres, vel talis, fiat post litem cõtestatam; quia ista est quædam liquidatio, quæ fit ante sententiam, & non potest fieri in principio. Castr. *consil. 91. In causa appellationis, nu. 5. & 6. ver. tertio dicitur, lib. 1.* vbi, quod liquidatio ista non fit, nisi parte petente, & citata.

Legitimatio personarum in iudicio ex quibus facta dicatur. Concl. 245.

PER † citationem factam specifice, in qua aliquis citatur tanquam tutor, vel curator, censetur legitimata persona citata, vt sit tutor, vel curator. Castrens. *consil. 12. Tota disputatio, in princ. lib. 1.* vbi, quod sibi non potest opponi; quod non sit talis. † Extende; quia persona procuratoris censetur legitimata, & approbata, q̃n cum eo fuit litigatum tanquam cum procuratore; quia si appellat, substinetur appellatio, nec releuat exceptio, quod non sit p̃curator, nisi opponens assumat ipse onus probandi negatiuam, quod non sit procurator, quod quasi impossibile erit. Castr. *consil. 282. In causa ista, col. 3. ver. non obstat, quod in contrarias, lib. 1. & cons. 283. Super isto negotio, n. 6. ver. præterea, lib. 1.* † Fit etiam legitimatio personæ, quando dubium est mandatum per cautionem rati. Castren. *d. consil. 282. col. 3. ver. nec obstat, lib. 1. & consil. 283. nu. 6. ver. præterea, lib. 1.* † Item fit per litis contestationem, vel alium actum; qui habet vim litis contestationis. Castren. *d. consil. 282. col. 3. circa princ. versic. nam eodem modo. lib. 1. & consil. 283. nu. 6. ver. præterea, lib. 1.* Vide Concluſ. proxim. præced.

Legitimatio personarum in iudicio respicit personam, non causam, & requirit plenam causæ cognitionem. Concl. 246.

LEGITIMATIO † personarum respicit personam, non autem causam; & ideo tendit ad habilitationem personæ, vel inhabilitatem, quæ multis modis prouenit, & considerat̃ secundũ Angel. *consil. 96. Ioannes imperialis, num. 4. verb. super tertio.* † Natura quandoq; causatur inhabilitas, prout in muto, surdo, perpetuo furioso, infante, & similibus, qui non possunt agere. Angel. *dict. consil. 96. nu. 4.* † Casu, & fortuna quandoque, vt si cœcus sit propter casum. Angel. *d. consil. 96. num. 4.* † Iure quandoque causatur inhabilitas, prout in excommunicato. Ang. *d. cons. 96. n. 4.* † Facto, quando quis non est talis, qualem se facit, vt in exemplis supra positis; quia qui dicit se habere mandatum, vel esse talem, debet hoc docere, alias non creditur, ex iis, quæ in præcedenti Concl. sunt dicta. † Plenam causæ cognitionem requirit legitimatio personæ. Bart. *in l. 2. C. de edicto diui Adriani tollen.* per text. *in l. fires, C. de ordin. cognit.* quicquid ibi dicat Iaſ. qui sibi contrarius cum * communi tenuit *in rubr. C. qui admitti, colum. 2.* † Et ideo pendente lite super legitimatione si petat legitimatus ex forma statuti fieri cõpromissum, quod fit inter agnatos, & opponatur sibi, quod non est legitime legitimatus, debet expectari declaratio legitimationis, vt sit talis. Alexand. *sons. 60. Vis a legitimatione, num. 17. ver. venio ad secundum, lib. 2.*

Legitimus an in dubio quis præsumatur, vel secus, & qualiter probetur legitimus. Concl. 247.

LEGITIMVS † quis in dubio præsumitur, *c. lator, qui fil. sint legit.* & hæc est magis communis * opinio, de qua Couar. *in epit. par. 2. c. 1. nu. 5.* Rota *decis. 470. in princip. lib. 1.* vbi reprobat Palæott. *c. 20.* & dicit *nu. 3.* magis * communem istam, & *per tot.* infra *n. 22.* & *seq.* Vide, *Matrimonii non præsumitur, nisi probetur. Concl. 128.* † Cõtrarium Palæott. *de spur. c. 20.* & alii plurimi, quos Crauet. *cons. 158. in princip.* & Rota *decis. 1. de præscript. in antiq.* & magis * communem

Rota

Rota *in nouiss. d. decis.* 470. *nu.* 2. Vide pro vtraque opinione plenissime Mascard. *Concl.* 799. *Filiatione probata, an etiam probata dicatur legitimitas*, & tandem declarat, & distinguit per decem casus, quos ponit 3 *n.* 8. *vsque in fin.* videas omnino. † Declara, vt procedat quando constat de matrimonio; quia tunc præsumitur pro matrimonio, donec contrarium probetur; secus est, quando nõ constat de matrimonio; quia præsumitur quis non legitimus, vt per Doct. ibi, Ioan. Andr. *in reg. in famibus, lib.* 6. Feder. de Sen. *consil.* 215 *per tot.* vbi citat Hostiens. *in cap. illud. de præsumpt.* tanquam plene 4 materiam tangentem. † Declara; quia si non constat de quasi possessione legitimitatis, vel est de recenti, & viuis parentibus, non probatur; secus, si constat de matrimonio, vel quasi possessione non recenti, & mortuis parentibus Rota *d. decis.* 470. *num.* 7. *lib.* 1. & an sola quasi possessio sufficiat, quando agitur iudicio contentioso in petitorio. Vide pro vtraque eundem Mascard. 5 *d. Concl.* 799. *in* 6. *casu, nu.* 18. *& seq.* vbi declarat. † Declara; quia si filius agit, debet probare se legitimum, si contra eum agitur, & negatur matrimonium, & legitimatus probare debet; si vero non negatur matrimonium, sed dicitur nullum, vel in gradu prohibito, probat, qui hoc dicit, *d. decis. Rotæ* 470. *num.* 7. *& seq.* allegat 6 Natt. *cons.* 421. † Declara; quia aut non constat de matrimonio, neq; de quasi possessione matrimoniali parentum, & viuis parentibus non præsumitur matrimonium, aut mortuis parentibus, si coniunctio erat de recenti, & idem; si de longinquo, & tractabant se vt vir, & vxor quoad effectum legitimitatis, & præsumitur filius legitimus magis de facili, quam matrimonium. Rota *in* 7 *nouiss. d. decis.* 470. *n.* 7. *ver. prima eorum distinctio, lib.* 1. † Declara; quia aut filius agit ad hæreditatem, & debet ipse probare se legitimũ & naturalẽ; aut agitur contra eum, & si fateatur matrimonium, sed negatur validum, & ipse, qui allegat nullitatem matrimonii, probat; aut negatur matrimonium, & filiatio; & probare debet 8 filius. Rota *d. decis.* 470. *in nouiss. lib.* 1. *nu.* 7. *ver. alteram.* † Declara; qa sinihil probatur de illegitimitate, ex quibus præsumitur legiti- 9 mus. *decis. in nouiss.* 1065. *lib.* 3. † Declara; quia ad effectum legitimitatis facilius probatur matrimonium, quam ad effectum matrimonii; ideo licet non probetur matrimonium ex eo, quod tractarent se pro talibus parentes; tamen probatur ad effectum legitimitatis, vt filius legitimus dicatur. Put. *decis.* 173. *li.* 2. allegat Alex. *consil.* 28. *colum. fin. lib.* 4. Parisi. *consil.* 13. *lib.* 3. & maxime, quando steterunt per longũ tempus simul, vt tales; puta per octo annos. Vide plene Mascard. *Concl.* 798. *Filius legitimus qua ratione probetur*, 10 vbi ampliat, limitat, & declarat multis modis. † Amplia; quia agens vt filius ad hæreditatem patris præsumitur filius legitimus, si natus fuit constante matrimonio, etiam si mater commiserit adulterium; quia sufficit, quod potuit concipi, & natus sit constante matrimonio. Alex. *consil.* 88. *Omissis, n.* 8. *ver. circa octauum, lib.* 11 7. † Extende; quia imo isto casu non admitteretur probatio in contrarium, quando maritus non esset impotens, ita apost. ad Alex. *d. consil.* 87. *n.* 8. *lib.* 7. *in ver. marito*, allegat plurimos concor. & in specie Dec. *cons.* 576. *&* 657. Iaf. *consil.* 125. *lib.* 4. Marsil. *Sing.* 530. Albert. Brun. *cons.* 15. *colum.* 1. Bertrand. *cons.* 172. *Si calumnioſe, colum.* 1. 12 *lib.* 1. † Extende; quia imo si maritus absq; iudicio Ecclesiæ eiecit vxorem, & ipsa iuit ad lupanar, postea peperit, præsumitur ex marito peperisse, etiam si ipsa dicat contrarium; quia ipsi non credi- 13 tur. Alex. *d. cons.* 88. *num.* 8. *ver. circa octauum, lib.* 7. † Extende; quia imo si constante matrimonio natus est filius Titio ex vxore sua, & mortuo Titio mater dedit filium sacerdoti, qui eum agnouit, & educauit, vt filium suum, postea petit hæreditatem patris sui, debet obtinere. Alexand. *d. consil.* 88. *nu.* 16. *ver. & prædictis obstat, lib.* 14 7. † Restringe; quia imo filius etiam natus constante matrimonio præsumitur spurius, & natus ex adulterio, qñ concurrunt plures præsumptiones fortiores, videlicet; quia pater adulter educauit eum vt filium; & concurrit publica fama, q̃ sit eius filius, legitimari fecit vt talem, instituit hæredem vt filium suum; quia vna præsumptio tollit aliam. Alex. *d. consil.* 88. *nu.* 9. *& sequent. ver. tamen istis non obstantibus, lib.* 7. vbi tollit contraria; quia procedunt in dubio, vel quando filius natus est, & conceptus constante matrimonio in domo mariti, & ab eo agnitus vt talis, & Alex. * sequitur Gozad. *consil.* 12. qui plures allegat, & dicit * hanc com- 15 munẽ. † Amplia præsumptionem legitimitatis operari, vt si aliquis probatur reputatus, & tractatur vti natus de matrimonio legitimo, non probabitur contrarium ex cõtrario tractatu postea, q̃ sit spurius alterius, etiam iuncta assertione matris. Signor. 16 *cons.* 219. *num.* 5. *&* 6. *iuncto num.* 11. *ver. nec prædictis.* † Amplia; quia ex longa habitatione decem annorum viri & mulieris præsumitur matrimonium, & consequenter legitimitas filiorum, qñ se tractarunt vt vir & vxor. Abb. Ant. de Butr. Imo. & Felin. *in c. illud, de præsumpt.* & alii, quos citat Mascar. *Concl.* 1021. *in prin.* † Contrarium, q̃ imo præsumatur fornicatio ex longa habitatione, Alcia. 17 *de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt.* 5. Alex. *consil.* 150. *colum.* 3. *ver. præterea, aliter, lib.* 3. Paris. *consil.* 59. *n.* 9. *lib.* 4. Gram. *consil.* 27. *n.* 6. *& seq.* † Declara; quia quoad cohabitantes verum est contrariũ; quia non præ- 18 sumitur matrimonium; quia ipsi sunt certi quoad filios; ad effectum legitimationis bene præsumitur matrimonium ex cohabitatione, & ita dicit Dec. *cons.* 152. *in princ.* plene Alciat. *de præsump. regul.* 2. *præjumpt.* 5. *n.* 2. Vide Mascard. *Concl.* 342. *Concubinatus an probetur per longam cohabitationem*, in prima limitatione. Vide eundem Mascard. plenius *Concl.* 80. *Quid opus sit probare, n.* 3. *& sequent.* Vide, *Matrimonium ex quibus præsumatur. Conclus.* 129. *num.* 13. † Amplia; 19 quia filius natus in domo coniugatorum præsumitur legitimus. Vide, *Spurius an præsumatur natus ex nupta, & qualiter probetur spurius, vel legitimus. Conclus.* 411. † Extende; quia licet matrimonium sit in 20 gradu prohibito; si tamen dispensatio est concessa ab eo, qui solum potest in foro conscientiæ dispensare, & dispensat large, vt in foro fori extendatur, causat bonam fidem, & legitima est proles ex tali matrimonio putatiuo. Rota. *decis.* 477. *lib.* 1. *in nouiss.* † Limi- 21 ta; quia cessante matrimonio quis in tantum dicitur, vel præsumitur illegitimus, vt etiã habens patrem, & agens in iudicio non præsumatur sub patria potestate. Fed. de Sen. *cons.* 215. *per tot.* Bart. *consil.* 43. *in princip. lib.* 1. Vide infra in seq. limitatione. † Limita; 22 quia imo regula est, quod legitimus quis non præsumitur, nisi probetur. Alexand. *consil.* 24. *num.* 4. *lib.* 3. Alciat. *in reg.* 2. *præsumpt.* 2. *num.* 6. & 7. Bart. *cons.* 42. *in princip. lib.* 1. vbi apostilla *in ver. semper præsumitur*. Natta qui dicit * communem *consil.* 473. *num.* 32. & 33. * Iaf. *cons.* 106. *lib.* 1. † Contrarium Dec. *cons.* 54. vbi, quod si filius, p- 23 batur; ergo legitimus præsumitur. † Declara contrarium procedere probato matrimonio, vt supra in princ. vbi latius. † Extende 24 25 limitationem; quia agenti tanq̃ legitimo incumbit onus probandi se legitimum, communem * dicit Socin. *cons.* 59. *Visis, & inspectis, in princ. lib.* 1. Natt. *d. consil.* 473. *num.* 33. vbi de * communi, * plene etiam Roland. à Valle *consil.* 32. *num.* 10. *& seq. lib.* 3. vbi, quod quando qualitas est causa, q̃ quis audiatur, debet qualitas probari, & nõ sufficit, quod agens ad successionem probet se filium, sed etiam debet probare, quod sit legitimus. Dec. *consil.* 471. *Iuridicam, in princ.* † Declara plures casus, de quibus Menoch. *cons.* 199. 26 *n.* 55. *& seq.* vbi, quid quando constat ex matrimonio, & interpares, & quid quando de concubinatu, & disparitate; Vide eum. † 27 Extende; quia probata filiatione non propterea dicitur probata legitimitas filiationis. Bald. *consil.* 180. *n.* 3. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 63. *n.* 5. *lib.* 2. Alex. *cons.* 74. *n.* 1. *lib.* 2. Natta *cons.* 421. *n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 799. *n.* 4. Alex. *cons.* 24. *n.* 4. *lib.* 3. Iaf. *cons.* 106. *lib.* 1. *per tot.* Vide, *Filiatio ex quibus præsumatur, vel probetur. Conclus.* 345.

Legitimus quando dicatur natus ex matrimonio nullo. Concl. 248.

LEGITIMVS † dicitur filius natus ex matrimonio, etiam si ma- 1
trimonium sit nullum; quia pater, vel mater esset professus, nisi constet de scientia, & mala fide vtriusque parentis; quia ad sustinendam prolem legitimam sufficit bona fides alterius parentum, & in dubio etiam præsumitur ignorantia impedimenti. Gemin. *consil.* 66. *num.* 5. *ver. circa tertium.* † Extende, vt idem sit, 2
quando matrimonium erat nullum; quia mulier viuente primo marito cõtraxit cum secundo; quia si bona fide contraxit, vt qa habebat sententiam pro se super nullitate primi matrimonii, vel si alter eorum ignorabat impedimentum, semper proles est legitima, & succedit, & mulier repetit dotem, si non actione dotis, quando non habebat bonam fidem, saltem cõdictione sine causa. Castrens. plene *consil.* 355. *Videretur, num.* 3. *vsque in fin. lib.* 1. Vide plenius per Ant. Gabriel. *lib.* 6. *tit. de legitimatio. Conclus.* 4. *Filii ob bonam fidem parentum.* Vide Mascardum *Conclusio.* 798. *Filius legitimus, num.* 5. *& seq.* vbi declarat, nisi sit clandestinum.

Lex aut diuina, aut humana, & quæ sit diuina, & quæ humana. Concl. 249.

LEGES † omnes aut sunt diuinæ, aut humanæ. Diuinæ sunt lex 1
Moysis, item Prophetarum, Euangelium, Apostolicæ traditiones, & epistolæ, item lex naturalis, & Gentium. Maranta in *praxi in* 3. *p. n.* 80. *& seq.* † Lex Diuina est, quæ in lege Moysis est scripta, & consistit ex trib. generibus præceptorum; quia aliqua sunt moralia, & ista tanq̃ naturalia durant etiam in lege gratiæ; ali- 2
qua sunt iudicialia, vel ceremonialia, & ista non obseruantur

in le-

in lege gratiæ, nisi sint renouata. Ægid. Bellamer. *consil.* 28. *in princ.* & clarius *num.* 4. vbi, quod præcepta moralia erant ante legem scriptam, licet pœna transgressionis nõ esset, nisi post legem scriptam.† Declara; quia aliqua præcepta iudicialia seruantur in lege gratiæ, prout quod vxor fratris mortui non possit contrahere matrimonium cum fratre primi viri, & quod decimæ sine certa 4 quantitate debeantur. Ægid. *d. consil.* 28. *nu.* 1. & 4.† Et lex diuina dicitur etiam naturalis rationis, prout lex Moysis, & præcepta, & hæc fuit prima; secunda fuit lex Prophetarum; tertia fuit lex Regum creatorum, & Imperatorum; & hæc tertia continet plures species, de quibus Maranta *d. praxi par.* 3. *n.* 14. *& sequent.* & istæ 5 leges in secunda ætate sunt inuentæ.† Lex alia est etiam diuina gratiæ, prout Euangelium; secunda sunt leges Apostolorum; tertia est lex Canonica, & in quibus consistat, plene Maranta *dict. praxi in* 3. *p. à num.* 29. *& sequent. vsque ad num.* 40. vbi late, & de libro decreti.† Et lex Euangelii in quibus corrigat legem Moysis, 6 & lex Apostolica in quibus declaret legem Euangelii, Maranta 7 vbi supra *nu.* 70. *& seq.*† Alia etiam lex est naturalis omnium animantium; alia naturalis secundum rationem, quæ competit hominibus; alia naturalis, quasi ab omnibus recepta, prout q̃ fiant bella, acquirantur dominia, & diuidatur mundus, & ista dicitur iuris gentium, & istæ tres leges erant ante legem positiuam in prima ætate. Maranta, qui plene distinguit *in praxi. in* 3. *p. princip.* ☞ 8 Vide, *Ius naturale quotuplex, & an mutabile. Concluſ.* 592. † Humana lex gentium dicitur, vt supra proxime *num.* 7. & clarius habetur ☞ *Institut. de iure naturali, gentium, & ciuili,* §. *ius autem gentium omni humano generi commune est*, vbi per totum. Vide, *Ius gentium quid sit, &* 9 *quale. Concluſ.* 591.† Item lex Canonica; item lex Ciuilis; item lex Prætoria, & habent in se multas species. Maranta *in dict. praxi. in tertia parte, num.* 82. *& sequent. Institut. de iure natur.* §. *lex est, quod populus*, vbi enumerantur Plebiscita, Senatus Consulta, Prætorum edicta, & Responsa prudentum, & similia, quæ ex scripto sunt.

Lex humana à Deo dicitur procedere, & quomodo. Concluſ. 250.

1 LEx † humana dicitur procedere à Deo per ora principum, ideo lex conscientiæ debet legi humanæ subiacere, vt quicquid statuit lex humana, etiam secundum conscientiam dicatur ordinatum. Federic. *consil.* 21. *nu.* 3. *ver. in contrarium*, vbi late in fin. quod obligat in foro conscientiæ, quando est condita ab habente potestatem, & non continet iniquitatem, & idem *consil.* 131. *per totum*, maxime *nu.* 3. vbi de lege imperiali approbata ab Ecclesia, quod sit attendenda etiam in foro conscientiæ, & in fin. allegat legem Canonicam appellari legem Imperialem diuinitus promulgatam, *c. fin.* 10. *quæst.* 3. sequitur Cald. *consil.* 20. *An si statutum, de constit.* vbi allegat Feder. supra, & idem dicit per omnia allegando Feder. vbi supra Petr. de Anch. *consil.* 25. Et quod non peccet in cõscientia, qui tuetur à lege humana. Bald. *consil.* 295. *Fama viciniæ, lib.* ☞ 1. Vide, *Ecclesia Romana quid sit, & est vniuersalis omnium Ecclesiarum magistra. Concl.* 3. Vide, *Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum est superior,* 2 *& magistra. Concl.* 363.† Ampliain tantum, vt lex humana, vel ciuilis possit ex causa conseruationis hæreditatum in filiis prohibere relicta pro anima, & ad pias causas. Petr. de Anchar. *d. consil.* 25. *Videtur prima facie, per totum*, vbi multa de lege ciuili approbata de iure Canonico, & quod lex Romanorum per ora principum diuinitus est promulgata; quod procedit, quando legitima prius filiis esset aucta, & facta applicatio; quia tunc legata pia quasi de re aliena facta prohiberi possunt, alias secus. Vide, *Legitima filio-* 3 *rum, &c. Concl.* 187. *n.* 24.† Amplia; quia vbi lex humana non obligat, ibi conscientia morderi non debet; & ideo is, qui habet titulum emptionis; præscribit non obstante famą viciniæ, quod res sit Ecclesiæ, neque vni testi credere debet, neque famæ; quia lex non astringit eum ad credendum, nisi concurrant veræ probationes. Bald. *consil.* 295. *lib.* 1. *per totum.* ☞ Vide, *Conscientia quid sit, & qualiter regulanda. Concluſ.* 742.

Lex diuina quando, & per quos possit distingui, vel non. Concl. 251.

1 LEx † Diuina simpliciter aliquid prohibens, prout est; *non occides*; si reperiatur per eandem legem diuinam facta distinctio, prout, qui occidit, occidatur, potest princeps etiam secularis ex causa distinguere in aliis casibus, prout q̃ banniti impune possint interfici, & talis lex valet, vt per Gemin. *consil.* 51. *in princip. n.* 2. *& 3. ver. & proista parte.* Alex. *consil.* 1. *nu.* 3. *ver. secundo principaliter. lib.* 2. & plenius *consil.* 2. *in fin. lib.* 2. vbi dicit * communem, plene Felin. * *c. quæ in Ecclesiarum, num.* 2. *ver. prima concl. de constit.* Vide, *Ius naturale* ☞ *quotuplex, & an mutabile, vel non. Concl.* 592. † Extendit Felin. *d. c. quæ* 2 *in Ecclesiarum, col.* 2. *in fine, ver. & quod dixi, de constit.* vt procedat in populo libero, prout sunt Florentini, & generaliter possit per statutum hoc induci, vbi dicit * communem.† Restringit Felin. *d. c.* * 3 *quæ in Ecclesiarum, n.* 4. *& seq. col.* 3. *de constit.* vt non valeat tale statutũ in nouem casibus; primus est, quando pro causa ciuili; secundo, quando contra patrem; tertio, q̃n pendente quæstione banni; quarto, quando esset toleratus; quinto, q̃n non rite occideret; sexto, quando seipsum bannitus occideret; septimo, q̃n occidens ignorabat bannũ; octauo, quando extra territoriũ; nono, quãdo statutum non ex causa publica, sed ad rancorem, nõ valet.† Am- 4 plia; quia licet secundum legem diuinam in oreduorũ, vel trium stet omne verbum; tamen valet lex secularis modificans in certis casibus vt plures testes requirantur, prout in testamento. Bened. Capra in suis *concluſ. concluſ.* 10. *num.* 24. vbi dicit * communem. * † Amplia; quia licet lex diuina non possit in totum tolli per hu- 5 manam; bene potest distingui ex causa. Alex. *consil.* 134. *Animaduersis, nu.* 37. *ver. imo etiam, lib.* 6. vide infra *nu. seq.* † Amplia; quia licet 6 homo non possit tollere ius diuinum, bene potest statutum, & princeps ex legitima causa ius diuinum modificare, & restringere certis casibus; ideo si statutum dicat, q̃ iuramentum minoris non valeat tanquam dolo, & metu extortum, & sic præsumatur sine certa solemnitate, valet; quia est æquum. Anchar. *consil.* 330. *n.* 14. & 15. Vide plenius, *Statutum laicorum non potest tollere iuramentum. Concluſ.* 580.† Amplia; quia Papa potest ex causa limitare ius 7 diuinum in casu speciali, non generaliter tollere; & tunc magis statur iuri Pontificio limitanti, quam iuri diuino generaliter disponenti, etiam si concurrant opiniones sanctorum Patrum; quia sicut ius diuinum est limitatum; ita etiam dicta sanctorum Patrum. Felin. *in cap. ne innitaris. de constit. num.* 7. Maranta plene *in praxi in* 3. *par. nu.* 79.† Amplia; quia vbicunq; ius diuinum repe- 8 ritur semel variatum, potest Papa in eo variare. Anchar. *d. consil.* 373 *in fin.*† Amplia; quia lex diuina prohibens Iudæis fœnerari, certo 9 tñ casu permittens fœnerari cum alienigena, potest per Papam distingui, vt Iudæis concedantur vsuræ. Alex. *d. consil.* 1. *num.* 4. *lib.* 2. maxime, quando certo loco, & non indistincte. Alex. *d. consil.* 2. *nu.* 7. *versic. nec istud est. vsque in fin. lib.* 2. † Amplia; quia valet dispensa- 10 tio Papæ, & principis secularis, imo consuetudo, lex, vel statutũ contra ius diuinum, q̃n ex illo statuto, dispensatione, vel consuetudine non causatur peccatum mortale. Alex. *d. consil.* 1. *nu.* 3. *& seq. lib.* 2. & plenius *d. consil.* 2. *num.* 7. *lib.* 2. vbi apost. *in verb. tolli.* † Am- 11 plia; quia Papa dispensando contra ius diuinum dicitur iuri diuino inseruire; ideo circa matrimonia etiam in primo, & secundo gradu dispari dispensat. Anchar. *consil.* 373. Matrimonia contracta, sed non consummata dispensat, licet ius diuinum dicat, quos Deus coniunxit, homo non separet; quia distinguit Papa, vt non habeat locũ in non consummato; item in cõsummato in gradu prohibito etiã per Papam. Anch. *consil.* 239. *Parum dubitatio-* *nis*, vbi multa allegat.† Extende; quia Papa circa matrimonia, vo- 12 ta, iuramenta, & omnia alia potest ius diuinũ declarare; modifire, interpretari, restringere, & tollere, dummodo non in iis, quæ tangunt fidem; quia Deus est, qui facit, cum Papa eius Vicarius facit, Ancharan. *d. consil.* 239. *&* 373. vbi plenissime. † Limita; quia 13 lex diuina inducens peccatum, prout, *non occides, &c.* non potest per Papam tolli sine pœnitentia, & restitutione. Alexan. *d. consil.* 1. *n.* 2. *lib.* 2. vbi secus; si esset peccatum ex lege positiua inductum.† 14 Extende; quia non potest Papa vniuersaliter tollere legem diuinam, licet in casu particulari possit distinguere, & limitare. Alex. *d. consil.* 2. *n.* 7. *lib.* 2. vbi apostilla in ver. *tolli*, gloss. fin. *in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ.* late Maranta *in praxi in* 3. *parte nu.* 72. vbi ponit multa exempla, ex quibus lex principum etiam secularium positiua distinguit legem diuinitate, prout in homicidio prohibito indistincte; quia bannitus potest impune interfici.† Item paren- 15 tes iubentur honorari in lege diuina; & tamen si pater esset hostis patriæ, potest interfici, *l. minime. ff. de releg.* Maranta *d. praxi in* 3. *parte, n.* 72. vbi idem dicit de furto prohibito, vt permittatur causa necessitatis. Vide plenius, *Limitatio & modificatio dispositionis non* ☞ *dicitur contraria dispositioni. Concl.* 355. Vide, *Inferior non potest imponere legem superiori. Concl.* 119. *& Conclusionem ibi proxim. seq.*

Lex quid sit, & appellatione legis quid veniat, & qualis esse debeat. Conci. 252.

LEx † est sanctio sancta iubens honesta, & ꝓhibens contraria, 1 gl. *Inst. de iur. nat. gen. & ciuili, in* §. *lex est*, vbi ex diffinit alio modo, vi-

do, videlicet, lex est, quod populus Romanus Senatotio magistratu interrogante, veluti consule constituebat. †Et verba inducentia constitutionem sunt verbum, *sancimus*, vel *censemus*. Abb. *consil.* 102. *In causa, n.4. ver. sed ijs non obstantibus, lib.1.* †Et intentio cuiuslibet legislatoris in dubio est, prout esse debet, ne fiat tertio præiudicium. Pet. de Anch. *consil.44. n.3.* †Imo facilius semper lex inclinat, vt alteri, plus, non vt noceat. Rol. à Vall. *consil.86. n.51. lib.2.* & potius facta est ad benefaciendum, q̃ ad nocendum. Crau. *consil.* 206. *n.4.* †Et apta est ad clementiam. Rol. *consil.15. n.14. lib.3.* †Capitula pacis inter ciuitates liberas sunt leges, & statuta. Fulgos. *consil.149. n.3. circa fin. ver. ea autem.* †Item conuentiones dominorum habentium merum Imperium, maxime si dicunt, velle habere vim legis. Alex. *consil.18. Visis capitulis, n.3. ver. comprobantur prædicta, lib.2.* vbi apost. *in ver. legis*, dat conc. plurimos †Et testamenta Dominorum terrarum habent vim legis, & substinentur vt testamenta militaria, Alex. *d. consil.18. n.4. lib.2. ver. & quod not. Bald.* Imo omnis testatoris voluntas dicitur lex. Vide, *Testatoris voluntas, p lege habetur, & quando. Concl.89.* †Imo conuentiones, & pacta Communitatis dicuntur leges quoad suppositos Communi, *l. Antiochensium. ff. de priuil. cred.* Pet. de Anch. *d. consil.44. Primo de virib. n.9.* & in capitulis ciuitatis Senarum, q̃ habent vim legis; qa Senarum ciuitas habet iura Principis. Abb. *consil.24. Illud de iure. n.1. ver. secundo principaliter, lib.2.* †Pacta, & conuentiones factæ inter Venetos & Ferrarienses habent vim legis, ex quo sunt facta ab habentib⁹ facultatem legis condendæ. Io. de Im. *consil.35. in princ.* † Idem, si fiat conuentio inter dominum & subditos; quia habet vim legis, & mediante commissario de mandato domini sit factum pactum de non construendo alio molendino per subditos; quia si construunt, demoliri debet tanq̃ contra legem factum. Castren. *consil.* 247. *Notandum est, lib.2.* † Et idem cum administratore ciuitatis habentis facultatem legis condendæ; quia talis contractus dicitur lex, vel statutum. Alex. *consil.18. n.4. lib.2.* †Pactum dicitur lex data negotiis. Fulg. *consil.144. Syndici Communis, n.2.* Petr. de Anch. *d. consil.44. n.3. & n.9. ver. præterea illa ordinatio.* †Et sicuti solet dici, vbi est casus legis, ibi non est disputatio; ita vbi est casus publici instrumenti. Crau. *consil.31. in fin.* Rol. *consil.4 n.24. lib.2.* Vide, *Instrumentum probat, & est probatio probata. Concl.237.* †Sententia dicitur lex data negotiis, put pactum. Fulg. *d. consil.144. n.2.* †Declaratio Principis facta ad legem, vel ordinationem præcedentem, licet fiat ad instantiam particularis personæ, ius generale facit, & legis habet vigorem. Rom. *consil.260. In proposito, in pr.* vbi apost. *in ver. constituit*, dat plur. conc. †Extende; quia et si Princeps declaret legem temporalem, efficitur ex declaratione lex perpetua. Rom. *d. consil.260. in fin.* vbi apost. *in ver. obtinuerit*, citat pro vtraq; parte, q̃ declaratio non sit ppetua. † Gratia facta p Papam p modum legis localis, prout Bonifaciana Bulla concessa Marchionibus Estensibus est lex; quia licet ad certa loca, & certas psonas extendatur; tñ est lex. Anchar. *consil.393. Visa diligenter, n.1.* †Ratio naturalis est lex; ideo qallegat rationem naturalem, dicitur legem allegare; qa dicitur imbecillitas intellectus quærere legem, vbi subest ratio naturalis, plene Surd. *consil.222. n.17.* †Extende; quia omne, q̃ in ratione consistit, dicitur lex. Rol. à Val. *consil.72. n.47. lib.1.* †Dogma prudentum virorum dicitur lex. Rol. à Vall. *cons.52. n.31. lib.2.* †Principis placitum legis habet vigorem. *Inst. de iure natur. §. sed, & quod prin.* †Et maxime, qñ vtitur Princeps verbo, *Statuimus*, quia dicit p viam legis, vel gratiæ. Ang. *consil.18. Ioannes, n.8. & 9. v. quinto allegat.* †Declara; quia si Princeps aliquid statuit p verbum, *Statuimus*, siue in psona vnius, siue generaliter, & siue ad instantiam cuiuscunq; personæ, siue non, dicitur semp facere legẽ noui iuris inductiuam, non autem antiqui iuris declaratiuam, *clem. 1. de rescript.* & ibi gl. *in ver. Statuimus.* Ang. Aret. *consil.19. Videtur omnino, n.54. ver. sexto aduertendum.* † Limita; quia verba narratiua legis supet facto non inducunt dispositionem, neque ab eis licitum est arguere pro regula, tradit Ias. *in l.1. n.23. C. quando non peten. parte*, & plenis⁹ *n.22.* Alex. *consil.17. Visis, & opportune, col.2. in fin. n.4. & 5. ver. confirmatur, lib.2.* †Extende; quia non potest sumi argumentum à verbis narratiuis legis, vel Canonis. Ias. vbi supra *C.n.22.* †Restringe, quando lex se fundat super facti verbis; quia tunc disponit narratiua. Ias. *d. l.1. n.23. C. quando non peten. parte.* †Restringe; quia non procedit in clementinis, sed bene in decretalibus, in quibus sæpe factum narratur. Iaso. vbi supra, qui alios allegat. †Lex debet esse honesta, & rationabilis, *c. erit autem lex.4 dist.* vbi, quod debet esse possibilis; quia alias si impossibilis est, non tenetur transgressor, vt ibi gloss. dicit Abb. *consil.25. n.2. ver. quia lex non adstringit. lib.2.* Vide, *Lex debet esse semper possibilis, & vniuersalis. Concl. seq.* † Superflua verba non admittit sine rationabili causa. Castr. *consil.150. Viso statuto. n.2. lib.1.*

Lex, constitutio, vel statutum, an requirat Scripturam, & possit probari per testes, vel non. Concl.

VIDE plene Mascard. *Concl.421. Constitutio*, vbi, quod non requirit Scripturam, & potest probari per testes, dicit* communem, allegat contraria, & limitat ad effectum, vt obliget, requiritur publicatio, & consequenter Scriptura, limitat in lege inferioris, postea reprobat, vide eum. Vide, *Probatio per testes non admittitur, si per Scripturam fieri potest. Concl.772.*

Lex debet esse semper possibilis, & vniuersalis. Concl. 253.

LEX † debet esse honesta, iusta, possibilis secundum naturam, *c. erit autem lex.4. dist.* vbi gloss. dicit, quod alias super impossibili daretur excusatio; & lex non esset seruanda. Vide, *Necessitas non habet legem. Concl.19.* † Extende; quia licet exceptio dilatoria sit proponenda ante litem contestatam, intelligitur, si erat nata; quia si nascatur post litem contestatam, poterit opponi post; quia esset impossibile ante litem contestatam opponere id, quod non est cognitum. Castrensis *consil.147. n.2. lib.2.* Vide, *Exceptiones dilatoriæ, & declinatoriæ sunt proponendæ ante litem contestatam. Concl.* 390. †Extende, quia nedum lex, sed constitutio debet esse possibilis; ideo si constitutio mandat, quod non valeat citatio contra hæredes, nisi fiat de tali hærede nominatim debet intelligi, dummodo facta diligentia possit sciri nomen, alias lex esset super impossibili. Rom. *consil.410. Vt clarior, in princ.* vbi apost. dat concord. †Amplia; quia lex debet esse vniuersalis, non autem debet respicere particulares personas; qa esset iniqua, & deberet cassari. Rom. *consil.151. Præfati. in fin. ver. quoad secundum*, vbi, quod ad essentiam legis requiritur, quod sit vniuersalis. *d. c. erit autem lex.4. dist.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Lex à quibus fieri possit, & qualiter. Concl. 254.

LEX † potest fieri à Principe absoluto, & vbicunque Princeps vtitur verbo, *Statuimus*, vel, *Sancimus*, semper inducit ius nouum. Ang. Aret. *consil.72. In casu supradicto, col. fin. ver. nam ista duo. n.* 46. †Et vbicunq; Princeps per modum sententiæ diffinitiuæ declarat, vel sententiat, dicitur facere ius, & legem quoad omnes, *l. fin. C. de legib.* Alex. *consil.160. Visis narratis, n.2. ver. vltimo pro hoc*, & plenius *n.9. ver. tamen vltra prædicta, lib.7.* vbi apost. *in ver. Principe*, dat conc. Felin. *in c. in causis de re iud.* & Ias. *in l. cum prolatis. C. de re iudic.* †Restringe in sententia interloquutoria Principis in vna causa; quia non facit legem quoad alios, nisi expresse dicatur. Alexan. *d. consil.160. num.9. ver. bene facit, lib.7.* vbi, quod sit interloquutoria. †Restringe; quia imo neq; diffinitiua sententia lata à Principe cum causæ cognitione facit ius quoad omnes, nisi sit lata partibus præsentibus. Alexand. *d. consil.160. in fin. ver. tertio respondeo, lib.7.* †Restringe; quia consultatio, & declaratio Principis transmissa alicui iudici per viam rescripti, vel litterarum missiuarum non facit ius quoad alios, *l.2. C. de legibus, cum ibi not.* ita Alexand. *d. consil.160 n.9. lib.7.* †Amplia; quia ciuitates, & populi possunt facere statuta licita, & honesta nullo modo Ecclesiasticam libertatem lædentia, *c. Ecclesia S. Mariæ de constit. c. fin. de immunit. Eccl. in 6.* vbi Ioan. Andr. & *omnes. Vide, *Statutum à quibus fieri possit. Concl.* 429. † Amplia; quia iudex supremus potest facere legem respicientem publicam vtilitatem, alias secus. Signor. *consil.229. in princ.* †Limita; quia iudices non possunt condere leges, nisi respiciant publicam vtilitatem, etiam si sint de maioribus. Signorol. *d. consil.229. in princ.* † Limita; quia lex existens licet antiqua non est de nouo edenda, sed sufficit antiquam reuelare, & derogere. Ægid. Bellam. *consil.40. num.10.*

Lex & constitutio noua non requirit publicationem, & quando secus. Concl. 255.

LEX † & constitutio noua ad sui esse non requirit publicationem; quia publicatio tantum sit ad effectum, vt liget ignorantes; ideo sufficit scientia legis vera, vel præsumpta. Federic. de Sen. *consil.211. Factum tale est, iudex, circa fin. n.3. ver. item est aduertendum, vsq; in fin.* Abb. *consil.35. Videtur primo, in princ. lib.1.* Vide, *Publicare q̃d importet. Concl.964.* Vide, *Statutum iuris quando liget, vel non. Concluſ.* 444. †Extende in statuto; quia licet non sit publicatum, sufficit, q̃ sit in volumine statutorum insertum, & in archiuio reconditum, vt liget. Roland. à Valle *consil.99. n.38. lib.2.* vbi *num.36.*

dicit idem, quando fuit editum in publico consilio, vel quando
3 lapsum est longum tempus. † Amplia in tantum, vt si supplicatio legis, vel constitutionis nouæ fuerit facta per præconem, etiam quod solennitates non fuerint adhibitæ, puta quia non constat de commissione facta præconi; tñ ligat; quia subditi non possunt allegare solemnitatem non seruatam in publicatione, si alias constat de scientia. Fed. *d. consil. 211. circa fin.* vbi, quod non refert, quis
4 publicauerit, dummodo opponens sciuerit. † Contrarium; quia imo lex, & constitutio debet publicari in locis omnibus, vt afficiat, *auth. vt factæ nouæ constit.* Alex. *consil. 181. In causa, & lite, n. 13. ver.*
5 *& quod debuerit, lib. 6.* † Declara; quia illa *auth.* habet locum in Imperatore, & aliis, qui habere dicuntur pedes plumbeos; secus in Papa, qui habet pedes plumbeos; quia sufficit publicatio facta
6 Romæ, & afficit omnes per tot. orbem, ita Gomes *in proœm. regul. quæst. 2. n. 13. & seq.* † Amplia; quia statutum addens pœnam in facto damnato de iure communi, obligat ignorantem; quia delinquendo videtur consentire in omnem pœnam, vide pro vtraque
7 parte Fel. *in c. cæterum, de rescript. n. 6. ver. tertia conclusio.* † Limita; qa lex debet publicari, vel proclama, aut statutum, quando esset de
8 consuetudine loci, alias non ligaret. Alex. *consil. 39. Visis, & consideratis, n. 4. v. tertio moueor, lib. 3.* † Et quod statutum & lex non publicatum non liget, plene Roland. *consil. 99. n. 4.* vbi limitat multis
9 modis, *nu. 3. & seq. lib. 2.* † Restringe, seu declara; quia sufficit loco publicationis, quod sit registrata in publico consilio Sapientum,
10 nisi etiam in hoc contraria sit consuetudo. Alex. *d. consil. 39. num. 4. lib. 3.* † Declara; quia si lex est suspensiua edicti per 18. menses, & publicatur simpliciter suspensio sine termino, non habet vigorem lapso termino, nisi fuerit publicata. Abb. *consil. 35. per tot. lib. 1.*
11 † Limita, nisi stylus Principis esset, quod lex publicaretur; quia à pari præcedit cũ consuetudine, vt debeat publicari, alias non ligat.
12 Alex. *d. consil. 39. in fin. lib. 3.* † Limita; quia imo lex debet publicari etiam in loco particulari, vt liget. Alex. *cons. 31. lib.* Plot. *in l. si quando. n. 859. C. vnde vi.* Grammat. *dec. 47. n. 9.* quos sequitur, & citat
13 Bertaz. *consil. 160. n. 3.* † Extende in decreto Principis; quia si non est publicatum in loco particulari, non ligat ignorantes. Alexan.
14 *consil. 73. n. 8. & 9. ver. quarto principaliter. lib. 6.* † Limita in extrauaganti; quia si non est publicata, non ligat. Rim Iun. *consil. 108. num.*
15 10. & 11. Abbas *d. consil. 35. lib. 1.* † Extende; quia imo si pœnalis est, non ligat subditos castri, quando in sola ciuitate est facta publicatio, licet castrum subsit ciuitati. Rim. Iun. *d. consil. 108. n. 11.* Alex.
consil. 73. In causa, n. 8. & 9. ver. quarto principaliter, lib. 6. vbi loquitur in decreto Principis, & repetit *consil. 181. In causa, & lite, n. 12. in fin.*
16 *cum seq. ver. vltimo pars aduersa, lib. 6.* † Limita; quia constitutio non
☞ ligat ante publicationem. Gabr. *consil. 178. n. 26. & n. 54. lib. 2.* Vide,
17 *Statutum, & constitutio non ligat ante publicationem. Concl. 443.* † Extende etiam in dante operam rei illicitæ; quia pœnam extrauagantis non incurrit, quando non est publicata. Gabr. *d. consil. 178.*
18 *nu 27. lib. 2.* † Extende; quia etiam si constitutio sit impressa, non ligat, non sit publicata. Gabr. *d. consil. 178. nu. 54. vsq; in fin. lib. 2.* vbi allegat rationem; quia præsensa scientia non inducit dolum, sed culpam, ex qua pœna corporis non potest induci, & q̃libet causa
19 excusat, & error iuris probabilis æquiparatur errori facti. † Contrarium tenet Torius Notus *cons. 93. n. 9.* Bald. *in l. Sacratissimæ. nu. 4. C. de legibus.* Fel. *in c. pastoralis. n. 7. de fid. instrum.* quia constitutiones impressæ, & positæ inter alias constitutiones dicuntur insertæ in Corpore Juris. Roman. *consil. 260. n. 3.* Joseph. Ludouic. *tom.*
20 *3. communium opin. tit. de stat. concl. 1. ver. fallit primo. fol. 561.* † Declara; quia regulariter probabilis est ignorantia constitutionum extrauagantium, vt dicit apost. ad Rom. *consil. 260. in v. valida*, secus, quando esset notoria; quia tunc non potest ignorantia allegari, apost. ad Roman. vbi supra *in ver. nulla*, vbi dicit, quod paria sunt, quod sit producta, vel notoria, & quod si est notoria, dicitur lex,
21 & non debet produci. † Limita; quia lex ad hoc, vt afficiat prouinciales, debet publicari in prouincia, vt per Aufrer. *ad decis. Capell. Tholos. 445. ver. istud videtur*, quia iniquum est affici pœnas prouinciales ex lege non publicata in prouincia, licet in ciuitate Romæ sit publicata. Alexand. *consil. 52. num. 1. ad fin. lib. 1.* & maxime in
prouinciis de longinquo. Alexand. *consil. 181. n. 13. lib. 6.* Natt. *cons.*
* *498. n. 21. Pedemont. decis. 141. n. 2.* vbi dicit * communem. Anchar. Regien. *quæst. 59. n. 2. lib 2.* Decius *in c. cognoscentes, de Constitut. num.*
38. & 39. Alex. *consil. 52. lib. 7.* vbi apostilla, vbi de constitutione in Vrbe Romę publicata, quod non liget prouinciales, nisi publicetur in prouincia. Rimin. Sen *consil. 9. n. 19. & seq. lib. 1.* & commu-
* nem * dicit Burs. *consil. 200. n. 102. & seq.* Menoch. *de arbitr. casu*
22 *183.* vbi late, quod non ligat quoad pœnam. † Et licet *Auth. vt facta nouæ constitut.* quæ est Imperatoris, non liget Papam; tamen gloss. *in c. 2. de consuet.* vult, quod ex quo de jure Canonico non reperitur contrarium prouisum quod etiam seruari debeat in constitutione Papali, & Alex. *d. consil. 52. lib. 7.* dicit magis * communem, & q. *
si est pœnalis constitutio, non sufficit, q. sit Romæ publicata, & etiam in Camera registrata, nisi in prouincijs publicetur, & locis particularibus, & loquitur in constitutione Papæ contra Sigism. Malatestam priuatum ciuitate Fani, & Arimini, per quam liberantur subditi ab omni seruitio, & si se non eximant, facit illos seruos capientium. † Extende maxime ad euitandam pœnam; qa 23
impedimentum naturali iure est ignorantia constitutionis publicatæ extra prouinciam; & ideo non videtur, quod possit tale impedimentum tolli. Bertaz. *consil. 461. n. 7. lib. 2.* quia lex non debet offendere naturam, *l. lege.* vbi Bald. *C. de legit. hæred.* Vide Conclusionem proxime sequentem.

Lex, vel Constitutio noua intra quantum tempus liga. re incipiat. Concl. 256.

LEx † vel Constitutio noua incipit ligare post duos menses post 1
publicationem factam extra locum publicationis; ideo in ciuitate ligat statim post publicationem; in prouinciis vero, & locis remotis post duos menses, *auth. vt factæ nouæ constit.* Felin. *in c. cæterum, n. 7. & seq. ver. circa secundum, de rescript.* vbi firmat regulam, q. lex ligat statim lapsis duobus mensibus etiam ignorantes, & limitat sex modis, quos videas. Abb. *consil. 35. Videtur primo, per tot.* maxime *in fin. lib. 1.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in fin. in ver. ex nunc,*
vbi limitat, nisi aliud tempus assignetur. † Declara, vt procedat, 2
qñ lex generalis, & statutum generale ligat omnes; secus, si sit constitutio, vel reformatio respicients vnum magistratum. Castr. *consil. 51. Visis, & ponderatis. n. 2. lib. 1.* † Vide regulam per Fel. *in c. cæterum, n. 7.* & limitat in statutis particularibus; qa statim ligant; 3
secundo quoad scientes ante lapsum duorum mensium; tertio in priuilegiato; quia non acquiritur illi, anteq̃ innotescat; quarto, qñ adest decretum irritans; quinto, nisi apponatur aliud tempus; sexto, quando continet præterita. † Amplia; qa Cridæ non ligant 4
statim, sed post duos menses; quia ignorantia excusat. Sign. *consil. 125. in fin. ver. præterea vox præconis*, quod intelligit in Comitatu, in quo non sunt publicatæ, & idem clarius dicit *consil. 134. In quæst. in princ.* † Amplia; quia nedum lex, & constitutio, & statutum, sed 5
consuetudo, & bannum præsumitur deuenisse ad omnium notitiam, quando fuerunt publicata, ita Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 3. per tot. & in fin.* idem in extrauagante nota & publicata. † 6
Declara secus in forense, nisi diu steterit in loco; quia præsumitur ignorare leges, & statuta loci; ideo si receptat bannitum excusatur; qa non præsumitur scire bannum, ita Menoch. *d. præsum. 3. lib. 2.* vbi ponit exempla de Notario, & aliis. † Amplia, quia lex, 7
constitutio, statutum, & extrauagans, ligant, si sunt publicatæ, vel in archiuio publico, vel inter alias leges insertæ, & quid in regulis Cancellariæ; plene Franc. Pauin. *in proœm. extrauag.* vbi late ponit plures quæstiones. † Amplia; quia potest lex, vel statutum 8
tollere ignorantiam, & ligabit ignorantes, Tiraq. *de retract. lignag. §. 35. glos. 4. n. 24.* vbi per tot. ponit, quando ignorantia excusat, vel non. † Limita in lege, vel constitutione inferioris; qa non est de- 9
terminatum tempus, intra q. legare incipiat; quia est arbitrariũ. Fed. de Sen. *consil. 211. n. 3. in fin. & n. 4.* vbi, q. publicatio non est de substantia, sed sufficit præsumpta scientia subditorum. Abb. *consil. 35. Videtur primo, in prin. lib. 1.* † Extende hanc limitationem, vt con- 10
stitutio inferioris liget omnes, etiam quod publicatio non fuerit solemniter facta, vt quia non constat de commissione publicationis facta ei, q. publicauit; quia non admittitur subditus excipiens de hoc. Fed. de Sen. *consil. 211. n. 4. ver. ex præmissis*, vbi, quod sufficit bannimentum factum in locis publicis. † Declara iudicio meo; 11
quia multo magis debet habere locum *auth. vt facta nouæ constitutiones*, in inferiori domino, q̃ in supremo Principe; quia militat eadem ratio, ne ignorantes puniantur indebite, quæ est ita vniuersalis, vt neminem excipiat. Vide, *Ignorans nihil agit. Concluſ. 17.*
† Limita; qa lex ligat statim, nec expectantur duo menses, quan- 12
do habet decretum irritans, quod eius est effectus, vt liget ignorantes. Rom. *consil. 345. Circa primum, in fin.* vbi apost. dat conc. *in ver. quod sic.* † Contrarium verius dicit Rom. *consil. 330. nu. 14.* quia 13
decretum irritans adiectum legi, vel constitutioni sumit sibi naturam legis, & ibi apost. *in ver. puto*, dat conc. infinitos, & verius eadem apostill. fin. *ad consil. Rom. 345. in fin.* vbi, q. hæc est verior opinio, & apost. ad Bart. *in extrauag. ad reprim. in fin. in ver. menses.* Vide, *Proclama & Cridæ quando ligare incipiant. Concl. 805.* Vide, *Statutum & constitutio non ligat ante publicationem. Concl. 443.* Vide Ant. Gabr. *lib. 6. tit. de legibus. Concl. 4. Constitutio quando ligare incipiat.* Vide Concl. prox. præced.

Lex

Lex præsumitur vsu recepta, & quando secus. Concl. 257.

1 LEGES† & constitutiones tunc instituuntur, cum promulgantur; tunc confirmantur, cum moribus vtentium approbantur, & tunc abrogantur, cum moribus non vtentium non seruantur. §. *leges. 3. dist.* Rom. *consil.* 512. *Quoad primum nu.* 13. *in fin. ver.* 2 *tertio quia*, vbi apost. *in ver. formalis*, dat conc.† Lex, & statutum in dubio præsumitur vsu receptum. Gabr. *consil.* 84. *n.* 60. *lib.* 2. Dec. 3 *consil.* 649. *n.* 10. Curt. Iun. *consil.* 129. *n.* 12. Gozad. *consil.* 16. *n.* 16.† Et ad hoc, vt non dicatur vsu receptum, non sufficit non vsus; quia casus non venerit, sed requiritur, q casus euenerit, & contrarium iudicatum fuerit. Gabr. *d. consil.* 84. *n.* 60. *lib.* 2. Felin. *in c. 1. n.* 10. *ver.* 4 *quarta declaratio. de treug. & pace.*† Et qui dicit vsu non receptam le-* gem, debet probare; licet sit negatiua, communem* dicit Alex. *in l. illo, col. pen. ff. de verb. oblig.* & est ratio; quia omnes tenentur obedire Principi; ideo allegans legem, vel statutum vsu non receptum debet probare. Benintend. *dec.* 13. *num.* 9. Rol. à Valle *consil.* 5 90. *n.* 54. *lib.* 1. plures citat Mascard. *concl.* 1332. *num* 3.† Vide tamen Cephal. *consil.* 136. *n.* 18. vbi arguit legem non releuare, nisi sit vsu 6 recepta; & idem de statuto *consil.* 129. *n.* 9.† Sed quod imo lex non præsumatur vsu recepta, quia est quid facti. Socin. Iun. *consil.* 33. *n.* 47. *lib.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 6. *num.* 2. Socin. Iun. 7 *consil.* 130. *n.* 26. *lib.* 3. Duen. *Regul.* 38. *part.* 1.† Et probatur non vsus eo ipso, quod vsus non probatur. Crauett. *consil.* 1. & 298. *n.* 5 & sequitur Caputaq. *dec.* 204. *n.* 4. & *seq.* vbi, quod paucæ vices non 8 probant vsum.† Amplia in Bulla, & statuto publicato; quia præsumitur vsu recepta, & qui dicit contrarium, debet probare. Gozadin. *consil.* 16. *In hac causa, n.* 11. & in statuto Curt. Iun. *consil.* 129. *n.* 9 11. *ver. non obstat, lib.* 2.† Contrarium tenet Socin. Iun. *consil.* 32. *n.* 44. 10 & *seq. lib.* 3. vbi *num.* 47. expresse reprobat Gozad.† Amplia in instrumento; q præsumitur obseruatum, & qui dicit contrarium, debet probare. Crauett. *consil.* 400. *Diu acta lis est, num.* 21. *ver. neq; ad* 11 *rem facit*, vbi alios complures citat.† Limita; quia non vsus præsens inducit præsumptionem, quod non sit in præteritum vsu 12 recepta. Cephal. *consil.* 96. *n.* 15.† Limita; quia lex noua, vel statutum nouum non præsumitur vsu receptum, quando plures actus apparent contra legem, vel statutum nouum sciente, & patiente, vel saltem non contradicente conditore. Felin. *d. c.* 1. *num.* 6. *ver. lex* * *noua, de treuga & pace*, vbi dicit* communem, & ponit plures declarationes, qualiter procedat, & plures illationes, quas videas 13 Franc. Aretin. *consil.* 11. *Procedendum. n.* 5. *ver. sed ostenditur.*† Limita; quia non præsumitur vsu recepta lex, quando in parte tantum obseruatur, & in parte non. Riminald. Sen. *consil.* 110 *n.* 19. *lib.* 1. quod intelligas sciente, & patiente superiore. Franc. Aretin. *d. consil.* 11. 14 *num.* 5.† Limita; quia bannum, vel constitutio extrauagans etiam publicata non præsumitur vsu recepta. Bursat. *consil.* 55. *num.* 20. 15 *lib.* 1. Socin. Iun. *consil.* 32. *num.* 47. *lib.* 1.† Limita; quia si statutum non fuit vsu receptum, non ligat. Alex. *consil.* 6. *Redemptoris nostri,* * *num.* 2. *ver. & per prædicta*, vbi de* communi, *lib.* 1. & *consi.* 132. *Visa facti narratione*, vbi late, quod sufficit tempus decem annorum, & quid requiratur ad inducendum contrarium vsum, *lib.* 1. Cæpol. *consil.* 13. Socin. Iun. *consil.* 30. *n.* 14. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 10. *num.* 5. Plot. *in l. si vnquam, num.* 321. *C. de reuoc. donat.* Iason *in l. rem non nouam, num.* 5. * *C. de iudic.* Alexand. *consil.* 39. *n.* 1. *lib.* 3. & *d. consil.* 132. *lib.* 1. vbi dicit* magis communem. Marsil. *consil.* 49. *num.* 49. Felin. *in d. cap.* 1. *num.* 13. *ver. nihilominus. de treuga & pace.* Ruin. *consil.* 143. *num.* 2. *lib.* 3. Paris. *consil.* 105. *num.* 8. *lib.* 4. & *consil.* 104. *num.* 69. *lib.* 1. & *consil.* 51. *num.* 2. *lib.* 3. Vide, *Statutum quando per contrarium vsum sit sublatum, vel non.* 16 *Concl.* 454.† Et sufficiunt decem anni, quibus statutum non fuit vsu receptum, sed contrarium obseruatum, vt non dicatur vsu receptum. Alexand. *d. consil.* 60. *nu.* 2. *lib.* 1. Iason *in d. l. rem non nouam, in fin. C. de iudic.* vbi, quod licet de iure Canonico requirantur 40. anni, illud est in lege semel recepta, hic in lege à principio non recepta, quæ facilius tollitur; aliter tamen videtur Felinus distinguere *in d. c.* 1. *in* 7. *declaratione*, quod sufficiat solus vsus contrarius, quando lex noua non recipitur, & decem anni in desuetudine legis ciuilis cum scientia conditoris, & quadraginta anni in iure Canonico, quod videtur etiam tenere Cephal. *consi.* 129. *num.* 10. Socin. Iun. *consil.* 32. *num.* 15. & *sequent. lib.* 3. & quod requiratur de iure Ciuili contrarius vsus à principio cum lapsu decem annorum. * Alexand. *consil.* 132. *Visa facti, in princ. lib.* 1. vbi dicit magis* communem, & non est necessaria scientia superioris. Alexand. *consil.* 17 18. *Visis, n.* 5. *lib.* 2.† Extende, vt idem sit in reformatione statuti; quia si per 10. annos vsu non est recepta, sed contrarium obseruatum, non dicitur vsu recepta, & statutum valet, & attenditur. Alex. *d. consil.* 6. *n.* 2. *concludit, quod si reformatio, lib.* 1.† Extende in extra- 18 uaganti, vel Bulla, aut priuilegio, seu cõfirmatione statutorum, vt late Socin. Iun. *consil.* 33. *n.* 45. & *seq. lib.* 1.† Contrarium, q non re- 19 quiratur alia præscriptio, sed sufficiat, q sciente, & patiente superiore contrarium sit obseruatum, tenet Aret. *consil.* 11. *n.* 5. *ver. sed ostenditur & secundo*, & reddit rationem; qa hoc sufficit ad tollendam legem vsu iam receptam; ergo qñ non est vsu recepta, non requiritur præscriptio, & hanc communem* dicit Benint. *dec.* 13. * *n.* 9. & *seq.* q contrarii actus cum scientia Principis à principio facti inducunt non vsum, & q non sit recepta lex: per decennium vero, quod abierit in desuetudinem, Aretin. *consil.* 154. *Consultatio proposita*, quia eo ipso, q Princeps scit legem, vel statutum non seruari, censetur contrauentioni acquiescere, & abrogare. Bart. *in l. si publicanus. §. in vectig. ff. de publ.*† Declara; quia si ꝓbatur scientia 20 & patientia Principis, sufficiunt actus contrarii sine præscriptione: si v. non probatur scientia, & patientia Principis; tunc sufficit contrarius vsus per 10. annos. Fel. *in d. c.* 1. *de treug. & pace*, per Cou. *var. resol. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 6. *ver. quinto*, vbi de* communi, gl. *in c. fin. de* * *consuet. in* 6. Alex. *consil.* 6. *Viso themate, col.* 1. *ver. & per prædicta, lib.* 1. & *consil.* 133. *Visa facti narratione, col.* 1. *lib.* 1. & *consil.* 18. *Visis capitulis initis, col.* 2 *ver. comprobatur, lib.* 2. & *consil.* 39. *Visis, & consideratis, in prin. lib.* 3.† Declara; qa constitutio noua non dicitur vsu non recepta 21 per contrarium vsum, nisi sit lapsum decennium, quando non apparet, quod vsu sit recepta; si v. vsu fuit recepta, requiritur contrarius vsus 40. annorum, vt perdat vsum. Gabr. *consil.* 84. *n.* 60. & *seq. lib.* 2.† Declara; quia de iure Ciuili sufficiunt 10. anni, quando 22 lex, vel statutum non fuit à principio vsu receptum, secus de iure Canonico. Alex. *consil.* 123. *in princ.* vbi dicit magis* communem, * *lib.* 1. & extendit, etiam si non adsit scientia, & patientia Principis, & dicit, quod licet illi, qui ab initio venerunt contra legem præcipientem, peccauerint, & non excusentur, secus in illis, qui post contrauentionem factam per 10. annos contraueniunt; quia excusantur, & non peccant de iure Ciuili, licet de iure Canonico maius tempus requiratur.† Declara; quia lex interdicens aliq̃d, 23 & tollens contrariam consuetudinem trahit secum exequutionem; & ideo non requiritur, quod sit vsu recepta, neque contrarius vsus excusat, vt in materia *cap. quanquam. de censibus in* 6. dicit Clarus §. *fin. quæst.* 76. *n.* 2. vbi alios allegat, licet ibi contrarium, & male teneat.† Declara totam istam materiam, vt per Franc. Aret. 24 *consil.* 11. *Procedendum. n.* 4. & *seq. per tot.* quia vt statutum tollatur ꝓ contrarium vsum, vel dicatur vsu non receptum à principio dicit, quod sufficiat contrarius vsus continuatus per decem annos, & quod vtroque casu requiritur ista præscriptio decem annorum secundum* communem; si vero Princeps, qui fecit legem, scit, * & patitur contrarium vsum, & contrarium obseruari, non requiritur tempus decem annorum; quia superior videtur eam tollere sciens, & patiens; & quia si valeret ante decem annos, actus contrarii essent nulli, & potius tolleretur vinculum, quam quod non ligaret; vnde respectu forensis, q præsumitur ignorare statutum, & scire obseruantiam contra statutum, sine dubio præsumitur se conformasse cum vsu sibi noto, & isto casu bene excusatur, & quoad ignorantes ipsi nullo modo ligantur.† Declara; qa 25 quando lex est contra ius commune, & contrarius vsus secundum ius commune, sufficiunt anni decem. Roman. *consil.* 512. *in fin. num.* 14.† Declara etiam; quia refert, an tractetur de non vsu 26 legis nouæ à principio; quia non sit recepta; an verò quod postquam vsu est recepta, abierit in desuetudinem per contrarium vsum; quia primo casu sufficit docere de pluribus actibus contrariis, quibus probatur, quod non est vsu recepta, secundo casu requiritur vsus contrarius per 10. annos ad desuetudinem legis ciuilis, & per 40. annos ad desuetudinem legis Canonicæ. Fel. per plura *in d. c.* 1. *n.* 13. *ver. septima, & vltima de treuga & pace* vbi videtur innuere, quod scientia etiam non requiratur, licet quod imo requiratur scientia Principis vera, vel præsumpta, dixerit ibi *num.* 6. *ver. lex noua.* Vide ad prædicta Benint. *dec.* 13. *nu.* 9. & *seq.* vbi, quod quando à principio non fuit vsu recepta, sufficiunt duo act⁹ contrarii, & non ligat, & per decennium abrogatur; si vero fuit vsu recepta à principio, & sit præceptiua, præsumitur vsu recepta semper, & debet clare ostendi contrarium; & loquitur in Paulina *de reb. Eccl. non alien.*† Si tamen non sit memoria in contrarium, 27 sufficiunt simplices actus multiplicati cum lapsu temporis. Rom. *d. consil.* 512. *in fin.*† Declara; quia non vsus, vel etiam contrarius 28 vsus eorum, qui legem tollere non possunt, non abrogat legem superioris. Bart. *consil.* 136. *Capitaneus, lib.* 1. *in fin.* Bellamer. *consil.* 27. *col.* 2. Crauett. *consil.* 134. *n.* 25. Socin Iun. *consil.* 4. *n.* 17. *lib.* 4. Roland. à Vall. *consil.* 5. *n.* 78. *lib.* 1.† Declara; quia lex superioris nunquam 29 abrogatur per non vsum, vel contrarium vsum, nisi constet de

scientia, & patientia Principis. Dec. *consil.* 649. *num.* 9. Curt. Jun.
30 *consil.* 129. *num* 12. Cephal. *consil.* 129. *num.* 10. vbi alios allegat. †Declara, quia vt lex dicatur vsu non recepta requiritur contrarius vsus per decem annos, si vero fuit vsu recepta, sed per contrarium vsum abrogata, requiritur contrarius vsus per 40. annos. Gabr.
31 *d. consil.* 84. *num.* 60. 61. & 62. *lib.* 2. †Declara limitationes procedere, quando pars opponit, & probat non vsum. Roland. à Valle *consil.* 99. *nu.* 39. *lib.* 2. vbi dicit alias non sufficere, neque releuare.
32 †Qualiter autem probetur statutum vsu non receptum, Vide Felin. *in d. c. 1. col. 3. & 4. v. quarta declaratio, de treuga, & pace*, vbi quod non sufficit docere non fuisse obseruatum, quia casus non venit, sed requiritur, quod contrarium fuerit obseruatum, plenissime Riminald. Iun. *consil.* 34. *lib. 1. n.* 15. *& seq.* vbi latissime dat exempla, quod non sufficit ab immemorabili casum non euenisse, sed requiritur contrarius vsus, vt sit abrogatum, *& consil.* 180. *in fin. lib.* 2. & quod requiratur contrarius vsus necessario. Alex. *consil.* 196. *nu.*
☞ 14. *& 15. lib.* 2. Gabr. *d. consil.* 84. *n.* 60. *lib.* 2. Vide, *Vsus negatiuus legis,*
33 *quando, & qualiter probetur. Conc.* 371. †Et reformatio statuti probatur vsu non recepta, si post eam adhuc seruatur statutum. Alexan.
34 *consil.* 78. *Videretur, n.* 7. *& seq. ver. & sic illa reformatio, lib.* 6. †Extende, quia sufficit quod pro maiori parte fuerit obtentum contra statutum, videlicet ita seruatum, etiam si statutum fuerit etiam quandoq; obseruatum. Rim. Iun. *consil.* 249. *n.* 27. *& seq.* vbi, quod
35 neq; requiritur, quod in contradictorio sit obtentum. †Extende, quia non vsus legis probatur, etiam si in contradictorio iudicio non fuit obtentum, quia non est necessarium. Corn. *consil.* 293. *lib.*
* *1. ver. non obstat, quod non fuit obtenta.* Socin. *consil.* 99. *lib.* 1. communem *dicit Crauett. *de antiq. tempor. in* 4 *part. princ. n.* 33. *& consil.* 55.
36 *n.* 6. Curt. *in c. fin. de consuet.* †Contrarium Bald. *consil.* 210. *col.* 2. *lib.* 3.
* Crauett. *de antiq. tempor. in* 4. *part. princ. n.* 33. *in fin.* Gabr. *d. consil.* 84.
n. 60. *lib.* 2. Alex. *consil.* 132. *nu.* 4. *lib.* 1. *ver. & requiritur*, vbi de *communi. †Declarat Cephal. *consil.* 129. *nu.* 7. *& seq.* vt quando vsu fuit
37 recepta, vt corrigatur, requiritur quod sit obtentum in contradictorio, secus si non sit correctoria consuetudo, sed non admissiua. †Non tamen tollitur lex, vel statutum semel vsu receptum p
38 non vsum, nisi ille non vsus habeat implicitum contrarium vsum. Jason *in l. de quibus, n.* 22. *ff. de legibus.* Roland. à Valle *consil.* 5. *n.* 72. *lib.* 1. qui citat alios. Fel. *in d. c.* 1. *in* 4. *declaratione de treuga & pace.* Alex.
39 *consil.* 132. *num.* 4. *lib.* 3. †Limita; quia constitutio vsu non recepta probabiliter ignoratur, ideo sententia lata in exequutionem extrauagan. vsu non receptæ dicitur nulla propter errorem juris.
40 Cardinal. Zab. *consil.* 40. *Præditæ constitutionis, in princ.* †Limita; quia tacito consensu omnium lex per desuetudinem dicitur ab-
41 rogari. Roman. *consil.* 512. *Quoad primum, n.* 14. †Et quod sicuti lex, & statutum comprobatur per vsum, & obseruantiam, *l. fin. C. quæ*
42 *sit longa consuet.* †Sic è contra per non vsum, & non obseruantiam deficit legis virtus, vt tota die dicunt Aduocati & Procuratores in Palatiis, glos. *in d. c.* 1. vbi Canonistæ, maxime Felin. *de treuga, & pace.* Jason *in l. si filius, qui in potest. in 6. not. ab. ff. de liber. & posthum.*
43 † Qualiter probetur, quod lex abierit in desuetudinem? dic p contrarium vsum, vt supra; alias si per mille annos non venerit casus; non tamen cessat lex. Aret. *in proœm. Instit. §. igitur, col. fin.* vbi
44 latissime sequitur Jason *in l. rem non nouam, n.* 8. *C. de iudic.* †Limita; quia lex, vel statutum superioris si vsu non fuit recepta, ille, q non seruat legem, vel statutum huiusmodi, non dicitur transgressor legis, vel statuti. Alexand. plene *consil.* 39. *Visis, & consideratis, in pr.*
45 *& per tot. lib.* 3. plene Roland. à Valle *consil.* 99. *num.* 6. *lib.* 2. † Et quod lex, vel statutum non receptum vsu non liget aliquem ad obseruantiam. Alexand. *d. consil.* 132. *col.* 1. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 136. *n.* 18. *& seq. lib.* 1. Socin. Iun. *consil.* 32. *num.* 44. *& consil.* 126. *nu.* 25. *lib.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 2. Socin. Iun. *consil.* 30. *num.* 14. *lib.* 1. Riminald. Sen. *consil.* 110. *num.* 19. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 47. *n.* 26. Paris. *consil.* 105. *lib.* 4. Ruin. *d. consil.* 13. *num.* 28. *lib.* 2. Duen. *reg.* 79. *n.*
46 3. *& nu.* 5. †Ratio est; quia inest tacita conditio, si moribus vten-
47 tium sit comprobata. Ruin. *d. consil.* 13. *nu.* 28. *lib.* 2. †Extende, quia non seruans legem vsu non receptam non dicitur contrauenire legi. Ruin. *d. consil.* 13. *nu.* 27. *lib.* 2. Rolan. à Valle *consil.* 99. *num.* 6. *&*
* *seq. lib.* 2 vbi dicit magis *communem, sequitur Cephal. *consil.* 136.
num. 18. *& seq. lib.* 2. vbi plures allegat Alexand. *consil.* 132. *in princip.*
* *lib.* 1. vbi apostilla *in ver. glos.* dat concord. & dicit magis *com-
48 munem, quod non incurritur pœna legis. †Et quia tunc non est lex considerabilis, si vsu non est recepta. Paris. *consil.* 104. *n.* 69. *lib.*
49 1. † Et super lege vsu non recepta non potest fieri fundamentum aliquod. Roland. à Valle *d. consil.* 99 *num* 5. *lib.* 2. *& consil.* 32. *nu.* 77.
50 *lib.* 4. Cephal. *consil.* 136. *num.* 18. *& seq.* †Extende, etiam si sit iuratum de seruandis statutis editis, vel edendis; quia non extenditur ad ea, quæ vsu non sunt recepta. Rol. à Valle *d. consil* 99. *n.* 7. *lib.* 2.

†Extende in reformatione statuti facta; quia si non fuit recepta 51
vsu; quia statutum fuit in vsu semper, seruans statutum non dicitur transgressor reformationis. Alexand. *d. consil.* 39. *in princ. lib.*
3. † Limita; quia non vsus legum & constitutionum operatur ad 52
derogationem earum. Card. Zabar. *consil.* 40. *in princ.* †Extende; 53
quia admittitur etiam non vsus, vel contrarius vsus legis, licet sit præcepti, puta constitutio Episcopi super residentia Curatorum sub pœna priuationis; quia ex quo concurrit tacitus consensus superioris, potest valere. Zabar. *consil.* 132. *n.* 4. †Imo in fortioribus 54
const.tutio Episcopi Tudertini super vestitu mulierum imponens pœnam excommunicationis, si vsu non est recepta, non incurrunt pœnam excommunicationis. Alex. *consil.* 123. *Scripsit, nu.*
15. *lib.* 4. quod est Barbatiæ, & dicit notandum, allegat Zabarell. *in proœm. clem.* & quod ita fuit obtentum. †Extende; quia non vsus 55
habens admixtum contrarium vsum facit cessare legem, vel statutum. Iason *in l. de quibus. ff. de legibus.* vbi *n.* 33. *& 34.* attestatur de **
communi. Limita; quia plurimæ sunt leges, q̃ licet sint scriptæ in Corpore Juris non sunt vsu receptæ, neque seruantur. † *L. de* 56
creationibus. C. de Episc. audien. & l. fin. C. de curat. furio. disponentes, q̃ in dando curatore furioso iudex hoc faciat in præsentia Episcopi, & trium Primatum, non est vsu recepta quoad præsentiam Episcopi, & primatum. Bart. *consil.* 144. *Iudex, lib.* 1. † *L. fin. C. de iure deli-* 57
ber. iuncta authen. sed cum testator, dum requirunt, quod vltra testes ordinarios adhibeantur loco legatariorum alii tres testes bonæ opinionis, diuites, &c. non est recepta de consuetudine, a postill. ad Bart. *consil.* 154. *in fin. ver. tres testes*, quæ citat Bald. † *L. si quis cum te-* 58
lo. C. ad l. Cornel. de sicar. non est vsu recepta ex generali consuetudine totius mundi, ibi Bart. & alii. Vide, *Lex præsumitur vsu recepta,* ✍
& quando secus. Concl. 257. †Leges omnes, *C. de sacrosanct. Eccl.* quæ 59
disponunt de causis, & rebus, & personis Ecclesiasticis, & Ecclesiis, omnes sunt nullæ, & abrogatæ; quia factæ sine authoritate Papæ, ita Felin. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. num.* 39. *& sequen. ver. & dicuntur iuste.* Calder. *consil.* 444. alias 2. *de censibus.* Bero. *consil.* 31. *num.* 21. *& seq. lib.* 1.

Lex non potest omnia in puncto decidere, sed ad similia recurritur necessario. Concl. 258.

OMNIA † occurrentia non possunt aperta, vel speciali lege ter- 1
minari, sed recurrendum est ad casus, & decisiones similes, *l. non possunt. ff. de legibus.* Abbas *consil.* 20. *col.* 2. *ver. & primo præmitto. lib.* 2. †Et deficiente simili recurrendum est ad rationem natura- 2
lem, *l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut.* Abb. *d. consil.* 20. *col.* 2. *ver. & primo præmitto, lib.* 2. Vide, *Ratio naturalis operatur multa. Concl.* 33. ✍
† Amplia; quia in criminalibus, & pœnis imponendis de iure 3
communi de similibus ad similia recurrimus, ideo stante statuto Castri plebis, quod offendens cum armis puniatur in decem, si cum alapa in quinque, si quis cum dentibus offendat; quia dentes non sunt arma, debet puniri in minori pœna, qa assimilantur membris. Bart. *consil.* 106. *Statuto C. sirt, lib.* 1. vbi apostilla *in versic. cum dentibus.* †Extende, vt idem sit in omni statuto, & dispositio- 4
ne pœnali, quod de similibus ad similia procedatur in pœnalibus, Bart. *consil.* 199. *Tudertinus, colum.* 2 *in princ. ver. & quia huius fal-*
sitatis, lib. 1. † Amplia in lege prohibente locationem bonorum 5
Ecclesiæ vltra quinquennium; quia trahitur etiam ad contractum innominatum habentem similitudinem cum locatione; veluti si per sex annos dentur bona Ecclesiæ, & aliqui fructus annui dentur in recompensam. Bart. *consil.* 159. *Visa quadam, num.* 3. *ver. nunc ad propositum, lib.* 1.

Lex noua distinguitur per legem antiquam, & quando secus. Concl. 259.

LEx † noua superueniens in materia disposita per leges anti- 1
quas licet generaliter loquatur; tamen distinguitur, prout distinguuntur leges antiquæ. Iason post alios *in l. sciendum, in princ.* ✍
ff. qui satisd. cogan. Vide, *Repetitio præcedentium constitutionum quando*
intelligatur facta, vel non. Concl. 189. † Et licet simpliciter lex noua 2
loquatur; tamen restringitur p leges antiquas, ne videatur leges veteres corrigere. Castill. *in consil.* 10. *In facto supponitur, num.* 5. *ver.*
ad testamentum, vbi dicit *omnes Doctores ita tenere, & allegat *
iura ad hoc facientia. †Imo lex noua corrigens, vel declarans, vel 3
addens legi antiquæ, etiam si sit specialis, debet tamen intelligi secundum dispositionem prioris legis, ita vt p̃supponat omnia, quæ in priori lege continentur. Alex. *consil.* 89. *Circa primum, n.* 2. *v.*
hoc probatur, li. 6. †Restringe, quando lex noua non loqueretur de 4
materia antiqua, sed de materia penitus noua. Iason *d. l. sciendum,*
num. 2.

5 *n.2.ff.qui satisd. cog.* † Amplia; quia lex noua antiquam legem interpretans, & declarans habet in se omnes qualitates, & omnia contenta in lege interpretata, vel declarata. Rom. *consil.93.n.4.v. quæ in lege noua*, & debet intelligi secundum legem interpretatam.
6 Franc. Aret. *consil.14. Viso, col.2. in fin.n.5.* † Extende, vt procedat etiam si lex noua habeat clausulam derogatoriam ad leges antiquas; quia adhuc debet interpretari, suppleri, & limitari per leges antiquas secundum materiam, de qua loquitur lex noua. Ro-
7 man. *consil.345. Circa primum, n.21. ver. adeo autem.* † Amplia, quia lex generalis, & generaliter loquens non comprehendit casus priuilegiatos. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.6. tit. de legibus. Concl.1. Lex*
8 *generalis.* † Amplia in statuto generaliter loquente, & dante solemnitatem; quia debet modificari per legem antiquam specialiter priuilegiantem certo casu, vt pariter statutum habeat eandem restrictionem, Anchar. *consil.222. Subtiliter, n.2. ver. secundo hoc idem, cum seq.* vbi statutum inducens solennitatem generaliter in omnibus contractib⁹ minorum non habet locum in liberatione; quia de iure communi sola authoritas iudicis sufficit, & ita statutum debet restringi, vt non habeat locum in liberatione speciali fauo-
9 re iure communi fuleita. Vide, *Distinctio an adhibenda, quando lex non distinguit. Concl.* 508. † Extende idem in statuto prædicto; quia non habet locum, si minor contrahens cum iuramento, vel fine, asseruit se maiorem ad decipiendum, prout in dubio præsumitur ex dolo falsum dixisse; quia cum hoc sit de iure communi, ne lex
10 foueat dolosos; idem in statuto, vt pariter non comprehendat hunc casum; quia distinguitur per legem antiquam. Anch. *consil.* 226. *nn.4.* † Extende; quia statutum nouum generaliter loquens
11 declarari, & restringi debet per antiquum. Bart. & Dd. *in l.1.§. hoc autem edictum. ff. de nou. oper. nunciat.* Dec. & Cagn. *in l. in toto iure. ff. de reg. iur.* † Extende, siue species præcedat genus, siue sequatur. Bart.
12 *in l. sanctio legum. ff. de pœn. & in l. quæsitum. § si quis fundum. ff. de fund. instr.* Iat. *consil.12. lib.3.* Aret. *consil.97.* Dec. *consil.3. & consil.382. col.9.*
13 *& consil.454. col. fin.* † Et maxime ad euitandam statutorum, & legum correctionem. Bart. *in l. libertis quos, in fin. princ. ff. de alim. & cibar. legat.* † Amplia; quia *c. quanquam, de vsur. in 6.* generaliter loquens, & annullans testamenta vsurariorum manifestorum, non habet locum, quando pia causa est instituta; quia licet legem extendere, neq; restringere non sit nostrum, tamen bene patitur in-
14 terpretationem secundum leges antiquas, quæ fauent piæ causæ, cum sint speciali nota dignæ. Anchar. *d. consil.429. n.5.* † Amplia; quia lex noua aliquid addens, vel minuens legi antiquæ semper recipit interpretationem à lege antiqua, plura exempla ponit Ro-
15 man. *consil.345. Circa primum, n.18. & seq.* vbi apostill. *in ver. augmentatiua.* † Extende in materia contractuum, vt p Rom. *d. consil.345.*
16 *n.17.* † Extende in materiis legum, & Canonum. Rom. *d. consil.345.*
17 *n.8. & seq. ver. & si dicatur.* † Extende in spiritualibus, prout loquitur Rom. in electione facta p inspirationem, vt decretum Concilii loquens simpliciter de electione non habeat locum in electione facta per inspirationem, *d. consil. Rom.345. num.18. & per tot.*
18 † Extende in legibus pœnalibus, & crimen, seu super crimine disponentibus. Rom. *d.345. n.18. & 19. ver. & si dicatur*, vbi ponit plu-
19 ra exempla. † Extende generaliter, quia leges antiquæ trahuntur ad leges nouas, vt illas supplcãt, limitent, & dent intelligentiam.
20 Rom. *d. consil.345. n.20. ver. cæterum hoc*, vbi apost. *in ver. trahi.* † Amplia; quia semper fit repetitio de lege antiqua ad nouam, & sequentem de eadem materia loquentem, quando vnum de tribus concurrit, vel quod in antiqua sit clausula aliquid disponens per modum regulæ. Rom. *d. consil.345. n.22. ver. cæterum potest*, vbi apostill. *in ver. doctrinam*, dat concord. plenius Rom. *consil.379. Circa primum, n.13. in fin. & num.14.* & Bart. *in l. Prætor. §. eritq; differentia. ff.*
21 *vi bono. rapto.* † Vel quando subest eadem ratio, vt censeatur facta
22 repetitio. Roman. *d. consil.345. n.22.* † Vel quando eandem repeti-
23 tionem fieri suadet absurditas. Roman. *d. consil.345. n.22.* † Extende ampliationem etiam in regulis Cancellariæ; qa si vna regula disponit p modum regulæ, aliæ sequentes loquentes indistincte censentur continere eandem regulam. Rom. *d. consil.379. col. fin. n.*
24 *13. & 14.* † Extende, etiam si secunda regula, vel lex posterior videretur superflua; quia operatur maiorem declarationem in ali-
25 quo, quod sufficit. Roman. *d. consil.379. in fin. ver. & si dicatur.* † Limita; quia licet lex noua distinguatur per leges antiquas, ne inducatur correctio, si conciliatio fieri potest; tamen quando in lege noua adest derogatio per verba, *non obstante aliqua lege generaliter, vel specialiter in contrarium loquente*, tunc lex noua non distinguitur per antiquam quomodolibet contrariam. Bart. *in extrauag. ad reprim. in ver. non obstantibus, n.8. & seq. ver. sed si in lege.* Vide,
26 *Generi per speciem derogatur, & quando. Concl.36.* † Extende, vt idem sit, quando etiam vtraque lex esset specialis, si ratio maioris utilitatis est in lege noua, alias secus. Bart. vbi supra *num.9. & seq. ver. quid dicemus.* † Extende, vt idem sit, quando constat, quod lex nou- 27
ua voluit corrigere legem antiquam; quia in eo, quod corrigit, non distinguitur, sed bene si quoad aliqua corrigit, quoad aliqua non; quia in ijs, in quibus non corrigit, recipit semper à lege antiqua distinctionem. Alexand. *consil.101. Super eo. n.19. & seq. ver. per hoc etiam, lib.3.* Vide, *Statutum interpretationem passiuam recipit à iure communi. Concl.575.* Vide Conclusionem proxim. sequentem.

Lex posterior non corrigit præcedentem, & quando secus. Concl. 260.

POSTERIOR † lex diuersa à præcedenti nunquam corrigit præ- 1
cedentem, quando non habet clausulam derogatoriam. Bald. *consil.107. Considerandum est, lib.5.* Anchar. *consil.268. n.7. ver. respondetur aliter.* Vide, *Contrarietas est vitanda in omni dispositione. Conclus.* 1008. † Declara, qñ lex præcedens est prohibitiua, seu habet dero- 2
gationem, vel certam formã, quia lex sequens non tollit præcedentem, si non est derogatoria. Dyn. *consil.27. Quæstio, & articulus, n.3. ver. si ergo.* † Amplia; quia lex posterior generalis nunquam corri- 3
git specialem legem præcedentem, quando inuicem compatiuntur. Angel. *consil.214. Primo est videndum, n.2. ver. si autem diuersæ sunt.* Lap. *alleg.88. n.5.* & est consilium Collegij Perusini, vbi, quod concurrunt origine, non effectu; secus si non compatiuntur. Vide,
Generi per speciem derogatur, & quando. Concl.36. † Extende etiam si 4
lex posterior sit statutum; quia quanto minus fieri potest, corrigit jus commune. Vide, *Statuta odiosa, & stricti iuris sunt. Concl.607.* 5
† Extende maxime, quando constat de mente. Vide, *Mens, & ratio attendenda plus, quam verba. Concl.199.* † Amplia, vt id, quod dicitur 6
de lege, procedat etiam in statuto. Dyn. *consil.27. nu.3. ver. si ergo in alio.* † Extende; quia stante statuto, quod ascendentibus succe- 7
dant filii, & nouo statuto, quod in dote soli masculi filii succedant, in generali successione primi statuti succedunt tam masculi, q̃ fœminæ; quia licet vnum statutum trahatur ad aliud; tamen possunt conciliari, vt primum de successione generali, secundum vero de dote loquantur. Anchar. *consil.80. Retento ordine, in princ.*
† Amplia; quia non valet reuocatio dignitatis facta à maiori par- 8
te, quando ipsa dignitas fuit erecta ab vniuersis, & fuit data solemnitas, quod non posset reuocari, nisi certa forma seruata. Fulg. *consil.170. Super eo, de quo. per tot.* vbi, quod Commune Florentiæ erexit officium Proconsulatus, & non valuit reuocatio facta à maiori parte, non seruata solemnitate, etiam si extet derogatio.
Vide, *Maior pars nihil operatur multis casibus. Concl.15.* † Amplia; quia 9
constitutio, vel statutum factum à populo cum certa forma, & solemnitate cum decreto, quod illi non derogetur, nisi certa solemnitas adhibeatur, non censetur sublata per contrariam constitutionem, vel contrarium statutum factum à maiori parte, nisi sit seruata solemnitas, etiam si habeat clausulam derogatoriam generalem. Fulg. *d. consil.170. v. in oppositum.* † Contrarium; quia imo 10
censetur derogatum p contrariam constitutionem factam à maiori parte, licet non interuenerit solennitas, quando fuit derogatum; tenet Fulg. *d. consil.170. in pr.* † Declara; qa si statutum dero- 11
gat actui futuro celebrando per ipsos constituentes, nisi seruata certa forma; & fiat contrarium statutum ab eisdem pro maiori parte, & sit derogatum primo valet derogatio, licet non sit seruata forma; si vero fiat derogatio, nisi seruata forma certa act⁹ celebrandi per alios, qui potestatem habeant, vel mandatum à prædictis constituentibus, non valet statutum contrarium factum ab istis mandatariis, ita declarat Fulg. *d. consil.170. ver. in oppositum*, vbi reddit rationem; qa in mandato generali non veniunt ista, si non
est dictum in specie. † Restringe ampliationem, vt non procedat 12
in constitutione, vel statuto contrariis factis ab eisdem. Fulgos. *d. consil.170. ver. in oppositum.* † Restringe, vt non procedat in statuto 13
contrario, quando adest clausula specialis derogationis; secus si generalis derogatio fiat. Fulgos. *d. consil.170. in fin.* † Amplia; quia 14
imo lex noua generalis recipit declarationem à lege antiqua de illa materia loquente. Fulgos. *d. consil.215. In primo proposita, in princ.*
Vide, *Lex noua distinguitur per legem antiquam. Concl.259.* † Extende; 15
quia lex noua aliquid disponens non tollit leges antiquas etiam ex identitate rationis aliquid requirentis, nisi quatenus in lege noua exprimitur. Bart. *in extrauag. qui sint rebelles, in ver. transit, in fin.* † Extende, quod dicitur de legibus ciuilibus, idem esse de Ca- 16
nonibus; quia canon posterior supponens dispositionem Canonis antiqui restringitur secundum dispositionem illius. Alexand. *consil.6. Super prædicta in fin.n.10. ver. nec obstat etiam, lib.6.* † Limita; 17
quia licet lex noua intelligatur secundum antiquam modificatiue, & restrictiue, intelligitur, quando est super diuerso facto, vt con-

conciliari possit, secus si super eodem facto, vt non sit locus distinctioni; quia posterior corrigit, & derogat. Anchar. *consil.* 268. *Iure diuino, nu.* 7. †Extende, qñ lex est contraria in eadem materia, & titulo; secus si ad diuersos titulos sunt insertæ; quia effectus diuersus erit, & interpretatio diuersa. Vide Conclusionem proximę sequentem *num.* 19. *& seq.* † Limita; quia lex contraria posterior derogat semper præcedenti. Bald. *consil.* 107. *lib.* 5. Bart. *consil.* 144. *Iudex, num.* 2. *lib.* 1. †Extende, etiam si generalis sit posterior, & præcedens specialis, si constat de mente. Angel. *consil.* 214. *num.* 2. alias secus, vt per Dyn. *consil.* 27. *num.* 3. *ver. item ex hoc resultat.* †Limita, quando lex posterior, & diuersa habet clausulam derogatoriam. Bald. *d. consil.* 107. *lib.* 5. Dyn. *d. consil.* 27. *num.* 3. Anchar. *d. consil.* 268. *num.* 7. *ve. respondetur aliter.* †Extende in statutis. Dyn. *d. consil.* 27. *num.* 3. Ancharan. *d. consil.* 268. *num.* 7. †Extende etiam si vtraq; habeat clausulam derogatoriam; quia posterior derogat præcedenti. Dyn. *d. consil.* 27. *nu.* 3. *&* 4. †Restringe; quia statutum præcedens derogatorium si est speciale, & sequens sit generale etiam habens clausulam derogatoriam, non tollit speciale præcedens. Dyn. *d. consil.* 27. *n.* 3. *ver. item ex hoc resultat.* †Limita, quando constat de mente; quia etiam si posterior sit generalis, & præcedens sit specialis; tamen per generalem derogatur speciali. Angel. *d. consil.* 214. *num.* 2. Lap. *allega.* 88. *num.* 5. Vide Conclusionem proximę præcedentem. Vide, *Posteriora derogant prioribus, & in quibus. Concl.* 451.

Lex qualiter sit interpretanda. Concl. 261.

LEx † habens verba clara de se, quæ habent certam significationem, debet in sui figura seruari, quamuis sit dura, & non debet restringi, neque ampliari, quando mens statuentis est dubia, *l. prospexit. ff. qui, & à quibus.* Lap. *alleg.* 102. *In ciuitate Florentiæ, num.* 9. *ver. quarta ratione.* † Amplia; quia procedit etiam in statuto quantumcunque duro; quia si per sanam interpretationem non potest reduci ad naturalem æquitatem, seruari debet in suo rigore, & duritie. Bald. *consil.* 76. *Forma statuti, circa finem, ver. videtur dicendum, lib.* 2. Vide, *Lex quamuis dura seruari d. bet. Conclus.* 262. † Declara tamen; quia si lex, vel statutum dubium fuit aliquando interpretatum ex vsu, debet eodem modo interpretari. Bald. *d. consil.* 76. *circa med. ver. præterea statutum. lib.* 2. & quod attendenda sit consuetudo circa interpretationem statuti. Bald. *cons.* 459. *Circa præcedentem, lib.* 5. Vide, *Consuetudo circa interpretationem verborum. Concl.* 877. Vide, *Vsus, & solitum patris familias seruit pro interpretatione. Concl.* 364. † Amplia; quia vbi lex non distingut, nec se restringit, nec nos restringere, vel limitare debemus, *l.* 3. *ff. de offic. Præsid. in fin.* quod procedit, quando disponit super materia indifferenti. Lap. *alleg.* 103. *num* 8. *ver. tertia ratione,* plene Bart. *in sua quæst.* 9. *Iudex per imperitiam. ver. è contrario, n.* 7. *in fin. ver. sexto probatur sic.* †Extende; quia lex indistincte aliquid disponens habet locum, siue id, de quo disponit, fiat motu proprio, siue non. Gemin. *consil.* 104. *num.* 4. *ver. sed dico.* †Et quod lex non dicit, neque nos dicere debemus. Bart. *consil.* 13. *Ex facto. n.* 3. *ver. item lex illa, lib.* 1. †Declara; qa lex licet non distinguat; si tamen aliæ leges de eadem materia loquentes distinguent; tunc lex non distinguens patitur eandem distinctionem. Gemin. *consil.* 66. *colum. penult. num.* 5. *ver. &* 8 *ad rationem Bernardi.* Alexand. *consil.* 84. *n.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 1. †Vide tamen, & intellige, vt per Anton. de Butr. *consil.* 58. *in princ.* vbi dicit, quod pœna statuti confiscationis bonorum imposita Sodomitæ, vel alteri delinquenti, qui non sit confessus, vel non habeatur pro confesso, si moritur ante sententiam condemnatoriam, non possunt bona confiscari; quia per mortem delictum est sublatum, & dicit hoc procedere, siue confiscatio bonorum sit principaliter facta, siue in consequentiam; quia *l iudiciorum. ff. de accus.* non distinguit, & licet aliæ leges distinguant in sententia iudicis; 9 non tamen in hac materia iuris specialis est distinguendum. † Et ideo *l. omnes. C. de præscript.* 30. *annor.* quæ non distinguit; debet tamen distingui per alias leges distinguentes in eadem materia. Alexand. *d. consil.* 84. *n.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 2. †Extende; quia vbi lex 10 non distinguit, neq; nos distinguimus, etiam si sit pœnalis, etiam si in principio loquatur de certo delicto qualificato, *l.* 4. *ff. ad l. Iul. maiest.* vbi Bart. & plene Gig. *in tract. cod. tit. lib.* 1. *quæst.* 58. vbi text. ille, qui loquitur de committentibus crimen læsæ maiestatis, punit eadem pœna eximentem captum confessum; & ibi dubitatur, an loquatur de capto confesso in crimine læsæ maiestatis, & dicitur, quod in omni delinquente capto confesso habet locum; 11 quia lex non distinguit. †Extende, etiam si maior sit ratio in vno casu, quam in alio, quando verba essent superflua. Crauett. *consil.* 92. *nu.* 4. *& seq.* etiam in materia odiosa, & correctoria & pœnali. Crauett. *consil.* 294. *num.* 3. †Restringe forte, quando verba non 12 essent superflua; quia verba generalia restringuntur regulariter, quando non subest eadem ratio. Bertazo. *consil.* 4. *num.* 10. *& se.. & consil.* 147. *num.* 15. Crauett. *consil.* 3. *in fin.* Vide, *Distinctio an adhibenda, vbi lex non distinguit. Concl.* 508. † Amplia, quia q; lege cautum 13 esse non reperitur, neq; nos requirere debemus. Rom. *consil.* 447. *Præsens instrumentum, nu.* 6. *ver. respondeo.* †Et quod non est de Sanctorum Patrum decreto sancitum, non est superstitiosis adinuentionibus præsumendum, *c. inter corporalia, de translat. Episc.* Rom. *d. consil.* 441. *nu.* 6. †Limita, vbi mens coniecturata statuentis colligi 15 potest; quia ex mente fit extensio, comprehensio, & restrictio, nam lex de prophanis, & laicis aliquid fauorabile disponens non præsumitur excludere Ecclesiam, & Ecclesiasticos, & magis meritos, & sic mens regulat dispositionem. Lap. *alleg.* 102. *num.* 9. *ver. quinta ratione.* Feder. *consil.* 4. *n.* 5. *ver. multum est considerandum,* vbi q; non attenduntur verba, quando constat de mente, vel ratione. Vide, *Mens, & ratio attendenda plus, quam verba. Concl.* 99. †Limita, 16 vbi interpretatio secundum ius commune aliter dictaret; quia consideratur odium, correctio, & fauor, & fit quandoque lata, quandoque stricta interpretatio, secundum quod ius commune disponit. Lap. *d. alleg.* 102. *num.* 10. *& seq. sexta ratione, & num.* 16. *ver. nam statuta.* †Limita, quia lex inducens fauorem, priuilegium, vel 17 beneficium alicui semper intelligitur, ita vt tertio non præiudicet in iure quæsito. Ægid. Bellam. *consil* 35. *n.* 7. *ver. tertio quia.* † Limita; 18 quia lex debet interpretari, vt habeat locum à ratione legis; quia vbicunq; ratio militat, vel cessat, pariter militat, vel cessat ipsa lex, & valet argumentum à ratione legis ad legem. Lap. *d. allegat.* 102. *n.* 5. *in fin. ver. quod ostenditur euidenter.* Vide, *Ratio legis vbi militat, ibi lex loquitur, & quando secus. Concl.* 31. *& Concl. ibi proxime seq.* †Limita; 19 quia verba legis secundum subiectam materiam, de qua lex loquitur, sunt intelligenda, ideo si lex loquitur de successione, debet regulari, vt dispositio vltimæ voluntatis, si loquitur de contractu, debet regulari vt contractus. Bald. *consil.* 184. *Præsupponitur, quod statutum, num.* 2. *lib.* 1. † Extende in lege imponente cuilibet 20 quædam onera rusticalia, & solis rusticis conuenientia, licet habeat verba generalia; non tamen comprehendit ciues. Castrens. *consil.* 50. *Si dicta reformatio, per totum, lib.* 1. Vide, *Verba vniuersaliter restringuntur secundum subiectam materiam. Concl.* 132. †Extende; quia 21 si verba legis sunt dubia, vel æquiuoca, debent interpretari secundum materiam, de qua tractatur in illo titulo. Abbas in sua *quæst.* 1. incip. *Augerio, colum.* 7. *ver. cum autem illud, circa princ.* vbi, quod per verbum, *Aduocatus*, intelligitur patronus, quando est sub titulo *de iure Patronatus*, secus, si esset sub titulo *de postulando.* †Extende; quia debet intelligi secundum materiam, de qua in ti- 22 tulo, sub quo est posita. Bart. *consil.* 13. *Ex facto, num.* 3. *ver. item lex illa, lib.* 1. †Interpretatio autem legis debet ita fieri, vt sit generalis, 23 non autem particularis, & sapiens monopolium. Bald. *consil.* 87. *Per statutum prohibetur, circa finem, lib.* 4. vbi, quod tunc dicitur absurdia.

Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, & quando secus. Conclusio.

VIDE plene Socin. *Reg.* 12. *Lex generaliter*, vbi ponit fallentias quinquaginta quinque. Vide, *Verba legis secundum mentem, & rationem intelligenda. Conclus.* 93. Vide, *Verba vniuersalia restringuntur secundum iuris dispositionem. Concl.* 127. *cum multis Conclusionib. ibi seq.*

Lex quamuis dura seruari debet, & casus legis attenditur. 262.

LEx † quantumcunque dura est seruanda, *l. prospexit. ff. qui, & à* 1 *quibus.* Roland. à Valle *consil.* 99. *n.* 47. *lib.* 2. & idem in statuto, vt *Concl. prox. præc. in princ.* † Amplia, vt procedat, etiam si inducatur iniquitas; quia donec per superiorem tollatur, debet seruari, Bald. *consil.* 459. *Circa quæstionem, in princ. lib.* 5. † Amplia; quia præ- 3 textu æquitatis, vel melioris rationis non est recedendum à lege, & eius rigore, quia rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ. Bald. *consil.* 459. *in princ. lib.* 5. † Amplia; quia lex clara non indiget 4 disputatione. Crauett. *consil.* 239. *n.* 4. Surd. *consil.* 53. *num.* 6. allegat Anchar. *consil.* 371. *n.* 4. Dec. *consil.* 452. *in fin.* Crauett. *consil.* 273. *n.* 7. Becc. *consil.* 112 *n.* 24. & inf. *n.* 7. *& seq.* † Et quantumuis sit dura, non 5 indiget glossa, vel interpretatione, si est clara. Crau. *consil.* 46. *n.* 2. †Extende; quia idem dicimus de instrumento publico inter par- 6 tes, quia vbi est clarum, non admittit aliquam disceptationem; quia dicitur casus legis. Bald. *consil.* 215. *n.* 3. *in fin. lib.* 2. Crauett. *cons.* 31. *in fin. & consil.* 382. *n.* 8. Rol. à Vall. *consil.* 4. *n.* 24. *lib.* 2. Surd. *consil.* 53. *num.*

7 53.n.6.†Amplia, quia vbi est casus legis, ibi vlterius non est disputandum, *l.ancillæ*, vbi Bart. Bald. & Salyc. *C.de furt.* vbi gloss. *in ver.quæstio.* Simon de Præt. *consil.*205.*n.*19. plene Surd. *d.consil.*53.*n.*
8 6.Rom. *consil.*277.*n.*6. Dec. & alii *in l.illam. C.de collat.*†Et vbi clara sunt verba legis, non est vlterius dubitandum, neque de ratione quærendum. Decian. *consil.*2.*n.*75. *& seq.lib.*1. vt idem dicit, quan-
9 do communes Conclusiones Doctorum apparent claræ. † Et vbi est casus legis claræ, dicitur ibi casus decisus, & rotundus, & vlterius non disputatur. Rom. *consil.*76. *In causa nobilis viri, num.*4.
10 †Extende, quod dicitur de lege, idem dicimus de statuto; quia vbi est casus statuti, non est disputandum. Corn. *consil.*109. *Viso in fin.& consil.*317.*n.*7 *lib.*1. *& consil.*150.*n.*4. *& consil.*188.*num.*12.*lib.*2. Dec. *consil.*484. *in princ. & consil.*693. Crauett. *consil.*4.*n.*20. Cephal.
11 *consil.*138.*nu.*20.*lib.*1. Surd. *d.consil.*53.*n.*6. Vide, *Statutum est attendendum, & facit recedere à iure communi. Concl.* 439. †Extende idem in decreto Principis. Becc. *consil.*112.*n.*24. sequitur Surd. *d.cons.*53.
12 *num.*6.†Extende idem in fœdere, & franchisia clara, & omni alia conuentione. Becc. *consil.*14.*n.*28. sequitur idem Surd. *d. consil.*53.
13 *n.*6.†Extende, quia in rebus claris nihil magis est stultum, q̃ argumentis velle claritatem offuscare, prout fatuum diceremus eum, qui ad Solis nitentis radium vellet lumen artificiosum af-
14 ferre. Roland. à Vall. *consil.*70. *in princ.lib.*1.†Et in re clara non admittitur interpretatio, vel disputatio, seu cauillatio. Craue. plene
15 *consil.*47.*n.*2.†Limita; quia secundum tempora materna magis credimus abusiue decisionibus Doctorum, quam legibus, & ra-
16 tionibus legum, ita Rubeus Alex. *consil.*2.*n.*24.†Limita; quia, q̃ dicitur, legem duram seruandam, procedit, quando est certa, & sine dubio, alias in dubio in benigniorem partem fit interpreta-
17 tio. Ægid. Bellam. *consil.*9.*n.*3.†Limita, quia procedit, q̃ lex dura seruari debet, quando est in specie super certo casu, secus si generalis est, vel vniuersalis; quia verba vniuersalia ad sanum intellectum restringuntur, & ideo si iniquum continet, restringitur. Franc. Becc. *consil.*51.*num.*18. *& seq.* vbi, quod illa *l. Prospexit*, turbat
18 multos Doctores, vt ad casum iniquum non admittant illam. Vide, *Rigor in quibus æquitati præferri debeat. Concl.*353.

Leges sunt difficilis intelligentiæ, & sæpe decipiuntur etiam magistri in earum intellectu. Concl. 263.

1 LEGES†sunt difficiles, vt intelligantur; quia plerumque aliud videntur velle, quam velint, & sæpe decipiuntur magistri, &
2 Scholares. Bald. *consil.*122. *Verba testamenti, in fin.lib.*1.†Et ideo dicit, quod scire leges non est earum verba tenere, sed vim, ac potestatem, *l.scire. ff.de legibus.*

Lex noua respicit futura, & non trahitur ad præterita, neque ad litigiosa pendentia, & quando secus. Concl. 264.

1 LEX†dat normam futuris negotiis, *l.leges. C.de legib.*†Exten-
2 de, vt procedat, etiam si verba legis loquantur disponendo de præsenti; quia continet præsens, & futurum tempus. Angel.
3 *consil.*382.*col.fin.ver. interdum se habet ad l. primam.*†Extende, etiam si verba sunt Subiunctiui modi, q̃ sunt de futuro, sed trahunt effectum à præterito, tñ lex non comprehendit, nisi futura. Angel.
4 *consil.*382.*circa fin.ver si per verba subiunctiui.*†Extende, & intellige maxime, q̃n verba legis sunt futuri temporis, quia tunc solum futura comprehendit, non autem præsentia, neq; præterita. Angel.
5 *consil.*382.*col. fin. ver. si per verba mere futuri.*†Restringe, q̃n verba sunt Infinitiui modi; quia omne tempus significant. Ang. *d.cons.*
6 7 382.*in fin.*†Amplia idem in rescripto. Cum. *consil.*159. *in pr.*†Amplia etiam in Constitutione Episcopali circa restitutiones vsurarum, quod non valeat restitutio, nisi facta coram Episcopo; quia non trahitur ad præteritas remissiones ante constitutionem. Bal.
8 *consil.*217. *Punctus an valeat, lib.*5.†Amplia in conuentione, & pactis; quia dant normam futuris, prout lex. Petr. Anchar. *consil.*44.
9 *Primo de viribus, n.*3.†Amplia; vt nec se extendat lex ad ea, de quibus pendet lis, *auth. nn med. lit. non fieri sacras for. § ideoque.*†Amplia;
10 quia lex per verba de præterito, vel præsenti semper trahitur ad futura, nisi esset super remissione delictorum. Bart. *in l.si ita. n.*2. *ff.*
*de aur. & arg.leg. & l.omnes populi, n.*64. *ff. de iust. & iur.* & hoc, ne detur materia delinquendi, vbi, quod istud procedit; quia lex sem-
11 per loquitur, ideo comprehendit futura.†Declara tamen, nisi fiat in lege specialis mentio, quod comprehendat lites pendentes,
12 iuxta not. *in l.qui autem, in princ. ff. si quis cautio.*†Declarat Aretinus *in c.final. de constitut. num.*8. *& 9. & in cap.*2. *num.*41. *de probat.* quia si lex disponit vltra, vel præter ius commune, tunc loquens per verba præteriti, vel præsentis temporis semper ad futura trahitur, si vero est contra ius commune, secus est, & dicit id, quod dicitur, legem semper loqui, non præcedere, vt loquatur, quasi quotidie disponat de nouo; quia non posset consuetudo contra legem induci, ideo semper loquitur per quandam similitudinem.
13 Aret. *d.c.fin. de constit. n.*9.†Declara, vt procedat ampliatio in lege speciali contraria iuri communi; secus in lege generali; quia licet non infringat processum iam factum, tamen quoad reliquum faciendum habet robur, & extenditur, *l.fin. ante fin. C.de iur. calum.* Lap. *alleg.*88. *in fin.n.*8. *ver. non obstat.* Angel. *consil.*214. *circa fin. ver. item non obstat*, quod est Collegii Perusini, plenius Florian. à Sancto Petro *consil.*19. *num.*3. *& seq.* Vide, *Dispositio generalis loquens de præsenti quando trahatur ad futura, vel non. Concl.*491. *& Concl. ibi proxime seq.* Vide, *Verba legis de præterito quando includant futura, vel non. Conc.*114. Vide, *Verba futuri temporis non includunt præterita. Conc.*116.
14 †Amplia, quod lex in tantum trahitur ad futura, vt licet verba legis, vel alterius dispositionis loquantur de præsenti, tamen si loquantur per verba generalia, & materia sit fauorabilis, etiam extenditur ad futura. Calderin. *consil.*1. *de constit. per totum.*†Amplia
15 in lege Canonica derogante consuetudini, quia intelligitur de præterita, & futura. Alexand. *consil.*196. *Viso testamento, num.*12. *in fin. cum sequentibus ver. præterea non obstat, lib.*2.†Extende in priuile-
16 gio, & derogatione facta simpliciter, quia futura comprehendit. Alexand. *consil.*193. *Ex themate, num.*8. *lib.*2. Vide, *Priuilegium pro bonis priuilegiati intelligitur de ijs, quæ habet tempore priuilegij. Concl.*735.
†Amplia, vt in tantum lex respiciat futura, & non præterita, vt
17 *clement. exiui. § verum, de verbor. signif.* prohibens Fratres Minores posse esse exequutores testamentorum, non se extendat ad testamenta facta ante clementinam, licet res sit integra quoad exequutorem, quia nondum cœpta esset exequutio, si modo non sit integra quoad testatorem, vt quia decesserit. Federic. de Sen. *con-*
18 *sil.*263. *Factum tale est, ante constitutionem.*†Amplia etiam in statutis, & quibuscunque Constitutionibus Principum, quia quando causa, & obligatio sunt ante statutum, numquam trahuntur ad præterita. Bald. *consil.*407. *In quæstione, num.*14. *ver. sed hic occurrit, lib.*1. Roman. *consil.*252. *Pro decisione, num.*3. *ver. cæterum, & consil.*
277. *Non est dubium. num.*4. *ver. quoad secundum.*†Et ideo statutum
19 Bergomi, quod ex præscriptione deducantur certa tempora, habet locum, quoad præscriptiones nondum finitas, quia impedit exceptionem oriri, quæ nondum orta est, sed iam ortam non tollit, ideo si tempore statuti iam erat finita præscriptio, non habet
20 locum in ea. Castrensis *consil.*169. *Viso puncto, num.*3. *ver. secunda ratio, lib.*2.†Extende in statuto respiciente solemnitatem, quia futura tantum respicit. Roman. *consil.*252. *Pro decisione, num.*3. *ver. cæterum.*† Extende ampliationem, vt procedat etiam, quando lex,
21 vel statutum dat formam, vel disponit circa formam, quia non habet locum in iis, quæ habent causam de præterito, licet effectus sit de futuro. Baldus *dict. consil.*407, *num.*14. *ver. quandoque causa, lib.*1. Angelus *consil.*382. *num.*2. *ver. interdum secunda lex.*
†Idem, si est circa solemnitatem contractus, quia non trahitur
22 retro, nec derogat prioribus contractibus. Baldus *consil.*52. *Obligatio prima, ver. si tamen habentes, vsque in fin.lib.*3.†Extende; vt idem
23 sit in iis, quæ respiciunt dependentiam à forma, prout est interpretatio verborum, quia si superueniat noua lex dans nouam formam, vel nouam interpretationem verborum, attenditur interpretatio, quæ erat tempore celebrati actus, etiam si exequutio sit de futuro, & collata post statutum, quod superuenit.
Bald. *d consil.*407. *num.*14. *ver. aut disponit super alio, lib.*1.†Extende,
24 etiam si statutum loquitur per verba de presenti, quia semper trahitur ad futura, multo magis, quando loquitur per verba, quæ possunt importare præteritum, & futurum, vt est verbum, quod potest sumi in futuro optatiui, & perterito subiunctiui, quia semper pro futuro sumitur, quia id est de natura legis, & statuti. Alexand. *consil.*190. *Mature digestis, num.*8. *ver. sed præmissis, lib.*2. vbi, quod si verba legis, vel statuti possunt accipi in præterito, & futuro, semper futurum important. † Extende, vt statutum non tra-
25 hatur ad præterita, quando iam cessit dies debiti, licet non sit facta solutio, vt si disponat, maritum lucrari dotem vxoris mortuæ, non habet locum in dote vxoris mortuæ tempore statuti, licet non sit dos adhuc restituta. Bald. *d. consil.*443. *in fin. lib.*2. secus in dote soluta, si non venerit casus lucri ante statutum. Joannes Baptista à Sancto Seuerino *in repet. l. omnes populi, num.*154. *ver. tertio infert. ff. de iustit. & iure.*† Extende, vt non trahatur ad præterita,
26 quando iam ius quæsitum foret ex actu iuris consummato, licet non exequuto iudicialiter, veluti si ex forma statuti apocha pri-

uata plene probat, & ego solui creditori meo, & habeo apocham priuatam, sit statutum, quod non credatur apochæ priuatæ, creditor me conuenit, ostendo apocham, statutum vltimum non obstat mihi. Ioan. Baptista à S. Seuerino *in d. repet. l. omnes populi. nu.* 27 154. *ver. 4. vltra. ff. de iust. & iur.* †Extende in iis, quæ spectant ad litis decisionem, quia statutum nouum non extenditur ad præterita. Bald. *consil.* 89. *lib. 4.* vbi dicit *communem opinionem. †Extende; quia lex, vel statutum nouum corrigens legem veterem numquam trahitur ad præterita; quia lex vetus non peccauit in 29 hoc. Angel. *consil.* 382. *nu. 3. ver. interdum habet se.* †Extende, vt idem sit, quando lex noua se habet ad primum iudicium ordinando, & numquam trahitur ad præterita iudicia iam ordinata. Angelus *d.* 30 *consil.* 382. *num. 2. ver. interdum se habet ad primum.* †Restringe; quia statutum spectans ad litis ordinationem, habet locum in litibus, etiam si habeant originem à causa de præterito. Ioan. Baptista de S. Seuerino *in repet. d. l. omnes populi, num.* 151. *ver. 4. casu. ff. de iust. &* 31 *iur.* †Restringe; quia in ijs, quæ non sunt de forma, neque de appendiciis formę, sed sunt extrinseca, puta, quod soluatur gabella, vel quod detur exequutio instrumentis, vel testamentis, vel quod legitima filiorum augeatur, vel minuarur, statutum trahitur ad præterita, quæ non habuerunt effectum; ideo si testator legauit legitimam, & moriatur post statutum, tale statutum trahitur ad testamentum confectum ante statutum, & effectuatum post, circa ea, quæ sunt extrinseca, & non de forma, nec de dependentijs 32 formæ. Bald. *d. consil.* 407. *in fin. num.* 14. *ver. aut illud aliud, li.* 1. †Restringe; quia statutum trahitur ad præterita testamenta ante statutum facta quoad ea, quæ sunt in testamento, quæ habent causam, & obligationem de futuro, & sic post statutum. Bald. *d. consil.* 407. *num.* 14. *ver. quandoq; vtrunque, lib.* 1. secus si de præterito, & ante statutum cesserit dies, licet non sit facta exactio. Bald. *consil.* 443. *Statuimus, in fin. lib.* 2. vbi loquitur in statuto de lucro dotis non habente locum, si ante statutum cesserit dies, licet exequu- 33 tio, & solutio non esset facta. †Restringe in statuto disponente, quod non possit opponi exceptio contra instrumentum, nisi solutionis; quia habet locum etiam in instrumentis confectis ante statutum. Ioan. Baptista à S. Seuerino *in repet. d. l. omnes populi, num.* 34 152. *ver. ex quibus infert. ff. de iust. & iure.* †Restringe in statuto disponente super lucro dotis, quia habet locum in dotibus constitutis ante statutum, quando non venit casus restitutionis tempore statuti. Joannes Baptista à S. Seuerino *in d. repet. l. omnes populi. num.* 154. *ver. tertio infert. ff. de iust. & iure.* Bald. *consil.* 89. *Factum tale est, lib.* 4. quod est Roselli de Roselli. Angel. *d. consil.* 382. *Statuto Commu-* 35 *nu, per tot.* † Restringe, quando statutum inducit liberationem; quia trahitur ad præterita, veluti si statutum imponit pœnam capitis vendenti salem, & quis vendendit salem, postea fit statutum, quod solum incurratur pœna pecuniaria, certe ille, qui tempore primi statuti vendidit, ex quo non est condemnatus, debet condemnari secundum statutum posterius. Joannes Baptista à Sancto Seuerino *in d. l. omnes populi, num.* 155. *ver. iuxta prædicta. ff. de iust.* 36 *& iure.* † Amplia; quia verba, quæ possunt importare tempus præteritum, & futurum, prout sunt verba præteriti, & futuri subiunctiui, prout, si quis laborauerit per annum, debent applicari magis ad futura, quam ad præterita secundum naturam legis. gl. *in c. vt animarum. §. Statuto, de constit. lib.* 6. Bart. *in l. omnes populi. ff. de* * * *iust. & iur.* vbi *omnes, & communem *dicit apostilla. ad Roman. 37 *d. consil.* 333. *in ver. Complectendi.* †Restringe, quando par ratio est vtrumque tempus complectendi; quia important præteritum, & futurum, veluti si concedatur priuilegium ijs, qui laborauerint p annum in Concilio, non est dare rationem, ob quam plus referatur ad eos, qui in futurum laborauerint, vel ante de præterito, q̃ è contra, ita plene Rom. *d. consil.* 333. *Quoad primum, in princ.* vbi apostilla 1. dat concord. & dicit ibi Rom. *n. 5. & seq.* quod alias induceretur absurdum, & contraria habent locum, si ageretur de odio, 38 pœna, vel priuatione. † Amplia; quia circa contractus lex noua semp trahitur ad futura, ratio est, quia cum contractus celebrati secundum legem tunc vigentem habuerint suam perfectionem, ideo debet contract⁹ decidi secundum legem antiq; q̃ non potuerunt diuinare de lege futura, alias tractaretur de impossibili. Floria. de S. Pet. *consil.* 19. *n. 6. ver. sed ex abundanti. cum seq.* vbi, quod 39 alias sequeretur iniquitas, & absurdum. †Declara, & restringe in iis, q̃ sunt successiua ad contractum. Exemplum, quis fecit contractum super vsuris permissis de iure antiquo, puta centesimis, quæ solutæ fuerunt vsque ad legem nouam generalem moderantem vsuras; certe pro præteritis ante legem nouam non intrat moderatio, sed bene pro futuris, licet contractus fuerit longe ante celebratus; quia actus successiuus non completus cadit sub lege noua. Florian. *d. consil.* 19. *in fin. n.* 17. *per tot.* Adducit rex. *in l. eos. C. de vsur.* †Limita in lege inducente fictionem, puta, quod omnia 40 bona emphyteutica Ecclesiæ sint libera, & allodialia, prout alia bona; quia trahitur retro. Anch. *consil.* 143. *Casus est talis, n.* 6. †Limita in lege noua disponente super exequutione certorum actorum; quia habet locum, etiam quoad actus habentes originem 41 de præterito. Gemin. *consil.* 113. *in fin. ver. tertia conclusio*, plene Joan. Baptista à S. Seuerino *in repet. d. l. omnes populi, n.* 152. *ver. ex quibus infert. ff. de iust. & iure*, vbi ponit multa similia cum seq. †Extende in 42 statuto, quod viso instrumento debiti detur exequutio personalis; quia habet locum etiam in præteritis factis ante statutum, & idem in laudo, & sententia. Joan. de An. *consil.* 26. *n.* 11. *ver. demum.* †Declara; q̃a habet locum in præteritis, sed non tollit exceptio- 43 nem natam ante ortum statuti. Capra *tract. regul.* 6. *num.* 52. sequitur Asin. *de exequut. §. 2. c.* 29. *fol.* 34. *col.* 3. †Declara; quia lex noua 44 non disponens de lite, seu de negotio, sed de exequutione ejus, quod non est adhuc finitum, trahitur ad lites præsentes quoad reliqua litis restantia, veluti si disponat de instantia causarum; q̃a habebit locum in causis pendentibus, vt futura instantia regulentur, ne excedat, prout si nunc tempore publicationis inciperet. Castrensis *consil.* 135. *In causa desertionis, in princ. ver. secundo allegatur, lib.* 2. † Limita in statuto declaratorio, quia habet locum in præ- 45 teritis non decisis. Joa. Baptista à S. Seuerino *in repet. d. l. omnes populi, n.* 151. *ver. Super est tertius. ff. de iust. & iure.* Bald. *consil.* 91. *Primo statuto. n.* 3. *ver. solutio, lib.* 4. Alexand. *consil.* 7. *num.* 4. *ver. sed ita est, lib.* 2. vbi dicit *communem. Ægid. Bellamer. *consil.* 33. *n.* 40. †Extende, *46 quia lex trahitur ad pendentia, quatenus futurum tempus respiciunt. Anch. *consil.* 143. *in fin.* †Declara; quia si constitutio fiat per 47 modum declarationis in casu dubio, ea trahitur ad præterita: secus si in casu claro, & non comprehenso; ideo constitutio prohibens minorem 25. annis posse contrahere, quæ non comprehendit minorem iurantem, si declaretur habere locum etiam in casu iurato; non tamen comprehendit præteritos contractus iuratos. Joan. de Imol. *consil.* 67. *per tot.* maxime *in fin.* Vide, *Declaratio nihil de nouo confert, & quid operetur. Concl.* 88. †Restringe; quia lex 48 etiam declaratiua non trahitur ad præterita ad annullandum gesta in præiudicium iuris quæsiti. Felin. *in c. fin. n.* 8. & 9. *de constit.* Ias. *in l. final. n.* 8. *ff. de in ius vocand.* Limita in statuto confirmato à superiore; quia confirmatio trahitur retro etiam in præiudicium ter- 59 tii. Vide, *Confirmatio statutorum laicorum. Concl.* 709. *num.* 22. *& seq.* †Limita in statuto innouante præscriptionem, puta, quia reducit 49 præscriptionem 20. ad decem annos, & illam decem ad quinque, pone, quod tempore, quo emanauit statutum nouum, aliquis in præscriptione viginti annorum præscripserat per decem, & octo annos, adeo quod deficiebant duo anni, superuenit præscriptio noua, vt perficiatur jam cœpa, sufficit, quod portio deficiens suppleatur secundum statutum nouum, vt duo anni, qui deficiebant, suppleantur ex vno; quia aliter non operaretur statutum nouum. Castr. *consil.* 208. *Ad primum. v. ad secundum. lib.* 2. †Limita in 50 statuto circa lucrum, vel restitutionem dotis; quia trahitur ad dotes præteritas constitutas, si tempus lucri, vel restitutionis eueniat post conditum statutum. Bart. *in d. l. omnes populi*, quem ibi sequitur Joan. Baptista à Sancto Seuerino, *num.* 153. *ff. de iustit. & iure.* Bald. *consil.* 89. *Factum tale est*, quod est Roselli de Roselli, *in fin. lib.* 4. *& consil.* 90. *Sciendum est, in princ. & consil.* 91. *Primo statuto, circa fin. ver. solutio. lib.* 4. vbi Bald. *d. consil.* 90. dicit hoc procedere in lucro, vel restitutione ex prouidentia legis sine difficultate, & idem Bald. *consil.* 477. *Punctus quæstionis. num.* 4. *ver. sed dubitatur, lib.* 4. Angel. *consil.* 382. *per tot.* †Extende limitationem, quia lex, vel 51 statutum declaratorium antiquioris statuti trahitur ad præterita omnia, ad quæ trahitur statutum declaratum. Bald. *d. consil.* 91. *n.* 3. *ver. solutio, & consil.* 477. *num.* 4. *ver. solutio, si istud statutum, lib.* 4. Angel. *consil.* 382. *Statuto Communis, n.* 3. †Extende; quia lex com- 52 prehendit præterita, quando exequutto, & consumptio præteritorum respicit futura, prout statutum, lex, vel conuentio, quod emphyteutæ non cadant ob canonem non solutum; quia habet locum in emphyteusi præterita, cuius canon post legem non soluitur. Petr. de Anchar. *consil.* 44. *Primo de viribus, n.* 9. †Extende in 53 casu notabili Statuti Carmignani disponentis contra primum statutum circa lucrum dotis per verba, *Si qua mulier tradita fuerit viro suo*, quia habet locum in muliere, quæ tradita fuerat ante statutum nouum, & moritur post statutum; quia attenditur id, super quo principaliter disponit statutum, videlicet lucrum dotis, & mors, quæ fuit post statutum, non autem assertio initii matrimonii. Angelus *d. consil.* 382. *per tot.* vbi est casus, & multa hinc inde dicit, licet asserat esse quæstionem dubiam. † Restringe limita- 54 tionem, vt non procedat in statuto Calij, in casu, in quo aderat primum statutum tribuens lucrum tertiæ partis dotis defunctæ

marito,

marito, & duas tertias mandans restitui, non extantibus liberis communibus, ita, quod non possit illi renunciari: nam si facta est stipulatio secundum tale statutum, postea moriatur mulier relicto filio, postea fit statutum, quod muliere decedente cum filijs, dos spectet ad filios in totum, postea moritur filius superstite patre, & auo materno, cui promissa est dos restitui; quia vltimum statutum non habet locum, sed primum; quia duæ tertiæ debent restitui auo materno secundum primum statutum, & pactum. Bald. *consil.* 89. *Factum tale est, lib.* 4. quod est Roselli de Rosellis; qui mouetur; quia erat mortua vxor tempore secundi statuti; 55 ideo non porrigitur in præteritum. † Contrarium tenet Baldus *consil.* 91. *Primo statuto, num.* 3. *vers. secundo statuto lib.* 4. vbi, quod ex quo filius viuebat tempore secundi statuti, & nondum dos est in restitutione, secundum statutum extenditur ad talem dotem; imo ex alio fundamento tenet deberi patri totam dotem; quia primum statutum & pactum in casum mortis sine filiis operatur per argumentum à contrario sensu, vt stante filio non fiat restitutio, sic idem Baldus *consil.* 443. *lib.* 2. *& consil.* 91. *lib.* 4. *in princ. & consil.* 90. *eodem lib.* 4. *ante med. ver. vnde nouum statutum, & consil.* 477. 56 *Punctus quæstionis, in princ. & per totum, eodem lib.* 4. †Restringe limitationem, vt non procedat, si casus lucri, vel restitutionis venisset tempore statuti; quia licet non esset facta exactio; tamen non trahitur ad præteritas dotes. Bald. *d. consil.* 89. *lib.* 4. *& consil.* 90. *in princ. & consil.* 91. *circa fin. ver. soluto, lib.* 4. *& consil.* 477. *num.* 4. *ver.* 57 *si autem dicimus, lib.* 4. † Restringe limitationem, vt non procedat in lucro, & restitutione dotis ex prouidentia hominis, veluti pacto, vel stipulatione; quia si fiat statutum circa lucrum, non extenditur ad præteritas habentes prouisionem hominis, etiam si nondum venisset tempus lucri, vel restitutionis; quia mens statutinon est tollere pacta, nisi expresse hoc dicat. Bald. *d. consil.* 90. *circa princ. ver. secundo casu, lib.* 4. vbi, quod bene valet statutum, si 58 tollit pacta, & prouisiones hominum. † Limita in statuto imponente pœnam, quod qui non soluerit onera in Communi certo termino, non audiatur in suis causis per annum; quia non poterit audiri etiam in causa appellationis, quæ pendebat ante statutum; quia sufficit, quod tempore delicti non sit finita causa. Angelus *consil.* 65. *Per habentem potestatem,* vbi loquitur in statuto Flo- 59 rentiæ. †Limita; quia lex loquens per verba præteriti temporis trahitur ad præterita non decisa. Angel. *consil.* 382. *colum. final. ver.* ☞ *si autem per verba.* Vide, *Lex noua respiciens etiam præterita. Concl. pro-* 60 *xime sequent.* †Extende maxime, quando prouidet obuiando præscriptioni, quæ improbum lucrum dicitur. Cuman. *d. consil.* 159. 61 *in fin.* †Declara tamen; quia licet lex dicat, quod trahatur ad pendentia, non comprehendit pendentia iudicia, in quibus est lata sententia, & pendet appellatio, neque causam, in qua est conclu- 62 sum. Cuman. *d. Cons.* 159. *In dubium vertitur, n.* 3. †Restringe; quando esset lex Principis non supremi; quia non potest circa præter- 63 ita præiudicare. Cuma. *d. consil.* 159. *in princ.* †Limita; quia lex, vel constitutio noua super materia ante prohibita porrigitur ad præ- 64 terita, *c. cum tu, de vsuris, cum ibi not.* †Declara, vt ,peedat limitatio, quando fit super materia simpliciter, & absolute prohibita, prout sunt vsuræ, alias secus; ideo si stat constitutio, quod minor viginti quinq; annis nõ possit contrahere, & fiat postea alia constitutio, quod non possit contrahere etiam cum iuramento, non trahitur ad præteritos contractus factos à minore cum iuramento; quia licet prohiberetur contrahere; non tamen prohibitio con- 65 tinebat casus iuratos. Joan. de Imol. *consil.* 67. *in fin.* †Limita; quia lex remittens delicta non trahitur ad futura, *l. cum lex. ff. de legibus.* Bart. *in l. si ita, n.* 2. *ff. de aur. & arg. legat.* sed solum remittit præterita. 66 †Limita, quia lex bene trahitur ad prꝛterita, quando lex dicit hoc expresse. Castr. *consil.* 341. *Venio nunc ad primum, ver.* 2. *Princeps potest,* 67 *lib.* 1. † Declara tamen; quia licet lex possit respicere præterita, illud est per fictionem, vt illud, quod non erat, videatur esse; & ideo numquam lex respiciens præterita tollit ius quæsitum medio tempore. Castr. *d. cons.* 341. *il primo, col.* 1. *ver. si dicatur,* vbi ponit plura similia, *lib.* 1. vbi, quod alias surgerent duo miracula, q̃ nõ possunt concurrere, quod Princeps crearet, & destrueret per fictio- 68 nem, ex eadem fictione. †Restringe; quia quantumcunq; lex, vel statutum loquatur de præteritis, nunquam habet locum in præteritis transactione finitis, *l. causas, C. de transact.* Bart. *consil.* 87. *Fa-* *ctum tale, in princ. lib.* 1. vbi apost. *in ver. compromissa,* dat concord. & 69 idem dicit, si iuramento sunt firmata, & finita. †Restringe; quia non habet locum in iis, quæ sunt compromissa de iure, & de facto in arbitratorem, qui acceptauit; quia compromissum tale dicitur transactio, in tantum, quod si feratur laudum post statutum, fingitur latum ante statutum tempore compromissi. Bart. *d. consil.* 70 87. *num.* 2. *lib.* 1. †Restringe; quia lex noua etiam, quod dicatur in ea, quod habeat locum etiam in causis pendentib. in iudicio, siue coram arbitro, vel per compromissum; numquam habet locum in litibus pendentibus, vt debeant terminari secundum legem nouam, sed terminatio debet fieri secundum leges antiquas. Bartol. *consil.* 87. *in fin. num.* 4. *ver. præterea posito, lib.* 1. Alex. *consil.* 99. *n.* 8. *lib.* 1. †Limita; quia lex generalis respiciens ordinatoria iudicii 71 simpliciter loquens bene continet lites pendentes quoad processum nondum factum, licet ,pcessus sit super contractu de præterito, quia non infringit præterita, sed futuris dat formam, licet pendeant super causa de præterito. Angel. *consil.* 214. *col. fin. ver. item non obstat,* quod est Collegii Doctorum Perusii, allegat text. *in l. final. C. de iur. calum.* & idem dicit Florian. à S. Petro, *consil.* 19. *num.* 5. *in fin.* Bart. *in extrauag. ad reprim. in fin. in ver. ad præteritæ.* † Declarat 72 plenius Florian. à Sancto Petro *d. consil.* 19. *num.* 3. *& seq.* vbi dicit, quod contrariæ leges, quæ possunt allegari, quod lex noua non trahatur ad lites pendentes, loquuntur vel in legibus respicientibus decisionem, vel in legibus particularibus, quando autem lex est generalis, & respicit ordinatoria, semper habet locum etiam quoad lites pendentes respectu processus non extincti, & non facti, sed faciendi, & dicit non reperiri tex. qui dicat contrarium, & ita etiam declarat Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, in fin. in ver. ad præterita.* †Extende; quia lex respiciens ordinatoria, si fiat, puta 73 generalis super consilio sapientis petendo in tali parte iudicii, habet locum in lite pendente, si nondum pars illa iudicii sit consumpta; quia actus iudiciales, prout litis contestatio, iuramentum calumniæ, iurium productio, & similia non sunt connexa, sed diuisa; ideo nondum seruato illo actu lex respiciens ordinatoria intrat in actu solemni nondum seruato. Florian. *d consil.* 19. *num.* 11. *& seq. per tot.* Vide Conclusionem proxime sequentem. ☜ Vide, *Iudicium ad præsentia, non ad futura accommodatur. Concl.* 486.

Lex noua respiciens etiam præterita ad quæ extendatur vel non. Concl. 265.

LEx † noua, licet non trahatur ad præterita; tamen si est dic- 1
tum, quod etiam comprehendat præterita, ad illa extendi debet. Castr. *consil.* 341. *Venio nunc ad primum, in princ. lib.* 1. † Amplia, 2
quia lex loquens etiam circa præterita extenditur etiam ad ea, q̃ longo tempore sunt seruata, & ad ea, quæ sunt pacto, vel transactione, aut sententia finita, quando subest æquitas, veluti in eo, qui fuit liberatus à solutione; quia non tenetur, nisi in quantum facere potest; quia si peruenerit ad pinguiorem fortunam, lex noua loquens de præteritis includet istum liberatum. Angelus *consil.* 53. *In quæstione proposita.* †Declara; quia lex, vel statutum dis- 3
ponens circa præterita dicitur odiosum, & restringibile; ideo stricte intelligendum, & si verba non aptantur, non disponit eo casu, ideo si tollit certos contractus de præterito factos, non tollit dominium quæsitum ex contractu annullato; quia defectus causæ non tollit legitime facta, quæ sunt sortita efectum. Alexand, plene *consil.* 199. *Perspectis, in principio lib.* 6. vbi *num.* 3. dicit* communem, licet dicat, quod eo casu cessante causa posset agere ad dominium retrotradendum is, pro quo facta est annullatio contractus. †Amplia maxime in lege declarante; quia habet ef- 4
fectum ex die legis declaratæ, *authen. de rapt. mulier. quæ rapto nub. coll.* 10. *in fin.* Castren. *d. consil.* 341. *Venio nunc, in principio lib.* 1. † Li- 5
mita; quia lex loquens per verba præteriti temporis trahitur ad futura; quia hoc est de natura legis; secus, si esset dispositio hominis loquens per verba præteriti temporis, prout in contractu, vel testamento; quia non trahitur ad futura. Castrensis *consil.* 315. *Super eo, quod quæritur, nu.* 3. *lib.* 1. †Et statutum loquens de nullita- 6
tibus, & appellationibus à sententiis latis habet locum etiam in sententiis ferendis. Bart. *consil.* 84. *In causa Statij, num.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 1. †Extende, etiam si sit lex particularis, & non vniuersalis, & non sit descripta in volumine statutorum; quia licet sonet 7
in priuilegium; tamen quando non tollit ius alienum, & est ad fauorem piæ causæ, late interpretatur, & respicit futura. Castrensis *dict. consil.* 315. *num.* 3. *versicul. nec obstat, lib.* 1. †Extende, etiam si sit 8
facta ad postulationem, non motu proprio, quia sufficit, quod illi, qui petierunt, non sentiant commodum; quia non est ambitiosa, & perinde, ac si esset motu proprio. Castrensis *dict. consil.* 315. *num.* 3. *colum.* 2. *in fin. ver. nec etiam obstat, lib.* 1. †Limita; quia lex 9
respiciens præterita non extenditur ad præterita, quando per extensionem resultaret iniquitas. Angelus *dict. consil.* 53. *numer.* 5. *vers.* 5. *quia.* † Declara omnes limitationes non procedere, 10
quando lex specialiter enumeraret præterita; quia procedunt limitationes, quando lex est generalis. Angelus *dict. consil.* 53.

in fin.

11 *in fin. ver. & propter hæc.* † Declara; quia non procedunt limitationes; quando æquitas esset pro extensione, veluti si esset factum statutum, quod socii proprer decoctionem soluentes medietatem sint liberati; quia si fiat contrarium statutum, quod teneantur ad integram summam, extensio fieri debet non obstantibus limitationibus ad illos, qui peruenerunt ad pinguiorem fortunam, propter æquitatem, ita Angel. *d. consil. 53. per tot.* vbi est casus.

12 † Limita, quia lex dans normam futuris, & tollens consuetudines præteritas, intelligitur quoad effectum de futuro, non quoad effectum de præterito. Zabarell. *consil. 131. n. 2. ver. maxime autem*, vbi, quod non tolluntur facta sub consuetudine consumpta, & q̃ effe-

13 ctum habuerunt. † Et ideo non extenditur ad negotia præterita, quæ plene sunt sortita effectum suum per sententiam, vel transactionem, aut alio modo. Alex. *d. consil. 199. n. 4. ver. secundo respondeo,*

14 *lib. 6.* vbi dicit* communem. † Limita; quia lex respiciens præterita ad ea non extenditur, quæ sunt transactione, vel sententia determinata. Angel. *d. consil. 53. In quæstione proposita. n. 4. & seq. ver. prædicta autem decisioni, & consil. 382. Statuto Communis, circa fin. vers. si*

* 15 *autem per verba.* Alex. *d. consil. 199. n. 4.* vbi dicit* communem. † Extende; quia lex, vel statutum disponens, quod extendatur ad præterita, non extenditur, neq; habet locum in præteritis decisis per sententiam, transactionem, iussum, seu decretum, vel præscriptionem. Castr. *consil. 169. Viso puncto, n. 3. ver. secunda ratio, lib. 2. vsq; n. 4.* vbi loquitur in statuto Pergami deducente ex præscriptione tempus belli, & pestis, si ius non redditur; quia habet locum, si præscriptio non est perfecta, & si esset allegatum tempus prædi-

16 ctum. † Declara tamen; quia multum refert, an statutum tollens contractus certos præteritos sit factum à Reformatoribus habentibus plenum arbitrium, & non valet; quia ipsi non possunt tollere dominium, neq; ius quæsitum de iure gentium, vel ciuili; aut est factum à toto populo & tunc distinguitur, aut tollit ius quæsitum sine causa, & non potest; aut ex causa legitima expressa, & tunc valet, & potest. Alex. *d. consil. 199. n. 5. & seq. vsq; in fin. ver.*

17 *3. modo respondeo, lib. 6.* † Limita; quia lex noua disponens, quod instantia causæ appellationis non duret, nisi tres menses, prout est in Foro Iulii, etiam, ꝙ trahatur ex verbis ad causas pendentes; non tamen habet locum in causa appellationis pendente, q̃ præsumitur, & disputatur, an sit deserta; quia esset super impossibili, cum non possit prosequi pendente iudicio desertionis. Castr. *con-*

18 *sil. 135. In causa desertionis, in princ. ver. secundo allegatur, lib. 2.* † Extende; quia lex noua etiam quod disponat de præterito, & quod trahatur ad causas pendentes, non trahitur ad causas appellationis pendentes. Bart. *in l. omnes populi, in 4. quæst. princ, à quo tempore ligent*

19 *statuta. ff. de iustit. & iure.* † Declara tamen, vt per Castr. *d. consil. 135. col. 2. in princ. lib. 2.* vt Bart. intelligatur, quod lex noua disponit de negotio præterito; quia non extenditur ad negotia, de quibus pendet lis; secus si lex disponat de ordine iudicii, de instantia, &

20 similibus. † Declara; quia lex, vel statutum cum clausula, quod habeat locum in præteritis, præsentibus, & futuris, non habet locum in ijs, de quibus pendet lis; quia ista pendentia habent naturam separatam, & debet de eis necessario mentio fieri. Abbas *consil. 111. In causa Catharina, col. 2. num. 4. & seq. ver. sed præsupposita, lib. 2.* vbi plus dicit, quod solus Papa, & Imperator facientes mentionem de litis pendentia possunt per legem illi derogare; alii vero

21 inferiores non, & loquitur in statuto Senarum. † Limita; quia non comprehendit præterita, quæ longo tempore fuerunt ap-

22 probata. Angelus *d. consil. 53. num. 5. ver. tertio obstat.* † Limita; quia non trahitur ad præterita, per quæ ius est quæsitum alteri. Angelus ☞ *d. consil. 53. num. 5. ver. quarto quia.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Lex semper loquitur, qualiter intelligatur. Conclusio 266.

1 LEx † semper loquitur; ideo semper disponit, *l. Arrianus. ff. de act. & oblig.* Bart. plene *in l. omnes populi, num. 64. ff. de iustit. & iur.*

2 † Extende; quia propterea dicitur, quod licet lex loquatur per verba præteriti temporis, vel præsentis, respicit etiam futura, præterquam in abolitione criminis, ne detur materia delinquendi.

3 Bart. *d. l. omnes populi, nu. 64. ff. de iustit. & iure.* † Declara, vt per Aretin. *c. fin. de constit. nu. 8. & nu. 9.* quia procedit extensio in iis, q̃ sunt præter, vel vltra ius; secus si contra, & quod dicitur, legem semper loqui, procedit per similitudinem, non per veritatem; quia si semper loqueretur disponendo, nunquam daretur consuetudo contra legem; quia quotidie diceretur renouata, ꝙ non est ve-

4 rum. † Amplia; quia propterea operatur, quod dispositio legis in tempore præsenti, operetur etiam circa tempus futurum; quia loquitur de omni tempore. Castrensis *consil. 235. Cum super ista materia, colum. penult. ver. restat respondere, lib. 1.* vbi, quod lex Florentiæ mandans, quod omnes ciuitates subiectæ soluant operæ certum quid, habet locum in Ciuitate Pisarum effecta subiecta post legem; quia lex semper loquitur. † Contrarium credo; quia etiam 5 Scriptura semper loquitur, & tamen non extenditur ad futura, si facta est circa præterita, vel præsentia. Vide, *Scriptura semper loquitur. Conclusio. 82.*

Leges ab omnibus obseruandæ, & qui ligentur legibus, vel non. Concl. 267.

LEges † Imperiales sunt obseruandæ etiam à Regibus in suis 1 regnis, & maxime, quando leges naturalem æquitatem continent. Baldus *consil. 159. Super eo, quod, num. 7. ver. ex quo nos, lib. 3.*

† Amplia; quia Imperator ipse subiicitur legibus rationis, ita vt 2 non possit contra rationabile. Bald. *cons. 345. Ad euidentiam, in princ. lib. 1.* † Extende; quia nulla authoritas Principis, vel Senatus po- 3 test facere, quin Princeps quantumcunque supremus sit animal rationabile, & mortale, & suppositum legi naturæ, & dictamini rectæ rationis, & legis. Bald. *in l. 2. C. de seruit. & aqua, ver. item nota, quod si Papa, col. 6.* sequitur Socin. Iun. *consil. 65. In casu occurrenti, n. 4. lib. 2.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. num. 38. & seq.* † Ex- 4 tende; quia in dubio Princeps, licet sit solutus legibus, secundum leges tamen viuere debet, *l. digna vox. C. de legibus.* Mantua. *sing. 21. Princeps. num. 1. & nu. 9.* Roman. *consil. 52. In quæstione Magnificorum, colum. fin. ver. ijs tamen non obstantibus.* † Extende; quia Papa subiici- 5 tur & ipse legi honestatis, & legi religionis; ideo *c. omnis vtriusque. de pœnit. & remiss.* licet non obliget Papam quoad excommunicationem, & pœnas; quia par in parem non habet iurisdictionem, obligat quoad necessitatem religionis, vt confiteatur peccata sua de honestate, & salutis necessitate. Bero. *in cap. 1. de constitut. n. 137. & seq.* † Et Imperator profitetur in rebus sui patrimonii particu- 6 laris nolle iudicari, nisi secundum leges Romanorum, & priuatorum, & contrafacientibus imponit graues pœnas, *l. 1. C. de conduct. & procur. lib. 11.* vbi Lucas de Pen. inuehitur contra ministros Principum, qui contrarium faciunt. † Amplia; quia lex generalis 7 supremi Principis, quando est pro vniuersali gubernio, ligat etiam vasallos feudatariorum, licet in specie non dicat. Cephal. *consil. 35. num. 33. & seq.* vbi loquitur de lege, seu decreto Ducis Ferrariæ. † Contrarium tenet Crauetta in decreto Ducis Ferrariæ, vt 8 non liget feudatarium, neque suos vasallos, quando feudum fuit separatum à territorio Ciuitatis, *consil. 411. num. 43. & seq. ver. secundum corollarium*, vbi latissime, & hanc partem tenet Cephalus *consil. 317. num. 38. & seq.* in Castro Torricellæ Parmen. territorij olim, quod ex quo fuit in feudatum, & separatum à territorio Parmæ, non subiacet statutis Parmæ. Vide, *Statuta Ciuitatis dicuntur ius commune. Concl. 541.* † Amplia; quia non potest priuata persona 9 facere, quod leges non habeant locum in sua dispositione, *l. nemo potest. ff. de leg. 1.* Ægid. Bell. *consil. 10. n. 13. v. quarto principaliter.* † Ex- 10 tende; quia neq; valet appositio pœnæ, vt quis teneatur præceptum priuati recipere contra leges. Vide, *Pœna imposita à priuato contra leges non debetur. Concl. 207.* † Extende; quia qui aliquid dis- 11 ponit contra iura, & in præiudicium alterius, censetur ex dolo facere, & sic in fraudem. Ægid. Bellam. *d. consil. 10. nu. 13.* † Extende; 12 quia licet quilibet priuatus in traditione rei suæ possit apponere omnem conditionem, & onus sibi bene visum; tamen hoc intelligitur, dummodo non sit contra leges. Ægid. Bellam. *d. consil. 10. nu. 14. ver. sed oppones.* † Restringe, vt non procedat, nisi quando lex 13 respicit solemnitatem pro forma actus, vel propter publicam vtilitatem, secus si leges disponunt circa requisitionem bonorum, vel obligationem. Socin. *consil. 48. In præsenti consultatione, n. 4. vers. 7. confirmatur, lib. 1.* † Restringe; quia licet lex concedat legatario 14 hypothecam bonorum; tamen potest testator disponere, quod sua bona non sint hypothecata. Socin. *d. consil. 48. n. 4. ver. 7. lib. 1.* † Restringe multis modis; quia licet lex, vel statutum prohibeat 15 mulieri posse legare, vel obligare vltra quartam partem bonorũ, prout Senis, non habet locum statutum in bonis concessis mulieri cum facultate libere disponendi. Socin. *d. consil. 48. n. 3. & seq. lib. 1.* vbi ponit multa exempla, quæ videas. † Amplia; quia delin- 16 quens in loco censetur se subiicere legibus, & pœnis legis vigentis in loco, quando delictum commissum est de iure communi prohibitum. Vide, *Actum gerens, vel acceptans dicitur se obligare secundum leges de illo actuloquentes. Concl. 151.* † Extende; quia contrahens 17 in loco, vel renuncians reductioni ad arbitrium boni viri non auditur stante constitutione in loco, ꝙ renuncians reductioni non audiatur ad impediendam exequutionem; quia contrahendo cen-

do censetur se subiecisse legibus de eodem contractu loquentibus. Castrensis *consil.* 255. *Primo, & ante omnia, colum.* 1. *in fin. lib.* 2.
18 †Amplia, qa nedum leges sunt seruandæ, & canones, sed omnes tenentur credere, quod sint bene conditæ, & propter ea q facit actum contra legem, non potest dici in bona fide constitutus.
19 Ægidius *d. consil.* 10. *num.* 36. Vide, *Canones ligant omnes, & ab omnibus debent obseruari. Concl.* 24. †Amplia; quia leges ciuiles debent obseruari ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, quando canones non contradicunt; quia censentur omnes leges approbatæ, si canones non contradicunt. Fulgos. *consil.* 6. *Quidam emphyteuta, per tot.* †Extende; quia statuta, & leges inferiorum nullo modo
20 ligant Clericos, & Ecclesias, sed leges Imperiales, quatenus non præiudicant Ecclesiis, & Ecclesiasticis, sed indifferenter loquuntur, sunt approbatæ à Canonibus, & ligant. Alexand. *consil.* 122. *Viso processu. num.* 6. *in fin. & num.* 7. *ver. nec obstat, lib.* 5. plenius *consil.* 123. *Circa primum, num.* 8. *ver. possent etiam, lib.* 5. vbi, quod non ligant in præiudicialibus, nisi in specie sint approbatæ à Canoni-
21 bus, sed in fauorabilibus ligant; quia censentur approbatæ. †Extende secundum aliquos; quia lex ciuilis, quæ inducit aliquod beneficium temporale, prout est exceptio non numeratæ pecuniæ, dummodo intra biennium opponatur, vel aliud tempus, si Ecclesia, vel Ecclesiastica persona, vult vti beneficio legis ciuilis, debet vti cum sua causa, & suis qualitatibus. Alexand. *d. consil.* 123.
22 *num.* 8. *lib.* 5. licet non se fundet super ista ratione. †Amplia; quia lex vniuersalis Papæ in spiritualibus, & Imperatoris in temporalibus ligat omnes etiam de facto non obedientes cum distinctionibus, de quibus plene Bero. *in cap.* 1. *de constit. num.* 197. *& seq. ver.*
23 *vlterius quæro, de constit.* vbi late examinat. †Et quod leges Imperiales ligent Gallos, Florentinos, & subditos Ecclesiæ, quamuis non recognoscant superiorem. Castr. *cons.* 171. *Visa, & ponderata, in prin. lib.* 1. allegat Bart. *in l.* 1. *C. de Summa Trin. in* 1. *opposit.* vbi reprehen-
24 dit ibi Cynum contrarium tenentem. † Extende; quia Castrum de territorio, seu Comitatu Ciuitatis ligatur statutis Ciuitatis, quamuis de facto non obediat Ciuitati. Castrensis *d. consil.* 171. *in*
25 *prin. lib.* 1. Vide, *Statutum, & lex non extenditur extra territorium, & quando secus. Concl.* 544. †Vide Salycetum *in prooem. C. num.* 8. *ver. ex prædictis*, vbi, quod leges Imperiales vniuersales ligant etiam subditos Ecclesiæ Romanæ, quatenus non sint contrariæ legi Canonicæ, vel Pontificiæ, & probat maxime quoad leges, quę erant ante donationem factam à Constantino; quia populi iam erant ligati, & si non sunt sublatæ à Papa, durant; imo etiam loquitur
26 quoad alias leges posteriores vniuersales. †Contrarium, quod leges non ligant non subditos. Castrensis *consil.* 229. *Visis, & ponderatis, col. fin. lib.* 1. *ver. vltimo probatur*, allegat *l. cunctos populos. C. de summa Trinit.* †Declarat plene Lucas de Penna *in l.* 1. *col.* 5. *in princ. ver.*
27 *quæritur, an Saraceni. C. de sonduct. & procur. lib.* 11. vbi de infidelibus, & non suppositis dicit, quod ligantur de iure, sed non de facto, quatenus non subsunt, sed si subessent, dicit, quod secundum canones, & leges debent iudicari, & reprobat Inn. *in c. quod super, extra de voto*, dum dicit, q; Saraceni, & Gentiles non iudicantur, nisi secundum legem naturæ, aut legem propriam, prout Turcæ secundum legem Mahumeti, Iudæi secundum legem Moysis; qa
28 dicit, quod hoc modo inducerentur ad peccandum. †Ego credo esse distinguendum; quia aut delinquunt circa prophana, & spiritualia, & tunc opinio, quod puniantur secundum leges, & Canones, est vera; aut delinquunt circa eorum Sectam, & tunc pu-
29 niendi sunt secundum legem sectæ, cui subsunt. Vide, *Iudæi in quibus secundum legem Moysis iudicentur, vel non. Concl.* 369. †Limita; qa nulla lex, vel constitutio ligat statuentem Principem; quia naturalegis, vel statuti est ligare subditos. Anch. *consil.* 295. *Pro clariori,*
30 *n.* 6. Vide, *Statutum quas personas liget, & quas non. Concl.* 448. †Extende in dominis inferioribus, prout in Pandulpho Malatesta Vicario Fani pro Romana Ecclesia. Roman. *consil.* 59. *num.* 7. *ver. quinto videndum*, in domino Plumbini idem Roman. *consil.* 444.
num. 10. *vsq; in fin.* quia natura legis est ligare subditos, & in generali sermone non venit persona loquentis, vbi etiam extendit ad
31 Episcopum; quia non ligatur constitutione sua Episcopali. † Extende; quia nemo potest sibi imperare per modum coercionis, sed bene per modum agnitionis bonæ fidei. Anch. *consil.* 154.
32 *Quæsito, super qua, in princ.* † Extende; quia concedens indulgen-
33 tiam illa vti non potest. Anch. *d. consil.* 395. *num.* 7. †Extende; quia sicuti lex Papalis non ligat Papam conditorem legis; ita nec ligat Cardinales, qui sunt pars corporis Papæ, quando est odiosa, nisi fiat de eis mentio. Anch. *d. consil.* 295. *num.* 7. & per tot. consilium.
34 †Limita; quando vsu non sunt leges receptæ, put Venetiis. Cu-
35 man. *consil.* 141. *Domini iudices, per tot.* Vide, *Lex præsumitur vsu recepta, & quando secus. Concl.* 257. † Limita; quia lex, vel statutum facta in odium particularis personæ, vel personarum non valet; quia lex debet esse generalis omnibus, in tantum, quod licet habeat verba generalia, si potest probari, quod in odium certarum personarum sit facta, non valeret, plene Surd. *consil.* 59. *num.* 26. *& seq. ver. ex alio etiam.* †Hinc dicimus, quod Princeps potest per legem generalem auferre ius suum alteri, sed non per legem specialem, 36
nisi faciat ex causa publicæ vtilitatis. Roman. *consil.* 310. *In casu propositæ consultationis, per tot.* Vide, *Canones ligant omnes, & ab omnibus debent obseruari. Concl.* 24.

Legi contraueniens quando, & qualiter peccet. Concl. 268.

CONTRAVENIENS †legi etiam laicorum præceptiuæ, si est 1
suppositus, peccat mortaliter. Bartolus *in l. si quis pro eo, num.* 9. *ff. de fideiuss.* Gemin. *consil.* 51. *in princ.* vbi allegat Zabarell. ita consuluisse. †Declarat Alexand. *consil.* 132. *in princ. lib.* 1. quia si veniunt 2
contra legem præceptiuam, ne recipiatur in vsum, vel recepta abeat in abusum, antequam sit præscriptum, quod non sit vsu recepta per decennium, illi peccant, post præscriptum verò tempus non peccant. †Amplia, vt procedat, etiam si lex præcipiat solum 3
ad commodum eius, cui præcipitur, & sic per modum consilii reuerentiæ; quia contraueniens peccat saltem venialiter, & iuramentum contrarium non obligat. Gemin. *d. consil.* 51. *num.* 3. *ver. consilium reuerentiæ, & num.* 4. † Contrarium dicit Alexand. plene 4
consil. 54. *In casu, de quo, num.* 14. *ver. quia vbi lex, vel statutum, lib.* 7. quia quando lex præcipit aliquid alicui, ne faciat ad fauorem præceptati, tunc valet, & præceptum resoluitur in consilium, & non obligat; ideo non peccat, sed si iurat contrarium promittendo, obligatur, & iuramentum debet seruari. †Declarat Abbas 5
in sua quæstione 2. incip. *Stante statuto, colum.* 7. *cum seq. ver. vnde in simili*, vbi concludit, quod siue lex loquatur in personam, siue in rem, & siue per verba præceptiua, siue prohibitiua, contraueniens legi non peccat, nisi quando lex respicit publicam vtilitatem, vel animarum salutem, vel bonos mores; & ideo iuramentum præstitum super contractu contra legem est seruandum, nisi sit contra legem in illis tribus casibus, & ibi ponit plura exempla ad pbandum hoc. † Limita; quia lex iniusta non obligat in foro con- 6
scientiæ, & non seruans non incurrit peccatum. Ægid. Bellamer. *consil.* 16. *num.* 5. *& seq. ver. tertio, quia leges*, vbi dicit, quod dupliciter dicitur iniusta, si contra commune bonum, vel si ob particularem vtilitatem fiat, vel extra potestatem commissam.

Lex prohibens aliquid fieri, quando annullet actum contrarium, vel non. Concl. 269.

LEX † prohibens aliquid fieri inducit nullitatem actus, etiam 1
si non procedat vlterius ad annullandum actum contrarium. Lap. *allegat.* 87. *In causa, & quæstione, num.* 2. *circa finem, ver. sed eorum effectus.* Et vide plenius *in ver. Actus contra legem factus quando valeat, vel non. Concl.* 141. †Extende, etiam si imponatur pœna, quia 2
incurritur pœna, & actus est nullus, quando lex prohibet, & sic dispositio est negatiua; secus si esset affirmatiua in ijs, quæ non sunt prohibita de iure; quia tunc sola pœna committitur, & non annullatur actus. Angelus *consil.* 170. *Item statuimus, in fine, ver. nec obstat.* Bartolus *consil.* 206. *Inter procuratorem, colum.* 1. *in fine, ver. Superest, vsq; in finem lib.* 1. *& consil.* 26. *Statuto Ciuitatis, lib.* 2. vbi apostilla *in verb. quod vbi lex.* † Declara; quia si lex imponit pœnam 3
Iudici contrafacienti, vel Notario, tunc videtur, quod actus non sit nullus, quando pœna imponitur super actu facto, sed si pter aliud, adhuc intrat nullitas actus. Castrensis *consil.* 325. *Testes examinati, ver. nec obstat, lib.* 2. † Extende; quia ex eo solo, quod lex 4
prohibens aliquid fieri sub pœna magis annullat actum contra legem factum. Bartolus *consil.* 206. *circa finem lib.* 1. & repetit *consil.* 26. *Statuto Ciuitatis Senarum, lib.* 2. † Declarat Bartolus, quod 5
siue lex imponat pœnam super actu prohibito de iure communi, siue super actu prohibito de iure speciali, semper annullat actum. Bartolus *d. consil.* 206. *colum. final. ver. & distinctio, lib.* 1. vbi, quod hæc distinctio, quam contrafaciunt aliqui, non valet; quia est contra textum *in l.* 1. §. 1. & ibi glos. super verbo, *Expressum, ff. de nou. oper. nunciat.* & repetit *consil.* 26. *ver. præterea illa distinctio, lib.* 2. † Restringe; quando lex prohibet aliquid fieri, & imponit 6
pœnam facienti; quia actus non redditur nullus in præiudicium tertii, secus in præiudicium facientis. Bartolus *in l. prætor ait*, §. 1. *in fin. ff. de nou. oper. nunciat.* †Contrarium tenet idem Bart. *d. consil.* 7
206. *Inter procuratorem, colum.* 1. *in fin. vers. Superest, vsque in fin. lib.* 1. *& consil.*

1. *& consil. 26. Statuto Ciuitatis, lib. 2.* vbi, quod statutum Senarum si prohibeat posse produci testes, nisi p principalem, & procuratori, imponit pœnam lib. 25. quod nihilominus productio est nulla etiam in præiudicium principalis, & ibi apost. *in ver. quod vbi*, & in *ver. quod sit*, aduertit hanc contrarietatem, & dicit esse consilium
8 notabile. † Declara; quia restrictio procedit, quando constat, q̃ lex voluit, quod valeret actus, alias secus, sic declarat Bart. *d. consil.*
9 206. *col. fin. ver. nec obstat, lib. 1. & consil. 26. lib. 2.* † Amplia, vt procedat etiam in absolutione facta contra legem, vel constitutionem, quia non valet. Archid. & Ioan. Andr. *in c. fin. super ver. nullatenus absoluatur, de immunit. Eccl. in 6.* Lap. *allegat. 87. num. 2. circa fin. ver.*
10 *sufficit enim.* † Amplia; quia statutum expresse p.ohibens aliquid relinqui posse per maritum vxori annullat relictum, si fiat; quia nemo potest facere, quod lex non habeat locum in sua dispositione. Bald
11 *consil. 336. Iuxta casum, in princ. lib. 1.* † Extende; quia statutum prohibens aliquem posse contrahere cum muliere, & minore non seruata solemnitate sub pœna, annullat actum, & incurritur pœna, quando disponit negatiue, & prohibitiue. Ang. *consil.*
170. *in fin. ver. nec obstat.* Bart. *d. consil. 206. Inter procuratorem, post med.*
12 *ver. Superest, vt videamus, vsq; in fin lib. 1.* † Amplia, vt procedat, etiam si lex præcipiat aliquam solemnitatem fieri, prout, q̃ si fiat Scriptura testamenti sine iussu testatoris, debeat testator interrogari in omni capitulo, an sibi placeat; quia si non interrogetur, testamentum erit nullum; quia censetur data forma, ex quo versamur in rebus magnæ importantiæ circa dispositiones testatorum. Castrensis *consil. 325. Testes examinati, lib. 2. ver. nec etiam obstat.*
13 † Amplia; quia lex prohibens prorogationem instantiæ causarum, operatur, quod neque iudex, neque partes, neque simul iudex & partes possint prorogare instantiam. Alex. *consil. 82. in princ.*
☞ *lib. 3.* Vide, *Instantia causarum non potest prorogari, & quando secus. Con-*
14 *cl. 213.* † Extende; quia quando lex, vel statutum disponit negatiue, quod iudex non possit aliquid, priuat iudicem iurisdictione,
☞ vt non valeat vllo modo factum contra ꝓhibitionem. Vide, *Potest*, quid importet, & quando inducat necessitatem. *Concl. 464.*
15 † Amplia in decreto Principis prohibente aliquid fieri posse sine licentia Principis; q̃a factum contra formam decreti est nullum, *l. nam quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. legat.* Alex. *consil. 87. In causa mota, n. 3. ver. nec etiam obstat*, vbi loquitur in decreto Ducis Ferrariæ, quod nullus eques habens authoritatem legitimandi possit in suo sta-
16 tu legitimare sine expressa licentia Ducis. † Amplia in tantum factum contra legem prohibentem esse nullum, & in fraudem legis, vt si per fraudem, & velamen promissio fiat; vt quia non opponitur in iudicio p partem exceptio, & iudex ferat sententiam, talis sententia poterit semper retractari, & si ab ea non fuerit appellatum. Alex. *d. consil. 82. Viso processu, n. 4. ver. ad idem adduco, lib. 3.* allegat text. *in l. si sponsus. §. si vxor, il secondo. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi, si maritus prohibitus donare vxori ab ea petat rem, vel creditum, & ipsa opponat con ra maritum exceptionem efficacem, sed non veram, & maritus acquiescat, & iudex absoluat vxorem, vel eam non teneri declaret, cum sit donatio in fraudem legis, etiam si non fuit appellatum, poterit semper retractari, quod
17 dicit notandum. † Sic si is, qui soluit vsuras, passus est contra se sententiam ferri non opposita exceptione vsuratum, perpetuo poterit repetere; quia est in fraudem legis, & vsurarum. Alex. *d.*
18 *consil. 82. n 5. ver. vnde, lib. 3.* † Amplia; quia si lex damnat, vel prohibet consuetudinem tanquam irrationabilem, prohibet tam præ-
☞ teritam consuetudinem, q̃ etiam futuram. Vide, *Consuetudo valet*
19 *contra legem, & quando secus multis casibus. Concl. 814.* † Limita; quia gerens officium sub certa lege, vel certis statutis, donec alia lex detur, licet fiat noua lex, & reformatio, valent gesta etiam circa taxas bursales mercedum, donec reformatio sit notificata, etiam si forte magistratus sciuerit; quia negligentia nocet magis actori, quam reo, etiam si sit fiscus. Castr. *consil. 51. Visis, & ponderatis, per*
20 *tot. lib. 1.* † Limita; quia commmatio facta in gratia prouisionis, quod sit nulla, si non promoueatur, vel non resideat, quia non intelligitur ipso iure nullitas gratiæ. Oldrad. *consil. 165. Thema cuius-*
☞ *dam, circa fin.* Vide, *Commmatio etiam præcisa, quod altas non valeat a-*
21 *ctus, an priuet ipso iure. Concl. 477.* † Limita in excommunicatione, quæ valet etiam lata contra constitutionem; quia hoc est speciale
22 in ea. Lap. *d. allegat. 87. n. 2. in fin. ver. sufficit.* † Limita multis modis; quia licet lex prohibeat aliquid fieri; tamen factum tenet contra
☞ legem. Vide, *Facta multa tenent, quæ tamen fieri prohibentur. Concl. 12.*
23 † Limita, quando lex præcisè non ꝓhibet, sed permittit cum certa dispositione, qualiter legatum, vel factum permissum perdatur, & in hoc non annullat actum contra voluntatem eius, ꝓ quo inducitur nullitas, veluti si permittat statutum legari vxori, sed si nubat, vel viuat inhoneste, illam priuat legato, potest marit⁹ tollere dispositionem, vt valeat legatum, etiam si nubat, etiam si non impleat dispositia à statuto. Bald. *consil. 336. Iuxta casum, n. 2. ver. si autem lex, lib. 1.* † Limita; quia si lex prohibeat forensem acquire- 24
re stabilia, vel prout in mendicantibus, qui sunt stabilium incapaces, quando inhabilitas non prouenit ex delicto, tunc potest eis legari, vt consequantur pretium, vel æstimationem rei legatæ, secus si inhabilitas sit propter delictum; quia nullo modo valet legatum contra legem, *l. apud Iulianum. §. constat*, vbi Iaf. *n. 34. & seq.* qui dicit* communem, *ff. de leg. 1.* † Limita; quia ordo datus à le- * 25
ge, vel statuto prætermissus inducit nullitatem, secus est, quando ordo respicit præparatoria iudicii; quia excepto libello, nunq̃ omissio præparatoriorum viciat ꝓcessum, nisi dicatur expresse, vel nisi denegetur audientia. Alex. *consil. 37. Viso, & oportune, num. 1. & seq. ver. ne. obstat id, quod, lib. 2.* † Imo plus tenet Alex. *consil. 24. Insse-* 26
cto processu, num. 2. & seq ver. vnum est, lib. 4. quod statutum, quod emens rem, quæ subiacet retractui, si intra quatuor dies à die emptionis faciat bannire emptionem, præsentes habent mensem ad retrahendum, absentes habent duos menses, dicit, quod licet intra quatuor dies non fuerit publicatum bannum, non refert, ex quo statutum non annullat actum factum post quatuor dies, & hanc eandem rationem adducit Cæpol. *consil. 47. colum. 2. lib. 1.* vbi tollunt contraria de *l. non dubium. C. de leg.* quia facta contra legem sunt nulla, quando lex loquitur prohibitiue, & Alexa. ibi adducit multa similia. Vide, *Statutum formale dicitur, quando* ☞
contra ius commune. Concl. 555. † Declara; quia multum refert, an 27
lex, vel statutum resistat potentiæ contrahendi, vel faciendi actum prohibitum, an solum actum annullet, vel nullum declaret sine certa solemnitate, vel forma celebratum; quia primo casu si resistat potentiæ, non oritur obligatio à principio etiam naturalis, necactus iuramento firmari potest, vel conualidari; Secundo vero casu secus est; quia tunc oritur naturalis obligatio, & vbi agitur de æquitate, seu de bono, & æquo, vel de excipiendo, seu retinendo, valet actus. Angel. plene *consil. 353. Florentia Ciuitatis per tot.* † Declara, quia multum refert, an lex, vel statutum 28
procedat disponendo affirmatiue, quod fiat aliquid cum tali solemnitate, an, ꝓcedat negatiue, puta non possit fieri hoc, vel hoc; quia primo casu potest renunciari legi, vel statuto; secundo autem casu non potest renunciari, maxime, quando publicam vtilitatem principaliter concernit; & quia si denegat lex audientiam, semper inducitur nullitas actus. Alexa. *consil. 36. Viso themate, num. 6. ver. quoad tertium, & consil. 37. Viso, & oportune, in princ. lib. 2.*

Legis beneficium non consequitur, qui legem non seruat. Concl. 270.

QVI † committit in legem, vel contra legem, frustra benefi- 1
cium legis implorat. Petr. de Anch. *consil. 37. Contra Ioannem, n. 4. & seq.* † Et ideo is, qui impetrat ius iniquum, ne possit conue- 2
nire per certum tempus, non vtitur beneficio priuilegii contra habentem simile priuilegium, & è contra. Anchar. *d. consil. 37. n. 4.*
† Amplia; quia si statutum dat certam formam immittendi in 3
possessionem ex primo decreto, & ex alio statuto missus in possessionem lucretur fructus, intelligitur, dummodo sit missus secundum formam statuti. Baldus *consil. 53. Ad hoc, vt missio, lib. 4. circa fin. ver. & hoc verum.* † Amplia; quia occultans instrumentum, vel a- 4
liud, quod est penes eum, habet contra se præsumptionem, etiam si sit minor, vel mulier. Crauett. *consil. 178. num. 5.* † Extende in eo, 5
qui impedit probationes fieri; quia leuior probatio contra eum admittitur. Mohed. *dec. 49. lib. 1.* † Extende; quia iudex potest de- 6
negare audientiam non obedienti. Vide Conclusionem proxime ☞
sequentem. Vide, *Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens. Concl. 190.* Vide, *Priuilegium per ditur per abusum priuilegij. Concl. 754.*

Lex quando præbeat auxilium ei, qui in eandem legem committit, vel non. Concl. 271.

LEx † regulariter non negat auxilium suum ei, qui commisit in 1
eandem legem; vnde accusans aliquem de adulterio non repellitur ex exceptione, quod idem agens commiserit adulterium. Lap. *alleg. 55. Quidam coram iudice, nu. 3.* quod intellige, dummodo non causa matrimonii, in quo est speciale, quod vxor accusata à marito de adulterio repellit maritum adulterum. Innoc. *in c. intelleximus, in princ. de adult.* † Amplia; quod agens actione fur- 2
ti non repellitur per exceptionem, quod ipse agens alios derobauerit. Lap. *d. allegat. 55. num. 3. ver. si puto.* & sic de singulis criminibus,

bus, furti, iniuriæ, homicidii, & similium, non circa eandem rē commissis. Innoc. *in c. intelleximus, num. 3. de adult. ver. vbi agitur, vel* 3 *excipitur.* † Limita, quando exceptio eiusdem criminis circa eandem rem opponeretur, quia tunc bene repellit agentem. Innoc. 4 *d. cap. intelleximus, num. 3. de adult.* † Limita in causa vsurarum; quia agens contra vsurarium repellitur per similem exceptionē, quod agens sit quoque vsurarius, *c. quia frustra, de vsur.* quod declara, vt per Lap. *alleg. 55. num. 3. ver. ad secundum, & num. 4.* vt procedat corā iudice delegato, & quando is, qui excipit, est ille, cui vsuræ sunt 5 restituendæ, vel compensandæ. † Limita in adulterio; quia speciale est, quod cōmunis malitia, & communis dolus magis noceat actori, quam reo; ideo accusans vxorem de adulterio repellitur per similem exceptionem, si maritus accusator probatur adulter. Innoc. *in d. c. intelleximus, in princip. num. 1. & num. 2. de adult.* 6 † Limita de iure Canonico; quia accusatus de crimine ciuiliter repellit agentem per exceptionem consimilis criminis, & etiam cuiuslibet alterius criminis repellentis in Ciuili. Innoc. *in d. c. in-* 7 *telleximus, num. 3. ver. secus secundum Canones, de adult.* † Limita in eo, qui obiicit alteri nullitatem contractus; quia non soluit gabellā; quia si statutum annullat contractum, si contrahentes non soluerint intra certum terminum gabellam, si opponens de non solutione Gabellæ est in eadem mora soluendi, ex eodem contractu non auditur. Ancharan. *consil. 291. Super pluribus, num. 10.* vbi, quod lex magis fauet tractanti de damno vitando, quam de lucro captando in pari causa. Vide Conclusio. proxim. præcedent.

Lex dicitur imposita rebus, & non verbis, & quando secus. Concl. 272.

1 LEx † debet inseruire rebus, & menti, nō verbis; quia dicitur imposita rebus, non autem verbis. *c. secundo requiris, de appell. l.* 2 *C. comm. de leg. at.* Abb. *cons. 93. In quæstione, colum. 2. circa med. ver. ad* 2 *idem facit, lib. 2.* † Amplia; quia lex non debet inseruire de vento, & esse ludibrio, vel reddi elusoria. Rom. *cons. 428. In terminis, num. 12.* 3 *ver. iis tamen non refragantibus.* † Extende in tantum legem non debere esse ludibrio, vt sit proteruitas non seruantis legem; quia pœnam eludit, potest is, qui legem condidit, aliam pœnam accumulare, & imo etiam contra ius commune statuere pro obseruantia legis permissæ, & statutæ, licet non possent principaliter contraius statuere, vt Legatus, Episcopus, & Præfectus prætorio. Roman. *d. cons. 428. num. 12. ver. quemadmodum iuncto ver. iis tamen* 4 *non refragantibus.* † Limita; quia multi sunt casus, in quibus vis & virtus legis consistit in verbis, & in modo proponendi; nam in interdicto, *vti possidetis*, antiquior possessio præfertur iuniori etiā titulatæ, quando habens antiquiorem allegat, quod iunior est clandestina respectu antiquioris; secus si simpliciter allegat antiquiorem, ita Alexand. *cons. 81. Lecto, n. 12. ver. vnde dato, lib. 3.* & idem dicit pro notabili Barbat. inter consilia Alex. *cons. 88. nu. 12. ver. sed* 5 *præmissis non obstantibus, lib. 5.* † Extende; quia multi sunt casus; in quibus vis & virtus legis consistit in modo proponendi, de quibus vide in *ver. Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Con-* ☞ *clus. 252.* Vide, *Cautelæ, ex quibus acquiritur ius ex modo agendi. Conclus.* 164. Vide; *Modus agendi attenditur, & multum refert. Concl. 302.*

Lex dubia non operatur effectus legis, ideo vt lex allegari non potest. Concl. 273.

1 LEx † habens plures intellectus non potest allegari ad decisio-
2 nem causarum, Ias. *in l. 1. num. 70. & seq. ff. de transact.* † Extende idem in statuto, & constitutione. Felin. *in proœm. decret al. nu. 2.*
3 † Extende; quia sententia lata contra casum legis est nulla; secus, quando lex est dubia. Vant. *de nullit. ex defectu processus, n. 118. ver. &*
4 *præmissa intellige, & nu 119.* Decian. *cons. 32. num. 24. lib. 2.* † Amplia; quia lex habens plures intellectus; quia vterq; potest esse verus, non concludit in vno intellectu, nisi quatenus per alias leges
5 comprobetur. Bart. *in l. in ambiguo, ff. de reb. dub.* † Extende in statuto, vel constitutione habente plures intellectus; quia allegans pro sua intentione vnum intellectū, debet probare, quod ille sit verus intellectus statuti, alias succumbit. Castren. *cons. 234. Du-*
6 *bium stat, circa fin. vers. nunc ad propositum, lib. 1.* † Amplia; quia dubia lex dicitur, quæ multipliciter intelligi potest. Crauett. *cons.*
7 *619. num. 11. versic. quinto inficias.* Decian. *consil. 8. num. 35. lib. 1.* † Amplia, quia incertitudo disponentis vitiat dispositionem. Vide,
8 *incertitudo vitiat dispositionem, & quando secus. Conclus. 65.* † Extende; quia obscurum nihil operatur. Vide, *Dubia res ex quibus reddatur. Concl. 802.* Vide, *Obscuritas nihil operatur, & verba obscura quando habeantur pro non appositis. Concl. 54.*

Lex narrans factum non disponit, & quando secus. Concl. 274.

LEx † quando narrat, quid actum sit, non dicitur disponere, & 1 non potest allegari ad decisionem causarum. Rom. *cons. 134. Pro declaratione, colum. 2. in fin. ver. ex qua quidem narratione*, vbi apostilla *in ver. dispositio*; & plenius Roman. *cons. 191. Spectabilis do-mine, numer. 4.* vbi plena apostilla *in ver. non inducit*, dicit hanc esse regulam, citat infinitos, & dicit esse * communem. Ias. *in l. 1. in 2.* * *lectura. numer. 33. C. de sacros. Eccles.* † Extende, vt procedat in ver- 2 bis enunciatiuis legis; quia nihil disponunt. Roman. *d. consil. 191. numer. 5.* vbi apostilla *in ver. non inducit*, citat plurimos, & dicit * communem. † Restringe, quando legislator factum proprium * 3 narrat; quia tunc bene disponit, apostilla ad Roman. *dict. cons. 191. numer. 4. in ver. non inducit.* † Restringe, quando princeps narrat 4 factum prædecessoris; quia disponit, apostilla ad Roman. vt supra. † Restringe, quando lex super verbis narratiuis, vel enuncia- 5 tiuis fundatur, apostill. vbi supra. Ias. *in dict. l. 1. in 2. lect. num. 33. in fin. Cod. de sacros. Eccles.* Vide, *Narratiua verba Papæ, vel Principis quan-* ☞ *do probent, vel non. Conclus. 4.* † Restringe, quando verba narratiua, 6 vel enunciatiua sunt geminata, apostill. vt supra. Vide Conclus. proxim. præced.

Lex multum confidit de patre circa filios, ideo inducit multa specialia. Conclus. 275.

LEx † multum confidit de patre, & parentibus, vt bonum 1 consilium capiant pro filiis. Dec. *in l. pactum, quod dotali, in fin. C. de pact.* dat concord. apostilla ad Alexand. *consil. 29. Præclare, numer. 6. libr. 3. in ver. excreuissent*, plene Castrens. *consil. 276. Super primo, colum. penult. numer. 6. libr. 1.* sequitur Alexand. *consil. 33. numer. 4. libr. 4.* † Declara, nisi ex magno excessu posset redargui con- 2 trarium, & dolus patris; quia tunc non præsumitur pro eo. Castrens. *dict. cons. 276. numer. 6. lib. 1.* & hanc partem tenent Alexan. *dict. consil. 33. numer. 4. lib. 4.* Ias. *consil. 133. lib. 4.* Curt. Iun. *consil. 10. in princip.* Cephal. *consil. 95. num. 20.* † Extende, quia statutum, quod 3 mulieres non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum, non habet locum, quando filia renuntiat patri propter affectum patris erga filios. Alexand. *d. consil. 29. num. 12. ver. & pro hoc lib. 3.* vbi allegat Bald. *in d. l. pactum, quod dotali, in 21. quæst. C. de pact.* vbi etiam Ias. & Dec. & apostill. ad Alexand. citat etiam Alciat. *in l. transactionem, C. de transact.* † Extende; quia si statutum 4 disponat, quod mulier filia non possit renuntiare, neque contrahere sine licentia patris renuntiando patri, vel contrahendo cum patre, censetur cum consensu patris, & valet, Alexand. *dict. consil. 29. num. 14. ver. accedit id, quod, lib. 3.* † Extende; quia filia 5 dotata à patre præsumitur congrue dotata, etiam si statutum mandet congrue dotari, quia lex confidit de patre, nisi contrarium appareat. Castren. *dict. consil. 276. lib. 1. in septimo dubio.* Vi- ☞ de, *Dos quanta esse debeat filiæ excusæ, quæ mandatur dotari. Conclus.* 789.

Leges non dedignantur sequi canones, & artifices circa artificia. Concl. 276.

LEGES † non dedignantur sequi, & imitari canones, *cap. fin.* 1 *in fin. de secund. nupt.* † Amplia; quia non dedignantur sequi 2 artes peritorum, prout medicorum peritiam circa medicinam. Bald. *consil. 136. Proponitur, quod Titius, num. 2. versicul. in contrarium, lib. 2.* Vide, *Peritis in arte standum est, & quando secus. Conclusio 286.* † Extende; quia imo lex Ciuilis in materia peccati ancillatur, & 3 inseruit iuri Canonico totaliter, vt pater in exemplo concubinatus, qui de iure Ciuili permittitur, de iure Canonico propter peccatum fornicationis prohibetur, & lex Ciuilis cedit iuri Canonico, & se submittit in totum, Crauett. *cons. 229. per totum*, maxime *num. 11.* & idem in vsuris, & aliis inducentibus peccatum. Vide plenius, *Concubinatus quid sit, & qualiter sit licitus. Conclus. 566.* Vide Conclus. proxim. ☞
seq. vbi plenius.

* * *

Lex Ciuilis in quibus præualeat legi Canonicæ, & è contra in quibus lex Canonica præualeat Ciuili. Concluſ. 277.

1 LEx † Ciuilis ſi contradicit legi Canonicæ in mere temporalibus, præualet legi Canonicæ in terris Imperii: quia in temporalibus, in quibus periculum animæ non verſatur, lex Canonica non poteſt tollere legem Cęſaris. Cald. *conſ. 8. An ciuitas, de Conſtit. in pr.* † Amplia in tantum legem Ciuilem ſubſiſtere, & eſſe approbatam à Papa, vt non poſſit Papa illam tollere, niſi in foro ſuo, & niſi vbi agitur de periculo animæ. Petr. de Anch. *conſ. 30. Dubitari ſolet, nu. 3. ver. ex quibus iuribus.* † Extende: quia Papa non poteſt tollere legem Imperialem etiam in ſtatu ſuo non votato Imperatore, quando agitur de præiudicio Imperii, puta quod Comes Imperii faceret alienando ſe vaſallum Papæ; ſi tamen verum dicit Ægid. Bella. *conſ. 33. n. 53. ver. ad ſecundam quæſtionem.* † Amplia: quia licet leges Ciuiles non obligent papam; tamen vbi ius Canonicũ contrarium non diſponit, publicatio conſtitutionũ pœnalũ neceſſaria de iure Ciuili, etiam eſt neceſſaria in Conſtitutione Papali, ita vt poſt duos menſes afficiat, non ante. Alexand. *conſ. 52. In cauſa. & lite, in princ. lib. 7.* † Amplia: quia lex Ciuilis, & Canonica ſibi inuicem adiuuare debent, & ideo ſi lex Ciuilis inducit aliquid prohibitum, & pœnale, etiam lex Canonica adiuuare debet, prout è conuerſo. Petr. de Anchar. *conſ. 198. num. 4. & ſequent.* 6 & Ægid. Bellam. *in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit, num. 3.* † Extende, quando ſunt pœnæ inductæ de iure Canonico; prout pœna concubinarii, licet de iure Ciuili non ſit inducta pœna, ſed imo concubinatus permittatur; tamẽ quia ratione peccati ius Ciuile ancillatur iuri Canonico, poteſt etiam iudex ſecularis punire concubinarios ſecundum ius Canonicum. Crau. *conſ. 229. per tot.* maxime *n. 11. & ſeq.* Vide, *Concubinatus quid ſit, & qualiter permiſſus. Concluſ. 566.* † Amplia; quia lex Ciuilis quoad contractus ligat etiam clericos: patet, quia eſt approbata per ius Canonicum, *c. 1. de nou. oper. nunciat.* ſic etiam quoad feudalia iura. Dec. *in c. caterum, nu. 23.* 8 *& 24. de iudic.* vbi late. † Amplia; quia leges Ciuiles, & pœnales ſunt in genere approbatæ à ſacris Canonibus in tantum, quod Eccleſia illis vtatur generaliter, niſi ſint contrariæ in aliquo legi Diuinæ, vel ſacris Canonibus, vt in toto *tit. diſt. 10.* & maxime *in c. 1. & c. conſtitutiones*, & clarius *in cap. fi. 16. quæſt. 3.* ibi venerandæ Romanæ leges diuinitus per ora principum promulgatæ. † Extende; quia maxime ad tuendas Eccleſias, & bona Eccleſiarum, & perſonas Eccleſiaſticas, vſus legum Ciuilium etiam quoad pœnas capitales admittitur, vt *in cap. inprimis, 2. q. 1. ver. de perſona Ianuarij*, clarius *in c. ſi in adiutorium, 10. diſtinct.* † Extende; quia leges Ciuiles, & earum pœnæ ſeruantur etiam inter Eccleſiaſticos delinquentes etiam in ſacris conſtitutos, quando fuerunt moniti, & ſiunt incorrigibiles; quia traduntur degradati Curię ſeculari, *c. cũ non ab homine, de iudic.* Et generalis eſt regula, quod leges Imperiales comprehendunt clericos; quia videntur approbatę. Fel. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit. num. 37. ver. quæritur igitur, cum ſeq.* vbi declarat, quando ſunt iuſtæ ex fine, authoritate, & forma, & plenius ibi Dec. *num. 104. & ſeq. ver. tertia concluſio.* † Imo Felin. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ, num. 38. ver. & hinc eſt. de conſtit.* dicit, quod Romani Pontifices in decidendis, & cognoſcendis cauſis Eccleſiarum, & 12 clericorum fundant ſe ſuper legibus Ciuilibus. † Imo Rom. *conſ. 365. Quæritur primo, n. 2. ver. 4. conſider atur*, vbi dicit, quod vbi lex ciuilis pro graui crimine pœnam mortis imponit, illa eſt regulariter in clerico pœna Canonica, vt à ſuo ordine degradatus tradatur curiæ ſeculari, dicit eſſe text. *in c. tuæ, de pœnis, & in c. nouimus, de verb. ſignif. & in d. c. cum non ab homine, de iudic.* ſed ego credo, quod licet non dicat Rom. intelligitur, quando clericus eſt incorrigibilis, & monitus, & ita declarat gloſſ. ſi. *in d. c. tuæ, de pœnis*, quæ allegat *d. c. cum non ab homine, de iudic.* vbi hoc expreſſe dicitur ad effectum, vt curiæ ſeculari tradatur, ſed bene ſine monitione poteſt degradari, vt perpetuo in Monaſterium, vel carcerem detrudatur. † Idem, quando lex Ciuilis eſt canonizata per legem Canonicam; quia illa etiam ſeruatur in foro Eccleſiaſtico, & inter Eccleſiaſticos, vt eſt gloſſ. *in d. c. inprimis. 2. q. 1. in verb. capitalis*; & eſt ratio: quia eſt tunc papalis. Abb. *conſ. 101. In quæſtione, n. 10. ver. præterea videmus, lib. 1. & conſ. 102. In cauſa, num. 4. colum. penult. ver. ſed ius non* ☞ *obſtan. lib. 1.* Vide, *Confirmatio operatur multa, & continet omnia, quæ in* 14 *confirmato. Concl. 706.* † Et non dicitur canonizata lex ciuilis, licet ſit inſerta in decreto, vel in decretalibus; ſecus ſi eſſet inſerta in canone, ita Ias. *in l. 1. in 1. lect. C. de ſumm. Trinit. num. 43. in ver. nec dicas, quod ſit canonizata.* † Imo etiam ſi non ſint canonizatæ, ſemper leges Ciuiles ſeruantur etiam inter clericos, & in foro Eccleſiaſtico, quando contrarium non reperitur deciſum de iure Canonico, pro regula tradit Ruin. *conſ. 4. n. 11. lib. 5. cum ſeq.* vbi reſpondet ad contraria de poteſtate, quia dicit procedere, quod non ligant clericos in foro ſeculari defectu poteſtatis, ſed bene ligant in foro Eccleſiaſtico, quia generaliter ſunt approbatę per Papam, qñ non contrariantur iuri Canonico, & dat plura exempla. Fulg. *cõſ. 6. Quidam emphyteuta, per totum*, & plenius Abb. *conſ. 73. Circa primũ, n. 9. & 10. ver. nec obſtat, lib. 2.* qui etiam loquitur quoad leges pœnales, qñ pœna poteſt ſic iuuare Eccleſiaſticos, ſicut nocere, prout in caſu *l. ſi. C. de iure delib.* vt non conficiens inuentarium teneatur de ſuo. † Tu dic in hac materia, vt plene Lucas de Penna *in l. 1. col.* 16 *4. ver. quid autem ſi clerici, C. de conduct. & procurat. lib. 11.* quod lex ciuilis etiam in foro Eccleſiaſtico, & inter clericos eſt ſeruanda, qñ non eſt contraria canonibus, vel contraria libertati Eccleſiaſticæ, quia etiam quoad Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas ſeruari debet. † Intelligas, quod leges ciuiles generaliter loquentes 17 ſeruantur in foro Eccleſiaſtico, quando aliter de iure canonico non reperitur deciſum, & hoc, quando in ſpecie non loquuntur de Eccleſiis, neque de Eccleſiaſticis perſonis, ſi vero de eis faciũt mentionem prohibendo, vel diſponendo, tunc non valent, neq; ligant ex notorio defectu poteſtatis, & in hoc concordant omnes* Doctores, & ideo totus titulus *C. de ſacroſ. Eccleſ.* eſt nullus, * communem * dicit Clarus *in §. emphyteuſis, quæſt. 28. numer. 7. ver.* * *nec dicatur.* allegat Grat. *conſil. 110. nu. 36. lib. 1* atteſtantem de communi. *† Et quando lex ciuilis præiudicat Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, & Eccleſia non aſſurgit tali legi approbando eam, non debet* 18 *ſeruari.* Alexand. *conſil. 105. Viſo, num. 17. verſic. tertio ad dictam, lib.* 4. † Sic dicimus, quod leges imperiales loquentes de emphy- 19 teuſi non habent locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica ſecundum communem.* Grat. *conſ. 110. num. 36. lib. 1.* quem citat atteſtando de * communi Clar. *in d. §. emphyteuſis, quæſtion. 48.* † Sic etiam * 20 dicimus, quod *l. quoties, C. de rei vendic.* quæ vult, quod ille emptor, vel conductor præferatur, cui primo tradita eſt poſſeſſio, etiam ſi alius ſit anterior, non habet locum, niſi inter laicos, non autem inter clericos, neque in præiudicium Eccleſiarum. Alexand. *conſil. 83. In cauſa, & lite, numer. 5. verſic. dicit etiam Roman. lib. 7.* & iſta eſt opinio Hoſtien. *in c. conquerebatur, de his quæ ſunt à Prælat.* † Sic & *l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* & quod 21 ibi Bart. notat, quod emphyteuſi finita debet fieri renouatio heredibus, non ligat Eccleſias, neque habet locum in præiudiciũ Eccleſiarum, niſi ſit à canone approbata. Alexand. *dict. conſil. 83. numer. 5. libr. 7.* † Contrarium de directo conſuluit idem Alexand. *conſil. 122. Viſo proceſſu, numer. 3. & ſequentibus lib. 5.* vbi, quod 22 *l. quoties, C. de rei vendic.* habet locum etiam inter clericos, & contra Eccleſiam, quia magis communis * opinio eſt contra Hoſtien. vbi plura adducit etiam apoſtill. *in verſic. Hoſtienſis.* † De- 23 clara; quia quatenus lex ciuilis concernit damnum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, niſi ſit approbata per Canones, non valet, nec ligat. Alexand. *dict. conſil. 122 num. 6. & 7. verſic. nec obſtat, lib. 5. & conſil. 123. numer. 8. verſic. poſſent etiam prædicta confirmari, libr. 5.* † Declara; quia leges ciuiles ſuper alienatione bo- 24 norum Eccleſiæ, prout *authent. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* licet ſit regiſtrata in iure Canonico, non tamen dicitur canonizata; niſi ſit in ſpecie approbata, quia regiſtrantur, vt appareant, quantam diligentiam adhibuerint etiam principes ſeculares, ne bona Eccleſiarum alienarentur, gloſſ. *in cap. dudum, de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* ita declarat Luc. de Penna *in l. 1. Cod. de conduct. & procurat. lib. 11. colum. 4. in fin. verſicul. 2. quæritur.* Felin. *dict. cap. Eccleſ. S. Mariæ, num. 40. de conſtit.* Vide, *Decretum Canonicum Gratiani an ſit* ☜ *authenticus liber. Concluſ. 110.* † Vide Roman. aliter diſtinguentem 25 *in l. Lucius Titius, num. 22. ff. ſolut. matrim.* quia ſi lex ciuilis reperitur canonizata in decreto, quatenus deroget iuri canonico, nihil operatur, quia Gratianus non potuit derogare iuri canonico, ſed tamen hodie, ex quo decretum eſt confirmatum à Papa, eſſet cõtrarium. † Declarat pleniſſime Felin. *d. cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. nu. 39. & ſeq. ver. & dicuntur iuſtæ*, vbi, quod leges ciuiles ex tribus dicuntur iuſtæ; primo ex fine, quando ordinantur ad bonum commune; ſecundo ex authoritate, quando non excedunt facultatem ſtatuentis; tertio ex forma, quando onera proportionata ſubditis imponunt. Dec. plenius ibi *n. 88. & ſeq. ver. 1. concl.* & ideo dicunt, q leges *C. de ſacr. Eccl. & de Epiſc. & cler.* ſecundũ Abb. ibi omnes ſunt nullæ, & de honeſtate nõ ſunt ſeruandæ; quia deficit poteſtas, etiam ſi eſſent regiſtratæ in decretis, niſi ex decretis Canonicis ſint approbatæ, & ratio eſt; quia fuerunt factæ ab Imperatoribus tunc de facto iubẽtibus, vt quia canones illã allegãt; quia ſola inſertio in decretis à Gratiano facta non canonizat. Bero. *conſ. 31. nu. 21. & ſeq. lib. 1.* Grat. *conſ. 110. n. 36. lib. 1.* Clar. *d. §. emphyteu-*

* phyteusis, quæst. 28. num. 7. ver. & certe, in fin. vbi communem * dicit,
* & quod omnes * Doct. concordant, & quod leges Imperiales nõ
ligant clericos, quia Imperator nõ potest statuere aliquid in eos,
27 plene Socin. in c. significasti. num. 43. de foro compet. † Duo sunt casus,
in quibus lex ciuilis seruari debet etiam in foro Ecclesiastico in-
ter clericos, & Ecclesias, primus, quando lex ciuilis merum cõ-
cedit priuilegium Ecclesiasticis vel Ecclesiis, aut locis piis. Clar.
* in §. emphyteusis, quæst. 29. in fin. ver. & si dicatur, vbi de * communi,
secundus, quando fundatur super naturali ratione, quia valet vt
naturalis ratio; sed quando disponit super spiritualibus, vel Ec-
clesiasticis etiam ad fauorem Ecclesiasticorum non valet, nisi sit
merum priuilegium. Abb. in dict. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 10. ver. ego la-
tius, vbi Felin. n. 40. Dec. n. 88. & seq. de constit. Socin. dict. cap. signifi-
casti. n. 43. de foro compet. vbi, quod auth. habita, C. ne filius pro patre, nõ
ligant clericos, quia merum priuilegium non continet, vide Alex.
consil. 122. Viso processu, num. 7. lib. 5. vbi, quod lex ciuilis, quatenus
respicit merum fauorem ecclesiasticorum, est approbata, quate-
nus vero damnum, non valet, & consil. 123. num. 8. eod. lib. 5. quod si
respiciunt damnum, non valent, nisi à canone sint expresse ap-
* probatæ, & ista est communis * opinio, vt dicit Clar. in d. §. em-
phyteusis, quæst. 28. num. 7. ver. & certe ego, & plenius Caccialup. in re-
28 pet. l. 1. C. de summ. Trinit. num. 189. vbi plures casus distinguit. † Et
ideo dicunt Doct. quod lex ciuilis, quod exceptio non numera-
tæ pecuniæ, quæ intra biennium potest opponi, & non vltra, li-
gat Ecclesias & ecclesiasticos, ea ratione, quia istud est beneficiũ
concessum ei, qui confessus est mutuum, ideo si Ecclesia vult vti
hoc beneficio, debet cum suis qualitatibus, contrarium tenent
multi, quod Ecclesia quandocunque potest opponere hanc ex-
ceptionem, quos poteris videre apud Mascard. Conclus. 695. Excep-
tio non numeratæ pecuniæ, num. 24. & seq. vbi declarat, quod si aga-
tur de ostendendo, quod versa sit pecunia in vtilitatem Ecclesiæ,
semper opponitur, in aliis casibus non. Vide omnino Barbat. in
c. cum sit generale, n. 238. in fi. & 239. ver. pro certo, vbi circa opiniones
Legistarum, & Canonistarum dicit, quod miratur non de Hos-
tiense, neq; de Abbate, quod scripserint pro Canonistis, sed be-
ne miratur de Ant. de Butrio, qui erat laicus, quod restringat iu-
risdictionem laicorum, quod verbum denotat malam conscien-
29 tiam Barbatiæ. † Et quod lex ciuilis disponens per modum iuris-
dictionis etiam ad fauorem Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorũ nõ
sit seruanda, & non valeat. Fel. vbi supra n. 40. Clar. dict. §. emphy-
* teusis, quæst. 28. n. 7. ver. nec dicatur, vbi dicit * communem, etiam si
30 sit lex Imperialis, & non principis inferioris. † Contrarium A-
lexand. consil. 121. Viso themate, lib. 2. in fine, vbi, quod quando lex est
Imperialis ad fauorem religionis, vel Ecclesiasticorum inducta
31 valet, & seruatur, secus si esset inferioris. † Declara; quia non va-
let, & non est seruanda lex Imperialis disponens de Ecclesiis, &
Ecclesiasticis; quia nulla est, ex quo deficit potestas, sed tamen si
Papa dissimulans patitur seruari in beneficium Ecclesiarum, in-
ducitur consuetudo, quæ incipit ligare propter tacitum assensũ,
non quod lex recipiat robur, vel conualidetur, sed quia scientia
Papæ, & obseruantia Ecclesiasticorum inducit consuetudinem.
Clar. dict. §. emphyteusis, quæst. 28. n. 7. circa fin. ver. posset responderi, alle-
gat Specul. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. ver. sexto quæritur, & alios. De-
32 clarat † Abb. dict. consil. 73. num. 9. & sequent. ver. nec obstat, lib. 2. vt
leges Ciuiles conferentes beneficium seruanti certam formam,
ligent omnes, etiam Ecclesiasticos, & Ecclesias volentes conse-
qui beneficium, si formam legis seruauerint, vel non; quia primo
consequuntur beneficium, secundo casu non. Alexand. consil. 123.
33 Circa primum, n. 8. ver. & licet nonnulli, lib. 5. † Si vero lex Ciuilis non
confert beneficium, sed imponit pœnam, tunc si pœna potest ita
iuuare Ecclesiasticos, & Ecclesias, sicut nocere, & non est contra-
ria canonibus, seruatur quoad omnes, exemplificat Abb. in consil.
73. num. 9. & sequent. lib. 2. in casu l. fin. C. de iur. delib. vt hæres non
conficiens inuentarium teneatur in solidum creditoribus, & et-
iam legatariis, tamen num. 11. allegat pro hac parte, & dicit, quod
ipse tenet contrarium in Ecclesia, quia non potest de suo teneri,
neque alienare bona, & isto casu iudicio meo ratio est, quia est
contrarium ius Canonicum, igitur, &c. Vide plenissime Caccia-
lup. in repet. l. 1. C. de summa Trinit. nu. 189. vbi latius distinguit. Vide
ius Canonicum in quibus præualeat iuri Ciuili. Concl. 579. Vide plen. Sta-
tutum, & lex laicorum non comprehendit Ecclesias, neque clericos. Conclus.
34 581. † Limita; quia vbi agitur de pia causa, seruantur canones, &
contra piam causam non valent leges seculares, neque statuta
secularia, nisi sint ab Ecclesia confirmata, & solum seruatur ius
diuinum, & naturale, ideo sublatæ sunt omnes aliæ solemnita-
tes, ita Alexand. consil. 209. Statutis, in princip. lib. 2. vbi num. 2.
reddit rationem; quia vbi agitur de pia causa, agitur de re

spirituali, quia per exercitium piarum causarum dimittuntur
peccata, & repetit consil. 105. Viso num. 9. & sequent. ver. quia respon-
deo, lib. 4. † Limita in spiritualibus, & in iis, in quibus potest ver- 35
sari periculum animæ; quia omnis humana creatura in quocun-
que loco subest legi Papæ, cap. nouit. de iudic. Calder. consil. 18. de
constit. in princip. † Limita in locis, in quibus Papa habet tempora- 36
lem iurisdictionem; quia tunc lex Canonica contraria legi ciui-
li præualet etiam in mere temporalibus. Cald. d. consil. 18. de constit.
in princ. † Declara hanc vltimam limitationem; vt procedat, nisi 37
adsint statuta contraria à ciuitate, vel populo in terris Ecclesiæ
condita, per quæ derogaretur legi Canonicæ in casu rationabi-
li; quia tunc statutum attenderetur. Calder. dict. consil. 18. numer. 2.
versicul. sed licet lex, vsque in fin. Vide, Statutum quando possit facere ci-
uitas contra iuris canonicum, vel ciuile. Conclus. 430. † Limita; quia non 38
valet statutum, neque lex ciuilis restringens libertatem matri-
moniorum, ideo filiifamilias non possunt adstringi, ne possint
contrahere matrimonium sine con[illegible] parẽtum, & licet de iu-
re Canonico consensus parentum exigatur, id est, de honestate,
non de necessitate, & ius Canonicum in hoc præualet. Petrus de
Anchar. consil. 21. Pro solutione dubiorum, num. 4. & sequent. versicul. iis
non obstant. † Declara; quia lex ciuilis posset forsan in hoc seruari, 39
ne filiifamilias contraherent cum infamibus, & in hoc pœna le-
gis valeret. Pet. de Anch. dict. consil. 21. nu. 9. ver. vel si dicamus. † Ex- 40
tende; quia vbi agitur de matrimonio, quæ causa est spiritualis,
præualet ius Canonicum, & Canones vincunt legem ciuilem.
Castren. consil. 367. Super primo, colum. secund. in princip. lib. 1. vbi di-
cit hanc veriorem, quicquid Legistæ subtilizauerint, quæ subti-
litates respuendæ sunt, vbi apostilla allegat Baldum consil. 464.
Quædam scriptura, in fin. lib. 3. vbi loquitur in vsuris, quia canones
præualent legibus. Corn. consil. 27. In præsenti, in princip. & consilio
248. Videtur, in princ. lib. 3 & consil. 35. Super numer. 2. vbi, quod ca-
nones limitant leges etiam in terris Imperii. † Extende in tan- 41
tum Canones in materia vsurarum, & matrimonii, seu alias spi-
rituali præualere legibus secularibus vbique, quod tanto altio-
res sunt canones legibus, vt præualeant in hac materia spirituali,
quanto cæli gubernacula distant à mortalibus, & tantum distant
canones à legibus secularibus, vt præualeant Canones, quantum
distat perpetuum à corruptibili, & sacra prophanis. Bald. d. consil.
464. in fi. lib. 1. † Limita; quia vbi agitur de immunitate Ecclesiarũ, 42
non statur iuri ciuili, sed iuri Canonico, & non potest Imperator
tollere priuilegia quæ semel concessit Ecclesiis generaliter, neq;
illa, quæ de iure canonico sunt concessa per Papam. Alexan. consil.
145. Viso themate, n. 4. ver. quod in hac materia, lib. 7. Oldrad. consil. 154.
in princip. † Limita; quia causa vsurarum, siue tractetur in foro se- 43
culari, siue in foro Ecclesiastico, siue in prima, siue in quacunque
instantia debet terminari secũdum ius Canonicum; quia in hoc
leges subsunt Canonibus. Bald. consil. 140. Præmissis verbis, num. 5. ver.
quarto præmittendum est lib. 1. † Limita; quia in spiritualibus, & in 44
iis, in quibus potest emergere peccatum, semper seruanda est lex
Canonica, non autem Ciuilis, & ideo leges Ciuiles, & statuta
non possunt exerceri; quia quæ spiritu Dei aguntur, non subiacẽt
legi, & sine dubio dictum Apostoli præualet dicto Imperatoris,
c. fin. de secund. nupt. Alexand. dict. consil. 209. Statutis accurate perspe-
ctis, in princip. lib. 2. & repetit consil. 105. Viso, numer. 9. & 10. lib. 4. † Ex- 45
tende; quia leges Ciuiles, licet sint generaliter approbatæ ab Ec-
clesia, tamen debet intelligi de legibus, quæ non præiudicant
piæ causæ, vel iuri Canonico in spiritualibus, quia nisi lex Cano-
nica assurgat in præiudicialibus, non censetur approbare leges
Ciuiles, sed quando sunt fauorabiles Ecclesiæ, & nõ præiudicãt,
censentur approbatæ, alias secus. Alexand. d. consil. 105. Viso, num. 17.
ver. tertio ad dictam auth. lib. 4. † Limita, quia vbi agitur de pecca- 46
to, leges Ciuiles ancillantur iuri Canonico, & se illi submittunt,
vt in auth. quomodo oport. Episc. in princip. & in authen. de Eccles. tit. circa
princip. Alexand. consil. 69. In causa, nu. 14. ver. tamen attento, lib. 3. † Ex- 47
tende in præscriptione; quia quicquid dicant leges Ciuiles, quod
malæ fidei possessor præscribat aliquibus casibus; quia ius Cano-
nicum contrarium disponit, & agitur de materia peccati, ius Ca-
nonicum præualet etiam in terris Imperii in tantum, quod non
valet lex Ciuilis, neque statutum, quod possit præscribi cum ma-
la fide. Alexand. dict. consil. 69. num. 11. & sequent. ver. item posito, lib. 3. vbi
dicit * communem. † Extende quia concubinatus de iure Ca- * 48
nonico prohibetur propter peccatũ, de iure Ciuili permittitur,
certe lex Ciuilis in hoc submittitur iuri Canonico etiam in terris
Imperii. Alexand. dict. consil. 69. num. 14. lib. 3. vbi plus dicit, quod
imo etiam de iure Ciuili dicitur concubinatus prohibitus pro-
pter peccatum, quod lex Canonica prohibet propter peccatum,
etiam lex Ciuilis dicitur prohibere. Alexand. consil. 59. num. 3. lib. 4.

 † Sic

49 † Sic de vsuris, quæ de iure Ciuili permittebantur, hodie quia à iure Canonico propter peccatum prohibentur, etiã de iure Ciuili dicuntur prohibitæ. Vide, *Vsura est omni iure prohibita, & in qui-*
50 *bus cadat. Concl.* 337. † Sic etiam ex iuramento inducto de iure Ciuili non oritur actio, nisi in liberto, tamen quia de iure Canonico propter peccatum euitandum iuramentum debet seruari,
* & ex eo oritur actio secundum magis * communem opinionem, de qua Alex. *dict. cons.* 69. *num.* 15. *ver. ex hac ratione*, ideo etiam de iure Ciuili debet oriri, quia in hoc lex Ciuilis se submittit iu-
* ri Canonico, secundum * communem Clar. *prax. crimin. §. fi. qu.* 37. *num.* 4.

Lex cassans, & corrigens aliam legem operatur idem, etiam si non sit inserta in volumine. Concl. 278.

1 LEx, † vel constitutio noua reuocans, & cassans legem veterẽ in volumine Constitutionum insertam, & facto non deletam, ita euacuat, & annullat legem veterem, ac si facto ipso esset deleta, & cancellata ex volumine; quia verbalis cassatio idem o-
2 peratur. Castr. *cons.* 278. *Ad primum respondetur, in princ. lib.* 2. † Extende, quia hoc videmus in legibus Codicis, vbi sunt multæ leges cassatæ per leges nouas Iustiniani, & tamen non sunt deletæ ex volumine, & non operantur. Castren. *dict. cons.* 278. *in princ. lib.*
3 2. † Extende, vt prædicta procedant, etiam si lex noua cassans legem veterem non sit inserta in volumine aliarum legum, sed sit extrauagans, quia idem operatur, ac si esset inserta, si producatur in iudicio, prout alia iura produci debent. Castren. *dict. cons.* 278.
4 *in princ. lib.* 2. † Contrarium tenet Rom. *cons.* 512. *Quoad primum, nu.* 13. *ver. secundo quia*, & posito, vbi, quod si reperitur lex extrauagãs dissona iuri communi, non solum extra volumen, sed etiam in volumine aliarum legum, iudex nõ iudicabit super ea, nisi prius consulat principem, allegat *c. pastoralis, in fin. de fid. instrum.* Vide, *Cassare quid significet, & qualiter accipiatur. Conclus.* 108. Vide, *Cancellatio duplex, vna verbo, & scriptis, alia facto. Concl.* 21. Vide, *Extrauagantes debent allegari, & produci, & quando secus. Concl.* 679.

Lex correcta non potest allegari, & quando secus. Conclus. 279.

1 ALLEGANS † legem correctam incurrit pœnam falsi. Aret. *in §. in personam, Instit. de actio.* Iaf. ibi *num.* 19. plene Deci. *in ca.*
2 1. *n.* 27. *de constit.* † Extende in statuto. Bartol. *in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iure, in fin. & in l. fi. ff. de falsa.* Dec. *in cap.* 1. *numer.* 38. *de constit.*
3 † Extende in pacto Dec. *d. c.* 1. *num.* 11. *ver. & in simili, de constit.* alle-
4 gat Bart. *cons.* 72. *Ex facto.* † Restringe, quando lex in totum est abrogata, secus si in parte. Dec. *d. c.* 1. *nu.* 11. *versic. secus vero, de constit.* est in nouiter impressis, *num.* 37. Amplia, quia lex abrogata regulariter allegari & ea argui non potest. Vide Socin. *Reg.* 13. *Lex ab-*
5 *rogata*, vbi limitat septem modis. † Limita; quia potest allegari ratio legis. Felin. *d. c.* 1. *de constit. num.* 19. Deci ibi *num.* 39. & ibi apo-
6 stilla. † Contrarium Dec. *d. c.* 1. *n.* 39. *de constit. ver.* 3. *Concl. glossæ.* † Li-
7 mita, quando allegatur in argumentum; quia potest allegari, secus si ad decisionem causarum. Bart. *d. l. fi. ff. de falsa.* Felin. *d. cap.* 1. *n.*
8 19. *de constit.* † Contrarium Dec. *d. c.* 1. *de constit. n.* 38. *ver. secundo con-*
9 *clusio glossæ.* † Declara, quia quando in totum est abrogata, nõ potest in argumentum allegari, secus si non in totum. Felin. *d. cap.* 1. *n.*
10 19. *de constit.* † Limita, quando lex noua concordat cum veteri, quia tunc potest allegari. Dec. *d. c.* 1. *nu.* 40. *in fin. ver. quarta conclusio,*
11 *de constit.* & dat exemplũ Felin. ibi *nu.* 19. *ver. & licet.* † Limita, quia lex ad fauorem piæ causæ inducta, licet corrigatur, potest tamen allegari pro priuilegio piæ causæ. Lap. *alleg.* 101. *num.* 8. *ver. pro hoc video.*

Lex est certa de omnibus, & qualiter procedat. Concl. 280.

1 OCVLVS † legis, sicut oculus Dei videt omnia, & omnia intuetur; *l. si pecunia, §. si seruum. ff. de cond. ob caus.* Bald. *consil.* 140.
2 *Præmissis verbis, n.* 4. *lib.* 1. † Et ideo articulus iuris semper dicitur certus, vnde liquida dicitur causa, quę in articulo iuris consistit.
3 † Contrarium tenet Bald. *cons.* 186. *Ad euidentiam, in fin. ver. & licet quidam dicant, lib.* 2. vbi, quod non procedit; quando articulus iuris pender ex disceptatione facti, vel ex qualitate intentionis partium.

Legibus quando renunciari non possit. Concl. 281.

QVANDO † leges sunt in odium alicuius emanatæ, prout *l. de*
1 *ijs, C. de transact.* & leges Macedoniani Senatus Cõsulti; quia tunc censentur fauore publico inductę, non potest eis renunciari. Roman. *cons.* 403. *Pro decisione, n.* 21. *ver. cæterum.* † Idem, quando
2 lex est prohibitiua; quia nõ possunt priuati illi renunciare. Rom. *d. cons.* 403. *num.* 22. *ver. secundo quia.* † Idem, quando lex est formalis, puta si dicat, *sic fieri debet, non aliter.* Roman. *d. cons.* 403. *n.* 23. *ver.*
3 *3. quia*, & apost. ad Rom. *cons.* 402. *nu.* 2. *in ver. & non aliter*, vbi, quod ex illis verbis datur forma. † Idem in verbis introducentibus so-
4 lemnitatem. Rom. *d. cons.* 402. *In proposita, n.* 2. vbi plenissima apost.
5 *in ver. & non aliter.* † Idem quando introducta est lex in fauorem renunciantis, & alterius, prout *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* Vide
6 plene Clarum *§. donatio, quæst.* 22. *nu.* 4. *& seq. ver. tertio infertur.* † Idem, quando lex habet decretum irritans, & dicitur habere decretum irritans, quando adsunt verba, *& non aliter fiat, & si aliter fiat, actus sit nullus.* apostill. ad Rom. *d. cons.* 402. *in ver. & non aliter, circa si.* quæ dicit, quod sola dictio, *& non aliter fiat*, non importat decretum irritans, licet contrarium teneant multi, quos ipse allegat, plene Iaf. *in l. pen. C. de pact. num.* 17. vbi, quod decretum oritur ex verbis, *& si secus fiat, sit irritum, vel nullum.* † Idem; quando respi-
7 cit fauorem publicum, *l. ius publicum, ff. de pact.* † *L. penult. C. de præd.*
8 *minorum*, limitatur duobus modis per Soc. *reg.* 11. *lex penult.* Vide plenius, *Minor sine decreto nõ potest alienare, & quando secus. Concl.* 249.
9 † *L. si quis in tantum, C. vnde vi*, non habet locum in causis, & rebus Ecclesiasticis secundum communem, de qua Socin. *reg.* 14. *Pœna legis, si quis in tantum*, vbi limitat duobus modis.

L. meminerint, C. vnde vi, imponens pœnam capienti possessionem non citato possessore, quando habeat locum, vel non. Concl. 282.

POENA † *l. meminerint, C. vnde vi.* quæ iubet volentem capere
1 possessionem vigore sententiæ debere inquirere, quis possideat, & illum citari facere, & si hoc omiserit, incurrat pœnam ibi expressam, habet locum ex negligentia, ideo possessor nõ priuatur sua possessione. Anchar. *cons.* 292. *Videtur prima facie, numer.*
2 2. *& 3. versic. quarto hoc expresse, & cons.* 225. *in fin. & consil.* 127. *Ad dubia, in fin.* Roman. *cons.* 330. *Circa primum, num.* 22. *& sequ.* vbi apostill. *in ver. nullam*, dat concord. Vide, *Spoliatus à iudice restitui de-*
2 *bet, & quando secus. Conclus.* 386. † Et factum iniustum iudicis non excusat partem obtinentem iniquum sequestrum, quin agi possit spolio contra obtinentem. Ancharan. *cons.* 248. *num.* 7. Vide,
3 *Iudicis præceptum seu iussus excusat in multis. Concl.* 476. † Et substitutus capiens possessionem bonorum fidei commisso subiectorum etiam auctoritate iudicis non citato hærede perdit ius suum, per *d.*
4 *l. meminerint. C. vnde vi.* Ancharan. *cons.* 225. *in fin.* † Et capiens possessionem etiam rei propriæ, quam alius possidet, propria auctoritate cadit à iure suo, *l. si quis in tantum. C. vnde vi.* † Et postulatus
5 capiens possessionem ante admissam postulationem legitime factam priuatur iure suo, nec excusatur, quod fuerit admissa nulliter. Roman. *cons.* 330. *Circa primum, nu.* 22. *& sequent. per totum.* † Et
6 tutor non excusatur, si capiat administrationem non seruatis seruandis, etiam si habeat decretum iudicis nullum pro se, cum sit in malitia, secus si iusto, & probabili errore ductus capiat. Rom.
dict. consil. 330. *num.* 23. *vsque in fin.* vbi, quod iurisperitus non excusatur errore iuris, vel quod nesciret. † Limita in proprietario,
7 quia mortuo vsufructuario potest capere possessionem propria authoritate, non obstante statuto, quod possessio defuncti cõtinuet in hæredem sine apprehensione; quia non habet locum in possessione; quæ extinguitur omnino, prout vsufructuarii. Io. de
Imol. *consil.* 16. *Viso casu, per tot.* † Limita; quia electus ad Archidia-
8 conatum, vel aliam dignitatem curatã in 20. anno, quia Episcopus nulliter dispensauit, si obtinet electionem confirmari à Papa, narrato defectu ætatis, & dispensatione Episcopi, & capiat possessionem, non incurrit pœnam *d. l. meminerint*, quę non habet locum, nisi contra eum, qui capit possessionem sine consensu eius, ad quem spectat. Ioan. de Imol. *cons.* 132. *In causa Taurinensis, in*
fin. num. 7. *ver. nec obstat.* † Limita multis modis, de quibus *in ver.*
9 *Executio sententiæ qualis esse debeat. Conclus.* 483. Vide, *Possessor debet semper citari, alias possessio est nulla. Conclus.* 442. Vide, *Inuasor quis dicatur. Conclus.* 343. Vide Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de acqu. vel amit. possessione. Concl.* 1.

Inuadens.

L. si quis

L. si quis maior, C. de transact. puniens non obseruantem, vt cadat à contractu, est rigorosa, & quando seruetur, vel non. Concl. 283.

1 L *si quis maior*, † est nimis rigorosa, & dura, & vix obtinetur obseruantia illius in practica. Corn. *cons.* 246. *colum.* 1. *in fi. lib.* 3. vbi, quod propterea vidit iudices qui noluerunt eam seruare, nisi concurrant omnia requisita, sequitur Roland. à Vall. *cons.* 57. 2 *n.* 46. *& seq. lib.* 1. † Contrarium, quod imo, quantumcunque lex sit rigorosa, & pœnalis, obseruari debeat; quia non potest iudex esse clementior, quam sit ipsa lex. Dec. *cons.* 452. *Visa instructione, in fine*, vbi in casu etiam aliqualiter excusabili consuluit pro pœna 3 incursa. † Declara; quia in aliquibus locis, prout in Francia; non 4 seruatur, vt per apost. ad Dec. *cons.* 452. *in ver. contractu.* † Et qui consuluerunt pro incursu secundum illam legem. Dec. *cons.* 452. *per totum.* Roland. à Valle *consil.* 31. *lib.* 2. *per totum.* Corn. *consil.* 40. *lib.* 4.

L. si quis maior, C. de transact. in quibus casibus habeat locum, vel non, & quæ sint necessaria, vt habeat locum. Concluſ. 284.

1 L *si quis maior, C. de transact.* habet locum † generaliter in pacto, * & in omni contractu secundum * communem, de qua Alex. *cons.* 85. *Non puto lib.* 1. *circa fin.* vbi apostilla *in ver. omnes*, dat con- * cord. & communem * dicit Deci. *cons.* 452. *num.* 8. Iason *dict. l. si quis* * *maior, C. de transactio.* vbi Bolognet. in princip. dicit * communē, & Roland. à Valle *cons.* 57. *n.* 15. *lib.* 1. plures allegat apostilla ad Dec. * *d. cons.* 452. *in ver. contractu.* Angel. Aret. *cons.* 87. *In casu, & themate,* * *num.* 4. *ver. ex iis.* Alexand. *cons.* 76. *Visis, nu.* 14. *lib.* 5. vbi dicit * com- 2 munem. † In locatione loquitur Alexand. *consil.* 85. *lib.* 1. *& consil.* 3 76. *num.* 18. *lib.* 5. † In venditione loquitur Dec. *d. cons.* 452. *nu.* 7. vbi * 4 dicit * communem. † In compromisso, & ratificatione, seu homologatione arbitramenti, Signorol. *cons.* 251. *num.* 3. Curt. *dict. l. si quis maior, num.* 3. quod ibi limitat Bartol. quando compromissum esset coactum ex forma statuti, quod declara, vt per Cur. 5 ibi *num.* 24. † In pacto nudo iurato, & omni conuentione. Rolan. * 6 à Vall. *cons.* 57. *num.* 15. vbi de * communi, & plures allegat. † In contractu emphyteutico iurato, quia si non soluit primo anno, * cadit secundum * communem; Parpal. *dict. l. si quis maior, num.* 11. 7 † In omni promissione iurata, Alexand. *cons.* 32. *Opportune, in fi. lib.* 8 2. † Contrarium, quod sit casus specialis, tenet eadem apostilla ad Alexand. *dict. cons.* 85. *lib.* 1. *in ver. omnes*, quæ allegat alios, maxime Corn. *cons.* 96. *lib.* 1. *& cons.* 246. *lib.* 2. & Modern. quos vide, & si- milis apostilla ad Dec. *d. cons.* 452. *in ver. contractus.* Cur. Iun. *in l. lecta. nu.* 26. *ff. si cert. pet. at.* Alciat. *d. l. si quis maior*, apostilla ad Alexand. *d.* 9 *cons.* 76. *num.* 14. *in ver. etiam, lib.* 5. allegat Corn. *cons.* 85. *lib.* 1. † Am- plia; quia priuatio, & aliæ pœnæ imponuntur ipso iure, licet de- * claratio requiratur. Rimin. *cons.* 122. *n.* 53. *& seq. lib.* 2. vbi dicit * cō- * munem, & *num.* 61. dicit magis * communem, licet alleget Cagn. dicentem in contrarium esse communem, de quo miratur, & q ipso iure incurritur. Vide, *Mora quando purgari non possit. Concl.* 379. 10 † Et ideo non potest purgari mora, vt est communis * opinio, de qua Dec. *dict. cons.* 452. *num.* 14. *& seq.* qui dicit procedere etiam de iure Canonico, vel saltem de iure Canonico; & in terris Ecclesię, 11 quando celeri satis factione. † Extende; quia mora nō purgatur, etiam si post priuationem recipiat debitum. Dec. *d. cons.* 452. *n.* 23. 12 *& seq.* vbi addidi Socin. *cons.* 195. *Circa primum. in fin. lib.* 2. † Con- trarium de iure Canonico; quia semper admittitur purgatio mo- ræ, vt infra proxime. Vide, *Mora an possit purgari, vel non. Concl.* 377. 13 † Declara octo modis, vt per Rimin. Iun. *cons.* 124. *num.* 42. *& seq.* vbi, quod neque in terris Ecclesię, neque de iure Canonico pur- gatur mora inducta de iure Ciuili circa contractus, & maxime, quando adesset damnum, vel esset causata ex facto, non ex omis- so. Vide, *Emphyteuta euitat caducitatem soluendo, & quando moram pur-* 14 *gare possit. Concl.* 193. † Amplia; quia priuatio inducitur, etiam si in aliquo minimo, non in toto sit inobseruantia, Grat. *cons.* 66. *n.* 22. *in fi. cum seq. lib.* 1. Rimin. Iun. *cons.* 124. *num.* 30. *& seq.* plures allegat Gabr. *lib.* 3. *de transact. concl.* 1. *n.* 4. *in* 3. *ampliat.* vide omnino Alex. *cōs.* 105. *Magnifice prætor, nu.* 19. *lib.* 3. vbi declarat Bald. contrarium asse- rentem, vt dictum Bald. procedat, quando ex errore calculi de- ficeret nūmus, sequitur Crau. *cons.* 182. *n.* 16. Natt. *cons.* 481. *n.* 22. qui plures allegat, Grat. *cons.* 3. *nu.* 17. *& cons.* 52. *num.* 1. *& cons.* 67. *in fin.* & Parpal. *in repet. d. l. si quis maior, in* 10. *quæst.* vbi Cagnol. *n.* 133. Bo- 15 lognet. *n.* 13. † Contra ampliationem vide Castr. *d. cons.* 378. *col.* 1. *prope fi. ver. præterea iste seruauit, lib.* 1. vt si seruauit in principali, non cadat in pœnam, licet non seruauerit in accessoriis, & accessoria dicuntur, quæ iunguntur per dictionem, *cum.* † Declara; quia so- 16 la negligentia soluendi in termino operatur contrauentionem secundum communem, * nisi aduersarius esset pariter in mora. * Cur. *d. l. si quis maior. numer.* 31. *C. de transact.* † Declara, nisi habeat 17 iustam causam credendi; quia modica, vel non iusta causa excu- sat à dolo. Castr. *d. cons.* 378. *col.* 1. *circa fin. lib.* 1. † Amplia; quia non 18 soluens in termino iurato vltra pœnas *d. l. si quis maior, C. de transact.* quas incurrit, contractus debet sibi seruari, & ille non debet ei, qui non obseruauerit primo. Roland. à Valle *cons.* 31. *per tot. lib.* 2. & quod possit pœna peti contra eum, qui non seruauit; etiam si pe- tens non seruat. Alex. *cons.* 32. *col. fi. lib.* 2. *& in l. cum proponas, la secon-* *da, n.* 6. *C. de pact.* Fel. *in cap. peruenit, il secondo, n.* 4. *de iureiuran.* Cagnol. *in d. l. si quis maior, num.* 197. † Contrarium, quod petens pœnam 19 teneatur seruare contractum. Dec. *cons.* 380. *& in d. l. cum proponas, in fi. C. de pact.* † Extende ampliationem etiam stante clausula, *rato* 20 *manente pacto*, quia non operatur ad fauorem contrauenientis. Im. *in c. potuit, n.* 28. *ff. locati.* Alex. *cons.* 32. *n.* 9. *lib.* 2. Felin. *d. c. peruenit. il secondo, col. fi. vers. quintus casus, de iureiur.* Vide, Clausula, *rato ma-* *nente contractu*, quid operetur. *Concl.* 300. † Euictionem promis- 21 sam euitat venditor, si ipsi non est solutum in termino. Rolan. *d. cons.* 31. *in princ. nu.* 4. *lib.* 2. † Dilationes perdit debitor, si in plurib. 22 terminis est conuentū, quod soluat; quia si in prima deficiat, po- test ad totum soluendum sine dilatione compelli. Roland. *d. cons.* 31. *nu.* 7. *lib.* 2. plene apost. ad *Singul. Matthesil.* 50. *in fin.* vbi plurimos allegat. Vide, *Fides non seruatur ei, qui eandem fidem frangit. Concl.* 337. † Princeps secularis non potest concedendo dilationem tollere 23 effectum iuramenti. Roland. *d. cons.* 31. vbi alios effectus adducit, *lib.* 2. † Electionem perdit debitor, qui non soluit in termino, & 24 acquiritur creditori. Bello. *cons.* 45. *nu.* 3. † Amplia; quia habet lo- 25 cum pœna huius legis in hærede contrauenientis, quādo defun- ctus viuens contrauenit. Grat. *cons.* 66. *n.* 27. *lib.* 1. vbi, quod omnes Doct. * ita communiter tenent. & ita Parpal. *in d. l. si quis maior, in* * *5. quæst. nu.* 93. *& seq.* vbi Cagnol. *n.* 138. *& seq.* Bologn. *num.* 24. *C. de transact.* vbi excepta infamia potest agi ad alias pœnas contra hę- redem ex contrauentione defuncti. † Extende; quia licet iura- 26 mentum quoad effectum periurii non transeat in hæredem; ta- men secus est ad effectum pœnarum huius legis; quia hęres con- trauenies, licet non iurauerit, incidit in pœnas quando iuratū est prose, & hæredibus, in terminis Parpal. *in d. l. si quis maior, q.* 5. *in* 2. *casu, C. de transact. nu.* 96. quia licet pœna delicti non transeat ad hæredem lite non contestata de iure Ciuili; tamen est secus de iure Canonico; quia tenetur hæres exonerare animam defuncti pro viribus hæreditarijs. Fed. de Sen. *cons.* 21. *in fin. num.* 6. & ita in terminis Angel. *cons.* 326. *Ex themate, col.* 2. *ver. quinimo.* Castr. *cons.* 13. *Visis, & consideratis, n.* 3. *lib.* 2. Socin. *cons.* 38. *In causa Dd. Marchionum, n.* 2. *lib.* 3. Grat. *d. cons.* 66. *n.* 27. *lib.* 1. Parpal. *in d. l. si quis maior, in* 5. *q. n.* 94. *& seq. C. de transact.* Paris. in 1. apost. ibi ad Bar. *in prin.* Corn. *cons.* 112. *Eleganter. & diffuse, num.* 2. *lib.* 4. latissime Decian. qui plures allegat *cons.* 6. *nu.* 81. *lib.* 1. vbi quoad animam non ligat, sed quoad validi- tatem. † Contrarium, quod imo non transeat, quia obligatio 27 personalis est, quæ ex iuramento quoad periurium oritur; com- munem * dicit Cagnol. *d. l. si quis maior, n.* 143. *& seq. in repet.* & Bo- * lognet. ibi *n.* 11. dicit * communem, & latius *nu.* 15. vbi respondet ad contraria, & tuetur communem. † Declara plures casus, de 28 quibus plene Bologn. *in d. l. si quis maior, n.* 21. *& seq. C. de transact.* & prius Parpal. ibi *n.* 94. Cagn. *n.* 139. † Et credo veriorem esse opi- 29 nionem; quod non liget animam hæredis, sed bene est reale, vt teneatur obseruare hæres iuramentum defuncti. Decia. *d. cons.* 6. *nu.* 80. *lib.* 1. vbi infinitos allegat, & *cons.* 31. *num.* 76. *eod. lib.* 1. † Am- 30 plia; quia hæc pœna cōtrauentionis incursa per defunctum trā- sit ad hæredem, & contra hęredem potest intentari, excepta pœ- na infamiæ. Parpal. *in repet. d. l. si quis maior, in* 5. *q. n.* 95. *ver. secundus ca-* *sus.* vbi dicit * communem, *C. de transact.* & ibi Cagnol. *n.* 140. Bo- * lognet. ibi *n.* 24. & magis communem * dicit Gabr. *tit. de transact* * *Concl.* 1. *n.* 42. *in* 20. *ampliatione.* † Amplia; quia habet locum con- 31 tra primum contrauenientem; licet agens ad pœnam contraue- nerit, & ipse postea. Roland. à Vall. *cons.* 57. *n.* 24. *lib.* 1. † Contrariū 32 Dec. *cons.* 380. *per tot.* vbi, quod non agit ad pœnam is, qui contra- uenit, etiam si primo sibi fuerit contrauentum per iura, & ratio- nes, quas videas. Vide, *Pœna dupli promissa ex stipulatu, quando, & in* 33 *quibus committatur. Concl.* 244. † Item in muliere maiore, rustico, & similibus. Curt. *d. l. si quis maior, in repet. n.* 10. † Amplia; quia pœna 34 *d. l. si quis maior*, habet locum etiam cōtra eum, qui dicit habuisse animum soluendi, & non contraueniendi, sed ne maius damnū incurreret, fecisse; quia ipsi nō creditur, etiam si protestatus fuit; quia non debet esse iudex in causa sua, sed debuit adire superio- rem, &

rem,& iuramentum debet seruari omnino. Ægid. Bella. *cons.9. num.17.& sequent.ver.circa secundam,* vbi dicit procedere, etiam si
35 iuramentum esset per metum. † Ampliã, quia non euitatur pœna, licet is, cui fuit contrauentum , recipiat pretium; quia non censetur renunciare iuri quæsito. Dec. *consil.452.num.21.& sequen.* vbi addidi, Corn. *consil.40.num.9.& 10.lib.4.* vbi, quod contraria procedunt, quando debitum non esset id, quod exactum fuit, sed in casu *d.l.si quis maior*, cadit contrauenies, & tenetur obseruare.
36 † Contrarium tenet Parpal. *in dict.l.si quis maior, num.108. Cod. de transact.* vbi limitat quatuor modis ex mente Alexand. ad quem se refert *in consil.105.num.14.lib.3.* & plurimos cumulat Bologn.
37 *dict.l.num.23.* † Declarat Bologn. *dict.l.si quis maior*, quando non est in totum solutum, vel facta est protestato, alias secus, *n.23. C.de*
38 *transact.* † Declara multis modis, vt per Alexand. *d. cons.105. Magnifice prætor, num.12.ver. non obstat, lib.3.* Primo, vt non præiudicet sibi, quando is, qui recipit, non erat amplius procurator, vel ad
39 hoc non habebat mandatum. † Secundo , vt non præiudicet receptio ei, qui ignorauit contrauentionem, secus forte, si sciuit.
40 Alexand. *dict. consil.105.num.14.lib.3.* † Tertio, quando sumus in Ecclesia, vel persona, cui minister non potest in iure quæsito præiudicare. Alexand. *dict. consil.105.num.15.lib.3.* Clar. *in §. emphyteu-*
41 *sis, quæst.10.* vbi dicit * communem. † Declara quarto; quia si recipitur pensio pro tempore præterito ante caducitatem, non cessetur remissa caducitas, sed si pro tempore futuro, secus est. Ale-
42 xand. *consil.196.numer.2.lib.7.* † Declarat Bero. *consil.125. in princ. lib.1.* vt solutio facta pro tempore maturato non præiudicet pro
43 maturando, & futuro, & loquitur stante protestatione. † Extẽde; quia non censetur remissa caducitas , licet posset induci cõpensatio ex alio debito locatoris; quia licet compensatio fiat ipso iure ad pœnam euitandam, secus si iam est incursa. Alexand. *dict.*
44 *consil.196. in fin.lib.7.* † Restringe; quia bene censetur remissa caducitas, si pars sciat, & petat sibi impleri. Crauet. *consil.151.num.8. & sequ.* vbi respondet ad contraria, q̃ licet periurium non possit aperte remitti, bene potest remitti pœna; licet alleget pro vtraque parte, sed pro hac parte Rom. *consil.27. Viso themate, in 4.dubio,* vbi loquitur in lapsu pacti redimendi; quia si fiat oblatio, quod
45 redimat, non obstante lapsu. † Restringe; quia si locator incidit in pœnam *d.l.si quis maior, Cod. de transact.* censetur remissa, ex quo conductor perseuerauit. Ruin. *consil.58. in fin.lib.1.* vbi ponit multa similia de eo, qui recipit minores vsuras, vt censeatur remisisse minores, & de mora remissa per receptionem, & interpella-
46 tionem, quod soluat lapso termino. † Restringe; quia priuatio, quæ inducitur à *d.l.si quis maior C. de transact.* quoad dominiũ non operatur, quod reuertatur sine traditione, sed debet obtinens agere ad restitutionem dominii ex illa lege. Alexand. *consil.*
92. *Perspectis iis, numer.2.& 3.lib.1.* sequitur Dec. *cons.452.numer.9.*
47 † Contrarium, quod ipso iure reuertatur dominium. Alexand.
48 *cons.76. in fin.lib.5.* Socin. *cons.fin.numer.3.lib.3. vsque in fin.* † Amplia; quia *d.l.si quis maior*, habet locum; etiam si non seruentur ea, quæ sunt de natura contractus, & non sunt scripta, quia ad ea porrigitur iuramentum. Natt. *consil.480.num.22.* Alexand. plene
49 *consil.126.lib.6.* † Amplia; quia eo ipso, quod promissa non implet, est in dolo. Rimin. Iun. *d. cons.122.num.34.& seq.* plene Rol.
50 *cons.57.nu.9.& seq.lib.1.* † Amplia; quia is , qui contra transactionem iuratam supplicando obtinuit absolutionem à iuramento confirmatorio transactionis non citata parte, incidit in pœnas *l. si quis maior, C. de transact.* Anchar. *cons.382. Retento ordine, num.8.&*
51 *seq.ver.& ex hoc etiam.* † Vide omnino Curt. *in repet.d.l.si quis maior, nu.27.& sequent.* vbi, quod sola supplicatione, item sola oblatione libelli, citata parte dicitur contrauentum. *C. de transact.* & ibi
52 latius Parpal. *num.23.& sequent.* † Declara, quando contrauenit, vel ratam habuit contrauentionem sui procuratoris; secus, si solus procurator contrauenit non habens speciale mãdatum; quia non potest facere incidere dominum in pœnam. Anchar. *dict. cõs.*
53 382. *num.9.* † Limita; quia non habet locum pœna *d.l.si quis maior. C. de transact.* contra minores, qui non sunt doli capaces. Alexan.
54 *d. cons.92. Perspectis iis, colum.fin.num.13.lib.1.* † Item non habet locum, quando iuramentum non est validum. Ang. Aretin. *cons.*
55 87. *num.50. versicul. nec incidit.* † Imo neque contra minores 25. annis ; quia licet per iuramentum dicantur repræsentari maiores; tamen non habet locum lex in minore; quia vere non est maior. Zabarell. *cons.148.num.2.* quia repræsentatio maioris propter iu-
56 ramentum est fictio. † Declara; quia sunt opiniones ; an pœnæ speciales inductæ à *d.l.si quis maior*, habeant locum in minore iurante transactionem, vel contractum, & Bartol. & multi sequaces tenent, quod nõ. Petr. & Iaco. Butr. tenent contrarium; quia iuramentum repræsentat maiorem; tamen omnes concordant, quod contractus iuratus, & transactionis debet ab adulto seruari cum omnibus promissis, ita Alex. *cons.222. Visa facti, in pr.lib.2.* vbi, quod pœna conuentionalis habet locum. † Item cõtra ignorantes ius, prout sunt milites. Alex. *dict. consil.92. num.14. ver. & hic* 57
accedit, lib.1. † Item non habet locum, si terminus fuit prorogatus, vel facta noua pactio, seu conuentio. Castr. *cons.378. Quantum* 58
ad illa, in princip. lib.1. † Item non habet locum contra eum, qui à 59
superiore impetrauit dilationem. Ægid. *cons.9. num.17. ver. sed pone,* licet non firmet, tamen si ante moram incursam impetrauit, non incurrit moram. Vide, *Prorogatio instantiæ, & fatalium à quibus fieri possit, vel non. Concl.924.* † Item non habet locum, si agens 60
non docet se impleuisse ex parte sua. Rolan. à Val. *consil.57.nu.17. & sequent. lib.1.* † Et ideo si venditor promisit de rato pro fratribus, vel aliis, non seruata promissione, non potest agere ad pœ- 61
nam. Roland. *d. cons.57. num.18. lib.1.* vbi loquitur etiam in ratificatione promissa, cum primum minor fuerit proximus pubertati; quia absque interpellatione stante iuramento, si nõ impleuit, non agit ad pœnam. † Extende, quia non habet locum in eo, qui 62
per metum transegit; quia *d.l.si quis maior*, requirit liberam voluntatem transigentium. Ægid. *d. cons.9. num.8. & sequent. ver. circa primam*, vbi, quando dicatur iustus metus, vel non. Castr. *d. cons.378.*
in fi. lib.1. vbi extendit, etiam si sit metus iudicis, vel statuti; quia sufficit, quod non sponte. Vide, *Metus quotuplex, & quando excuset,* 63
vel non. Concl.214. † Extende, etiam si purgetur metus; quia quoad pœnam lex requirit à principio liberam voluntatem. Ægid. *dict. cons.9. in fin. ver. circa tertium*, Castr. *dict. cons.378. in fi. lib.1.* Socin. *cons.*
151. *lib.1.* incip. *Consideratis, ver. videamus ergo, num.* 8. vbi quis coactus facere dicitur, si compellitur per iudicem. † Extende; quia 64
vbi cessat dolus, nunquam habet locum periurium, & sic pœna, *d.l.si quis maior*, & quia lata culpa dolo non æquiparatur. Alex. *d. cons.92.n.13.lib.1.* & *in l.fi.ff. qui satisd. cogan.* vbi Curt. in apost. & est communis * opinio, quod requiritur dolus. Rimin. Iun. *consil.* * 65
122.num.16.lib.2. † Item non habet locum si habuit aliquam iustam causam credendi non contrauenire, plene Castren. *d. consil.*
387. *lib.1. per tot.* maxime *in ver. prætereà posito.* † Extende; quia difficultas, licet non excusèt à pœna, excusat tamen à periurio, & cõ- 66
sequenter à pœna *d.l.si quis maior*. Alexand. *cons.92. colum.fi.num.13. ver. pro hoc bene facit, lib.1.* vbi dicit * communem, & ibi apostilla in * 67
ver. periurio, dat conc. † Extende; quia is, qui non est in mora, nõ potest incidere in pœnam d. legis; ideo quando promissio nõ est liquida, vt quia promisit soluere Florentię in domo eligenda per creditorẽ, si non probatur, quod ibi fuerit, & quod elegerit domum; debitor non potest incidere in pœnam, plene Rol. à Vall.
d. cons.57.n.36.& seq.lib.1. † Extende; quia error iuris, licet non excuset, tamen quando articulus esset difficilis, excusaret à dolo, & 68
pœna *d.l.si quis maior*, Alex. *d. cons.92. num.13. ver. & dicit ibi glos. lib.1.*
† Extende; quia non habet locum; quia licet actor non audiatur, 69
quando est periurus, bene auditur reus se defendendo. Alex. *cons.*
37. *Viso, nu.8. ver. nec obstat, lib.2.* † Et non habet locum pœnitentia, 70
quando semel est capta contrauentio. Parpal. *d.l.si quis maior. num.*
27. † Limita; quia non habet locum de iure Canonico lex ista, su- 71
pra *nu.12.* † Contrarium Dec. *cons.452. num.12.& seq. ver. non obstat.* 72
† Limita; quia in solo actore habet locũ; quia disponit, quod ca- 73
dat ab actione. Alexand. *cons.49. in fin. lib.4.* † Contrarium, quod 74
tam in actore, quam in reo habeat locum, est cõmunis * opinio, * 75
de qua Rol. à Vall. *cons,57. num.14. lib.1.* † Declara; quia plura sunt necessario probanda, & alleganda per eum, qui agit ex tali remedio. Primo, quod is, qui contrauenit, sit maior. Rol. à Vall. *d. cons.*
57. *in princ. lib.1.* † Secundo, quod contractus sit sponte celebratus. 76
Tertio, quod sit iuratus. Quarto, quod sit contrauentum. Roland. *d. cons.57. in princip.* qui alios allegat. † Vltimo, quod sit in 77
dolo, qui contrauenit, & dicitur in dolo, vbi non seruat promissa. Roland. *dict. cons.57. num.6.& seq.lib.1.* † Modus concludendi in 78
remedio *d.l.si quis maior*, est, quod ventum fuerit contra contractum iuratum; ideo si hoc non narratur, non dicitur intentatum illud remedium. Alexand. *cons.92. num.6. ver. non obstat etiam, lib.1.* Vide Conclusionem proxim. præced. & Concl. prox. sequ. Vide Ant. Gabr. *lib.3. titul. de transact. Concl.s.1. Veniens contra transactionem.*

L. si quis maior, & illius pœna qualiter commissa, vel remissa dicatur, vel non. Concl. 285.

POENA † *l.si quis maior, C. de transact.* si committatur, potest exigi, & iuramentum habet effectum clausulæ, *rato manente pacto,* 1
Bald. *in dict.l.si quis maior*, quem sequitur Ægid. Bella. *consil.9. in princip.* † Declara ; quia clausula , *rato manente pacto*, intelligitur

ligitur circa compatibilia, secus circa incompatibilia, quia tunc per electionem vnius contrarii receditur ab alio. Ægid. *consil.* 9. n. 3 5. & 6. † Et non admittitur purgatio moræ, quãdo pœna *d. l. si quis maior.* est commissa, quia regula est; quia vbi dies præfigitur à ca-none, vellege, non purgatur mora. Ægi. *d. consil.* 9. *in princ.* vbi plu-res allegat; & idem dicit, quando alteri est ius quæsitum, vt patet in Episcopo negligente conferre; quia statim ius conferendi de-* uoluitur ad alium. Alex. *consil.* 76. *num.* 13. *lib.* 5. vbi dicit * commu-4 nem. Vide, *Mora quando purgari non possit. Concl.* 379. † Declara; quia intelligitur inuita parte, secus parte consentiente. Ægid. *d. consil.* 5 9. *nu.* 7. *ver. & per prædicta.* † Amplia; quia vbicunque pœna appo-nitur per legem, vel statutum cum certa die, siue dies apponatur à lege, siue ab homine, semper pœna committitur sine interpel-6 latione. Ægid. *d. consil.* 9. *ver. nec obstat.* † Contrarium tenent Simon Columbi, & Petrus de S. Cruce Aduocati Consistoriales, quo-rum allegationes inserit Ægid. *d. consil.* 9. *num.* 17. *& seq. ver. redeundo,* qui dicunt, quod ista pœna cum sit super negatiuo facto, & non habeat diem certam à lege, sed solum ab homine, quod requiri-tur monitio iudicis; secus, quando lex ponit pœnam super facto affirmatiuo; quia non requiritur dies, neque monitio; & dicit, q̃ id, quod dicitur, quod pœna, & dies certa ab homine posita facit aduenientе die committere pœnam, potest procedere, quando ab homine vtrunque procedit, non quando pœna à lege, dies ab homine; quia mitius agit lex, quam homo, & multos allegat ita 7 tenentes. † Declara; quia regula communis est, quod siue pœna, & dies sint à lege, siue à partibus ex conuentione, etiam pœna sit legalis, & dies certa à conuentione partium, semper commit-titur sine monitione, & interpellatione, siue sit super facto affir-matiuo, siue super facto negatiuo; & ideo pœna *d. l. si quis maior,* committitur absq; monitione, vel senten-ia iudicis; quia lex ipsa inducit exequutionem; secus si dies esset incerta, & verba legis essent de futuro; quia tunc, & in dubio requiritur sententia iu-dicis, ita declarat Ægid. *d. consil.* 9. *n.* 25. *& seq. per tot.* vbi late respon-8 det ad contraria omnia. † Restringe; quia benè *d. l. si quis maior.* quoad deputationem commodi contractus parti obseruanti fa-ciendæ, quod requiritur sententia iudicis. Ægid. *d. consil.* 9. *nu.* 30. 9 *ver. item non obstant.* † Amplia; quia pœna *d. l. si quis maior,* priuat non obseruantem omni actione, & commodo contractus, vt tenea-10 tur restituere. Alex. *consil.* 76. *nu.* 18. *ver. postremo, lib.* 5. † Limita; quia pœna *d. l. si quis maior,* licet purgari non possit, illud debet intelligi inuita parte, secus si pars consensit. Ægid. *d. consil.* 9. *nu.* 7. *ver. & per* 11 *prædicta.* † Et ideo si is, cui commissa est mora, vel pœna *d. l. si quis maior,* dat dilationem motoso, censetur remittere moram, sicut emphyteuta recipiens canonem, censetur remittere caducitatẽ, quando sciuit moram incursam; secus si ignorauit. Ægid. *d. consil.* 12 9. *n.* 4. *& sequen. vers. circa secundum.* † Extende multo magis, si reci-piat pretium debitum exemplo emphyteutæ. Ægid. *d. consil.* 9. *n.* 5. vbi, quod quando duo iura contraria competunt, per electionẽ 13 vnius receditur ab alio, † Extende; quia si post moram commissa est pœna, & partes nouam faciunt concordiam, licet non fiat mentio pœnæ commissæ; censetur tamen remissa, ita Ægi. *d. consil.* 9. *nu.* 17. *ver. sic. circa tertiam,* quod est Simonis Columbi Aduocati Consistorialis, & idem repetit *num.* 22. *ver. Petrus autem,* quod est consil. Petri de S. Cruce pariter Aduocati Consistorialis, & con-firmat Ægid. ibi *num.* 31. *& seq. ver. circa dubia.* Vide plenius Concl. prox. præced.

L. eos. C. de modo mulctar. qualiter procedat. Conclusio 286.

1 L. *Eos. C. de modo mulctar.* non habet locum in delictis, neque in præceptis, in quibus certa pœna grauior exprimitur, sed so-lũ, quando in præcepto certa pœna non est expressa, vel agitur de contemptu non graui, nec ex delicto maiori, ita Oldr. *consil.* 15. *Circa processum.* vbi, quod ita seruatur ex generali consuetudine.

L. fi. C. de edicto Diui Adriani tollen. quod hæres mittatur in possessionem ex illo edicto, quando requirat co-gnitionem, & qualiter procedatur. Concl. 287.

1 L. *Fin. C. de edicto Diui Adriani tollen.* † inducens remediũ posses-sorium adipiscendæ est remedium simile interdicto recu-perandæ possessionis; ideo regulatur eo modo, vt non admittat exceptiones requirentes altiorem indaginem, neq; appellatio-nem; si tamen est cognitum de meritis, præiudicat, & cognitio impedit, vt omittatur petitorium. Bald. *consil.* 141. *Præmissis verbis, in princ. & per tot. lib.* 1. & videtur velle Bald. *consil.* 444. *circa fin. vers. item dico, lib.* 1. & quod istud remedium sapiat naturam interdicti recuperandæ. Bald. *consil.* 124. *Super articulo, in fin. lib.* 3. vbi, q̃ hæres scriptus debet reintegrari ad possessionem defuncti. Vide, *Appel-latio an detur ab immissione ex testamento. Concl.* 409. † Iudex debet ꝑ- 2 cedere oculata fide, vt scriptura non sit vitiata; ideo si apparet vi-tium, non admittuntur testes pro validitate; quia hoc requirit altiorem indaginem. Bald. *d. consil.* 444. *Ad euidentiam, post med. ver. sed antequam, lib.* 1. *& consil.* 11. *Punctus, super quo, per tot. lib.* 4. vbi, si ori-ginale est cancellatum, nõ competit hoc remedium, etiam si in-strumentum exemplatum non habeat cancellaturas. † Declara, 3 q̃ dicitur instrumentum exemplatum integrum non probare in-hoc iudicio, si originale instrumenti est cãcellatum, procedere, q̃n extat vnicum originale; si vero extant duo originalia, quorũ vnum est cancellatum, alterum non, statur non cancellato. Bald. *d. consil.* 11. *lib.* 4. & infinitos citat Menoch. *de adipiscen. remed.* 4. *num.* 699. *& seq.* vbi late, † Declara, vt per Ias. *in d. l. fin. C. de edicto Diui A-* 4 *driani tollen. num.* 7. vt procedat, quando ꝓponitur de originali cancellato, alias non impeditur immissio, sequitur Achil. Perso-nal. *de adipiscen. num.* 150. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *num.* 393. & clarius *num.* 702. † Et quod si testamentum originale est cancel-5 latum, non sit facienda immissio. Bald. *consil.* 143. *Quanquam, in principi.* quod duplicatur *consil.* 201. *num.* 1. *lib.* 3. & latius idem *consil.* 144. *lib.* 3. *in princ.* † Adde, quod is, qui habet instrumentum testa- 6 menti exemplatum integrum, non obtinebit in hoc remedio contra alium, qui nititur instrumento, vel titulo non habente vitiũ. Bald. *consil.* 11. *in fin.* vbi, q̃ præfertur habens instrumentum sine vitio; item qui clarius probat; item qui iustius, item qui ha-bet possessionem antiquiorem. *lib.* 4. † Summaria cognitio requi- 7 ritur, vt habeat locum hoc remedium, videlicet, quod fuerit ꝓ-batum, & ostensum iudici euenisse casum substitutionis, vel in-stitutionis, aljas autem immissio debet tanquam nulla reuocari; quia cum sit interloquutoria, quę non iustificatur, nisi ex proba-tionibus factis, debet reuocari tanquam nulla. Bald. *consil.* 104. *Comparuerunt, lib.* 5. vbi, quod non potest confirmari, & quod re-quiratur probatio, quod venerit casus substitutionis. Maria. So-cin. Iun. *consil.* 97. *Viso puncto, nu.* 45. *lib.* 2. † Remedium istud respi- 8 cit possessorium, & suum petitoriũ est petitio hæreditatis; ideo si fuit petita res restitui cum fructibus, non autem possessio, et-iam quod adsit clausula, *ius & iustitiam ministrari*, non potest dici intentatum istud remedium, in quo fructus non debentur, sed petitio hæreditatis. Alexand. *consil.* 184. *Viso processu, per tot.* maxime *num.* 8. *& 9. versic. nec etiam dici, lib.* 5. † Et decem requiruntur, vt sit 9 locus huic remedio. Primum, testamentum in scriptis. Secun-dum, quod iudici præstentetur. Tertium, quod non sit cancella-tum, neq; suspectum. Quartum, quod bona essent possessa à de-functo tempore mortis. Quintum, quod eo remedio detur. Se-xtum, quod alius legitime non possideat. Septimum, quod hæ-res, qui petit, non possederit, neq; possideat. Octauum, q̃ iudex sit competens. Nonum citatio, & libellus. Decimum mors testa-toris, vt congerit Menoch. *d. 4. remed. adipisc. n.* 56. *in* 7. *quæst.* † Adi- 10 piscendæ remedium confert *d. l. fi. C. de edict. D. Adriani toll.* † Exten- 11 de, vt ẽt sit remedium confirmandæ, & retinendæ secundũ Bald. *cons.* 186. *n.* 8. *ver. præterea non videtur, lib.* 1. † Et licet sit summarium 12 iudicium, tamen admittit litis contestationem necessariam, & exceptiones legitimas. Ægid. Bellam. *consil.* 29. *n.* 15. † Non tamen 13 requiritur libellus, vel ordinarius ꝓcessus, licet quis possideat, etiam cum titulo nullo. Fulgos. *consil.* 230. *nu.* 4. vbi dicit * cõmu- * nem, q̃ summarie, & exequutiue proceditur, si non habet pos-sessor iustum titulum. † Nec debet petens missionem probare, 14 testatorem mortuum; quia sufficit præsumptio resultans ex te-stamento. Alex. *consil.* 101. *Visis, nu.* 9. *ver. nam eo ipso, lib.* 5. Vide, *Testa-mentum ex quib. non possit duci nullum ex defectu voluntatis, & quando se-cus. Concl.* 133. *n.* 93. *& seq.* † Et non debet probari, quod institutus 15 sit hæres, videlicet adiuerit hæreditatem. Alex. *d. consil.* 101. *n.* 9. *lib.* 5. *ver. nec etiam.* † Et bona non debent specificari, sed iudex decer- 16 nit immittendum in stitutum hæredem in possessionem bonorũ hæreditatis N. quæ tempore mortis ad testatorem spectabant, & mandat nunciis, vt diligenter inquirant de bonis prædictis & mittant in possessionẽ, prout nuncius postea inquirit, & mittit in possessionem. Alex. *d. consil.* 101. *n.* 8. *& 9. ver. quo autem ad secundum, lib.* 1. & dicit esse communes conclusiones. Vide, *Interdictum adi-* *piscendæ Diui Adriani summarium, & quando. Conclus.* 291. † Amplia; 17 quia habet locum pro hærede habente ciuilem solum, vel ex sta-tuto transferente possessionem defuncti in hæredem, vel etiam si possidet ex alia causa ciuiliter tantũ; quia contra habentem na-turalem sine iusto titulo datur missio summaria, nec requiritur libellus. Fulgos. *d. consil.* 230. *circa fin.* † Amplia; quia remedium 18

tur autem læsio in locatione ex pensione viginti annorum, quæ constituit valorem rei, vel ex consuetudine locandi; quia si adest læsio vltra dimidiam, rescinditur, alias non. Roma. *d. consil.* 423. vbi apostil. citat eum *consil.* 369. *Circa primum, nu.* 9. † Amplia in em- 24
phyteusi concessa p̃ modica solutione; quia si adest læsio, potest rescindi. Anch. *cons.* 443. quod est vltimum, *n.* 3. *ver. in quinto dubitari*, plura allegat pro vtraq; parte Castr. *d. consil.* 386. *lib.* 2. vide inf. *num.* 27. † Contrarium, quod læsio non habeat locum in emphy- 25
teusi Ecclesiastica, tenet Anch. *d. cons. fin. num.* 12. vbi, quod opinio ista de consuetudine est approbata, & est consiliũ Zilioli de Cautelis, Bart. Salyceti, Francisci Zabarellæ, Signorol. Homod. Raphaelis Fulgosii, & Benedicti Plumbini, maxime, quando ex antiquo p̃cessit, vel ex causa transactionis. Castr. *d. cons.* 386. *ver. in contrarium, lib.* 2. vbi hanc tuetur; quia est cõtractus stricti iuris, & nõ locatio. † Declara tñ; quia allegans læsionem debet eam proba- 26
re, etiam si sit Ecclesia. Angel. *d. consil.* 312. *in fin. ver. solum restat*, in simili Crauet. *consil.* 6. *n.* 36. † Declara; quia in emphyteusi licet sit 27
dubia opinio. Pinel. *d. l.* 2. *nu.* 161. *par.* 1. *cap.* 3. *quæst. fin.* plene Cagnol. *num.* 202. *& seq.* vbi ponit quatuor casus, in duobus non habet locum: Primo respectu directi dominii; secundo, quando solutio fit ratione recognitionis dominii tantum; è conuerso habet locum, quando concessio fit pro pensione correspondente fructibus; & ideo data læsione competit; & idem ẽt, quando conceditur in recognitionem pro modica pensione ab eo, qui ignorauit valorem rei, & redditum. † Contrarium Ias. *in l.* 1. *C. de iure em-* 28
phyteut. n. 76. † Declara; quia habet locum læsio, sed omnia pacta 29
pro dño vtilia considerantur in læsione excludenda. Cast. *d. cons.* 30
386. *col. fin. ver. tertio quia, & cons. seq. lib.* 2. Vide, *Extimatio emphyteusis qualiter fiat. Concl.* 668. † Extende etiam in emphyteusi Ecclesiastica; quia nisi sit læsio vltra dimidiam, non rescinditur. Salycet. *in* 31
auth. perpetua. C. de sacrosanct. Eccl. & idem in emphyteusi Reipublicæ, quæ à pari procedunt. Castren. *consil.* 142. *in fin. lib.* 2. Imol. *in cap. potuit, num.* 11. vbi etiam Abb. *num.* 18. *de loca.* Roman. *consil.* 369.

num.

n.9. Franc. Marc. *decis.*350. *lib.*1. & *decis.*147. *in fi. lib.*2. Boer. *decis.*162.
nu.4. vbi, quod restitutorio iudicio agetur Ecclesia. Tiraq. *de retract.*
* *lignag.*§.1. *glos.*6. *nu.*19. quia communis est * opinio, quod in loca-
* tione habet locum. Bero. *cons.*141. *in fi. lib.*1. vbi de * communi in
31 locatione. † Extende in emphyteusi fisci; quia si totus canon esset
remissus, vitiatur pactum remissionis, & valet contractus, *l. qui ex*
32 *titulo*, vbi Bart. *C. de diuer. præd. vrba. lib.*11. † Declara tamen; quia æ-
stimatio damni fit aliter in emphyteusi, quam in locatione, licet
in vtroque à pari Doctores argumententur. Ias. *in l.*1. *n.*75. *C. de iur.*
emphyt. Grat. *cons.*110. *n.*39. *lib.*1. Cremen. *in l.*2. *C. de rescind. vend. n.*35.
33 vbi Cagn. *n.*202. Pinel. *parte*1. *cap.*3. *in fi.* † Imo etiam pactum per-
petuæ pensionis commensuratur in pensione minuenda. Corn.
34 *cons.*181. *n.*34. *lib.*2. Bero. *cons.*91. *n.*14. *cum seq. lib.*1. † Cõtra extensio-
nem, q̃ in Ecclesia læsa ex concessione in emphyteusim, siue sit læ-
sio magna, siue modica, siue quia solemnitates non sint seruatæ,
non valeat concessio, sed reuocetur remedio restitutionis in in-
tegrũ & cum restitutione fructuum non habito respectu, an sint
35 bonæ, vel malæ fidei, *l. quod si minor*, §. *restitutio. ff. de minor.* † Exten-
de in casu contrario; quia etiam si canon esset immoderatus pro-
bata læsione est locus reductioni, & rescissioni ex *d. l.*2. *C. de rescind.*
36 *vend.* † Restringe tamẽ contrarium quoad fructus pro tempore,
quo emphyteuta soluit canonem, ne Ecclesia locupletetur cum
37 alienaictura. Rotæ Florentiæ Domini tres, in motiuis die 16.
Nouemb. 1571. in causa vertente. † Declara; quia si res sterilis est
concessa ab Ecclesia ex antiquo, & hodie, quod est bonificata, si
Ecclesia vult dicere se læsam, non auditur, *l.*2. *C. de locatio. prædio. ci-*
*uil. lib.*11. vbi Bart. inuehitur in clericos ista attentantes. Cast. ple-
38 ne *cons.*260. *col.*2. & *cons.*387. *in pr. lib.*2. † Amplia; quia læsio vltra di-
midiam rescindit etiam diuisionem factam extra iudicium inter
cohæredes, vel socios nisi suppleatur. Cald. *cons.*296. alias 4. *de rerũ*
39 *permut. vltra med. ver. vnde si extra iudicium.* † Extende, & si sit facta p
breuia, & fortes; quia adhuc reuocatur ex capite læsionis vltra di-
midiã. Bald. *cons.*72. *Factũ super quo petitur. n.*2. *ver. circa secundũ, lib.*2.
40 † Amplia; quia læsio vltra dimidiã rescindit & dotẽ, & illius au-
gmentum. Bald. *cons.*108. *Quæritur, vtrum adulta, in fi. ver. vltimo du-*
41 *bitatur, lib.*1. † Amplia in venditione fructuum gabellę; quia quate-
nus locatio sit, est locus remissioni, quatenus vẽditio, est locus
rescissioni propter enormem læsionem vltra dimidiã. Anch. *cons.*
402. *Pluribus rationibus. nu.*4. *& in fi.* Rom. *cons.*423. *Pro pleniori, in pr.*
42 Soc. Iun. *cons.*68. *lib.*2. *per tot.* † Amplia, vt læsus vltra dimidiam re-
scindat etiam transactionem considerato dubio litis euentu, &
non alias, *l. Lucius*, §. *fi.* vbi gl. *ff. ad Trebell.* & ibi Bart. Franc. de Rã-
ponib. in suo *cons quod est* 102. *inter cons. Cald.* alias 3. *de trãsact.* & ple-
43 nius infra *n.*44. *& seq.* † Declara, quod dubius euentus non cõsi-
deratur, q̃n læsio est euidens, puta; quia in totum fuit facta re-
44 missio. Cald. *cons.*113. *ver. non obst. at.* alias 4. *de arbit.* † Amplia in trãs-
actione, vt habeat locum rescissio ex capite læsionis enormis vl-
tra dimidiam, habito respectu ad verum pretium, cõsiderato du-
bio euentu litis. Cald. *consil.*102. alias 3. *de transact.* & hanc magis
* communẽ * dicit Soc. *cons.*85. *Consilius noster, lib.*1. *n.*3. quãdo læsio
* est habito respectu ad euentum dubium, alias secus, & hanc * cõ-
* munem, & magis communem * dicit Gabr. *de empt. & vendit. concl.*
1. *n.*68. *ver. contrarium.* Imol. *cons.*14. vbi distinguit relatiue, & ma-
gis * communem vtranque dicit Dec. *cons.*202. *Vt vera resolutio, n.*
4. Io. de Anan. *cons.*33. *n.*3. vbi Bolog. *in apost. n.*7. latissime Soc. Iun.
quialios citat *cons.*98. *n.*17. *lib.*2. Ang. Aret. *cons.*38. *Duo sunt, col. pen.*
ver. vltimo posito. Alex *cons.*222. *Visa facti, n.*11. *ver. & ad hoc. lib.*2. *& cõs.*
45 92. *Perspectis, n.*36. *ver. præterea ad hoc. lib.*6. † Contrariũ tenet Bald.
quod rescindi non potest transactio ex capite læsionis vltra di-
midiam; *cons.*371. *Quidam habuit, n.*2. *ver. nec etiam potest prætendere,*
*lib.*2. quod duplicatur *lib.*4. *cons.*455. *Punctus quidam.* Anchar. *cons. fi.*
n.12. quod est subscriptum à sex Doctoribus, & hanc communẽ,
* & magis * communem dicit Gabr. *d. concl.*1. *de emptio. n.*68. *ver. octa-*
* *uo limita*, & magis communem * dicit Dec. *d. cons.*202. *Vt vera resolu-*
** *tio, n.*4. Ias. *in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. n.*13. vbi vtranque cõ-
munẽ * dicit. Dec. *cons.*216. *& cons.*479. & magis * communem di-
cit Alex. *cons.*42. *n.*9. *& seq.* maxime *n.*11. *lib.*1. Abb. *cons.*12. *in pr. lib.*2.
vbi allegat rationem, quia recedens à lite magnum commodum
sentit, & iterum *cons.*15. *in pr. lib.*2. *& cons.*118. *Viso instrumento, n.*6. *lib.*
46 7. vbi magis * communem dicit. † Declara; quia si læsio est modi-
cain quantitate non excedẽte dimidiam, & procedit contrariũ;
autin magna quantitate, & procedit læsio, ita Corn. & alii, quos
citat Gabr. *n.*69. *de empt. concl.*1. vbi qualiter debeat probari dubius
euentus litis, & valor illius, & dat alias declarationes, Vide om-
nino Dec. ita distinguentẽ *cons.*215. *Visa transactione, n.*5. *& cons.*479.
*n.*11. vbi apost. allegat Grat. *cons.*88. *lib.*1. & quæ posui ad Alex. *cons.*
42. *lib.*1. Dec. *cons.*551. *n.*6. *& cons.*597. *in fi. n.*10. & hãc esse communẽ
distinctionem * dicit Rimin. Iun. *cons.*77. *n.*2. *lib.*1. vbi plurimos * allegat. plene Crau. qui plurimos allegat *cons.*618. *n.*8. Dec. *d. cons.*
202. *n.*4. *in fi.* Corn. *cons.*166. *col. antepen. & penult. lib.*1. & ita dixerũt
DD. tres Rotæ Florentiæ 28. Nouemb. 1565. licet non ista allegẽt.
Rim Iun. *d. cons.*77. *n.*20. *lib.*1. † Declara; quia, si transactio est iu- 47
rata, & cum iuramẽto promiserunt transigentes non venire cõ-
tra ex quacunq; causa cogitata, & non cogitata, tunc non datur
rescissio, & contraria loquuntur, q̃n non fuit iurata, neq; gene-
ralis, vt supra; quia licet ad incognita nõ trahatur, bene trahitur
ex iuramento, quia sufficit generaliter cogitarum. A. ex. *cons.*42. *n.*
9. *& seq.* vbi *n.*11. dicit magis * communem, *lib.*1. † Sed tamen in * 48
muliere, vel minore propter fragilitatem sexus contrarium te-
net Dec. *d. cons.*202 *n.*4. *in fi.* † Idem in minore, vt per Alex. *cons.*42. 49
*n.*5. *ver. & ideo, lib.*1. vbi; quod magis succurritur minori, mulieri,
& rustico, nisi sint certiorati de læsione. † Declara; quia difficile,
& quasi impossibile est probare læsionem habito respectu ad e- 50
uentum dubium litis, vt Ias. dicit *in d. l. si quis cũ aliter, n.*15. *ver. quarto*
tenendo, ff. de verb. oblig. ideo ex isto fundamento tenet non dari
læsionem, cum paria sint, non dari, & non posse probari, etiam
affirmat Alex. *d. cons.*42. *n.*11. *in fi. ver. & inspecto, lib.*1. & *cons.*229. *n.*11.
*ver. & ad hoc, lib.*2. vbi *n.*12. addit aliam rationem; quia qui discedit
à lite, satis lucratur, & semper ex hac causa transactio præsumitur
vtilis, vt & tenet Abb. *cons.*12. *& cons.*15. *in pr. lib.*2. † Declara tertio, 51
q̃ læsio habet locũ in transactione impropria, vel tacita, prout si
laudum sit nullum, & ratificetur, quia valet in vim transactionis
& eo casu læsio enormissima habet locum. Bald. *cons.*381. *in fi. lib.*1.
† Contrarium; quia sequuta ratificatione est proprie transactio. 52
Deci. *cons.*60. *Viso themate, col.*3. *& 650. In causa, quæ reuocatur.* Soc. *cõs.*
85. *Viso, lib.*1. & *cons.*66. *lib.*4. ideo sicut non habet locum in transa-
ctione, ita neque in laudo ratificato quod est trãsactio. † Amplia 53
in permutatione facta per minorem; quia licet minor iurauerit
non venire contra & ratione læsionis enormissimæ, si fuit decep-
tus, debet relaxari iuramentum, alias non. Bald. *cons.*175. *Statutũ*
*prohibens, lib.*4. † Amplia in priuilegio enorniter lædente eccle- 54
siam; quia non valet. Felin. *in c. causam quæ, n.*11. *ver. & istis adde, de re-*
script. vel saltem ex æquitate reducitur. Vide, *Excessus immoderatus*
*regulari debet. Concl.*431. † Amplia; quia læsio etiam non ascendens 55
ad dimidiã, est sufficiens causa, vt restituatur id, in quo fuit læsus,
vna cũ fructibus, quando alienatio fuit facta per exequutores
habentes facultatẽ vendendi, si viliori pretio vendiderunt. Bald.
*cons.*464. *Incipiendo à primo. in fi. ver. super tertio, lib.*2. videinfra *nu.*78.
Vide plures casus, in quibus læsio quælibet attenditur, & rescin-
dit & in modico; quia licet contrahentes possint se decipere v sq;
ad dimidiam, fallit, vbi lex figit pedes, item in foro conscientiæ,
item in Ecclesia, clerico & minore. Mascard. *Concl.*443. *Contractus*
*simulatio, nu.*10. *& seq.* vbi late. † Amplia; quia etiam in alimentis 56
promissis habet locum læsio vltra dimidiam. Vide, *Alimenta læsio-*
*nis prætextu rescinduntur. Concl.*307. & infra *n.*65. *& seq.* † Amplia; qa 57
læsio vltra dimidiam habet locum, vt rescindat & permutationẽ
præbendarum. Calder. *cons.*296. alias 4. *de rer. permut.* † Amplia in 58
priuilegio, & exemptione principis; quia si lædat in magna
quantitate vltra intentionem, reuocatur. Felin. *in c. nouit, n.*8. *ver.*
secundo limita, de iudic. † Vide Crauet. *cons.*21. *in pr.* qui videtur dice- 59
re non posse habere locũ læsionẽ; quia non põt constare, in quã-
tũ lædat. † Amplia, vt læsio vltra dimidiam habeat locũ & in em- 60
ptione iuris piscandi, & sic fortuiti, q̃n cariori, vel viliori pretio
in duplo, quam alius esset empturus, fuit factus cõtractus. Bald.
*cons.*119. *Verba dicunt, in fi. lib.*1. † Amplia; quia læsio habet locum in
omnibus contractibus bonæ fidei. Bald. *d. cons.*108. *in fi. lib.*1. Rom. 61
*cons.*423. *Pro pleniori. n.*2. † Imo habet locum in omnibus cõtracti-
bus, tam bonæ fidei, quam stricti iuris, Ang. Aret. *cons.*38. *Duo sunt,* 62
*n.*10. *ver. quoniam remedium*, intelligit Corn. *cons.*181. *n.*65. *lib.*2. q̃ læ-
sio habeat locum in omni contractu onerosõ. † Amplia; quia ha- 63
bet locum læsio enormissima etiam ex consensu geminato. Soc.
*d. cons.*85. *n.*5. & 6. *lib.*1. *v. sed adhuc iterum*, vbi dicit magis * cõmunẽ. *
† Amplia; quia habet locum & in contractu innominato. Cast. 64
*cons.*386. *col.*2. *ver.*4. *lib.*2. † Amplia; quia læsio habet locum etiam 65
in donatione, quãdo est immensa, & immoderata. Crau. *cons.*192.
ver. quinimo, in pr. quia si tendit ad prodigalitatem, habet locũ læ-
sio. Alba. plene *cons.*81. *n.*55. *& nu.*57. vbi hoc dicit, quod habet lo-
cũ in donatione simplici; quando interuenit dolus, seu deceptio,
alias non, & magis communem * dicit Bero. *cons.*51. *n.*9. *lib.*1. † Cõ- * 66
trarium; quia non habet locũ læsio in donatione, quæ prouenit
ex mera liberalitate. Maluaticeus *cons.*9. *n.*7. *& n.*15. vbi secus, si ex
causa fiat, & excedat causam, Curt. Iun. *d. cons.*141. *n.*14. *& seq.* plu-
rimos citat Cantuccius *decis. vlt. impressis* 201. *lib.*2. *n.*6. Mandel. *d. cõs.*
81. *n.*55. *& seq.* vbi plena apostilla, quod habet locum, quando ex
causa,

67 causa, vel etiam si sit simplex, quãdo dolus interuenit.† Declara, quia habet locum in donatione simp ici, si interuenit vltra enormissimam læsionem dolus, vel metus, vel si ignorauit donans valorẽ rei, puta, quia iura sint de futuro, vel si sit donans minor, alias nõ, ita Rota *dec.201.lib.2.in vlt.impressis R. Cantucii.* Bero. *cons.51. n.6.li.1.* Vasq. *tract. de success.par.1.limit.2.§.18.requisit.29.n.172.* sequitur Franc. Burs. *cons.75.n.5.ver. & eius.lib.1.* & Bar. *cons.90.n.2.lib.1.* & plenius *n.3.ver. super quarto*, quando minor falsa suggestione motus fuit, & dicit esse remedium tutissimum, non obstante iura-
68 mento.† Extende, vt idem sit, quando est ex causa, & adest læsio mensurata causa. Crauet. *d.cons.192.in princ.* Alba. *d.cons.81.nu.56.&*
69 *seq.* Maluati. *cons.9.n.15.*† Extende maxime qñ tempore donationis donans ignorabat valorem, & importantiam rei donatæ Fel. *in c.in præsentia,n.8.de probat.ver. sed omnia ista.* Gramm. *decis.103.n.54. & 55.* Ruin. *cons.60.lib.3.n.24.& seq.* Curt. Iun. *cons.141.nu.14.& seq.* vbi Ruin. quod præsumitur ignorantia, si donatur res futura, & Curt. qúod consideratur effectus, non verba. Cœpol. *cons.142.n.*
70 26. Rota *in nouiss.impress.decis.201.lib.2.*† Extende idem in donatione, quæ non fit principaliter, sed accessorie ad alium cõtractum.
71 Crau. *cons.394.* vbi loquitur in acceptilatione.† Extende, vt id, q̃ dicitur de donatione: procedat, etiam in renunciatione etiam à minore facta cum iuramento; quia cũ sit liberalitas, non aũt cõtractus correspectiuus, non habet locum læsio, nisi contineat læ-
72 sionem vltra intentionem. Bart. *cons.90. Dilecto,n 2.lib.1.* † Declara hoc vltimum; quia donatio, quæ fit in venditione per clausulam, *& si plus valet, donat. &c.* rescinditur ex læsione, si potest referri ad modicum, & non comprehendit immensum, nisi adsit clausula, *ex certa scientia*, & verba referantur ad immensam donatio-
73 nẽ. Alex. *cons.125. Visis, & consideratis n.7. & seq.lib.1.*† Extende, qñ in donatione interuenit met⁹, dolus, vel persuasio seductiua. Alba. *cons.100. n.5.* vbi, quod metus præsumitur, qñ agitur ad effectum præsumptionis, si constat de enormi læsione, maxime in muliere, minore, & aliis; latius *cons.81.circa fi.* plene Rui. *cons.170.n 21.* Grã-
74 mat. *decis.103.n.53.& seq.*† Extende: quia maxime in minore habet locum læsio in donatione, quando vendit ad prodigalitatem, ẽt
75 si sit simplex. Crau. *cons.192.in pr.*† Vel quando non erat certus de valore, vt quia donat speciem. Rui. *d.cons.170.n.21.& seq.* vbi inserit consilium Alex. non impressum, super hoc Fel. *c.in præsentia,n. 8.ver. sed omnia ista,de probat.* Curt. Iun. *cons.141.n.14.ver. ex præmissis*
76 *obstat.*† Restringe; quia regula est, quod donans non recindit ex capite læsionis, quia semper donans læditur. Dec. *cons.181.* quẽ se-
* quitur Alba. *cons.11.n.6.& seq.* vbi dicit * communem, & idem di-
77 cit Curt. Iun. *d.cons.141.n.14.& seq.* nisi sit ex causa donatio. † Declara; quia procedit læsio, qñ donatio non est restricta ad causam, si fuit persuasus ab alio donare rẽ magnam pro modica; quia minor esset, & tunc læsio habet locum, alias non. Bertrand. *cons.22.n. 6.lib.2.* vbi idem in renunciatione, & ita etiam Curt. Iun. *d. cons.*
78 *141.n.14.& seq.*† Amplia; quia facilior est læsio in minore, muliere, rustico, & Ecclesia, quã in aliis. Rim. Iun. *cons.77. in fi.n.41.* supra
79 *ver. Amplia; quia læsio,n.55.& seq.*† Imo minor habet restitutionẽ in integrum, ẽt si læsio non sit vltra, sed infra dimidiã. Cagn. *in l.2.n.*
* 159. *C.de rescind.vend.cum seq.* vbi dicit * communem, & si interuenit cũ decreto iudicis causæ cognitio, sub hastatio, & æstimatio; quia non tollunt istam verã probationẽ, licet inducant præsum-
80 ptionem pro contractu.† Declara melius; quia si minor non est læsus in venditione, sed in pretio, vt quia expediebat rem vendere, sed minori vendidit, tunc potest mediante restitutione in integrum, vel ẽt ex remedio *d.l.2.C.de rescind.vend.* agere, vt obtineat supplementum, prout maior, & non in facultate sua est resilire à venditione, seu recipere supplementum: sed emptor, vel supplet pretium, vel nõ restituit, gl. *in l.1.* vbi Bart. *C.si aduer.vendit.* Simoncell. *de decret.lib.3.tit.7.n.13.& seq.* vbi hanc communem, & magis
* 81 communem * Sfor. Oddus *de restit.in integr.p.2.q.57.art.4.* † Contrarium, q̃ imo minor rescindat venditionem in totum, nec teneatur recipere supplementum, tenent infiniti, quos Simoncell.
82 *de decret.lib.3.tit.7.n.13.* vbi, quod hoc in praxi seruatur.† Amplia; q̃ a vbi est enormis læsio quoad rem venditã vltra dimidiam iusti
83 pretii, emptor tenetur restituere ratã fructuũ pro quantitate læ-
sionis, ita tenuit Rota Florentiæ 30. Decemb. 1532.† Contrariũ, q̃ imo emptor lucretur omnes fructus; quia cum sit bonæ fidei, & possessor cũ titulo donec venditor probauerit incumbentia, facit fructus suos, & hanc partẽ tenet Abb. *cons.69.lib.2.* Fabian. de Monte *tract. de empt.in 8.q.* & quia dominium tranſuit in emptorẽ. Bald. *in l.fi.§. præterea.col.2.ver. ex hoc not. C.de iur. domin. impetr.* & in Ecclesia, & pio loco tenuit tota Rota Flor. in motuis. 31. Maij 1561. quod licet restituatur læsa quoad bona, non tamen quoad
84 fructus, & clarius eadem Rota 22. Septemb. 1551.† Declara; quia prima opinio procederet, si actum fuisset non rescissoria à principio, sed quia cõtractus fuerit fictitius, vel nullus, aut vsurarius, vt per Cæpol. *de simulat.contract.chart.2.*† Declara; quia si actũ est 85
rescissoria ex læsione, non fit condẽnatio in fructibus, ẽt si sit minor, vel Ecclesia, quæ agit, & ita procedit contrarium; si vero fuit actum ex capite restitutionis in integrum competente minori, vel Ecclesiæ, fit condemnatio in fructibus, quia pinguius est remedium restitutionis in integrũ, q̃ rescissio ex læsione, ita Rota Flor. in dictis motuis 22. Septemb. 1551. & idẽ, si intentetur nullitas ex enormissima lesione; quia interuenerit dolus ex proposito; quia tũc fit restitutio fructuũ.† Amplia; quia vbi est enormis le- 86
sio, præsumitur ignorãtia in venditore, quia inesset factatio proprii patrimonii. Ant. de But. *cons.52.in fi.*† Et ideo contrahens sci- 87
enter, & sciens conditionẽ, & valorem rei censetur remittere, & ideo nõ põt allegare læsionem. Cast. *cons.386. Factum sic se habet,col. 2.ver.secundo arguitur,lib.2.* vbi idẽ, si venditor bis vendidit, vel ratificauit, quia præsumitur scientia. Vide, *Læsus præsumitur ignorasse* 88
verũ pretiũ. Concl.296.† Declara tamen, quia in hoc iudicio rescisfionis ex *d.l.2.C.de rescind.vend.* qñ dolus ex proposito non interuenit, quia si interuenisset, esset nullus contractus, & fructus essent restituendi, nõ veniunt fructus in restitutione, ẽt per minorẽ intentata, ideo pinguior pro minore est restitutio in integrũ; quia in illa semper veniunt fructus, pro quanto minor est lesus.† Am- 89
plia; quia ẽt procuratoris contractus valet; sed in eo habet locũ *d.l.2.C.de rescind.vend.* communẽ * dicit Cagn. *d.l.2.n.166.* Ang. A- *
ret. *cons.38. Duo sunt,n.8.in fi.& n.9.ver. sed imo plus dico.*† Declara; qa 90
læsio causata à tertio prout ab arbitro, vel bono viro; quia secundum aliquos sufficit, q̃ accedat ad tertiam partẽ, & secundũ alios vsq; ad sextã partẽ, sed si à tertio tanq̃ ministro, prout à procuratore, debet excedere dimidiã, prout qñ principalis maior ex facto suo læditur. Ang. Aret. *d.cons.38.n.6.in fi.cũ seq.ver. quoad secundũ.*
† Restringe in syndico vniuersitatis, tutore, vel administratore 91
publico. Bald. *in l.1.in fi.ff.de offic.procur.Cæsar.& in c.contingit,de transact. l. cũ vj.§. cũ prætor. ff.de transact.* vbi Cast. *n.6.* quia nõ habent mãdatũ cũ libera, ideo non valet remissio tacita, & minus expressa. Cagn. *d.l.2.n.150. cum seq.ver.postremo.* Alex. *cons.22.n.8.vsq; in fi. lib.1.*
† Restringe in procuratore, qñ haberet mandatũ limitatũ ad vẽ- 92
dendũ pro centũ; quia si vẽdit pro minori pretio, nihil agit, quia excedit mandatũ. Cagn. *d.l.2.n.166. C.de rescind. vend.*† Limita; qñ 93
in specie fuit iuratũ nõ cõtrauenire ratione enormis, neq; enormissimæ læsionis. Soc. *cons.85.n.4.ver. nec prædictis.* vbi dicit * cõmu- *
nẽ opinionẽ *lib.1.*† Et quod iuramentũ tollat remediũ *d.l.2. C.de* 94
rescind.vend. Bart. ibi *n.90.* Cagn. *n.9.* Soc. *cons.48.n.9.& per tot.lib.4.* Crau. *cons.114.n.9.* Rol. à Val. *cons.59.n.18.lib.1.* & est magis cõmunis * opinio. Alex. *d.cons.42.& cons.53.lib.3.* Curt. Sen. *cons.44.* Rub. *
d.cons.12.n 17. Alex. plene *d.cons.118. Viso instrumento,n.7.lib.7.* vbi de
* communi.† Contrarium tenent multi, quod tolum iuramen- *95
tum nõ tollat hoc remedium, quia communiter apponi solet de stylo Notarii. Ant. de But. *cons.52.in fi.*† Declara; quia si agitur de 96
enormi læsione, sufficit iuramentum, si de enormissima, non tollit læsionem, ita Cagn. *d.l.2. C.de rescind.vend.n.139.& in l.si quis major,n.37. C.de transact.* Neuiz. *cons.21.n.5.* Alba. Mandel. *cons.81.nu.52.*
† Extende in transactione iurata, quia non habet locũ. Soc. *d.cons.* 97
85.n.4.ver. sed iterũ,lib.1.† Et si non est in specie, sed in genere renũ- 98
ciatũ omni exceptioni doli, & cũ iuramento. Alex. *d.cons.42. Super præmisso per tot.lib.1.*† Et quod maior vendens, & iurans non ve- 99
nire contra non habeat remediũ *d.l.2. C.de rescind.vend.* Alex. *d. cõs.*
42.n.8.ver.6.quod,lib.1.& cons.27.n.3.lib.1. Imol. *cons.14.* Alex. *cons.127. lib.2.* & Io. de Imo. *d.cons.14.* dicit hanc * communẽ, à qua in iudi- *
cando, & cõsulendo nõ est recedendũ. Dec. *cons.60. Viso,col.fi.* Soc. *cons.85.n.4.ver. sed iterum,lib.1.* vbi, q̃ aduersus venditionẽ iuratam non datur remedium *d.l.2.C.de rescind. vend.* vt ibi cõcludunt cõmuniter * gl. & * Doct. Alex. *cons.17. Ponderatis,nu.2.& 3.* vbi dicit **
communẽ, * *col.2.lib.3.& cons.133. Super quæsitis, num.15.& seq.* vbi *
de * communi, *colum.fin.lib.5.* Ial. *in auth. sacramenta puberum. C.si* *
aduer.vendit.num.45. Corn. *cons.159.lib.1.& cons.112. Eleganter, lib.4.* Socin. *cons.48.num.9.lib.4.* Barba. *cons.21.lib.4.&* communem * di- *
cit Crauett. *cons.114.* late Alex. *cons.66. Visa facti, lib.6.*† Contra- 100
rium tenet a post. ad *d.cons. Alexand.42.num.9.ver. maior,lib.1.* plenius *in cons.127. lib.2.* Cassad. *decis. vnica de empt. & vend.* Ant. de Butr. *in cap. cum contingat in 4. casu princip. de iureiurand.* quia qua facilitate, & errore vendidit, eadem etiam iurauit, sequitur Alexand. *d. cons.42. In ratione dubitandi,lib.1.* & latius *consil.89. Viso, nu.11. ver. secundo respondeo,lib.2.* Corn. *cons.133. In hac,colum.4.lib.3.* Curt. *cons.65. colum.2.* Dec. *consil.1.* Barbat. *consil.53.lib.2. per totum.* Alexand. *consil.*
125.lib.1.† Extende contrarium; quia renunciatio filiæ facta pa- 101
tri non validatur iuramento de non veniendo cõtra, quando est

læsa,

læsa, vel decepta. Bald. *cons.* 483. *Viso, lib.* 4. *& cons.* 78. *lib.* 2. plene Dec. qui plurimos allegat *cons.* 180. *Visa, per tot. & cons.* 181. *Satis.* qui loquitur in filia renunciante. Aretin. *cons.* 92. *Viso legato, col.* 2. Castr. in simili *cons.* 174. *lib.* 1. & plenius *cons.* 305. *Notandum est, lib.* 2. sequitur Socin. *cons.* 263. *Capio. lib.* 2. † Contra extensionem faciũt Bald. *cons.* 202. *Pater legauit, vol.* 1. *& cons.* 441. *lib.* 5. Aretin. *in l. qui superstitiosſſ. de acq. hared.* Curt. *cons.* 43. *& cons.* 63. *cons.* 23. *ver. sed præmissis,* vbi, quod contractus iurati sunt irretractabiles, & quod non debet dari absolutio à iuramento, & dicit communem, qñ habuerunt scientiam, & voluerunt renunciare. Soc. *in tract. fallent. Regul.* 436. *ver. fallit* 11. nisi essent inducti ad iurandum dolo aduersarii. † Declara; quia si modica est læsio, tunc non potest læsus venire contra. Soc. *cons.* 48. *per tot. lib.* 4. † Declara; quia maxime in muliere * læsa iuramentum non tollit læsionem vltra dimidiam. Dec. *cons.* 202. *n.* 5. *& 6.* vbi dicit * communem. † Restringe, nisi deceptio sit ex dolo ex proposito, quia tunc iuramentum nihil operatur, & competit remedium rescissionis. Alex. *cons.* 42. *n.* 6. *lib.* 1. † Restringe in curatore, vel prælato Ecclesiæ, qui iurarunt non contrauenire. Pantaleon. *d. l.* 2. *C. de rescind. vend. n.* 144. † Restringe in prodigo, demente, vel phrenetico, quia carent consensu. Pantaleon. vbi *supra, n.* 143. † Restringe, quando interuenit dolus re ipsa, vt qa deceptio, & læsio est vltra dimidiam in magna quantitate, tunc iuramentum nihil operatur, quin rescissio habeat locum. Alex. *d. cons.* 42. *n.* 6. vbi apost. *in ver. sed re ipsa, lib.* 1. dat plurimos concord. & ita Soc. *cons.* 115. *lib.* 1. vbi, quod iuramẽtum tollit enormem, sed non enormissimam læsionem. Corn. *cons.* 133. *In hac, col.* 4. *lib.* 3. Vide, *Dolus ex proposito, & re ipsa quando dicatur. Concl.* 571. † Restringe; quia non habet locum rescissoria contractus, sed tamen iuramẽtum non impedit supplementum pretii, ita Ant. Burgos Hispan. *in cum causam, in fi.* 8. *limit. de emptio, & vendit.* allegat Alex. *d. cons.* 42. *lib.* 1. qui solum loquitur, quoad rescissionẽ contractus. † Cõtrarium Pantaleon. *in repet. d. l.* 2. *C. de rescind. vend. nu.* 135. vbi, quod sit non potest contrauenire etiam quoad pretium. † Restringe in minore; quia opus est, vt iuret duo, primum non contrauenire ratione minoris ætatis, secundum ratione minoris pretii, alias potest contrauenire non obstante iuramento. Bald. *d. l.* 2. vbi Pãtaleon. *n.* 137. *cum seq.* vbi ponit quatuor casus circa minorẽ, quos videas, si vero ista duo interuenerunt, excluditur etiam minor. Alex. *cons.* 89. *Viso puncto, n.* 11. *ver. secundo respondeo,* vbi, quod vnicũ iuramentum solum repræsentat minorem, vt maiorem, *lib.* 2. & quod ideo duo iuramenta requiruntur in minore, idẽ Alex. *cons.* 127. *n.* 2. *vsque in fi. lib.* 2. Fabian. de Monte *tract. de emptio. & vendit. in* 8. *q. pr. in ver. tertio quæro,* vbi, q̃ opus est, q̃ dicat; *promisit non venire cõtra ex certa scientia, nec ratione ætatis, nec ratione minoritatis pretij;* quia non audiretur, nisi dolo aduersarii esset inductus ad hoc. Bald. tamen *in l. si quis maior, C. de transact.* dicit, quod sufficit, si iurauit non venire contra ratione minoris ætatis, neque alia ratione aliqua, & vide Barba. *cons.* 53. *lib.* 3. † Declara; quia si minor iurauit, &c. non potest extendi non contrauenire; sed bene potest extẽdi ratione minoris ætatis. Bald. *cons.* 441. *lib.* 5. † Restringe in muliere, minore, & rustico iurantibus non venire ra, quia non restitur ad enormissimam læsionem, ita Fabian. Monte *d. tract. de empt. & vend. q.* 8. *pr. ver. tertio quæro,* vbi adducit Ant. Anch. Abb. *inc.* 1. *de constit.* quia quo errore ductus est ad vendendum, eodem ad renunciandũ. Io. And. *c. cum causam, de empt. & vend.* Fed. de Sen. *cons.* 199. *An domina Angela.* sequitur Ias. *in l. de ijs, ff. de transact.* Aret. *cons.* 92. *Viso legato, col.* 2. Cuman. *cons.* 180. *Videtur prima fronte,* & in * muliere communem * dicit Dec. *cons.* 202. *n.* 5. *& 6.* Vide Alex. *in l. stipulatio, hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* vbi late tuetur respondẽdo contrariis, licet dicat esse difficile in practica obtinere. † Et p̃cedit hæc restrictio in minore, & muliere, etiam quod in renunciatione dicatur, quod fuerũt certiorati, nisi aliter probetur certioratio, quam per verba instrumenti. Curt. *cons.* 43. *super tertia col.* Ias. *in auth. sacramenta puberum, col.* 11. *& 12. C. si aduer. vend.* vbi pro vtraque parte. † Contra hoc vltimum, quod imo non detur restitutio, neque requiratur certioratio, quia iuramentum tollit remediũ. *l.* 2. *C. de rescind. vend.* tenet Alex. *cons.* 27. *Viso libello, per tot. lib.* 1. vbi dicit magis * communem. Vide Concl. prox. seq. † Limita; quia læsio non habet locum in re particulari, qñ contractus est generalis, & vniuersalis, veluti si quis diuidat vniuersaliter hæreditatem paternã, quia licet sit læsio quoad certa corpora, si non est quoad omnia corpora in vniuerso, non attenditur. Bald. *cons.* 91. *Facti narratio, in fi. lib.* 2. † Extende; quia si quis locat vniuersaliter plura corpora vnico pretio, non sufficit læsio particularis in vno corpore, quia debet considerari in vniuerso, Boss. *tit. de remiss. merced. n.* 20. † Declara, nisi in diuisione vniuersali singula corpora essent æstimata, quia læsio in singulis attenderetur, sed tamen compensatio admitteretur, ideo requiritur læsio quoad totum contractum. Bald. *d. cons.* 91. *in fi. lib.* 2. sequitur Tiraq. qui alios allegat *de retractu lignag.* §. 23. *gloss.* 1. *n.* 17. allegat Dec. *cons.* 421. *Plene, & subtiliter. col.* 1. Vide, plene per Gabr *lib.* 3. *tit. de emptio. & vendit. Concl.* 1. *Venditor læsus.*

Læsio enormis non habet locum multis casibus. Concl. 294.

LÆsio † enormis non cadit in eo, qui renunciauit hęreditati, & bonis cum iuramento ingressurus monasteriũ, & professuras paupertatem. Dec. *cons.* 31. *Et pro tenui, circa fi. ver. vltim. non obstat.* † Amplia in eo, qui sciens læsionem enormissimam ex laudo, vel contractu ratificauit; quia geminatus consensus tollit læsionẽ enormissimam. Castr. *cons.* 386. *Factum sic se habet, col.* 2. *in fi. lib.* 2. Crau. *cons.* 260. *n.* 6. quod intellige, quando sciuit læsionem, alias non. Curt. Iun. *cons.* 50. *col.* 3. *in fi.* Crauet. vbi supra, & *cons.* 151. *n.* 24. Barba. *cons.* 41. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 16. *nu.* 3. *lib.* 4. Dec. *cons.* 383. *in pr.* Paris. *cons.* 128. *nu.* 36. *lib.* 1. Neuiza. *cons.* 87. *n.* 26. Rol. à Valle *cons.* 9. *nu.* 27. *& cons.* 59. *n.* 10. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1. *n.* 350. † Contrarium ex magis * communi, Soc. *cons.* 85. *n.* 5. *& 6. lib.* 1. † Extende, vt idem sit, quando vendens ex certa scientia, & non per errorẽ, si plus valet, donat, vel fatetur scire, quod plus non valeat. Alex. *cons.* 42. *n.* 2. *& cõs.* 126. *in princ. lib.* 1. Clem. *l.* 2. *C. de rescind. vend. n.* 91. Bart. *d. l.* 2. *num.* 14. Bald. & alii * communiter, quando sciuit. † Extende, etiam si geminatus consensus sit primo loco iuniori ætate, postea quando maior factus secunda vice. Abb. *cons.* 71. *col. pen. in* 2. *dub. lib.* 1. † Amplia; quia non habet locum in eo, qui sciens verum valorem promisit non venire contra cum iuramento. Baldus *cons.* 175. *Statutũ prohibens, lib.* 4. & quod scientia ejus, qui allegat læsionem tempore venditionis, excludat remedium *d. l.* 2. *C. de rescind. vend.* Bald. *cons.* 394. *Quod Notarii collegii, in fi. n.* 5. *ver. super quinto li.* 4. plene Alex. *cons.* 125. *Visis & consideratis, n.* 7. *lib.* 1. vbi apost. allegat Dec. *cons.* 583. & dicit Alex. cautelã esse, quod illud plus donat ex certa scientia. Paris. *cons.* 20. *n.* 40. *lib.* 1. Crau. *cons.* 290. *ver. tertio pro hac parte,* & Castr. *cons.* 386. *Factum sic, colum.* 2. *ver. secundo arguitur, lib.* 2. vbi, quod læsus præsupponit errorem, quo sublato per scientiam cessat læsio, & communem * dicit Alex. *cons.* 127. *Viso processu, col.* 2. *in pr. lib.* 2. † Extende, vt dicatur sciens, & renuncians læsioni, si receditur à prima emptione propter læsionem, & idem emptor emat iterum pro alio pretio. Alex. *cons.* 127. *Viso processu, n.* 1. *ver. prætere a. d. remediũ. lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in rustico, quia si est sciens, cẽsetur renunciare læsioni. Alex. *d. cons.* 127. *n.* 1. *in fi. lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in minore vendente, & cum iuramento promittente non venire contra venditionem ex capite minoris ætatis, neq; ex alia quacunque causa, quia excluditur ẽt à læsione vltra dimidiam, ẽt prætextu, q̃ errauerit, quia non potest audiri contra iuramentum, in tantum, quod si cõtra facit, efficitur periurus, & non debet absolui, communem * dicit Alex. *cons.* 17. *Ponderatis n.* 3. *& seq. lib.* 3. sequitur Ruin. *cons.* 103. *n.* 10. *& 11. lib.* 4. Paris. *cons.* 97. *n.* 90. *& seq. lib.* 1. † Declara; quia si rusticus, mulier, vel minor sunt ignorantes, prout præsumuntur probata læsione vltra dimidiam, tunc nisi probetur certioratio, renunciatio generalis facta omni exceptioni, doli, læsionis, deceptionis, &c. nõ præiudicat, maxime, si est sine iuramento, secus si cum iuramẽto. Alex. plene *cons.* 1. *per tot. lib.* 6. † Contrarium Crau. *cons.* 394. in muliere, rustico, minore, vel alio, qui persuasus fecit. † Declara; quia multi impugnant ampliationem, sed tamen distinguitur, vt si enormissima sit læsio, clausulæ istæ nõ sufficiant, secus si læsio sit enormis. † Declara; quia si ille, qui dicit se læsum, sciuit, & iurauit, imo etiam sciuit, & voluit, non debet restitui secundum Alex. *cons.* 27. *n.* 4. *in fi. ver. non obstat, quod tertio. lib.* 1. *& cons.* 42. *per tot. lib.* 1. † Scientia autem probatur, quando vendidit ex certa scientia nullo errore ductus, & renunciauit exceptioni doli, & cum iuramento, & tũc non rescindit mulier, minor, & rusticus, plene Alex. *cons.* 42. *per tot. lib.* 1. † Extende, vt idem sit, qñ vendens scienter vendidit rem infra dimidiam iusti pretii, quia non potest dici lęsus, ex quo sciuit, & voluit. Roman. *cons.* 475. *Quoad primum, num.* 4. vbi plena apostilla *in ver. implorare,* dat plurimos concord. † Idem, si renunciauit omnibus beneficiis, & est impubes; quia non excluditur propter iuramentum, quod nihil operatur in impubere. Fulgos. *cons.* 237. *col.* 2. *ver. & in prima quidem,* vbi dicit hoc esse verum, etiam si cũ tutore contraxit. † Idem, si renunciauit minor omnibus beneficiis, etiam cum tutore, quia si est læsus, potest agere ad læsionem, nisi sit pubes, qui iurauit, & nisi fuerit certioratus. Fulgos. *d. cons.* 237. *col. pen. ver. superest tertia.* † Contrarium, quod imo minor sciens si cũ iuramento donauit illud plus, vel si renũciauit omnib. benefi-

ciis,& non venire contra non possit etiam petere absolutionē à iuramento læsus, neq; petere restitutionem in integrum. Alex. *cons.*125. *Visis & consideratis,n.6.in fi. ver.non obstat igitur,& num.7.cum*
20 *sequent.lib.1.& num.*10.*ver.& expresse dicit.* † Extende contrarium; etiam si donauit minor cum iuramento; quia sciens non potest agere tanquam læsus, neque petere restitutionem, neque absolutionem à iuramento, nisi donatio comprehenderet læsionē vltra dimidiam eius,quod potuisset, & voluisset donare. Alexan.*d.*
21 *cons.*125.*n.7.lib.1.& n.*10.*ver.& expresse dicit.* † Restringe in minore alienante cum iuramento, quia si renunciat beneficio minoris ætatis, poterit tamen, prout maior, agere tāquam læsus, quia renunciatio minori ætati cum iuramento, vel beneficio minorum nihil aliud operatur, quam quod sit maior, & ideo sicut maior agere pōt,ita minor, qui renunciauit beneficio minorum. Fulg. *d. cons.*237.*Fimus,& Guidonius,in pr.* Alex.*cons.* 27.*in pr.vers.tertio quia,& n.4.ver.non obstat,quod tertio. lib.*1. qui limitat restrictionem nisi sci-
22 uisset emptor pretium.† Amplia in minore remittente fideicommissum conditionale in casum mortis fratris; quia frater sibi remittit simile fideicommissum; quia ex quo ius est incertū, & cōditionale,& reciprocum non potest præcendi aliqua læsio, licet veniat casus contra minorem. Bald.*cons.*434.*Factum proponitur. lib.* 3.*n.*2.*ver.secundus casus*, quitamē loquitur, quando minor fuit cer-
23 tioratus de importantia, alias secus.† Idem in muliere forēsi, quę non potest allegare læsionem, neq; hæredes prætextu lucri dotis ex statuto, quod ignorauit, quando statutum ita defert lucrum vxori, sicut marito. Cuma.*cons.*72.*De iure communi,n.*2.*ver.nec potest*
24 *dici.* † Idem in filio renunciante patri legitimā pro certa summa; quia licet tempore mortis patris sit aucta, si habuit eam secundū tempus contractus, repellitur; quia potuit ita diminui, sicut augeri, & propter incertitudinem non dat de læsione Alex *cons.*181. *Visis duobus,in pr.* vbi apost.*in ver.tempore*, dat pro vtraque concord.
* & dicit magis * communem, *& d.cons.*181.*nu.*5.*ver.quod etiam, lib.*5.
25 † Amplia in marito, qui dedit in solutum bona vxori pro dote, quæ erant maioris valoris, & renunciatio beneficio *d.l.*2. *C.de rescind.vend.* quia censetur donasse, & talis donatio cōfirmatur morte in præiudicium hæredum matiti. Bald.*cons.*243.*Visis d.puncto, in*
26 *pr.lib.*3.† Amplia; quia authoritas, seu confirmatio principis tollit nedum læsionem, sed restitutionem in integrum, etiā si alias cōpeteret ratione personæ. Alex.*cōs.*240.*Perspectis,in fi.ver.postremo, li.*
27 6.† Amplia in venditione ordinata per testatorē, quod tali vendatur tanto pretio, quia non habet locū læsio. Cagn.*d.l.*2.*n.*167.*in*
28 *26.q. C.de rescind.vend.* † Amplia: quia non habet locum, licet the-
29 saurus reperiatur in re empta. Rim. Iun. *cons.*483. *n.* 25.† Amplia; quia si alienans donauit ex certa scientia, & non per errorē, illud plus, quod inducit læsionem, non potest agere ad rescissionē prætextu læsionis. Bald. *d.cons.*394.*in fi.lib.*4. Alex.*cons.*125.*n.*6. *in fi. ver.non obstat igitur, & n.*9.*lib.*1. Curt. Iun.*cons.*141.*n.*2. Rub. Alex.*cōs.* 12.*n.*3. qui loquuntur in renunciante. Ruin.*cons.*16.*n.*3.*lib.*4. loqui-
30 tur in sciente, & renunciante.† Et idem, si alienauit sciens valorē rei, quia non rescindit, secus si ignorauit. Alex.*cons.*42.*nu.*5. *ver.&*
31 *ideo licet.& n.*7.*ver.sed præmissis, lib.*1.*& cons.*125.*n.*7.*eod.lib.*1.† Restringe in multere, minore, & rustico, vendentibus scientibus valorē rei, quia nisi fuerint certiorati de remedio *d.l.*2. *C. de rescind. vend.* non censentur illi renunciasse. Alex.*d.cons.*42.*nu.*5.*ver.& ideo.lib.*1.
32 † Etiam si interuenerit iuramentum. Fulg.*cons.*237.*Fimus, &* Gui-
33 *donius,in pr.* Alex.*cons.*27.*in pr.& n.*4.*lib.*1.† Contrarium, qñ interuenit iuramentū, & scientia, dicit Alex.*d.cons.*42.*n.*17.*in fi.lib.*1. vbi
** dicit *communem, & *n.*10. vbi dicit magis * communē, etiam si minor solum iurasset non venire contra, & nō fuisset aliter cer-
34 tioratus, & *cons.*125.*n.*7.*lib.*1.† Imo etiam sine iuramento hoc affirmat in muliere scienter vendente, vt obligetur, & non rescin-
35 dat, prout neq; masculus. Alex.*d.cons.*42.*n.*18.*lib.*1. † Declara; quia si minor factus maior ratificauit alienationem factam in minori ætate, & cum iuramento; quia ex quo sciuit valorem, sibi præiudicauit. Abb. plene *cons.*71.*Quinque dubia,n.*8.*ver.condescendo ad secūdum,lib.*1.*per tot.* vbi, quod neque potest absolui à iuramento hoc
36 casu.† Amplia; quia venditio si est facta cum solemnibus subhastationibus, & decreto iudicis de re minoris, non potest allegari; quod fuerit minori pretio facta, quantumcunq; venditor fuerit strangulatus. Ang.*cons.*142.*Tutor pupilli,in fi.ver.super secundo.* vbi tamen videtur in fine tenere, quod hoc sit, quando fieret detractio
☞ ob debitum publicum fisci; infra *n.*47. Vide tamen in Conclusio-
37 ne proxime præced. *n.*14.*& seq.*† Extende, quando bona publice exposita fuerunt venalia, vel locabi ita non intrat læsio, qñ
38 plus offerenti sunt data Gabr.*tit.de em vendit.concl.*1.*n.*61.† Amplia in eo, qui renunciat rei, quæ ita potest pati diminutionē, sicut augmentū, prout filia renuncians legitimæ pro certa quanti-

tate patri, quia licet pater efficiatur diues, ex quo potuit etiā effici pauper, non datur læsio. Ang.*cons.*223.*Casus talis est,in fi.n.*4.*ver.re-*
39 *stat igitur.*† Extende; quia si res potest crescere, vel decrescere post contractum, non consideratur. Bald.*d.l.*2. *C.de rescind.vend.* Anto. Burgos *cap.cum causa.de empt. & vendit.* Menoch.*cons.*1.*n.*350. Cast.
40 *cons.*386.*Factum sic se habet,in fi.vers.quarto dubius euentus, lib.*2.† Idem in legitima filio assignata tēpore contractus, quia licet debeatur tempore mortis, non habetur alia ratio, si creuerunt patris facultates; quia potuissent etiam minui. Alex.*cons.*190. *in princip.* vbi a-
* post. dicit magis * communem, *lib.*5.† Amplia, si esset læsus infra
dimidiam; quia licita est læsio, *l.in causa,*§.*penultim.ff.de minor.* Vide
supra, *Læsio multiplex. Conclus.*292.*num.*9.*& seq.* Vide, *Deceptio quando*
41 *permissa, vel prohibita. Concl.*61. † Extende etiam in minore, si iu-
42 rauit, quia si est læsus solum vsque ad dimidiam, non agit tanquā læsus. Alexand. *cons.*125.*n.*8.*ver.& dicit expresse, lib.*1.† Amplia; quia
43 obligatio, & pactum de non veniendo contra, sed de habendo ratum per se, & hæredes, inducit renunciationem cuicunq; læsioni. Castren. *cons.*387. *Per supradictum,in fi.lib.*2.† Extende mul-
44 to magis, quando iurauit non venire contra ex capite læsionis modicæ, & in magna quantitate etiam enormi, & enormissima; quia non auditur amplius. Alex. *dict.cons.*127.*n.*2.*vers.confirmantur prædicta.lib.*2. Alex.*cons.*27.*num.*3.*lib.*1. vbi apostilla, qui tamen dicit in hoc vltimo consilio, quod iuramentum excludit etiam minorem à restitutione in integrum ex capite læsionis, etiam enor-
mis.† Et procedit etiam in minore cum iuramento promittente,
45 & renunciante non venire contra cōtractum ex capite læsionis, etiam enormis, & enormissimæ; quia valet renunciatio in minore, muliere, & rustico, etiā si non sunt certiorati de beneficio læsionis; quia stante iuramento non requiritur alia certioratio. A-
lex.*d.cons.*127.*circa si.ver.pro hoc etiam bene facit, lib.*2. & hanc magis
communem * dicit Alex. *cons.*27.*nu.*2.*lib.*1. vbi, quod certioratio *
non requiritur, quia iurans præsumitur accedere certioratus, &
46 quod ita in practica obseruatur.† Amplia; quia venditio facta ad hastam citato, & contumace debitore non potest rescindi etiam ex capite enormissimæ læsionis, qñ factæ fuerunt plures subhastationes, & omnia cum solemnitate sunt facta. Bald.*cons.*498.*In-*
47 *dex & creditor, lib.*5.*per tot.* vbi allegat pro vtraq; parte, sed hanc tenet, & mouetur, quia pretium non est de substantialibus.† Con-
trarium Fulg.*cons.*172.*Visis processu, col.*3. *vers.rursum ipsa bona*, supra
*n.*76. Vide, *Læsio vltra dimidiam habet locum. Concl.*293.*num.*12.*& mul-*
48 *tis seq.*† Restringe, nisi esset res minoris. Baldus *dict.consil.* 498.*post*
49 *medium.ver.nisi sit appellatum, lib.*5.† Restringe, nisi debitor fuisset absens ex causa necessaria, & excusante; prout ratione militiæ,
50 vel alias. Bald. *dict.cons.*498.*post med.ver.nisi sit appellatum, lib.*5.† Restringe, qñ debitor appellasset à deliberatione, vel adiudicatione. Bald.*d.cons.*498.*post med. d.ver.nisi sit lib.*5. † Restringe, quando
51 subhastationes non sunt factæ, & solemnis forma nō fuit seruata. Bald.*d.cons.*498.*in fi.lib.*5.† Amplia; quia is, qui approbauit laudum, nō pōt petere illius reductionem prætextu enormis læsionis. Angel.*dict.cons.*315.*Statuto cauetur, per tot.* Gem.*cons.*68.*n.*2.† De-
53 clara, vt per Soc.*cons.*85.*Consiliis nostris, lib.*1. vt possit, quando est enormissima læsio considerato euentu dubio litis; quia si non est
54 in specie iuratum etiā ratione enormissimæ læsionis, vel consensus ratificans non est iuratus, datur reductio. † Amplia; quia sen-
55 tentia, quæ transit in iudicatum, non rescinditur ratione enormissimę læsionis. Socin. *cons.*85.*in pr.* † Amplia; quia contra factū principis ex certa scientia non datur læsio, neque restitutio in integrum, secus si non esset legitime factum. Crauet.*cons.*5.*n.*1. *&* 2.
56 † Amplia in concessione emphyteusis per longum tempus ratificata per receptionem pensionis. Castr. *cons.*380.*col.fi.lib.*2. † Am-
57 plia; quia læsio ex dilatione temporis nō est considerabilis. Bald. *in rubr.C.de vsur.* Bolog.*in addit.ad cons.*Io.*de Anan.*34.*n.*10.*ver.nec ob-*
58 *stat vnum.* † Amplia; quia post facta impensas, & redditos agros meliores, læsio videtur intentari per calumniam. Barr.*in l.* 2. *C.de locat.præd.ciuil.lib.*11.*& in l.*2.*C.de omni agro desert.eodem lib.* Castr.*cons.* 387.*n.*1.*lib.*2. Anchar.*cons.*122. Castr.*cons.*260.*Notandum, col.*2.*lib.*2. vbi, quod Bartol. inuehitur in cleticos ista attentantes, & plenius
59 *cons.*386.*per tot.* & maxime *in fin.lib.*2. vbi, quod præsumitur cōtra eū qui distulit, donec fuit meliorata res, nisi offerat melioramēta, allegat Bald. *dict.l.*2.*C.de rescinden.vend.q.*19. † Amplia; quia minor non potest dici læsus ex professione religionis, quia ad meliorem statum transiuit. Lap.*alleg.*94.*in fi. ver. & prædicta sunt ver.a,*
in simili Bald.*cons.*248.*nu.*2.*lib.*2. vbi, quod licet minor non possit alienare, alienat tamen valide se, & bona religioni offerendo.
60 † Amplia; quia licet læsio competat venditori, & emptori, si tamē emptor non habet facultatem restituendi rē emptam; quia eā alienauerit, non pōt agere ad lęsionē; quia culpa sua id euenit;

gloss.

gloss. Bart. & alii *in d.l.2. C. de rescind. vendit.* quia debet restitui res, 61 si agit ad læsionē emptor, vide Bart. ibi *n.16.* † Amplia; quia læsio non habet locum in renunciatione etiam minoris, & cum iuramento, nisi ledеretur vltra intentionem, vt quia credidit renunciare rem, seu actionem modici valoris, & erat magni valoris, ratio est; quia renunciatio non est contractus correspectiuus. Bart. 62 *cons.90. Dilecto domino, num.2. ver. super secundo, lib.1.* † Amplia; quia si est præscriptum spatio 30. annorum, non potest agi ex *d.l.2. C. de rescind. vend.* ad læsionem; quia omni actioni præscribitur, maxime ex empto, quę competit ex illo remedio. Io. de Imo. *cons.30. per* 63 *totum.* † Extende; quia imo is, qui concessit in emphyteusim, & recipit pensiones per 24. annos, non potest allegare læsionem; tū quia toties ratificauit contractum, quoties recepit pensionem. Castr. *cons.386. Factum sic, col. fi. lib.2.* tum ēt; quia tāto tempore soluendo recipiens acquirit dominiū; ergo ēt sine titulo, & multo 64 magis cum titulo. Castr. *cons.387. col.2. lib.2.* † Restringe, nisi deducendo tempora, quibus non redditur ius, prout belli, & pestis, nō est trāsactum tempus 30. annorū. Calcan. *cons.3. n.30. & cons.26. n.* 65 8. † Amplia; quia vbi interuenit authoritas, vel præsentia principis, non habet locum læsio, neque restitutio in integrum. Crau. 66 *cons.253. nu.8. in fine.* † Amplia; quia est in dubio, pro non læsione pronuntiandum. Alex. *cons.152. lib.7.* Corn. *cons.155. lib.2.* Dec. *consil.* 67 *168.* † Amplia; quia socius habens facultatem sibi eligendi debitores, & creditores societatis, si vtens iure eligendi scienter sibi eligit plures creditores, quam debitores, non potest allegare læsionem, quia debet sibi imputare, nō alteri; quia damnum, q̄ ex sua culpa prouenit, substinere debet, Rom. *cons.475. Quoad primum in pr.* vbi apost. *in ver. debet*, dat concord. & quando dolus alterius 68 non ineſt, re ipsa, non est locus læsioni. † Extende idem esse in diuisione, quia eligens partem minorem non agit ex lesione, nisi in altero condiuidente insit dolus saltem re ipsa. Rom. *d. cons.475. n.* 69 *4. ver. vnde etiam dicimus* allegat *l. maioribus. C. commun. vtriusque iudic.* † Amplia duodecim modis, de quib. Soc. *in Reg.9. d.l.2. C. de rescin. vendit.* vbi limitat 12. modis, quos videas, quia sunt ampliationes 70 in conclusione nostra. † Amplia; quia donatio prohibita per patrē in filium in potestate existentem, quæ tamē valet propter benemerita, vel ex causa, si benemerita non ascendunt ad valorem rei donatæ, non valet, nisi pro rata meritorum, & si excedant dimidiam valoris rei donatæ, non valebit in totum, sed solum pro parte meritorum, & licet sint opiniones Doctorum, tamen ista * 71 est * communis opinio. Clar. *in §. donatio, q.8. n.4. ver. sed pone.* † Limita; quia est speciale in muliere ēt maiore, cuius bona in dotem data fuerunt marito pro minori pretio, quam valerent; quia pōt agere, & maritus tenetur supplere. Cast. *cons.275. Ad primū, n.3. ver. ad tertium, lib.2.* vbi dicit de hoc esse text. singularem *in l. fires, §. mu-* 72 *lier, ff. de iure dot.* † Limita in muliere, minore, & communitate, Ecclesia, & similibus, qui non possunt renunciare læsioni; quia ēt modica læsio attenditur, imo si isti exequutores, tutores, curatores, syndici, & alij similes renunciarunt lesioni ex dolo ipsorum, esset ipso iure nullus contractus. Cagn. *d.l.2. C. de rescind. vendit. nu.* 150. *& seq. ver. postremo*, & quod minorib. detur restitutio pro modica læsione, gl. Bart. & alii *in l.2. C. si aduer. vēdit. pign. & in l. si ex causa. §.1. & l. penult. ff. de minor.* Alex. *cons.67. lib.5.* Corn. *cons.179. n.10. lib.* 73 *1.* † Contrarium, quod minoribus non detur ex modica læsione restitutio, neque rescissio, est tex. *in l. scio, ff. de in integr. restit.* Corn. *cons.179. n.1. lib.4. & cons.72. n.7. lib.3.* Dec. *cons.474. n.11.* Gozad. *cōs.* 74 *44. n.8.* Capic. *decis.109. n.9.* † Declara; quia si contractus est magnæ importantiæ, modica læsio non sufficit, secus si est modicæ importantiæ. Couar. *var. resol. lib.1. cap.3. n.11.*

Læsio attendi debet de tempore celebrati contractus, & quando secus. Concl. 295.

1 Læsio † ad hoc, vt habeat locum, debet considerari tempore contractus, à quo inducitur ipsa læsio, non autem habetur in consideratione id, quod contingit post. Crau. late *cons.11. n.17. &* * *cons.151. n.7.* Hippol. Rim. *cons.97. n.14. lib.1.* & communem * dicit Oddus *de restit. in integr. par.2 q.57. art.3. n.18. l. si voluntate, C. de rescin.* 2 *vend.* vbi Doct. *in fin.* Abb. *cons.56. Quod solutio, in fi. lib.2.* † Ratio est; quia quando aliquid potest se habere ad commodum, & damnū, licet casualiter contingat damnū, non per hoc quis dicitur lædi, etiam si esset minor, nec restituitur, vt læsus. Odd. *d. tract. par.1. q.* * 3 *4. art.6. per tot.* vbi de * communi. † Restringe, quando causa de futuro habet effectum tempore venditionis, vel quando cōtractus habet effectum successiuum. Natt. *cons.548. n.36.* Alba. *cons.34.* *n.15. & seq.* plene Rol. à Vall. *cons.1. n.173. lib.2.* vbi, quod licet nō adsit læsio tēpore contractus; tamen rescissio habet locū, si læsio sit post contractum, quando cōtractus est successiuus. † Amplia, vt 4 procedat etiam in odium Ecclesię; quia si Ecclesia cum solemnitatibus permutauit 20. tornaturas terræ valoris 300. librarū cū aliis decem tornaturis eiusdem valoris, licet 30. tornaturæ datæ per Ecclesiam efficiantur longe maioris valoris post contractū; tamen non attenditur læsio causata post, nisi fuerit tēpore contractus. Cald. *cons.297.* alias 5. *de rerū permut.* † Extende; quia si Ec- 5 clesia de antiquo cōcessit in emphyteusim bona sterilia pro modica pensione, postquā fuerunt meliorata, non poterit Ecclesia velle agere ex læsione; quia de præsenti res est magni valoris. Bar. *in l.2. C. de locat. prædio. ciuil. lib.11.* vbi inuehitur in clericos ista attētantes. Castr. *cons.260. col.2. lib.2.* † Extende etiam in casu contra- 6 rio, vt si res datæ Ecclesiæ efficerētur vilioris pretii, adhuc Ecclesia nō pōt dici læsa, si tēpore cōtractus fuit solemnitas seruata, & * læsio postea fuit causata. Cald. *d. cons.297. in fi. ver. præterea.* alias 5. *de rerū permut.* † Extende generaliter in omni læsione Ecclesiæ ex 7 contractu, quia debet considerari tempore contractus, & non alias. Ias. *cons.54. Circa dubiū. n.4. ver. secundo fortius, lib.1.* Dec. *cons.341.* *n.15.* vbi, q̄ læsio ab Ecclesia debet probari. † Extende; quia si Ec- 8 clesia concessit res steriles à principio in emphyteusim, & infructuosas, quæ ad cultura sunt redactæ, & effectæ fructuosæ, si Ecclesia vult agere ad læsionē, debet illā probare de tēpore primæ cōcessionis. Cast. *d. cons.260. Notandū, & cons.386. & 387. lib.2.* † Imo 9 plus dicit Castr. *d. cons.260. in fi. lib.2.* quod si Ecclesia concedat eadem bona reuersa ad Ecclesiā pro pensione antiqua, non poterit dicere se læsam, nisi doceat de lęsione ex prima cōcessione. † Am- 10 plia, vt procedat ēt in locatione facta ab Ecclesia; quia licet postea fructus rei locatæ cariori pretio venderentur, tamen, vt lęsio cōsiderabilis sit, attendi debet valor de tempore factæ locationis. Ang. *cons.312. n.5. ver. ad illud aūt. q.* Bero. *cons.83. n.26. & 27. lib.1.* † Ex- 11 tende; quia nedū non habet locū læsio, ex eo, quod fructus post locationē cariori pretio vendantur, seu viliori ad effectū rescindendi locationē, sed neq; ad effectū augendi, vel minuendi affectum. Ang. *d. cons.312. n.5. ver. sed licet non audiatur.* † Amplia ēt cōtra 12 fiscum agentem ad rescindendam venditionem ex capite læsionis; quia attenditur tempus contractus, non aūt intentatæ actionis. Fulg. *cons.126. Quidam nomine Iacobus, in pr.* † Amplia; quia ēt in 13 pacto de retrouendendo attenditur læsio tempore pacti; & venditionis ad hoc, vt pactum sit perpetuum, & non attenditur tēpus finiti pacti, sic videtur dicere clare Soc. Iun. *cons.104. in pr. lib.3.* *& cons.46. n.39. lib.4.* Simon de Præt. *cons.1. n.3. & cons.74. & cōs.137.* *n.14.* † Extende, vt idem sit ad effectum, vt intenteturremedium 14 *l.2. C. de rescind. vend.* Dec. *cons.167. n.4. & cons.307. In casu ad nos transmisso. in pr.* vbi vult vlterius, quod habeatur ratio ad pactū retrouendendi, quod minuit, sequitur Tiraq. *de retract. conuent. in præfat.* *n.25.* vbi dicit notandū, quod non sufficeret probare valorem, nisi probetur cum pacto retrouendēdi. Crau. *cons.313. n.3. & seq.* † De- 15 clara, vt non procedat si pactum de retrouendendo non esset liberum, sed post certū tempus. Tiraq. *in d. proœm. de retract. conuent.* *n.26.* † Quantum autem diminuat dictum pactum, Tiraq. *d. tract.* 16 *de retract. conuent. in præfat. n.20.* vbi, quod res, quæ valet centū, datur pro 70. & idem dicit Hippol. Rim. *cons.218. n.117. & seq. lib.2.* vbi, quod arbitrariū est iudici, & hoc vltimū placet Didaco Cou. *var. resol. lib.3. cap.10. in pr.* Soc. *cons.15. n.56. in fi. & 57. lib.1.* † Extende, 17 vt procedat, etiam si pactū esset expiratū & ageretur de læsione, & rescissione; quia attenditur valor tempore venditionis, & cū pacto. Tiraq. *d. tract. in præfat. n.24. de retract. conuent.* vbi reprobat Ant. Burg. contrarium tenentem. † Contrarium tenet Ant. Bur- 18 gos *in cap. ad nostram, col.13. ver. ob quod dicit, de pignor.* † Restringe in 19 contractu successiuo; quia licet à principio non contineat læsionē, si tamen incipiat continere læsionem, rescinditur, habito respectu ad tempus post contractum, ita Alba. *cons.34. in fi.* Natta *cōs.* *548. n.36.* vbi plene Roland. à Valle *cons.1. n.173. lib.2.* vbi ponit plura exempla de eo, quis obligat coquere panē; quia si creuit in tātū, quod sit intolerabilis, contractus rescinditur. Rimin. Iun. *cōs.* *59. n.72. & seq.* allegat Cardin. Alba. *cons.17. col.2.* idem Alba. *cons.34.* *nu.15. & sequen.* vbi plura late Dec. *cons.334. Viso consilio, per tot.* & est text. *in cap. quanto, de censibus.* Bart. *quæst.4.* incip. *Publicanus. vers. solutio*, vbi, quod licet sit venditio; regulatur tamen secundum locationem, quando venditur annua præstatio, etiam si vnico pretio, maxime, quando venduntur fructus nondum nati; secus si venderetur ius percipiendi, vel si fructus deberentur ab emptore in cultura, & cura. Tessaur. *Pedemont. decis.126.* est text. de iure Ciuili *in l. cum quædam, ff. de vsur.* & de iure Canonico *in cap. suggestum, de decim. & in cap. quanto, de censibus.* † Nam q̄n res venit ad excessum in- 20 cognitum, facit recedere; quia ex causa superuenienti recedimus ab omni dispositione. Anchar. *cons.84. Domina Azolina, nu.3. & seq.*

Iaſ.*in l.quo minus.n.*134.*vſque ad n.*145.*ff.de flumin.* Ripa *in c.cum M.n.* 37.*& ſeq.de conſtit.* Marſil.*d.*1.*§.ſi.n.*16.*vſque ad n.*30.*ff. de quæſt.* Tiraq. *in l.ſi vnquam,C.de reuoc.donat.in præfat.n.*167.vbi, quod intelligitur omnis diſpoſitio,rebus ſic ſtantibus.Crauet.*conſ.*21.*in princip.* Fel. *c.nouit.*& ibi Aretin.citat.*n.*8.*verſ.ſecundo limita, de iudic.* Gabr. *de*
21 *iure quæſito,concluſ.*6.*in fi.* Gozadin.*conſ.*5.*nu.* 20.*ver.quarto.* † Contrarium,quando venditio eſſet facta non de annuo redditu,ſed de iure percipiendi annuũ redditum,gl.*in l.iubemus nulli.*vbi Bart. Bald.& Caſtr.*C.de ſacroſ.Eccleſ.*Rom.*conſ.*302.*& conſ.* 423.*n.*8.Pariſ. *conſ.*86.*n.*6.*lib.*2. Tiraquel.*de retract.lignag.§.*1.*gloſſ.*6.*n.*4.*& ſeq.* Bald. *in l.cum pro pecunia,C.de ſolut.* vbi, quod ſi Peruſini emptores lacus multum lucrantur,eorum eſt vilitas,& illis inuidere non debemus; quia commodum,& incommodum ſpectat ad emptorem. Dec.*conſ.*4.*per tot.*Socin.Iun.*conſ.*68.*n.*7.*& ſeq.lib.*2.ſicque refert, an venditi ſint fructus,an vero ius percipiendi fructus, vt decla-
22 rat Bart.*d.quæſt.*4.*ver.ſolutio,in pr.& in ſi.* † Declarat Sfort. Oddus *de reſtit.in integr.part.*1.*q.*4.*art.*11.*n.*93.*& ſeq.* quia ét minor reſtituitur aduerſus damnum futurum, & lucrum futurum perditum ex venditione,quando illud damnum, vel lucrum prouenit ex
23 contractu,ſecus ſi extra contractum. † Et in Eccleſia attenditur tẽpus contractus; quia ſi non eſt læſa tempore contractus, licet poſtea lædatur,nihil refert.Cald.*conſ.*5.*de rer.permut.*Iaſ.*conſ.*54.*n.* 5.*ver.& per hoc non obſtat,lib.*1. Tiraq.*de retract.conſanguin.§.*7.*glo.*1.*n.*
24 10.† Extende in caſu conuerſo; quia bene ſucceſſiua veniunt in contractu beneficio iuris,prout alluuio, & augmentũ. Dec. qui
25 pluribus declarat *conſ.*123.*n.*87.*& ſeq.lib.*3.† Extende,etiam ſi agatur de fauore Eccleſiæ; quia probare debet Eccleſia læſionem tẽ-
26 pore contractus.Crauet.*conſ.*894.*n.*23.† Reſtringe, quando ageretur,vt quis reſtitueretur aduerſus lapſum temporis ad francãdum; quia debet attendi tempus, quo debuit francare, vt appareat læſio; quia læſio conſideratur de tempore,quo quis ex clau-
27 ſula generali iuſtæ cauſæ aliquid omiſit,vel commiſit.† Reſtringe,qñ eſſet conuentũ de retrouendendo intra certum tempus non addito pretio; quia debet attendi valor tempore retrouendi tionis faciendæ, ex quo non eſt conuentum de certo pretio
28 Cagn.*in l.*2.*C.de pact.inter empt.& vend.n.*92.† Amplia in locatione bonorum Eccleſiæ; quia attenditur valor tempore locationis,nõ tẽpore præſenti,& ex vno nõ infertur ad aliud.Decian.*d.conſ.*14.
29 *n.*16.*lib.*2.† Amplia idem in filia renunciante bonis paternis, & maternis; quia conſideratur læſio tempore prædictæ renunciationis,vt tunc valutentur bona.Decian.*conſ.*6.*nu.*78.*ver.non obſtat*
30 *quartũ,lib.*1.† Amplia; quia in venditione frumenti, vini, & ſimilium,licet poſt venditionẽ valor augeatur,nihil facit ad læſionẽ; quia debet attendi valor tempore cõtractus.Alex.*conſ.*180.*& cõſ.* 181.*lib.*5.Curt.Iun.*conſ.*21.& videtur de mente Bart.*in d.l.*2.*n.*16.*C. de reſcind.vend.*dum vult,quod narretur valor tempore cõtractus.
31 † Amplia in venditione facta iure creditoris,& ſic ad haſtam; qa ad cauſandam læſionem,& probandam attenditur tempus con-
32 tractus.Fulg.*d.conſ.*126.*in pr.* † Amplia in tantum, vt non ſufficiat læſio de præſenti etiam ad præſumendum eandem læſionem in
33 præteritum.Fulgoſ.*d.conſ.*126.*in pr.ver.ſecundum dubium.* † Amplia in quacunque læſione Eccleſiæ,vel minoris; quia conſideratur, & probari debet tempore celebrati contractus,non autem ante, vel poſt.tex.cum glo.*ſi.in c.ad aures,de reb.Eccleſ.non alien.* tex.cũ gl. *2.in c.cum dilecti,de empt.& vend.* & eſt melior tex.*in l.Titia cum eſſet, in fi.ff.de iur.dot.*Corn.*conſ.*181.*lib.*2.Crauet.*conſ.*114.*n.*16.*&* 151.*n.*7.
34 *& conſ.*188.*nu.* 4.† Extende in tantum læſionem eſſe probandam tempore contractus,vt detur reſtitutio in integrum aduerſus cõtractũ,vt ſi ſuperueniſſet læſio poſt contractũ, non ſit ſufficiens, neque attendẽda.Alber.*in l.& ſi ſine.§.quæſitum,ff.de minor.* Afflict. *deciſ.*340.Crauet.*conſ.*11.*n.*17. facit text.*in l.ſi voluntate, C. de reſcind. vend.*Corn.*d.conſ.*181.*lib.*2.Crauet.*d.conſ.*114.*n.*16.*& conſ.*151.*n.*7.*&*
35 *conſ.*188.*n.*4.† Et quod non ſit ſatis,quod minor lędatur à contractu tempore petitæ reſtitutionis,ſed debeat probari læſio tẽpore contractus,eſt text.*in l.verum,§.ſciendum.ff.de minor.*Bald.*conſ.*474. *Quidam Ioannes.lib.*1.Angel.*conſ.*313.*Prout patet,col.*3 *nu.*5.late Corn. *conſ.*181.*Viſis nonnullis,col.*18.*n.*56.*lib.*2. Crauet.*in conſiliis ſupra cit.atis.*
36 † Contrarium,quod imo minor reſtituatur aduerſus actum nõ ſo um, qui lædit de præſenti,ſed etiam qui lædere poteſt in futurũ,eſt tex.*in l.minor* 25.*annis filius familias,ff.de minor.* Crau.*conſ.*192.
37 *Caſus ita ſe habet,n.*4.† Declara; quia ampliatio, & extenſiones ꝓ-
38 cedunt in contractu. † Limita in cõtractu conditionali; quia attenditur tempus purificatæ conditionis,non autem tempus cõtractus; quia conditio nihil ponit in eſſe,& pendente conditione contractus non eſt, & licet in contractibus conditio purificata trahatur retro ad contractum,& faciat valere à principio;tamen
* cõmunis * opinio eſt, quod ſi mutatur valor monetæ extrinſecꝰ, & vſu,ſolutio debet fieri ſecundum vlum tempore purificatę cõ-
ditionis,quando bonitas monetæ intrinſeca non mutatur,& debitor non fuit in mora;ita plene Franc.Aret.*conſ.*11.*Procedendum,*
*in princ.*maxime *nu.*2.*&* 3.† Limita quatuor modis, de quibus per 39
Crauet.*conſ.*264.*n.*2.*& ſeq.* vbi dicit non procedere,quando contractus eſt cauſa læſionis,prout in diuiſione iuriſdictionis,ex qua cauſantur inimicitiæ,& ruinæ graues; quia licet tempore diuiſionis non adeſſet læſio; tamen ſatis eſt, ſi cauſatur ex diuiſione ſucceſſiuo tempore.† Secundo, quando non agitur de læſione 40
pecuniaria tantum,ſed etiam de læſione corporum, & animarum contrahentium;quia potius attendi debet alia regula, quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.Crau.*d.conſ.*264.*ver. reſpondeo,nu.* 4.*& ſeq.*† Tertio, quando ſumus in contractibus,ex 41
quibus commodum,& incommodum ſpectat emptori, procedit regula; ſecus ſi plenum dominium non acquiritur.Crauet.*d. conſ.*264.*n.*6.*ver.tertio reſpondeo.*† Limita, quãdo ſumus in alluuio- 42
ne,vel conceſſione vniuerſali;quia non attenditur tempus contractus,Dec.*conſ.*123.*n.*87.*& ſeq.* vbi declarat.

Læſus præſumitur ignoraſſe verum pretium. Concluſ. 296.

PROBATA † læſione vltra dimidiam præſumitur, quod venditor ignorauerit iuſtum pretium,& ideo poteſt agere ad læſionem ex *l.*2.*C.de reſcind.vend.* Alex.plene *conſil.*1.*in princip.lib.*6.† Ra- 1
tionem aſſignat Ant.de Butr.*conſil.*52.*in fi.* quia ineſſet iactatio ꝓ- 2
prii patrimonii, quæ non eſt præſumenda. † Amplia, vt procedat maxime in ruſtico, & muliere; quia ſi non ſunt certiorati, nõ 3
ſibi prędiudicant,etiam ſi renunciauerint exceptioni doli, &c.læſioni,& deceptioni; quia adhuc non præſumitur ſcientia; neque ſibi præiudicant; quando non iurarunt.Alex.*d.conſ.*1.*lib.*6.*per tot.* vbi tollit contraria.†Declara tamen; quia ſi renunciaſſet eo mo- 4
do cum iuramento,& cum clauſula, *omnia, & ſingula fore vera, attendere, &c.*Alex.*conſil.*17.*n.*2.*lib.*3.& fatetur etiam *d.conſil.*1.*n.*5.*ver. & hoc ſaltem lib.*6. † Declara, niſi venditio fuerit geminata, ſeu 5
confirmata; quia tunc præſumitur certioratio, & quod voluerit ſibi præiudicare.Caſtr.*conſ.*386.*Factum ſic ſe habet.col.*2.*ver.ſecundo arguitur.lib.*2.

Læſus quando quis dicatur. Concl. 297.

LÆSVS † dicitur nedum qui patitur damnum,vt *in l.*2.*C.de re-* 1
*ſcind.vendit.*Corn.*conſ.*181.*n.*65.*lib.*2.vbi, quod læſio intrat in omni contractu oneroſo.† Sed etiam qui patitur lites; ideo mi- 2
nor,qui adiuit hæreditatem,etiam nõ damnoſam, reſtituitur in integrum,ſi habet hæreditas multitudinem litium; quia noſtra intereſt à litibus diſcedere,*l.minoribus.*vbi Bart.& Bald.*ff.de minor.* Vide,*Lites execrandæ,& fugiendæ.Concl.*384.† Extende; quia habẽs 3
damnum, licet habeat fideiuſſorem releuatorem, non tamẽ ceſſat,quin damnum,& læſionem pati dicatur.Vide,*Reſtitutio in integrum,vt detur minori,quæ conſtare,& probari debeant.Concl.*286.*n.*44.

Læſio & iniquitas laudi non præſumitur, & quando ſecus. Concl. 298.

LÆSIO †& iniquitas laudi non præſumitur; quia imo pro laudo præſumitur; ideo agẽs de iniquitate,vel reductione probare debet.Cald.*conſ.*114.alias 5.*de arbitr.* quod eſt Petri de Anch. Dyn.*conſ.*19.*Ptolomæus Manentius,num.*13.*ver.ſuper ſecundo.* Et quanta debeat eſſe læſio in laudo, Vide *in ver.Reductio ad arbitrium boni viri* 1
*non habet locum.Concl.*73.*ver.ſufficit.* † Amplia, vt idem ſit ip omni 2
ſententia,contractu,& obligatione; vt agens reſciſſoria allegans deceptionem vltra dimidiam,vel dolum,aut metum,aut reſtitutionẽ petens ex clauſula generali,vel minoris etatis; probare debeat.Cald.*d.conſil.*114.*in ſi.ver.ex quibus concludo* quod eſt 5.*de arbitr.* † Declara,niſi ſententia ſit lata pro ſupplemento, vel ſuper que- 3
rela contra teſtamentum ſine probationibus; quia præſumitur dolus in iudice,& conſequenter reductio laudi concedi debet; non obſtante ſtatuto prohibente dari reductionem laudi. Bald. *conſil.*153.*Statutum,quod prohibet,lib.*2. Vide,*Præſumitur pro iudice,* &
*pro ſententia.Concl.*621.

Læſio probatur multis modis. Concluſ. 299.

LÆSIO † probatur per teſtes,& quid deponere debeant, Vide 1
plene Cagnol.*in l.*2.*C.de reſcind.vend.num.*234.*& ſeq.* vbi,quod vera practica eſt,quod deponant,quod res tanti valet communi

æſtima-

æstimatione apud omnes habentes scientiam rei, & quod est necesse deponere de tali tempore, sed non requiritur, q. de valore deponant. † Et q. sufficiat probatio per testes deponentes, quod res, de qua agitur, communi æstimatione valebat tantũ tempore venditionis. Alexand. *consil.* 154. *Circa primum, num. 3. in fin. ver. præterea agitur, lib. 6.* † Et testes non habentes notitiam rei, & qualitatum eius non probant valorem. Alex. *d. consil. 54. n. 4. lib. 6. cum seq.* † Et in dubio, q. batio affirmatiua præualet negatiuæ. Alexand. *d. consil. 54. num. 6. ver. item semper, lib. 6.* Amplia; † quia probatur per æstimatores iuratos, & senes missos à iudice ad æstimandum, & referendum super læsione. Castrens. *consil. 332. Visa supradicta, nu. 2. lib. 2.* vbi, quod ista est practica. Bart. in *l. 2. de rescind. vend.* † Amplia; quia etiam per inspectionem oculatem faciendam per iudicem probatur læsio. Cagnol. in *d. l. 2. nu. 25. ver. & latius. C. de rescind. vend.* vbi de * communi attestatur. Vide, *Melioramenta quomodo, & qualiter probentur. Concluſ. 183.* † Amplia; quia læsio probatur etiam ex natura actus læsiui, vt in minori fideiubente, vel actum damnosum faciente. Vide multa exempla in *ver. Restitutio vt detur minori, quæ debeant constare, & probari. Concluſ. 286.* † Amplia; quia probatur valor ex redditibus rei venditæ. Alexan. *consil. 109. Viso processu, in fin. ver. ex quibus omnibus, lib. 4.* Deci. *cons. 2. num. 174. lib. 1.* Vide plenius, *Valor rei quid sit, & qualiter probetur. Concluſ. 12.* vbi plene, qualiter probetur valor, & probato valore consequenter intrat læsio, vel non.

Libellus quid sit, & continere debeat. Concluſ. 300.

1 LIBELLVS † est syllogisinus Legistarum; ideo debet continere id, ex quo de necessitate sequatur intentio petitoris Oldrad. *cons. 108.* in finalibus verbis cõsilii, idem dicit Io. de Lignano, cuius est *alleg. Lap. 73. In quæst. circa fin. ver. item in capite*, vbi, q. libellus non concludens aliquid dari, vel fieri, nõ procedit, & plene Ias. *Instit. de actio, in princ. nu. 19. 20. & 23.* vbi, quod sicut argumentum, quod concludit apud Logicos ex maiore, minore, & conclusione, est syllogisinus; ita proponens actionem eisdem mediis concludere debet, & latius in *§. æque, n. 48. Instit. eodem*, vbi, q. libellus
2 hæc tria continere debet. † Item est fundamentum totius iudicii libellus, & est de substantia, in tantum, q. iudicium est nullum sine libello factum. Petr. de Anchar. *consil. 33. Per statutum, num. 3. &*
3 *per tot.* † Actionis nomen continere non debet ex necessitate li* bellus secundum communem* opin. de qua per Ias. *Instit. de actio. §. omnium, nu. 165. ver. nomen autem,* vbi quod ita seruat consuetudo, & habentur ibi opin. pro vtraque parte, maxime in apostilla, quæ * communem impugnat, sed pro communi * est Bart. in *l. 1. in fi. ff. de eden. nu. 18. ver. secundo vtrum*, vbi, q. ita seruat consuetudo, & inter opiniones pro ista emanauit *cap. dilecti, de iudic.* vbi Dec. *num. 12.*
* dicit, quod est communis * apud Legistas, & Canonistas, & ple*4 ne Angel. in *l. fin. C. de interd.* vbi dicit * communem. † Contrariũ
5 tenet Oldrad. *consil. 414. in fin. num. 10. ver. nec obstat.* † Declara; quia de iure Canonico libellus non debet continere nomen actionis.
6 Abb. *consil. 88. Videtur. in princ. versic. secundo hoc probatur, lib. 1.* † Declara; quia quando est generalis, & potest cõtinere plures actiones; tunc iudex potest compellere ad exprimendum, alias repel-
7 lit. Abb. *consil. 7. Fuit quæsitum, circa med. lib. 1.* † Declara, quod nomen actionis debet exprimi, vbi est consuetudo specialis, quod exprimatur, vt est in ciuitate Auinionen. de qua per Dec. in *d. c. dilecti, nu. 12. de iudic.* Vide, *Libellus non procedit sine causa. Concl. 307.* †
8 Et ideo pupillus conueniens tutricem, quæ administrauit, & neglexit, licet tutela sit nulla, tenetur, sed non debet exprimi actio tutelæ, vel protutelæ, ne inducatur difficultas, sed sufficit narra9 tio facti. Fulgos. *consil. 211. Pupillo cuidam, in fin.* † Extende, vt in tan* tum sit vera communis * opinio, quod nomen actionis exprimi non debeat, sed sufficit narrare factum actum, ex quo concludatur, vt etiam si actio inepta specificaretur post factum, ex quo facto alia actio resultat, substineatur libellus. Angel. in *d. l. fin. C. de interdict.* quia q. dicitur, libellum ineptum reiici, est, si causa inepta proponitur, puta peto decem; quia Rex est in Francia; ratio est, quia sicut materia debet conuenire materiato, sic causa libel-
lo. Bald. *consil. 79. num. 2. ver. libellus enim, lib. 1.* & quod non sit exprimenda actio, sed bene apta causa debeat narrari, ex qua concludi
10 possit. Bald. in *auth. ex causa, C. de Episc. & Cleric.* Corn. *consil. 18. & consil. 55. lib. 3.* † Extende; quia sufficit, si imploretur principaliter officium iudicis loco actionis, & si specialis actio competeret; quia adhuc sufficit in omnibus actionibus etiam stricti iuris. Calder.
11 *consil. 132. in princ.* alias *2. de libell. oblat.* Vide, *Officium iudicis quando fo*sit implorari. Concl. 108.* † Restringe; quia licet libellus non debeat continere causam ex necessitate; si tamen exprimatur inepta causa, secundum Legistas vitiatur, & non procedit. Bald. *cons. 320. circa fi. ver. præterea dico, lib. 2.* vbi, q. expressa nocent, quæ non expressa non vitiarent. Vide, *Abundans cautela non nocet. Concluſ. 67.* † Declara restrictionem; quia causa inepta expressa non vitiat li- 12
bellum, si ex aliis narratis apte concluditur. Roman. *cons. 245. Ad primum, n. 8. ver. de quarto.* † Contrarium, q. imo libellus super an- 13
nua solutione si continet solam causam proximam, non pcedat, nisi et causam remotam contineat. Angel. Aret. *cons. 22. Viso dicto libello, in princ.* vbi, q. non sufficit petere solutionem annuam; quia solùit de præterito, nisi causa exprimatur remota, videl. quod solutio sit ex causa legati, vel alterius tituli. † Declara tamen; quia si 14
esset ad piam causam, vel haberet clausulam, *ius, & iustitiam, &c.* tunc sufficit, quomodocunq; factum, colligi possit. Ang. Aret. *d. consil. 22. n. 2. & seq. ver. sed tamen iis non obstantibus.* † Oblationé eius, 15
q. reus consequi debet, non debet continere libellus ex necessitate; quia sufficit, quod petat id, quod consequi debet, nõ autem quod actor offerat id, q. est de intentione partis. Gemin. *consil. 48.* 16
in fi. ver. nec est necesse. † Conclusionem aptam continere debet libellus in iis, quæ narrata sunt, alias potest dici ineptus, nisi simus in causa pia, puta ratione captiuorũ redemptorum; quia fideiussor, qui debet petere releuari, si petat sibi solui, substinetur libellus. Bald. *cons. 353. De libello satis, lib. 2.* Vide, *Conclusio potius attenditur,*
quam facti narratio. Concl. 558. † Contrarium, q. imo libellus proce- 17
dat et de iure Ciuili sine conclusione, si modo narratur factum aptum ad conclusionem. Bald. *cons. 468. Visa petitione, per tot. lib. 2.* q. est Francisci d. Bernardini de Spoleto, vbi etiam, q. sufficit dicere, *peto talem compelli*, licet non dicat, *& condemnari*, & Bald. *cons. 469.*
eod. lib. in pr. † Declara; quia ex medio concludendi qualitas actio- 18
nis intentata demonstratur. Dec. *cons. 57. n. 1.* si tamẽ concluderet inepte, & ex narratis potest colligi actio competens, substinetur, maxime stante clausula, *ius, & iustitiã*, & clausula, *omni meliori modo*, late Ant. de Butr. *cons. 63. per tot.* vbi apostill. dant concord. Vide plene Soc. *Regul. 14. Libellus sine conclusione regulariter non procedit, neq; valet*, vbi limitat septem modis. † Implementum conditionis ex 19
parte agentis debet continere libellus, qñ agitur ex instrumento conditionali. Bald. *cons. 34. In causa ista, nu. 2. ver. & quia quando, lib. 2.* quia auctor debet docere de suo implemento ad hoc, vt agere possit. Bald. *cons. 32. Præsupponatur in facto, circa fi. ver. sicut, si permitto, lib. 2. & cons. 44. Iste Dominus, in pr. ver. ex isto contractu, lib. 2.* † Certus 20
debet esse libellus, & clarus, & ideo si peto domũ cum massariitiis, teneor exprimere; quia rerũ petitarum specificatio requritur. Specul. in *tit. de libell. oblat. §. iuxta. ver. quid si peto*, & ibi Io. Andr. *in*
addit. Vide, *Libellus contrarius & incertus non admittitur, & quando se-*
cus. Concl. 114. Restringe; † quia si libellus generalis aliquo modo 21
reduceretur ad certitudinẽ, bene procederet, & posset super eo pronunciari. Innocen. in *cap. significantibus, col. 9. de libell. oblat.* † Nõ 22
admittitur libellus, neq; compellitur pars litem contestari, nisi contineat aliquid dari actori, vel fieri à reo; ideo si continet à iudice fieri aliquid, non debet contestari, et si imploretur officium iudicis. Ægid. Bellam. *consil. 39. nu. 10. in fi. ver. item tertio.* † Declara 23
tñ; quia si petitur à iudice aliquid fieri, dicitur imploratũ officiũ iudicis, & tunc non est actio, neq; loco actionis. Ægid. *eod. cons. n.*
22. ver. eo supposito. † Amplia libellũ attendi in tantũ, vt licet vna a- 24
ctio possit competere, si fuit alia actio in libello intentata, nõ potest sequi condemnatio. Ang *cons. 291. Visa petitione, n. 3. ver. de secundo igitur. per tot.* Vide, *Agens ex vna causa, & probans ex alia non potest obtinere, & quando secus. Concl. 244.* † Extende maxime in condictione 25
ex lege; quia si non est intentata, non pòst sequi condemnatio in illa. Alex. *cons. 92. Perspectis iis, n. 6. & seq. ver. non obstat etiã, lib. 1.* † Re- 26
stringe; quia si libellus potest aptari ad actionẽ aptam, & ineptã, semper aptã continet; quia latissime secundũ intentionem libellantis debet interpretari. Ant. de Butr. *cons. 63. nu. 2. ver. secundo præmitto.* Vide, *Libelli verba late interpretanda. Concl. 308.* † Restringe; qa
si libellus habet conclusionẽ ineptam, quæ attendi debet; si tamẽ 27
ex narratis apta colligi potest, & habet clausulã, *omni meliori modo*, & clausulã, *ius & iustitiam, &c.* substinetur ex apta colligibili. Ant. de Butr. *d. consil. 63. in fi.* vbi plena apostilla in *ver. iustitiã.* Vide, *Clau-*
sulæ libellorum diuersa quid operentur. Concl. 357. † Amplia; quia libel- 28
lus non procedit, si continet actorem fuisse dominum, vel reum fuisse actori obligatum; quia verba libelli de præterito habent vim abnegationis de præsenti, & licet in articulis deducens dominium de præterito præsumatur dominus de præsenti; secus in libello; quia etiam præsumptiones pro actore debent in libello allegari. Castrens. *consil. 250. Viso puncto, versic. secunda ratio, libr. 2.* vbi, quod eo casu ineptus dicitur libellus, & non potest sequi sententia apta. † Restringe in libello, *vnde vi*; quia ex quo agitur 29

ad restitutionem spolii, sufficit, imo necesse est libellare possessionem de præterito. Castr. *d. consil. 250. num. 2. ver. ex inepto, lib. 2.* † Fauendum semper est in dubio libello; quia lex illi fauet. Roman. *consil. 240. Viso themate, col. 3. in princ. ver. & hanc opinionem*, vbi etiam quod lex confouet in principio litis actibus agentium. † Et in petitione fideicommissi necesse est narrare hæredis institutionem, & substitutiones, & quis primo decesserit, & quis post, & an adita fuerit hæreditas, vel non, vt sciri possit, an factus fuerit locus vulgari, vel fideicommissariæ substitutioni, & alia, quæ sunt necessaria ad certificandam intentionem libellantis. Alexand. *cons. 23. Visis scripturis, num. 5. ver. circa reformationem libelli, lib. 3.*

Libellus requiritur in omnibus causis, alias iudicium redditur nullum, & quando secus. Concl. 301.

1 LIBELLVS † debet dari in omni causa, alias iudicium nullum redditur; quia libellus est de substantia iudicii, & fundamentum illius. *cap. 1. de libell. obl. ar.* Bald. *consil. 362. Quanquam super. num. 3. in fin. ver. sed dicendum est, lib. 3.* Zabarell. *consil. 139. in princip. ver. ad primum.* † Declara; vt procedat, quod requiritur libellus in causis ordinariis, alias sententia est nulla, secus in summariis; quia admittitur qualis qualis petitio in actis descripta. Fulgos. *cons. 162.*

3 *Visis actis, in princ.* † Imo etiam in causa quantumcunq; summaria requritur, quod, si facta est verbalis petitio, redigatur in scriptis,

4 glos. in *clemen. sæpe, in ver. pronunciatio, de verb. signif.* † Declara; quia etiam in causa summaria, & sine strepitu, & figura iudicii requiritur petitio aliqua, sine in scriptis, siue verbo solo; in scriptis tamen redigenda, seu in actis inserenda, & licet non habeat conclusionem, & alia solemnia, est sufficiens, etiam si sit generalis. Bart. in *extrau ag. ad reprimendum, in ver. & figura, nu. 8. ver. item an requiratur*, & ibi plena apostill. in *ver. aduertendum*, quæ dat concord.

5 † Amplia in tantum esse verum, vt etiam si porrigatur petitio cõtinens omnia substantialia libelli, & dicatur, quod porrigitur, non tanquam libellus, sed simplex facti narratio, iudiciũ sit nullum, tanq̃ factum super libello inepto, vel potius sine libello.

6 Petr. de Anch. *cons. 33. Per statutum in causa, per tot.* † Extende; quia libellus nullꝰ non potest consensu partiũ post litem contestatã validari; quia ea, quæ sunt de substantia iudicii, nõ validantur con-

7 sensu partium. Ias. in *l. edita. C. de eden.* † Extende, vt procedat, etiam si adsit statutum, q̃ in causa porrigatur libellus, sed summarie, &

8 de plano procedatur. Petr. de Anchar. *d. cons. 33. per tot.* † Amplia; quia libellus debet dari etiam in interdicto Diui Adriani, quando adest possessor; ideo fideicõmissarius vniuersalis petens mitti in possessionem ex illo edicto tenetur dare libellum, alias possidens non tenetur iustificare suam possessionem. Bald. *cons. 109.*

9 *Licet filia sit relicta, in fin. ver. tertio quæritur, lib. 1.* † Extende; quia in omni interdicto requiritur libellus, & litis contestatio. Bald. *consil. 362. Quanquam super num. 2. lib. 3. ver. non est ratio.* Vide, *Litis contestatio requiritur in omnibus causis. Concl. 389.* † Amplia; quia in causa summaria libellus debet continere omnia, quæ sunt necessaria in causa ordinaria. Bald. *cons. 229. Primum dubium, num. 3. ver. tertium capitulum*, & alias iudicium redditur nullum, & debet actor condemnari in expensis, & reus absolui ab obseruatione iudicii. Cu-

11 man. *consil. 86. nu. 3. Quamuis de iure commun, vsque in fin.* † Imo etiam nullo dato libello in causa summaria valet iudicium; quia articuli sunt loco libelli. Roman. *singul. 792.* Rota *in antiq. decis. 33.* & est text. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propriet.* Ias. *consil. 105. lib.*

12 1. Maranta *in praxi, in 4. parte, distinct. 9. num. 15.* Vide, *Libelli loco qui actus esse dicantur. Concl. 303.* † Et quod illa verba, *sine figura iudicii*, excludant libelli oblationem. Ioan. Monach. *in cap. fin. de hæret. in 6.*

13 glos. *in clem. sæpe, de verb. signif.* † Amplia in interdictis possessoriis; quia requiritur libellus, & litis contestatio. Bald. *consil. 438. Præmittendum est, in princip.* qui loquitur in interdicto, vti possidetis,

14 *lib. 1.* Amplia; † quia in actione in factum requiritur libellus; ideo petens exequi laudum, vel sententiam per actionem in factũ debet dare libellum; tamen de consuetudine non seruatur; quia productio laudi cum petitione exequutionis habet vim libelli.

15 Bald. *consil. 83. Contra Laudum, in fin. n. 2. ver. superest videre, lib. 2.* † Amplia in tantum, vt licet partes possint remittere libellum in scriptis; non tamen possunt omnino remittere, q̃ non detur petitio.

16 Zabar. *d. consil. 139. in princip. ver. ad primum.* † Amplia; quia libellus debet dari in scriptis, & produci, & non sufficit apud acta petere viua voce, licet faciat redigere in scriptis per Notarium. Bart. *in l. sacros. C. de proxi. sacr. scrinio. libr. 11. & in l. fin. C. de sent. experic. recit.*

17 Franc. *in c. & si sententia, col. 1. de re iud. in 6.* † Amplia; quia libellus in omni causa offerendus est, & t parte non opponente; quia est de substantia iudicii. Vide Socin. *regul. 16. Libellus in qualibet causa*, vbi limitat viginti, & vno modis, quos videas. † Limita in causa exequutiua, vbi agitur ratione iuramenti, put si agatur remedio *l. si quis maior. C. de transact.* ita Ias. *consil. 9. lib. 1.* † Limita in causis exactionis publicarum functionum; quia incipitur ab exequutione, non datur libellus, neq; contestatur lis, sed loco libelli succedit carcer, & retentio bonorum de consuetudine, & de iure. Bal. *consil. 238. Ad veritatem, in princ. lib. 1.* † Limita in notoriis; quia non datur libellus, non seruatur ordo, & pariter incipitur ab exequutione. Bald. *d. consi. 238. in princip. ver. præterea, lib. 1.* Vide, *Notorium habet multa specialia. Concl. 110.* † Limita coram arbitratore; quia sufficit narrare factum sine conclusione. Bald. *consil. 169. In primis sciendum, lib. 3.* Zabarel. *consil. 139. n. 5. & sequen. ver. pro parte fratrum*, q̃ est Bartholom. de Bononia, videlicet Salyceti, idem tenet plura *in consil. 140. num. 2.* quod est Card. Zabarel. † Declara, quia coram arbitro licet libellus formalis non requiratur; tamen dari debet qualis qualis petitio, vt constare possit quid, & quantum sit petitum. *consil. 20. Visis actis, in princ. ver. hoc præsupposito.* Vide Conclusionem prox. seq. vbi habes alias limitationes.

Libellus non requiritur multis casibus, & quibus. Conclusio 302.

1 LIBELLVS † non requiritur in actione accessoria ad primam causam iam intentatam; quia proceditur summarie, & simpliciter sine libello, & litis contestatione ex officio. Lap. *alleg. 55.* incip. *Quidam coram, num. 2. ver. quia accessorium.* † Amplia, vt, quan-

2 docunq; procedit ex officio iudicis, ex eo, quod aliquid sit innouatum contra causam, propter quod ceciderit à causa is, qui innouauit, vel pœnam pati debeat, nõ requiratur libellus, idem Lap. *d. alleg. 55. nu. 2. ver. non obest.* Bart. *in l. fin. in fin. ff. de rei vendic.* Lap. *alleg. 64. in fin. ver. dominus Bart.* † Amplia in spiritualibus; quia in

3 eis non requiritur libellus; & ideo Specul. *in tit. de Eccles. ædif.* non fecit formas libellorum, inquit Lap. *allegat. 67. Quoddam Monasterium, in princip. ver. quæritur. quod remedium.* † Amplia; quia vbi est

4 obligatio ex publico instrumento, potest implorari officium iudicis, & procedi sine libello; puta ad expulsionem coloni nõ obseruantis promissa. Alexand. *consil. 79. Visis, num. 2. in fin. & num. 3. vers. quantum vero, lib. 4.* & plenius *consil. 131. nu. 5. vers. tertio præsuppono, lib. 4.* vbi, quod est cõmunis * conclusio, quod non requiritur * libellus, neque litis contestatio, sed summarie iudex potest dare assõciationem. † Amplia in omnibus casibus, in quibus officium

5 iudicis principaliter imploratur; quia sufficit quælibet petitio. Bald. *consil. 438. Præmittendum est, in princip. lib. 1.* † Amplia coram

6 arbitratore; quia sufficit narrare factum sine conclusione; quia non est iudicium coram arbitratore, & vbi non est iudicium, nõ requiritur libellus, Bald. *consil. 169. In primis sciendum, nu. 3. ver. tertio sciendum, lib. 3.* Zabarel. *consil. 139. nu. 5. & sequen. ver. pro parte fratrum.* quod est Barthol. de Salycet. & *consil. 140. nu. 2. & sequen.* quod est Card. Zabarel. vbi latissime. † Amplia, vbi agitur de sententia in-

7 terloquutoria, prout in excommunicatione, quæ licet requirat ordinem iudiciarium, videlicet monitionem, & causam; non tamen requirit litis contestationem, neque libellum. Alexand. *consil. 134. Super præmisso, lib. 7.* vbi ponit alia exempla de præcepto in confessum. † Amplia generaliter; quia vbi non requiritur li-

8 tis contestatio, non requiritur libellus. Alexand. *d. consil. 134. nu. 3. lib. 7.* † Amplia in causis summariis; quia sufficit qualis qualis pe-

9 titio in actis descripta. Fulgos. *consil. 162. Visis actis, in princip. col. 2.* Extende † maxime; quia si statutum dicat, quod fiat ius summarium in causis gabellarum sine petitione; quia non requiritur libellus, sed bene requiritur verbalis petitio, & quod Notarius illam redigat in scriptis. Alexand. *consil. 66. Viso processu, num. 2. versic. nec obstat. lib. 1.* † Amplia in causa appellationis; quia non datur a-

11 lius libellus, sed sola appellatio interposita coram iudice, à quo debet produci. Roman. *cons. 381. Quæstio est, num. 2. versic. tertio quia.* Limita; † quia regula est, quod requiritur in omnibus causis. Vi-

12 de *Conclus. prox. præced.*

Libelli loco qui actus esse dicantur. Conclus. 303.

1 RESCRIPTVM † dicitur esse loco libelli; quia quod venit in rescripto, venit in petitione, & quod venit in petitione, venit in sententia, iuxta not. *in cap. cum super, de concess. præb.* Calde. *cons. 53. nu. 2. in fin. ver. vnde secundum Doct.* alias 7. *de elect.* † Et quando re-

2 scriptum Principis succedat loco libelli, Iason *in l. 1. colum. 2. Cod. quando libellus principi dat.* † Et quando pars citatur cum transmissione commissionis; tunc commissio, & citatio reproducta est

3 loco

loco libelli, apostill. ad Bart. *in extrau. ag. ad reprimendum, in ver. & si-*
4 *gura, num. 9. versicul. eodem exemplo.* † Extende; quia narrata in pre-
cibus, seu supplicatione succedunt loco libelli, maxime, quando
productis precibus, nulla alia petitio fuit porrecta. Innocent. &
Cardin. *in cap. mandatum, de rescript.* Innocent. *in cap. dudum, il secun-*
do, de elect. Alexan. *consil. 201. In causa, & lite, lib. 2.* Corn. *consil. 62. Pri-*
mo aggrediendo, lib. 1. Dec. *consil. 483. n. 7.* & quod ita seruatur in pra-
5 ctica, Van. *de nullit. ex defectu proces. num. 20.* † Et maxime, quando
causa est commissa summarie, vel alias de sui natura est summa-
ria, ita Abb. post Hostiens. & alios *in capit. 2. colum. 2. versicul. sed pro*
declaratione, de dilatio. Imol. *in l. si quis filio, § si autem. ff. de iniusto, rupto*
6 *testamen.* Alexand. *d. consil. 201. lib. 2.* † Declara; quia ita demum
supplicatio porrecta Principi in causa ordinaria habetur loco li-
belli, si per partem reproducatur, & detur parti, & pars respon-
deat; quia vt fiat litis contestatio in causis, in quibus est necessa-
ria, non potest fieri, nisi pars actrix det libellum reo, & reus re-
spondeat, supplicatio non potest esse loco libelli, nisi data sit
parti, & facta sit responsio; qa supplicatio datur Principi, & Prin-
ceps dirigit eam iudici ad iurisdictionem dandam, vel excitan-
dam, & sic non est loco libelli isto casu. Castrens. *consil. 402. nu. 2.*
versic. sed hic non fuit, lib. 1. incip. *Viso processu*, & idem dicit etiam Flo-
rian. à S. Petro *consil. 15. nu. 3. ver. & si dicatur, iuncto ver. item ex præ-*
7 *dictis, nu. 17.* † Declara; quia supplicatio data Principi habetur loco
libelli certis casibus specialib⁹, prout ad effectum interrumpen-
dipræscriptionem, sed in contrarium est ius commune in causis
ordinariis, vide eundem Castrens. *d. consil. 402. nu. 2. ver. sed hic. lib. 1.*
8 † Declara; quia licet supplicatio Principis, seu rescriptum con-
cludat iudici, non parti; & ideo non sit loco libelli; istud est de
subtilitate iuris; ideo si pars fuit citata, & habuit copiam cũ ter-
mino ad opponendum, sufficit pro libello, maxime in causa sola
facti veritate inspecta. Florian. à S. Petro *d. consil. 15. nu. 17. versic. item*
9 *exp. dictis.* † Amplia; quia in causa summaria articuli sunt loco li-
belli. Oldrad. *consil. 244. Ad obiectum, in princ. & consil. 316. n. 4. versic.*
tertio. Vide supra, *Libellus requiritur in omnibus causis. Concluſ. 301. nu.*
10 *10. & seq.* † Extende etiam in causis ordinariis; quia articuli sunt
loco libelli, siue sint dati in principio, siue in medio, siue in fine
litis, dummodo ante sententiam. Paris. *consil. 113. Monitorium ema-*
natum, lib. 4. vbi, quod ita seruat stylus Curiæ. Papazo. *super decis.*
11 *3. de restit. in integr. in nou. in fin.* † Intellige, quando articuli loco li-
belli producuntur, & non præcessit libellus. Castrens. *consil. 129.*
12 *ver. ex iis infertur, lib. 2.* † Declara, vt procedat, quod articuli sint lo-
co libelli, quando non præcessit libellus, sed si libellus esset datus
à Titio principali, postea dedisset capitula, vt procurator, & etiã
illa probasset, non potest sequi condemnatio; quia capitula sunt
13 contraria libello, & danda est absolutoria reo. Bald. *consil. 121. Fun-*
damentum iudicii, lib. 4. † Amplia in causis, in quibus proceditur ex
officio ad commissionem Principis; quia litteræ, & commissio
sunt loco libelli; secus si ad instantiam partis. Bald. *consil. 11. In cau-*
14 *sa passagii, num. 3. vers. tertio sciendum, lib. 2.* † Amplia in exequutione
laudi lati ab arbitro; quia productio laudi cum petitione exe-
quutionis habet vim libelli. Bald. *consil. 73. Contra laudum, in fin. lib.*
15 *2. ver. nam cum laudum.* † Amplia; quia illa verbalis petitio redacta
per Notarium in actis, licet nõ data in scriptis, sufficit in summa-
16 riis causis. Fulgos. *consil. 162. Visis actis, in princip.* † Amplia; quia arti-
culi sunt loco libelli, quando hoc exprimitur in causa ordinaria,
17 Castrens. *consil. 402. Viso processu, in princ. lib. 1.* † Amplia; quia imo in
causis, in quibus iudex non intendit deuenire ad sententiam
diffinitiuam, neque in petitorio, neque in possessorio, sed solum
prouidere, ne pars vna litigans, quæ non possidet, turbet aliam,
quæ possidet, vel ne ad arma deueniant, potest incipere iudicium
ab articulis, & probatione, & à præcepto absque litis contesta-
18 tione, vel libello. Castrens. *consil. 3. in causa, quæ vertitur, in princ.* †
Extende; quia in causa sola facti veritate inspecta commissa po-
test incipi ab articulis, apostilla ad Castrens. *d. consil. 3. in princip. in*
versic. à præcepto, libr. 2. vbi allegat ad hoc Corne. *consil. 181. Visa, num.*
8. lib. 3.

Libellus potest continere plura contraria copulatiue, ordine tamen successiuo expedienda. Concl. 304.

1 LIBELLVS † potest continere plura, quæ simul expediri non
possunt, sed ordine successiuo; veluti super absolutione à iu-
ramento, & super negocio principali; quia non repugnant, quod
iudex primo absoluat, & postea procedat, etiam si hoc in libello
non dicatur. Calder. *consil. 110. in fin. ver. ad vltimum*, alias 1. *de arbitr.*
2 Contrarium † tener Bald. *consil. 169. Si Bartholomæus, in fin. lib. 5.* vbi,
quod contrarium fuit pronunciatum sæpius, etiam si libellus
contineat expresse absolutionem præmitti, postea procedi. † De-
clara; quia vbi duo iudicia sic se habent, quod vnum est præpa-
ratorium ad alterum, an possint in eodem libello simpliciter cu-
mulari; vel potius ordine successiuo sint cumulanda, an potius
prohibeatur cumulatio, distingue tres casus, vt per Roman. *con-*
sil. 392. Circa primum, num. 12. & sequen. ver. & quidem. † Primus; quia 4
si vtraque actio est nata, certe possunt cumulari ordine successi-
uo. Roman. *d. consil. 392. nu. 12. & sequen. ver. mihi autem.* † Secundus 5
casus est, si non sunt natæ, sed pendente iudicio nasci sperantur
ex negligentia, vel contumacia, vel alias, & adhuc possunt cu-
mulari ordine successiuo. Roman. *d. consil. 392. num. 13. & sequen. ver.*
aut amba, vbi ponit quinque exempla probantia. † Tertius casus, 6
si ambæ non sunt natæ, vel vna non sit nata, neque nasci sperat
pendente iudicio, & nullo modo possunt cumulari, neque al-
ternatiue, neque ordine successiuo; quia nemo sine actione ex-
peritur. Roman. *d. consil. 392. num. 17. & seq. ver. aut vna earum.* † Am- 7
plia in libello super cõmuni diuidendo; quia non procedit quo-
ad ea, quæ sunt in controuersia cõmunionis; ideo petens vtrun-
que simul, videl. condemnari ad ponendum acquisita, durante
societatis tempore, & ad diuidendum dicta communicanda; qd
nisi dicatur ordine successiuo, videlicet; *peto communicari, & facta*
communicatione successiue diuidi, non procederet libellus cumulans
ea, quæ successiuum ordinem requirunt; secus si petantur in eo-
dem libello ordine successiuo. Bald. *consil. 74. Casus quæstionis, lib. 3.*
Amplia; † quia libellus continens plura ordine successiuo pro- 8
cedit, neque dicitur incertus; quia si qua incertitudo oritur, p-
cedit ex facto rei, qui nõ potest de hoc excipere; ideo valet libel-
lus, *peto rem mihi tradi ex causa emptionis, & si non tradideris, peto inter-*
esse, idem in libello, *promisisti vendere, quare peto, vt vendas, vel tradas*
interesse. Bald. *consil. 290. Allegationes hinc inde, lib. 4.* † Amplia in que- 9
rela, quæ porrigitur contra testamẽtum, in quo pater iniuste ex-
hæredauit filium; quia licet prius debeat pronunciari testamen-
tum nullum, & inofficiosum, postea peti in alio iudicio portio
hæreditaris ab intestato; quia contraria sunt vtrunque petere si-
mul, si tamen petantur, ordine successiuo petita censentur, & p-
cedit libellus; quia non est cumulatio. Bald. *consil. 169. Si Bartholo-*
meus, per tot. maxime *nu. 2. ver. sed tamen gloss. lib. 5.* vbi, q̃ à gloss. ita te-
nente non est recedendum in iudicando. † Limita, quando con- 10
trarietas proponeretur cumulatiua in eodẽ libello, & personam
respiceret; secus si non respicit personam agentis. Bald. *d. consil. 169.*
in fin. ver. sed contra hoc, lib. 5. vbi secus dicit in eo, qui petit absolui à
iuramento, & in eodem libello cumulat actionem; quia cum ex-
ceptio iuramenti respiciat personam, non potest cumulatio fieri
etiam ordine successiuo in eodem libello. † Restringe limitatio- 11
nem in libello continente rei vendicationem, & publicianam;
quia licet sint contraria remedia; tamẽ de consuetudine cumu-
lantur. Angel. *consil. 229. Ex themate, circa princ. ver. super eo vero.* Vide,
Libellus alternatiuus, & contrarius procedit, & quando secus. Concl. 313. &
Concluſ. ibi prox. seq.

Libellus generalis, & obscurus quando dicatur. Concluſ. 305.

LIBELLVS, † in quo actor concludit declarari rem ad se spe- 1
ctare, & pertinere, est obscurus; & ideo si non est facta specifi-
catio in prosequutione, quæ concludat, debet reus absolui. Bal.
consil. 166. A libello incipiendum, in princ. lib. 4. † Amplia; quia libellus 2
alternatiuus dicitur obscurus, & reiicitur parte opponente. A-
lexand. *consil. 20. Ponderatis, in fin. lib. 3.* † Amplia; quia libellus con-
ditionalis, & alternatiuus dicitur obscurus, & non procedit. Si- 3
gnorol. *consil. 75. In quæst. vertente, num. 3. & 4.* † Amplia; quia libel- 4
lus, in quo quis petit centum, saluo veriori calculo, continet in-
certitudinem. Bald. *consil. 238. colum. 1. in fin. volum. 2.* † Amplia; quia 5
libellus, in quo mulier petit residuum dotis absque alia specifi-
catione, dicitur obscurus; quia residuum potest importare to-
tum, & partem; ideo sententia, & tenuta data super tali libello
est nulla. Castrens. *consil. 71. Super primo, num. 2. lib. 4.* † Amplia; quia 6
libellus dicitur incertus, in quo quis petit pro rata sua mitti in
possessionem bonorum patris, si non specificat, pro qua rata. Ca-
strens. *consil. 455. Viso, & examinato, num. 2. ver. secundo principaliter,*
lib. 1. † Declara tamen; quia libellus incertus admittitur, quando 7
incertitudo est ex necessitate, prout pro filiis nascituris. Castren.
dict. consil. 455. num. 2. lib. 1. allegat *l. 2. § fin. ff. si pars hæred. pet.* † Am- 8
plia; quia libellus obscurus redditur, si habet relationem ad in-
strumenta, & scripturas non exhibitas; quia si non exhibentur
ante litem contestatam, vel saltem post, non potest procedi in
causa, & deneganda est audientia actori. Alexand. *consil. 3. In causa,*
& lite, in princip. lib. 2. Dec. *consil. 301. Et pro tenui, in princip.*

Decla-

9 Declara† tamen; quia si facit relationem ad scripturam alienam, vel actor iurat non posse exhibere, excusatur ante litem contestatam, post litem contestatam non excusatur; imo ipsi denegatur audientia, nisi exhibeat. Alexand. *d. consil. 3. in princ. lib. 2.* sequitur Dec. *d. consil. 301. in princip.* Vide Conclusionem prox. seq.

Libellus generalis, & obscurus non procedit, & non admittitur, & quando secus. Conclus. 306.

1 LIBELLVS † generalis, & obscurus non procedit, & super eo non potest lis contestari, parte opponente. Signor. *cons. 185. n. 4. ver. nunc veniamus.* Et procedit, etiam si exceptiones sint reseruatæ in fine iudicii. Signorol. *d. cons. 185. num. 4. versic. nunc veniamus.*

2 Extende, † vt idem sit in libello incerto contra tutorem dato super administratione. Bald. *cons. 320. Relicti fuerunt, circa med. ver. item*

3 *vt proponitur, lib. 2.* † Contrarium tenet Alexand. *consil. 80. Viso processu, in princ. lib. 4.* vbi, quod actio tutelæ, pro socio, & similes sunt actiones generales, & possunt intentari generaliter, & ad incertum, prout quod reddat rationem de administratis, & reliqua restituat, & sic ad incertam quantitatē; item in specie ad certam quantitatem, vt tantum restituat; quod debet ex administratione, & de hac speciali idem Alexand. *consil. 170. Circa primum, n. 3. lib.*

4 *2.* † Et debet dari absolutoria ab obseruatione iudicii, quando libellus est obscurus, vel ineptus. Signor. *d. consil. 185. nu. 4. ver. veniamus ad secundum.* Extende in exceptione generali; quia non releuat parte opponente. Vide, *Exceptio qualiter proponi debeat, vt dicatur*

5 *proposita. Concl. 397.* † Ratio est; quia petitio actoris debet esse clara, & certa, & continere rem certam, saltem per duas demonstrationes. Alexand. *consil. 183. In causa, & lite, n. 17. ver. non omitto, quod etiam, lib. 6.* † Amplia, vt procedat etiam; quia libellus obscurus, in quo petitur per vnum iudicem, vel per suum delegatum talem compelli; quia cum non sit certus, non valet, & processus est nul-

7 lus. Cuma. *cons. 63. Vicarius quidam, per tot.* † Amplia; quia libellus

8 conditionalis tanquam obscurus reiicitur. Signor. *cons. 75. na. 3.* † Amplia maxime in criminalibus; quia libellus generalis non habens specificationem rerum, & æstimationis, non procedit, sed dicitur ineptus, etiam parte non opponente. Bald. *consil. 238. Verba accusationis, lib. 2. in princ. & consil. 251. Posito, quod certa pars, circa med.*

9 *ver. contrarium videtur, lib. 4.* Vide, *Accusatio vt procedat, quam specificationem requirat. Concl. 158.* † Extende; quia semper, q̄ minus est, dicitur continere. Vide, *Libellus in criminali quam specificationem requi-*

10 *rat. Concl. 320.* † Extende; quia vbicunque alicui opponitur agendo, vel excipiendo culpa, vel negligentia in genere, etiam, quod probetur per testes in genere, non releuat tanquam quid incer-

11 tum, prout neque positio incerta releuat. † Amplia; quia libel-

12 lus incertus non procedit, parte opponente; quia dicitur quasi ineptus. Bald. *consi. 383. In hac materia, lib. 3. in princip.* † Extende; quia parte opponente non potest sententia ferri super libello incerto, generali, & obscuro; quia ineptus censeri debet, & reiici. glos. & Doct. in *l. 1. ff. de eden. & in l. fin.* vbi glos. magna fin. *in fin. C. de anna.*

13 *præscript.* & glos. in *l. edita. C. de eden.* vbi * omnes. † Extende, vt procedat etiam in causis summariis, & sine figura iudicii, & ēt inspecta tantum veritate cognoscendis, maxime, quādo tanta est incertitudo, vt aduersarius non possit deliberare, an debeat cedere, vel contendere. Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura, ver. semper tamen intellige. n. 8. in fin.* Alexand. *consil. 32. In causa exequutionis. n. 9. lib. 4.* Soci. in *cap. significantibus. n. 7. de libell. oblat.* Ruin. *consil. 167. Arbitror. lib. 5.* Dec. in *c. consuluit, il secondo, col. 2. de appellat. & in cap. significantibus, eod. tit.* Felin. in *cap. 1. n. 10. de lit. contest.* Afflict. in *tit. de dilat. in 2. lib. constit. Regni, n. 29.* vbi declarat, quæ dicatur incertitudo intolerabilis, & quæ tolerabilis. Alexand. *consil. 172. Visis, &*

14 *opportune, in si. num. 12. ver. & clarum est, lib. 2.* † Contrarium in summariis tenet Io. de Arnono *soliloquio 46.* vbi respondet ad contraria, quod alias nulla esset differentia inter causam ordinariam, & summariam, & idem dicit Maranta in *praxi, parte 4. distinct. 9. n. 13.* vbi intelligit dictum contrarium, quando esset tanta obscuritas, quod reus non posset deliberare, vt infra proxime; & idem in effectu tenet Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura, num. 8. in fin.* & ibi apostil. in *ver. aduertendum*, quia tunc omnino incertitudo tolleret ius partis; quia non posset deliberare. Vide infra *nu.*

15 *49. & multis seq.* vbi alii citantur. † Declara tamen; quia si est incertitudo intolerabilis, nō potest sanari per clausulas generales, & salutares. Socin. *consil. 96. In causa, n. 16. vol. 3.* & quando dicatur talis, Afflict. supra prox. in *const. Regni, tit. de dilat. lib. 2. n. 29.* Maranta in *praxi, in 4. parte. distinct. 9. n. 13.* Cagnol. in *d. l. edita, n. 30. C. de eden.*

16 Contra † declarationem faciunt verba text. in *c. Abbate sane. §. Seius, de re iudic. in 6. & in l. fin. C. de anna. except.* vbi verba sunt obscura, & incerta, & valet libellus in summariis. † Extende; quia imo et- 17
iam parte non opponente in libello incerto non potest pronunciari, quando causa est criminalis. Bart. in *d. l. edita, col. 2. C. de eden.* late Dec. *consil. 83. col. 1.* Vide supra *nu. 9.* † Declara tamen; quia etiā 18
si tali libello fuit responsum; non tamen fuit propterea admissus libellus; quia censetur responsio facta saluo iure excipiendi in termino ferendæ sententiæ. Castrens. *d. cons. 250. prope fin. n. 3. in fin. lib. 2. vers. responsio vero.* vbi dicit, quod vbique ita seruatur. † Ex- 19
tende; quia etiam si à principio non fuit oppositum; si tamē reus petit declarari, debet declaratio fieri, alias reus absolui debet, si non est saltem ex prosequutis facta specificatio. Bald. *consil. 166. A libello incipiendum. lib. 4. in princ.* † Declara; quia si incertitudo po- 20
test declarari ex instrumento producendo, vel alias; tunc valet libellus incertus deductus ad certitudinem. Bald. *d. consil. 383. n. 2. in fi. ver. non obstat argumentum, & consil. 166. in princip. lib. 4.* † Exten- 21
de, etiam si posset interpretari per verba incerta, pura, quia statutum dicit, q̄ quis non audiatur, nisi sit in possessione immemorabili; quia si in libello deducitur possessio 50. annorum, & vltra, parte opponente, libellus est ineptus. Cuma. *cons. 77. Ad primum, in princ.* vbi, quod probatio non releuat de immemorabili super tali libello, quando pars opposuit. † Amplia; quia libellus genera- 22
lis non procedit coram iudice habente iurisdictionem in certis casibus, nisi in eo exprimatur specifice, quod est causa sub iurisdictione comprehensa, & de illis casibus etiam si nihil sit oppositum. Angel. de Perus. *consi. 6. Lata est sententia.* Vide, *Qualitas quando est de substantia, debet plene probari. Concl. 16.* † Amplia generaliter, si- 23
ue agatur reali, siue personali, siue in iudiciis singularibus, siue particularibus; quia libellus debet esse certus. Socin. *reg. 17. Libellus siue actione reali,* vbi limitat tribus modis. † Limita; quia libel- 24
lus incertus, & generalis procedit in fructibus; quia non debent specificari, neq; in libello, neq; in sententia secundum communem,* de qua Alexand. *consil. 90. In causa, & lite, in fi. lib. 2.* vbi dicit * Bart. contrarium tenentē communiter reprobari. † Limita; quia 25
de generali practica admittitur libellus obscurus, dummodo concludat. Sign. *d. cons. 185. n. 6.* Vide, *Libellus ineptus non valet, & quādo secus. Concl. 315.* Limita † in ciuili causa; quia parte non petente 26
declarari à principio ꝓcedit libellus contra plures, etiam si vltra duos sit probatum; secus in criminali. Vide infra, *Libellus contra plures diuersos ex diuersa causa non valet, & quando secus. Concl. 312.* † Li- 27
mita in iis, quę sunt nota iudici; quia iudex potest procedere sine requisitione, & libello. Signor. *d. consil. 183. n. 6.* † Limita in atten- 28
tatis; quia sufficit petitio generalis, vel exceptio generalis, q̄ purgentur attentata. Oldr. *cons. 206. In causa Carnocen. in fin. ver. ad quintam.* † Limita; quia libellus incertus, in quo petuntur centū saluo 29
veriori calculo, dicitur incertus secundum Bald. *consil. 238. Verba accusationis, col. 1. lib. 2.* si pars nihil opponit de incertitudine, non debet per iudicē respui, sed admitti. Areti. & Iason §. *curare, Instit. de actio.* Socin. in *cap. significantibus, n. 25. cum seq. de libell. oblat.* † Decla- 30
ra; quia oppositio debet esse specialis super incertitudine, alias libellus admitti debet. Socin. *d. cap. significantibus, nu. 33. de libelli oblat.* Vide, *Exceptio debet esse clara, sicut actio. Concl. 372.* † Limita; quia si li- 31
bellus est obscurus, & ineptus, potest quandocunque declarari, etiam si ex declaratione sequatur alteratio actionis. Castren. *cons. 350. lib. 2.* vbi, quod sequuta declaratione non amplius dici potest ineptus, vel obscurus. † Limita; quia libellus quantumuis gene- 32
ralis, & incertus regulariter in ciuilibus admittitur parte nō opponente. *cap. 2. & fin. de libell. oblatio. cap. Abbate sane. §. Seius, de sent. & re iud. in 6.* Bartol. & alii in *l. 1. ff. de eden.* tradunt * omnes in *l. edita. C.* * *de eden.* vbi Cagnol. *n. 88.* attestatur de * communi. Castrens. *consil.* * *250. Viso puncto, col. fin. lib. 2.* † Contrarium tenet Castrens. etiam in 33
causa dotis, quando petit residuum dotis; quia sententia, & tenuta est nulla, *consil. 71. Super primo, nu. 2. lib. 1.* † Declara; quia si of- 34
ficium iudicis imploratur, non opponens sibi non præiudicat. Castrens. *d. consil. 350. col. fin. ver. est & quarta, in fine, lib. 2.* † Extende 35
maxime, quando quis per lapsum temporis priuaretur iure suo, si deberet facere nouum libellum. *l. si. C. de annali except.* Declarat Gerar. de Petra Sancta *singul. 4. nu. 15.* † Et propterea dicit Corn. 36
consil. 288. lib. 3. quod libellus generalis non est omnino nullus. † 37
Extende; quia oppositio debet fieri ante litem contestatā, vel pro contestata habitam, alias si fieret postea, non reiiceretur libellus generalis, & incertus, & sibi imputet reus, si non opposuit, *d. cap. Abbate sane. §. Seius, de re iud. in 6.* vbi glos. in *ver. ob noxium.* Angel. in *l. si quis intentione ambigua. ff. de re iudic.* vbi, q̄ stultus est, qui recipit libellum in certum, & non petit illum declarari. Mayner. in *regul. in ambiguis. ff. de regul. iur. n. 11.* quia pars, quæ nihil opponit, videtur tacite renunciare iuri sibi competenti. Bartol. in *dict. l. edita. colum. 3. C. de eden.* vbi cæteri. Bald. in *l. exceptionē, colum. 3. ver. deinde duo. C. de*

probat.

probat. vbi clare, quod post litem contestatam non admittitur oppositio. Alexand. *in l. 1. ff. de edend.* & Dec. *in cap. significantibus, in fin. de appell.* † Declara extensionem; quia bene potest reus opponere contra libellum obscurum, & generalem de ineptitudine vsq; ad sententiam, ad effectum, vt libellum declaret actor, sed non ad effectum, vt reiiciatur, vt per Aret. & Dec. *in cap. pastoralis. colum. 6. extra, de except.* Felin. *in cap. 2. colum. 3. de libell. oblat.* Cagnol. *dict. l. edita. n. 89. C. de eden.* † Mihi videtur verbalis declaratio; quia sitenetur declarare, & non declarat, pœna est, vt non audiatur, & reiiciatur libellus; ergo si potest opponi exceptio, vt declaret, necessarium est etiam, vt reiici possit, si nō declaret, alias est frustratoria exceptio, & ita Abb. *consil. 118. nu. 4. & 5. lib. 2.* † Imo dicit Castrens. *consil. 250. Viso puncto, colum. fin. ver. responsio, lib. 2.* quod responsio facta huic libello non tollit, quin tempore sententiæ possit opponere, & ita vbique seruatur. † Contrarium, quod imo responsio facta positioni, cui non erat respondendum, vel libello generali, præiudicat. Abb. *d. consil. 118.* q̃ est vltimum, *n. 4. & 5. lib.* 2. Limita, † quando libellus datur super nullitate testamenti vsurarii in genere; quia sufficit deducere ipsum fuisse vsurariū manifestū sine alia specificatione; quia in ijs, quæ in genere deduci possunt, sufficit libellus generalis. Bald. *consil. 85. An in libello, lib. 4.* Limita; † quia libellus generalis ratione impersonalitatis, vt quia concludit reum condemnari ad soluendum, & nō dicit, cui, admittitur; quia hoc casus sensus intellectualis perfecit orationem in suo contractu non perfectam. Roman. *consil. 185. In casu, proposito, in princip.* vbi apostill. *in ver. determinat.* † Limita, quando libellus generalis, & obscurus ex prosequutis esset specificatus, & taliter coadiuuatus, vt concluderet. Bald. *consil. 166. A libello inciendum. lib. 4. in princip.* ita Salycet. *in l. fin. C. de in integr. restitut.* & est communis * opinio, vt per Imol. *in cap. constitutus, eodem tit.* Quia vbicunque † admittitur; debet tamen specialis probatio fieri in prosequutione, alias ferri non posset sententia. Cuman. *consil. 71. Viso processu, in fine.* Alexand. *consil. 183. In causa, & lite, num. 17. versicul. non omitto, quod etiam, lib. 6.* † Declara; quia licet fatuus sit iudex, qui admittit libellum generalem, & incertum, si tamen illum admisit, & super eo processum fuit, valet, & potest ferri sententia. Angel. *consil. 25. Pro decisione, in princip.* quod intelligit Alexand. *dict. consil. 183. num. 17. lib. 6.* quando probatio facta fuit certa, & clara, alias secus. † Limita; quia libellus generalis, & incertus procedit, quoad interesse; nam si quis petat rem, si extat, & si non extat, interesse in genere, valet libellus, & sententia. Roman. *consil. 281. In representi, in princip.* vbi apost. *in ver. incertiudinis.* dat concor. plures. † Extende, vt procedat in iis, quæ veniunt in consequentiā, vt si peto fundum cum fructibus, & idem, si peto vsum fructum pro tempore præterito; & quia non extant fructus, peto æstimationem. Angel. Aretin. *consil. 56. In causa, num. 3. & seq. ver. nec etiam obstat.* † Limita in causis summariis, quæ de plano sunt cognoscendæ; quia libellus obscurus, & ineptus non reiicitur, si potest constare ex eo, quod petatur. Signorol. *consil. 185. num. 5. in fine, ver. nunc ad tertium. & nu. 6.* Bartol. *in extrauagant. ad reprimend. in ver. & figura iudicii, nu. 8. versic. item an requiratur petitio.* vbi plene apostilla *in ver. aduertendum.* Alexand. *consil. 187. In hac causa, nu. 2. ver. præterea. vt verbo fertur, lib. 2.* Extende; † quia etiam parte opponente in summariis admittitur libellus generalis, & incertus; & ideo Florentiæ, vbi statutum facit omnes causas summarias, indistincte admittitur, vt *in rubr. 1. lib. 2.* Bartol. *in d. extrauagan. ad reprimendum. ver figura. nu. 8.* Ias. *d. leg. 1. ff. de eden. & in l. edita, num. 5. & 6. Cod. eodem.* Alexand. *consil. 187. colum. 2. ver. præterea, vt verbo fertur, lib. 2.* Ioannes de Arnono *soliloquio 46.* vbi respondet Alexand. qui aliter dixit *consil. 32. lib. 4. & consil. 29. lib. 7.* & plena apostilla ad Bartol. *dict. extrauagan. ad reprimendum, in ver. & figura, num. 8. ver. aduertendum,* vbi, quod ista est verior, reprobato Alexand. contrarium tenente vti sibi contrario. † Contrarium Alexand. *dict. consil. 32. lib. 4. & consil. 29. lib. 7. n. 30. & 31. versic. nec obstat,* vbi, quod parte opponente non procedit libellus, neque exceptio generalis; quia alias tolleretur defensio, quæ non tollitur in summariis. Declara, vt supra *num. 13. & multis sequentib.* † Limita; quia valet, quando generalitas, & obscuritas resultat ex clausula apponi solita in libellis, *super quibus peto iustitiam ministrari,* ex qua libellus subsistinetur ex omni causa, etiam non narrata, si pars non opponit. Gemin. *consil. 118. Ne super deductis, in princip. ver. & primo,* vbi, quod parte non opponente, quod fiat declaratio, iudex procedit super tali libello generali; quia iudex non tenetur supplere, parte non opponente. Vide, Clausula, *ius, & iustitiam ministrari petens. Concluſ. 359.* Restringe † limitationem, quando reus opponit, quod pars libellans debet declarare, quod intendat includere sub tali clausula; quia tunc non procedit talis libellus parte non declarante, & potest appellari ab admissione, & à decreto litis contestationis super tali libello. Gemin. *dict. consil. 118. ver. & primo.* † Declara in tantum libellum generalem ex clausula, *peto iustitiam, &c.* procedere parte non opponente, vt licet opponatur in genere, quod est generalis, non releuet oppositio, nisi dicatur, quod libellans debeat declarare libellum. Gemin. *dict. consil. 118. num. 3. in fin. & nu. 4. ver. nec obstat.* † Limita; quia libellus generalis, & incertus admittitur, quando statutum disponit vno modo contra hæredem simpliciter, & alio modo contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarii esse exequendum instrumentum; quia sufficit, quod habens instrumentum petat illud exequi iuxta formam statutorum contra hæredem, quando ignoratur, an sit cum beneficio, vel sine. Petr. de Anchar. *consil. 6. Viso themate quæstionis, nu. 3. & 4. ver. ex iis, & alijs.* † Limita; quia valet libellus generalis, & admittitur in actione vniuersali, vel generali; quia admittitur libellus; *peto quicquid habes int. ali villa.* Alexand. *consil. 187. In hac causa, in princip. lib. 2.* vbi apostill. *in ver. procedere,* dat concord. † Limita; quia libellus incertus, & obscurus procedit, quando obscuritas, & incertitudo prouenit ex culpa, vel facto aduersarii. Bald. *dict. consil. 320. post med. ver. ex iis apparet. lib. 2.* Castrens. *consil. 250. Viso puncto, colum. fin. vers. est, & quarta, libr. 2.* Alexand. *consil. 182. num. 2. lib. 2.* † Et idem, quando ex iusta ignorantia libellantis causata facto aduersarii. Alexand. *consil. 197. Visis dubitationibus, ad fin. libr. 7.* Extende; † quia libellus alternatiuus non potest dici obscurus, ex quo incertitudo solutionis, quæ potest allegari, necessario prouenit ab allegante, & à facto illius. Bald. *consil. 290. Allegationes hinc inde, num. 2. lib. 4.* † Extende; quia quatuor sunt casus, in quibus libellus alternatiuus, & incertus admittitur. Primus est, quando alternatiua resoluitur in electione rei; quia valet libellus. Alex. *consil. 182. Lectis, & ponderatis, num. 2. versicul. & ideo dicunt, lib. 2.* Secundus † casus est, quando incertitudo prouenit à facto aduersarii; quia actor non potest esse certus. Alexand. *d. consil. 182. nu. 2. versicul. nec obstat, lib. 2.* † Tertius casus, quando incertitudo prouenit à iure, quia actor certus esse non potest; quia admittitur. Alexand. *d. consil. 182. num. 2. versicul. quia respondeo, libr. 2. cum sequen.* Quartus † casus, quando incertitudo prouenit à potestate iudicis declarare debentis; prout in interesse, & similibus. Alexand. *dict. consil. 182. num. 3. lib. 2.* † Declara tamen; quia si actor daret libellum incertum, vel alternatiuum in actione personali, prætextu, quod ignoret; quia succedit in ius alterius; non admitteretur; quia actor debet certificari, quando non prouenit à iure, neque à parte, neque à iudice impedimentum. Alexand. *d. consil. 182. num. 3. versic. vnde si quis, lib. 2.* † È conuerso sunt etiam plures casus, in quibus libellus generalis non admittitur in causis ordinarijs, etiam si pars nihil opponat; vnus casus est in criminalibus; alius casus est, quando iudex habet iurisdictionem certis casibus determinatis; quia nisi specificetur, quod sit casus ille determinatus, non admittitur. Alexand. *d. consil. 29. Clarissime, num. 32. & seq. ver. casus autem, lib. 7.*

Libellus non procedit sine causa. Concluſ. 307.

LIBELLVS † sine causa non procedit, maxime in restitutione minoris; quia causam debet exprimere. Oldrad. *consil. 108. in fin. versic. circa vltimam,* vbi probat; quod cum sit syllogismus Legistarum, debet continere id, per quod de necessitate sequatur intentio petitoris, & sic causam, idem Old. *consil. 308. num. 6. vers. respondetur & aliter.* † Et causa regulat libellum; ideo vxor agens rei vendicatione, tanquam domina ex causa dotis contra maritum vergentem ad inopiam ad bona data æstimata in dotem, cēsetur restringere dominium suum vtiliter secundum causam expressam. Bald. *consil. 160. circa med. ver. or modo, lib. 2.* Vide, *Causa finalis expressa regulat actum. Concluſ. 136.* † Amplia in libello nullitatis, qui causam nullitatis debet continere, vt valeat. Old. *d. consil. 308. n. 6.* Amplia, † quod libellus debet continere actionem intentatam expresse, Old. *consil. 314. in fin. nu. 10. ver. nec obstat contrarium,* est verius secundum * communem. Angel. *in l. fin. C. de interd.* Vide, *Libellus quid sit, & continere debeat. Concluſ. 300.* † Contrarium, quod non sit exprimenda actio, sed bene debeat exprimi causa, quādo ex libello possunt plures actiones intelligi intētatæ; quia nisi declaret libellans, iudex potest eum repellere. Abb. *consil. 7. Quæsitum fuit à me, circa med. versic. hoc etiam probatur, lib. 1.* † Amplia; quia debet continere causam obligationis, alias non procedit libellus. Alexand. plene *consil. 166. num. 4. & 5. lib. 6.* puta si quis dicat bona Titii ad se spectare, certe si causam non deducit, repellitur quasi inepte agat. Corn. *consil. 18. & consil. 55. lib. 3.* vbi, quod licet actio non sit exprimenda, bene debet exprimi causa. Vide, *Expressio individua, & specialis quando requiratur, vel non. Concluſ. 632.*

Vide,

7 Vide, *Libellus ineptus non valet, & quando secus. Concluſ.*315. † Declara; quia libellus ſuper annua præſtatione immemorabili tempore ſoluta non requirit expreſſionem cauſæ, propter quam debetur præſtatio; quia immemorabilitas excuſat, & habet vim tituli ex-
8 preſſi. Calder. *conſil.* 131. *An procedat libellus*, alias 1. *de libell. oblat.* † Idem, quando ſumus in ſpolio; quia cauſa obligationis nõ eſt exprimenda. Bald. *conſil.* 420. *Viſis actis, ante med. ver. hic etiam contra li-*
9 *bellum. lib.* 3. † Extende; quia maxime in actione perſonali requiritur expreſſio cauſæ obligationis, vt reus certus eſſe poſſit, an velit cedere, vel contendere, alias non procedit. Alexan. plene *conſi.* 182. *Lectis, & ponderatis, in princip. lib.* 2. vbi, quod neque releuat expreſſio cauſæ alternatiue facta; quia omnino eſt incerta, & non
☞ valet. Vide, *Libellus alternatiuus, & contrarius procedit, & quando ſecus.*
10 *Concluſ.*313. † Amplia; quia libellus in cauſa recurſus à ſententia interlocutoria, vel de exequendo rem iudicatam requirit cauſam habilem exprimi debere, alias non admittitur. Bald. *conſ.* 146.
11 *Quia ex facto, in fin. verſic. ſuper alio puncto. lib.* 3. Extende; † quia vbicunque libellus datur occaſione grauaminis, debet exprimi grauamen, alias non procedit etiam parte non opponente, & poteſt iudex repellere talem libellum ſine cauſa. Bald. *d. conſil.* 146. *in fine, lib.* 3. Declara; † quia libellus debet continere cauſam, per quam conſtet actori competere actionem, & habere intereſſe; quia ſi petat declarari rem eſſe tertii, conſtat ſua non intereſſe, & non auditur ſine actione, niſi exprimat cauſam ſui intereſſe, etiam ſi
13 declaretur tertii. Alexand. *conſil.* 166. *In cauſa & lite, num.* 5. *verſicul. nam libellus, lib.* 6. † Limita; quia actio non eſt exprimenda in libello ſecundum opinionem, quæ de conſuetudine approbatur.
☞ Petr. Anch. *conſil.* 73. *Viſis omnibus, nu.* 4. Vide, *Libellus quid ſit, & continere debeat. Concluſ.*300. *num.* 3.

Libelli verba late interpretanda, & ad fauorem libellantis, & quando ſecus. Concl. 308.

1 INterpretatio † libelli fit lata; quia dicitur materia larga, & non ſtricta; & ideo verba dubia, quæ poſſunt habere plures ſignificatus, licet large ſint interpretanda; tamen intelliguntur, ſecundum quod adaptari poſſunt perſonæ libellantis, ne inducatur id, quod ſibi de iure non competit. Gemin. *conſil.* 67. *in fine, verſ. & maxime*, vbi per totum conſilium dat regulam, qualiter verba ſtatuti ſint intelligenda, de quo vide, *Statutum dubium qualiter interpretandum.* & de lata libelli interpretatione Iaſon *conſ.* 112.
☞ *in fin. lib.* 4. Vide, *Libellus reſtringitur. Concluſ. proxime ſequen.* † Et ideo
2 dictio, ex, quæ poteſt importare cauſam immediatam, & etiam cauſam remotam in libello, importabit id, quod erit ex mente libellantis. Fulgol. *conſil.* 13. *Circa primum, n.* 1. vbi, quod eam ſignificationem, quæ eſt magis veriſimilis, & vtilis actori, importat. †
3 Amplia; quia verborum inculcatio libelli non attenditur, ſed aptitudo, ex qua reſultat actio, quando verba ſunt ambigua; ſecus ſi verba ſunt clara; quia tunc verba attenduntur etiam contra libellantem, vt reſultet ineptitudo libelli. Petr. de Anchar. *conſil.* 33.
4 *Per ſtatutum.* † Amplia; quia verba narratiua libelli declarantur ex concluſione, quatenus ſint apta declarari poſſe. Caſtrenſ. *con-*
☞ *ſil.* 113. *num.* 4. *lib.* 2. vbi apoſtill. citat Corn. *conſil.* 18. *num.* 1. *lib.* 3. Vide,
5 *Concluſio potius attenditur, quam facti in narratio. Concluſ.*558. † Amplia; quia ſi quis deducit in libello aliquid, prout in compromiſſo, vel laudo, cenſetur etiam deducere iuramentum in ipſo compromiſſo, vel laudo ad intentionem actoris fundandam. Alexand.
6 *conſil.* 38. *Viſa petitione, in princ. lib.* 3. Amplia; † quia verba libelli ſunt improprianda, vt teneat libellus; quia verba ſunt large intelligenda. Bald. *conſil.* 468. *Viſa petitione. circa med. ver. præterea ſi libellus. lib.* 2. quod eſt Franc. D. Bernardini de Spoleto. Alex. *conſ.* 121. *Viſo proceſſu, n.* 3. *ver. pro hoc etiam facit, lib.* 1. vbi plena apoſt. *in ver. ſubſten-*
7 *tari*, dat concord. † Amplia; quia vt ſuſtineatur libellus, ſit omnis interpretatio; ideo ſi in cauſa ordinaria, in qua non datur exequutio, actor petat exequutionem, ſubſtinetur libellus, vt exequutio concedenda petatur poſt condemnationem, in tantum, ꝙ ſi iudex facta citatione ad recognoſcendum ſcripturam, alias haberi pro recognita, & dari exequutionem, ſi ſimpliciter cõcedat exequutionem, cenſetur etiam in neceſſarium antecedens declaraſſe apocham recognitam. Fel. & Dec. *in cap. ſane. num.* 2. *de*
*8 *offic. deleg.* vbi dicit Dec.* communem. † Amplia; quia ſi detur libellus nomine plurium copulatiue, quorum aliqui habent ius non æquale, tamen licet ſit actum nomine omnium ſimpliciter, intelligitur reſpectiue, prout vnuſquiſque ex nominatis ius habet. Dyn. *conſil.* 8. *In quæſtione petitionis. in princip.* vbi, quod verbade-
9 bent interpretari pro actore, & vt ſeruiant intentioni. † Amplia; quia ea actio cenſetur ex libello intentata, quæ expedit libellanti, quando ex verbis & materia libelli poteſt colligi. Caſtrenſ. *conſil.* 113. *In cauſa, quæ vertitur, num.* 2. *lib.* 2. Vide, *Ius ſuum integrum* 10
*quis deducere tenetur, & quando. Concluſ.*633. † Amplia; quia verba dubia debent ſecundum intentionem actoris interpretari, & eo non interpretante, ſecundum quod poſſunt intentioni intentatæ actionis deſeruire, ita vt omne ius cenſeatur deductum. Dyn. *dict. conſil.* 8. *num.* 2. *verſicul. præterea in petitione ambigua.* Caſtrenſ. *conſil.* 138. *In cauſa, quæ vertitur, colum.* 2. *verſicul. verba enim libelli, lib.* 2. Corn. *conſil.* 91. *lib.* 4. Socin. *conſil.* 39. *ver. verum, quia in terminis, lib.* 1. *num.* 17. & 18. Roman. *conſil.* 136. *In propoſito, in princip.* Vide, *Actori fauendum. & in quibus. Concluſ.*120. Extende; † quia declaratio libelli poteſt fieri ab actore quandocunque ante 11
ſententiam, & ſemper libellus ſubſtinetur, ſi verba ſint ita generalia, quod poſſint per interpretationem reduci ad congruam agendi formam. Alexand. *conſil.* 38. *Viſa petitione, num.* 2. *verſic. attento, quod. lib.* 3. † Extende; quia quando adſunt clauſulæ ſalu- 12
tares, licet libellus non expreſſerit, quod exprimere debuit; ſi tamen ex actis appareat, quod exprimere voluit, ſubſtinetur, & ex eo cenſetur intentatum remedium, quod ſibi fauorabilius eſt. Caſtrenſ. *conſil.* 138. *lib.* 2. Dec. *conſil.* 212. *In cauſa*, quia omne ius cenſetur deductum. Doctor. *in cap.* 2. *de ordin. cognit.* & probatio apta eo caſu ſubſtinet libellum defectiuum, gloſſ. *in l.* 1. §. *ſi quis argentum. in ver. iuranti. ff. depoſ.* Felin. *in cap.* 2. *num.* 4. *de libell. oblat.* Et † 13
quod verba libelli debeant ſemper interpretari, & aptari, vt inſeruiant menti actoris, cui eſt fauendum in principio, etiam ſi verba deberent impropriari, dicit * communem Caſtrenſ. *conſil.* * 199. *Super primo, num.* 4. *lib.* 2. vbi, quod cenſetur deduxiſſe omne ius ſuum Alexand. *conſil.* 38. *Viſa petitione, num.* 3. *verſic. item verba libelli, lib.* 3. † Extende; quia ſi actor in libello petat rem, & æſtima- 14
tionem, ſeu pretium, dictio, &, exponitur pro, *vel*, & fit interpretatio, quod petat rem, quatenus extet; ſin minus, pretium, licet non dicat; quia hoc venit ex veriſimili intentione libellantis. Caſtrenſ. *dict. conſil.* 199. *colum. fin. in princip. lib.* 2. † Extende ſingu- 15
lariter; quia ſi hæredes vxoris in libello contra hæredes mariti dicunt, ꝙ vxor percepit fructus bonorum paraphernalium; & ideo hæredes mariti debere condemnari ad illorum reſtitutionem, ſubſtinetur libellus, vt ipſa perceperit ficte, videlicet per maritum percipientem; ideo teneatur reſtituere illos, & libellus non eſt ineptus, neque contrarius, neq; hæredes mariti debent abſolui; quia ex ſubſequentibus, & proſequutis conſtat, quod ſic intellexit, alias non poſſet petere reſtitutionem, ſi ipſa vere percepiſſet, pulchre Caſtrenſ. *d. conſil.* 199. *ver. cum igitur, colum. fin. d. lib.*
2. Extende; † quia ſemper verba libelli debent interpretari ad fa- 16
uorem actoris. *l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic.* Bald. *conſil. deciſiuo* 477. *In cauſa, colum.* 1. *in fin. lib.* 3. Caſtrenſ. *conſil.* 197. *Viſis. num.* 2. *lib.* 1. apoſtill. citat ibi Socin. *conſil.* 39. *Viſis. ver. verum quia in terminis, lib.* 1. † Extende; quia verba etiam debent impropriari, vt inſer- 17
uiant menti libellantis. Socin. *conſil.* 160. *In præſenti, num.* 18. *cum ſeq. lib.* 2. Iaſon late *in l. ſed & ſi poſſeſſori.* §. *item ſi iurauero; colum. penultim. ff. de iureiuran.* Roman. *conſil.* 245. *n.* 4. & 5. vbi, quod verbum, *accommodauit*, ſumitur pro *mutuauit*, licet ſint diuerſa, & nihil habeant ſimilitudinis. † Extende maxime, quando adeſt clauſula; *omni* 18
meliori modo; quia videtur deductum omne remedium, quod ex narratis reſultare poteſt. Abb. & alii *in cap.* 2. *de ordin. cognit.* Alexan. *conſil. deciſiuo* 61. *Viſo proceſſu, colum. fin. in princip. lib.* 2. Dec. *conſil.* 445. *In caſu, num.* 22. Imol. *in l. ſi. um null. a. ff. de re iud.* † Idem, quando ad- 19
eſt clauſula; *ſuper quibus, &c.* Innocen. & Bald. *in cap.* 2. *de ordin. cogn. & in cap. ſi cautio, in fin. de fid. inſtrum.* Alexand. *conſil.* 121. *colum.* 2. *lib.* 2. Marian. Socin. *in cap. de libell. oblatio. num.* 86. *cum ſeq. & num.* 94. vbi de clauſula; *non ſe adſtringens.* † Et quod verba libelli ſint impro- 20
prianda, vt ſaluetur libellus iuxta mentem libellantis, Roman. *conſil.* 245. *Ad primum, num.* 4. *ver. ad tertium.* vbi plene apoſtilla *in ver. trahuntur.* dat concord. † Extende; quia concluſio libelli ſalua ra- 21
tione recti ſermonis debet ſemper aptari ad illam actionem, quæ vtilior, & expeditior eſt libellanti. Caſtrenſ. *conſil.* 138. *colum.* 2. *n.* 3. *lib.* 2. † Extende; quia verba libelli ſunt pro libellante interpre- 22
tanda, vt tollatur contrarietas, vel abſurdum, & ne veniat contra ſe ipſum. Bartol. & Doctor. *in l. ſi talis ſcriptura. ff. de leg.* 1. Alexan. *conſil.* 48. *lib.* 1. Abb. *conſil.* 75. *lib.* 2. Caſtren. plene *conſil.* 199. *n.* 4. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Extende; quia is, qui in libello dixit * 23
narratiue ſe dominum rei, & concluſit ibi rem reſtitui, tanquam hæredi, cenſetur intentaſſe rei vendicationem, & petitionem hæreditatis; vnde ſi proſequutus eſt petitionem hæreditatis in qua non eſt neceſſarium probare dominiũ, obtinebit; quia verba ad fauorẽ libellantis ſunt interpretanda, Caſt. *conſ.* 138. *p. r tot. lib.* 1. Idẽ † in interdicto, *vnde vi*, quia ſi actor narrat ſe dñm, ſuffi- 24
cit probatio de ſola poſſeſſione. Caſtr. *d. conſ.* 138. *col.* 2. *ver. ſic ut videmus*,

25 mus,lib.2.†Idem in Saluiano interdicto;nam agens debet narrare rem fuiſſe in bonis obligantis tempore obligationis, & ſibi fuiſſe obligatam:& tamen non requiritur probatio dominii,ſed ſufficit probatio poſſeſſionis tempore obligationis. Caſtrenſ. *d. conſ.* 138.
26 *colum.2.circa med.verſicul.ſicut videmus,lib.*2.† Idem, ſi agat quis petitorio,& poſſeſſorio recuperandæ,ſi probat in poſſeſſorio, licet deficiat in petitorio, debet obtinere in poſſeſſorio. Caſtr. *d. conſil.*
27 138.*col.2.circa med.ver.item ſi aliquis,lib.*2. † Extende; quia licet in libello ſuper ſpolio debeat concludi poſſeſſionem rei reſtitui,non autem rem;quia tunc videretur intentatum petitorium. Alexan. *conſ.*117.*lib.*2.ſecus tamen eſt,ſi libellans declaret, quod poſſeſſorium intentauit,licet petierit rem reſtitui. Afflict. *deciſ.*77. vbi dicit rationem;quia verba impropriantur fauore libellantis. Vide,
28 *Libellus quando petitorium concernat,vel poſſeſſorium.Concl.* 316. † Extende; quia etiam hæres libellantis poteſt declarare verba dubia libelli,dummodo ſic declaret,quod non inferat præiudicium ter-
29 tio.Caſtrenſ.*conſ.*148.*Viſo, & examinato,n.*3.*lib.*1. † Extende; quia verba libelli etiam ad futura trahuntur habentia dependentiam à præſenti;ideo libellus ſuper annua præſtatione, ſeu alimentis trahitur etiam ad fauorem libellantis. Rom.*conſ.*136.*In propoſito.*
*per tot.*vbi,quod in aliis,quę non habent tractũ in futurum,verba
30 libelli ad præſentia reſtringuntur. † Amplia;quia verba contrarietatem inducentia debent impropriari,vt conueniant.Bald.*conſil.*292.*Factum ſic proponitur,n.*6.*lib.* 3. vbi, quod ſi in libello peritur contractus nullus declarari, & per metum celebratus reſcindi, quatenus reſciſſio poteſt preſupponere,quod eſſet aliquis,debent
31 exponi verba reſcindi,videlicet reſciſſus oſtendi,ne contrarietas inducatur.†Contrarium tenet Angel.*conſ.*167.*Viſo dicto libello,* vbi concludit, quod danda eſt abſolutoria reo ab obſeruatione iudicii,ſi libellus continet contraria, etiam ſi ſuper eo ſit liꝭ conteſtata.Vide,*Libellus contrarius, & incertus non admittitur, & quando ſecus.*
32 *Concluſ.*314. † Declara; quia licet libellus concludat ineptam actionem,prout ſi intentauit hæres petitionem hæreditatis, quæ non competit,quando habuit ſemel poſſeſſionem bonorum hæreditariorum;ſi tamen ex aliis narratis poteſt actio colligi, ſubſtineri debet,maxime ſtante clauſula; *omni meliori modo, & ſuper quibus petit ius,& iuſtitiam.* Ant.de But. *conſ.* 63. *per tot.* vbi apoſtillæ
33 dant plurimos concord. † Amplia; quia verba libelli alternatiua ſemper pro libellante ſunt interpretanda.Ægid.*conſ.*2.*nu.*3. *& ſeq.*
34 Extende;† quia alternatiua dictio ampliat diſpoſitionem libelli
35 pro libellante.Ægid.*d.conſ.*2.*n.*6. † Extende;quia verba obſcura libelli,vel exceptionis quæ poſſunt continere plus, & minus, interpretantur ſecundũ proferentem,ſiue libellans, ſiue excipiens.
36 Rom.*conſ.*455.*n.*4.*vſque in fin.*vbi plura ſimilia. † Extende in tantum intentionem actoris attendendam, vt etiam verba latiſſime interpretari debeant, etiam ampliando, vt ſubſtineatur libellus, late Ioannes de Anania *in cap.conſtitutus,num.*14.*de relig.domib.*vbi, quod libellans concludens de canone, vel liuello ſubſtinetur in
37 cenſu,& è contra,& petens rem,quam vendidit, neceſſario concludit reſciſſionem,licet non dicat.†Et eſt generale dictum,quod in iudiciis verba debent interpretari, vt inſeruiant menti proferentis,ſiue actoris,ſiue rei.*l.ſi quis intentione ambigua,* vbi Bart. Bald. Ang.Caſtr.& alii.*ff.de iudic.*Fulgoſ. quoque idem dicit in quacunque dubietate.ibi,& Rom.qui legit eandem legem cum *l.ſolemus,*
38 *ff.eodem.*† Declara;quia ſemper verba libelli intelliguntur ad fauorem libellantis, quando ambiguitas conſiſtit in iure circa ſignificatum verbi,ſed ſi conſiſtat in facto,ſecus eſt;quia non interpretatur pro eo,niſi declarauerit,ita Alexand.*conſ.*55.*Quoniam,nu.*
39 16.*ver.item vbicunque,lib.*5.vbi apoſtill.*in ver.ſed.* † Amplia;quia vt ſubſtineatur libellus, verba prius dicta ponuntur in ſecundo, & poſterioti loco ſecundum ordinem iuris; ideo ſi peto reum cogi, & condemnari,intelliguntur verba, vt prius condemnetur, poſtea cogatur, *l.tale, in princ.ff.de hæred.inſtit.* vbi Bart. & Bald.*in l.ſi*
* *cum nulla,ff.de re iudic.& in l.quidam.ff.de pecul.leg.* & eſt communis* opinio.Bald.*in §.quibus,in* 1.*conſtitut. C. & in l. conuenticula. Cod. de*
40 *Epiſc.& Cleric.* † Reſtringe, quando actor in libello ſolum peteret
41 reum cogi.Bar.vbi ſupra.†Contra reſtrictionem tenet Bald.*conſil.*
42 468.& 469.*lib.*2. † Declara primo;quia procedit,etiam ſi actor petat reum ſolum cogi,quando adeſt clauſula; *ius, & iuſtitiam miniſtrari.* Modern. *in l.ſi cum nulla.ff.de re iudic.* & vide de ratione apud Aret.*in l.moribus.§.prius,col.*2.*in fin.ff.de vulg. & pupill.*Felin.*in*
43 *cap.*2.*de offic.deleg.*vbi etiam Dec. † Idem quando poteſt procedi ſine ſtrepitu,& figura iudicii; quia valet iudicium incipiens à præ-
44 cepto.Bar.*in extrauag.ad reprimendum,ver.ſine figura.* † Amplia;quia verba libelli groſſo modo loquendo ſunt interpretanda,vt libellus ſubſtineatur.Alexand.*conſ.*38.*col.*1.*lib.*3. Cagnol.*in l.ſi quis maior,n.*134.*C.de tranſact.l.nam & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero.ff. de iure-*

iuran.cap.conſtitutus, vbi gloſ.*de relig.domib.*Abb.*in c.vnico, de lit.conteſt.*†Extende etiam,vt improprianda ſint verba, vt ſi libellans di- 45
xerit pœnam ſibi reſtituendam,illud verbum aptatur ad ſolutionem.Cagn.*d.l.ſi quis maior.n.*133.*C.de tranſact.*† Amplia;quia libel- 46
lus debet ſubſtineri,quantum poteſt, vt extendatur, & comprehendat,& valeat.Iaſ.*conſ.*112.*in fin.lib.*4.† Amplia;quia ſi in libello 47
ſunt deductæ plures cauſæ,& poſſit dici plura remedia eſſe intentata, illa ſunt attendenda, & videntur intentata per quæ facilius, & melius poteſt ſequi condemnatio ſtantibus clauſulis ſalutaribus appoſitis in libello.Bal.*in l.edita.C.de eden.*cum aliis cumulatis
per Calcan.*conſ.*77.*n.*14.†Extende;quia vbi libellus poteſt conti- 48
nere duas vias;vnam competentẽ;aliam non,ſemper debet aptari ad viam,quæ eſt competens.Ant.de Butr.*in cap.examinata.de iudic.* maxime quando continet clauſulas generales,& ſalutares,Bald.*in*
l.certi condictio.ff.ſi cert.petat.& plenius Alexand. *conſil.* 121.*Viſo proceſſu.n.*3.*verſ.præterea quando libellus lib.*1.† Amplia; quia licet poſſeſ- 49
ſio ciuilis,& naturalis differant;ſi tamen in libello ſimpliciter fuit facta mentio poſſeſſionis, intelligitur de ciuili, & prout expedit libellanti.Guido Pap.*deciſ.*629.ſupra*n.*5.vbi late.† Idem in poſſeſ- 50
ſione,quæ differt à detentione,ſi quis dat libellum, in quo dicit etiam in reſcripto Principis ſe ſpoliatum poſſeſſione, & probet de detentatione, obtinebit;quia verba obſcura poſſunt declarari per libellantem.Bald.late *in l.præſcriptione.C.ſi contra ius, vel vtil.pu-*
blic.† Amplia;quia licet verba generalia,ſeu clauſula generalis ſe- 51
quens ad ſpecies enumeratas reſtringatur,& intelligatur ſecundum ſpecies enumeratas; ſecus eſt in libello, quando per reſtrictionem non inſeruiretur intentioni actoris, ſecundum quam debet libellus interpretari Bal.*conſ.*477.*In cauſa vertente, in princip.*
maxime *num.* 3.*ver.& ſi dicatur,lib.*3.†Amplia; quia verba impro- 52
priantur, vt ſubſtineatur libellus contrarius; ideo ſi quis intentat remedium manutentionis,& dicit ſe ſpoliatum, quæ ſunt contraria,& repellunt libellum,interpretantur, vt ſpoliatio intelligatur pro turbatione,non pro deiectione, vt procedat libellus. Angel.
*conſ.*399.*Datus eſt terminus.* in conſilio ibi inſerto per errorem, incipit;*In cauſa vertente.per tot. & in ſi.* † Extende;quia agens ex mu- 53
tuo ſi dicat commodatum in libello,vt ſubſtineatur, commodatũ ſumitur pro mutuo.Rom.*conſ.*245.*n.*4.*& ſeq.ver. ad tertium.* † De- 54
clara;quia verba libelli ſunt improprianda, vt ſubſtineatur libellus, qñ verba ex larga ſua interpretatione, & ſignificatione poſſunt importare,alias ſecus;quia non poteſt fieri interpretatio, vt contineantur contraria expreſſis;quia ſi petii hæreditatem ab inteſtato præciſe,nõ poſſum obtinere ex teſtamento; quia hoc contrariatur verbis,& intentioni.Alexand.*conſ.*121.*Viſo proceſſu, n.* 10.
*ver.per hoc eſt etiam reſponſum,lib.*1. † Et procedit declaratio,quod 55
libellus ex vna cauſa expreſſa non trahitur ad cauſam contrariã, etiam ſi adſint clauſulæ ſalutares,*peto ius,& iuſtitiam.non me adſtringen,&c.*ita Alexand.*d.conſ.*121.*n.*11.*ver.non obſtat illud, quod dixi, lib.*
1.*cum ſeq.& conſ.*96.*n.*7.*lib.*4.†Declara,niſi adeſſet etiam clauſula, 56
& prædicta omni meliori modo.ſuper quibus peto iuſtitiam; quia tunc bene ſubſtinetur libellus,etiam circa contraria. Alex.*d.conſ.*121.*Viſo*
*proceſſu,col.pen.n.*12.*ver.præterea Ioannes de Imol. lib.*1.Curt. Iun.*conſil.*
226.*n.*13.*lib.*3. qui dicit*cõem.†Contrarium,quod etiã cum clau- * 57
ſula,*& prædicta,omni meliori modo, &c.* non ſubſtineatur libellus in contrariis.Alexand.*conſ.*110.*n.*2.*lib.*5.†Amplia;quia ſemper verba 58
ambigua libelli ſunt interpretanda ad fauorem libellantis. Soc.
*regul.*20.*Libelli verba ambigua,* vbi limitat tribus modis,& in criminalibus. † Limita;quia licet quando verba libelli ſunt dubia,& 59
obſcura, & ex larga ſignificatione vocabuli poſſunt importare ſenſum,quem libellans vult accommodare,ſecundum proprietatem tamen vocabuli,vt ſubſtineatur pro libellante.Alex. *conſ.*121.
*col.*3.*lib.*1. tamen quando ſumus in claris, nec verba poſſunt impropriari, nec clauſulæ ſalutares operantur vias non intentatas.
Socin.*conſ.*39.*col.pen.& fin.lib.*1.†Extende; quia ſi repugnat natu- 60
ra rei,vel actionis intentatæ,non poteſt fieri interpretatio, niſi prout eſt neceſſarium ad actionem,vel naturam rei; ideo licet appellatio dominii, & proprietatis poſſit intelligi etiam de quaſi dominio,& quaſi proprietate;ſecus eſt,ſi agitur rei vendicatione, in qua verum dominium requiritur.Alexand.*conſ.* 202.*Super cau-*
*ſa,n.*2.*lib.*2.†Extende quando interpretatio non eſſet veriſimilis; 61
quia non fit pro libellante.Alexand.*conſ.*55.*n.*17.*ver. item interpre-*
*tatio,lib.*5. † Limita in criminali;quia verba libelli ſemper,quod 62
minus eſt,continent.Bart.*in l.ſi gemina.ff.arbo.furtim cæſarum.* Vide infra,*Libellus in criminali quam ſpecificationem requirat. Concluſ.* 320.
Limita,† quando fuit oppoſitum, quod declaret verba ob- 63
ſcura; quia tunc non procedit,& qualis debeat eſſe oppoſitio. Vide Concluſionem prox. ſeq.

Libellus non restringitur, nisi quando actor se restrinxit, & quando secus. Concluſ. 309.

1 LIBELLVS † cenſetur omnia de intentione actoris continere niſi actum ſit, quod omnia non veniant, ſed quædam. Oldrad. *conſ.* 199. *Pro fundamento, n. 9. ver. cum ergo regula*, vbi, quod propterea interpretatio libelli ſpectat ad actorem; quia reus ſemper ne-
2 garet, & idem tenet Dyn. *conſ.* 8. *in pr.* † Et ideo libellus prægnans, qui poteſt referri ad actionem competentem, etiam ſi alia actio ſit expreſſa, quæ non competit, ſubſtineri debet. Cuman. *conſil.* 38. *Pro parte mulieris, in fin. ver. vnde concludo.* Ant. de Butr. *conſ.* 63. *nu.* 2.
3 *ver. ſecundo præmitto.* † Declara, quod procedit, quod libellus continet cauſam non expreſſam, quando fuit dictum, *omni meliori modo, & prout probatum fuerit*; qa ex quo verba non ſunt reſtricta, libellus omnia comprehendit. Angel. *conſ.* 25. *Pro deciſione, nu.* 2. & 3. & quod clauſula, *omni meliori modo*, operetur, quod libellus non reſtringatur. Ant. de Butr. *conſ.* 63. *in fin.* vbi apoſtill. dat plures concord. Vide clauſula, *omni meliori modo*, quid operetur. *Concluſ.* 358.
4 † Amplia, quod ex articulis, & proſequutione declaratur, & ampliatur libellus, quando non eſt reſtrictus, vel actum ſit, quod omnia non veniant. Oldrad. *d. conſ.* 199. *n.* 9. & *ſeq. ver. cum ergo regula.* Caſtr. *conſ.* 138. *In cauſa, quæ vertitur, colum.* 2. *ver. & iſti in proſequendo,*
5 *lib.* 1. † Amplia; quia illud, quod non tribuit ſubſtantiam, & qualitatem contractui, vel actioni, non poteſt reſtringere libellum, neque limitare; ſecus è contra; ideo ſi deduco ſimpliciter contractũ in libello, & poſtea deduco confeſſionem certi temporis, & probo confeſſionem de alio tempore, ſufficit, quia non me reſtrinxi ad ſuperflua in libello. Bald. *conſil.* 302. *Præmitte ad euidentiam, lib.* 1. vbi dixit hoc maxime procedere, ſi adeſt clauſula, *ſaluo iure addendi.*
6 † Amplia; quia ſi petii in cauſa ordinaria procedi ſummarie addendo clauſulam, *omni meliori modo*, licet clauſula generalis referat ſe ad ſpecies præcedentes enunciatas, & reſtringatur; ſecus eſt in libello; quia intentioni actoris inſeruiendũ eſt. Bald. *conſ.* 477. *In*
7 *cauſa vertente, n.* 3. *ver. & ſi dicatur, lib.* 3. † Amplia; quia nunquam libellus dici poteſt reſtrictus, neq; appellatio, quando adeſt clauſula, *omni meliori modo*, ideo agens procuratorio nomine, cum ſit nuncius, non cenſetur reſtringere ſe vt procurator hanc clauſulam. Bald. *conſ.* 353. *A procurator, lib.* 3. Amplia; quia procedit nedum in libello, ſed etiam in exceptione; quia excipiens contra teſtes, qui corrupti falſum depoſuerunt, non obligatur probare corruptionem, & falſitatem, ſed ſufficit alterum. Alexand. & Iaſ. *in l. Di-*
* *uus Adrianus, n.* 18. *ff. de re iud.* vbi *de communi. Vide Maſcard. *Concluſ.* 688. *Excipientibus contra teſtes*, vbi ponit regulam, quod quis non cenſetur obligatus, niſi in criminalibus, vel quando ſe re-
8 ſtrinxit, vide eum. † Limita; quia licet is, qui agit ex commodato, poſſit obtinere ex ſolo contractu commodati; ſi tamen agit rei vendicatione deducendo dominium, debet probare ſe dominũ, alias non obtinebit. Caſtr. *conſ.* 138. *In cauſa, quæ vertitur, in princ. lib.*
9 2. † Limita in libello criminali; quia ſi accuſator deduxit violentiam, & dolum, & tempus, tenetur omnes qualitates probare, ad quas ſe adſtrinxiſſe videtur. Caſtr. *conſ.* 205. *In cauſa, quæ vertitur, colum.* 1. *n.* 3. & *per tot. lib.* 2. Roman. *conſ.* 110. *Quæſtio conſultationis, colum.* 2. *ver iſtud idem*, vbi plena apoſtil. *in ver. non probata*, quæ loquitur de die, vel de hora deducta in libello, vt debeat probari, etiam
10 ſi non eſſet neceſſaria. † Limita; quia narrans fuiſſe dominum, vel reum fuiſſe ſibi obligatum, non concludit de præſenti; imo excludit; ideo libellus dicitur ineptus, licet dominus de præterito præſumatur etiam de præſenti, quia debet allegari, & deduci. Ca-
11 ſtrenſ. *conſ.* 250. *ver. ſecunda ratio, col.* 1. *lib.* 2. † Limita; quia exprimens in libello donationem certo die factam, ſi probat alio tempore, non obtinebit; quia dicitur alia donatio quam expreſſa, licet non eſſet de ſubſtantia à principio. Bart. *conſ.* 88. *In quæſt. in princip.*
lib. 1. Vide, *Tempus quando eſt de ſubſtantia, debet probari, & quando ſe-*
12 *cus. Concluſ.* 335. † Limita, niſi libellus contineat certam qualitatem; quia cenſetur tunc facta reſtrictio. Dec. *in c. ex parte, il primo, n.* 13. &
13 *ſeq. de reſcript.* vbi declarat latiſſime. † Extende in ciuilibus, & criminalibus; quia certa qualitas deducta in ciuili ſi non probetur, ſuccumbit libellans: ergo idem in criminali; quia procedit argumentum in iis, quæ non ſunt mutata. Roman. *conſ.* 110. *nu.* 2. *ver. de*
14 *quinimo.* † Extende; quia videtur regula generalis; quia is, qui ſe reſtringit ad aliquid probandum, quod non eſt neceſſarium; tamen ſi non probat, ſuccumbit. Bart. *in l.* 1. §. *quæſitum, ff. de aqua quotid. & æſtiua*, vbi, quod ſe adſtringens in libello perdit cauſam, ſi illud non probat, licet non ſit neceſſarium, & propterea cauti pro-
15 curatores ponunt ſemper clauſulam, *non ſe adſtringens.* † Contrarium, quod imo, quando illud, ad quod ſe reſtrinxit, non erat neceſſarium, non probando ſibi non præiudicat. Bart. *in l. circa, de*
probat. Auguſt. in addit. ad Ang. *in ver. de anno præſenti, in* 3. *col.* Decia. *conſil.* 3. *ad fin. lib.* 1. & *conſ.* 28. *lib.* 2. Aret. *in* §. *omnium. in col. pen. Inſtit. de actio. n.* 31. Abb. *in c. ex parte, de reſcr.* † Declara; quia quando quis 16
habet intentionem fundatam ex præſumptione iuris, vel legis, & ſe reſtringit ad id, quod probare non debet, non perdit cauſam, neque ſibi præiudicat; ſecus, ſi non habet præſumptionem iuris. Iaſ. *in l. cum virum, col.* 2. *circa med. C. de ſide comm. & in l. ſi à furioſo, in*
fi. ff. ſi cert. pet. Caſtr. *conſ.* 51. *n.* 2. *ver. ſed breuiter, lib.* 2. † Declara; quia 17
deducens in libello locationem, licet videatur ſe reſtringere, vt probet locationem allegatam in libello; tamen ſufficit, quod illam probet præſumptiue, prout ſi probatur ſolutio penſionis per 10. vel 20. annos; quia in hoc ſufficit iuris præſumptio ſecundum
* communem, de qua Caſtr. *d. conſ.* 51. *n.* 2. *ver. ſed breuiter, lib.* 2. † Li- * 18
mita, quando reſtrictio eſſet facta ſuper articulis; quia licet libellus non ſit reſtrictus; tamen probatio facta ſuper articulis reſtrictis ex cauſa nõ expreſſa non ſubſtineretur, ſic videtur velle Ang. dum reſpondet ad hoc in caſu contrario, *conſ.* 25. *nu.* 3. *ver. videamus*
ergo. † Limita; quia licet plures actiones competant, ſi tamen in li- 19
bello vna intenterur, aliæ non veniunt, neq; ex aliis ſequi poterit condemnatio. Ang. *conſ.* 291. *Viſa petitione, n.* 3. *vſque in fin. ver. deſcendo igitur.* † Extende in accuſatione criminali, in qua petitur con- 20
demnari ſecundum formam ſtatutorum; quia non poterit ſequi alia condemnatio propter reſtrictionem. Signor. *conſ.* 240. *in prin-*
cip. † Limita; quia bene libellus generalis reſtringitur ad ſpeciali- 21
ter proſequuta. Petr. de Anch. *conſ.* 6. *Viſo themate quæſtionis, num.* 4.
ver. ſicut generalis petitio, col. 2. Vide, *Proſequutio iudicialis operatur mul-* 22
ta. Concl. 934. † Limita; quia libellus continens mutuum naturale reſtringitur, vt ſi probetur mutuum ciuile, videlicet confeſſatum, vnde non poterit obtinere agens; ſecus ſi vtrunque ponat in libello; videlicet mutuum naturale, & confeſſionem; quia tunc probata ſola confeſſione obtinebit. Bald. *conſ.* 25. *Punctus infra ſcripti conſilii, lib.* 3. Vide, *Agens ex vna cauſa, & probans ex alia. Concl.* 244.
Vide Concluſ. prox. præced. Vide, *Reſtringens ſe ad vnam cauſam non*
obtinet ex alia. Concl. 304. Vide, *Taxatiua non ſubintelligitur. Concl.* 24.

Libellus plures continens cauſas ſufficientes non debet in omnibus iuſtificari, & quando. Concluſ. 310.

LIBELLVS † appellationis plures cauſas continens per ſe ſuffi- 1
cientes ad concluſionem ſubſtinetur, ſi vnica cauſa tantum ſufficiens iuſtificetur, vel ſit vera. Lap. *alleg.* 55. *nu.* 5. *ver. de hoc patet*, vbi dicit, quod ex narratis in libello attenditur illa pars, ex qua ſequi poteſt concluſio, & quod non expedit omnia narrata in libello verificare. † Et ad dignoſcendum libellum, & quæ actio ſit in- 2
tentata, non inſpiciuntur narrata, ſed concluſio. Bart. *in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cert. pet.* Aret. & Iaſ. *Inſt. de actio.* §. 1. Dec. *conſ.* 62. *In*
cauſa, quæ agitur. † Amplia, vt ſi libellus ex aliquibus narratis red- 3
deretur ineptus; tamen ſi ex aliis apte narratis poteſt ſequi concluſio, dicitur totus aptus; quia concluſio attenditur Lap. *d. alleg.*
55. *n.* 6. *ver. item reiecta.* ſequitur Roman. *conſ.* 245. *Ad primum, n.* 6. *in*
fin. ver. præterea vltimo, & n. 7. vbi apoſt. *in ver. allegationibus*, dat plu-
rimos concord. † Amplia, vt nedum actor non teneatur iuſtificare 4
omnia narrata in libello, ſed nec etiam expediat ſibi, quando ex aliquibus poteſt ſequi concluſio; quia ſufficit tantum verificare neceſſaria ad concluſionem. Lap. *d. alleg.* 55. *n.* 6. *ver. item non expedit.*
Caſtrenſ. *conſ* 138. *In cauſa, quæ vertitur, col.* 2. *circa med. ver. ſic enim non*
ſemper, lib. 2. Rom. *d. conſ.* 245. *n.* 6. *ver. præterea ſecundo.* Alex. *conſil.* 61.
Viſo proceſſu, in pr. lib. 2. Bart. *conſ.* 193. *Commune Lucignani, in fi. ver. ſu-*
per quarto lib. 1. vbi tollit contraria, & non cenſetur ſe reſtrinxiſſe.
† Extende maxime, quando in libello eſt clauſula ſalutaris, *ſuper* 5
quibus omnibus petit ius & iuſtitiam miniſtrari. Alexan. *d. conſ.* 61. *n.* 10.
ver. nec obſtat etiam. lib. 2. † Extende maxime in cauſis ſummariis, & 6
coram officialibus caſtrorum, & villarum, in quibus libellus non requiritur. Alexand. *d. conſ* 61. *n.* 11. *verſic. & ad prædicta, lib.* 2. Vide,
Concluſio potius attenditur, quam facti narratio. Concl. 558. † Extende; 7
quia procedit ampliatio, etiam ſi non adſit clauſula, *non ſe adſtringens.* Alexand. *d. conſ.* 61. *in princip. lib.* 2. † Amplia in libello nullitatis 8
continente plures cauſas nullitatis, ſeu plures nullitates; quia ſi vna nullitas iuſtificatur, valet, & ſubſtinetur. Bald. *conſ.* 352. *Donatio*
cauſa mortis, in fi. lib. 2. † Amplia; quia deducenti plures cauſas ex- 9
cuſationis ſufficientes ſufficit, quod vnam probet. Maſc. *Concluſ.*
706. *Excuſatio an probari debeat. in fi.* † Extende in patre exhæredan- 10
te filium ex pluribus cauſis releuantibus expreſſis; quia ſufficit, quod vna releuans probetur. Maſc. *Concl.* 714. *Exheredatio bona, n.*
9. vbi dicit *cõem. † Amplia; quia petens in libello aliquem con- * 11
demnari ſecundũ formã iuris, & ſtatutorũ, debet intelligi ſm modum vtiliorẽ ipſi petenti, vel ſecundũ ius cõmune, vel ſecundum

ſtatu-

statutum. Bald. *consil. 67. Quia ex facto, n. 6. ver. nec hoc improbatur, lib. 3.*
12 † Amplia maxime in libello continente plures causas nullitatis; quia sufficit vnam esse veram, & probari. Bald. *consil. 293. Donatio*
13 *causa mortis, n. 4. ver. libellus, lib. 3.* † Extende in exhæredatione filii facta ex pluribus causis expressis; quia sufficit, si vna probetur.
14 Bald. *consil. 112. Punctus quæritur. n. 2. ver. super secundo, lib. 5.* † Amplia in libello continente verbum adiudicari, & consignari bona in iudicio hypothecario; quia licet verbum, *adiudicari*, nullo modo possit importare hypothecam, sufficit, quod verbum, *consignari*, poterit hoc importare; ideo ex verbo apto substinetur. Roman.
plene *consil. 245. n. 4. ver. ad tertium, cum sequen. vsque ad n. 8.* vbi, quod
15 etiam verba impropriantur, vt libellus substineatur. † Amplia in libello criminali, & accusatorio; quia licet plures causas contineat, sufficit, quod ex vna verificata substineatur. Roman. *consil.*
16 *105. Viso themate, in princ.* Vide, *Causæ plures quando requirantur, vel vna tantum. Concl. 143. & Concl. ibi proxime sequen.* Vide, *Falsa narratio, vel causa quando vitiet, vel non. Concl. 62.* Vide, *Rescriptum ex falsa causa quando substineatur, vel non. Concl. 217.*

Libelli diuersarum materiarum, & qualiter concludere debeant. Concl. 311.

1 LIBELLVS † super edicto diui Adriani, cognoscitur, si concludat possessionem, vel alleget eam tempore mortis defuncti, alias non. Bald. *consil. 166. A libello incipiendum. in princ. ver. & sciendum, lib.*
2 4. Signorol. *consil. 250. n. 2. & 3. ver. bene dixi.* † Alimentorum, tam præteritorum, quam futurorum petitio, & libellus qualiter sit formandus. Bartol. *in l. pecunia, ver. quæro quando, ff. de alim. & cibar.*
3 *legat.* † Et quando solum petuntur alimenta præterita, quomodo
4 formetur. Bartol. *in l. libertis quos. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* † Rei vendicatio debet concludere, seu allegare dominium actoris,
5 alias non procedit. Bald. *consil. 166. in princ. ver. & sciendum, lib. 4.* † Imo duo debet continere, videlicet dominium ex parte actoris, & possessionem ex parte rei conuenti, & concludere declarari dominum, & condemnari ad restituendum. Iason *in §. omnium. Inst. de actio. n. 172.* Vide, *Rei vendicatio non datur, nisi ratione dominii.*
6 *Concl. 114.* Vide, *Rei vendicatio non datur, nisi contra eum, qui possidet.*
7 *Concl. 116.* † Et qualiter cessionarius formet libellum in rei vendicatione. Bart. & Bald. *in l. si culpa. ff. de rei vendic.* † Publiciana debet concludere, vel saltem allegare quasi dominium, alias non procedit. Bald. *d. consil. 166. in princ. ver. & sciendum, lib. 4.* Vide, *Publiciana actio quid sit, & quibus detur, vel non. Concl. 968. cum Concl. ibi*
8 *proxime sequen.* † Fideiussor petens eximi ab obligatione qualiter formet libellum, Alexand. *in l. facere. ff. solu. matr.* Specul. *in tit. de iudic. §. specialia, per totum*, vbi etiam, quando fideiussor est carcera-
9 tus. † Et quid si fideiussor repetat solutum pro suo principali, qua-
10 liter formet libellum. Specul. *in tit. de fideiuss. §. iuxta.* † Querela contra testamentum, in quo pater iniuste exhæredauit filium, debet concludere testamentum rumpi, & inofficiosum declarari, & licet non possit cumulari petitio hæreditatis; tamen si proponatur in eodem libello ordine successiuo, potest substineri. Bald. *con-*
11 *sil. 169. Si Bartholomæus, per tot. lib. 5.* † Diffamatus qualiter concipiat libellum contra diffamantem, vt agat super diffamatione, alias imponatur perpetuum silentium. Vide Salycet. *in l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* Aretin. *in rubr. de except.* Specul. *tit. de sponsal.*
12 *§. porro, in fin.* vbi ponit formam libelli. Vide, *Diffamatus de crimine qualiter agat, vel experiatur. Concl. 411.* † In remedio *l. si quis maior. C. de transact.* requiritur conclusio, quod ventum fuerit contra contractum iuratum, alias non dicitur intentatum illud remedium.
13 Alexand. *consil. 92. Perspectis iis, n. 6. ver. non obstat etiam, lib. 1.* † In libello condictionis sine causa habeo necesse concludere, quod sine causa solui, vel promisi. Alexand. *consil. 92. n. 8. versic. per hoc etiam,*
14 *lib. 1.* † Restitutionis in integrum minoris, plene Iason *in l. ait prætor. §. si minor, colum. 2. ff. de iureiuran.* Vide, *Libellus in restitutione minoris quid continere debeat. Concl. 319.* † Redhibitoria actione agens
16 qualiter formet libellum. Aretin. *in §. in duplum. Inst. de actio.* † In interdicto *vti possidetis* non procedit libellus, licet dicat se turbatum, nisi exprimat causas turbationis. Bald. *in l. ordinarii, C. de rei vendic.* Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 48. in princ. ver. pro qui-*
17 *bus.* Vide, *Accusatio vi procedat quam specificationem requirat. Concl.* 158. † Metus si deducitur in libello, non sufficit dicere passum metum, nisi dicatur, per quem modum fuit illatus. Bald. *in l. interpositas, Cod. de transact.* Bolog. *in addit. ad d. consil. Ioan. de Anan. 48. cir-*
18 *ca princip. ver. accedat.* † Recursus, & appellatio ab interloquutoria debent continere causas specificas grauaminis; quia ex illis solis potest iustificari, vel impugnari sententia. Bald. *in l. 1. Cod. de iu, quæ pœna nomine.* Bologn. in apost. ad *d. consil. 48. Ioan. de Anan. ver. & facit*

doctrina. † Nomen debitoris quando conuenitur, qualiter libellus 19
concipiatur. Ioan. Fabr. *in §. item Seruiana. colum. 9. Inst. de actio.* vbi recitat plures opiniones, gloss. *in l. hæredem, C. de hæred. action. & in l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss.* † Diuisionem hæreditatis, vel alte- 20
rius rei petens qualiter concipiat libellum. Aret. & Ias. *in §. quædam. Inst. de actio.* † Petitionis hæreditatis libellus qualiter for- 21
mandus, quando ex pluribus defunctis aliqui adiuerunt, aliqui non. Signorol. *consil. 253. & 254.* vbi late, quando contra tertium, & *consil. 253. ver. sed si aduocati*, dicit duo continere debere, videlicet hæredem declarari, quod venit iure petitionis, & ipsum restitui, quod venit officio iudicis. † Legitimæ supplementum si petatur 22
qualiter libellus formetur. Aret. *in §. cum autē. Inst. de inoff. testam.* Curt. *consil. 37. in princip.* † Et quid si agatur contra Ecclesiam ad sup- 23
plementum legitimæ. Franc. *in c. fin. de immunit. Eccles. in 6.* † Læsus 24
agens ex *l. 2. C. de rescind. vend.* potest petere, vel rem restitui, vel iustum pretium suppleri. *d. l. 2. & c. cum causa, de emptio. & vendit.* † 25
Sufficit tamen libellus, & valet, in quo sola res restituenda petitur, nulla mentione facta de suppletione pretii; quia suppletio pretii ponitur pro cautela. Bart. *d. l. 2. C. de rescind. vendit.* & ibi Cagnol. *n. 227.* vbi, quod iudex potest postea alternatiue condemnare, vel ad restituendam rem, vel ad supplendum pretium etiam quod non sit petitum. Gozad. *consil. 44. n. 11.* & si iudex condemnaret solum ad restitutionem rei, potest appellari, & iudex appellationis potest supplere alternatiuam. Abb. *in c. dilecti*, vbi omnes *de*
empt. & vendit. Gozad. *d. consil. 44.* † Restringe, quando esset iura- 26
tum, quia sola suppletio pretii potest peti, non autem res, & substinetur libellus, licet reus possit offerre rem. Anton. de Butr. *in d.*
c. cum causa, de empt. & vend. † Idem, quando res esset perempta ca- 27
su fortuito; quia petitur sola suppletio pretii. Cæpol. *caut. 78.* Hypothecatia † actio censetur intentata, quando dominium eius, 28
qui obligauit, proponitur; quia sine dominio non procedit libellus in hypothecaria, in Saluiano sola possessio sufficit. Castr. *in l.*
rem alienam, col. pen. ver. si ergo dicat, ff. de pignor. actio. Vide, *Saluianum* ¶
quando & ex quibus dicatur intentatum. Concl. 19. † Et quicquid di- 29
catur in libello, si concluditur bona relaxari iure pignoris, necessario intentatur hypothecaria, vel Saluianum. Angel. Aretin. *cons.*
68. Lancellotus, n. 16. ver. nec obstat duodecima, vsque in fin. † Merce- 30
dem, & salarium petens qualiter concipiat libellum. Bald. *in auth.*
dos data, C. de donat. ante nupt. Specul. *in tit. de magistr. & in tit. de sala-*
rio, & in tit. de variis extraordin. cognition. vbi late, Ias. *in l. diem functo.*
ff. de offic. assessor. † Spolio agens debet probare, & concludere pos- 31
sessorem antiquiorem suam, & possessionem recentem aduersarii, & condemnari ad restituendam possessionem rei, ita Corn.
consil. 23. n. 15. lib. 1. c. consultationibus. cum ibi not. de offic. deleg. † Petens 32
speciem auri, vel argenti debet exprimere qualitatem ligæ, alias si non probat, reus debet absolui. Alexand. *consil. 82. In causa & lite, in*
princ. lib. 2. † Maritus repetens vxorem, quæ ab eo diuertit, quali- 33
ter formare debeat libellum. Specul. *tit. de sponsal. §. porro, in princ.* vbi tradit duos modos, vide eum. † Sponsalia contrahens post 34
septem annos si perueniens ad ætatem vult resilire, qualiter formet libellum. Spec. *in tit. de desponsi. impub. in pr.* † Locati actionem 35
intentans qualiter formet libellum. Aret. *in §. sequens, colu. 7. Instit.*
de actio. † Et quid si non præcessit locatio, sed dominus petat pen- 36
siones. Alexand. *consil. 116. lib. 4.* vel *consil. 119.* plene Ias. *in l. in summa,*
§. in frumento. ff. de condi. indeb. & in §. actionum, instit. de actio. ver. item
diligenter aduertite, & quod sit necesse probare, quanti quilibet volens conducere verisimiliter solueret. Abb. *in c. cum contra, de pign.*
Alexand. *consil. 108. col. pen. in fin. lib. 1.* † Ædificans in loco publico si 37
conueniatur, qualiter concipi debeat libellus contra eum. Bart. *in*
l. 1. §. hoc interdicto, il secundo, ff. ne quid in loco public. & in ead. l. §. fin.
Spec. *tit. de restit. spoliat. §. 1. versic. cæterum.* † Contra ædificantē syre- 38
ta nunciatione. Spec. *tit. de nou. oper. nunciat. §. 1.* † Et qualis libellus 39
esse debeat, quando is, cui nouum opus fuit nunciatum, cauit de opere demoliendo, si iniuste ædificauit. Specul. *de pignor. §. 2. versic.*
item sæpe. † Si quis petat declarari sibi competere actionem; idem 40
est, ac si peteret reum condemnari ad id, ad quod datur actio.
Alex. *in l. si finita, §. eleganter. ff. de damn. infect.* Ias. *in l. petens. C. de pact.*
Vide, *Conclusio potius attenditur, quam facti narratio. Concl. 558.* ¶

Libellus contra plures diuersos reos ex diuersa causa non valet, & quando secus. Concl. 312.

1 LIBELLVS † continens conuentionem plurium reorum ex diuersa causa non valet parte opponente, secus si pars non opponit. Angel. *consil. 229. Ex themate supradicto, in princ.* Vide, *Exceptio* ¶
competens non opposita præiudicat in multis. Concl. 398. † Et quod li- 2
bellus criminalis contra duos ex diuersis conuentos non procedat

si est exceptum contra libellum, alias si non excipitur, bene procedat. Rom. *cons.* 240. *Viso themate. col. pen. ver. nec similiter refragatur.*

3 Amplia; † quia libellus contra plures obligatos in solidum dicitur ineptus, nisi dicatur, quod vnica solutione erit contentus. Bar. 4 *in l.* 1. *C. si plur. vn sent.* Alex. *in l. Paulus, la secunda. ff. de re iudic.* † Declara, nisi adsit clausula. *ius & iustitiam ministrari.* Bald. & Castrens. *in l quoties, de hæred. instit.* Alexand. *cons.* 121. *Viso. col. 6. lib.* 1. Dec. *in cap. olim super, n.* 57. *de offi. deleg.* Marsil. *Sing.* 36. incip. *clausula.* Alexand. *cons.* 58. *Viso, in pr. lib.* 5. & quod sufficiat, *clausula omni meliori modo,* 5 vel clausula, *ius & iustitiam.* Ioan. de Imol. *cons.* 112. *n.* 5. *&* 6. † Amplia; quia quando sunt duo correi obligati, & pecunia tota peruenit ad vnum tantum, libellus debet dirigi contra eum, ad quem pecunia peruenit. Ioan. de Anan. *cons.* 60. vbi Bologn. & Marsil. 6 *Singul.* 2. † Amplia; quia si est compromissum in arbitrum inter duos super diuisione, non potest dari libellus contra alium, qui non compromisit, & datus non valet. Rom. *d. cons.* 240. *col. pen. ver.* 7 *nec refragatur.* † Limita, quando obligationes diuersorum trahunt originem ex eodem facto; quia multi possunt conueniri simul. 8 Angel. *cons* 229. *in prin.* † Extende; quia valet vnicus libellus contra plures obligatos in solidum ex eadem causa, & non dicitur ineptus Roman. *d. cons.* 240. *Viso themate, in princip.* vbi apostilla *in ver.* 9 *membra*, dat concord. & arguit Rom. ibi à libello criminali. † Extende; quia in criminalibus ad instar ciuilium plures delinquentes de eodem delicto vnico libello accusari possunt. Rom. *d. consil.* 10 240. *in princip. ver. probatur & secundo.* † Restringe, quando plures debitores ex diuersis causis conuenirentur vnico libello; quia sicuti hoc non permittitur in criminalibus, vt ex diuersis delictis vnico libello inquirantur; ita neq; in ciuilibus. Rom. *d. cons.* 240. * *in princ. ver. aliquando*, vbi dicit* communem, & apostilla *in ver. ac-* 11 *cusare.* † Contrarium, quod imo in eodem libello possint plures debitores, etiam ex diuersis causis conueniri. Rom. *d. cons.* 240. *col.* 12 1. *in fin. ver. secunda vero. & per tot.* † Limita; quia libellus potest continere plura remedia diuersa tendentia ad eundem finem; datur enim cumulatio petitionis hæreditatis; item publiciana; item of- 13 ficium iudicis. Angel. *cons* 229. *circa princ. ver. super eo vero.* † Limita; quia libellus contra plures valet, & intelligitur pro virili contra singulos, *l. si mihi, & Titio ff. de verb. oblig. & in l. reos, §. cum in tabulis. ff. de duob. reis, & in l. Paulus respondit. ff. de re iudic.* ad hoc ergo, vt sententia sit conformis libello, debet condemnare quemlibet pro 14 virili. † Extende; quia imo etiam si libellus esset contra plures in solidum obligatos, & iudex simpliciter condemnaret, censetur condemnare pro virili, & non secundum petita. Bart. *d. l. Paulus,* 15 vbi adducit rationem. † Limita; quia libelli plures contra plures dari possunt; secus contra vnum. Castrens. *cons.* 247. *In causa, quæ* 16 *vertitur, num.* 2. *ver. nunc restat, col.* 3. *lib.* 1. † Limita; quia libellus contra plures valet etiam vltra duos, quando fuit facta probatio, & imputetur aduersario, qui non petiit declarari libellum generalem à principio, iuxta not. *in l.* 1. *§. si quis, ff. de pos. & in l. actione. ff. de furt.* & ratio est; quia sicut plurium appellatione de necessitate ad minus continentur duo; ita etiam potest intelligi vltra duos: text. est iuncta gloss. *in l. qui plures, ff. de vulg. & pupill. & in l. si restituatur, §.* 17 *final.* vbi gloss. *ff. de iudic.* † Declara, vt procedat limitatio in ciuilibus; secus in criminalibus, in quibus in dubio accipitur id, quod minus est; ideo iudex non posset condemnare vltra duos. Bart. *in l. si gemina ff. arbo. furt. cæsarum.* Bald. *in l.* 2. *§. ignominiæ, ff. de iis, qui not.* 18 *infam.* Aret. *in l. continuus, §. qui insulam. ff. de verb. oblig.* † Limita; quia valet libellus, in quo etiam plures creditores diuersi vnico libello conueniunt vnicum debitorem, vel plures in solidum creditoribus obligatos actionibus pluribus numero, sed specie vna. Roman. *d. cons* 240. *Viso themate, col.* 1. *in fin. ver. aliquando vero*, & iste est casus noster, per totum, vbi dicit non esse tactum ab aliquo, & ipse tuetur multis argumentis, & maxime, quia licet sit vna charta continet tamen plures libellos; & quia quod non nocet conuentis & iuuat actorem, concedi debet, & apostilla ibi *in ver. quod* ☞ *sic*, dat concord. Vide, *Cumulatio multiplex, & quando habeat locum, vel non. Conclus. 1095. cum Conclus. ibi prox. seq.*

Libellus alternatiuus, & contrarius procedit, & quando secus. Concl. 313.

1 LIBELLVS † alternatiuus, videlicet, *dico sententiam nullam, & si quæst. appello*, procedit. Oldrad. *cons.* 108. *in fin. ver. ad vltimam quæstionem, c. constitutus.* & ibi Innocent. *de restit. in integr.* Lap. *alleg.* 99. *n.* 4. vbi, quod debet dicens de nullitate, & appellans, præstari, quod alterum eliget in processu causæ; sed tñ dicit hoc non esse in vsu. & quod Curia Rom. contrarium obseruat, & admittit libellum, & appellationem super nullitate sententiæ, & iniustitia, si qua est sententia, & ita seruari de iure, & consuetudine, dicit Cuman. *cons.* 36. *Proponitur quod, in princ.* vbi in fin. dicit* commu- * nem opin. vbi late de hac materia, *n.* 2. & hanc communem', & de consuetudine approbari dicit Ioan. de Anan. *cons.* 93. *in fin.* vbi Bologn. dicit, quod Curia Romana ita seruat, & fuit pluries sententiatum, & vide plene Iaſ. *in l. vbi autem. §. qui illud, ff. de verb. oblig.* Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita, & quando secus. Concl.* ☞ 1096. † Et Rota antiqua semper iudicauit super libello alternati- 2 uo, vt dicit Ægid. *cons.* 2. *n.* 10. *ver. per prædicta secundum dubium.* Vide, *Appellatio an possit cumulari cum nullitate. Concl.* 394. *n.* 1. *seq.* † Amplia; 3 quia valet libellus continens plures causas alternatiuas, quando quælibet de se est habilis ad conclusionem. Gemin. *cons.* 118. *nu.* 6. *ver. vnde licet libellus.* † Amplia; quia valet libellus alternatiuus, 4 quando concludit in omni parte alternatiue, Abb. *in cap. ex parte, de foro compet. d. cap. constitutus.* & ibi Abb. & Ancha. *de restit. in integr.* plene Iaſ. *in l. vbi autem, §. qui illud ff. de verb. oblig.* Vide, *Argumentum* ☞ *concludens ab omni parte valet. Conclus.* 491. † Amplia maxime in foro 5 Ecclesiastico; quia Vicarius perpetuus agens contra Rectorem nomine Ecclesiæ, vel Vicariæ perpetuæ, aut ratione suæ administrationis bene agit, & verba libelli pro libellante sunt intelligenda. Ægid. *cons.* 2. *in princ. num.* 3. *& seq.* † Amplia; quia libellus alter- 6 natiuus procedit tribus casibus, quando conuenit naturæ obligationis, vel naturæ iudicii vel iuris dispositioni: & idem in positione, Bald. *cons.* 407. *In quæstione, n.* 6. *&* 7. *ver. & primo de libello, lib.* 1. Vide, *Libellus potest continere plura contraria copulatiue or dine successiuo* ☞ *expedienda. Concl.* 304. † Amplia; quia cumulans contraria remedia 7 euentualiter in eodem libello auditur, & si succumbat in vno, poterit obtinere in alio. Cast. *cons.* 201 *Visis, & consideratis, col. pen. in princ. ver. quia duo, lib.* 1. † Amplia in libello continente contrarias 8 actiones, prout publicianam, & rei vendicationem; quia valet libellus, quando proponuntur sub distinctione. Fulg. *cons.* 140. *in pr.* Bellam. *cons.* 29. *nu.* 2. Castr. *cons.* 391. *In causa, quæ vertitur, col.* 2. *in princ. lib.* 2. Vide, *Libellus contrarius & incertus non admittitur, & quan-* ☞ *do secus. Conclus. prox. sequen.* † Et idem, si continet iudicium exe- 9 quutiuum, & ordinarium; quia licet sint contraria iudicia, substinetur libellus, si habet clausulam, *omni meliori modo ius & iustitiam ministrari.* Io. de Imol. *cons.* 112. *n.* 6. Socin. Iun. *cons.* 128. *lib.* 2. *n.* 10. *& seq.* † Amplia; quia vbicunque electio alternatiua est debitoris, 10 valet libellus alternatiuus; secus, si electio est creditoris. Iaſ. *in d. l. vbi autem, §. qui illud, ff. de verb. o lig.* vbi plura; de hoc vide Alexand. *cons.* 2. *col. pen. lib* 3 † Amplia; quia libellus alternatiuus valet, quan- 11 do vnum est in obligatione, & aliud in facultate soluendi; quia tunc possum ego actor petere alternatiue vtrunque. Bald. *consi.* 25. *In quæstione vertente, in princip lib.* 1. Iaſ. *in l. vbi autem, §. qui illud in pri-* *mo. num.* 2. *ver. secundo adde. ff. de verb. oblig.* Vide, *Debitor quando possit* ☞ *soluere id, quod in obligatione, vel facultate soluendi. Conclus.* 53. Vide, *Li-* *tis contestatio operatur multa Concl.* 397. † Contrarium, quod imo 12 quando vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi, non valeat libellus alternatiuus in quo petitur vnum, vel alterum tanquam debita alternatiua. Abb. *cons.* 88. *Videtur. in princip. versic. secundo, lib.* 1. † Declara tamen secundum Bart. *in l. si quis stipulatus fue-* 13 *rit decem in melle, ff. de solut. num.* 5. *ver. item ex prædictis dico*, quod melius est petere id, quod est in obligatione, & offerre se paratum recipere vsque ad litis contestationem id, quod est in facultate soluendi; quia hoc modo extinguitur facultas soluendi id, quod est in facultate, per litis contestationem, alias non. Vide, *Alternatiua* ☞ *dat electionem. Conclus.* 316. *n.* 10. *& seq.* † Extende; quia imo quando 14 obligatio est alternatiua, necesse est, quod libellus pariter sit alternatiuus, alias non procedit, nisi illud, quod est alternatum, periisset culpa debitoris. Cuman. *consil.* 91. *Visa copia, in princ.* Amplia; † quia valet libellus, *dico instrumentum nullum, & si quod est re-* 15 *scindendum.* Bologn *in addit. ad consil. Ioan. de Anan.* 93. *colum. fin.* † Ex- 16 tende in libello, *dico laudū nullum. & si quod est, reducendum.* Bologn. *d. addit. ad consil. Ioan. de Anan.* 93. *colum. fin.* † Amplia; quia libellus 17 alternatiuus procedit, nec potest reiici ratione incertitudinis: qa talis incertitudo quoad solutionem contigit facto rei; vnde ipse non potest excipere super hoc. *consil.* 290. *Allegationes hinc inde, in princip. lib.* 4. vbi ponit duo exempla, quod valet libellus, *peto rem mihi tradi ex causa emptionis, & si non tradiderit, peto interesse.* † Exten- 18 de; quia valet libellus, *promisisti mihi vendere, & peto, vt venda, vel solu-* *as interesse.* Bald. *d. consil.* 290. *numero secundo, versicul. & similiter. li-* *bro quarto.* † Extende; quia in spolio valet libellus alternatiuus, & 19 quando sunt probata omnia, quæ sunt in vtroque casu alternato, sequi potest condemnatio. Signorol. *consil.* 75. *numer.* 6. *& sequent.* † Extende; quia minor, qui habet beneficium iuris communis, & 20 restitutionem in integrum iure speciali, potest in libello proponere alternatiue, videlicet remedium iuris, & quatenus illi locus

non

non ſit,intentare reſtitutionem in integrum euentualiter. Anch. 21 *conſ.*180.*Viſa diligenter,nu.*15.*ver. & ad cautelam conſulo.* † Amplia; quia libellus contrarius de directo admittitur coram eodem iudice inter actorem,& reum; ſecus coram diuerſis iudicibus. Lap. *alleg.*3.*in princip.*vbi dicit,quod ſi actor agit,vt contractus declaretur vſurarius, poſſum ego reus dare contrarium libellum, vt declaretur inſtrumentum licitum;quia ſunt compatibilia in proceſ- 22 ſu.† Limita;quia in actione perſonali non valet libellus alternatiuus,*peto centum ex cauſa mutui, vel ex cauſa ſocietatis*; quia non procedit propter incertitudinem, niſi alternatiua cadat ad beneficium,& electionem rei. Alexand.plene *conſ.*182.*Lectis & ponderatis,n.*2.*& ſeq.lib.*2.† Limita; quia libellus alternatiuus non proce- 23 dit,quando alternatiua eſt reſpectu iudicis, vt ſi peto per Vicarium,vel eius delegatum talem compelli debere; quia cum ſit incertus,coram quo,non valet,etiam ſi appareat, quod coram dele- 24 gato agebatur.Cuman.*conſ.*63.*Vicarius quidam.*†Limita;quia non procedit libellus alternatiuus in actionibus, quæ electione tolluntur;ita quando res iudicata in vna obſtat in alia.Ægid.Bellam. 25 *conſ.*29.*n.*5.† Limita,quando plures cauſæ, vel actiones alternatiue proponuntur,quarum vnam conſtat non competere; quia libellus non procedit;imo libellus,& proceſſus eſt nullus,nec ſubſtinetur ex alternatiua valida.Cuman.*dict.conſ.*63.*circa fin. ver alio-* 26 *quin dicendum.* † Declara;quia licet regula ſit,quod libellus alternatiuus non procedat;ſicuti neque appellatio alternatiua, neque electio,& poſtulatio alternatiua ; quia dicitur incerta, & nemo debet in incerto vagari cum diſpendio alterius ; tamen valent, quando ſubeſt probabilis cauſa incertitudinis : ita Roman. *conſil.* 27 360.*in princ.*vbi apoſtilla dat concord.† Limita; quia libellus conditionalis de ſubtilitate iuris non procedit, & alternatiuus dicitur obſcurus.Signorol.*conſ.*75.*In quæſtione vertente,n.*3.*& ſeq.* & eſt ratio;quia cum ſit in poteſtate agentium, ex qua cauſa velint agere, ex pluribus cauſis debent eligere vnam actionem, *l.*1.§.*quid autem.ff.quorum legat.iuncta l.vbi autem non apparet.*§.*qui illud.ff. de verb. obligat.& in l.prætor.*§.*quid autem.ff.de iniur.* & vbique Bartol. Angel.Aretin.*conſ.*63.*Viſis conſultationibus, in princ.* vbi conſuluit pro 28 iſta parte cum Anton.de Prato veteri.†Declara omnes limitationes, & ampliationes, quia libellus alternatiuus de iuris rigore non admittitur, niſi iuſta cauſa ignorantiæ facti, vel iuris ſubeſſet. Anchar.*conſ.*383.*Primo,& ante omnia,num.*4.Alexand.*conſ.*164.*Vi-* 29 *ſo proceſſu,n.*3.*in ſi.ver.nec iſtu obſtat,lib.*2.† Vide tamen Ægid. *conſil.* 29.*n.*14.*& ſeq.*vbi,quod actor debet eſſe ſemper certus & *num.*22. 30 *ver.eo ſuppoſito.* † Declara; quia bene admittitur, quando vtraque cauſa alternatiue in agente concurrit,veluti ſi eſſet hæres ex teſtamento,& nihilominus etiam ab inteſtato ſuccederet.Alexand.*in* 31 *l.Gallus,*§.*ſi eius.ff.de liber.& poſth.*& ſupra *in princ.in*2.*ampliatione.* † Declara;quia ſi actor errore iuris eſt incertus, & non valet libellus conditionalis, ſeu alternatiuus ; aut errore facti, & diſtinguitur;ſi error facti prouenit ab aduerſario, valet libellus conditionalis,ſi prouenit à libellante, vel ab eo, à quo cauſam habet, & non valet,ita Ant.de Prato veteri,& Angel.Aretin.in ſuo *conſ.*63.*Viſis* 32 *conſultationibus,in princ.* †Declara; quia libellus alternatiuus, *peto hanc rem,vel illam,*dicitur obſcurus,& incertus; ideo parte oppo- nente repellitur.Alexand.*conſil.*20.*Ponderatis,in ſi.lib.*3. Vide, *Alternatiua diſpoſitio quando tanquam incerta non procedat, vel è contra. Concluſ.*315.

Libellus contrarius & incertus non admittitur, & quando ſecus. Concluſ. 314.

1 LIBELLVS† contrarius non admittitur; ideo intentans remedia contraria repellitur, prout ſunt poſſidere, & non poſſidere. Lap.*alleg.*73.*In quæſtione,n.*3.*ver.idem videtur intentare,& num.*4. vbi loquitur in eo, qui intentauit interdictum vti poſſidetis, & rei vendicationem,quæ ſunt contraria. Anchar.*conſ.*383. *Primo,& ante omnia,n.*4.*l.*1.*C.de furt.*vbi Iaſ.Caſtren.*conſ.deciſiuo* 65. *Viſo quodam libello,in princ.lib.*1.item interdictum recuperandæ, & rei vendicationem.Caſtr.*conſ.*402.*in princ.lib.*1.Alex.*conſ.*110.*Attentis nar-* 33 *ratis,in princ.lib.*5. Vide, *Actor debet eſſe certus in ſua petitione. Concluſ.* 2 121. † Extende;quia libellus vxoris dicitur ineptus, in quo petit integram reſtitutionem dotis ſuæ propter adulterium mariti, & ob vergentiam ad inopiam;quia plena reſtitutio , & non plena ſunt contraria;ideo danda eſt abſolutoria ab obſeruatione iudi- 3 cii.Caſtr.*d.conſ.deciſiuo* 65.*Viſo quodam libello,in princ.lib.*1.† Imo plus voluit,quod talis libellus etiam ceſſante contrarietate debet reiici tanquam incertus, qui non declarat, ſuper quo ſit primo pro- 4 nunciatum.Caſtr.*d.conſ.*65.*n.*2.*verſic.ſecundo modo reſpondetur.* † Extende;quia omnis libellus contrarius dicitur etiam incertus, nec ſubſtinetur ex ſubalternatione,ſi non eſt facta declaratio, ſuper quo primo ſit pronunciandum,ita Caſtrenſ. *dict. conſil.* 65.*per tot. lib.*1.maxime *num.*2.*ver.ſecundo modo reſpondetur.* † Extende; quia 5 libellus in interdicto reſtituendæ , & retinendæ dicitur contrarius,& ineptus;ideo debet reiici.Caſtrenſ.*conſ.*402. *Viſo proceſſu, in princip.lib.*1. † Amplia,ſeu extende ; quia imo repellitur à limine 6 iudicii actor proponens contrarium in libello. Guido Pap. *Singul.*760.*&* 761.†Extende;quia clauſula,*ſuper quibus, & omni meliori* 7 *modo,&c.*nihil operatur.Alexand.*d.conſ.*110.*num.*2.*lib.*5.ſecus,ſi prius eſſet clauſula,*omni meliori modo*, & poſtea ſequatur clauſula, *ſuper quibus.*Alexand.*conſ.*121.*num.*12 *lib.*1 †Amplia; quia quando 8 quis agit pro iure quærendo,non procedit libellus incertus, puta,*peto duas electiones confirmari, vel alteram,& quæ melior eſt* ; quia ex quo requiritur decretum,quod non poteſt eſſe , niſi ſuper certo, non procederet talis libellus.Cald.*conſ.*53.alias 7.*de elect.nu.*2.*ver. dico igitur.vſque in fin.*vbi ſecus,ſi agitur pro iure iam quæſito; quia non requiritur decretum.†Amplia;quia libellus continens con- 9 traria origine, vt ſi dicat teſtamentum inofficioſum , & nullum, debet reiici;quia inofficioſitas præſupponit validitatem teſtamẽti.Bal.*conſ.*18.*in fine*,incipit ; *Et allegato primo, lib.*5. quod eſt ſine num.inter *conſ.*18.*&* 19.† Amplia; quia libellus ſine concluſione 10 non procedit ; quia ſi nihil petitur, tanquã incertus nihil confert. Bald.*in l.incerti iuris,* C.*de interd.in fi.q.*15.& concord.Cald.*conſ.*198. *in fi.*alias 2.*de ro iudic.*allegat *c.vnicum,de lit.conteſt. cum ibi not.* Vide, *Concluſio potius attenditur,quam facti narratio. Concluſ.*558.† Amplia; 11 quia libellus,in quo actor eſt contrarius, non procedit, veluti ſi quis agat ex contractu celebrato à tutore, ſed negat illum fuiſſe tutorem;quia non procedit libellus. Bald.*conſ.*10.*Statuto cauetur,* vbi qñ ex eius perſona ago,illius factum,& perſonam teneor approbare,& *conſ.*15.*Omnis aſſeſſor*, & latius *conſ.*44. *Iſte Dominus,in princ.*vbi,quod cæno inuoluidebet,qui contrarium dicit, vel negat in contradicente non ineſſe mendacium,*lib.*2. Vide, *Contraria allegans non auditur. Concluſ.*1005.†Amplia;quia intentans contra- 12 ria remedia poſſeſſoria repellitur,& dari debet abſolutoria reo ab obſeruatione iudicii,veluti ſi quis intentat remedium adipiſcendæ,& remedium reſtituendæ; quia primum præſupponit agentem nunquam poſſediſſe , ſecundum præſupponit contrarium. Angel.*conſ.*167.*Viſo libello,circa med.ver.item eſt ſibi contrarius.* Caſtr. *d.conſ.*65.*in princ.lib.*1. † Extende in interdicto retinendæ,& adi- 13 piſcendæ.Caſtrenſ.*conſ.*78.*in princ.lib.*2.niſi fieret diſtinctio, vt ibi de poſſeſſione ciuili,& naturali ad ſaluandum libellum , & idem dicit *conſ.*95.*Viſis actis,n.*2.*cod.lib.*2.† Extende; qa libellus cõtinens 14 violentam poſſeſſionem , & clandeſtinam tanquam continens contraria repelli debet. Angel.*d.conſ.*167.*in princip.* † Et petitio 15 hæreditatis non poteſt cumulari cum interdicto recuperandæ, quia ſunt contraria; quia petitio hæreditatis præſupponit poſſeſſionem nunquam habitã, alias non competeret. Ang. & alii *in* §. *actionẽ. Inſtit.de actio.*interdictum recuperandæ præſupponit contrarium.Socin.*in l.rem,quæ nobis,in* 7.*quæſt.ff.de acqu.poſſ.*† Extende 16 idem,quando continet plura copulata, & poſtea illa alternatiue ſubiungit;quia iſta ſunt contraria,& repugnantia.Ang.*d.conſ.*167. *in princ.* † Extende, vt idem ſit, quando ſimul continet libellus 17 actionem,& officium iudicis;quia repellitur, ex quo officiũ non competit,niſi vbi deficit actio.Angel.*d.conſ.*167.*ante med. ver.item eſt contrarius.* † Declara;quia intentans contraria remedia, prout 18 retinendæ,& adipiſcendæ,poteſt ſaluare,& obtinere diuerſis reſpectibus,vt adipiſcendæ interdictum ſit reſpectu naturalis poſſeſſionis,& retinendæ reſpectu ciuilis. Caſtr. *conſ.* 78. *Videtur dicendum,lib.*2.† Amplia;quia in iis,quæ ſunt contraria,& electio- 19 ne vnius alterum tollitur,non ꝓcedit libellus continens iſta,quæ cumulari non poſſunt,&dicitur ineptus libellus continens repugnantia,ſeu contraria.Bald.*conſ.*283.*In hac materia,num.*2.*ver.ſecundo probatur, lib.* 4. † Extende ; quia libellus dicitur contrarius,& 20 non procedit,ſi mulier agat ad fundum dotalem , & dicat fuiſſe datum liberum,& æſtimatum marito.Caſtrenſ.*conſ.*250. *Viſo puncto,col.*2.*n.*5.*ver.ſed & tertia, lib.*2. † Extende;quia pœna iuducens 21 reſciſſionem actus, veluti promiſſi obſeruantiam contractus ſub pœna,non poteſt peti obſeruantia ſimul,& pœna, quia pœna reſcindit obſeruantiam.Bald.*d.conſ.*383.*nu.*2.*ver.pro declaratione huius,lib.*4.†Idem,quando pœna continet narrationem ſortis prin- 22 cipalis ; quia ſi non eſt actum , quod vtraque peti poſſit, non poſſunt ſimul peti in eodem libello.Bal.*d.conſ.*383.*n.*2.*ver. quandoq; nõ continet,lib.*4.†Extende in libello continente intereſſe,& pœnam; 23 quia non cumulantur de iure communi.Angel. *conſ.*399. *Datus eſt terminus,in fin.ver.ſecundo conſidero.*Vide, *Pœna quãdo excedit intereſſe, peti poteſt,& quando ſecus. Concluſ.*246.† Amplia ; quia libellus con- 24 trarius cauſat ineptitudinem,quæ operatur, ꝙ debet reiici, alias pro-

processus,& sententia sunt nulli etiã parte non opponente. Cast.
25 *d.cons.402.Viso,in princ.lib.1.* † Extende;quia hæc nullitas potest quandocunque opponi,siue ante sententiam, siue post. Castrens.
26 *d.cons 402 col 2.in princ. ver.hæc autem ineptitudo,lib.1.* † Amplia; quia libellus incertus non valet, & debet continere causam im-
27 mediatam.Bart.*cons.95.Ex themate,n.4.ver.quinto, lib.1.* † Declara; quia sufficit,quod per relationem ad scripturam enunciatam reddatur certus.Bart.*d.cons.95.col.fin.ver.sed ad hoc responderi posset, lib.1.*
28 Limita† de iure Canonico;quando adest clausula,*prout iudici videbitur*,vel *omni meliori modo*;quia contrarietas,vel incertitudo tollitur per replicationem simplicitatis iuris Canonici, per quod ea, quæ sunt de apicibus,tolluntur Lap.*alleg.51.n.9.ver.nam agere*,allegat Host.*in c.cum contingit,de offic.deleg.*vbi etiam Ioa.And.*col.1.ver. sed quid si dixerit*.Lap.*alleg.67.Quoddam monasterium,in prin.ver.quæritur,quod remedium.* Vide, *Libellus ineptus non valet, & quando secus.*
29 *Concluſ.prox.ſeq.*† Limita,nisi contraria euentualiter, & seu alternatiue deducantur,vt,*dico sententiam nullam & si qua est,appello.* Lap. *alleg.99.n.4.*vbi,quod ita obseruat Curia Rom.Castr.*cons.95.Visis actis,in fin.lib.2.*Vide,*Libellus alternatiuus procedit.Concluſ.prox.præced.*
30 †Et dicuntur euentualiter,quando extat clausula,*omni meliori modo,quo fieri potest.sibi ius, & iustitiam ministrari*;quia tunc possunt cõtraria cumulari,nec dicitur ineptus libellus.Io.de Imol.*consil.112. nu.6.ver.sed certe.* Soc. Iun. *cons.128.in princ.lib.2.*vbi,quod clausula, *ius, & iustitiam*,vel,*omni meliori modo*,substinent omnem libellum, etiam vt contraria sint euentualiter proposita,si constat de intenti-
31 one libellantis.†Contrarium tenet Alex.*cons.121.lib.1. & consil. 110.lib.5.& cons.96.col.fin.eod.lib.5.*quia libellus contrarius nõ substinetur ex clausulis salutaribus. Dec.*in l.petens, in 3. not.C.de pact.*
Soc.*cons.128.in princ.lib.1.* Vide, Clausula,*ius, & iustitiam ministrari.*
32 *Concl.359.*†Prout nec saluatur ex eo,quod causa dicatur summaria, prout Florentiæ ex forma statuti,*lib.2.c.1.* vbi, quod omnes causæ cognoscantur summarie sine strepitu,& figura iudicii;quia in'causis summariis libellus debet esse ita plene formatus, prout in ordinariis Bart.*in extraug.ad reprimendum, in ver.summaria.* Doct.*in Clem.sepe,de verb.sign.* Si vero sine strepitu,& figura iudicii; tunc facienda est petitio redacta in scriptis per Notarium causæ, vt sententia possit ferri conformis petitioni,& non attenditur conclusio,sed narratio,prout quando adest clausula, *ius*, & *iustitiam*,&c. & ideo contrarius non admittitur. † Limita ; quia si contrarietas
33 libelli potest saluari,vt intelligatur pro portionibus , vel alias , ita quod substineri possit,substineri debet. Bal.*cons.365. In causa,qua vertitur,in fine.lib.3.*Vide,*Contrarietas est vitanda in omni dispositione.*
Concl.1008.†Extende,quando intentatur interdictũ adipiscendæ,
34 & retinendæ:quia licet sint cõtraria;tamen possunt saluari,si quis fuit spoliatus naturali ; quia quoad eam competit adipiscendæ, quoad ciuilem competit retinendæ.Castr.*cons.78. Videtur dicendũ, in pr.lib.2.& cons.95.Visis actis,in fi.eod.lib.2.*† Extende; quia si actor
35 dicat in libello , se turbari in possessione ab aduersario , & prius narrauit se à quatuor annis non possidere,licet libellus sit contrarius: quia dum dicit turbari,intentat retinendæ interdictum;dum vero dicit,quod sunt anni quatuor,quod non possidet, licet ante per longissimum tempus possederit,contradicit, & deberet reiici:tamen quia potest libellus substineri distinguendo,vt ante quatuor annos haberet ciuilem , & naturalem, post quatuor annos solam ciuilem: & ideo potest agere retinendæ ex sola ciuili iusta contra habentem naturalem iniustam.Castr.*cons.234. In causa appellationis,in princ. & per tot.lib.2.* † Extende etiam impropriando
36 verba:quia qui dicit contractum nullum , & contractum rescindendum,quatenus dici possit contraria proponere , exponi debet contractum nullum & rescissum ostendi.Bald.*cons.292. Factum sic proponitur,n.6.lib.3.* † Extende,quando contraria proponuntur
37 euentualiter:quia procedit libellus.Castr.*d.cons.95.n.2.lib.2.*† Li-
38 mita;quia bene admittitur libellus, in quo petit actor donationẽ nullam declarari,etiam si postea dicit,& tanquã per metũ in fraudem vsurarũ,vel alias ex dolo rescindi; quia possunt ista cumulari post nullitatem intentatã principaliter,& procedit libellus. Bald. plene *d cons.292.n.4. & seq lib.3.*vbi ponit multa exempla, quæ videas. † Limita ; quia restitutio in integrum potest cumulari cum
39 rei vendicatione,vel rescissoria. Guido Pap. *decis.143.* quia licet simul stare non possint ; quia vnum debet procedere , videlicet restitutio,tñ ordine successiuo possint intentari,vt sequuta restitu-
* tione pronuncietur in negocio principali,cõem dicit Abb. *in ca.*
in litteris,de restit.in integr. Vide,*Restitutionis iudex quid possit. Concluſ.*
40 *282.*†Limita in publiciana,& rei vendicatione; quia licet sint remedia contraria;tamen de consuetudine possunt eodem libello cumulari.Angel.*cons.229.Ex themate.circa princ.ver.super eo.*Fulgos. *cons.140.In causa,qua vertitur,in princ.*Ægid.Bellam.*cons.29.col.pen. ver.nec quod admittitur*, vbi,quod iste vsus non extenditur. Castr. *cons.111.in princ.lib.2.* Vide, *Rei vendicatio non datur,nisi contra eum, qui possidet. Concluſ.116.* † Extende maxime,quando agitur coram
41 arbitro,vel in causa summaria.Fulgos.*cons.140.in princ.*† Extende;
42 quia alia remedia possunt simul cumulari cum rei vendicatione, & publiciana,prout spolium,petitio hæreditatis,Saluianum, triticaria,interdictum,*quorum bonorum*,& alia, de quibus *in ver.Rei vendicatione agens vt obtineat,duo debet probare.Concl.117.*&quod possint cumulari petitio hæreditatis, rei vendicatio ; & publiciana, Castr.*cons.391.in pr.lib.2.* † Contrarium,quod imo talis libellus in
43 publiciana,& rei vendicatione admittatur potius de consuetudine,quam de iure.Castr.*cons.decisiuo 65.Viso quodam libello, nu.2.ver. nec obstat,lib.1.*vbi,quod remedia non erant ibi contraria, sed subalterna,& *n.1.ver.si vero insiciatur.*vbi late,& *d.n.2.*dicit,quod contraria remedia non possunt intentari & sub conditione. † Declarat Alex.*cons.96.Visis narratis,nu.4. & seq.lib.4.ver.non obstat alia ob-*
44 *iectio*,vbi *nu.5.* dicit,quod licet possint cumulari;tamen vnum potest prosequi,& iudex super vno potest pronunciare , non autem in rei vendicatione,vel publiciana;quia esset sententia incerta,& non valeret;nisi vno casu,quando declarasset dominum,vel quasi;quia ex quo dominium potest sumi proprie , & etiam large, vt genus;tunc alternatiua dominium , vel quasi , stat declaratiue, pro,id est,vt sententia valeat,& libellus;dicit etiam *n.6.* quod publiciana,& rei vendicatio non sunt contraria,sed diuersa. † Imo
45 Alex.*d.cons.96.n.12.ver.per hoc etiam patet,lib.4.* admittit,quod non possint simul intentari,& prosequi,nisi alternatiue ; ita quod vnicum obtineat , nisi essemus in causa summaria , & sine figura iudicii,vt ibi *n.13* & dicit *n.14.* quod potest sententia valere in vno capitulo,in alio capitulo non.†Limita in libello,in quo actor pe-
46 tit manuteneri,& narrat se passum vim expulsiuam ab aduersario; quia intelligitur,expulsiuam;videlicet turbatiuam , vt substineatur libellus.Ang.*cons.399.Datus est terminus, n.3. versic.in causa vertente*,quod est consilium separatum,*vsque in fin.* † Limita;quia si
47 obligatio est alternatiua,procedit libellus alternatiuus;quia qualis actio,vel obligatio,talis procedit libellus.Bald.*d.cons.383.nu.2. in fin.ver.& confirmantur prædicta,lib.4.*†Extende ; quia quod debe-
48 tur sub conditione alternatiua, potest peti sub conditione simili; dummodo id,quod est in obligatione,principaliter petatur.Bald. *d.cons 383.num.2.in fin.ver.& confirmantur prædicta,lib.4.*†Extende;
49 quia si duo debentur simul,videlicet fors,& pœna ex obligatione, procedit etiam petitio,& libellus cumulans.Bald.*d.cons.383.nu.2. in fin.lib.4.*†Declara,vt non procedat,quando debentur duo, vi-
50 delicet fors,& pœna ex prouisione legis; quia simul peti non possunt.Bald.*dict.cons.383.num.2.circa med.ver.aut potest peti,lib.4.*† Li-
51 mita,quando ante litem contestatam non fuit oppositum , quod sit libellus incertus alternatiuus ; quia super eo potest ferri sententia,& valet,& imputandum est non appellanti , & non opponenti.Ægid.*cons.2.num.7.vers.nec obstat* , vbi, quod ab admissione libelli talis debuit reus appellare , alias valet. Limita de iure Canonico: quia admittitur libellus contrarius. Vide , *Concluſ. prox. sequen.num.63.* Vide, *Ius Canonicum admittit simplicitatem,reprobata subtilitate. Concluſ.578.* † Limita;quia plures actiones possunt si-
52 mul intentari ad eandem rem in eodem libello , & censentur intentatæ,si verba libelli hoc patiuntur.Castr.*consil.391.In causa,qua vertitur,in princip.lib.2.* vbi , quod petitio hæreditatis censetur intentata,& rei vendicatio,& publiciana,si actor petat declarari,in hæreditate defuncti fuisse talia bona,& ad se spectare. † Declara
53 tamen;quia si reus petit declarari,actor tenetur specificare.Vide, *Libellus generalis,& obscurus non procedit,& non admittitur , & quando secus.Concluſ.306.num.32.& seq.*maxime *num.38.& 39.* Vide, *Actor debet esse certus in sua petitione,& quando debeat venire paratus. Concluſ. 121.* Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita,& quando secus.Concluſ.1096.* Vide, *Libellus quid sit, & continere debeat.Concluſ. 300.*Vide,*Libellus potest continere plura contraria copulatiue , ordine tamen successiuo expedienda. Concluſ.304.*

Libellus ineptus non valet, & quando secus. Concluſ. 315.

LIBELLVS † ineptus non procedit , & dicitur ineptus , quando 1
continet causam ineptam,veluti si peto decem à Titio, & illũ condemnari mihi;quia rex est in Francia,*l.edita.C.de edend.* Angel. *in l.fin.C.de interdict.in fin.*quia sicuti materia debet conuenire materiato;sic causa debet conuenire libello.Bald.*consil.79.num.2.ver. libellus enim,lib.1.*Castr.*cons.243 Videtur,quod non possit, lib.2.per tot.* Extende ; † quia libellus continens impossibile dicitur ineptus. 2
Bald.*cons.290. Allegationes hinc inde,n.3.ver.sequitur videre, lib.4.* vbi, quod de æquitate Canonica procedit ; quando ex aliis concludit.

† Amplia;

3 † Amplia; quia libellus eſt ineptus, quando exprimitur nomen actionis, vel qualitas, quæ repugnat iuri communi; ideo quia fideicommiſſarius vniuerſalis facta ſibi reſtitutione fideicommiſſi eſt hæres vtiliter rogantis, & nō rogati, ſi exprimat, ſe agere tanquam fideicōmiſſarium, & exprimat ſe hæreditario nomine rogati agere, repellitur propter ineptitudinem libelli. Bald. *cōſ. 79. Caſus talis eſt, Zeno, lib. 1. in prine.* & quod dicitur ineptus, quando eſt iuri contrarius. Bald. *conſ. 160. Libellus, in princ. lib. 2.* † Extende; quia dicitur ineptus, ſi quis petit reū condemnari mortuo. Anch. *conſ. 383. Primo, & ante omnia, n. 3. & ſeq.* † Extende; quia libellus continens deſſionem rei dicitur ineptus. Bald. in *l. ſi cautiones, in ſi. C. qui accuſ. non poſſ.* † Extende; quia dicitur ineptus libellus, ſi dirigitur actio cōtra principalem ex obligatione aſſerti procuratoris; quia debet fateri eſſe procuratorem, alias ineptus eſt libellus. Sign. *conſ. 195. in princip.* † Extende; quia dicitur ineptus ex actione incongruo tempore propoſita. Rom. *conſ. 69. n. 10.* † Extende; quia dicitur ineptus, ſi conueniantur duo in ſolidum, tanquam duo correi ex obligatione ſimpliciter facta per duos abſque importantia, quod in ſolidum. Signor. *d. conſ. 195. in princ.* † Extende; quia vbicunque libellus cōtinet actiones diſportionatas, vt quia narrauit ſe poſſidere, & intentauit rei vendicationem, quæ non datur poſſidenti, vel narrat mutuaſſe, & petit cōdemnari ex locato, tunc reiici debet. Bart. in *l. ſi mater, §. eandem, ff. de execut. rei iudic.* Anchar. *conſ. 28.*

10 † Idem, quando intentans petitionem hæreditatis narrat ſe adiuiſſe, & poſſediſſe bona, ad quæ agit; quia ex tali libello cōſtat, non poſſe competere petitionem hæreditatis; ideo danda eſt abſolutoria ab obſeruatione iudicii cū condemnatione expenſarum, & ſi feratur ſententia diffinitiua, eſt nulla. Alex. *conſ. 152. In cauſa, & lite, in princ.* maxime *n. 4. & 5. lib. 6.* † Extende; quia ineptus dicitur libellus, ſi poſtquam executio ob negligentiam executorū, & hæredis ad Epiſcopum eſt deuoluta, dirigatur contra executores, & hæredem, qui ſunt priuati. Rom. *conſ. 69. n. 10. in ſi. ver. hic autem libellus.* † Extende, vt idem ſit, quando actio exprimitur, quæ non cōpetit; quia ineptus redditur libellus, veluti ſi quis actione tutelæ conuenitur, qui debuit cōueniri actione negociorum geſtorū, vel è contra. Bald. *conſ. 320. Relicti fuerunt poſt med. ver. item vt proponitur, lib. 2.* † Extende; quia non valet præceptum cōtra poſſeſſorem ad inſtantiā actoris, per quod præcipitur, quod vel doceat de titulo poſſeſſionis, vel recedat à poſſeſſione; quia tanquam ineptū non poteſt ſubſtineri, ſed debet dari abſolutoria reo, ſaluo iure in petitorio. Bald. *conſ. 337. Statutū, quo n. 2. vſque in ſi. & conſ. 338. lib. 5. n ſi.*

☞ Vide, *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii qualis. Concluſ. 168.*

14 † Extende in tantum libellum ineptum nō procedere, vt id ſit verum etiam parte non excipiente. Bald. *conſil. 160. in princ. lib. 2. & conſil. 32. Præſupponatur in facto, ver. & ſi ex forma, circa med. lib. 2. &* 15 *conſ. 44. Iſte dominus Chriſtophorus, in ſi. ver. & dum tu dicis, lib. 2.* † Imo etiam ſi eſſet lis conteſtata ſuper inepto libello, ineptitudo vitiat proceſſum factum, & dari debet abſolutoria ab obſeruatione iudicii. Angel. *conſ. 167. circa med. ver. ex iis infero, & conſ. 292. Viſis omnibus, n. 5. in fin. ver. ſi vero dicamus, & n. 6.* vbi, quod ſententia data ſuper 16 inepto libello eſt nulla. † Amplia; quia libellus ineptus redditur interdum ex parte agentis, vt ſi patronus Eccleſiæ agat rei vendicatione pro iure patronatus. Bal. *conſ. 79. n. 2. lib. 1. ver. libellus enim.*

17 † Amplia; quia etiā dicitur libellus ineptus ex parte conuenti, vt ſi conueniatur rei vendicatione ille, qui proponitur nō detinere; quia de natura rei vendicationis eſt, vt conuentus detineat, alias 18 libellus eſt ineptus. Bald. *d. conſ. 79. n. 2. ver. interdum, lib. 1.* † Extende, vt idem ſit in hypothecaria contra tertiū poſſeſſorem, niſi dicatur, quod habuit cauſam à debitoribus; quia alias eſſet libellus ineptus. Alex. *conſ. 137. In cauſa, & lite. n. 3. & 4. ver. quod autem, lib. 2.*

19 † Amplia; quia ineptitudo libelli etiam dicitur propter totam materiam ſubiacentem, hoc eſt, propter cauſam, vel rationem; quia ſicuti materia debet conuenire materiato; ſic cauſa libello debet 20 conuenire. Bald. *d. conſ. 79. n. 2. lib. 1.* † Amplia; quia libellus dicitur ineptus, & nō procedit, quando ex narratis conſtat, quod agenti non competit actio. Bald. *conſ. 34. In cauſa iſta, n. 2. ver. & eſt libellus ineptus, lib. 2.* & ideo agens cōtra aliquem tanquam furem rei, ſi aſſeratur eum dominum eiuſdem rei, dicitur libellus ineptus; quia non poteſt dominus de furto teneri. Alex. *conſ. 292. n. 5. ver. deſcendo.* Rom. *conſ. 22. n. 4.* vbi, quod iudex ex officio poteſt lacerare libel- 21 lū agentis ſine actione. † Et ideo libellus dicitur ineptus, ſi agens hypothecaria non exprimit ea, quæ ſunt neceſſaria ad obtinendum, quod obligans eſſet dominus directus vel vtilis rei obligatæ. 22 Alex. *conſ. 187. Viſo ac diligenter, lib. 6.* † Extende in tantum, vt clauſula, *Super quibus ius, & iuſtitiā*, nihil operetur ſuper inepto libello, apoſtilla ad Bart. *conſ. 91. in ver. fideicommiſſariam, lib. 1.* Felin. in *cap.* 23 *auditu, col. 2. de præſcript.* † Contrariū, quod valeat libellus ineptus, vt quia quis petiit à pluribus obligatis in ſolidum in eodem libello, nec dixit ita, vt vnica ſolutio ſufficiat, quo caſu dicitur ineptus. Bart. in *l. vnica, C ſi plures vna ſent.* Alex. in *l. Paulus, la ſeconda. ff. de re iudic.* & tamen ſi in tali libello eſt clauſula, *ius, & iuſtitiam &c.* ſubſtinctur talis libellus ineptus, vt per Bald. & Caſtr. in *l. quoties, C. de hæred. inſtit.* Alex. *conſ. 121. col. 6. lib. 1.* Dec. in *c. cum ſuper. de offic. deleg. n. 57.* † Declara; quia ſi pars opponit, clauſula nihil operatur in li- 24 bello inepto, alias ſecus. Gemin. *conſ. 118. in princ.* † Declara; quia 25 vbi eſt repugnantia directa, non operatur; ſecus vbi non eſt repugnantia directa, vt ſi peto à pluribus in ſolidum, licet non dicam de vnica ſolutione me contentum; quia dico, *ius, & iuſtitiam, &c.* ſanatur, & ſuppletur hoc caſu, vt in contrario. † Extende; quia 26 nemo ſine actione experitur; & ideo fideicommiſſarius, qui non agit, niſi facta reſtitutione facto, vel verbo, ſi intentat directam actionem, libellus dicitur ineptus, poſt. ad Bart. *d. conſ. 91. in ver. ſi fideicommiſſariam, lib. 1.* † Extende, quando quis petit medietatem, 27 & conſtat, quod nō debet habere, niſi quartam; item ſi petit rem, & eſt in electione debitoris ſoluere pretium; quia dicitur ineptus libellus, & dari debet abſolutoria. Ang. Aret. *conſ. 21. Quoad primū, per tot.* † Amplia; quia libellus dicitur ineptus, quando in eo fit 28 mentio doli ex parte agētis, vel ex parte actoris, ex cuius facto, vel contractu quis agit; ideo nō procedit, etiam ſi pars non opponat. Bald. *d. conſ. 44. in ſi. ver. & dum tu dicis. lib. 2.* † Amplia; quia ineptitudo vitiat libellum, ſiue cauſa ſit ordinaria, ſiue ſummaria. Anch. 29 *conſ 383. n. 4. ver. non obſtat ſtatutum.* † Vide tamen Corn. *conſ. 62. n. 3.* 30 & *4. lib. 1.* vbi, quid in ſummariis. † Amplia; quia libellus generalis, & incertus in cauſa criminali dicitur ineptus & poteſt reiici 31 etiā parte non opponente. Bald. *conſ. 238. Verba accuſationis, lib. 2. in princ. & conſ. 251. Poſito, quod certa. circa med. ver. contrarium, lib. 4.* Vide, *Iudex in quibus ex officio pro parte ſupplere debeat, vel non. Concluſ. 397.* † Extende; quia libellus criminalis incertus, & conſequenter in- 32 eptus, non poteſt probationibus conualidari. Bald. *d. conſ. 25. poſt med. lib. 4.* † Amplia; quia ſententia lata ſuper libello inepto eſt 33 nulla, & debet reuocari contrario imperio tenuta data in hypothecaria ſuper libello inepto. Bald. *conſ. 329. Statuto Ciuitatis, per tot. lib. 3.* † Extende; quia ſententia ſuper inepto libello eſt ipſo iure 34 nulla, gloſſ. *Inſtit. de oblig. in ver. ſecundum. in ſi.* Bald. in *l. actori, C. de reb. credit. & in l. ex hoc iure. col. fin. ff. de iuſt. & iur.* Rom. *conſ. 69. n. 10.* vbi apoſtilla in *ver. nulla.* dat plurimos concord. † Extende; quia non 35 ſolum ineptitudo libelli operatur, quod non poteſt ferri ſententia apta, vel valida. Caſtr. *conſ. 250 Viſo puncto, n. 2. lib. 2.* ſed etiā omnia acta iudicii ſuper inepto libello ſunt nulla. Corn. *conſ. 277. n. 2. lib. 3.* quem citat apoſtilla ad Caſtr. vbi ſupra. † Extende; quia decretum 36 miſſionis in poſſeſſionem, ſiue ex primo, ſiue ex ſecundo decreto ſuper libello inepto dicitur ipſo iure nullum. Rom. *conſ. 69. n. 10. ver. item præſuppoſito*, vbi apoſt. in *ver. nulla eſt*, dat concor. † Reſtrin- 37 ge; quia valet ſententia lata ſuper incerto libello, quando cauſa cognoſcitur ſummarie, & de plano. Alex. in *l. vinum, col. fin. in fin. ff. ſi cert. pet.* vbi gloſſ. Bald. in *l. & ſi fine, ver. oppono, libellus. C. ad Trebell.* Maranta in *praxi in 4. part. diſtinct. 9. num. 15.* quia tali caſu etiam ſine libello procedi poteſt. Roman. *Singul. 792.* Iaſ. *conſil. 105. lib. 1.* † Amplia; quia ſuper inepto libello non pronunciatur, niſi ab- 38 ſoluendo. Anchar. *conſil. 383. in fin.* † Declara; quia abſolutio debet eſſe ab obſeruatione iudicii; *c. examinata*, vbi Abb. in *2. col. de iudic.* & eſt bona practica ex Bart. in *l. Titia, ff. de accuſ.* quia perimitur inſtantia, non autem actio. Bald. in *l. properandum, §. & ſiquidem, C. de iudic.* Alexand. *conſil. 187. in princ. lib. 6.* † Imo, quod ex 40 quo non probauit neceſſaria, poſſit abſolui in meritis, & petitis. Alexand. *d. conſil. 87. n. 3. ver. & fortiùs ſi merita cauſæ, lib. 6.* † Amplia; 41 quia libellus ineptus impedit litis ingreſſum. Corne. *conſil. 111 n. 9. lib. 1.* † Amplia in tantum libellum ineptum vitiare ſententiam 42 ſuper eo latam, vt hæc exceptio poſſit ſemper opponi. Roman. *conſil. 69. num. 10. ver. & ideo poteſt*, vbi apoſtilla in *ver. opponi*, dat concord. † Extende; quia iudex ex officio ineptum libellum la- 43 cerare poteſt, ſiue detur contra præſentem, ſiue contra contumacem. Rom. *d. conſil. 69. num. 10. ver. ex iis vbi poteſt*, vbi apoſtilla in *ver. ex officio*, dat concord. † Extende; quia ineptitudo libelli po- 44 teſt quandocunque opponi, etiam poſt ſententiam. Alexand. *conſil. 187. Viſo num. 3. ver quæ exceptio, lib. 6.* † Extende; quia ineptitudo libelli non tollitur, licet probatio apta fieret. Alexand. *dict. conſil. 187. num. 3. ver. & etiam, lib. 6.* vbi dicit * communem. † Am- *46
plia; quia libellus ineptus non dicitur libellus in ea parte, in qua continet ineptitudinem, & ideo non poteſt ſuper ineptitudine lis conteſtari, etiam ſi fuit lis conteſtata; poteſt tamen ſemper de ineptitudine excipi in quacunque parte iudicii, niſi ordine ſucceſſiuo poſſit ſubſtineri. Bald. *conſil. 169. Si Bartholomæus, lib. 5.* † Amplia; quia libellus dicitur ineptus, & reiiciendus ex præpo- 47

steratione: nam vxor petens sibi restitui dotem propter adulterium mariti, antequam obtinuerit separationem thori ab Episcopo, vel si agat ad restitutionem ob inopiam, non probata mala versatione mariti, dicitur inepte agere. Castr. *cons.65.n.3.ver.nunc viso,*
48 *lib.1.* † Amplia; quia inquisitio continens factum, per quod constat aliquem non esse homicidam, neque mandatorem, sed solum inflammatorem, licet cõcludatur ipsum esse homicidam, & mandantem, & reus confiteatur contenta in inquisitione, non tamen potest puniri tanquam homicida, vel mandator; quia istud resultat potius ex iure, quam ex confessione. Ang. *cons.22. De pœna illius.n.3.*
49 *vsque in fin. ver. concludo ergo.* † Extende; quia inquisitio non continens locum, & tempus delicti dicitur ineptus libellus, & ex ea sequi non potest condemnatio pœnæ ordinariæ, etiam si reus esset
☞ confessus contenta in ea. Ang. *cons.178. per tot.* Vide, *Libellus in cri-*
50 *minali quam specificationem requirat. Conclus.320.* † Amplia; quia libellus continens contraria dicitur ineptus, & ineptitudo opposita vitiat facta post oppositionem. Castr. *cons.110. in princ. lib.2.* & ibi apost. citat Alex. *cons.37. lib.1.* An talia gesta post libellum ineptum
51 valeant in alio iudicio. † Amplia; quia libellus est ineptus, si quis agit vt cessionarius, & hoc non exprimit. Alex. *cons.137. In causa &*
52 *lite.n.6. & 7. ver. secundo ex alio capite. lib.2.* † Amplia; quia ineptitudo in tantum vitiat libellum, vel inquisitionem, & quicquid sequitur ex tali libello est nullum, & potest etiam post sententiam opponi
53 de ista ineptitudine. Ang. *cons.178.n.3.ver. sed contra.* † Amplia; quia libellus est ineptus, quando actio oritur ex iure speciali contra ius, & non exprimitur. Cuman. *cons.77. Ad primum, in princ.* melius Ang. *cons.6. in princ.* vbi, quod etiam parte non opponente reiicitur. Vide, *Expressio individua, vel specialis, quando requiratur, vel non.*
54 *Conclus.652.* † Extende; quia libellus dicitur ineptus, & non procedit, si actor dicat se fuisse dominum, vel reum fuisse obligatum sibi, nisi alleget etiam de præsenti; quia verba libelli de præterito abnegant de præsenti, etiam si dominium de præterito præsumatur de præsenti; quia non est verum in libello, in quo etiam præsumptio debet allegari. Castr. *cons.250. Viso puncto col.1. & 2. ver. se-*
55 *cunda ratio. lib.2.* † Amplia; quia libellus dicitur ineptus super seruitute, si non continet necessaria ad seruitutem; ideo si actor narrat, quod aqua ex domo sua erat solita cadere, & deriuare per curiam vicini, & impedit decursum; ideo condemnari ad patiendum decurrere, est ineptus; quia ex solito, quod verificatur per vnam vicem, non concluditur sine titulo, & acquisitione, nisi sit præscriptum, & cum bona fide, ideo reiicitur. Castr. *cons.243. Videtur,*
☞ *quod non possit, lib.2. per tot.* Vide, *Seruitus qualiter constituatur, &*
56 *acquiratur. Concl.221.* † Limita, vt non dicatur ineptus libellus, quando est facta narratio facti in libello, ex qua potest resultare conclusio; quia licet concludatur inepte; tamen substinetur, veluti si quis narrat factum, per quod appareat, quod teneris mihi ex mutuo ad decem: nam licet cõcludatur te esse mihi obligatum ex alia actione, non est ineptus libellus, sed substinetur. Ang. de Perus. late in
☞ *l. final. C. de interdict. ver. si tamen factum.* Bald. *cons.468. Visa petitione.*
57 *per tot. lib.2.* Vide, *Conclusio potius attenditur, quam facti narratio. Con-*
clus.558. † Extende limitationem, maxime, quando agitur de causa pia, vt si fideiussor pro redemptione captiuorum soluit, licet teneatur agere, vt indemnis releuetur; tamen si cõcludat sibi solui, substinetur libellus, ex quo facti narratio præcedit. Bald. *cons.353. De libello. lib.2.* vbi innuit contrarium in alia causa, quam pia, &
58 quod libellus non substineatur. † Limita; quia libellus ineptus procedit, si Ecclesia dat libellum. Bald. *consil.408. Visa petitione, post med. ver. ad hoc facit, lib.2.* vbi, quod sufficit conqueri de possessore,
59 licet non petatur restitutio. † Limita; quia libellus circa actionem ineptã procedit, quando ex narratis, vel ex conclusione apta causa elici potest, Cuman. *consil.42. Viso processu, circa med. ver. tamen cum*
60 *ipsa querela.* Bald. *cons.478. In causa vertente, in princ. lib.3.* † Limita in libello inepto, quando in causa ordinaria petitur procedi summarie, sed tamen in fine adiicitur clausula, *omni meliori modo*; quia fit interpretatio pro libello, vt tollatur ineptitudo. Bald. *d. cons.478.*
61 *in princ.* maxime *n.3. ver. item non obstat. lib.3.* † Limita; quia libellus ineptus non vitiatur, quando ineptitudo est superflua, & abundans, & libellus alias concludit omissa abundanti ineptitudine. Signor. Homod. *cons.41. Omissa narratione, in princ.* Rom. *consil.245.*
62 *Ad primum, n.6. ver. præterea.* † Extende; quia libellus pro parte ineptus, & pro parte aptus, licet sit nullus in parte inepta; tamen in parte apta substinetur. Rom. *cons.292.n.21. & seq. ver. ex præmissis igitur,* vbi apost. in *ver. pluries,* dat concord. & *cons.240. Viso themate. in fin. & cons.245. Ad primum, n.6.* vbi apostill. in *ver. allegationibus.* quæ
63 dat concord. † Limita; quia libellus ineptus procedit de iure Canonico, quando reiecta particula continente ineptitudinem, vel impossibilitatem ex reliquis potest resultare aptitudo. Bald. *consil.290. Allegationes hinc inde, n.3. ver. sequitur videre, vsque in fin. lib.4.* & maxime procedit, quando est facta correctio, & iudex admisit talem correctionem. Vide, *Libellus contrarius, & incertus non admittitur, & quando secus. Conclus. prox. praced.* † Extende; quia libellus 64
etiam inepto modo conceptus tolerandus est, si fieri potest; quia moderari potest iniustitia libelli ex sententia. Alex. plene *cons.58. Viso, num.4. lib.5.* vbi apost. in *ver. libellus,* dat concord. † Extende 65
etiam de iure Ciuili, quando ineptitudo, vel impossibilitas fuit correcta, & factæ probationes admissæ per iudicem; quia tunc cessat ineptitudo. Bald. *d. consil.290. num.3. vsque in fin. lib.4.* † Limi- 66
ta in spolio; quia si narratur possessio agentis, & possessio spoliatoris de præsenti, & concludatur restitui, non vitiatur libellus, si in fine adiiciat actor, quod petit manuteneri. Bald. *consil.420. Visis actis,* maxime *post med. ver. concluditur solutis. lib.3.* sed loquitur in Ecclesia contra Ecclesiam. † Limita; quia de generali consuetu- 67
dine libellus obscurus, vel ineptus procedit, si ex narratis constare potest, quid concludatur. Signorol. *consil.185.n.6.* Vide, *Libellus*
☞ *generalis & obscurus non admittitur, & quando secus. Conclus.306.* † Li- 68
mita, quando proceditur coram iudicibus castrorũ, & villarum; quia admittitur libellus ineptus. Grat. *consil.79. num.21. lib.2.* † Li- 69
mita; quia libellus imperſonalis, videlicet non concludens, cui reus condemnari debeat, procedit, & non dicitur ineptitudo, quæ vitiat; quia sensus intellectualis perfecit orationem in suo constructu non perfectam, & ex aliis, quæ adducit Rom. *cons.186. In casu proposito. in princ.* vbi apost. in *ver. determina.* dat concord.

Libellus quando petitorium concernat, vel possessorium. Conclus. 316.

LIBELLVS, † in quo petitur declarari bona ad agentem spectare, & pertinere, & nullum verbum fiat de restitutione possessionis, importat petitorium intentatum. Castr. qui etiam in fortioribus terminis ita firmat *cons.376. Licet iudex. col.1. ver. quod autem, lib.1.* facit Alex. *cons.89. Excellentissimi, col.1. lib.5. & cons.119. In causa, col.1. ver. & in primis. eodem lib.* late Dec. *cons.62. In causa, quæ agitur. col.2. ver. primo illa verba.* & sine difficultate procedit, vbi nulla fuit narrata possessio agentis, & quod fuerit illa spoliatus, late Aflict. *decis.77. Fuit satis excitatum. n.7.* Alex. *cons.83. Viso themate, in princ. lib.3.* Vide, *Bona esse in bonis, qualiter intelligatur. Conclus.109.* ☞ 2
† Restringe, quando facta est mentio possessionis; quia potest dici intentatum possessorium. Alex. *cons.98. Visis. col.1. n.2. lib.5.* Corn. *cons.23. Viso puncto. num.15. lib.1.* Socin. in *l. rem, quæ nobis, in 6. quæst. princip. in princ. ff. de acquir. poss.* Alex. *cons.43. Visis, in princ. lib.4.* † Et 3
maxime procedit, quando dixit, bona ad se spectare, & pertinere, & petit possessionem restitui, si adest clausula, *ius & iustitiam fieri,* censetur intentatum & petitorium, & possessorium. Alexand. *d. consil.43. Visis, in princ. lib.4. & cons.117. num.2. & cons.192. nu.9. lib.2. & cons.200. num.7. lib.2.* † Et quod substineatur sententia lata su- 4
per libello continente petitorium, per quam iudex pronunciauit in possessorio, quando fuit per actorem probatum in possessorio, & in libello sunt verba apta ad possessionem. Corn. *consil.8. In hac consultatione, lib.1.* † Restringe; quia licet libellus concludat in 5
certa actione, vel petitorio; si tamen ex deductis, & probatis constat actorem in alia actione ex facti narratione collecta, & inpossessorio ius fouere, stantibus clausulis salutaribus, videlicet, *super quibus petit ius, &c.* vel, *non solum modo prædicto, sed omni alio meliori, &c.* potest iudex secundum probata sententiam ferre. Bart. & alii in *l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. pet.* Gemin. in *ca. Abbate sane, §. sed quoad, in 3. not. de re iudic. in 6.* Lanfranc. in *cap. quoniam contra, ver. confessionis. num.37. de probat.* Ias. in *l.1.n.7. ff. de offic. asses.* Dec. *cons.221. num.4.* Felin. in *cap. examinata, nu.19. in fin. de iudic.* vbi dicit * com- *
munem. Alexand. *cons.61. num.1. & cons.179. num.6. & 7. lib.2. & cons.6. num.8. & cons.34. & cons.112. lib.3.* † Contrarium, & male te- 6
net Alexand. *d. cons.43. Visis,* vbi *n.2.* constat, quod aderat clausula, *ius, & iustitiam, &c.* & tamen *nu.8. & seq. lib.4.* vult, quod ex alia causa, quam narrata in libello etiam probata non posset obtinere. † Declarat apostill. ad Alexand. *d. cons.43. num.9. lib.4. in ver. tamen,* 7
quod potest suspendere actor petitorium; item petere restitutionem in integrum, & in alia apost. in *ver. aliquas,* dicit Alexand. in illo cons. sophistice, & male consuluisse. † Declarat Alex. *cons.184.* 8
Viso processu. nu.8. & seq. ver. non etiam dici, lib.5. vbi, quod is, qui narrauit bona fuisse in bonis defuncti, & se hæredem, & quod possideat alius, petit declarari se hæredem, eumque condemnari ad restitutionem bonorum cum fructibus, & iustitiam fieri, non potest dici intentasse remedium *l. si. C. de edicto diui Adriani.* quia illud est possessorium, in quo non veniunt fructus, & verba non possunt cõuenire, sed est intentata petitio hæreditatis, quod est petitoriũ. † Restringe idem in libello vxoris agentis ad bona qu. viri 9
sui;

sui; quia si extant clausulæ, *non tantum eo modo, sed omni alio meliori*, intelligitur potius intentasse hypothecariam, vel Saluianum, vel actionem magis vtilem libellanti, quam rei vendicationem. Bald. in *l. vinum, ff. si cert. pet.* Ant. de Butr. in *c. litteræ, de dilatio. & in c. examinata de iudic.* Socin. in *c. significantibus, de libell. oblat.* † Restringe; quia si petit actor in libello declarari bona, ad quæ agit, iure dominii, seu quasi, possessionis, seu quasi, ac iure recuperandi, & condicendi, & reintegrandæ possessionis, ad eum spectare, & pertinere, reumque condemnat ad relaxandum dicta bona, censetur intentasse petitorium, & possessorium simul. Alex. *consil. 96. in princ. & consil. 159. col. 1. lib. 5.* Dec. *consil. 57. & consil. 62. & consil. 663.* † Restringe; quia licet libellus, in quo quis dicit bona ad se pertinere, & spectare, & eidem dimittenda, & relaxanda, respiciat petitorium, *c. inter dilectos, de fid. instrum.* tamen etiam ad possessorium applicantur talia verba, vt est text. cum gloss. in *c. querelam, de electio.* Ant. de Butr. in *c. cum ad sedem, de restit. spoliat. col. 3.* Abb. in *c. 1. de sequest. poss. & fruct.* propter illud verbum, *pertinere*, quod est latum, *l. verbum pertinere, ff. de verbor. signific.* Socin. in *l. rem, quæ nobis, ver. circa sextam. quæst. princ. ff. de acquiren. poss.* & idem de verbo, *spectare*, vt de vtroque Iason in *l. naturaliter. §. nihil commune. num. 184. & seq. ff. de acquiren. possess.* & idem dicit Alex. *consil. 98. Visis iis, num. 2. & seq. lib. 5.* vbi, quod procedit, siue in libello, siue in commissione cause, siue in vtroque sint ista verba. Vide, *Pertinere*, vel, *spectare*, quid importet. *Conclus. 324.* † Et procedit restrictio, maxime ad fauorem Ecclesiæ, etiam si Papa committat alicui, quod ea, quæ de bonis talis Ecclesiæ inuenerit alienata, studeat ad ius, & proprietatem eiusdem Ecclesiæ reuocare; quia poterit in solo possessorio restituere, licet verbum, *alienatum*, de stricta significatione importet dominium translatum; tamen quia rescriptum ad fauorem Ecclesiæ latissime interpretatur, poterit etiam possessionem alienatam importare. Alex. plene *d. consil. 98. Visis iis. num. 4. & seq. lib. 5.* allegat Innoc. in *cap. Episcopi, de reb. Eccles. non alien.* vbi, quod verba fauore Ecclesiæ impropriantur. † Idem, si adsunt verba genitiui casus; quia licet genitiuus de propria significatione dominium importet, tamen fauore Ecclesiæ ad possessionem refertur. Alex. *d. consil. 98. num. 6. lib. 5.* vbi apost. in *ver. genitiuus.* † Declara tamen; quia si diceretur ad libere relaxandum, nō posset ad possessorium accommodari, sed petitorium importaret. Socin. *d. l. rem, quæ nobis. in 6. quæst. princ.* sequitur Dec. *consil. 62. In causa, col. 1. in fin.* Alex. *consil. 96. Consideratis in princ.* vbi plenissima apostilla in *ver. libere*, dat infinitos concordant. *lib. 5.* Dec. *d. consil. 62 col. 1.* † Intellige declarationem, nisi aliter constaret de intentione libellantis, quod voluerit intentare possessorium. Socin. *consil. 262. In causa Magnifici. col. 1. ver. confirmatur secundo, & col. 2. in princ. ver. ex quibus, lib. 2.* † Contra restrictionem, quod imo libellus contineat solum petitorium, quando continet declarari domum spectare ad actorem, & reum condemnari ad dimittendum, & libere relaxandum d. domum. Alex. *d. consil. 96. Consideratis ius, lib. 5. & consil. 159. In causa, in princ. eodem lib.* sequitur Dec. *d. consil. 62.* Specul. *tit. de restit. spoliat. §. 1.* sequitur Feder. de Sen. *consil. 283.* Bald. in *l. 2. C. si à nō compet. iudic.* Dec. *d. consil. 62. col. 1.* Felin. late in *rubr. de rescript. n. 7. ver. hoc autem.* Vide. Dictio, *pertinere*, quid importet. *Conclus. 327.* Vide, *Meum, quomodo, & qualiter esse dicatur. Conclus. 225.* † Et procedit contrarium multo magis, quando solum esset petitum declarari prædicta bona petita spectare ad actorem iure dominii, vel quasi; quia tunc censetur intentata rei vendicatio, quæ solum petitorium concernit. *l. in rem, ff. de rei vendicat.* Alex. *consil. 96. lib. 5. col. 2. & consil. 121. col. 1. lib. 1. & consil. 90. col. 2. lib. 2.* Dec. *consil. 555.* & Alexand. *consil. 89. & consil. 159. lib. 5. & consil. 24. lib. 7.* Ruin. *consil. 13. in princ. & consil. 14. & consil. 17. lib. 4.* † Imo, quod plus est, etiam si in narratione essent aliqua, quæ viderentur respicere possessionem, seu possessorium; tamen ex illis non alteratur conclusio. Anton. de Butr. & Abb. in *cap. ex parte. de foro compet.* idem Anton. de Butr. in *cap. fin.* & ibi Aretin. de *iudic.* Dec. *consil. 28. & d. consil. 62. col. 1.* † Declara; quia si adest clausula, *super quibus, &c. omni meliori modo, &c.* procedit restrictio, alias si non extat, procedit contrarium; quia tales clausulæ salutares operantur, quod censetur intentatum illud remedium, quod magis expedit libellanti, qualitercunque possit colligi ex narratis. Iason *l. 1. num. 8. circa fin. ff. de offic. assess.* Afflict. *decis. 95. in fin.* vbi, quod libellus concludens rei vendicationem ex probatis concludit. ita etiam Aretin. in *§. omnium, num. 7. ver. aduertas*, vbi Iason. *num. 147. Instit. de action.* Dec. in *l. petens. C. de pact. & in l. vinum, ff. si cert. pet.* plene Grammat. *decis. 19.* Natt. *consil. 120.* Vide, Clausula, *ius, & iustiam ministrari petens*, quid operetur. *Conclus. 359.* † Intellige declarationem; quia clausula, *super quibus peto ius, &c.* operatur petitorium, & possessorium, prout vtilius est petenti, nisi ad certum effectum limitatum feciſſet conclusionem in altero, vel nisi sequeretur contrarietas ipsis narratis; quia tunc nihil operatur. Alex. *consil. 96. Consideratis, col. pen. ver. nec prædictus obstet num. 6. & seq. lib. 5.* vbi apostilla in *ver. clausula*, citat Alexand. *consil. 121. num. 11. lib. 1.* † Restringe; quia semper censetur intentatum possessorium, quando libellus continet reintegrari, vel immitti in possessionem rei; quia possessio rei non continet petitorium. Alexand. *consil. 117. lib. 2.* † Idem, si petiit restitutionem rei, vel bonorum; quia licet verba possint etiam petitorium continere; tamen fit interpretatio pro libellante. Afflict. *decis. 77.* Vide, *Possessorium, & petitorium an possint simul cumulari. Conclus. 450.* † Contrarium, quando petitur restitutio rei, & non possessionis. Alexand. *consil. 185. col. 1. lib. 5.* † Declara, nisi adessent verba, *ad relaxandum bona, vel rem, de qua agitur, liberam*; quia tunc necessario intentatum dicitur petitorium. Socin. in *l. rem, quæ nobis, num. 14. ff. de acquir. possess.* Alexand. *consil. 96. in princ. lib. 5* Ruin. *consil. 13. num. 1. lib. 4.* Neuiz. *consil. 68. num. 2.* Rimin. *consil. 98. nu. 3. lib. 1.* † Amplia, quod dicitur de libello, idem esse de sententia; quia si continet proprietatem, dicitur lata in petitorio, si possessionem, in possessorio. Alexand. *consil. 185. lib. 5. & consil. 96. Consideratis, num. 2. lib. 5. & consil. 202. Super causa, column. 2. post med. ver. ex iis apparet, lib. 2.* † Amplia; quia hypothecaria dicitur petitorium, Saluianum dicitur possessorium, & quando in libello concluditur declarari petiam terræ, ad quam agitur, fuisse in bonis eius, qui hypothecauit, censetur intentata hypothecaria, etiam, quod in narratione libelli dixerit defunctum tenuisse, & possedisse; quia attenditur conclusio, non narratio. Castrens. *consil. 168. col. 2. lib. 2.* † Declara; quia quando concluditur solum de possessione rei restituenda, dicitur intentatum solum possessorium, si vero agitur de re, vel proprietate restituenda, dicitur intentatum petitorium. Alex. *consil. 92. Viso. num. 6. & seq. ver. sed præmissis, lib. 5.* † Amplia; quia si petitur bona relaxari, vel terrenum, & non dicitur possessio, est intentatum petitorium, non autem possessorium. Alexand. *consil. 82. Viso. n. 6. & consil. 96. Consideratis. num. 2. in fin. & num. 3. & consil. 185. column. 1. lib. 5.* Dec. *consil. 62. per tot.* † Extende; quia nedum ex libello; sed etiam ex sententia cognoscitur, quod est intentatum petitorium, quando iudex condemnat ad rem, quæ esse debet in perpetuum actoris. Alexand. *d. consil. 96. num. 2. lib. 5.* Vide, *Petitorium quando, & ex quibus dicatur intentatum, vel non. Conclus. 330.*

Libellus in spolio quid concludere debeat, & quando procedat. Conclus. 317.

LIBELLVS † in spolio sufficit, quod contineat possessionem actoris, & quod aduersarius hodie possideat, & quod concludat ipsum spoliatum esse, & restitui debere. Bald. *consil. 420. Visis actis, in princ. lib. 3.* quod est Io. de Lignano. Alex. *consil. 117. Viso processu, in princ. lib. 2.* † Declara tamen; quia vt possessio iunior conuenti præsumatur clandestina respectu antiquioris possessionis actoris, necesse est, quod hoc deducat, & alleget in libello, videlicet reum possidere clam, & vitiose respectu actoris, ita Alexand. *consil. 44. n. 8. lib. 3.* Corn. *consil. 329. lib. 1.* Vide, *Spoliatus quæ probare debeat, vt obtineat. Concl. 371. n. 9. ver. Declara.* † Et procedit libellus in spolio, si concludat, vt supra, licet in eo narretur proprietas; quia narratio proprietatis non extendit libellum, sed conclusio attenditur. Alex. *d. consil. 117. in princ. lib. 2.* vbi dicit sufficere clausulam, *ius, & iustitiam ministrari.* † Et procedit, etiam si non exprimatur causa possessionis agentis; quia istud respicit petitorium. Bald. *d. consil. 420. ante med. ver. hic etiam contra, lib. 3.* † Debet tamen exprimere possessionem aduersarii, & titulum vitiosum, quando successit immediate spoliatori, vel vitioso possessori; quia licet sit difficultas, an detur contra titulo possidentem remedium restitutorium *cap. reintegranda 3. q. 1.* tamen datur contra eum, qui habet titulū immediatum à spoliatore, & vt titulus præsumatur vitiosus, & possessio, debet vtrunque allegari, & narrari, quod successit tali spoliatori in vitio spolii. Dec. *consil. 57. col. fi.* & quod modus spolii debeat allegari. Marsil. *singul. 600.* Lanfr. *de causa possess. & proprie. ver. quinta conclusio.* Soc. *consil. 226. lib. 2.* Paris. in *c. si diligēti, de præscript. n. 23. ver. quarta, & vlt. concl.* † Imo procedit libellus concludens in spolio restitui, licet in fine dicatur, & quod actor petat manuteneri; quia licet contradicat cōclusioni in spolio; tamen nō vitiatur libellus. Bald. *d. consil. 420. post med. ver. concluditur, lib. 3.* † Et narratio proprietatis in libello non ampliat conclusionem factam in spolio. Alexand. *consil. 121. Viso processu. n. 2. col. 2. in princ. ver. vnde cum in conclusione, lib. 1.* † Amplia; quia libellus in spolio, licet non contineat specialem actionem; sufficit tamen, quod ex narratis possit elici. Signor. *consil. 75. in princip.* † Caue tamen, ne in libello spolii deducas dolum spoliatoris; quia non valeret libellus, nisi haberet specificationem loci, & temporis, prout libellus criminalis, vt per plura Rom.

late

late *consil.* 191. *Spectabilis Domine.* vbi tollit plura in contrarium allegata, & apostilla ibi in *ver. expresionis.* plures allegat, & dicit * communem, & reddit rationem; quia dolus est crimen, & licet agatur ciuiliter de crimine, requiritur expressio; quia alias tolleretur defensio reo, & dicit non esse absurdum dicere dari spoliationem sine crimine; quia potest dari, prout ipse dat, instantia.

10 † Et idem esset, quando intentatur spolium *vnde vi*, & sic cum violentia; quia tunc quia infamat, requiritur specificatio, prout in

11 criminalibus. Alex. *consil. 6. Circa promissum. in princ. lib. 3.* † Declara tamen, vt non procedat, quando causa spolii esset commissa de plano, & sine strepitu, & figura iudicii; quia tunc cessant solemnitates iuris positiui, prout specificatio; item non habet locum, quando adest clausula, *non se adstringens*, vel quando concludit in remedio reintegrandæ, quod competit, etiam si violentia interuenit. Alex. plene *d. consil. 6. Circa promissum. in princ. ver. tamen hoc non obstante. lib. 3.*

Libellus rei conuenti potest dari super exceptione, videlicet ipsum non esse obligatum, & qualiter procedat. Concluſ. 318.

1 REVS † potest dare libellum, & petere se declarari non esse obligatum ex tali instrumento, & talis libellus procedit. Bald.

2 *consil.* 187. *Super quæstione vertente, lib.* 1. † Amplia; quia omnis excipiens videtur tacite petere actori perpetuum silentium imponendum; & ideo in exceptionibus, & libello per modum exceptionis non est necessaria conclusio expressa. Bald. *d. consil.* 187. *num.* 4. *ver.*

3 *& confirmatur; nam ille, qui excipit, lib.* 1. † Limita; quia reus excipiendo, vel negando, cum nihil petat sibi adiudicari, non potest obtinere adiudicationem, etiam si probasset plene; quia in casibus, in quibus requiritur litis contestatio, non potest pronunciari adiudicando sine petitione, & litis contestatione. Bald. *consil.* 438.

☞ *Præmittendum est, num. 2. ver. ad euidentiam præmittendum. lib.* 1. Vide, *Excipiendo quis possit consequi condemnationem. Concluſ.* 413.

Libellus in restitutione minoris quid continere debeat. Concluſ. 319.

1 LIBELLVS † minoris in restitutione in integrum, vt procedat, debet continere tria, minorem, læsum, & sui facilitate, videlicet dolo aduersarii, & nisi ista concludat minor, non procedit libellus, ita Io. de Anan. *consil.* 48. *Circa præsentem, in princip.* & ibi Bologn. in apostill. qui hoc dicit. Bart. in *l. verum.* § *sciendum. ff. de minor. & in l. fin. C. de in integr. restitut.* Ant. de Butr. *c.* 1. *& in c. constitutus. de in integr. restit.* Ruin. *consil.* 119. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 5. Grat. *consil.* 119. *num.* 41. *lib.* 1. Corn. *consil.* 312. *num.* 6. *lib.* 3. Oldrad. *consil.* 108. *in fin. num.* 5. Dec. in *l. nihil consensui.* § *non capitur, num.* 3. *ff. de regul. iur.* vbi Cagnol. & Mayner. *num.* 2. Gozad. *consil.* 44. *num.* 7. & 8. Alciat. *de præsumpt. in* 3. *parte, præsumpt.* 1. *præsumpt.* 42. Fran. Marc. *decis.* 56. *n.* 7. *lib.* 1. Rim. *l. ait prætor.* § *si minor, n.* 2. vbi Ias. *num.* 3 *ff. de iureiur.* Corn.

2 *consil.* 116 *in fin. lib.* 1. *& consil.* 156. *num.* 9. *lib.* 3. † Contrarium tamen tenet Io. de Imol. in *c.* 1. *de restitut. in integr. num.* 9. *&* 10. Speculat. in *tit. de in integr. restit.* § *qualiter, circa princip.* Alber. in *l. verum.* § *sciendum ff. de minor.* Cyn. in *l. non videtur. num.* 2. *C. de in integr. restit. minor.* Alex. in *l. ait Prætor.* § *si minor, num.* 3 *ff. de iureiur.* Card. in *clemen.* 1. *quæst.* 18. *de restit. in integr.* Bald. *d. l. verum. ff de minor. in addit. ver. sed*

3 *nunquid* Grammat. *consil. crimin.* 16. *num.* 1. Marsil. *singul.* 445. † Declara; quia opinio Ioan. de Imol. potest procedere, si in libello dicatur verbum ciuile, prout, verbum, *circumuentum*, vel, *circumseptum*, quod potest importare dolum aduersarii, alias secus, ita Bologn. in apost. ad *d. consil. Io. de Anan.* 48. *in princ. ver. & cogitabam.*

4 * † Declara; quia secunda opinio contraria est communis, & * verior, quando in iudicio fuit probata læsio ex dolo aduersarii, vel facilitate minoris, licet in libello non sit specificatum; quia licet multi ex prima opinione dicant, quod requiritur, quod sui facilitate, vel dolo aduersarii minor sit læsus; non tamen dicunt, quod non sufficiat hoc constare, licet in libello non sit specifice allegatum; quia suppletur libellus ex prosequutis, & probatis, iuxta not. in *l.* 2. *C. de iudic.* & est indubitatum, si extant in libello clausulæ

* salutares; quia sanatur libellus ex probatis, & est * communis opi-

5 nio, vt attestatur Imol. in *cap. constitutus. de in integr. restit.* † Declara alio modo; quia si fuit oppositum libello, quod sit generalis, obscurus, vel ineptus, tunc procedit conclusio, alias procedit con-

6 trarium. Ruin. *consil.* 119. *num.* 14. *lib.* 5. † Amplia; quia libellus super restitutione in integrum, in quo petitur restitutio; quia est læsus, non procedit; quia intelligitur de modica læsione, pro qua non competit restitutio. Abb. in *c. cum ex litteris, de in integr. restit.* Ruin. *consil.* 119. *num.* 14. *lib.* 5. vbi, quod opus est allegare læsionem

7 enormem, vel releuantem. † Contrarium, quod imo sufficiat allegare læsionem simpliciter, tenet Specu. *tit. de in integr. restit.* §. *qualiter, ver. sed nunquid minor petens.* Salyc. in *l. fin. C. de in integr. restit.* dummodo ex probationibus constet læsum ex sui facilitate, vel dolo aduersarii, cum quo transit Imol. in *cap. constitutus, extra eodem,* vbi dicit * communem. † Declara; quia si fuit oppositum contra * 8 libellum de ineptitudine etiam per exceptiones generales, non procedit libellus, & sic ampliatio est vera; quia super eo sententia ferri non potest, alias procedit contrarium, ita Castr. *d. l. fin. C. de in integr. restit.* sequitur Ruin. *d. consil.* 119. *num.* 14. *lib.* 5. † Mihi videtur, 9 quod semper verba libelli ex intentione libellantis sint interpretanda. *l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic.* & supra, *Libelli verba late interpretanda. Concluſ.* 308. † Limita; quia libellus datus à minore, 10 in quo simpliciter petit restitui in integrum omni meliori modo, continet etiam restitutionem, quæ potest competere minori, non ex priuilegio minoris ætatis, sed ex clausula, *si qua mihi iusta causa.* Vide, *Libellus non restringitur, nisi actor se restrinxerit, & quando secus. Concluſ.* 309. Vide, *Restitutio in integrum non releuat, nec etiam datur minori in multis casibus. Concluſ.* 295. Vide, *Restitutio in integrum vt detur minori. quæ constare, & probari debeant, vel non. Concluſ.* 286.

Libellus in criminali quam specificationem requirat, vel non. Concluſ. 320.

FERIÆ † non obstant in causa criminali; ideo valet libellus da- 1 tus die feriata. Bart. & Alex. in *l. miles.* § *sexaginta dies. ff. de adul.* Vide, *Feriis diu. antibus qui actus fieri possint, vel nō. Concl.* 100. † Libel- 2 lus in criminali requirit specificationem delicti, loci, temporis, & aliorum, de quibus in *l. libellorum. ff. de accus.* Ang. *consil.* 178. *Visis actis, in princ.* Castr. *consil.* 132. *Omissis, in princ. lib.* 2. vbi apostilla citat Corn. *consil.* 205. *Videtur, n.* 7. *lib.* 2. *& consil.* 41. *n.* 2. *lib.* 4. Socin. *consil.* 146 *circa med. lib.* 1. plene Alex. *consil.* 212. *Visis, in princ. lib.* 2. vbi dicit magis * co- * 3 munem, à qua in iudicando non est recedendum. † Extende; quia necessum requiritur specificatio loci certi, & temporis in libello criminali, sed etiam requiritur probatio certi loci, & temporis specificati, alias non potest sequi condemnatio. Bald. *consil.* 420. *Quia non probatur, lib.* 4. *per tot.* Alex. *d. consil.* 212. *in princ. ver. secundo moueor, lib.* 2. † Extende; quia non sufficit certitudo per relationem ad a- 4 liud. Ang. in *l.* 1 *ff. de liber. & posth.* Alex. *consil.* 72. *Inspecto, col. fin. lib.* 1. *& consil.* 71. *Clarissime Domine. lib.* 3. *in princ.* † Extende; quia libellus in 5 criminali generalis non procedit parte opponente, sed debet specificari, circa quod est commissum delictum. *l. item exigere. ff. de dolo,* & ideo qui accusat de extractione sterici in genere non specificando qualitatem sterici, nō procedit, maxime, quando certa qualitas sterici prohibetur extrahi. Alex. plene *d. consil.* 71. *Clarissime Domine in princ. lib.* 3. † Ideo si accuso te, quod commisisti falsum in instru- 6 mento, prout in ipso continetur, dicitur libellus generalis, & non procedit, nisi qualitas falsi exprimatur. Alex. *d. consil.* 71. *n.* 2. *ver. ad hoc benefa. it, lib.* 3. † Idem in libello, in quo dicit accusans se turba- 7 tum; quia parte opponente debet specificare speciem turbationis. Alex. *d. consil.* 71. *in princ. n.* 3. *ver. ad idem. lib.* 3. † Ratio; quia diuersitas 8 temporis, & loci inducit diuersitatem delicti. Castr. *consil.* 132. *col.* 2. *lib.* 2. † Ratio; quare requiratur specificatio loci, & temporis spe- 9 cialiter, est; quia alias tolleretur reo defensio; quia non posset probare negatiuam coarctatam loco, & tempore, si nō esset facta specificatio, plene Rom. *consil.* 191. *Spectabilis Domine, in fin.* † Amplia, vt 10 procedat etiam in libello, in quo crimen deducitur ciuiliter, prout in interdicto *vti possidetis*, vel alio iudicio, in quo dolus turbantis deducitur; quia requiritur eadem specificatio; secus si dolus, vel delictum non deducitur. Bald. *consil.* 477. *In causa vertente, in princ. lib.* 3. Castr. *d. consil.* 132. *Omissis, in princ. lib.* 2. Vide, Interdictum *vti possidetis* cui detur, & quid requirat. *Concluſ.* 284. Vide, *Spoliatus qua probare debeat, vt obtineat. Concl.* 371. † Contrarium, quod imo etiam 11 si statutum requirat, quod dans libellum accusatorium debeat specificare, quod accusatus dolose, & fraudulenter deliquerit; tamen sufficit, quod accusans dicat accusatum faciendo deliquisse; quia satis arguit dolum. Rom. *consil.* 105. *Viso themate, in princ. ver. nec huic sententiæ*, vbi apostilla in *ver. theoricam.* † Declara; quia sufficit, quod 12 libellus præsumptiue concludat, siue in ciuili, siue in criminali. Rom. *d. consil.* 105. *col.* 1. *ver. ceterum*, vbi apostilla in *ver. criminalibus*, quæ dat concord. ideo si petat condemnari iuxta formam statuti requirentis dolum exprimi, censetur necessario, & in consequentiam præsumptiue dolum exprimere. † Extende idem in libello 13 actionis iniuriarum; quia licet ciuiliter intentetur; tamen quia condemnatio infamat iniuriantem, requiritur specificatio, prout in criminali. Bart. in *l.* 1. § *siue autem. ff. de vi & vi armata.* Afflict. *decis.* 250. communem * dicit Clar. in § *iniuria, n.* 5. *ver. vlterius quæro.* * Alex. *d. consil.* 212. *in princ. lib.* 2. vbi, quod ratio est; quia condemnatio in causa iniuriarū infamat, & dicit * communem. † Restringe; * 14

quia.

quia ſufficit annus,& menſis; non tamen de neceſſitate requiritur
15 expreſſio diei, vel horæ. Boer. *deciſ.* 321. *n.* 3. † Amplia; quia licet lo-
cus, & tempus non requiratur in inquiſitione generali criminali;
tamen bene debet probari locus, & tempus per teſtes ex forma
probationis, alias probatio non releuat. Bald. *conſ.* 353. *Præſupponitur*
quod, n. 3. *ver. nam etiam, lib.* 5. Vide, *Inquiſitio generalis quando fieri poſ-*
16 *ſit, & contra quos. Concl.* 182. † Amplia, vt procedat etiam in iniuria,
17 & crimine paruo. Rom. *conſ.* 191. *n.* 8. *ver. præterea.* † Amplia; quia
non ſufficit ſpecificatio certi anni, vel certi menſis alternatiue, vi-
delicet, *vel alio anno, & menſe, prout conſtiterit*; quia non procedit li-
bellus; quia eſſet incertus, & non poteſt vagari; quia diuerſifican-
tur delicta ex diuerſitate temporis, & loci; ideo etiam parte non
opponente non valet. Caſtr. *d. conſ.* 132 *lib.* 2. Alex. *conſ.* 72. *Inſpecto di-*
ligenter, n. 5. *lib.* 1. licet loquatur in accuſatione criminali, vt tempus
alternatiuum faciat reiicere libellum, ſed etiam in libello ciuili al-
18 ternatiuo loquitur idem Alex. *conſ.* 182. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 2. † Extende,
vt procedat multo magis, quando non apponitur annus, neque
menſis; quia non valet parte opponente, etiam quod nihil oppo-
natur. Alex. *d. conſ.* 182. *n.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 29. *Clariſſime Doctor. n.* 30. *&*
19 *ſeq. ver. nec obſtat. lib.* 7. † Declara; quia ſi indeterminatus locus, &
indeterminatũ tempus apponitur, bene poterit declarari, & ſpe-
cificari, apoſtilla ad Caſtr. *d. conſ.* 132. *Omiſſis, in ver. commiſſi, lib.* 2. vbi
citat ad hoc Soc. *conſ.* 146. *n.* 15. *lib.* 1. *ver. amplius dico.* & plures alias
declarationes videndas ponit idem Soc. *d. conſ.* 46. *n.* 13. *& ſeq. ver.*
20 *quo autem ad ſecundum, lib.* 1. † Amplia; quia in criminalibus libellus
non procedit etiam parte non opponente. Bart. in *l edita. col.* 2. *C. de*
eden. late Dec. *conſ.* 83. *col.* 1. Caſtr. *conſ.* 132. *n.* 2. *ver. & poſito, quod non*
21 *exciſſet, lib.* 2. † Amplia; quia procedit etiam in inquiſitione for-
mata per iudicem ex officio; quia requiritur ſpecificatio loci, &
temporis delicti, alias non valet tanquam inepta. Ang. *conſil.* 178.
Viſis acta, in princ. duplicatur *conſ.* 298. per eundem Angel. Vide, *In-*
22 *quiſitio vt procedat, quæ requirantur. Concl.* 179. † Extende in tantum,
q etiam ſi reus confeſſus eſſet contenta in inquiſitione non con-
tinente locum, neq; tempus delicti, non poteſt ſequi condemna-
tio ordinariæ pœnæ, ſed ſolum poteſt pœna extraordinaria impo-
ni. Ang. *d. conſ.* 178. *n.* 2. *vſque in fin.* vbi, quod melius eſt, quod iudex
abſoluat ab obſeruatione iudicii, & nouã inquiſitionem formet,
ne teneatur in ſyndicatu, & dicit ſe ita de facto obtinuiſſe Peruſii,
23 & duplicatur *conſil.* 298. ad litteram. † Reſtringe; quia inſcriptio, &
alia ſolemnia, quæ requiruntur in accuſatione, ex parte accuſato-
ris, nõ requiruntur in inquiſitione ex parte iudicis. Ang. *conſ.* 178.
24 *inpr.* & duplicatur *conſ.* 298. † Amplia; quia locus debet ſpecifica-
ri, vel eum confinibus, vel per circuitum talem, quod conſtet de
certo loco; & ideo ſi certus non eſt locus, non procedit accuſatio,
neque libellus criminalis, neque ex eo poteſt ſequi condemnatio.
25 Bald. *conſ.* 420 *in princ. lib.* 4. † Extende; quia ſi teſtes deponant de
loco, ſed nõ de certo loco, vel debent repeti, vt ſpecificent, vel de-
bet ſequi abſolutoria; quia valet argumentum; non procederet
libellus; ergo non procedit dictum teſtis. Bald. *d. conſil.* 420. *per tot.*
26 *lib.* 4. † Amplia; quia libellus in criminali ſemper, quod minus eſt,
continet, ſecus in ciuili. Bart. in *l. ſi gemina ff. arbo. furtim cæſarũ.* Bald.
in l. 2. *§. ignominia. ff. de iis, qui not. infam.* Aret. in *l. continuus. §. qui inſu-*
27 *lam. ff. de verb. oblig.* † Amplia etiam ſi non inferatur infamia. Rom.
conſ. 191. *n.* 7. *& ſeq. ver. allegatur ſecundo*, vbi apoſtill. in *ver. infamiam.*
28 † Amplia, vt procedat nedum in libello, ſed etiam in exceptione
criminoſa, puta contra teſtes, vel partem, vt repellatur à iudicio;
quia non ſufficit exceptio generalis, ſed debent ſpecificari omnia,
* quæ in libello continentur, magis * cõmunem dicit Boer. *deciſ.* 321.
*29 vbi pro vtraque *n.* 2. dicit hanc magis * communem. † Extende;
quia exceptio contra teſtes, vt releuet, debet opponi, vt ſupra, & ſi
non eſt de crimine, ſed de familiaritate, aut alia inhabilitate, ſal-
tem debet pars proteſtari, quod ſit ſaluum ius excipiendi. Boer.
30 *d. deciſ.* 321. *n.* 4. † Reſtringe, quando ex confeſſione teſtis conſtaret
ipſum eſſe inhabilem; quia licet nihil ſit oppoſitum; tamen non
31 probat. Boer. *d. deciſ.* 321. *in fin.* † Amplia; quia qualitas, videlicet
violentia, dolus, tempus, & alia ſpecificata in accuſatione debent
probari p accuſatorem; quia cenſetur ſe adſtrinxiſſe ad illa omnia
probandum. Caſtr. *conſ.* 295. *col.* 1. *n.* 3. *& ſ. q. lib.* 2. & hoc vltra lo-
32 cum, & tempus. Rom. *conſ.* 191. *per tot.* † Limita; quia non habet
locum in criminibus habentibus tractum ſucceſſiuum. Roman.
d. conſ. 191. *nu.* 8. *ver. allegatur tertio*, vbi apoſtill. in *ver. ſucceſſiuum.* dat
33 concord. † Limita in libello criminali circa mandatum ad delin-
quendum; quia mandans punitur propter mandatum, non autem
punitur ex mandato; & ideo tempus, & locus mandati non eſt ne-
* ceſſarius, ita Clar. in *§. ſi. q.* 89. *n.* 3. *ver. ſcias autem*, vbi dicit * commu-
34 nem. † Limita, quando cauſa eſſet ſummaria, vel ſummarie com-
miſſa; quia iſtæ ſpecificationes iuris poſitiui ſunt relaxatæ. Alex.
conſil. 6. *Circa proceſſum in cauſa, col.* 1. *lib.* 3. Afflict. *deciſ* 250. Alexand.
conſil. 94. *Viſis, num.* 13. *lib.* 5. Boſſ. in *praxi crimin. tit. de inquiſitio. n.* 98. M
Vide, *Summaria cauſa. Concluſ.* 892. † Contrarium de directo tenet 35
Roman. *d conſil.* 191. *Spectabilis Domine, n.* 9. *ver. allegatur vltimo, vſque*
in fin. vbi reddit rationem; quia cauſa ſummaria non tollit reſpi-
cientia defenſionem, prout locus, & tempus, quæ requiruntur
non alia ratione, niſi vt reus poſſit probare contrarium, vbi apo-
ſtilla fi. in *ver. ſublat. a*, citat pro vtraque parte, & dicit hanc veram.
‡ Vide ſuper veritate apoſtillam ad Rom. *d. conſ.* 191. *in ver. Expreſ-* 36
ſionis. quæ citat ad hoc plures videndos. † Limita in actione ciuili- 37
ter intentata pro crimine, vel iniuria. Io. de Anan. videtur velle,
licet non clare *conſ.* 44. *n.* 6. *ver. illud etiam clarum.* Socin. *conſil.* 109.
Clarum eſt, lib. 3. † Contrarium de directo Rom. *d. conſ.* 191. *Specta-* 38
bilis. per tot. vbi tollit contraria, quod imo ſemper, quod agitur de
crimine, vel de dolo, ex quo infertur crimen, tam criminaliter,
quam ciuiliter, debeat ſpecificari locus, & tempus, etiam ſi cauſa
eſſet ſummaria, vbi latiſſime, & apoſtill. in *ver. expreſſionis*, vbi alios
citat, & dicit * communem; imo Io. de Anan. poteſt allegari pro *
hac parte. *conſ.* 44. *n.* 6. *vſque in fin.* quia in libello ciuili ſuper crimi-
ne ſupponit fuiſſe ſeruatam formam *l. libellorum. ff. de accuſat.* & ex-
preſſum locum, & tempus. † Limita in libello contra vſurarium 39
dato ad effectum annullandi teſtamentum vſurarii, vel repetendi
vſuras; quia non requiritur aliqua ſpecificatio, ſed ſufficit genera-
liter deducere ipſum fuiſſe manifeſtum vſurarium. Bald. *conſil.* 85.
An in libello, lib. 4. † Declara; quia niſi libellus contra vſurarium 40
mortuum concludat intereſſe libellantis, dicitur ineptus, & non
valet. Bald. *conſil.* 459 *Viſa dicta petitione, in princ. & in fi. lib.* 4. Vide, M
Accuſatio, vt procedat, quam ſpecificationem requirat. Concluſ. 158. Vide,
Falſi accuſatio quam ſpecificationem requirat. Concluſ. 56. Vide, *Inquiſi-*
tio vt procedat, quæ requirantur. Concluſ. 179. *& Concluſ. ibi proxime ſeq.*

Libellus famoſus quid ſit, & qua pœna puniatur faciens libellum famoſum contra Principem, & alios. Concluſ. 321.

LIBELLVS † famoſus dicitur, per quem aliquis infamia non ve- 1
ritate munita afficitur, vt *C. de libell. famoſ. cum ibi not.* † Exten- 2
de; quia actio iniuriarum, ſiue intentetur ciuiliter, ſiue crimina-
liter, dicitur famoſa; quia condemnatus etiam ciuiliter efficitur
infamis. Afflict. *deciſ.* 250. Vide, *Iniuria quid ſit, & facta vni quando* M
alios afficiat. Concluſ. 150. † Pœna facientis libellum famoſum con- 3
tra alium eſt vltimi ſupplicii, & ſic capitalis, vt *l.* 1. *C. de famoſ. libell.*
vbi gloſſ. & Doct. maxime Ang. Odofred. Cynus. † Dicit tamen 4
Clar. in *praxi criminali. §. fin. q.* 68. *num.* 25. *& ſeq.* quod nunquam
vidit pœnam capitis imponi. † Et maxime hoc procedit, quan- 5
do talis infamia infertur ex libello famoſo, quæ ſi vera eſſet, diffa-
matus pœna capitali eſſet puniendus, vt ibi in *l.* 1. gloſſ. *C. de famoſ.*
libell. in ver. ſi quis famoſum. † Imo neceſſario hoc requiri, commu- 6
nem * atteſtatur apoſtill. ad *conſil. Bertaz. crimin.* 237. *ver. tertio re-* *
quiritur. † Et eſt publicum iudicium; quia licet iniuriarum iudi- 7
cium ſit priuatum, & habeat pœnam extraordinariam; tamen
quando eſt libellus famoſus, ſpeciale eſt, quod efficiatur publi-
cum iudicium, & quod pœna ſit capitalis, ita Odofred. *d. l.* 1. *C. de*
libell. famoſ. in fin. † Quæ requirantur ad libellum famoſum, Vide 8
plenam apoſtillam ad *d. conſil. criminal. Bertaz.* 237. vbi plene exa-
minat quatuor requiri, & totidem in inuentore, vt puniantur pœ-
na capitis. † Amplia; quia ita punitur componens, ſicut inuentor, 9
qui publicauit libellum famoſum, vt dicit text. in *d. l.* 1. *C. de famoſ.*
libell. † Declara tamen; quia plura requiruntur, vt inuentor pu- 10
niatur, & quando excuſetur, plene apoſt. ad *d. conſil. crimin.* 237.
Bertaz. vbi quatuor requirit cum diſtinctione, quam videas.
† Extende; quia pari pœna puniuntur, ſcribens, dictans, vel ma- 11
nifeſtans libellum famoſum, vel fieri faciens in ignominiam alte-
rius. Angel. in *l. lex Cornelia. §. fin. ff. de iniur.* † Reſtringe; quia in- 12
uentor non punitur, vt author, ſed quaſi author; ideo pœna ma-
ior in illum erit fuſtigatio. Burſat. *conſil.* 94. *num.* 33. ſequitur apo-
ſtilla ad Bertaz. *d. conſil. crimin.* 237. *ver. primo itaque.* † Et multa ad 13
excuſandum inuentorem ponit Cephal. *conſil.* 341. *per tot. lib.* 3.
† Amplia; quia procurator, vel miniſter Cæſaris faciens libellum 14
famoſum contra prouinciales, viuus igne crematur. *l. vniuerſi. C.*
vbi cauſa fiſcal. † Amplia; quia eandem pœnam patitur ſtercorizans 15
oſtium alienum, affigens cornua, præputia, vel alia inhoneſta;
quia æquiparantur iſta libello famoſo. Bertaz. *d. conſil. ſuo crimi-*
nali 337. *num.* 3. & Clar. in *praxi crimin. §. fin. quæſt.* 68. *num.* 25. *& ſeq.*
† Extende in pingente aliquem inhoneſte. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 68. 16
n. 25. † Amplia; quia componentes cantilenas contra magiſtratus, 17
& honorem eorum, puniri debent pœna capitis. Ang. qui monet

talia

talia faciẽtes, vt caueant, in *d.l. lex Cornelia. §. fi. ff. de iniur.* † Extẽde, etiam si sine nomine sit scriptura; quia si potest sciri author, puni-
tur pœna capitis. Ang. *d.l. lex Cornelia. §. fin. ff. de iniur.* † Extẽde, siue ponant in publico, prout in columna, vel altari, aut alio loco, siue quomodocunque publicatio fiat. Ang. *d.l. l. x Cornelia. §. fin. ff. de in-*
iur. † Amplia; quia multo magis habet locũ contra clericos, quia etiam pro simplici iniuria facta clericis, vel cultui diuino, aut loco sacro, dicitur crimen publicum, & pœna capitali punitur; quia est sacrilegium. *l. si quis in hoc genus*, vbi Odofre. *C. de Episc. & Cleric.* vbi
Cyn. † Amplia; quia punitur faciens libellum famosum, etiam si velit iustificare, q̃ dixit verũ. glo. in *d.l. 1. in ver. sane. C. de famo. libell.* & videtur ibi tenere Bald. Ang. & late Fulgos. qui reprobat Cyn.
* & allegat aliam gloss. & hanc communem * dicit Burs. *cons.* 94.
* *n.* 29. quem sequitur attestando cõmunem*, apost. ad *d. cons. crimin. Bertazol.* 237. *ver. quarto.* † Contrariũ tenet Cyn. in *d.l. 1. C. de famos. libell.* vbi, quod hæc est opinio Petri, quam credit veriorem Plor.
cons. 131. quod est *cons.* 35. *lib. 1. n. 5. & 6.* † Declara, vt per Ang. in *l. si*
non conuicii. C. de iniur. plene Præpos. declarat in *c. 1. 5. quæst. 1.* † Declara omnia prædicta; quia vt dicatur libellus famosus, nõ sufficit omnis scriptura cõtinens iniuriã; quia imo verbalis dicitur etiam facta in scriptis, nõ realis. Rom. *cons.* 378. *Quoad primum, in princ.* sequitur Cephal. *cons.* 341. *n.* 44. *lib.* 3. apost. ad *d. cons. Bertaz. crim.* 237.
ver. licet iniuria. † Amplia; quia præmium dari debet accusatori, & reuelanti famosum libellum secundum modum, & substantiam rei, & delinquentis. Ang. in *d.l. lex Cornelia. §. fin. in fin. ff. de iniur.* vbi dicit esse generale in omni, qui debet habere præmium, vt illud
habeat ex bonis, & iuxta facultates accusati delinquentis. † Extende; quia imo etiam accusanti magistratum, vel ministrum, aut alium de infamia, & probanti datur præmium, dummodo ore, & in iudicio, non autem si per libellum famosum, & cantilenam id
fecerit, vt dicit tex. in *d.l. 1. in fi. C. de famo. libell.* † Amplia; quia contra Principem faciens libellum famosum dicitur committere crimen læsæ Maiestatis, gloss. in *l. famosi, in ver. parcendum ff. ad l. Iul. maiest.* quæ distinguit, aut voce sola, & procedit text. in *l. 1. C. si quis Im-*
per. maledix. aut in scriptis, & punitur de læsa maiestate. † Extende, etiam si solis verbis iniuriam faciat Principi; quia incurrit crimen læsæ maiestatis, & confiscationis bonorũ, late Chass. in *consuet.*
Burgund. fol. 89. *in fi. in* 28. *casu.* † Contrariũ dicit Crauett. *cons.* 6. *in princ.* vbi, quod ex verbis solis non incurritur pœna criminis læsæ
maiestatis propter diuersitatem titulorum, & pœnarum. † Declara; quia in libello famoso contra priuatum est pœna capitalis, sed contra principem, cum ille sibi hoc referuauerit, vt quam pœnam velit, possit imponere, ad eum spectabit pœnam imponere. Crau.
d. cons. 6. *n.* 71. vbi late, quod solus Princeps debet statuere pœnã,
nõ autem alius. † Declarat alio modo Craue. *d. cons.* 6. *n.* 9. quod si crimen læsæ maiestatis ex solis verbis cõmitti dicatur cõtra Principem, non est proprium crimen læsæ maiestatis, sed exorbitans;
ideo priuilegia non sunt extendenda. Vide, *Maleficium quid sit, &*
comprehendat. Concluſ. 24. † Vide omnino Afflict. *decis.* 265. *n.* 62. vbi dicit reseruatum esse Imperatori, & ponit exemplum de eo, qui
rogat Deum pro morte Principis, vt sit reus læsæ maiestatis. † Vide tamen casus diuersorum, qui libellos famosos dederunt con-
tra Principes, & alios. † Angel. in *l. 1. in fin. C. de famos. libell.* dicit quendam Massum de Placambiis de Bononia, qui super altari Palatii Bononiæ clandestine posuit quandam schedulam diffamatoriam reginiinis Bononiæ, licet debuerit decapitari, fuit ipsi commutata pœna in scutis duobus mille, sequitur Clar. in *praxi crim.*
q. 68. *n.* 25. † Gigas in *tract. de crimine læsæ maiest.* dicit, quod quidam, qui imprecatus fuerat mortem Tiberio Imperatori, fuit de-
stinatus in carcerem, *quæst.* 4. *n.* 7. *& seq.* † Clar. in *d. praxi crimin. §. fin. quæst.* 68. *n.* 25. *& seq.* dicit, quod licet pœna sit vltimi supplicii, nunquam tamen vidit talem pœnam imponi, sed extra ordinem, vel ad triremes mitti, vel fustigari, vel torqueri, aut ad cathenam
ligari, prout qualitas delicti, & personæ exposcit. † Limita, quia
potest iniuriatus ex libello famoso agere ciuiliter tantum pro in-
iuria. Odofred. *d.l. 1. C. de famo. libell.* † Restringe; quia non potest incipere iniuriatus à ciuili, quando præiudicaret publico iudicio legis Corneliæ de sicar. ita Ang. in *l. quod senatusconsultum. in fin. ff. de*
iniur. † Limita, quando is, qui reperiit, lacerauit, & non publicauit; quia non punitur, vt per text. *d.l. 1. C. de famo. libell.* vbi Odofre.
Vide, *Accusatio vt procedat, quam specificationem requirat. Concluſ.* 158.

Libellus non potest corrigi, vel mutari post litem contestatam, & quando secus. Concluſ. 322.

1 LIBELLVS † non potest corrigi post litem contestatam; quia si fiat mutatio, debet dari absolutoria reo, & actor debet condemnari in expensis, quando mutatur persona actoris, veluti si quis egit vt principalis, post litem contestatam vult agere vt procurator. Bald. *cons.* 121. *Fundamentum iudicii, lib.* 4. communem * di- *
cit Dec. in *l. edita. n.* 28. *C. de eden.* & idem dicit Rom. *cons.* 381. *Quæstio*
est n. 2. *ver. secundo quia*, Bart. *cons.* 117. *Accusatio. n.* 4. *ver. sed alii contra,*
lib. 1. Vide, *Agens ex vna causa, & probans ex alia non potest obtinere. Con-* 2
cluſ. 244. † Ratio est; quia per litis contestationem quasi contra-
hitur; ideo contractus, qui sunt ab initio voluntatis, post factum sunt necessitatis. Curt. Iun. in *d.l. edita, n.* 47. *C. de eden.* plene Bero.
consil. 38. *in princ. lib.* 3. & quia est ius quæsitum parti, quod non potest auferri. Bart. *d. cons.* 117. *num.* 4. *ver. sed alii, lib.* 1. † Amplia; quia 3
Placentiæ statutum disponit, quod libellus mutari non possit, su-
per quo Signor. Homod. *cons.* 41. *Omissa narratione, in princ.* † Am- 4
plia in libello dato; quia in causa appellationis non potest mutari.
Rom. *cons.* 381. *Quæstio est, per tot.* qui dicit appellationem reducere causam in statum, in quo erat in prima instantia post litem contestatam, quo tempore non potest mutari; ergo, &c. apostilla prima
in ver. prima. dicit esse casum in *l. per hanc. C. de appell.* & quod ibi dicitur, non probatum probabo, dummodo non sit circa diuersa à prima instantia. Vide, *Appellatio suspendit iudicatum, & sententiam.* 5
Concluſ. 372. † Amplia; quia non potest actor renunciare solum
instantiæ post litem contestatam. Bald. in *d.l. edita. C. de eden. n.* 52. *&*
seq. ver. sed quid si quis vult. Curt. Iun. *d.l. edita, n.* 143. vbi dicit verum, quando remanerent actiones. Vide, *Instantiæ quando. & qualiter pos-* 6
sit renunciari. Concluſ. 216. † Restringe, quando libellus esset male formatus; quia reficiendo expensas, idem consequitur, quod consequeretur ex sententia lata ab obseruatione iudicii. Curt. Iun. *d.l.* 7
edita, n. 143. † Restringe, quando constaret de errore libelli; quia
est arbitrarium iudici. Curt. Iun. *d.l. edita, n.* 151. *C. de eden.* † Amplia, 8
vt id, quod dicitur de libello in causa ciuili, habeat locum etiam in accusatione in causa criminali. Bart. *cons.* 117. *n.* 4. *ver. sed quia, lib.* 1.
† Amplia; quia ista est regula, quod libellus non potest emendari 9
post litem contestatam, & quando secus, Vide Soci. *Reg.* 19. *Libellus* 10
post litem contestatam, vbi limitat septem modis. † Limita, quia etiam post litem contestatam potest mutari, dummodo fiat non ad damnum rei, & in forma libelli, Dec. *d.l. edita, n.* 10. *C. de eden.* apostilla ad Dec. ibi *n.* 28. *in ver. ad litem*, quæ declarat, dummodo id, quod minuitur, recedat per renunciationem actoris. † Limita in 11
alia instantia, vt omnes admittere dicit Curt. Iun. *d.l. edita. n.* 51. *C.*
de eden. † Limita; quia licet libellus contra eandem personam non 12
possit multiplicari, vel mutari; tamẽ secus est quoad plures. Castr.
consil. 247. *In causa, quæ vertitur. col.* 3. *ver. nunc restat, lib.* 1. † Limita; 13
quia etiam quod libellus non possit mutari, seu non possit geminari; si tamen fuit geminatus, & per iudicem admissus; nõ tamen processus est nullus, neque sententia nulla, si non fuit appellatum.
Castr. *d. consil.* 247. *col.* 3. *post med. ver. præterea posito, lib.* 1. † Limita; 14
quia vbicunque absolutoria ab obseruatione iudicii esset pro reo ferenda, potest actor præuenire, & renunciare liti, & instantiæ refectis expensis. Bero. *cons.* 38. *per tot. lib.* 3. † Et an possit, quatenus 15
sententia fertur contra actorem, appellare, & coram iudice appellationis contrariam actionem intentare, vel nouum libellum dare, Vide supra, *Iudex ad quẽ in quibus iurisdictionem habeat. Concl.* 464.
† Limita ad effectum mutandi actionem, vt si egi vna actione; 16
quia possum renunciare huic iudicio, & aliam instantiam incipere super diuersa actione ad eandem rem. Bero. *d. consil.* 38. *lib.* 3.
num. 10. *ver. tertio confirmatur.* † Declara, dummodo alia actio non 17
sit contraria intentatæ. Bero. *d. consil.* 38. *num.* 15. *ver. quarto, ad corroborationem.* † Limita, quando primum iudicium esset execu- 18
tiuum; quia potest recedi, & intentari ordinarium; quia sententia in executiuo non nocet in ordinario, Castrens. *consil.* 87. *In cau-*
sa, quæ vertitur, lib. 1. *num.* 2. † Limita arbitrio iudicis ex æqui- 19
tate, & refectis expensis. Curt. Iun. *d.l. edita, num.* 51. *& seq. C. de*
eden. Extende; quia vbicumque extat iusta causa, potest mutari.
Bero. *d. consil.* 38. *in fin. lib.* 3. † Limita quoad principalem, & fide- 20
iussorem; quia contra vnum potest dari contra alium; secus contra eandem personam in causa ordinaria, Castrens. *d. cons.* 87. *lib.* 1.
† Limita; quia per modum renunciationis liti, & causæ potest re- 21
fectis expensis recedere à iudicio, Curt. Iun. in *d.l. edita. num.* 114.
ver. circa doctrinam. C. de eden. vbi dicit * communem. † Limita par- *22
tibus consentientibus. Curt. Iun. *d.l. edita, n.* 154. *C. de eden.* † Limita, 23
quando adest clausula, vel facultas, *saluo iure mutandi*; quia si actu reficiantur expensæ, potest mutari, alias parte opponente nullum esset iudicium nouum non refectis expensis, Curt. Iun. *consil.* 163.
n. 4. declara, si sunt liquidæ, alias sufficit depositum muscale cum
fideiussione. Vide, *Expensarum refectio quando impediat litis ingressum.* 24
Concl. 624. † Limita; quia licet non possit mutari; tamen potest in quacunque parte iudicii ante sententiam declarari per libellantem, etiam si alteratur actio per declarationem, quando verba

sunt

ſint aptæ, vt quia ſint obſcura. Caſtr. *conſ.* 350. *Dicta emendatio. lib.* 2.

25 †Limita; quia poteſt mutari ſimpliciter ante litem conteſtatam,
* non ſolum ſemel, ſed pluries, communem* dicit Dec. *d. l. edita. n.*
26 14. *C. de edend.* Bart. *d. conſ.* 117. *n.* 4. *in fi. lib.* 1. † Extende; quia poteſt dari alius libellus, quando cum defuncto non fuit lis conteſtata.
Caſt. *d. conſ.* 247. *In cauſa, quæ vertitur, col.* 3. *verſ. nunc reſtat. lib.* 1. Con-
27 trarium † tenet Caſtr. quando fuit pars citata *conſil.* 87. *In cauſa, quæ*
28 *vertitur. lib.* 1. *in princ.* † Declara; quia ante litem conteſtatam poteſt mutari, ſi aduerſarius intereſſe probabile non demonſtrat. Ægid.
Bellam. *conſ.* 29. *n.* 2. Vide Socin. *reg.* 18. *l. libellus ante litem conteſtatam.*
vbi reſtringit tribus modis. Vide, *Variatio admittitur in multis, & in*
quibus. Concl. 21. *& Concluſ. ibi prox. ſeq.*

Liberalitas multiplex, & quid operetur. Concluſ. 323.

1 LIBERALITAS † multiplex, videlicet: Alia eſt verbalis, & in hac ſpecie comuniter homines ſunt largiſſimi promiſſores, ſuasque vires ſæpius excedunt. Feder. de Sen. *conſ.* 169. *circa fin.* vbi, q. ita prohibetur ſtipulatio pœnæ, quatenus matrimonium non ſequatur, ſed non datio arrharum; quia de facili pœna in ſolis verbis conſiſtens ſit maior; non ſic in arrhis; quia requiritur traditio.
2 † Debet autem liberalitas, & gratificatio fieri de proprio gratificantis, non de alieno. Bald. *conſ.* 38. *num.* 5. *ver. nec valet argumentum.*
3 *lib.* 1. † Conuenit maxime liberalitas Regibus, & Principibus; quia in eis auaritia damnatur, quæ conuenit mulieribus. Anchar.
conſ. 339. *num.* 8.

Liberas ædes poteſt quis habere quoad vnum, non quoad alium. Concluſ. 324.

1 LIBER poteſt † quis eſſe reſpectu vnius, & non liber reſpectu al-
2 terius. *l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. vendic.* † Et quoad te poſſum dicere, liberas ædes habeo, licet non quoad alium. *l. ſi ædes*
nec, in princ. ff. de ſeruit. vrban. prad. Oldrad. *conſ.* 244. *n.* 17. *ver. primũ*
namque genus. ff. ſi ſeruit. vendic. l. loci, ad fin. Federic. de Sen. *conſ.* 31. *in*
3 *fin. & conſ.* 242. † Et qui iurauit ſuper alienatione, licet dicatur fuiſſe furioſus, ita vt emens non potuerit acquirere; tamen ſi non eſt notoria furioſitas, vel prodigalitas, poteſt emptor ratione iuramenti dicere, quoad te, qui iurauſti, liberas ædes habeo. Federi-
4 cus de Senis *d. conſ.* 31. *in fine.* † Et duo fratres diuidentes emphyteuſim, etiam ſi ſibi inuicem renuncient, altero mortuo ſuperſtes ſuccedit, cui Eccleſia non poteſt obiicere de diuiſione; quia cum ſit res inter alios, poteſt replicare Eccleſiæ, quoad te liberas ædes habeo. Feder. de Sen. *conſ.* 77. *Factum ſic ſe habet. in fin. ver. poteſt ergo.*
5 † Et laicus infeudatus de decimis Eccleſiaſticis, licet eas non poſſit alienare, neque titulum transferre in alium ſine ſuperiore; tamen ſi renunciauit cum iuramento, quoad renunciantem præiudicat; ideo poteſt ipſi dici, quoad te liberas ædes habeo, Petr. de
6 Anchar. *conſ.* 34. *n.* 17. *& 18. ver. & maxime quia.* † Et obtinens ſequeſtrum etiam in caſu prohibito, ſi comparet tertius, de cuius intereſſe non conſtat, & petit reuocari ſequeſtrum, poteſt replicari, quoad te liberas ædes habeo, & non debet reuocari, licet cõparente eo, qui habet intereſſe, deberet reuocari. Fulgoſ. *conſ.* 169.
7 *Factum ſic ſe habet.* † Et inquilinus, ſeu conductor, qui deberet expelli à domino, ſi moleſtetur ab eo, qui non habet actionẽ, poteſt dicere, quoad te liberas ædes habeo. Rom. *conſ.* 22. *Propoſitæ. nu.* 4.
8 † Limita in exceptione doli; quia competit debitori ex pacto de non petendo, etiam ſi debitoris non interſit non peti; quia non poteſt actor replicare, tua non intereſt, quando contra eum excipitur. Fulgoſ. *conſ.* 202. *col.* 2. *in fin. ver. ſi namque pactum.* Vide, *Actore*
non probante reus abſoluitur. Concl. 117.

Liberatio quid ſit. Concluſ. 325.

1 LIBERATIO † eſt actus diſpoſitionis, & præſupponit eum, qui liberat, ſeu quietat, habere ius ad hoc; quia omnis priuatio
2 ſupponit habitum. Ruin. *conſ.* 98. *n.* 13. *lib.* 1. Vide, *Liberatio præſuppo-*
nit obligationem præcedere. Concl. 334. † Et ideo probat quietatio, vel liberatio debitum præceſſiſſe; ideo inſtrumentum liberationis ſpectat tam ſoluenti, quam ei, cui facta eſt ſolutio. Bart. Bald. &
3 alii in *l. plures. C. de fide inſtrum.* † Et qui quietantiam facit, vel liberat, cenſetur agnouiſſe hæreditatem, cuius cauſa facit liberationem. Ruin. *dict. conſil.* 98. *num.* 13. *lib.* 1. vbi, quod aliud eſt liberare,
4 aliud renunciare. † Et qui liberat, vel quietat, obligationem extinguit. Surd. *conſ.* 145. *lib.* 1. *num.* 26. *in fine.* Bartol. *in l. in illa ſtipula-*
5 *tione.* vbi Iaſon *n.* 4. *ff. de verbor. obligat.* † Et propterea qui liberat, vel obtinet liberari, præſupponit debitum. Anchar. *conſ.* 179. *n.* 4.

† Et eſt liberatio, ſeu quietatio, donatio; quia qui liberat, vel quie- 6
tat à iure quæſito, dicitur donare. Cravett. *conſ.* 142. *nu.* 7. & latius
conſil. 475. *num.* 3. & 4. *ver. vniuerſa difficultas.* † Idem in eo, qui con- 7
fitetur, vel acceptum tulit aliquid; quia dicitur donare; & ideo qui non poteſt donare, non poteſt confiteri, vel acceptilare; quia eſt donatio. Gabr. *conſ.* 69. *lib.* 1. † Idem in eo, qui fecit pactum de 8
non petendo. Ruin. *conſ.* 104. *num.* 4. *lib.* 4. ideo prælatus, qui non poteſt donare, non poteſt facere pactum de non petendo. Ferret.
conſ. 369. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 2. † Declara, niſi adſint coniecturæ, vel pro- 9
bationes de veritate rei confeſſatæ, quæ ſit tradita. Gabr. *d. conſil.*
69. *num.* 9. vbi, quod mulier prohibita donare non prohibetur confiteri, quando confeſſio eſt interueniente numeratione. † Et 10
in minore liberante ex cauſa redditæ rationis, de qua non conſtat, quod cenſeatur donaſſe; ideo non valet. Caſtren. *conſ.* 343. *Conſi-*
derandum eſt, per tot. lib. 1. Vide, *Donatio quid ſit proprie. Concluſ.* 621. †
Amplia; quia liberatio eſt quædam datio libertatis, & fauorabi- 11
lis. *l. tale pactum. ff. de pact. cum ibi not.* tamen quando eſt reſpectu certi loci, vel certi commercii, non extenditur vltra expreſſa, Abb.
conſ. 34. *Super quæſtionis materia, n.* 1. *ver. quanquam enim. lib.* 2. † Am- 12
plia; quia liberatio eſt quædam priuatio. Bald. *conſ.* 18. *Nobilis vir. n.*
2. *ver. item liberatio. lib.* 3. Vide, *Liberatio facilior, quam obligatio, & libe-*
ratio præſupponit obligationem. Concluſ. 333.

Liberatio generalis ex certa cauſa non comprehendit aliam cauſam, & quando ſecus. Concl. 326.

LIBERATIO † facta generaliter, & vniuerſaliter ex certa cauſa 1
non extenditur extra illam cauſam, etiam ſi verba ſint generalia, & vniuerſalia. *l. ſi de certo. C. de tranſact.* vbi Curt. & quæ ibi late reportaui. Bellam. *conſ.* 3. *num.* 13. vbi late. Ioan. de Imol. *conſ.* 138 *In*
quæſtione, in fin. Vide, *Abſolutio generalis reſtringitur ad cauſam expreſ-*
ſam. Concluſ. 52. † Et limitata liberatio limitatum habet effectum. 2
Alexand. *conſil.* 47. *Circa primum, verſic. nec obſtat, & num.* 9. *lib.* 1. † 3
Quod intellige, ſi ratio recti ſermonis poteſt ſtare ſecundum reſtrictionem, Oldrad. *dict. conſ.* 297. *Domina Stella, colum.* 2. *in quinto*
fundamento. Alexand. *conſ.* 46. *Viſis, & accurate, in princip. lib.* 1. Ioan.
de Imol. *d. conſ.* 138. *in fin.* † Extende, etiam ſi verba generalia & 4
vniuerſalia ſtent ampliatiue. Oldrad. *d. conſ.* 297. *colum.* 2. *in quinto*
fundamento. Abb. *conſ.* 114. *colum.* 2. † Et quietatio, ſeu liberatio ge- 5
neralis inter fratres de omnibus, quæ poſſent ſibi ad inuicem petere tam occaſione mutui, quam occaſione pecuniarum ſolutarum, *ſi de danari præſtati, come di robbe pagate l' vno per l' altro ſino a queſto di*, id eſt, *tàm de pecuniis mutuo datis, quàm de mercibus pro ſe inuicem ſolutis ad hunc vſque diem*; non extenditue ad debitum, cuius dies nondum venit, nec exigi poteſt. *l. debitor. ff. de ver. ſignific. l. fideiuſſor*
obligari. ff. de fideiuſ. & probatur *in l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de leg.* 2. & clauſula generalis in fine poſita, *& ogn' altra coſa, ſi poteſſero dimanda re*, id eſt, *& de omni alia re, quæ peti poſſet*; non habet obſtare; quia adiecta poſt prædicta ſpecificata reſtringitur ad illa, & recipit ciuilem intellectum, & debet interpretari contra eum, qui liberatur. Calcan. *conſ.* 25. *n.* 20. Ruin. *conſ.* 25. *n.* 19. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 20. *nu.* 77. *lib.* 1.
bene facit Angel. *conſ.* 189. *Viſa quietatione reuocatur in dubium.* † Et 6
quando liberatio, & finis eſt facta de aliquibus expreſſis, & particulariter ſpecificatis, clauſula generalis ſemper reſtringitur ad ſpecificata, ſupra in princip. Et vide, *Tranſactio per verba generalia*
quando reſtringatur. Concluſ. 356. † Amplia in liberatione generali 7
facta à ſocio; quia reſtringitur ad cauſam ſocietatis. Abb. *d. conſil.*
114. *In quæſtione mouenda. lib.* 2. † Idem in liberatione generali ex 8
cauſa locationis; quia reſtringitur ad cauſam locationis. Natt.
conſil. 546. *Anteſcripto Themate. n.* 6. † Idem in liberatione facta per 9
filiam, quæ debet habere ſcuta 500. quia licet generaliter liberet, & renuncietur; tamen intelligitur reſpectu 500. Ruin. *conſ.* 210. *lib.* 1.
† Idem in liberatione facta tutori ratione tutelæ; quia non liberat 10
eundem tutorem, ſi erat frater, & ſocius pupilli, quin teneatur, vt frater, & ſocius reddere rationem; quia generalis liberatio reſtringitur ad tutelam. Socin. *conſ.* 201. *Abunde. in fin. lib.* 2. † Idem in 11
liberatione generali facta ex certa cauſa; quia licet habeat verba etiam de futuro iure; tamen intelligitur de futuro habente cauſam de præſenti. Curt. Iun. *conſ.* 23. *in princ.* Grat. late *conſ.* 17. *n.* 46.
lib. 1. *& conſ.* 29. *lib.* 2. † Idem in liberatione generali facta tutori; 12
quia intelligitur, dummodo reliqua reſtituat. Socin. *conſ.* 282. *in*
fin. lib. 2. † Idem in liberatione facta tutori ex certa cauſa; quia li- 13
cet ſit generalis; tamen non continet dolum. Gozad. *conſ.* 94. *per*
tot. † Amplia in legato liberationis vniuerſali; quia reſtrin- 14
gitur ad cauſas adminiſtrationis ipſius liberati. Alexand. *conſ.* 170.
num. 4. *verſic. circa ſecundum, per tot. lib.* 2. vbi *num.* 6. *& ſeq.* latiſſime
tollit contraria. † Amplia; quia liberatio generalis non compre- 15

hendit debitum iam extinctum. Bald. *conſ.* 274. *Licet allegationes. lib.*
16 2. † Amplia; quia liberatio facta de omnibus contentis in quibus-
vis inſtrumentis, in quibus pater & filius ſint obligati, non habet
locum in iis, in quibus ſolus pater, vel ſolus filius reperitur obli-
gatus; quia copulata debent concurrere. Bald. *conſil.* 189. *Creditor*
17 *cum filio, per tot. lib.* 2. † Amplia; quia liberatio generalis facta ex lau-
do etiam ratificato non comprehendit illud, quod debetur ex
ſubſtitutione pupillari directa; quia eſſet pactum de futura ſuc-
18 ceſſione. Caſtrenſ. *conſ.* 31. *n.* 4. *lib.* 2. † Extende; quia non extendi-
tur ad ea, quæ debentur ex teſtamento, niſi viſis verbis teſtamen-
ti. Caſtrenſ. *dict. conſil.* 31. *num.* 4. *lib.* 2. vbi loquitur, etiam ſi arbitri,
qui laudarunt, viderunt teſtamentum, & partes ratificauerunt;
19 quia ſi partes non viderunt teſtamentum, ſibi non præiudicant. †
Amplia; quia liberatio generalis de omnibus contentis in laudo
non extenditur ad ſpecificata clara; ideo ſi in laudo continetur,
quod partes debent implere multa hincinde, & fiat tranſactio pro
implemento laudi, & in diſpoſitiua vnus impleat, alter non, & fa-
ciunt ſibi inuicem generalem liberationem contentorum in lau-
do, non extenditur ad ea, quæ ſunt clara, & non impleta; quia de-
bent impleri, alias contineret dolum, & repugnantiam, Anchar.
conſ. 180. *Viſa diligenter. num.* 7. *& ſequent.* vbi loquitur in minore, vt
20 ſine reſtitutione iure communi tueatur. † Extende; quia generalis
clauſula, & generalis facultas data Curatori intelligitur quoad
acceſſoria, non autem vt poſſit contra ea, quæ ſpecificata ſunt.
21 Anchar. *dict. conſil.* 180. *num.* 9. *& ſequent.* † Amplia; quia liberatio
facta ab eo, qui eſt creditor ex pluribus perſonis, ſi tanquam talis
liberet generaliter, non cenſetur liberare ex iure competenti ſibi
tanquam diuerſæ perſonæ, & ſic de eo, quod proprio nomine ab
eo exigere poterat, non tanquam ab hærede patris, ſi adhuc non
adierat debitor hæreditatem patris, fratris, vel alterius, argum.
l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, in fin. ibi, *perſona nunquam, niſi expreſſa*
ſit. ff. de verbor. obligat. Abb. *conſil.* 10. *num.* 1. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 100. *nu-*
mer. 62. *& ſequent. lib.* 1. Alexand. *conſil.* 3. *num.* 12. *verſic. circa ſecun-*
22 *dum.* † Et quando non adiuit, quod liberatio non trahatur ad de-
23 bitum hæreditatis. Capra *conſil.* 112. † Et quid ſi ſimpliciter fiat
liberatio ab eo, qui ex pluribus cauſis eſt creditor. Vide, & decla-
24 ra, vt per Bald. *conſil.* 88. *per tot. lib.* 1. † Extende in generali, & gene-
raliſſima liberatione cuiuſcunque iuris de futuro, quæ trahatur
ad incogitata; quia reſtringitur ex cauſa expreſſa, vt non compre-
hendat ius de futuro, quando dicitur, quod liberauit; quia plene
fuit ſatisfactus; nam tunc non continet ius de futuro, cui ſatisfa-
ctio non appropriatur, Roman. *conſil.* 403. *Pro deciſione, numer.* 21.
25 *ver. cæterum, vſque in fin.* † Reſtringe in calculo, & ſaldo; quia ſi quis
tanquam factor, & adminiſtrator rerum Epiſcopatus ſaldet de o-
mnibus geſtis, datis & receptis in eo includuntur etiam ea, quæ
ipſe, non vt factor, vt debet conſequi ab Epiſcopatu, Fulgoſ. *conſil.*
130. *Gaſpar Notarius, per tot.* vbi maxime in fine dicitur non proce-
26 dere reſtrictionem in calculo. † Amplia in liberatione generali
facta inter ſocios, vel cohæredes etiam iurata; quia non extendi-
tur ad occulta, neque ad ea, quæ quis doloſe geſſit, conſtito de do-
lo; ideo poterit ſocius, qui liberauit petita, & obtenta abſolutio-
ne à iuramento conuenire ſocium ex dolo non obſtante libera-
27 tione. Bald. *conſil.* 186. *per totum, lib.* 3. † Extende; quia ſi filia libera-
uit patrem de omnibus, quæ ab eo conſequi, & petere poſſet, ge-
neraliſſime, non comprehendit dotem filiæ exactam per patrem
ab hæredibus, quando filia ignorabat exactionem factam à pa-
tre. *l. tres fratres, Cod. de pact.* Abb. *conſil.* 81. *Breuiter, colum.* 1. *ver. non*
28 *habet præterea, lib.* 1. † Declara; quia ſi pater, vel alius, qui exigit do-
tem filiæ, & fuit ab ea generaliter quietatus, ſi tantundem legauit,
vel donauit filiæ cum hoc, quod teneretur libere de omnibus, &
pro omni eo, & toto, quod habere deberet; bene tunc liberatio
generalis traheretur ad hanc ſummam exactam, etiam ſi filia
29 ignoraſſet, Abb. *d. ct. conſil.* 81. *prope fin. verſ. tertio, & vltimo, lib.* 1. †
Extende; quia liberatio facta generaliter per clerum de oneribus
debitis non refertur ad onera futura. Abb. *conſil.* 34. *In queſtionis*
materia, in princip. lib. 2. vbi, quod licet ſit liberatio res fauorabilis;
tamen non extenditur vltra expreſſa, & idem prius conſuluit *con-*
ſil. 10. *n.m.* 2. *lib.* 2. quia creditor ex pluribus cauſis ſi liberat ex vna
30 non venit alia, licet liberatio ſit generalis. † Extende; quia libera-
tio, & exemptio conceſſa pro Capellis habitis non extenditur
31 ad Capellas habendas. Abb. *dict. conſil.* 34. *num.* 2. *lib.* 2. † Reſtringe;
quia ſufficeret ſcientia vera, vel præſumpta; quia tunc ex quo
non contradixit; imo quando interuenit actus poſitiuus, ſibi præ-
32 iudicauit. Abb. *dict. conſil.* 81. *col.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia generalis
liberatio facta reſtringitur ad debita ex cauſa de præſenti, ſecus
de futuro, ſi non eſt dictum. Caſtr. *d. conſil.* 31. *num.* 4. *ver. ex hoc ſequi-*
tur. lib. 2. vbi loquitur in laudo liberatorio. Abb. vero. *dict. conſ.* 10.
num. 2. *lib.* 1. *& conſ.* 34. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. idem dicit in inſtrumento
liberationis generalis ab onerib⁹ impoſitis; quia non trahitur ad
onera futura. † Amplia; quia liberatio, vel obligatio per quæcun- 35
que verba generalia, videlicet, *& alio quocunque modo, & cauſa*; licet
ſint multum prægnantia; tamen intelliguntur ſecundum præce-
dentia; ideo obligans ſe ad onera certæ hæreditatis cum clauſula,
ex quacunque alia cauſa, & modo, cenſetur referre ſe ad hæreditaria
onera, non ad alia. Bald. *conſil.* 181. *Poſito ſine veri præiudicio, lib.* 3. Vide, 33
Verba vniuerſalia reſtringuntur ſecundum ſubiectam materiam. Concluſ.
132. † Amplia; quia liberatio generalis non trahitur, neque com- 34
prehendit iam deſtinata, puta dedi mandatum ad exigendum mil-
le, & ſoluendum Titio quingenta, ſi liberaui mandatarium gene-
raliter, non erit liberatus quoad quingenta iam deſtinata in cer-
tam ſolutionem. Alexand. *conſil.* 170. *num.* 11. *& ſequent. verſic. quarto*
probatur, lib. 2. † Amplia in liberatione facta generaliter in exequu- 35
tione laudi mandantis generaliter partes debere ſe liberare ab o-
mnibus vſque in præſentem diem; quia intelligitur quoad ea, ſu-
per quibus fuit lis, & controuerſia, non autem de aliis non cogita-
tis. Bald. *conſ.* 411. *In facto proponitur. lib.* 5. quod eſt Angeli de Peruſ.
Rom. *conſil.* 403. *Pro deciſione. num.* 5. *ver. ſecundo quia.* † Amplia ma- 36
xime in liberatione quantumcunque generali facta à ſyndico vel
officiali cleri, vel ciuitatis; quia quatenus contineret donationem,
vel gratuitam remiſſionem non valet; quia iſti adminiſtratores
non poſſunt donare, Abb. *conſilio* 34. *numer.* 2. *& ſequent. ver. quin-*
imo, lib. 2 vbi *numer.* 3. dicit, quod neque valeret conſuetudo con-
traria in præiudicium Eccleſiæ, & idem Abb. *d. conſil.* 10. *in fin. lib.* 1.
† Amplia; quia fideiuſſio quantumcunque generalis præſtita ex
cauſa neceſſaria reſtringitur ad cauſam neceſſariam. Bal. *conſ.* 187. 37
per tot. lib. 4. † Extende; quia reſtringuntur verba generalia fide- 38
iuſſionis ad cogitatum; item ad rationem; item ad terminos re-
ſtrictiuos. Bald. *conſil.* 187. *lib.* 4. † Extende, quando fideiuſſio 39
eſſet præſtita per quæcunque verba generalia, & prægnantia; quia
ſi ſequitur dictio reſtrictiua, prout eſt dictio, *ſecundum certam for-*
mam, vel normam, fit reſtrictio ad demonſtrationem, vel reſtrictio-
nem. Bald. *dict. conſil.* 187. *per tot.* maxime *in fin. ver. præterea hic aper-* 33
te. lib. 4. Vide, Dictio, *ſecundum*, quid importet. *Concluſ.* 370. † Am- 40
plia in liberatione quantumcunque generali facta de omnibus
debitis cum ſcriptura, & ſine; quia non comprehendit debitum
ſub conditione, cuius conditio, & dies non venit, vt uti debitum
ex cauſa cuictionis rei venditæ, quæ nondum venit, maxime,
quando dicitur in liberatione generaliſſima, quod eſt ſatisfactus.
Angel. *conſ.* 189. *Anno ab eius incarnatione.* † Extende maxime, quan- 41
do eſt facta liberatio per Aquilianam ſtipulationem, & acceptı-
lationem; quia non comprehendit conditionale debitum, ſi de
eo non eſt facta mentio ſpecialis. Angel. *d. conſ.* 189. *in fin.* † Am- 42
plia; quia liberatio generalis etiam circa futura facta, eo, quia li-
berans dixit ſe ſatisfactum, non poteſt operari donationem; quia
cauſa finalis apparet, quod liberat de ſatisfactis Bald. *conſil.* 186. *Ad*
euidentiam. num. 2. *verſicul. quomodo enim. lib.* 2. † Amplia; quia libe- 43
ratio quantumcunque generalis etiam iurata non extenditur ad
ea, quæ erant occulta, & incognita liberanti; ideo liberatio facta
etiam ex laudo inter ſocios, vel cohæredes non extenditur ad ea,
quæ aliquis ex ſociis doloſe geſſit; quia docto de dolo poteſt con-
ueniri obtenta abſolutione à iuramento. Bald. *conſil.* 186. *In articu-*
lo ſic dicendum. lib. 3. † Amplia; quia liberatio generalis nunquam 44
extenditur, vt comprehendat ea, quæ habent captionem. Alex.
conſ. 46. *n.* 8. *lib.* 1. † Amplia; quia liberatio generalis facta etiã cum 45
iuramento non includit ius de futuro, quod nondum eſt natum,
& ideo ex diuiſione; in qua diuidentes ſe liberarunt etiam cum
iuramento, non venit renunciatio fideicommiſſi poſt mortem il-
lorum. Bald. *d. conſ.* 16. *per tot.* vbi eſt caſus. *lib.* 3. † Amplia; quia ver- 46
ba liberationis quantumcunque generalia, & vniuerſalia nun-
quam trahuntur ad ea quæ poſſunt vendicari. Ruin. *conſ.* 25. *nu.* 17.
ver. nec obſtat, quod liberatio. lib. 1. *& conſil.* 140. *n.* 3. *eod. lib.* 1. Abb. *conſil.*
88. *Caſus, col.* 2. *n.* 3. *ver. circa ſecundum. lib.* 2. Alex. *conſ.* 168. *Requiſitus,*
in princ. lib. 2. & vide plenius infra *n.* 50. *& multis ſeq.* vbi aliqua cu-
mulantur. † Extende, etiam ſi per viam legati, & per verba ampliſ- 47
ſima teſtator legauit vltra centum capitale, quicquid Iacobus po-
tuiſſet, poterat, & poſſet dicto teſtatori teneri occaſione regimi-
nis, & adminiſtrationis tam de liberatis, quam de receptis per
ipſum Iacobum pro dicto teſtatore, & eius nomine, & de eius bo-
nis, ſi in aliquo ſibi teneri poſſit, vel in futurũ appareat toto tem-
pore præterito vſque in præſentem diem; quia non extenditur ad
ea, quæ poſſunt vendicari; qa cum ſit ratione adminiſtrationis li-
beratio, & ea, quæ poſſunt vendicari, vendicantur, vt à quocunq;
extraneo poſſidente, non vt ab adminiſtratore tantum, ita Alex.
conſil. 170. *num.* 4. *ver. circa ſecundum. lib.* 2. vbi pro vtraque parte, &

hanc

hanc plenissimam tuetur. Vide, *Legatum generalis liberationis quid comprehendat, vel non. Concluſ.*126.†Extende, etiam ſi liberatio contineat, quod nihil peti poſſit ab adminiſtratore de bonis teſtatoris; quia non continet ea, quæ vendicari poſſunt. Alex. *d. conſ.*170. *in fi. verſ. nec obſtant dicta verba, lib.*2.† Extende; quia ſi teſtator legat alicui cum hoc, quod ſit tacitus, & contentus de omni eo, ꝙ ratione adminiſtrationis bonorum petere poſſet, non includit bona ſiue mobilia, ſiue ſtabilia, quæ poſſunt vendicari. Abb. *conſ.*88. *Caſus in facto, col.*2. *ver. circa ſecundum, vſq; in fi. lib.*2.† Extende ampliationē, vt procedat in quacunq; generali liberatione, ſiue in vltimis voluntatib. ſiue in contractibus; quia nunquā venit liberatio pro rebus, quæ poſſunt vendicari, plene Pet. Surd. *conſ.*112. *n.*96. vbi infinitos allegat, & ponit plura exempla generalis liberationis tutori inter fratres, debitorib. factæ per creditorē, & ſimiliū. Ruin. *conſ.*28. *n.*17. *& ſeq. lib.*1. Soc. *conſ.*190. *n.*6. *lib.*2. & ſupr. *n.*46.† Extende, vt procedat etiā in legatario, qui plus petere eſt prohibitus; quia legatū ſit pro omni eo, & toto, &c. quia non excluditur ab actione, pro qua competit rei vendicatio, ſi in ſpecie non eſt dictū. Pet. Surd. *d. conſ.*112. *per tot. n.*94. *& ſeq. ver. poſtremo*, vbi eſt caſus. Abbas *d. conſ.*88. *Caſus. col.*2. *verſ. circa ſecundū. lib.*2.† Extende, etiā ſi legans fructus rei percipiat, quæ poteſt vendicari, vel iure familiaritatis poſſideat; quia adhuc non venit ſub quacunq; generali liberatione, vel prohibitione, ne plus petere poſſit. Surd. *d. conſ.*112. *num.*95. *verſ. poſtremo.*†Extende etiā in pace generaliter facta de omnibus iniuriis, dānis, expenſis, & intereſſe paſſis per pacifcentē, quomodocunq; vnus ab altero prendere poſſet; quia non cenſentur per pacem, & generalē remiſſionē remiſſa ea, quæ poſſunt vendicari; & quia appellatione expenſarū intereſſe, vel iniuriæ. plene Alex. *conſ.*168. *inquiſitus. per tot. lib.*2. vbi cōſuluit ſuper pace facta inter Dñm Raynutium Farneſium, & D. Aldobrandinū Vrſinum, qui habuerunt guerrā ſuper caſtris, & occuparunt ſibi inuicē multa, & in eodem facto etiam conſuluerunt Marian. Soc. & Bal. Nouel. vt atteſtatur Alex.†Extende; quia liberatio generalis non extenditur ad pecunias, quæ fuerunt teſtatoris, quæ poſſunt vēdicari. Alex. *conſ.*170. *Circa primum. n.*6. *ver. ſed ita eſt. lib.*2.† Extende ſingulariter; quia ſi quis liberat depoſitariū habentem ſuas pecunias in depoſitum, licet non poſſit conueniri actione depoſiti; poterit tñ conueniri vt extraneus rei vendicatione Alexand. *conſ.*47. *Circa primum. num.*9. *verſ. nec obſtat. lib.*1. † Extende; quia ſi locator liberat generaliter conductorem ab omni eo, & toto, in quo ſibi tenetur, cenſetur liberatus ab actione perſonali, & affictibus, non autem à reſtitutione rei locatæ, quæ vendicari poteſt. Alex. *d. conſ.*170. *Circa primum. num.*7. *ver. ſecundo pro hoc videtur. lib.*2.† Reſtringe, niſi eſſet facta ſpecialis mentio de iis, quæ vendicari poſſunt. Alex. *d. conſ.*170. *nu.*7. *in fi. ver. iſtud idem voluit. lib.*2.†Reſtringe; quando per verba adeo generalia eſt facta quietatio, quod non poſſit petere ex quacunq; cauſa, quomodocunq;, & qualitercunque, & interuenit Aquiliana ſtipulatio, ita Ruin. *conſ.*25. *n.*7. *& ſeq. ver. & ſub eiſdem verbis*, vbi late, *lib.*1. & licet ipſe ibi teneat contrarium; tamen *nu.*22. *verſ. non obſtat quoque*, fatetur, quod ſi Aquiliana ſtipulatio interueniſſet ſubſequente acceptilatione comprehenderentur res, quę poſſent vendicari, ſi modo concipitur, vt in *l. & vno.* § 1. *ff. de acceptilat.* Caſtrenſ. *conſ.*193. *n.*2. *verſ. ſecunda ratio. lib.*2. apoſtill. ad Alexand. *conſ.*46. *Viſis. n.*4. *& ver. vendicari. lib.*1. vbi etiam reſtringit, ſi de mente conſtaret.†Et quod ea, quæ poſſunt vendicari, veniant in generali liberatione, & legato facto pro omni eo, & toto, quod legatarius ex quacunque cauſa petere poſſet; quia conſtat de mente, & quando verba in alio operari non poſſunt; quia veniunt, quæ vendicari poſſunt. Caſtr. *conſil.*193. *nu.*2. *ver. ſecunda ratio. lib.*2. Vide, *Legatum pro omni eo, & toto, &c. quando animo compenſandi, vel non. Concluſ.*73. *cum Concluſ. ibi proxim. ſequen.* Vide, *Legatum generalis liberationis quid comprehendat. Concluſ.*126. Vide, *Debitor quis dicatur. Concl.*35. *n.*12. *& ſeq.*†Non tamen ſufficit liberatio generalis de bonis liberantis; ga bona, quæ poſſunt vendicari, non ſunt remiſſa. Alex. *d. conſ.*170. *in fin. lib.*2.†Declara totam iſtam materiam, vt per Alex. *d. conſ.*170. *Circa primum, num.*13. *& ſeq. ver. non obſtant allegata. lib.*2. quia multum refert, an teſtator grauet hæredem, vt quicquid exegerit à tali adminiſtratore, illud reſtituat eidem, vel actiones omnes remittat, & tunc venit etiam id, quod vendicari poteſt; ſecus quando teſtator liberat debitorem ab eo, in quo tenetur; quia non venit id, quod vendicari poteſt; & idem, ſi liberetur à reſtitutione reliquorum.†Declarat iterum Alexand. *d. conſ.*170. *num.*14. *verſ. præterea, cum ſeq. lib.*2. quia liberatio à reſtitutione reliquorum non extenditur ad id, quod vendicari poteſt. † Vel tertio declarat; quia liberatio facta obligato ad pecuniam, vel rem in genere, ita quod non poterat ibi in plus obligari ratione doli, vel culpæ; tunc facta liberatio generalis omnia continet; ſi vero liberatio fit de eo, in quo tenetur in ſpecie, & ratione doli, vel culpæ, poteſt in plus obligari; tunc liberatio generalis continet reliqua, & dolum, & culpam, ſed non reſtitutionem rei, quæ eſt in dominio creditoris, & vendicari poteſt; ita Alexand. *d. conſil.*170. *num.*14. *& ſequent. ver. ad text. in d. l. quod mihi. lib.*2. Vide alias declarationes tendentes ad idem per Alex. *d. conſ.*170. *num.*15. *vſque in fin. lib.*2.† Amplia, vt idem ſit, quando liberatio eſt generalis, & vniuerſalis; quia non continet id, quod alteri eſt debitum; ideo feudum non venit in generali liberatione facta per hæredem, quando alteri debetur. Ruin. d. *conſ.*25. *per tot. & conſil.*210. *lib.*1.† Amplia; quia liberatio generalis pupilli etiam ſolemniter facta ad fauorem tutoris non extenditur ad actus clandeſtinos celebratos à tutore tanquam incognitos; ideo ſi tutor per ſuppoſitam perſonam emit bona pupilli etiam cum ſolemnitatibus non valet emptio, neque liberatio generalis extenditur ad talem contractum; ſecus ſi eſſet celebrata emptio palam. Bald. *conſ.*347. *per tot.* maxime in fin. incip. *Titius geſſit.*† Amplia; quia liberatio generalis non trahitur ad ignorata, neque ad futura, de quibus non eſt dictum: & ideo ſi quis, puta ſi Titius liberat Seium generaliter de omnibus, poſtea Titius acquirat, vel adeat hæreditatem, liberatio non trahitur reſpectu hæreditatis poſtea aditæ. Dyn. *conſ.*28. *Thema tale eſt, quidam. per totum.* Socin. Iun. *conſ.*129. *n.*65. *& ſeq. lib.*1. vbi idem, quod ignorata non comprehendit, & *conſ.*116. *nu.*19. *lib.*2. Alex. *d. conſ.*170. *Circa primum. n.*8. *& ſeq. ver. ſecundo dicit. lib.*2. Vide, *Conſenſus non trahitur ad ignorata. Concluſ.*754. † Reſtringe, niſi verba ſint geminata, & vniuerſalia; quia trahuntur ad ignorata; quia ſufficit cogitatum eſſe in genere. Crauett. *conſ.*531. *n.*2. *& ſeq. & conſ.*630. *nu.*3. *& ſeq.*† Amplia; quia clauſula generalis poſt ſpecificationem ſpecierum in liberatione, obligatione, fideiuſſione, & contractu ex certa cauſa non extenditur, neque comprehendit cauſam diuerſam. Ægid. *conſ.*3. *n.*13. *& ſeq.* vbi promiſſio pro reſtitutione vſus fructus legati etiam ex omni alia cauſa non extenditur, ſi vſus fructus annullatur; quia quod nunquam fuit, non accommodatur reſtitutioni.† Amplia; quia liberatio generalis non extenditur ad incogitata, maxime quæ ex dolo proceſſerunt. Iaſ. *in l ſub prætextu, la*2. *C. de tranſact.*† Amplia; quia liberatio generalis, & generaliſſima ex quacunque cauſa etiam de futuro, & quæ trahatur etiam ad incognita, & incogitata non comprehendit cauſam fideicommiſſi, vel debiti ex teſtamento, niſi dicatur; Viſis, & cognitis verbis teſtamenti. *l. de iis. C. de tranſact.* cui non poteſt renunciari; quia reſpicit fauorem publicum, formam dat, & prohibet. Roman. *conſil.*403. *Pro deciſione. n.*21. *ver. cæterum, cum ſeq.* Vide, *Renunciatum quando cenſeatur fideicōmiſſo, vel non. Concluſ.*174.† Extende; quia generalis, & generaliſſima liberatio, vt ſupra, non comprehendit debitum ex Macedoniano, vel ex alia lege inducta in odium alicuius; quia cum dicatur reſpicere publicam vtilitatem, nec poſſit illi renunciari, non venit in generaliſſima liberatione. Rom. *d. conſ.*403. *nu.*21. *verſ. quod autem.* † Amplia; quia liberatio facta de ſorte principali non includit intereſſe, quando debetur æque principaliter. Abb. *conſ.*10. *In cauſa, & quæſt. in princ. lib.*1.† Extende; quia liberatio vnius ſeruitutis non includit aliam ſeruitutem diuerſam. Abb. *d. conſ.*10. *n.*2. *lib.*1. vbi, quod ex diuerſis non fit illatio, & liberatio quoad præſentia onera excludit futura.† Amplia; quia liberatio, & abſolutio generalis etiam reſpiciens futura negocia, & futuras adminiſtrationes non includit liberationem à dolo; ideo ſi quid doloſe committitur, ad id liberatio non extenditur. Bald. *conſ.*186. *Ad euidentiam, col.*1. *ver. tertio præmitto, lib.*2. Ang. *conſil.*174. *Gilius Iugonis.* Petr. de Anchar. *conſil.*118. *Caſus talis, ver. circa ſecundum.* Caſtrenſ. *conſ.*86. *Dubitatio, in fin. ver. ſexto, & vltimo quæritur. lib.*1. pleniſſime Socin. *conſil.*201. *Abunde, & ſubtiliter, lib.*2. *per totum.* vbi conſtituit quinque caſus, & *col. fin.* dicit eſſe contra publicam vtilitatem, vt dolus futurus remittatur. Vide, *Tutoris, vel curatoris liberatio facta à teſtatore non liberat quoad multa, & quando ſecus. Concluſ.*457. † Extende, etiam ſi liberatio fieret de adminiſtratione præterita; quia dolum non includit. Angel. *conſil.*174. *in princip.* vbi declarat non procedere certis caſibus, & idem videtur velle Caſtrenſ. *dict. conſil.*86. *in fin. libro* 1.† Extende; quia ita poteſt agere hæres eius, qui liberauit generaliter, prout etiam poſſet ipſe liberans quoad dolum commiſſum; quia non venit in liberatione generali. Caſtr. *d. conſ.*86. *in fin. lib.*1. † Extende; quia liberatio legata ei, qui tenetur aliqua actione ſpeciali ex contractu, in quo venit dolus, & culpa leuis, & leuiſſima, valet legatum quoad ea, ad quæ tenebatur legatarius ratione doli, vel culpæ, vel reliquorum, ſed non quoad reſtitutionem rei teſtatoris, ita Alex. *conſil.*170. *n.*8. *ver. hoc etiam concludit, lib.*2.† Extende: quia maxime non includit dolum adhibitum ratione legati, vel liberationis. Alex. *d. conſ.*

79 *cons.*170.*n.*8.*ver.& subdit.lib.*2.†Extende; siue liberatio sit in contractu,siue in vltima voluntate.Bald.*d.cons.*186.*ver.tertio præmitto, lib.*2.& in mandato procuræ etiam loquitur Castrens.*consil.*86.*in*
80 *fin.lib.*1.†Restringere videtur Baldus *dict.consil.*186.*colum.*1.*versic. sed pro parte rei,lib.*2.vt non procedat, quando actio doli est remissa,vt quia factum est pactum de non petendo,& est facta donatio.
81 †Amplia;quia liberatio generalis,& legatum restringitur ex verbis,puta si testator narrat liberatum legaliter se gessisse in administratione,& fideliter omnia impleuisse, signum est, quod non venit liberatio à dolo,&fraude.Alexand.*d.cons.*170.*Circa primum, num.*8.*& seq.ver.tertio hoc colligi potest,lib.*2.Bald.*in l.*1.*num.*2.*Cod.de*
82 *legat.*†Limita;quia liberatio, & quietatio generalis omnia com-
83 plectitur.Alex.*cons.*8.*n.*12.*lib.*2.Paris.*cons.*89.*n.*1.*lib.*1.† Extende; quia quando verba sunt adeo vniuersalia, & prægnantia, vt aliud iuridice dici non possit,quin omnia comprehendantur; quia trahitur etiam ad incognita.Alex.*d.cons.*8.*n.*12.ea potissimum ratione;quia pluralitas debitorum non præsumitur,glos.in *l.omnium, in ver.comprobantur*,vbi Alex.& alii.*C.de testam.*Crauett.*cons.*198.
*n.*1.Ergo ne sint superflua,operari debent,maxime; quia nec pluralitas factorum præsumitur.*l.*1.*C.de probat.*Socin.*cons.*38.*nu.*2.*lib.*
84 1.†Limita igitur in saldo,& calculo;quia si dicitur omnibus calculatis,saldum comprehendit omnia ex quacunq; causa.Fulgos.
*cons.*130.*per tot.*quod est quatuor Doct.& in fin.dicitur, quod restrictio non procedit in saldo,& calculo,& est tex. cum gl.in fin. in *ver.in sua causa,in l.emptor*,§.*fin.ff.de pactis*,vbi, q; verba generalia omnia comprehendunt,nec fit restrictio, prout in transactione.
85 †Declara;quia si filia liberat matrem tutricem ab administratione,quasi reddiderit rationem,& recepta expenderit in beneficiũ filiæ,etiam si per viam transactionis,& cum iuramento non valet,si non constat de vera redditione administrationis.Castrens.
86 *cons.*343.*Considerandum est,per tot.lib.*1.† Restringe limitationem; quia liberatio & calculatio facta non valet,nisi exhibitis,& ruminatis calculis,& subscriptio facta non adhibita diligẽtia non præiudicat minori, & creditur administratori dicenti expendisse in
87 vtilitatem pupilli.Castr.*d.cons.*343.*in pr.& per tot. lib.*1.† Et quando ratio dicatur bene reddita,vel non,Vide Socin.*cons.*159.*In præ-*
☞ *senti,ver.primo quia dicta ratio,lib.*2.Vide,*Calculus an inducat liberatio-*
88 *nem,& qualem.Concluſ.*7.vbi late. † Limita;quia liberatio facta à reliquorum restitutione comprehendit omnia.Alexand.*cons.*47.
*Circa primum,num.*13.*ver.denique vltra prædicta,lib.*1. vbi, quod plus importat absolutio à redditione computorum,& reliquorum re-
89 stitutione,quam sola absolutio à redditione computorum.† Restringe,nisi absolutio sit restricta ad certam causam, puta depositi;quia aliam causam non comprehendit.Alex.*dict. cons.*47.*num.*
90 9.*ver.non obstat,lib.*1. † Limita; quia accepto ferens in genere,& sic de omnibus, censetur cogitasse etiam de omnibus stipulatio-
91 nibus.Ægid.Bellam.*cons.*24.*num.*21. † Limita;quia liberatio,& renunciatio generalis extenditur generaliter ad omnia. Alex.
92 *cons.*42.*Super præmisso,n.*8.*lib.*1.vbi apost.*in ver.generalia*.†Extende; quia si est transactio generalis , quæ de sui natura restringitur ad ea,super quibus est lis,vel dubitatur de lite futura; tamen si verba sunt generalia, generaliter intelligitur quoad omnia etiam non litigiosa,neque futura litigiosa; quia valet in vim pacti, quando adsunt,verba inculcata,quod fecerunt transactionem, compositionem,& pactum generaliter,&c.Alexand.*dict.consil.*42.*num.*8.
93 *lib.*1.*ver.tertio quia.*†Extende,etiamsi allegaretur ignorantia; quia adhuc extenditur ad ignorata,nisi aduersarius sit in dolo.Alexan.
*dict.consil.*42.*num.*8.*ver.quarto quia,lib.*1.vbi,quod saltem in genere
94 videtur cogitasse,quando verba sunt generalia.† Extende, etiam si in laudo sit facta ; quia verba generalia non debent esse superflua,& vt operentur,comprehendunt omnia. Vide supr. *ver. Laudum arbitratoris.& arbitri qualiter interpretandum.Concluſ.*21. †
95 Extende; quia etiam trahitur ad incogitata,& incognita, quando expresse hoc fuit dictum,quod transigebatur de omnibus, & paciscebantur generaliter etiam de incognitis,& incogitatis; quia tunc etiam incognita comprehendit,ex quo expressum est,& saltem generaliter cogitarunt.Alexand.*dict.consil.*42.*nu.*8.*vers. quin-*
*96 *to pondero,lib.*1.vbi dicit*communem. † Limita ; quando verba ita sunt vniuersalia,& prægnantia, quod necessario comprehendant etiam causas vltra expressa , vt quia alias verba essent superflua,& nihil operarentur; vel quia verba aliter non starent, salua ratione recti sermonis.Socin.*cons.*103.*nu.*4.*ver.circa causam,vsque in fin.lib.*3.vbi loquitur in eo, qui fecit liberationem ex certis causis expressis;deinde subiunxit;*& generaliter de omni, & toto eo, & de omni iure,actionibus debitis,& obligationibus,contractu,& de omnibus & singulis,& ad quæ dictus N.tenebatur*; vbi, quod talis liberatio omnia comprehendit,etiam si aliquæ causæ sint specificatæ.Alexand. la-

te *consil.*46.*Visis,& accurate,in princ.lib.*1.vbi apostil. in *ver.quia tunc.* allegat Alexand.*consil.*11.*lib.*2.& ita etiam plenius Crauett. *consil.* 294.*num.*7.*versic.*11.Alexand.plenissime *dict.cons.* 11. *Viso, num.*10. *& sequen.versic.confirmo,lib.*2.Corne.*cons.*236.*num.*7.*colum.penul.vsque in fin.lib.*2.† Extende in liberatione facta ex causa transactio- 97
nis pro legitima;quia si vltra causam expressam fit liberatio generalis,ita quod verba non possint restringi;tunc liberatio comprehendit omnia.Corne.*dict.cons.*236.*nu.*7.*ver.& dato sine præiudicio, lib.*2.*vsque in finem.* vbi , quod transactio ex causa legitimæ sub iis verbis;*& generaliter pro omni eo,& toto, quod petere posset ab eo quomodocunque,& qualitercunque occasione dictæ legitimæ sibi debitæ, & generaliter pro omni eo,& toto,quod petere posset ab eo quomodocunque,& qualitercunque vsque in præsentem diem.* † Extende; quia liberatio gene- 98
ralis ex tali causa,& ex quacunque alia causa comprehendit etiam causam dotis. Natt.*cons.* 410. *Totum controversiæ,num.*6.*& sequent. & cons.*113.*Viso processu,in princip.*vbi,quod si verba non possunt restringi salua ratione recti sermonis , omnia comprehendunt etiam incogitata , & *consil.* 102. † Contrarium, quod liberatio 99
generalis non comprehendit causam dotis , nisi sit in specie dictum.Castrens.*consil.*73.*Ista Domina Lisa,num.*1.*&* 3.*lib.*1.† Exten- 100
de,vt procedat etiam in transactione facta, quæ licet referatur ad ea,de quibus est lis, si tamen adest pactum cum generali renunciatione,quæ salua ratione recti sermonis non possit restringi ad deducta in transactione; tunc extenditur generaliter ad omnia. Alexand.*dict.consil.*11.*Viso,ac vt oportet considerato, per totum.* maxime *num.*6.*& sequent.ver.sed præmissis,vsque in fin.lib.*2. plenius *consil.* 42.*Super præmisso,num.*8.*& sequent.* vbi, quod de iis, quæ sunt litigiosa,transactio valet,de aliis in vim pacti, quando verba sunt generalia, *lib.* 1. † Extende in compromisso,& laudo arbitratoris; 101
quia si verba vniuersalia absolutionis sunt talia , quæ non possunt restringi ad causam expressam salua ratione recti sermonis ; tunc generaliter omnia comprehenduntur.Alexand.*consil.* 46.*in princip.Visis,& accurate consideratis, lib.* 1. vbi apostilla allegat Alexand. *consil.*22.*numer.*2.*eod.lib.* † Extende etiam in cessione generali, 102
quia ex verbis generalibus fit extensio ad omnia. Alexand. *consil.* 68. *Visis, & opportune , lib.*5.*per totum.* † Extende in liberatione 103
facta per verba generalia à pupillo cum solemnitatibus ad fauorem tutoris;quia vbi non subest ratio restrictiua , & liberatio sit fauorabilis,complecti debet omnia ; quia nec dolus, nec error præsumitur.Bald.*consil.*45.*Punctus talis est.lib.* 4. † Extende in cal- 104
culo & computo generali;quia generalem inducit liberationem, secus si fit specialis.Bald. *consil.* 47. *Ista quæstio pendebat,in princip.lib.* 4. † Extende;quia generalis liberatio cum clausula,quod trahatur ad omnia etiam incognita,trahitur ad omnia ; quia sufficit in genere cogitasse.Roman.*consil.*403.*Pro decisione,num.*9.*& sequent.* vbi plura dat exempla,quibus sufficit in genere cogitasse, vel scientiam habuisse. † Restringe ; quia liberatio facta generalis pro 106
resto,& saldo inter socios non comprehendit causam dotis; quia dos non est res quæstuaria, maxime quando saldum est generale de rebus socialibus in libro contentis , in quo dos non continetur.Alex.plene *consil.*186.*Zacharias,per tot.lib.*6. vbi, quod restringitur generalitas ad titulum , super quo fit liberatio. † Contra- 107
rium;quia extensio solum procedit in iis,in quibus cogitatus generalis sufficit;secus vbi specialis scientia requiritur , vel vbi lex prohibet,aut dat formam.Roman.*dict.consil.*403.*numer.* 21.*& seq.* †Declara primo;quia regula est,quod generalis liberatio sequens 108
post specificationem specialem restringitur semper ad causas expressas,quando generalis liberatio potest restringi salua ratione recti sermonis,alias secus , prout si verba essent superflua. Alexand.*dict.consil.*11.*col.pen.n u.*14.*ver.secundo non obstat.lib.* 2. vbi *in tertio non obstat*,dicit*communem,& *consil.*46.*in princip. versic.præsertim cum illa verba,lib.*1.& idem dicit Ioann. de Imol. *consil.* 18.*in fine.* *
†Declara secundo,quando clausula generalis renunciationis ali- 109
quid operatur,ita quod non est superflua ; quia tunc restringitur ad specificata;si vero esset superflua,& nihil operaretur,quatenus restringeretur;tunc generaliter comprehendit omnia. Alexander *dict.consil.*11.*colum.penult.num.*14.*versic. nec obstat , quod regulariter,lib.*2. † Declara tertio;quia generalis liberatio per quæcun- 110
que verba vniuersalia,licet extendatur ad omnia; nõ tamen comprehendit actus reales,videlicet rei vendicationem , & publicianam.Alex.*consil.*46.*num.* 3. *& per tot.ver.sed præmissis non obstantibus.* vbi apostil.*in ver.vendicari*,dat concord.*lib.*1.*& cons.* 170. *Circa primum dubium,n.*5.*& seq.ver.sed præmissis non obstantibus,lib.*2. Bald. *consil.*274.*Licet allegationes.lib.*2.vbi de eo,qui potest vendicari, quod non veniat in generali liberatione.Alexand.*consil.* 47.*num.*9.*versic.nec obstat.lib.*1.vbi declarat;quia vt possessor conuenitur rei vendicatione,non vt obligatus ; & ideo ius reale, per quod res vendicari

dicari poteſt, non venit, niſi etiam de reali actione, & iure ſit facta mentio. Alexand. *conſ.* 68. *per tot. lib.* 5. vel rei vendicatio ſit deducta in pactum liberatorium. Bald. *d. conſ.* 274. *circa med. ver. eſt tamen verum, lib.* 2. Vide ſupr. *n.* 46. *& multis ſequent.* vbi latius declaratur. † Intellige; quia procedit declaratio, quando agitur rei vendicatione ad res ſpecificatas; ſecus ſi petantur res in genere, quia tunc generalis liberatio comprehendit res in genere petitas. Alexand. *conſil.* 47. *Circa primum, num.* 9. *ver. nec obſtat. lib.* 1. † Declara quarto; quia menſuratio prædii, pro quo facta eſt conceſſio, operatur extenſionem, vel reſtrictionem ceſſionis. Alex. *conſ.* 68. *in fin. verſ. ſexto hoc euidenter, lib.* 5. † Declara quinto; quia ſemper, vbi dubitatur de intentione diſponentis, recurrimus ad cauſam finalem; ideo ſi apparet cauſa finalis; tunc fit reſtrictio, vel extenſio. Alexand. *conſil.* 46. *n.* 7. *ver. confirmantur prædicta, lib.* 1. † Declara; quia multum refert, an teſtator dicat, *à Titio peti nolo aliquid*, vel, *quod Titius debet, ei relinquo*, vel, *actionem mihi competentem contra Titium eidem relinquo*; quia cenſetur à debito generaliter liberatus; ſecus ſi dicat, *rationes à Titio reddi non volo*, vel, *Titium libero à redditione rationis*, quia tenetur ad conſignationem reliquorum, & ab iis, quæ doloſe geſſit. Alexand. *dict. conſil.* 170. *num.* 4. *lib.* 2. † Limita; quia liberatio generalis facta Titio de omni eo, quod ab eo petere poſſem, comprehendit etiam illud, quod poſſem petere à Seio, quando Titius poſſet à Seio moleſtari, Abb. *conſil.* 81. *Breuiter, in fine, ver. nec profecto refert, lib.* 1. allegat *l. fin. C. de vſur. rei iudic.* & dicit procedere quando ego ſciebam Titium teneri releuare, declara, vt per eum. † Declara; quia generalis liberatio, vel generalis reſtitutio non arctans à reliquo termino generaliter debet intelligi; ſecus ſi generalitas habeat terminos arctationis; quia ad illos tantum extenditur, Bald. *conſil.* 184. *Refutatio facta, in fin. lib.* 4. & idem dicit *conſil.* 187. *Generalitas verborum, lib.* 4. vbi, quod termini reſtrictiui ſunt cogitatus, ratio, cauſa, neceſſitas, ſpecies poſita poſt genus, vel alia verba reſtrictiua. † Limita in liberatione generali facta per ſocium alteri ſocio de omnibus, quæ petere poſſet; quia cenſetur liberaſſe à bonis per ſocium emptis nomine ſuo etiam ex pecunia communi. Angel. *conſ.* 174. *Gilius Iugonis, n.* 2. *ver. circa ſecundum*, quod eſt ſubſcriptum à quinque Doctor. † Extende, vt procedat, etiam ſi ſocius liberans poſt liberationem ſimul cum ſocio fratre bona empta nomine proprio per liberatum poſſedit; quia iure familiaritatis præſumitur poſſidere, ex quo de alio titulo non conſtat. Angel. *d. conſ.* 174. *in fin.* † Limita; quia liberatio ex cauſa onoroſa plenius interpretatur, quam ſi ex cauſa lucratiua. Fulgoſ. *conſ.* 89. *In quæſtione Ioannis, in fin.* Vide, *Renunciationes iuris proprii quando ſtrictè, & quando large interpretentur. Concluſ.* 180.

Liberationem generalem quis facere non tenetur, & quando ſecus. Concl. 327.

1 NEMO † compellitur facere quietantiam, & generalem liberationem, Alexan. *conſ.* 11. *Viſo, n.* 9. *ver. & ideo ſecundum eum, lib.* 2. vbi poſtil. in *ver. Bart.* dat concord. † Amplia; quia neque arbiter, vel arbitrator poſſunt condemnare partes ad generalem quie- * tantiam, etiam ſi cõpromiſſum ſit generale. Corn. qui dicit * com- 3 munem *conſ.* 52. *In hac conſultatione, n.* 3. *& ſeq. lib.* 2. † Extende, etiam ſi ſit dictum in compromiſſo, quod de omni eo, ſuper quo fuerit laudatum, cenſeatur factum compromiſſum. Socin. *conſ.* 283. *nu.* 5. 4 *lib.* 2. † Limita; quia bene poſſunt partes facere generalem quie- 5 tantiam, & valet. Corn. *dict. conſ.* 52. *num.* 4. *lib.* 2. † Limita; quia bene poſſunt partes paciſci, & conuenire, quod fiat generalis liberatio, & quietantia, & valet. Afflict. *deciſ.* 319. *num.* 3. *& ſeq.* Vide, *Debitor quando poſſit compelli ad faciendum inſtrumentum de debito. Concluſ.* 49. Vide, *Inſtrumentum non tenetur facere debitor, & alii, & quando ſecus. Concluſ.* 258.

Liberatio relicta per Teſtatorem Tutori generaliter de adminiſtratione, & inuentario, & aliis, à quibus liberet, vel non. Concluſ. 328.

1 VALET † liberatio facta, & legata à Teſtatore ad fauorem Tutoris; & ideo non poterit conueniri, niſi ex dolo commiſſo, quia talis liberatio dolum non comprehendit, Socin. *conſil.* 283. *Eleganter, & iuridice, num.* 4. *ver. capio aliam difficultatem, lib.* 2. vbi di- * cit hoc eſſe ſecundum * omnes Doctores, quod bene liberatur ab omni negligentia, ſed non à dolo, neque à redditione reliquorum. Angel. *conſ.* 277. *Tutor alimentauit, num.* 5. *ver. de tertio, & conſil.* 313. *ver. veritas eſt.* Signorol. *conſ.* 109. *In quæſtionibus præmiſſis.* Fulgoſ. *conſ.* 102. *Nobilis vir. per tot.* Alex. *conſ.* 45. *Habita ſuper iis, in pr. lib.* 1. plenius *conſ.* 47. *Circa primum, n.* 3. *& per tot. lib.* 1. Io. de Anan. *conſil.* 80. *Viſis, & intellectis, per tot.* vbi etiam Bologn. in apoſt. Vide, *Tutoris, vel Curatoris liberatio facta à teſtatore non liberat quoad multa. Concl.* 457. † Extende; quia nedum valet liberatio generalis facta tutori, 2 & ſocio adminiſtratori, ſed etiam valet remiſſio reliquorũ, & iuſſio, ne poſſit moleſtari. Alex. *conſ.* 47. *Circa primum, n.* 9. *verſ. aduertendum, lib.* 1. *& conſ.* 170. *n.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 13. *eod. lib.* 2. † Et ideo pro 5 rebus furatis, & furto ſubtractis nõ tenetur Tutor, qñ ipſi fuit relicta liberatio; quia liberat à leui culpa. Alex. *d. conſ.* 45. *in pr. lib.* 1. † 4 Idem quoad bona mobilia vſu conſumpta abſque dolo Tutoris. Alex. *conſ.* 45. *n.* 2. *lib.* 1. vbi *n.* 3. qualiter probetur conſumptio, videlicet per lapſum temporis, per librum rationum, & p iuramentũ. †Idem in ſocio; quia non tenetur de culpa leui, ſi non eſt lucratus, 5 qñ fuit liberatus, ne teneretur facere inuentariũ, neq; reddere rationem; quia ipſi creditur, ſi non conſtat de dolo. Alexan. *conſi.* 47. *Circa primam, n.* 3. *& per tot. lib.* 1. † Idem in exequutore; qui pariter 6 obligatur reddere rationem, & liberatio generalis non comprehendit dolum, ſed ſolam ſcrupuloſam redditionem. Vide, *Exequutores teſtamentarii ad quid obligentur, vt poſſint officium exercere. Concluſ.* 543. † Et magis operatur abſolutio à reliquorũ reſtitutione; quia 7 comprehendit omnia, quam liberatio à redditione cõputorum. Alex. *d. conſ.* 47. *n.* 13. *lib.* 1. † Differentia eſt; quia ſi teſtator liberauit 8 à reſtitutione non compellitur reſtituere, ſi liberauit ad effectum, ne poſſit compelli ad reddendam rationem adminiſtrationis, poſſunt hæredes moleſtare, & recuperare doloſe retenta, & quæſita extantia, licet non compellant reddere rationem. Caſtr. *conſ.* 402. *Viſis iis, quæ ſuperius, lib.* 2. Vide plenius in *ver. Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem. Concl.* 203. *n.* 55. *& ſeq.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi ſit ſequuta condemnatio, quando teſtator mandauit 9 non poſſe per hæredem moleſtari; quia tunc poteſt in exequutione excipere. Socin. *d. conſ.* 283. *nu.* 4. *in fin. ver. iterum contra, lib.* 2. vbi dicit * cõmunem, quando non eſt condemnatio ex dolo. † Am- * 10 plia; quia valet liberatio facta à teſtatore tutori, quod non teneatur reddere rationem, neq; reliqua ſoluere; quia ex nunc teſtator eum abſoluit, & voluit, quod ſtetur dicto eius; & ideo ſi tutor ſuſcepit adminiſtrationem, & fatetur in teſtamento habuiſſe certas pecunias, quas ſoluit pro pupillo, ſtandum eſt dicto tutoris, nec poteſt illius hæres moleſtari; quia poteſt teſtator ordinare, quod credatur, & ſtetur dicto alicuius. Alex. *conſ.* 54. *Circa id quod, in prin. lib.* 2. vbi, quod poteſt quis non ſolum ſtare dicto alicuius, ſed etiam aduerſarii ſui, tam in vltima voluntate, prout eſt communis * opi- * nio, quam etiam inter viuos, & eſt magis cõmunis * opinio. Con- * trarium, quod tale pactum non valeat, Vide, *Aſſerenti quando ſtandum eſt, an debeat iurare. Concluſ.* 536. Vide *in ver. Pacta quando ſeruanda, vel non. Concluſ.* 4. † Amplia; quia bene valet liberatio relicta tu- 11 tori quoad leuem culpam. Ioan. de Anania *conſil.* 80. *numer.* 2. *ver. ex quibus omnibus*, plene Bologn. ibi in apoſtill. *num.* 4. † Extende; 12 quia ſi tutor probaret furtum rerum amiſſarum, non teneretur, niſi probaretur contra eum de dolo, vel lata culpa. Bologn. in *addit. ad d. conſil. Io. de Anan.* 80. *prope fin. ver. ex quibus omnibus.* † Exten- 13 de; quia non præſumitur dolus contra tutorem, & ſi bona mobilia non adſint, ſed debet dolus probari, amiſſio vero bonorum probatur, ſeu conſumptio, probando, quod tanto tempore conſumptæ ſunt veriſimiliter, vel etiam arbitrio iudicis. Bologn. in *addit. ad d. conſil. Ioan. de Anan.* 80. *nu.* 4. *ver. & aduerte, quod licet bona.* Vide, *Tutor quando de dolo conueniri poſſit. Concluſ.* 439. † Amplia in 14 remiſſione inuentarii facta à teſtatore ad fauorem tutoris; quia valet; niſi appareat, quod in damnum hæredis. Alexand. *conſil.* 62. *Sereniſſimus, in princip. lib.* 4. quod eſt Franciſci Cremenſis Placentini. Vide, *Inuentarium quando poſſit à teſtatore remitti, vel prohiberi. Concluſ.* 348. † Declara; quia liberatio relicta hæredi fideicom- 15 miſſario à teſtatore non releuat, quin obligetur, ſi non conficiat inuentarium. Anchar. *conſ.* 365. *Viſo themate, num.* 4. *& ſequen.* † De- 16 clara in omni adminiſtratore, qui negocia aliena geſſit, & maxime pupilli; quia ſi ſibi legatur liberatio, non venit doloſa adminiſtratio; & ideo ſi non confecit librum rationum, dicitur in dolo, & poteſt contra eum iurari in litem. Ang. *conſ.* 277. *n.* 5. *ver. de tertio dicendum.* † Et procedit in vxore, quæ adminiſtrauit bona mariti 17 ex dolo. Caſtr. *conſ.* 402. *circa fin. lib.* 2. † Idem etiam in ſocio, cui 18 pater ſocii legauit liberationem, & quod non teneatur conficere inuentarium verbis prægnantiſſimis; quia non liberatur à dolo, ſed ſolum à leui culpa. Alex. *conſil.* 47. *num.* 3. *lib.* 1. † Item generaliter in omni adminiſtratore. Dec. *conſil.* 110. *num.* 7. *& ſeq.* vbi late. 19 †Limita; quia liberatio facta quantumcunque generalis durante tutela, & ſic ad certum tempus non extenditur vltra illud tem- 20 pus. Petr. de Anchar. *d. conſil.* 118. *in princ. ver. circa primum.* † Limita; 21 quia talis liberatio relicta à teſtatore tutori quantumq; generalis

non liberat eum à dolo futuro, neque à redditione reliquorum. Socin. *dict. cons.* 283. *num.* 4. *ver. capio aliam. lib.* 2. quia dolus futurus remitti non potest; idem Socin. *cons.* 282. *num.* 4. & 5. *ver. circa tertiam, eodem lib.* quod est Francisci de Pepis, licet ipse teneat contrarium; tamen allegat multa pro ista parte Angel. *consil.* 313. *per totum.* Signorol. *d. consil.* 109. *per tot.* vbi, quod alias inuitaretur tutor ad delinquendum, & quia redditio est ad fauorem pupilli hæredis; ideo testator non remittit, prout nec satisdationem, quæ respicit hæredem eadem ratione, plenius Signorol. *cons.* 110. *per totum.* vbi latissime. Alex. *cons.* 45. *in princ. lib.* 1. *cons.* 47. *n.* 3. *eodem lib.* 1. apostill. ad Alex. *d. cons.* 45. *in ver. Leui.* Io. de Ana. *cons.* 80. *per tot.* vbi, quod
* est communis*, in fin. cons. & per iudicem Ecclesiasticum potest dari obseruantia. Castrens. *consil.* 63. *Ad primum, lib.* 2. vbi apost. allegat Socin. *consil.* 232. *col.* 4. *in fin. & seq. lib.* 2. *& consi.* 201. *eodem lib. per tot. & cons.* 445. *Circa primum, num.* 3. *ver. super secundo, lib.* 2. Alex. *cons.* 62. *Serenissimus, nu.* 3. *& seq. lib.* 4. quod est Francisci Cremensis, vbi
* plures, dicit communem*, *nu.* 7. & 8. Vide ☞ *Dolus futurus non potest remitti. Concluf.* 588. Vide, *Legatum generalis liberationis. Concluf.* 126.

22 †Contrarium, quod imo valeat talis liberatio à redditione administrationis, & cõputorum, tenent multi, quos refert idem Alex.

23 *d. cons.* 62. *n.* 3. *& seq. ver. primo videndum, lib.* 4. † Declarat idem Alexand. *d. cons.* 62. *num.* 3. *in fin. ver. iis tamen non obstantibus, cuæ seq. lib.* 4. maxime *n.* 6. *& seq.* vbi, quod contrarium procedit, quando agitur
* solum de dolo de præterito, secus si de futuro, & dicit* communem, & loquitur etiam in matre tutrice, licet *num.* 10. *& 11. versic. aduertat etiam*, dicat matrem releuari ex multis præsumptionibus,

24 quæ habet pro se. †Et si mater simul cum aliis administrasset, iniquum esset solam matrem conuenire, & non alios. Alex. *d. consil.*

25 62. *n.* 12. *ver. item aduertat, lib.* 4. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si testator expresse vetuit ipsum posse molestari, & legauit eidem omne, quod posset ab eo peti; quia non liberatur à dolo futuro, neq; à redditione reliquorum. Petr. de Anchar. *cons.* 118. *Casus talis est, pater habens quinq; filios, per tot.* maxime *ver. circa secundum.* Ioan. de Anan. *cons.* 80. *per tot.* vbi *n.* 2. dicit esse verissimam opinionem, alias daretur materia delinquendi. Castr. plene *d. consil.*

26 63. *inpr. lib.* 2. †Declara extensionem, vt non sit liberatus à dolo futuro, neque à redditione administrationis; quia tenetur reddere rationem, & potest condemnari; sed tamen sequuta condẽnatione potest petere se liberari ab hærede, quando fuit grauatus ad ipsum liberandum, sic intelligit Ang. *cons.* 313. *per tot.* maxime *in fin.*

27 *ver. nunc descendo*, quod duplicatur *cons.* 185. † Contrarium tenet Fulg. *cons.* 102. *Nobilis vir*, quod imo tenetur reddere reliqua, si cõstat, quod remanet debitor, & loquitur qñ testator legauit liberationem, ac inuentarii confectionem, & si molestaretur legauit omne id, qꝙ constabit eum debere ex condemnatione; quia adhuc tenetur de iis, quæ habuit ex bonis pupilli; & idem tenet Castr. *d.*

28 *cons.* 63. *per tot. lib.* 2. †Declara; quia si testator liberauit tutorem ab omni redditione computorũ, & restitutione reliquorum, & grauauit hæredem ad liberandum postquã fuerit cõdemnatus, liberare tenetur hæres, si ex leui, vel leuissima culpa; secus si ex dolo; ita distinguit Io. de An. *cons.* 80 *per tot.* maxime *nu.* 2. *ver. ex quibus o-*
* *mnibus*, & communem* dicit Socin. *cons.* 283. *nu.* 4. *in fin. ver. iterum contra, lib.* 2. & hanc etiam tenet Alex. *cons.* 62 *Serenissimus, n.* 7. *& seq. ver. sed nunc pulchrum, li.* 4. quod est Franc. Cremen. Placentini, vbi, quod scrupulosa redditio censetur remissa; secus est, si est in dolo, & sic leuis culpa, & negligentia censetur remissa, non autem do-

29 lus, vel restitutio reliquorum. † Extende limitationem etiam, vt contra hæredem tutoris detur actio de dolo, licet hæres non participauerit; quia ex contractu, vel quasi defuncti obligatur. Castr. *d. cons.* 63. *Ad primum, lib.* 1. vbi, quod illud, quod dicitur, actionem doli non transire in hæredem; qui non participauit, debet intelligi, qñ non adest actio ex contractu, vel quasi, sed actio ex dolo tantũ; & quia quod habuit tutor defuncti de bonis pupilli præ-

30 sumitur penes hæredem tutoris esse. † Imo dicit, quod liberatio relicta tutori, & quod hæres soluat; quicquid fuerit, tutor condemnatus, non potest verificari in hærede, qñ tutor est mortuus, & non reddit rationẽ, neq; fuit condemnatus; qa tunc condemnatio nõ potest applicari hæredi; quia alia est persona defuncti, alia

31 hæredis. Cast. *d. cons.* 63. *in fi. ver. quantum ad secundum, li.* 2. †Declara; quia valet liberatio facta tutori cum clausula, *& si quid restaret debitor, illud sibi legat*, & licet habeat contradictores; tamen valet per indirectum, qñ legauit quicquid restaret debitor. Alex. *cons.* 192.

32 *Visa narratiu, in fi. lib.* 7. †Extende; quia si pater instituit filiũ masculum, & quatenus decedat sine filiis, substituit fœminas, & dedit matrem tutricem, quam liberauit ab omni administratione generaliter, si non confecit inuentarium, censetur in dolo, & liberatio non se extendit ad dolum. Castr. *cons.* 445. *nu.* 3. *ver. super secundo quæsito, lib.* 2 †Extende; quia mortuo filio grauato fœminæ substi- 33
tutæ possunt agere contra matrem tutricem ex dolo commisso in non faciendo inuentario, nedum contra matrem hæredẽ grauati, sed etiam tanquam tutricem; ratio est; quia filius grauatus tenebatur reddere rationem substitutis de male administratis per eum, & cedere actionem, quam habebat contra tutricem; vnde in subsidium sine cessione transit vtilitas, *l. cum fundus, §. seruum tuum, ff. si cert. pet.* Castr. plene *cons.* 445. *n.* 3. *lib.* 2. † Extende; quia non ob- 34
stante quacunq; liberatione tenetur ad confectionem, & exhibitionem libri computorum. Fulg. *d. cons.* 102. *in fin.* † Extende in ad- 35
ministratore, quem si testator liberat ab omni redditione rationis, & ex nunc eidem legat omne, & totum, quod contigerit declarari eum teneri, ac hæredem grauat, an & quãtum valeat dicta liberatio. Dec. *cons.* 418. *Visa, & iterum lecta, col. fin.* † Alex. *cons* 54. 36
Circa id, quod, n. 4. *& 5. ver. fortificantur prædicta, lib.* 2. dicit, qꝙ quando liberatur tutor, vel administrator à redditione rationis, & restitutione reliquorum, & si quid debebit, legat, & absoluit; tunc etiam à dolo liberatur. †Contrarium apost. ad Alexan. *d. cons.* 54. *n.* 5. *lib.* 2. 37
in ver. aliter. † Restringe, quod imo, quando testator vetuit tuto- 38
rem posse molestari, & voluit nullo modo teneri ad redditionem administrationis, & legauit ei quicquid vnquam deberet ratione tutelæ, & grauauit hæredem in hoc; quia licet dolus futurus remitti non possit; tamen si tutor præueniat sine dolo, quod fiant computa, & videantur administrata facto saldo, poterit super eo, quod restat debitor, petere liberationem, & non poterit molestari, ita Soc. *d. cons.* 282. *n.* 7. *in fin. ver. iis præmissis, lib.* 2. vbi *nu.* 8. dicit ita
fuisse consultum vna simul per Ang. Franc. de Albergot. de Aretio. Petr. de Perusio. Ioan. de Lignano, Ang. de Presbyteris Bononien. & Donatum Ricchi de Florentia, quod est inter consil. Ang.
cons. 174. *Gilius Iugonis*, quod consilium loquitur, quando erat legatum in specie illud, in quo ratione administrationis fuisset condemnatus. Dec. *in d. cons.* 418. *Visa, & iterum lecta, in vlt. sol.* † Vide 39
Signor. *cons.* 110. *Testator in testamento, n.* 16. *& seq. ver. venio ad vltimũ, vsq; in fi.* vbi, quod si tutor suscepit tutelam, & iurauit vtilia facere, & inutilia prætermittere, prout est solitum, censetur recessisse à legato, & tenetur de dolo. † Declara tamen; quia restrictio non 40
procedit, quando peteretur à tutore, vel ab hæredibus partita clara per eum habita ex redditibus pupilli; quia non potest velle vti liberatione legata. Fulg. *cons.* 102. *Nobilis vir*, vbi loquitur etiam in casu, quando testator legauit tutori omne, quod cadet in condemnatione contra eum; quia nõ venit restitutio habitorum. †Re- 41
stringe, vt non procedat in liberatione generali legata ab adulto facto suo tutori, & administratori; quia bene comprehendit dolum, & culpam, & restitutionem reliquorum; quia cessat ratio qꝙ inuitetur ad delinquendum. Signor. *d. cons.* 109. *n.* 2. *& seq.* & reddit rationẽ; quia non remittitur dolus futurus. †Restringe, quan- 42
do tutor sine dolo reddidit rationes, & apparet debitor, sed non est, neq; fuit vnquam soluendo; quia specificum legatum ei factũ de omni eo, ad quod teneretur ratione administrationis, liberat eum etiam condemnatum. Soc. *d. cons.* 282. *n.* 7. *in fin. ver. iis præsuppositis, vsque in fin. lib.* 2. vbi dicit, dolum non dici futurum respectu hæredis hoc casu. †Restringe; quia si pater dedit fratrem tutorem 43
filiis, & eum liberauit à confectione inuentarii, & à redditione computorum, si filii postea liberarunt tutorem, mortuo tutore non debent audiri super eo, quod non fecit inuentarium neque librum rationum, neq; quod non exegerit, quæ potuerunt exigi; quia non est in dolo, sed lata culpa, quæ non prohibetur remitti ratione negligentiæ, & remissio operatur hoc casu. Fulgos. plene
cons. 25. *per tot.* † Restringe in liberatione legata patri de admini- 44
stratione facta; quia liberaretur & à dolo, & à redditione reliquorum. Ang. *d. cons.* 174. *Gilius Iugonis*, quod est sex Doctorum, & *cons.*
313. *Brunellus Notarius, in princ.* † Restringe; quia si pater deputat fi- 45
lium curatorem, & gubernatorẽ suæ hæreditatis, & liberat eum, ne teneatur reddere rationẽ administrationis, neq; inuentarium facere, neq; fideiubere in filio, censetur remittere dolum futurũ; secus in extraneo. Castr. *cons.* 467. *Viso puncto, n.* 3. *ver. constat enim, lib.*
2. †Contrarium tenet idem Castrens. *cons. prædicto* 467. *col penult.* 46
ver. nunc circa quartum, lib. 2. vbi, quod iura allegat pro restrictione loquuntur in dolo præterito, non in futuro. † Limita, quia sicut 47
non valet liberatio à dolo futuro; ita non valet cautio remissa per testatorem vsufructuario. Ioan. de Anan. *cons.* 80. *n.* 2. *ver. sicut ergo*, vbi dicit, quod communiter arguitur de vno ad aliud, & è conuerso; quia dolus remitteretur in vtroque, quod non potest. † Li- 48
mita, nisi liberatus renunciauerit liberationi per actum contrarium, puta offerendo se paratum reddere rationem, & facere inuentarium. Alex. *cons.* 47. *n.* 3. *ver. confirmantur prædicta. libr.* 1. † Ex- 49
tende idem, nisi liberatus tutor suscipiendo tutelam promise-

tit vti-

rit vtilia facere, & inutilia prætermittere; quia cenſetur recedere à liberatione. Signorol. Homod. *conſil.* 110. *num.* 16. *vſque in fin.*

† Reſtringe, vt procedat, quando per errorem confeſſus eſſet ſe teneri; quia oſtendendo liberationem per teſtamentum ſatis docet de errore. Alexand. *d. conſil.* 47. *num.* 15. *in fine, cum ſeq. ver. ſecundo reſpondeo, lib.* 1. Vide, *Tutoris liberatio facta à teſtatore non comprehendit multa. Concluſ.* 457.

Liberatio facta ab eo, qui plures perſonas repræſentat, quo nomine facta dicatur. Concluſ. 329.

1 LIBERATIO † facta ab eo, qui eſt creditor, nomine proprio, & nomine communi ratione officii, vt eſt inſtitor, ſi eſt facta integre de omni eo, quod habere debet, comprehendit debitum ex omni perſona, ſi non ſubeſt ratio diuerſitatis. Bald. *conſil.* 88. *Ex infelicitate, in princ. lib.* 1. † Limita, quando ſubeſſet ratio diuerſitatis, 2 vt quia vno nomine valere poſſet, alio nomine ſecus; quia fit interpretatio, quod fecerit eo nomine, quo valere poteſt. Bald. *d. conſil.* 88. *num.* 2. *ver. tu dic, lib.* 1. † Limita, quando pluribus nominibus valere poſſet; quia tunc præſumitur eo nomine valere, quo ſecundum nomen præpoſitum valere poteſt; quia tunc attenditur, quod nomen ſit præpoſitum. Bald. *d. conſil.* 88. *circa fin. lib.* 1.

Liberatio facta vni ex obligatis quando liberet alios, vel non. Concluſ. 330.

1 LIBERATIO † facta vni ex pluribus obligatis extenditur etiam ad alios ſimul obligatos, quatenus, ſi moleſtarentur, poſſent venire contra liberatum. Bart. *in l. ex duobus, in 6. q. ff. de duob. reis*, quod intelligit Bald. *conſil.* 251. *num.* 2. *vſque in fin.* quando liberatio fieret vni per pactum de non petendo altero abſente, *lib.* 3. 2 quia tunc non liberatur abſens pro parte ſua ex pacto. † Declara, vt per Bald. *d. conſil.* 251. *Duo rei, in princ. lib.* 3. quia ſi interuenit vera ſolutio, & probetur facta de toto, ab vno, liberantur omnes. 3 † Amplia; quia liberatio facta per minorem puberem cum iuramento vni ex pluribus tutoribus, liberat omnes tutores, quando vnus non poterat ſine aliis adminiſtrare; quia cum ſit adminiſtratio indiuiſibilis, liberatio vni facta omnibus facta cenſetur. Cuman. *conſil.* 24. *Teſtator filio, per tot.* quod eſt ſubſcriptum à Cumano, Chriſtophoro Caſtillioneo, Proſdocimo de Comitibus, & 4 Handrico Alano. † Extende, vt idem ſit, ſi liberatio eſſet facta generaliter per acceptilationem vni tutori dato coniunctim; quia licet habeant beneficium diuiſionis, tamen propter verba generalia acceptilatio, & liberatio extenditur ad omnes. Cuman. *dict. conſil.* 24. *num.* 3. *in fin. ver. pro parte vero tangente, vſque in fin.* † Amplia; quia confeſſio de recepto facta per creditorem vni ex duobus obligatis inſolidum liberat ambos, ſiue conſtet de vera ſolutione, ſiue etiam non conſtet, quando eſt renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel ſi non eſſet renunciatum, ſed tamen lapſi eſſent triginta dies. Bald. plene *d. conſ.* 251. *Duo rei, in princ. lib* 3. Vide, *Confeſſio abſente parte, vel pactum ad liberandum, quando va-* 6 *leat, vel non. Concluſ.* 644. † Limita, quando eſſet facta liberatio, ſeu acceptilatio pro parte tangente ipſum liberatum, quia non ſe extendit ad portionem aliorum. Cuman. *d. conſil.* 24. *num.* 3. *ver. pro* 7 *parte vero.* † Extende, vt idem ſit, ſi eſſet dictum, quod liberat eum ab eo, quod poteſt exigere ab ipſo tutore, quia licet totum à liberato poſſet exigi; tamen ex quo inter ſe habent beneficium diuiſionis, ſolum pro parte tangente ad liberatum cenſetur facta liberatio, ſi non adſunt verba generalia. Cuman. *d. conſil.* 24. *num.* 3. *ver.* 8 *pro parte vero.* † Limita, quando eſſet liberatio per pactum de non petendo; quia ex quo tale pactum abſenti, & correo non poteſt fieri, tunc liberat correum abſentem ſolum pro parte ſoluentis, non ratione pacti, ſed quia pro medietate non poteſt creditor cedere iura: Bald. *d. conſil.* 251. *num.* 2. *ver. modo venio, vſque in fin. lib.* 3.

Liberatio facta per Prælatum, & tutorem quando valeat, vel non. Concluſ. 331.

1 PRÆLATVS † cum conuentu poteſt liberare ſoluentem ſine ſolemnitatibus, & ſine Prælato ſuperiore; quia liberatio eſt ex cauſa neceſſaria, ſecus ſi eſſet ex cauſa voluntaria, & gratuita. Caſtr. *conſil.* 34. *Ego Paulus de Caſtro, in princ. lib.* 1. Vide, *Prælatus cum Capiculo in extraiudicialibus præiudicat Eccleſiæ, & quando ſecus. Con-* 2 *cluſ.* 504. † Declara, quando non inducitur ex confeſſione tali obligatio Eccleſiæ, vel pupilli, ſed duntaxat liberatio ſoluentis, Caſtr. *d. conſil.* 34. *col.* 2. *num.* 2. *lib.* 1. ſequitur Crau. *conſil.* 494. *nu.* 14. 3 † Vide tamen Crau. *d. conſil.* 494. *num.* 20. vbi, quod eſt verbalis 4 diſtinctio. † Amplia, vt idem ſit in tutore, & curatore; quia poſ- 5 ſunt liberare ſoluentem. Caſtr. *d. conſil.* 34. *in princ. lib.* 1. † Amplia, vt procedat, etiam ſi de ſolutione non conſtat, niſi per confeſſionem Prælati, & Conuentus; quia præſumitur vera & verſa in vtilitatem eccleſiæ. Caſtr. *d. conſil.* 34. *num.* 2. *& per tot. lib.* 1. † Contra- 6 rium Crau. *d. conſil.* 494. *num.* 20. vbi, quod vbicunque non conſtat de vera ſolutione, quod confeſſio eſt voluntaria, non neceſſaria, & ideo non præiudicat eccleſiæ, neque pupillo, neque communitati, quando facta eſt à Prælato, vel tutore, vel ſyndico, ſeu decurionibus. Vide plenius, *Confeſſio Prælati, & adminiſtratoris ſine ſolemnitatibus quando, &c. Concluſ.* 669. † Limita; quia liberatio fa- 7 cta per minorem ad fauorem tutoris, vel adminiſtratoris, etiam cum authoritate curatoris, & decreto iudicis, non eſt bona ſi non conſtat aliter, quam per aſſertionem, quod ſunt reddita reliqua, & factus eſt calculus; quia cum iſta ſint neceſſaria, debent probari aliter, quam per confeſſionem. Anch. *conſil.* 330 *Viſis, num.* 6. *& ſeq.* † Limita; quia Prælatus Eccleſiæ dicitur adminiſtrator; ideo 8 non poteſt facere pactum de non petendo; quia eſt donatio. Ferret. *conſil.* 369. *num.* 4. *vſque in fin. lib.* 2. & quod ſit pactum de non petendo donatio, lato Ruin. *conſil.* 104. *num.* 4. *lib.* 4. Vide, *Alienatio bonorum religionis. Concluſ.* 276. *num.* 53. *& ſeq.*

Liberatio debitoris ex quibus præſumatur, vel non. Concluſ. 332.

LIBERATIO † debitoris præſumitur, ſi creditor reſtituit chirographum laceratum debitori, ideo debitor habens penes ſe 1 chirographum laceratum, vel inſtrumentum, habet præſumptionem liberationis, iuxta not. *in l. ſi chirographum, de probat.* † Reſtringe, vt non procedat, quando debitor negaſſet habere penes ſe in- 2 ſtrumentum; quia licet poſtea illud exhibeat laceratum, non præſumitur liberatus ob præcedentem negationem; ideo requiritur vltra lacerationem adminiculatiua præſumptio. Bald. *conſil.* 83. *Ex eo ſolo. lib.* 3. † Amplia, vt idem ſit in cancellatione inſtrumenti fa- 3 cta ex cauſa, vel à creditore ipſo; quia præſumitur facta liberatio debitori, ſecus ſi eſſet ſine cauſa, & à debitore, vel à tertio facta cancellatio. Bald. *conſil.* 305. *In quodam libr. lib.* 4 *per tot.* Vide, *Can-* *cellatio quando probet ſolutionem, vel non. Concluſ.* 22. † Amplia; quia li- 4 beratio inducitur tribus cõcurrentibus, quod lapſum ſit longum tempus, quod debitor, ac creditor ſint conſanguinei, vel affines, & tertium, quod inter ſe pluries calculauerint de debitis ſuis non facta mentione de debito, de quo agitur. Bart. *in l. Procula*, vbi cæteri, *ff. de probat.* vbi Florian. de Sancto Petro. Bald. *in l. ſi certis annis. C. de pact. & in l. cum proponas. la prima, C. eodem tit.* Alex. & Iaſ. *in l. quæ dotis, ff. ſolut. matrim. num.* 18. vbi Iaſ. dicit * communem, quando iſta * tria concurrunt, alias ſecus. Alex. *conſil.* 56. *num.* 14. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 288. *n.* 17. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 32. *nu.* 5. Alex. cum reſtrictione, quando tria concurrunt, *conſil.* 46. *lib.* 1. *in fine*, vbi apoſtilla *ver. ſine tertio, & conſil.* 53. *In præſenti conſultatione, lib.* 4. *in fin.* Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 39. Rom. *conſil.* 517. *n* 15. *& ſeq.* vbi apoſtilla, plene Afflict. *deciſ.* 13. *n.* 12. † Extende, vt procedat, etiam 5 ſi ſemel fuerit calculatum de aliquo inter debitorem, & creditorem. Grammat. *d. deciſ.* 103. *n.* 39. vbi, quod ſufficit calculus de aliquo non facta mentione. † Extende, vt idem ſit, ſi eſſet facta diui- 6 ſio bonorum, nõ facta mentione præcedentis crediti; quia ſi concurrant conſanguinitas, & lapſus longi temporis cum diuiſione, quæ ſuccedit loco calculi, idem erit dicendum. Dec. *conſ.* 266. *Non excedit.* Ruin. *conſil.* 139. *num.* 8. *lib.* 2. Gramm. *d. deciſ* 103. *nu.* 39. vbi, quod plus eſt diuidere, & conſignare, quam calculare. † Exten- 7 de; quia loco ſæpius calculatæ rationis ſufficeret actus traditionis, & ſolutionis, etiam ſi vnus calculus præceſſiſſet, ſic videtur velle Ruin. *d. conſil.* 139. *num.* 8. *lib.* 2. † Extende in vſuris; quia ſi per 8 decennium non ſunt petitæ, per decennium ſolutæ, ſeu remiſſæ cenſentur. Iaſ. *in l. quæ dotis, n.* 19. *ff. ſolut. matrim* † Extende, vt idem 9 ſit, quando quis paſſus fuiſſet conſanguineum poſſidere, concurrentibus dictis tribus requiſitis, de quibus ſupra Alexand. *d. con-* *ſil.* 46. *in fin. lib.* 1. † Extende in fructibus dotalibus; quia ſi nõ ſunt 10 petiti per decem annos, cenſentur remiſſi, etiam ſi loco alimentorum exiſtant. Iaſ. *d. l. quæ dotis. ff. ſolut matr. n.* 19. *& ſeq.* vbi dicit ita tenere Bald. & Alex. quos allegat in cõſiliis, apoſt. ad Rom. *conſ.* 517. *In caſu propoſito, n.* 14. vbi allegat pro vtraque parte. † Contrarium 11 Alex. *conſil.* 53. *In præſenti conſultatione, lib.* 4. & hanc magis * commũ- * nem dicit apoſt. ad Rom. *d. conſil.* 517. *n.* 14. *in ver. conſilium.* vbi Rom. tenet hanc partem. † Reſtringe, vt non procedat, quando illa tria 12 non interuenerunt, videlicet conſanguinitas, curſus longi temporis, videlicet 10. annorum, & calculatio ſæpius facta. Alexand. *d. conſ.* 46. *in fi. lib.* 1. *& conſ.* 53. *In præſenti conſultatione, lib.* 4. vbi, quod deberi tria concurrere, tempus longum decem annorũ, coniunctio ſanguinis, & ſæpius calculata ratio. Rom. *d. conſ.* 517. *n.* 15. vbi apoſtilla citat alios, Affl. *deciſ.* 13. *n.* 12. vbi, quod duo non ſufficiunt. † Amplia; quia recipiens creditor pro reſiduo inducit liberatio- 13

nem; quia verbum, *residuum*, inducit liberationem. Vide, *Residui appellatio importat finalem satisfactionem, & quando secus. Concluſ.* 255.
14 † Reſtringe; quia creditor in 200. ſi petat 100. à ſuo debitore, non inducit liberationem, niſi adſit taxatiua, vel aliud verbum, quod hoc importat. Bart. *in l. ſi cum dos, ff. rerum amotar.* & quod petendo minus non inducat liberationem in reſiduo. Io. Fabri. *Inſtit. de actio. §. ſi minus. col. 5. ver. quid ſi actor.* Guido Pap. *q.* 177. qui
15 dicit eſſe verum, niſi diceret, *pro reſto*. Vide, *Creditor an poſſit exigere creditum ſuum à debitore debitoris. Concluſ.* 1062. † Amplia; quia creditor recipiens pignus, ſi eſt vſurarius, vel Hebræus, vel etiam in ciuitate Venetiarum, non poteſt inducere moram contra debitorem, neque illum vltra moleſtare. Vide, *Pignus receptum non præiu-*
16 *dicat in reſiduo, & quando ſecus. Concluſ.* 353. † Limita; quia liberatio non præſumitur, neque inducitur ex eo, quod creditor ſoluerit aliquid ſuo debitori, quod debebat ex alia cauſa, quando aliæ conieturæ non concurrunt. Iaſ. *in l. ſi quidem, C. de tranſact.*

Liberatio facilior, quam obligatio. Concluſ. 333.

1 LIBERATIO † facilior eſt, quam obligatio *l. Arrianus. ff. de actio.*
2 *& obligat.* † Et ideo is, qui contraxit obligationem, etiam ſi non habeat mandatum ſufficiens, poteſt liberare; quia eodem modo ſoluitur, quo inducitur obligatio, *l. nihil tam naturale, ff. de*
3 *regul. iur.* Anchar. *conſil. 222. Subtiliter, num. 2.* † Extende; quia licet multa ſolemnia requirantur in contractibus, & diſtractibus minorum; tamen in liberatione ſpeciale eſt, vt ſola authoritas iudicis ſufficiat, *l. 3. §. petitur, ff. de minorib.* Anch. *d. conſil. 222. num. 2. ver.*
4 *ſecundo hoc idem.* † Contrarium, quando in liberatione, vel renunciatione veniunt ſtabilia; quia eadem ſolemnitas in liberatione minoris requiritur, quæ in contractu, vel diſtractu. Ang. Aret.
5 *conſil 39. In hac cauſa, num. 30. & ſeq. ver. tertio aduertendum.* † Amplia; quia verba narratiua inter partes ad liberandum maxime ſufficiunt, & probant liberationem. Anchar. *conſil. 179. Prima fa-*
6 *cie, num. 4. ver. ſed alia ratione.* † Amplia; quia confeſſio abſente parte, quæ non probat, bene probat ad liberandum; quia liberatio eſt fauorabilis. Vide, *Confeſſio abſente parte, & pactum ad liberandum. Concluſ.* 644. Vide, *Libertatis fauore multa ſpecialia conceduntur. Concluſ.* 339.

Liberatio præſupponit obligationem præcedere. Concluſ. 334.

1 LIBERATIO † præſupponit obligationem præcedere, ſicut cancellatio inſtrumenti. Anch. *conſ. 179. num. 4.* Ruin. *conſ. 98.*
2 *n. 13. lib. 1.* Vide, *Priuatio præſupponit habitum. Concl. 715.* vbi plenius.

Libere, vel *liberum*, quid importet, vel non. Concluſ. 335.

1 LIBERAM † ſepulturam, de qua dictione in *extrau. Bonif. VIII. de ſepult.* interpretatur Oldrad. *conſil. 225. Grauamina, nu. 10. ver. circa primum.* vbi, quod denotat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actu, cui additur, & quod omnis prohi-
2 bitio perpetua, vel temporalis contradicit huic libertati. † Et qui poteſt liberam voluntatem exercere, poteſt iniquum æquo præferre. Alexand. *conſil. 214. Ponderatis, num. 4. in fin. lib. 6. ver. quia ille,*
3 *qui poteſt*, allegat *l. cum quidam, l. 2. in princ. ff. de leg. 2.* † Et verbum, *libere*, omnem conditionem, & moram excludit. Oldrad. *d. conſil. 225. num. 12. ver. præterea verbum, libere.* & libere idem importat, prout ſi diceretur, ſine obiectu exceptionis. Oldrad. *conſil. 275. in princ.* vbi ita exponit verbum, *libere reuertatur*, de quo *in c. ſi beneficia,*
4 *de præb. in 6.* † Et lex concedens alicui aliquid faciendum libere intelligitur ſine requiſitione alterius. Cal. *conſil. 314. circ. princip. ver. & per hoc reſpondetur*, alias 11. *de feudis & conſil. 422. circa princ.* alias 6. *de*
5 *relig. domib.* Curt. Iun. *conſil. 2. num. 3. lib. 1.* † Et idem importat verbum, *libere*, quod importat ſine contradictione, & è conuerſo. Alexand. *conſil. 214. Ponderatis, num. 2. & ſeq. ver. pro hoc etiam facit, lib. 6.* vbi apoſtill. *in ver. libere*, citat eundem Alexand. *conſil. 96. col. 1.*
6 *lib. 5.* † Amplia; quia liber populus dicitur, qui nullius alterius poteſtati ſubiectus eſt, *l. non dubito, §. populus autem liber, ff. de captiu.*
7 *& poſtlim. reuer.* † Extende; quia liber populus quis dicatur, & quis liber dicatur, Pariſ. *conſil. 45. num. 14. & 15. lib. 4.* quod is dicitur po-
8 pulus liber, qui nullo obligationis nexu adſtringitur. † Amplia in feudo conceſſo libero, ſeu francho, vel nobili, aut gentili, vel honorifico; quia talia verba liberum faciunt vaſallum omni libertate liberum, ac ab omni ſeruitio abſolutum. Cald. *conſil. 310. cir. med. ver. præterea præſupponitur*, alias 7. *de feud.* allegat *c. ſignificauit, de teſtib. & l. ſi quis duas. ff. commun. prædio.* quod affirmat Oldrad. *conſ. 234. n. 2.*
9 *ver. ego conſiderabam.* procedere, quando verbum, *libere*, indefinite eſt pronunciatum. Vide, *Feudum franchum quid ſit. Concl. 139.* † Amplia; quia Papa concedens parochiam vnius Epiſcopatus alteri Epiſcopatui liberam cum ſuis iuribus, & pertinentiis, cenſetur etiam iura Epiſcopalia, & iuriſdictionalia concedere in dicta parochia. Calder. *conſil. 325. circa med. ver. item hoc probat verbũ liberam*, alias 6. *de donat.* † Amplia; quia libere, & non libere ſunt contra- 10
ria; ideo ſi aliquid fieri poteſt libere, quatenus libertas reſtringatur, dicitur contrarium conſtitui. Calder. *conſil. 5. de conſtit. circa fin.* quod duplicatur *conſil. 342.* alias 13. *de teſtam.* vbi, quod conſtitutio Epiſcopi, quod diſtributio male ablatorum fieri debeat per Epiſcopum eſt contra Canones, & non valet; quia tollitur facultas libera diſtribuendi ab eo, qui debet. † Amplia; quia prælegatum li- 11
bere factum hæredi poſtea grauato fideicommiſſo non venit ſub fideicommiſſo propter verbũ, *libere*, quod ſuperabundaret. Bald. *conſil. 479. Præſuppoſito ſine praiudicio, lib. 2. circa fin.* concord. Cuman. *conſil. 37. Quidam legauit, n. 3. ver. quia in ipſo.* Fulgoſ. *conſil. 99. n. 3. ver. & hanc fuiſſe ſententiam*, & Soc. Iun. *conſil. 8. n. 26. & ſeq. lib. 1.* † Ex- 12
tende; quia verbum, *libere*, in legato importat, vt ſit data facultas capiendi rem legatam propria authoritate. Roland. à Vall. *conſ. 42. n. 20. lib. 1.* † Amplia; quia verbum, *libere*, excludit omnem ſeruitutem. Gozad. *conſil. 24. num. 3.* † Et omne onus excludit. Socin. 14
conſil. 43. n. 13. lib. 4. † Extende; quia verbum, *libere*, plenam, & o- 15
mnem libertatem importat. Dec. *conſil. 359. Perſeruatis, n. 5.* Ruin. *conſ. 18. n. 6. lib. 1.* Curt. Iun. *conſ. 2. n. 3. & conſ. 230. in fi.* Ruin. *conſ. 121. n. 2. 5. & 10. lib. 2. & conſ. 99. n. 12. lib. 4.* Roland. à Vall. *conſ. 42. n. 19. & ſeq. lib. 1.* Ruin. *conſil. 219. n. 3. lib. 1.* † Extende; quia verbum, *libere*, 16
excludit conſilium, vel conſenſum alterius. Curt. Iun. *conſil. 2. n. 3. lib. 1.* † Et importat, quod ceſſet omne impedimentum. Ruin. *d.* 17
conſil. 219. n. 3. lib. 1. † Extende; quia verbum, *libere*, importat, vt non 18
requiratur conſenſus eius, cuius alias deberet requiri. Rol. à Vall. *d. conſ. 42. n. 19. lib. 1.* † Et in tantum prædicta procedunt, quod im- 19
propriaretur verbum, *libera*, ſi non importaret libertatem abſolutam. Ioann. de Anan. *conſil. 62. n. 2.* † Et libellus ad libere relaxandum, & dimittendum concernit petitorium; quia poſſeſſorium 20
non impedit, quin agi poſſit petitorio, & res reſtituta in poſſeſſorio non eſt libera à petitorio; ideo libere importat, vt non poſſit amplius impugnari. Alex. *conſil. 96. Conſideratis, in princ. lib. 5.* vbi apoſt. *in ver. libere*, dat concord. infinitos, *lib. 5.* † Idem in nouitio 21
non profeſſo, qui poteſt libere redire ad ſeculum, vt in *cap. 1. de reg. in 6.* quia nullam poteſt pati controuerſiam, eo quod fuerit alimentatus; quia non eſſet libera redditio, ita Alex. *d. conſil. 96. n. 2. lib. 5.* † Amplia in legato libero, vt omnem excludat ſeruitutem, 22
omneque onus. Dec. *conſil. 289. col. 2.* † Extende, quia verbum, *libere*, excludit omnem contradictionem. Alex. *conſil. 12. Viſo in princ. lib. 2.* & importat idem ac ſi diceret, ſine vlla contradictione. Alex. *conſil. 14. n. 3. ver. nam verbum libere, lib. 2.* † Amplia; quia excludit o- 24
mnem diminutionem. Alex. *d. conſil. 12. Viſo themate, in princ. lib. 2.* allegat text. *in c. 1. in verbo, libere, de reg. in 6.* & apoſtilla ad Alex. *in ver. libere*, quæ citat plurimos concord. ad hoc. † Declara; quia licet 25
verbum, *libere*, intelligatur ſine vlla diminutione, intelligitur reſpectu rei, cui adiicitur, non autem reſpectu aliarum rerum, de quibus in contractibus, quibus non aptatur. Alex. *d. conſil. 12. n. 8. & ſeq. ver. non obſtat igitur, lib. 2.* † Limita; quia verbum, *libere*, non 26
intelligitur de tali libertate, quæ poſſit eſſe cauſa ſcandali; ideo ſi teſtator diſponat, quod legati pars libere reuertatur alteri legatario, vel ſubſtituto, non propterea capiet propria authoritate. Cuman. *conſil. 115. num. 2. ver. ad ſecundum.* † Limita; quia ſi fideiuſſor 27
promittat ſolũ libere, & ſine exceptione, etiam ſi addat, ad omne beneplacitum creditoris; non tamen propterea cenſetur renunciaſſe exceptioni diſcuſſionis, & maxime ſi fideiuſſor promiſit releuare indemnem creditorem; quia neceſſario requiritur diſcuſſio principalis, & renunciatio eorum, quæ veniunt ex natura contractus, non includitur. Rom. *conſil. 211. Allegationes, num. 2. & 3.* vbi ponit plura ſimilia. † Declara; quia bona dicuntur expedita, vel 28
libera, quæ ſunt penes aliquem ſine controuerſia, *l. à Diuo Pio, §. ſed & illud, ff. de re iud.* Fabian. de Monte *tract. de empt. & vendit. in 6. q. princ. num. 64. ver. quia non dicitur tradita expedita*, & in ſtatuto Vincentiæ loquente de bonis expeditis, Bald. *conſil. 332. Statuto Ciuitatis Vicentiæ lib 3.* Vide, Dictio, *liberum*, quid importet. *Concluſ. 306.*

Liber Codicis an ſit compilatus ante, vel poſt Inſtitutiones. Concluſ. 336.

LIBER † Codicis fuit compilatus ante Inſtitutiones, & licet Im- 1
perator addiderit aliquas conſtitutiones poſt compilationem Inſtitutionum in libro Codicis; tamen qui dicit conſtitutionem eſſe de additis poſt, debet probare; ideo ſi contradicunt in aliquo leges Codicis cum Inſtitutionibus, ſtandum eſt Inſtitutionibus. Bart. plene *conſil. 144. Codex communis, lib. 1.* † Contrarium, quod 2

imo Codex primus fuerit ante Institutiones, sed Codex secundus fuerit post Institutiones, & quod leges Codicis sint obseruandæ, non Institutiones, dicit apost. ad Bart. *d. consil. 144. in ver. Codicem, lib. 1.* quæ alios allegat, & bo. mem. Sylueſter Aldobrandinus *in proœm. Inſt. §. quorum*, dicit Bart. non esse adhærendum in hoc.

Liberorum appellatione qui comprehendantur. Conclus. 337.

1 APPELLATIONE † liberorum continentur omnes descendentes, *l. 2. §. hac autem ex constitutionibus, ff. de excusatio. tuto.* Bald. *consil. 303. Ad euidentiam præmittendum, l. b. 2.* vbi secus si præferatur verbum, filiorum. Castr. *consil. 97. Ne in propriis. n. 4. ver. secunda substitutio, lib. 2.* Alex. *consil. 38. in princ. lib. 6. & consil. 158. Viso testamento,*
2 *in princ. lib. 7.* † Extende; quia nedum liberorum appellatione veniunt filii, nepotes, pronepotes, & descendentes omnes, sed etiam tam masculi, quam fœminæ. Alex. *d. consil. 158. Viso testamento,*
3 *in princ. lib. 7.* † Extende; quia imo si fiat legatum alimentorum spurio, & eius liberis; quia valet de iure Canonico, & extenditur ad omnes descendentes filii spurii. Alex. *d. consil. 158. in princ. lib. 7.*
4 † Declarat apost. ad Alex. *d. consil. 158. in princ. in ver. Contineri, lib. 7.* vt sint vera præmissa saluo communi vsu loquendi, si aliter intelligeretur, & etiam saluo quoad natos, & agnitos posset restringi,
5 allegat Alex. *consil. 171. col. 1. lib. 6.* † Declara; quia imo etiam verbum filiorum, quando profertur ab ascendente includit nepotes, & descendentes, vt non sit locus substitutioni ex tacita, & coniecturata mente Bald. *consil. 413. lib. 4.* † Amplia; quia etiam filia fœmina venit appellatione liberorum, imo etiam nepotes ex filia
7 veniunt in dispositione facta de liberis. Bald. *consil. 52. Substitutio facta, lib. 2. & consil. 235. Punctus, super quo. lib. 4.* † Extende; quia in fideicommissis appellatione liberorū masculorum veniunt etiam descendentes masculi ex filia fœmina. Alba. *consil. 86. & 87.* vbi di-
* 8 cit * communem. † Contrarium tenent Bald. Ang. & Castr. *in l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius voc.* Salyc. & alii relati per Corn. *consil.*
9 *246. num. 5. lib. 2.* † Declara; quia opinio satis dubia est, & controuersa; ideo non procedit extensio, quando constat de mente, vt quia testator consulere voluit agnationi, ita DD. Tres Rotæ Flo-
10 rentinæ in motiuis die 14. Maii 1574. in causa versa. † Declara; quia appellatione liberorum continetur nepos ex filia; vt tamen conditionem matris sequatur; quia in re, in qua filia non admittitur,
11 neque nepos admittitur. Alex. *d. consil. 38. in princ. lib. 6.* † Amplia; quia non dicitur decedere sine liberis is, qui relinquit neptem ex filia de iure communi. Bald. *consil. 435. in princ. lib. 4.* plene Alex.
12 *d. consil. 38. Perspectis, in princ. lib. 6.* vbi plena apost *in ver. liberis.* † Extende, vt procedat, quando agitur etiam de excludenda causa pia substituta filiis testatoris, qui decedunt sine filiis; quia nepotes extantes vocantur, & comprehenduntur. Bald. *consil. 413. Viso testam.*
13 *lib. 4.* Dec. *consil. 391. In casu propos. per tot.* † Extende, vt idem sit in dispositione statuti disponentis, quod decedenti sine liberis succedant proximiores agnati vsque ad tertium gradum inclusiue. Bald. *consil. 435. lib. 4.* vbi est casus in terminis statuti Tudertini.
14 † Extende vt idem sit in dispositione vltima hominis, vel fideicommisso facto sub tali conditione. Bald. *d. consil. 435. lib. 4.* † Restringe; quia si testator instituit filios masculos, & si decesserint sine liberis masculis, non veniunt nepotes masculi ex filia filii, licet appellatione liberorum venirent de iure communi; quia constat de mente, quod de masculis ex masculis intellexit. Corn. *consil. 146.*
16 *in hac consultatione, n. 19. ver. sic etiam alias, lib. 2.* Vide, *Mens, & ratio attendenda plus quam verba. Conel. 199.* † Restringe, vt non procedat, quando constaret de intentione disponentis, quod contrarium
17 senserit. Bald. *d. consil. 52. in princ. lib. 2.* † Restringe multis modis, de quibus relatiue apostill. ad Alex. *d. consil. 38. in princ. & in ver. liberis,*
18 *lib. 6.* quæ ad hoc citat plures, quos videas. † Differunt filii à liberis, prout species à genere; quia vocati sub nomine filiorum dicuntur specialiter vocati, sub nomine vero liberorum dicuntur generaliter vocati; & ideo si testator vocat maiorem natu filiorum non vocat nepotem ex primo filio mortuo viuente patre, maxime quando testator superuixit post mortem primi filii mortui, & ius maioritatis non transit in nepotem viuente testatore isto casu.
19 Alex. plene *consil. 123. Discussis hæsitationibus, in princ. lib. 1.* † Amplia; quia licet filiorum appellatione in contractibus non veniant fœminæ, bene veniunt appellatione liberorum. Dec. *consil. 235. Non*
20 *parua, n. 5. ver. nam videmus.* † Amplia; quia in substitutionibus liberorum appellatione veniunt tam masculi, quam fœminæ, tam in primo matrimonio, quam in secundo, & vlteriori, ita Dec. *d. consil. 235. Non parua, n. 6. ver. ad tertium*, vbi, quod nullam habet difficultatem. † Declara tamen, quia licet comprehendantur omnes descendentes; tamen intelliguntur vocati secundum ordinem succedendi, vt primo admittantur proximiores. Dec. *d. consil. 235. num. 6. ver. & eodem modo.* Vide, *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in contractibus, & materia, &c. Conclus. 376.* Vide, *Substitutio vulgaris quando dicatur, & quando fideicommissaria. Conclus. 802.*

Libertas præsumitur, nisi probetur seruitus. Conclus. 338.

LIBERTAS † præsumitur, nisi probetur seruitus; quia omnis res à principio fuit libera. Bald. *consil. 400. Super primo, circa fi. ver. certum est, quod à principio. lib. 4.* quod est Cyni. Vide, *Seruitus non præsumitur, nisi probetur. Conclus. 227.* † Amplia; quia inducta seruitute ex præscriptione per non vsum seruitutis de facili inducitur de nouo libertas spatio decem annorum inter præsentes & viginti inter absentes, nec requiritur bona fides, ex quo præsumitur; quia res secundum naturalem statum præsumitur. Alex. *consil. fi. num. 2. ver. secundo quia, lib. 1.* † Extende; quia is, qui probat se dominum rei, habet intentionem fundatam, quod res sit libera, & potest prohibere prætendentem seruitutem, nisi probet, etiam si existat in quasi possessione, nisi probet, quod non vi, non clam, non precario, & quod iure seruitutis, & quod habuit iustam causam. Alex. *d. consil. fin. num. 3. ver. tertio quia, lib. 1.* maxime *circa fin. n. 3.* † Contra extensionem tenet Menoch. *de recuper. possess. quæst. 74.* vbi, quod is, qui est in quasi possessione, non probat; quia præsumitur bonæ fidei possessor, quod ego intelligo, nisi ius resistat possessioni. † Amplia; quia omnia bona præsumuntur libera & allodialia, & non feudalia; quia inspecta prima origine omnia sunt libera, & propterea qui dicit contrarium, probare debet. Roland. à Vall. *consil. 2. num. 11. & seq. lib. 3.* vbi multos allegat, *& num. 15.* dicit esse * communem, quod non præsumuntur Castra feudalia, * *
plenius *consil. 32. num. 32. & seq.* vbi de * communi, *lib. 3.* & * com- * *
munem etiam dicit Curt. Iun. *consil. 41. num. 7.* & * communem di- *
cit *consil. 82. in princ. lib. 2.* Alex. *consil. 55. Perspectis iis, nu. 18. & 19. ver. circa aliud, lib. 4.* vbi apostilla dat concord. & *consil. 15. in princ. lib 5.* plenius Alex. *consil. 129. Ponderatis iis, in princ. lib. 1.* vbi plena apostilla *in ver. allodialia*, plene Ias. *in l. si prius, nu. 41. ff. de nou. oper. nunc.* Dec. *consil. 269. Consultus ab illustri, in princip.* Ægid. Bellam. *consil. 21. n. 9.* Castrens. *consil. 179. In causa, in princ. lib. 1.* Vide, *Castro vendito quid sit venditum. Conclus. 122. cum duabus Concl. ibi proxime sequentibus.* † Extende; quia ciuitas data in dotem præsumitur data libera, vt res allodialis, non autem vt feudalis, nisi doceatur de contrario. Alexand. *consil. 87. Accurate, num. 5. & seq. ver. circa secundum, lib. 6.* vbi loquitur in ciuitate Astensi data in dotem per Ducem Mediolani filiæ suæ nuptæ Ludouico Duci Aurelianensi filio, & fratri Regis Franciæ. Vide, *Feudalia bona ex quibus præsumantur. Conclus. 173. cum Conclus. ibi proxima seq.* † Extende; quia procedit, etiam si castra sint in dominio Regis, & Regno; quia præsumuntur allodialia, & non feudalia; quia feudum est seruitus. Alciat. *consil. 491. col. fin.* Roland. *d. consil. 32. n. 32. & seq.* Castr. *d. consil. 179. in princ. lib. 1.* vbi dicit hoc verum, nisi constet, quod sint feudalia. Vide, *Princeps supremus habet intentionem fundatam in suo principatu. Conclus. 666.* † Extende idem in castris, quæ sunt in statu Ecclesiæ; quia præsumuntur allodialia, & libera, nisi probetur præstitum seruitium, vel iuramentum fidelitatis. Roland. *d. cons. 32. n. 36. lib. 3.* vbi allegat Castrens. *cons. 163. col. 1.* secundum antiquam impressionem, sed est *consil. Castr. 179. In causa, quam Magnificus, in princ. lib. 1.* Vide, *Papa habet intentionem fundatam in statu Ecclesiæ. Conclus. 66.* † Extende, quia non probatur feudum, vel bona esse feudalia, etiam si aliquid annuum soluat; quia potius census, quam fidelitas præsumitur. Ias. *d. l. si prius. n. 42. ff. de nou. oper. nunc.* Bart. *consil. 161. lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiam si alia bona vicina pro maiori parte, vel omnia essent feudalia; quia adhuc castra, & bona particularia præsumuntur allodialia, & non feudalia. Roland. à Vall. *d. consil. 32. n 36. lib. 3. & consil. 82. nu. 7. lib. 2.* allegat Natt. *cons. 267. in fin.* † Extende, quia procedit præsumptio libertatis non solum in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus, & iurisdictionalibus. Angel. Aretin. *d. consil. 72. In casu supradicto, num. 7.* † Extende, etiam si appareat dominum castri fecisse obsequium, & paruisse Regi, in cuius Regno castrum est positum; quia adhuc præsumitur castrum liberum, & obsequium factum tanquam Principi suo, non tanquam domino feudi. Rol. *d. consil. 32. num. 34. lib. 3.* † Extende; quia bona præsumuntur libera & allodialia, & non feudalia, etiam si sint intra fines feudi, quando vendita sunt, & habita ex consuetudine pro allodialibus, quia non est præsumendum, quod voluerit contrauenire feudatarius, & cadere à feudo, ita Rol. *consil. 50. num. 39.* vbi * dicit com- *
munem. † Extende, quia concessio castri facta à Principe præsumitur potius donatio, quam feudum. Dec. *consil. 269. Consultus ab Illustri, in princ.* † Extende, etiam si extet inuestitura, in qua princ-
ceps

ceps concedat quicquid iuris habet in d.castro, & territorio; imo etiam si extet concessio per alia verba similia incerta; quia secundum * communem præsumuntur adhuc allodialia, & non feuda-
16 lia. Rol.à Vall.*cons.82.n.7.& seq.ver.nec obstat.lib.2.* † Extẽde,etiam si concedat princeps castrum cum iuribus, & pertinentiis in feudum; quia alia bona feudalia non præsumuntur. Alex.*d.consil.* 55.
17 *n.19.lib.4.* † Restringe, quando concessio esset de castro, & territorio, pratis, vineis, & bonis in feudum; quia bona intra territorium præsumuntur feudalia. Curt.Iun.*d.cons.*140.*n.*10.*& seq.* vbi,
18 quod specificatio multum operatur. † Contrarium dicit Rol. à
* Vall.*d.cons.*82.*n.*7.*& seq.lib.*2.vbi reprobat Curt.Iun.& dicit* communem in contrarium, & multos allegat. † Restringe in concessione iurisdictionis facta ab Ecclesia; quia in dubio censetur concedere in feudum, non autem alio titulo. Ias. ex mente Baldi in *l.si prius,n.*42.*ff.de nou.oper.nunc.* vbi dicit esse tenendum menti. Castr.
19 *cons.*179.*num.*5.*lib.*1.Abb.*cons.*87.*num.*7.*ver.hinc dicimus,lib.*1.Brun. *cons.*127.*col.*7.*ver.quod si quartam assumamus,* vbi reddunt rationem; quia territoria, & iurisdictiones non consueuerunt concedi, nisi
20 in feudum. † Restringe, quando bona sunt intra fines feudi; quia præsumuntur feudalia, si non probantur exempta. Rol. à Vall. *cons.*50.*n.*39.*lib.*3.vbi etiam restringit hanc restrictionem,nisi consuetudo esset contraria,quod libere,& tanquam libera venderen-
* 21 tur, vbi dicit * communem. † Idem, quando bona sunt emphyteutica in vniuerso, & pro maiori parte; quia bona intra fines talia præsumuntur. Crau.*consil.*434.*n.*6.*& seq.* Et idem tenet Curt. Iun.*cons.*140.*n.*10.*& seq.*vbi,quod concesso castro cum territorio
22 in feudum bona intra fines feudi præsumuntur feudalia. † Rationem adducit Alex.*d.cons.*129.*Ponderatis, in princ.lib.*1. quia res feudalis dicitur, quandam seruitutem debere,& seruitus non præsumitur, *l.altius.C.de seruit.* Vide plene Masc. *Concl.*79. *Allodium quid sit,* vbi, quod omnia bona præsumuntur allodialia,& ponit regulam cum 3.ampliationibus, & 12.limitationibus. Vide eundem Masc. plenius *Concl.*209. *Bona allodialia, & libera præsumuntur, & quando secus,* vbi firmat regulam cum ampliationibus & limitationibus. Vide iterum eundem Masc. *Concl.*323. *Comes an præsumatur habere Comitatum iure libero,* & facit regulam affirmatiuam,& limi-
☞ tat. Vide tamen, *Feudalia præsumuntur omnia castra, & quando secus.*
23 *Concl.*174. † Amplia; quia seruitus non præsumitur,sed libertas, *d.l.altius, C.de seruit.& aqua.* Roland. à Vall. *cons.*32.*n.*33.*lib.*3. Alex. *cons.*129.*in princ.lib.*1. plene Ias.*in l.si prius,n.*40.*ver.quarta, & vltima, ff.de nou.oper.nunciat.* vbi reddit rationem rationis,quia seruitus nõ
☞ habet causam naturalem. Alex.*cons.*174. *Opportune, in princ.lib.*2.
24 Vide, *Seruitus non præsumitur, nisi probetur. Concluſ.*227. † Extende; quia Ecclesia præsumitur libera à iure patronatus. Rol.*d.cons.*32. *n.*33.*lib.*3. Vide Masc. *Concluſ.*585.*Ecclesia quælibet in dubio præsumitur libera.* Amplia; quia omne prædium præsumitur liberum à præ-
25 statione,& tributo. Ægid.*cons.*21.*n.*9. † Restringe; quia non præsumitur prædium liberum à tributo,quod præstatur à lege. Ægid.
26 *d.cons.*21.*n.*9. † Restringe,quando sumus in inuasore,qui scire debuit rem alienam,& ad alium pertinere. Ang.Aret.*cons.*72.*In casu supradicto,n.*38.*ver.præterea ad id, quod dicitur,* vbi, quod si constant inuestituræ Imperiales, illis statur cum fama in antiquis quod res
27 sit subiecta. † Restringe, quando à natura inest seruitus, prout q̃ locus inferior naturaliter seruiat superiori circa naturalia, quæ decurrunt infra. Ias.*d.l.si prius, num.*40.*ff.de nou.oper.nunciat.* Ægid.
28 Bellam.*d.cons.*21.*n.*9. † Amplia; quia bona in dubio præsumuntur libera, & non emphyteutica, neque feudalia. Dec. *cons.*269. *Consultus ab Illustri, in princ.& cons.*413. *Consuluit accurate,* vbi, quod q̃ dicit esse emphyteutica,vel feudalia,debet probare, & *cons.*424. *Proponitur,quod Magnifica,& cons.*508.*Viso puncto.* Alex.*cons.*129.*Ponderatis iis,col.*1.*lib.*1. Curt. Sen.*cons.*75.*col.*1. Dec.*cons.* 467.*Bene, & consulte, ver.quibus tamen non obstantibus, & cons.seq.n.*6.*& cons.* 498. *n.*2. Alciat.*in tract.præsumpt.reg.*2.*præsumpt.*3. Socin.Iun.*cons.*67. *Pro resolutione,n.*5.*& cons.*75. *Quanquam,n.*25.*lib.*1. Afflict.*decis.*277.*n.*7. Angel. Aretin. *cons.*72. *In casu supradicto, nu.*6.*& 7.ver.& potissime.*
29 † Extende; quia licet bona allodialia sint quandoque exempta, quandoque descripta, & non exemta; bona vero feudalia semper sint libera, non tamen ex eo, quod sunt bona libera, & non descripta,præsumi debent feudalia,sed allodialia, ita Roland.à Vall. *cons.*82.*n.*35.*lib.*2. quem sequitur Surd.*cons.*135.*n.*87. vbi reprobat
30 Crau. contrarium tenentem. † Contrarium Crau. *in cons. seu responso pro genero,n.*434.*& seq.* vbi,quod imo exemptio præsumitur, quia feudalia bona non regiſtrantur,& exemptio est ex accidenti, vel priuilegio, exemptio vero feudalis ordinaria est, & naturalis.
31 † Amplia,vt in tantum libera res præsumatur, vt libertas rei se extendat vsque ad cœlum supra, & vsque ad profundum infra, ideo quilibet potest in suo ædificare in altum,quantum velit,& puteos fodere in profundum, nisi reperiatur prohibitũ, vel seruituti ob-
noxium.Castr.*cons.*3.*n.*4.*ver.sed quantum ad iudicium,lib.*2. † Extende in tantum, quod possum in fundo meo non tangendo fundum 32
vicini mei facere quicquid mihi placet,& tollere vtilitatem,quam perciperet quicunque ex fundo meo subtus terram,vnde possum auferre venam aquæ alterius, quæ transit subtus fundum meum, & illam mihi applicare, iuxta not. *in l.fluminum,*§.*fin.cum l.seq.ff.de damn.infect.* Castr. plene *d.cons.*3.*n.*4.*ver.causa vero,lib.*2. † Extende 33
idem in thesauro reperto, quia est locus præoccupationi etiam in fundo alieno, vt *Instit.de rerum diuis.*§.*Thesaurus.* Castr. *d.cons.*3.*col.* *fi.ver.nec obstat.l.venditor,lib.*2.*& in cons.*4.*n.*1.*in fin.* allegat *l.nunquã,* §.*thesaurus, ff. de acquir. rerum domin.* † Restringe, nisi quis præ- 34
scripsisset,vel cum titulo inter præsentes 10.annis, vel inter absentes 20.annis, vel 30.aut 40.annis sine titulo; quia licet sit seruitus discontinua, quæ requirit centum annos, quando deberetur à re rei;tamen hoc casu est discontinua debita personæ,& sic sufficiunt 30.vel 40. anni, & tollit malam fidem, quia est permissa; & quia saltem hoc tempus potest inducere bonam fidem. Castr. *d.cons.*3. *in fin.lib.*2.*ver.nec obstat,quod habet.* † Restringe; quia licet possidens 35
fundum sit dominus vsque ad cœlum,& vsque ad profundum,tamen si alius subtus fundum alienum præoccupauit fodiendo venas metalli, & dominus fundi velit impedire quasi ipse dominus possideat, non potest, nisi reperta vena possessionem eiusdem apprehenderit de nouo, quia si post est reperta, & facti sunt cuniculi, est res separata à fundo. Castrens.*consil.*140.*col.*2.*ver.non obstat si dicatur,lib.*2. † Restringe in fodinis lapidum, vel auri, aut argenti 36
ex causa publicæ vtilitatis inuentis, quia potest quilibet subtus fundum alienum fodere, dummodo non noceat domino fundi in fundo,*l.quosdam, & l.cuncti, C.de metallar. lib.* 11. Castrens.*d.consil.*3.*col.fin.in princ.lib.*2. & repetit *consil.*4.*col.*1.*ver.debent succumbere,* vbi, quod loquitur in lapidicinis pretiosis, in quibus magna fit impensa, & versatur publica vtilitas, non in aliis saxis. † Et pro- 37
cedit restrictio, etiam si dominus fundi velit & ipse pro publica vtilitate effodere eandem venam ab alio in fundo suo repertam; quia non potest, ex quo locus est præoccupationi. Castr.*d.cons.*4. *col.*1.*in fin.ver.nec obstat. lib.*2. † Declara tamen; quia si noceret do- 38
mino fundi potest prohiberi, & ita loquuntur contraria, quæ possunt allegari, prout *in l.venditor.ff.commun.prædio.* & ita declarat Castrens.*d.consil.*3.*col.fin. ver.nec obstat, lib.*2.*& consil.*4.*col.*1.*ver.secundo debet,* vbi, quod in venis saxorum pretiosorum procedit,non in lapidibus non pretiosis, quia in istis necessarium est deuastare agrum, & non versatur publica vtilitas. † Limita in Ecclesiis,quia 39
omnes Ecclesiæ subiiciuntur Episcopo,in cuius diœcesi sunt sitæ, quia ius Canonicum non admittit aliquam Ecclesiam esse acephalam,*c. omnes Basilicæ.*16.*q.*7. Castrens.*consil.* 179.*In causa quam Magnificus,in princ.ver.nec obstat,lib.*1. Vide Conclusionem prox.seq. ☞

Libertatis fauore multa specialia introducuntur. Concluſ. 339.

IVRAMENTVM † quod alius non vestiret pactum nudum, illud 1
tamen vestit fauore libertatis. *l.fin.ff.de liberali cauſ.* Calderin. *cons.*99. alias 4. *de pact.* † Sola existentia sui hæredis non inducit 2
additionem ad confirmanda legata; tamen si legata est libertas,sola existentia sui hæredis confirmat legatum libertatis.Bald.*cons.*327. *Visa serie, post med. ver. præterea, lib.*5. † Et in dubiis opinionibus li- 3
bertati fauendum est,& pro libertate pronunciandum.*l.libertas.ff. de reg.iur.*† Si duo reperiantur instrumenta eodem die facta,vnum 4
cessionis crediti; alterum liberationis debitoris, præsumitur anterius instrumentum liberationis. Vide, *Data in concursu eadem.* ☞ *Concl.*21.*n.*8.*& seq.* † Terminus ad aliquid faciendum regulariter 5
intelligitur, dummodo fiat intra terminum, & sic in vltima die impletur,secus fauore libertatis, quia intelligitur in principio,& cum primum poterit. Rom. *cons.*221. *Super isto, in princ.ver.& prima fronte, cum seq.* † Legari non potest res aliena ab ignorante; secus 6
fauore libertatis; quia valet legatum rei alienæ factum ab ignorante, quod esset res aliena. Rom. *cons.*235. *Quoad primum, num.*5. † Probatio si in concursu æqualis præualet probatio,& fama,quæ 7
fauet libertati, & carceratis. Rom. *cons.* 241. *Spectabiles Domini, in princ.ver.secundo dicitur, & n.*2.*&* 3. † Carceratus iniuste homo li- 8
ber fauore libertatis relaxandus est statim,ita vt neque momento indebite detineri possit. Rom.*consil.*320. *Nec istorum.n.*5.*ver.tertio hoc deducitur.* † Imo fauore libertatis potest iniuste captus, & car- 9
ceratus impune à priuato liberari,& eximi,idem Rom.*d.cons.*320. *in fin.*vbi gloss.*in ver.eximere.*dat concord. † Pia causa dicitur causa 10
libertatis. Tiraq.*de legib.connub.gloss.*8.*q.*18.*n.*166. vbi, quod imo est magis pia, quam quælibet alia. Alex.*cons.*76.*Ponderatis.num.*16. *lib.*3. vbi, quod duo testes sufficiunt pro libertate in vltima volun-

tate.

tate, ſicut in pia cauſa. † Cancellatio legati reperta facta in teſta-
mento præſumitur de voluntate teſtatoris; ſecus ſi legatum can-
cellatum continet libertatem; quia niſi probetur de voluntate
teſtatoris, debetur non obſtante cancellatione. Alex. *conſ.14. Vi-*
ſis. num.16. ver. quarto confirmatur. lib.6. † Confeſſio abſente parte
facta extra iudicium, quæ non probat, bene valet ad liberandum,
& ſic ad inducendam libertatem. Vide, *Confeſſio abſente parte, vel*
pactum ad liberandum quando valeat, vel non. Concluſ. 644. quia libe-
ratio eſt quædam datio libertatis. Vide ſupra, *Liberatio quid ſit.*
Concluſ. 325. † Extende; quia exceptio non numeratæ pecuniæ,
quando opponitur contra liberationem factam, durat tantum
30. diebus; item dicitur fauorabilis: item non admittit probatio-
nem in contrarium lapſis 30. diebus: ſi vero opponitur ad obliga-
tionem, durat biennio, eſt odioſa, & poſt lapſum biennii poteſt
etiam probari contrarium, quod non interuenerit numeratio.
Caſtrenſ. *conſil.233. Viſo caſu, num.2. ver. primo quia. lib.* 2. † Multa
ſunt permiſſa fauore libertatis; quia iura relaxantur fauore captiu-
orum, vt liberentur à captiuitate, & à carceribus, & ſic fiant li-
beri. Vide, *Captiuorum redemptio pia cauſa eſt, & habet multa ſpecialia.*
Concluſ.64. † Publice intereſt ciuitates repleri hominibus liberis.
l. ſi quis rogatus. §. ſed publica res. ff. de fideic. libert. Alexand. *conſil.* 134.
num.42. ver. non obſtat. lib.6. Limita, vt in Concluſione prox. ſeq.

Libertas non habet priuilegium in multis. Concl. 340.

1 QVi † vult conſequens, cenſetur velle neceſſarium antece-
dens, vt in *ver. Conſequens includit ſuum neceſſarium, &c. Con-*
cluſ. 757. tamen ſi dominus relinquat aliquid ſeruo incapaci, non
cenſetur facere capacem, neque legare conſequenter libertatem;
quia eſt ſpeciale in milite legante aliquid ſeruo, vt tunc cenſea-
tur legata libertas per antecedens neceſſarium, ita Rom. *conſ.288.*
in caſu propoſitæ conſultationis. Vide Concluſ. proxime præced. in fin.

Libertas reſpectu imperandi ſibi ipſi non poteſt præ-ſcribi; quia deficit poſſeſſio. Concluſ. 341.

1 LIbertas † & exemptio, licet reſpectu imperandi non poſſit
præſcribi in ſeipſo; quia nullus poſſidet hanc libertatem, vt ſi-
bi imperet; tamen vt acquirat alteri ſuperiori, & vt eximatur ab
obedientia vnius, bene datur poſſeſſio, & præſcriptio. Oldrad.
conſ.172. in princ. ver. ad ſecundum, & conſ.244. n.4. ver. tertio opponeba-
tur, ibi, quod præſcribens obedientiam contra Epiſcopum ſuum
acquirit illam immediate Papæ, & *conſ.* 254. *Quia tota pars, in princ.*
Vide, *Imperare ſibi nemo poteſt. Concl.*47. Vide, *Obedientia, & ſubiectio*
qualiter ceſſet ex præſcriptione. Concluſ. 5. Vide plenius, *Præſcriptio non*
*procedit ſine poſſeſſione, & quæ poſſeſſio requiratur. Concluſ.*523.

Libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat, & quis con-tra eam facere dicatur, vel non. Concluſ. 342.

1 LIbertas † Eccleſiaſtica eſt de iure Diuino. *cap. quanquam, de*
cenſib. in 6. plene Dec. *in c. eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* vbi concord.
2 allegat Ioan. Lap. *in tract. de libert. eccl. part.1. q.2. & p.2. quæſt.2.* † Li-
bertas Eccleſiaſtica conſiſtit in priuilegiis conceſſis ſuper ſpiritua-
libus, vel temporalibus generaliter, vel ſingulariter à Deo, vel à
Papa, vel ab aliis Principibus, vt ab Imperatore, ita Inn. & alii *in c.*
nouerit, de ſent. excom. Lap. *alleg.93. Inſpeximus, in princ. num.1.* Signor.
conſ.80. Factum ſic præſupponitur. n.11. Dec. *in authen. caſſa, num.18. C. de*
* *ſacroſ. Eccleſ. n.18.* vbi dicit * communem, quod ſi agatur contra pri-
uilegia Eccleſiarum, & eccleſiaſticorum, violatur libertas Eccle-
ſiaſtica, ſi aliquid fiat, quod ſit contra id, quod competit de iure
cómuni; alias ſi aliquid fiat contra priuilegia, quæ non ſint à Deo,
vel à Papa, vel de iure communi, non eſt contra libertatem Eccle-
* ſiaſticam, licet ſint omnia talia geſta nulla, & * communem pari-
ter dicit Clar. *in §. fin. q.77. n.8.* quia omnia, quæ fiunt à laicis con-
tra Eccleſias, & Eccleſiaſticos circa ea, quæ competunt de iure cō-
muni, ſunt contra libertatem eccleſiaſticam, & ſunt ipſo iure ex-
communicati per prædicta. Vide tamen infra *n.17. & ſeq.* quia imo
etiam ſi fiat contra priuilegium particulare Eccleſiæ conceſſum,
dicitur fieri cōtra libertatem Eccleſiæ. Vide omnino Iacob. Man-
3 dell. *conſil.8. concl.3. & per tot.* maxime *concl.5.* † Priuilegia conceſſa
à Deo multa ſunt, videlicet illud: *Quodcunque ligaueris, &c.* item de
decimis, & primitiis; quod clerici res Eccleſiaſticas adminiſtrent:
quod Eccleſia ſuper ſpiritualibus ſola concedere poteſt, & multa,
quæ in nouo, & veteri Teſtamento conſcripta ſunt ſecundum
Inno. *in d.c. nouerit, in princ. de ſent. excomm.* Lap. *d. alleg.93. in princip.*
4 † Et iſta libertas Eccleſiaſtica cum ſit à Deo, non à Principibus,
ſicuti Principes eam non dederunt, ſic nec auferre poſſent, quia
Principes dati ſunt ad tuendas Eccleſias. Ægid. Bellam. *conſil.* 40.
num. 42. vbi, quod ſi quid conceſſum reperitur à Principibus ſe-
cularibus Eccleſiæ, tales conceſſiones ſunt declaratiuæ priſtinæ
libertatis. † Et quatuor Concilia generalia inducentia hanc liber- 5
tatem Eccleſiaſticam fuerunt ab Imperio comprobata. Ægid. *d.*
conſil.40. nu.42. ver. Imperatores etiam. † Priuilegia conceſſa à Papa 6
ſunt, quod ſtatuitur contra iniicientes manus violentas in cleri-
cos, quod duo teſtes ſufficiant in legatis ad pias cauſas, & multa
alia ſparſa in iure Canonico. Inno. *in d.c. nouerit. n.2. ver. ſuper ſpiri-*
tualibus. Lap. *d. alleg.93. in princ.* † Priuilegia ab Imperatore conce- 7
ſſa ſunt circa temporalia, vt ſunt immunitates, & exemptiones Ec-
cleſiæ: quod Eccleſia dicitur fidelium congregatio, & iis ſimilia.
Inno. *d. cap. nouerit. num.2. ver. in temporali autem.* Alex. *conſil.17. Viſo*
inſtrumento. num.15. & 16. lib.4. vbi, quod etiam ſtatutum reuocans
conceſſa in priuilegium Eccleſiis, & Eccleſiaſticis dicitur contra
libertatem, licet debilius dicatur id, quod conceditur ex priuile-
gio, quam ex iure communi. † Et ideo ſi aufertur ab Eccleſiis, & 8
Eccleſiaſticis beneficium, quod confertur de iure communi, di-
citur fieri contra libertatem Eccleſiaſticam. Alex. *conſil.* 209. *Sta-*
tutis. num.5. ver. imo ſecundum veram, lib. 2. quod ſtatutum auferens
ab Eccleſiaſticis beneficium iuris communis non valet; quia eſt
contra libertatem Eccleſiaſticam, plenius Alex. *conſil.* 111. *Viſa fa-*
cti. num.7. ver. item quia, lib.2. vbi, quod ſtatutum tollens Eccleſia-
ſticis ea, quæ ſunt illis conceſſa de iure communi, dicitur contra
libertatem Eccleſiaſticam, & citat plurimos concordantes, tollit
contraria, & dicit, quod Inno. *in d.c. nouerit. de ſent. excomm.* idem
voluit à fortiori; quia plus eſt tollere eccleſiaſticis beneficium iu-
ris communis, quam priuilegium ſpeciale à Papa, vel Imperatore,
& *conſil.17. lib.4. n.15.* allegat text. *in cap. cum terra, de electio.* Ambroſ.
Opizo. *in repet. l. filiusfamilias. §. diui. num.92. & ſeq. ff. de legat.1.* vbi ci-
tat plurimos concordantes, & ibi Alex. *num.12.* Calcan. *conſil.7.*
num.14. & 15. Socin. *conſil.241. Circa primum, num.3. ver. vel dicitur con-*
tra libertatem. Mandel. *conſil* 8. *num* 3. *ver. tertia concluſio, & num.* 9.
plenius *conſil.164. nu.13.* vbi de magis * communi. Deci. poſt alios *
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num.7. & ſeq. de conſtit. † Et ideo ſtatu- 9
tum, quod aufert priuilegium piæ cauſæ conceſſum dicitur con-
tra libertatem Eccleſiaſticam, & non valet. Alexand. *d. conſil.* 209.
num.5. in princ. ver. & quod dictum ſtatutum. lib.2. † Et libertas Eccle- 10
ſiaſtica idem eſt cum immunitate Eccleſiaſtica. Couarr. *lib.* 2. *var.*
reſolut. cap.20. in princ. Zabarell. *in cap. perpendimus, de ſenten. excomm.*
eſt text. *in cap. fin. de reb. eccleſ. non alien.* † Duplex libertas Eccleſiæ, 11
diſcretiue, prout libertas Eccleſiæ ſolius, & non alterius, alio mo-
do non diſcretiue, ſed in abſtracto, & iſta conſiſtit in libere agere,
libere pati, ſicut libertas hominis, & reſpicit etiam alios, ita eſt de
mente Caccialupi *in l. omnes populi. nu.98. ff. de iuſt. & iur.* vbi, quod
contrarium libertati eſt non libere agere, & non pati, allegat *l. li-*
bertas. ff. de ſtat. hom. vt cuiq; liceat, quod iure non prohibetur. † Re- 12
gula igitur eſt, quod veniunt contra libertatem Eccleſiaſticam, &
incidunt in pœnas *d. cap. nouerit, de ſent. excom.* illi, qui veniunt cōtra
priuilegia conceſſa Eccleſiæ à Deo; item à Papa in ſpiritualibus,
item ab Imperatore in temporalibus ſecundum Inn. *in d. cap. nouе-*
rit. n.2. ver. iis igitur, de ſent. excomm. Lap. *alleg.93. n.2.* Card. Zab. *d. cap.*
perpendimus. n.12. & ſeq. eod. tit. Abb. *conſ.63. Videtur primo, in princ. lib.1.*
† Et idem ſi auferuntur ea, quæ ſunt conceſſa clericis de iure Ca- 13
nonico, vel ciuili quocunque modo. Soc. *conſ.241 Circa primū. n.3.*
lib. 2. † Extende idem, ſi auferatur beneficium ſtatuti; quia licet 14
non ſit contra libertatem Eccleſiæ ſecundum Inn. *in d. cap. nouerit.*
tamen eſt contra libertatem Eccleſiæ ſecundum Bart. *in d. auth. caſ-*
ſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. quia reddit timidiores clericos, & ſic retrahit
à clericatu, plene Soc. *conſil.241. n.3. & ſeq. ver. ſed in contrarium, lib.2.*
† Declara; quia ab initio, quando fit ſtatutum, poſſunt ſtatuentes 15
nolle conferre beneficium clericis, & non eſt contra libertatem
Eccl. poſtquam vero eſt inductum beneficium à ſtatuto, non po-
teſt tolli: quia retrahit clericos, & reddit ſaltem timidiores. Socin.
d. conſil.241. col.2. ver. circa ſecundum caſum. cum ſeq. vbi tollit contra-
ria omnia, & dicit tutiorem opinionem, & *ver. ad propoſitum ergo,*
lib. 2. & ita etiam dicit Caccialup. *in d. l. omnes populi, num.* 98. &
ſeq. ff. de iuſt. & iur. Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num.* 97. *quæſt.12. de*
conſtit. vbi pro vtraque parte, & declarat. † Imo, quod Imperator 16
non poſſit reuocare priuilegia conceſſa de iure communi, vel a-
lias Eccleſiis, tenet Abb. *conſil.53. Videtur primo, in princ. lib.1. ver. nec*
obſtat, vbi, quod ideo non reuocat; quia conceſſit non ſubdito, &
tranſiuit in contractum. Vide, *Statutum non valet multis caſibus.*
Concluſ.451. num.35. & ſeq. & num.55. & ſeq. Vide, *Statuta diuerſorum*
*locorum contra libertatem eccleſiaſticam onero ſa eccleſiis. Concl.*589. Vide,
Statutum laicorum non poteſt tollere iuramentum, neque effectum eius, &
*quando ſecus. Concl.*580. *cum duabus Concl. ibi prox. ſeq.* † Amplia; quia 17
imo dicitur contra libertatem eccleſiæ, ſi eſt contra priuilegium
etiam particulare conceſſum alicui eccleſiæ, & non vniuerſaliter

con-

concessum, tenet Salycet.in *d.auth.cassa,in princ.C.de sacrosanct.e.cl.* mouetur; quia statuentes non possunt extra territorium vniuersaliter statuere, sed in suo territorio; igitur necessario de particulari priuilegio. Alexand. *consil.17. num.15.& seq. lib.4.* Anch. clare *consil.12.num.8.* & clarius Rebuff.super *concord.Franciæ.fol.762.ver.*
18 *quæro, quæ sint statuta.* † Et hanc partem tenet Ægid. Bellam. *consil.40. num.31.* quod etiam consistat in priuilegio singularis ecclesiæ. Alexand.*consil.17.Viso instrumento.num.15.lib.4.* Anchar.*consi.12. num.8.* Rebuff. super *concord. tit. de firm. & irreuoc. concor. in fin. ver.*
19 *quæro sunt statuta, fol.762.* † Et vbicunque tollitur libera dispositio ecclesiis de rebus suis, statutum est contra libertatem ecclesiæ. Alexand. *d.consil.17.nu.15. lib.4.* allegat text. *in c.cum terræ, de electio.*
20 & ibi Ant. de Im. † Extende, etiam si talia statuta sint confirmata à Papa; quia confirmatio non trahitur ad ea, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam. Alexand. *consil.209.Statutis.num.5.in fin.*
21 *ver. & dato, quod, lib.2.* † Contrarium, quod si quis veniat contra particulare priuilegium particulari ecclesiæ, non vniuersaliter cõcessum; veluti quod animalia ecclesiæ pascant prata: quod personæ ecclesiæ incidant ligna sine pœna; quia non dicitur venire quis contra libertatem ecclesiasticam veniendo contra speciale, & particulare priuilegium. Innoc.*in d.c.nouerit.num.3.ver.sed si quis.*
22 Lap. *d.alleg.93.num.2.ver.sed sunt.* † Pro contrario facit; quia si tollatur priuilegium statuti, non est contra libertatem ecclesiæ; quia statutum est particulare, non vniuersale. Socin. *consil.241. num.3. lib.2.* vbi pro vtraque parte, & dicit tandem, quod ex quo timidiores redduntur clerici, quod imo est contra libertatem ecclesiæ.
23 † Declarat Felin. *in c.eccl. S.Mariæ. num.93.q.12.de constitut.* vbi pro vtraque parte, & ampliationem tuetur, nisi quando reuocaretur statutum priuilegiatiuum ex causa ingratitudinis prælati in casi-
24 bus, in quibus delictum prælati nocet ecclesiæ. † Declara; quia licet Princeps auferendo priuilegium procuratori ecclesiæ concessum non veniat contra libertatem ecclesiæ, tamen secus est, si fiat statutum super tali priuilegio tollendo, vel super non vsu. Petr. de Anchar. *consil. 12. num. 8. ver. & licet rem*, & idem videtur velle Cardin. Zab. *d.consil.12.in princ.* quod requiratur statutum ad hoc, vt incurrant excommunicationem. Ægid. Bellam. *consil.40.n.46.*
25 *in fin.* † Declarat Cardin. Zabarell. *in c.perpendimus, de sent. excomm.* quod sufficit, si fiat derogatio, vel tollatur priuilegium vni ecclesiæ, dummodo sit illud priuilegium competens omnibus ecclesiis vniuersaliter, vide eum *nu.13.ver.quæro, quod si communitas.* Lap.
26 *alleg.92.n.5.ver.nec obstat prædictis.* † Declarat Salycet. vt in vtroque casu sit nullitas, sed quando est priuilegium vniuersale, sit pœna excommunicationis, & pœna *authen.cassa. C.de sacrosanct.eccl.* quia
27 delictum dicitur grauius, ita Salycet.*d.auth.cassa. in princ.* † Declarat Anch.*d.cons.11.n.8.* vt si fiat solum pactum contradictorium, sit vera opinio Innocent. si vero fiat statutum contra bona, vel personas ecclesiarum; tunc semper habeat locum excommunicatio, & aliæ pœnæ; quia semper est verum, quod non habent facultatem statuendi, & statuendo violant libertatem ecclesiæ; ita etiam videtur dicere text. *in cap.fin.de reb.eccles.non alien.* Lap. *d.alleg.92.n.3. in fin.& n.4.* vbi allegat tunc text. & est text. *in cap.eccles. S.Mariæ, de constit.* quia seculares debent obsequi, & non statuere in rebus ec-
28 clesiæ. † Extende, quod imo ad incurrendam excommunicationem sufficiat attentasse. Ægid.Bellam.*cons.40.n.4.& seq.* vbi, quod mandantes, attentantes, consulentes, procurantes; item Iudex Notarius, procurator, testes, & omnes interuenientes sunt excommunicati, vide eum; quia plenissime loquitur, & bene. Vide, *Excommunicatio contra quos detur, vel non detur. Conclus.441.n.9.& seq.*
29 † Declarat meo iudicio clarius Bart. *in d.auth.cassa,n.4.* & ibi Bald. *in 3.q.* quem sequuntur ibi Salyc. Fulg. Castr. & alii. *C.de sacros.eccl.* quia si fiat statutum, per quod clerici efficiantur timidiores, & laici audaciores, dicitur contra libertatem ecclesiæ, licet nullum adsit priuilegium; nam si quis acquirat ecclesiæ ex donato, vel alio titulo, certum est, quod priuilegium est singulare illius ecclesiæ, sed postquam acquisiuit, debet ecclesia tueri priuilegio vniuersali competente cuicunque aduersus omnes in re quæsita facta sua: vnde si fiat statutum contrarium, est contra libertatem ecclesiæ; quia violatur priuilegium immediatum vniuersale, quod subintrauit, & causa immediata, & proxima attenditur, & ita reperio iudicatum fuisse per Regem Vngariæ, qui cassauit statutum ciuitatis Spaleti contra Archiepiscopum pro molendino dato Archiepiscopo titulo singulari. Anchar.*cons.155. per tot.* maxime *nu.10.in fin.* per *l.statuimus.§.fin.C.de episc.& cler.* quia tenetur secularis tueri ecclesias, & bona ecclesiastica, plene Caccialup. *in l. omnes populi, n.98.& seq.ff.de iust.& iur.* vbi, quod est contra libertatem ecclesiæ, si timidiores clerici redduntur, probat late Gramm.*decis.100.n.12. & seq.* Socin.*cons.241.n.3.lib.2.* Mandel.*cons.8.n.3.ver.tertia conclusio.*

vbi ampliat siue directe, siue indirecte loquatur statutum, & in puncto, quod sit concessum à quocunque priuilegium, si auferatur, sit contra libertatem ecclesiæ, tenet Rebuff. super *concord. rubric.de firm.& irreuocab.concord.stabil.§.& nihilominus.fol.762.ver. quæro, quæ sint statuta,* & hanc opinionem Bart. tenent Abb. & Felin. *in d.cap.nouerit, de senten.excomm.* qui dicunt *num.2.* concordare cum Innoc. qui contrarium non dixit, & idem etiam Abb. *consil.83. Præsens dubium, in princ.lib.1.* & vide infra *num.32.& num.53.* † Infer- 30
tur propterea per multa exempla, quod si fiat statutum, per quod consanguinei, vel laici de familia clericorũ teneantur ad aliquam pœnam pro facto, vel neglecto clerici, est contra libertatem ecclesiasticam; quia clerici redduntur timidiores. Felin. *in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ. n.99. ver. decimotertio, de constit.* vbi ponit plura exempla, & similia. † Amplia; quia statutum laicorum, quod filii, & filiæ 31
professæ in aliqua religione non succedant, est nullum, & contra libertatem Ecclesiæ. Abb.*consil.111.In causa Catharinæ, n.4. ver.venio nunc ad secundum, lib.1.* & de statuto Mediolani, quod non liget professum. Curt.Sen.*cons.62.in fin.ver.non obstat statutum.* Alex.*cons.111. Videretur, n.8. & seq. lib.7.* Vide, *Statutum laicorum non comprehendit ecclesias, neque ecclesiasticas personas. Conclus.581. n.41.* † Amplia; quia 32
statutum laicorum, quod ingressuri Monasterium non succedant stantibus filiis masculis, non valet; quia est contra libertatem Ecclesiæ. Bald. *consil.246.n.2. ver.secundo quæritur, & consil.346.Monialis, n.2.ver.sed quæritur, lib.1.& consil.407.n.3.ver.porro statutum, lib.1.* Petr.de Anch.*consil.108.Paucis, in princ.& per tot.* Castrens.*cons.463. Non est dubium, in princ.lib.1.* Alexand. *consil.44.n.15. lib.5.* & ista est communis * opinio, vt per Socin. *consil.81. num.5. lib.1.* & pro ista * parte apostill.ad Bart.*consil.37. Quidam Cola, lib.1.in ver.an statutum,* & ibi alia apost. Bernard. Landr. quæ citat plurimos, & ratio est; quia illud statutum dicitur contra libertatem ecclesiæ, per quod clerici, vel religiosi redduntur timidiores. Bart. *in d. authen. cassa. n.4.ver.contrarium ego determinaui.* C.*de sacrosanct.eccl.* & ibi apostil. & ista est vera, & magis communis * opinio, vt dicit Socin. *con-* *
sil.241. Circa primam, col.2. lib.2. ver. secunda opinio. Deci. *in c.ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. num.188. ver.quinto infertur, cum seq.* vbi dicit communem. * † Contrarium, quod imo valeat tale statutum, te- * 33
net expresse Bart. *d.consil.37. Quidam Cola, num.2.ver.in contrarium.* vbi, quod sicuti posset ingressurus monasterium per pactum iuratum renunciare huic successioni, & excluderetur; ita etiam potest per statutum; quia quicquid potest pactum, potest etiam statutum, & dicit, quod contrarium procedit, quando statutum fieret de successione iam professorum; quia non valeret. † Declarat 34
Lap. *alleg.101. In ciuitate, num.13. in fin. cum seq. ver. non obstat ratio sampta,& per totam,* vbi, quod si fiat mentio de personis, vel de bonis Ecclesiasticis in specie, non valet statutum: si vero sunt simpliciter, & indistincte disponentia, bene comprehendunt clericos, quando sunt permissiua, & non prohibitiua, vel arctatiua, seu grauaminis inductiua. † Declarat Bart.*d.consil.37. Quidam Cola,* 35
num.2. ver. & per hoc non obstat, lib.1. quod si statutum loquitur, & disponit de monachis, & clericis existentibus, non valet, sed si de laicis futuris clericis, seu religiosis, valet, quia potest iniicere vinculum, & ita etiam videtur velle Abb. *consil.111.In causa Catharinæ, n.4. ver.venio nunc ad secundum. lib.2.* † Vera declaratio est Castrens. 36
consil.305. Primum dubium. n.4. & seq. lib.1. quia plures sunt casus; nam statutum loquens de clericis, vel monialibus est nullum defectu iurisdictionis, & si simpliciter loquitur, nunquam trahitur ad existentes tunc clericos, vel religiosos, & in hoc concordant duæ declarationes; secundus casus, si statutum loquitur in specie de clericis, & religiosis futuris, non valet; quia sufficit, quod possit retrahere à clericatu, & non potest iniicere vinculum, ex quo retrahit à clericatu secundum ampliationem; & idem, si loquitur de ingredientibus religionem; quia est nullum secundum magis * communem. Soc.*d.consil.241.col.2.lib.2.ver.secunda opinio.* ter- *
tius casus, quando non loquitur de clericis, neque de religiosis futuris, sed simpliciter disponit de successione, & tunc laicis statim, quod nati sunt, iniicit vinculum. † Contrarium in hoc vltimo ca- 37
su tertio; quia statutum non iniicit laqueum statim nato laico, sed attendatur, an tempore delatæ hæreditatis, vel successionis sit clericus, vt non ligetur statuto, vel è contra. Alex. *consil. 211. num.9. lib.2. ver. nam ius primogenituræ.* Ruin. plenius *consil.192.nu.19.lib.2.* Vide plenius, *Statutum laicorum non comprehendit ecclesiasticas personas, neque ecclesias. Conclus.581.num.102.& seq.* † Amplia, siue priui- 38
legia Ecclesiæ vniuersali concessa, sint data locis, siue collegiis, & personis. Innocent.*d.cap.nouerit.n.2.in fine, de senten.excomm.* † Am- 39
plia, etiam si dicta priuilegia Papæ in spiritualibus, & Imperatores in temporalibus concessa Ecclesiæ vniuersali, & non particulari essent concessa congregationi fidelium. Innocent. *d.cap.nouerit.*

40 *vir.n.2.in fi.* licet dicat aliquos contradicere in hoc.† Amplia; quia Priores Ciuitatum imponentes, vel exigentes onera ab ecclesiis, & personis ecclesiasticis, dicuntur contra libertatem ecclesiasticam committere. Ideo tenetur cauere de restituendo, & quilibet in solidum tenetur ad restitutionē male exacti hoc casu. Bal. *cons.* 329. *Quidam Priores. lib.* 4. vbi, quod vno soluente reliqui liberan-
41 tur.† Amplia; quia statutum laicorum, quod de quolibet relicto ad pias causas soluatur certum quid fabricæ ecclesiæ, vel alteri pio loco, est contra libertatem ecclesiæ. Felin. *d. cap. ecclesia S. Ma-*
ria, ver. decimo quæro. num. 94. *& sequen. de constitut.* quia non releuat, quod loco pio applicetur; quia vnum altare non debet discoope-
42 riri, &c.† Extende, etiam si sit super impensa funerum; quia non spectant ad laicos. Felin. *d. c. Eccles. Sanctæ Mariæ, nu.* 95. vbi declarat.
43 † Amplia; quia vsurpantes, vel venientes contra iurisdictionem ecclesiasticam dicuntur facere contra libertatem ecclesiasticam, maxime, quando prætextu laicæ constitutionis. *cap. fin. de reb. ec-*
44 *cles. non alien.* Lap. *alleg.* 93. *n.* 4. *ver. sed quid de iis.* † Amplia, vt Potestas secularis dicatur venire contra ecclesiasticam libertatem, si cogit partes comparere coram se in causis spiritualibus; puta vsurarum certarum, vel incertarum decimarum, executionū, legatorum ad pias causas, eo casu, quo executio est deuoluta ad ordinarium, vel alias impedit, quominus ecclesiasticus p dicta libere facere possit. Lap. *d. alleg.* 93. *n.* 4. *ver. ex hoc etiam*, & latius *n.* 6. *ver. & quantum ad primam.* Vide plene Ægid. Bellam. *cons.* 40. *per tot. nu.* 2. *& seq.* vbi *num.* 42. *& sequ.* late, quod Principes seculares sunt dati ad protegendum ecclesias, & si quid concedunt ecclesiasticis, est declaratio libertatis, & multa bona dicit in hoc proposito cōtra Regem Franciæ, quod Papa debet tueri suam iurisdictionem omnino contra quoscunq;; quia deuenitur ad hæresim; quia ne-
45 gatur potestas; *quodcunq; ligaueris, &c.* Vide eum.† Extende; quia statutum ponens extra protectionem Cōmunis declinantes forum secularem est contra libertatem ecclesiæ. Fel. *in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. num.* 70. *vers. quarto*, vbi ponit quinq; cautelas ad defensam clericorum, quas videas *num.* 71. *& seq.* & idem est, si statutum laicorum punit declinantes iurisdictionē iudicis secularis; quia non comprehendit clericos. Lap. *alleg.* 29. *num.* 7. vbi apostilla *in ver. possumus*, quia verba generalia ad impossibilia, & illicita non trahuntur, & quod fieri non potest in specie, non p-
46 mitur factum in genere, vbi apost. in *ver. generalia.*† Amplia, vt idem sit, si non cogit partes comparere coram se, sed impedit, ne impetrent literas Apostolicas, *ca. quoniam de immunit. eccl. in* 6. vel
47 si impedit, ne ad ecclesiasticum iudicem in casu permisso recurrant habeant. Lap. *alleg.* 93. *n.* 4. *ver. quid si statuat.* † Extende; qa statutū laicorum, quod non reddatur ius tali plato cōtra suos debi-
48 tores est contra libertatem ecclesiasticam. Fel. *in d. c. ecclesia Sancta Mariæ, n.* 69. *ver. prima, quod statutum, de constit.* † Amplia multis casibus per Ale. *cons.* 210. *Ponderatis, li.* 2. vbi statutum Lucanū, quod nisi filius repudiauerit intra sex menses hæreditatem, censeatur adiisse, non obligat clericum, vbi, quod idem in statuto de compromisso, de insinuatione testamenti, & in summa cōcessa de iure communi ecclesiasticis si quis auferat, est contra libertatē ec-
49 clesiæ, & idem *cons.* 211. *eod. lib.* † Extende; quia statutum Prati, q nullus præsumat allegare, quod Præpositus Prati non habeat iurisdictionem episcopalem, est contra libertatem ecclesiasticam.
50 Fel. *d. c. ecclesia S. Mariæ, n.* 69. *ver. secundo decidit, de constit.*† Amplia idē, si de feudo ecclesiæ feudatarium libere disponere laici statuant; quia veniunt contra priuilegia vniuersalia pro feudis competentia; & ideo libertatem ecclesiasticam offendunt. Lap. *d. alleg.* 93. *n.*
51 3. *vers. idem pari modo.*† Amplia, etiam si non admittit Potestas secularis exceptionem rei iudicatæ in foro ecclesiastico. Item excommunicationis. Item iuramenti, & similium, quę cōpetunt, & datæ sunt à Deo, & Papa in priuilegium. Lap. *d. alleg.* 93. *n.* 5. *v. quod*
52 *iudex.*† Amplia, vt procedat multo magis in omnibus casib. in quibus clerici ponerentur in discrimine ad faciēdum aliquid eis prohibitum, puta ad comparendum coram laico, vel ad compromittendum de bonis ecclesiasticis. Lap. *d. alleg.* 93. vbi est ca-
53 sus *allegat. n.* 6. *vers. & quantum ad primam, n.* 7. † Amplia, vt procedant prædicta, etiam si venientes contra prædictam libertatem ecclesiasticam non veniant vniuersaliter, sed particulariter cōtra priuilegia, & immunitatem iure communi, vel vniuersali priuilegio competentem particulari ecclesiæ; quia vnaquæq; ecclesia particularis constituit membrum ecclesiæ vniuersalis, quæ ex omnib. vnum facit corpus. Lap. *d. alleg.* 93. *n.* 6. *ver. nec obstat prædictis.* Petr. de Anch. *cons.* 12. *n.* 8. *v. & licet*, & idē tenet Ale. in locis piis, vt si tollatur per statutum laicorum priuilegium competens de iure communi, est contra libertatem ecclesiasticam, *in cons.* 209. *Sta-*
54 *tutis. n.* 5. *ver. imo secundum veram lecturam. lib.* 2, & supra *n.* 29. † Amplia in statuto Paduano disponente, quod nullus possit vendere personæ non subditæ, & non soluenti onera in Communi; quia censetur prohibitorium, ne vendatur ecclesiæ, & tollit priuilegium, per quod non tenetur ad onera; ideo est contra libertatem ecclesiasticam. Feder. de Sen. *cons.* 85. *in fin.* qui dicit ita concludere Oldr. in quæstione Paduæ disputata, & Bart. Anton. *tract. de excōmunicat. c.* 18. Abb. *cons.* 111. *In causa, colu. pen. v. & præ ertim, li.* 2. Vide infra *nu.* 85 *& 86.* † Extende multo magis, quando tale statutum 55
exprimit, quod ex testamento, vel venditione res immobiles in causam piam, & personas non suppositas Communi non alienētur, vt erat in Ciuitate Spalatri, Petr. de Anch. *cons.* 14. *Super quin-*
que. quod est Collegii Doctorum Bononiæ. † Extende idem, si 56
laici etiam ex litteris Regiis vellent aliquid exigere, vel onera imponere personis, vel rebus ecclesiasticis; quia istud esset contra libertatē ecclesiæ. Petr. de Anch. *d. cons.* 14. *Super quinq*, q est Colleg. Ciu. Bononiæ. † Declara tamen, quia si statutum disponit, 57
quod omnes soluant gabellam, & officiales locantes gabellam promittunt conductori, quod etiam clerici, & ecclesiæ soluent, licet sint contra libertatem, tamen non incurrunt excommunicationem ipso iure hoc casu, quia statutum per se non comprehēdit ecclesias. Card. Zab. *cons.* 12. *Commune, & homines, in pr.* sed credo, quod ista cautela sit periculosa, & non vera, quia aperit viam fraudibus, & per indirectum veniendi cōtra libertatem ecclesię. Vide, *Fraudibus via non est aperienda, sed illis est obuiandum. Concl.* 475.
† Amplia, quia statuta laicorum si mentionem quouis modo fa- 58
ciunt de ecclesiis, vel de reb. sacris, quantumcunq; sint honesta, non ligant clericos, sed sunt contra libertatem ecclesię, quia non attenditur honestas causæ, sed potestas statuendi, ita De. *in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n.* 88. *& seq. v. prima conclusio, de constit.* vbi *n.* 107. extendit, etiam si statutum nō sit in specie, sed in genere; quia nō comprehendit clericos.† Extende, quia non valet statutum lai- 59
corum, quod filia sine consensu patris non possit cōtrahere matrimonium; quia licet sit rationabile, non sufficit, nisi adsit potestas. Deci. *d. cap. Ecclesia S. Mariæ. n.* 128. *ver. tertio Abb.* vbi *n.* 129. dicit * *
cōm. de constit.† Extende, vt procedat ampliatio, quando clerici 60
nominantur, sed etiam si aliæ personæ intuitu clericorum nominantur. Dec. *d. cap. Ecclesia S. Mariæ. n.* 179. *& seq. de constit.* vbi infert nō valere statutum, quod laici res conductas ab ecclesiasticis dimittere possint, vel quod conductores laici ab apothecis ecclesię nō possint expelli, & ibi ponit duodecim casus, in quib. statuta laicorū non valent, sed sunt contra libertatē Ecclesiæ, ex quo faciūt mētionē de personis, vel rebus ecclesiasticis.† Amplia; quia sta- 61
tuta laicorum, etiam si generaliter loquantur, nunquam cōprehēdunt clericos vel ecclesias, aut ecclesiasticas personas defectu potestatis; quia quod nō potest in specie fieri, neq; in genere potest comprehēdere, plene Felin. in *d. ca. Ecclesia S. Mariæ, n.* 104. *& seq.* vbi ponit sex exēpla, idē Dec. *d. cap. eccl. S. Mariæ, n.* 198. *ver. secundo in statutis. de const.* vbi limitat, quando esset iniectum vinculum laico, anteq̄ esset clericus, & pulchre hoc declarat, vt procedat in iis, quæ sunt consumpta, & perfectionē habuerunt; secus in iis, quæ eueniunt post clericatum, & habēt tractum successiuum, vide eum *nu.* 202. *& seq.*† Amplia; quia statutum laicorū, quod mi- 62
nor, vel mulier non possit testari, vel alienare sine certa solemnitate non comprehendit ecclesiam, neq; piam causam, alias esset contra libertatem ecclesiasticam. Bal. *in l. generali, in fi. C. de sacrof. ecc'.* vbi Castr. & alii, laf. *in l.* 1. *in* 1 *lect. col. fi. C. eodem tit.* plene Fel. *in d.*
c. ecclesia S. Mariæ. de constit. vbi dicit quoad ecclesiam non valet tale statutū secundū * communem, sed quoad clericum credit vale- *
re, & male, quia etiam non valet in præiudicium clerici, secundū
* communem, de qua Alex. *cons.* 110. *n.* 6. *lib.* 2.† Amplia; quia si- *63
gatur de causis spiritualibus, prout decimæ, vsuræ, mortuaria, & similia, quæ sunt fori ecclesiastici, etiamsi agatur de possessione, spectat ad ecclesiasticum, & impediens dicitur turbare iurisdictionem, & libertatem ecclesiasticam. Ægid. Bellam. *cons.* 40. *per*
tot. quod est subscriptum ab omnibus Auditoribus Rotæ, & est contra officialem Regis Franciæ, quem dicunt excommunicatū, quia citauit presbyterū, & inhibuit Auditori Rotæ, & valde exaggerat factum, quod Papa debet omnino tueri iurisdictionem suam, eueniat, quicquid velit. Vide eum, quia multum singulariter loquitur, & infra *n.* 88. Vide, *Possessio an sit res temporalis. vel non. Concluſ.* 401. vbi habes veritatem, quod possessio rei spiritualis, & ecclesiasticæ spectat ad solum iudicē ecclesiasticum, & secularis iudex non potest aliquid. Vide, *Statutū laicorum non potest tollere iu-*
ramentum. Concl. 580.† Amplia; quia Princeps secularis facit con- 64
tra libertatē ecclesiasticā, si mandat sub pœna, quod in cōtractibus non apponatur iuramentum inter laicos, quia disponit in fraudem libertatis ecclesiæ, ex quo licitum, & permissum est de

iure, quod iurent, & iuramentum facit, vt addatur forus foro, *ca. fi. de foro compet. in 6.* ita plene pro vtraq; parte allegat, & hanc defendit Ægid. Bellam. *in c. fi. de for. compet. lib. 6. n. 19. ver. quarto quæritur.* & est *dec. Franc. Marc. 82. in 1. parte. & 544. in 2. parte,* & hanc partem tenuerunt Hostien. & Anton. de Butr. *in cap. cum contingat, ver. tertius casus, de iureiur.* quos sequitur Alexand. *cons. 59. n. 4. ver. istam opinionem etiam, lib. 1.* plene Roland. à Vall. *cons. 99. nu. 11. & seq. lib. 3.*

65 † Extende; quia neq; potest prohiberi prorogatio iurisdictionis laicorum in iudicem ordinarium ecclesiasticum, *l. si quis ex consensu,* ibi Cyn. Bald. & alii, *C. de episcop. audien. l. episcopale, Cod. eod. tit.*

66 plene Capic. *decis. 9.* vbi limitat lex modis. † Amplia, etiam si vigore consuetudinis competit iurisdictio ecclesiastica; quia non potest impediri à secularibus, alias sunt excommunicati. Ægid. Bellam. *cons. 40. n. 21. & seq.* est tex. *in c. quoniam, de immunitat. eccles. li. 6.*

67 † Amplia; quia statutum generale super gabellis non extenditur ad clericos, neq; illos ligat. vide plene Fel. *in d. ca. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. n. 104. vers. sextum, & vltimum. cum seq.* vbi declarat, nisi ex causa negociationis, vel essent res aliænæ, vel pro refectione viæ, & quod non teneantur ad gabellam pro rebus suis, est text. *in l. 1. & 2. C. de episcop. & cleric.* vbi Bald. Alberic. Salycet. & alii, &

☞ est text. *in c. quanquam. de censib. in 6.* Vide plenius, *Statutum laicorũ non comprehendit eccleſiasticos, & quando secus. Concl. 581. cum Concl. ibi*

68 *prox. seq.* † Amplia, vt procedat etiam in connexis, & dependentibus à causis spiritualibus, seu fori ecclesiastici; quia si impediãtur, iudicamus, prout de principali causa, & spectat ad iudicem ecclesiasticum. Ægid. Bellam. *dict. cons. 40. n. 19. & seq. ver. confirmatur.*

69 † Amplia; quia non valet statutum, quod bona sint tributaria, & transeant ad ecclesias cum onere, vide pro vtraq; parte Felin. *in d. ca. ecclesia S. Mariæ, n. 76. ver. quinto quæro, de constit.* vbi, quod

* ista * est verior, & ibi ponit aliquas declarationes, quas videre

☞ poteris, quæ omnia prius posuit Card. Zab. *in c. perpendimus, nu. 13. de sent. excommun.* Vide, *Statutum circa onera, tributa, & collectas soluẽdas ab omnibus. Concl. 609.*

70 † Amplia, quando laici Potestates capiunt, vel carcerant ecclesiasticos, aut compellunt ad solutiones, & gabellas laicorum; quia sunt excommunicati ipso iure. Card. Zab. *cons. 12. n. 3. ver. ad dubium sequens, vsq; in fi.* vbi hoc declarat, qñ

71 sint excommunicati ipso iure, vel requiratur monitio. † Amplia multo magis, si Potestas secularis banniret episcopum de ciuitate; quia fit contra Deum, & ecclesiasticam libertatem, *cap. olim, de iniur.* Lap. *allegat. 93. nu. 4. in fi. versic. quid ergo.* † Amplia; quia statutum laicorum, quod masculi excludant fœminas, non excludit monacham fœminam ante statutũ, secus si fiat monialis post statutum, quod declara, vt plene per Felin. *d. c. Eccl. S. Mariæ nu. 78. & seq. de constit.* vbi, quod si fiat mentio de ingredientibus, vel ingressuris, non valet, & *num.* 80. quod clericus masculus excludit fœ-

73 minam. † Extende; quia statutum quod ingredientes religionẽ

* non succedant, non valet secundum magis * communem; quia retraheret ab ingressu in religionem. Socin. *cons. 241. Circa primã. col. 2. versic. secunda opinio, lib. 2.* Dec. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 188.*

* *vers. quinto infertur. cum seq. de constitut.* vbi dicit * communem, su-

74 pra *num. 32.* † Declara tamen; quia in casibus, in quibus valet statutum laicorum circa successionem excludens fœminas stantib. masculis, valet etiam quoad successionem in bonis emphyteuti-

* cis Ecclesiasticis. Paris. *consil. 22. n. 85. vsq; in fi. lib. 2.* vbi dicit * communem, & rationem affert Ruin. *consil. 143. in fi. num. 18. & seq. lib. 4.* quia non est contra Canones, & potest afferre commodum, & incommodum, & quia respectu vtilis dominii laicorum in bonis Ecclesiasticis valet statutum. Alexand. *cons. 9. lib. 5. in pr.* allegat Petr. de Anch. *cons. 125. Visis, & diligenter. per tot.* maxime *n. 15. & seq. consil. 433. Quanquam,* sequitur Ruin. *consil. 4. nu. 6. & seq. lib. 1.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum. n. 16. de constitut.* quæ omnia intelliguntur, nisi esset præiudicium Ecclesiæ; quia non valeret, vt Deci. ibi *nu.*

75 20. & apost. *in ver. Ecclesia.* † Amplia; quia non valet statutũ Principum secularium quantumcunque absolutorum, quod Ecclesiæ aliquæ in suo statu non possint ædificari sine licentia sua, & si cõtrarium fiat, quod inducatur confiscatio, vel alia pœna, quia nullo modo possunt seculares apponere manum ad ea, quæ respiciunt pietatem, & deuotionem erga Deum; quia ista sunt mere spiritualia, & non possunt subiacere legibus, vel decretis secula-

76 rium. Hoc probatur. † Primo de iure Diuino Beatus Paulus ad Galat. cap. 5. *Qui spiritu Dei ducitur, non est sub lege,* quem adhoc citat Bart. *in repetit. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi *nu. 80. & seq.* dicit, quod non valent leges aliquæ etiam Imperatoris; quia leges factæ super rebus pertinentibus ad pia loca, vel piis actibus deputatis,

* non valent, nisi authoritate Ecclesiastica, quem * omnes ibi sequuntur. Alexand. *cons. 105. Viso, ac diligenter, n. 10. ver. præterea in iis, cum multis sequen.* vbi latissime; quia, vt inquit text. *in c. duo sunt, in fi. 19. qu. 2.* vbi spiritus Dei est, ibi libertas, & qui spiritu Dei ducimini, non estis sub lege. *c. licet, de regular.* † Secundo probatur de 77 iure Canonico, text. 4 hoc dicit expresse *in d. ca. Ecclesia S. Mariæ. de constit.* desumpto ex textu conciliari in *ca. bene quidem, 96. distinctio.* vbi in fine, quod solis sacerdotibus de Ecclesiasticis disponere à Deo est commissa potestas, & sic vltra ius Diuinum, accedit ius Canonicum Papale, & Conciliare, & extat tot. titul. *de Ecclesiis ædificand.* vbi patet, quod istud, quod Ecclesia ædificetur, vel non, spectat ad Ecclesiasticum, *ca. quicunq; & ca. plures baptismales, 16. qu. 1.* vbi glossa exponit, iudicio Dei, id est, Ecclesiæ, & plene Abb. in *cons. 89. Ex themate, lib. 2.* vbi clare in principio de hoc, & etiam de priuilegiis, & immunitatibus Ecclesiæ ædificatæ, quæ licet non sit adhuc consecrata, tamen solum cedit ædificio. Calde. *cons. 421.* alias 5. *de relig. domib.* & desinit esse de iurisdictione secularium, quia licet sit intra territorium, tamen nõ est de territorio. Castr. *cons. 187. Notandum est. n. 5. ver. cum ergo negari, lib. 2.* & propterea nõ potest fieri prohibitio in præiudicium ecclesiasticæ libertatis.

† Tertio; quia non solum est de iure Diuino, Canonico, & Con- 78 ciliari, sed etiam de iure Ciuili, vt in *aut h. de eccl. tit. §. si quis autem voluerit fabricare. cum sequen. collat. 9.* vbi, quod ad Episcopũ spectat figere crucem, vbi Ecclesia debet ædificari, & ibi in principio cõfirmantur omnia priuilegia, & immunitates quomodolibet cõcessa ecclesiis. † Quarto probatur, quia cum ecclesia omnis sit 79 domus Dei, deputatusque locus ad orandum, & deprecandum Deo, vt patet *l. b. Iudith. cap. 6. in fi.* & per *Psalm. 67.* ibi, *in ecclesiis benedicite Deo Domino.* & ipse Dominus noster atte statur in Euang. Matth. cap. 21. *Domus mea domus orationis, vos autem fecistis illam spelancam latronum.* & plenius *in Euang. Ioann. cap. 2.* vbi, quod eiecit vendentes ea, quæ spectabant ad sacrificia, oues, & boues, si pro istis Christus exercuit funiculos, & inde eiecit ementes, & vendentes; quid facturus esset contra prohibentes domus Dei ædificari posse? Interroget Beatum Augustinum ibi respondentem, & B. Bedam, & alios Sanctos expositores, & certe si Eliodorus diuino iudicio flagellatus fuit vsq; ad mortem, quia ingressus ecclesiam, & Domum Dei volebat asportare solum thesaurũ in ea existentem, vt habetur *lib. 2. Machab. cap. 3.* quanto magis illi, qui ecclesias ipsas prohibere nituntur? Simile exemplum habetur de Balsasar Rege apud Danielem, *cap. 5.* qui gloriabatur, & epulabatur in vasis asportatis de Templo Dei, & percussit Deus eũ morte prænuncians hoc ex miraculo scribentis in parietem. Quod si hæc sunt in ecclesiis figuram præbentibus; quid in veris ecclesiis erit dicendum? nisi idem, quod Psalmus pronunciat. *Qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium Dei Deus meus, pone illos, & rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, &c.* vt est text. *in cap. ad decorẽ, de institut.* qui loquitur de Venetis, ne sanctuarium Dei iure hæreditario possidere posse credãt. † Vltimo probatur in indiuiduo, 80 quod ædificatio ecclesiarum fuit per priuilegium particulare cõcessum ecclesiasticis, & fidelibus facultas ædificandi ecclesias, & cuilibet volenti eas dotare, & legare prędia, *c. futuram. 12. q. 1.* & idem probat de iure Ciuili, tex. *in l. 1. & in l. generali. & in l. fi. C. de sacrosanct. eccl.* in quib. legib. clare permittitur ecclesiis secularib. & regularibus posse legari, donari, & vendi, ergo possunt etiam absolute ædificari; quia qui vult consequens, vult etiam necessariũ antecedens. *l. illud. ff. de acqui. hæred. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi Ias. & alii. † Et propterea cũ constet de priuilegio Diuino, Canonico, & 81 Ciuili vniuersali concesso ecclesiis, & quod possint ædificari secundum placita Pontificum ecclesiasticorum, tale priuilegium vniuersale tollinon potest, & tollentes faciunt contra libertatẽ ecclesiasticam, & incidunt in excommunicationem, & alias pœnas, de quib. *in d. c. Nouerit, de sent. excommun. & in auth. Cassa. C. de sacros. eccles.* vbi Canonistæ, & Legistæ respectiue tractant materiã, & hic fumus extra omnem dubitationem, quia seculares Principes non possunt ponere falcem in messem spiritualẽ, & ecclesiasticam, *c. scriptum. 6. q. 3.* † Et pro cõplemento huius opinionis vi- 82 deatur tex. *in c. Boni Principis est, 96. dist.* per quẽ textum erubescere debent contrarium facientes, quia imo officium Boni Principis est ecclesias diruptas restaurare, nouas ædificare, & religionem tueri. † Amplia, quia non possunt Principes seculares quantum- 83 cũq; absoluti facere statutũ, quod legari, donari, vẽdi & alienari nõ possint bona stabilia ecclesiis, vel piis locis vltra tẽpus biẽnii, Probatur tũ ex iis, quę dicta sunt in præcedenti ampliatione, quę omnia possunt applicari, quia quod dicitur de ecclesia, idẽ est de pia causa, Rom. *cons. 235. Quoad primum, n. 5.* vbi apost. *in ver. causas,* dat conc. † Probatur magis clare, quia statutũ laicorũ generaliter 84 disponẽs quomodocunq; nunquã includit clericos, neq; ecclesias, aut pias causas, quia statutũ non extenditur ad non suppositos. *c. a nobis, el primo, de sent. excomm.* & hanc conclusionem veram,

& ma-

* & magis * communem dicit Alex. *consil.* 211. *Visa facti, nu.* 3. *ver. Viso, quod de iure. lib.* 2. vbi apost. *in ver. laicorum.* dat plurimos concord. Rom. *consil.* 92. *Indubitatissima, nu.* 5. sed ecclesiæ, & ecclesiastici non sunt suppositi laicis. *c. ecclesia S. Mariæ, de constit.* ergo, &c. & in puncto est rex. conciliaris *in c. bene quidem. §. iniquum est enim.* 96. *distin.* vbi, quod iniquum, & sacrilegii instar est, vt quæ pro salute, & requie animarum suarum vnusquisq; venerabili ecclesiæ pauperũ causa contulerit, aut certe reliquerit, ab iis, quos maxime seruare conuenerat, in alterum transferatur, & plenius *in l. priuilegia. C. de sacros. eccles.* vbi Imperator confirmat canones, & prohibet omnes constitutiones contrarias, & in *auth. Cassa. eod. tit.* imo si quid dubium emergat circa canonum interpretationem, ad ecclesiasticum spectare declarationem statuitur, vt est text. *in l. omni innouatione, C. eod. tit.* & quod sit priuilegium ecclesiæ à Constantino Imperatore collatũ, quod ecclesiæ possint ædificari, & quod eis donari, legari, & vendi possint stabilia, est text. in allegato *cap. ad futuram ecclesiam* 12. *q.* 1. quare non potest hoc priuilegium tolli per aliquem, *c. Nouerit. de sent. excomm.* alias contrafacientes sunt
85 excommunicati, vt ibi dicitur. † Et in indiuiduo, quod statutum laicorum prohibens, ne quis vendat, vel donet rem immobilem alicui non existenti de iurisdictione statuentium, & qui nõ subeat onera, & irritat venditionem, vel pœnam imponit, quod nõ cõprehendat vẽditionem, neq; donationem factam Ecclesiis; quia alias esset contra libertatem ecclesiasticam, & possunt compelli ad declarandum, quod non comprehendat clericos, neq; ecclesias, & si nominaret statutum clericos, vel ecclesias, aut pia loca, esset absolute contra libertatem ecclesiasticam, & incidissent statuentes in excommunicationem, & pœnas *d. cap. Nouerit. de sent. excommun.* clare per plura tenet Ioann. Andr. *in cap. fin. de immunit. eccles. ver. vidi dubitari, lib.* 6. vbi, quod tale statutum tollit priuilegia iuris communis cõcessa ecclesiis, & ecclesiasticis personis, & ibidem clarius eum sequuntur Petr. de Anch. *in secundo vot. & in ver. Quæro post. 10. Andr.* & Gemin. *num.* 3. *vers. sed pone, quod fiat statutum.* Franch. *n.* 2. vbi allegat ibidem Lapum, Abbatem, & alios, Abb. Panorm. *in c. à nobis. el primo, n.* 5. *ver. Item dicendum est, de sentent. excomm.* Card. Zab. *in c. perpendimus, nu.* 13. *ver.* 10. *Andr. in c. fin. eod. tit. fol.* 119. Eandẽ opinionem tenet Henrich. Boich. *in cap. quæ in ecclesiarum, n.* 4. *de constit.* Bald. *in c. ecclesia Sanctæ Mariæ* per illum tex. *in pr. de constit.* vbi Anton. de Butr. *in fin.* Ægid. Bellam. *nu.* 3. Card. Zab, *num.* 2. & 3. late Abb. in repet. plene, *num.* 1. vbi dicit idem, quod si statutum est generale, non comprehendit clericos, & *n.* 26. *vers. primus casus. & seq.* dicit si facit mẽtionem de clericis, vel ecclesiis, est nullum, & contra libertatem ecclesiasticam, & sunt statuentes excommunicati. Ioan. de Imol. *num.* 9. *ver. extra gloss. & nu.* 13. *in fi.* Barbat. *num.* 89. *ver. faciat quod voluit.* Felin. plene *num.* 89. *vers. nono quæro*, vbi citat pro vtraque, & dicit hanc esse communem, * licet postea declaret, seu limiter tribus casibus, qui reducuntur ad duos, vt ipsemet dicit, & in casu nostro nõ releuant limitatio-
86 nes. † Et in terminis nostris de statuto, quod teneantur vendere ecclesiæ bona intra annum, vel aliud tempus, in puncto Host. *in summa de immunit at. eccles. §. sed nec illa immunitas*, vbi dicit, quod diuersi Tyranni has machinationes contra priuilegia generalia eccles. fecerunt, *in l. generali, & l. iubemus, C. de sacros. eccles.* & quod istæ iussiones contra libertatem ecclesiasticam consueuerint fieri per tyrannos, & tempore tyrannidis; ideo dicuntur constitutiones sceleratæ, & impiæ, & tollendæ, tex. est *in l. Decernimus, C. de sacros. eccles.* gloss. *in l. Priuilegia, in ver. Pragmaticas, C. eod. titul.* & dicit text. *in c. cum ad verum.* 96. *distinctio.* & appendix ibi posita, quod Principes seculares volentes spiritualia, & temporalia sunt tyranni, & Diabolo assimilantur, qui aliud non anhelat, nisi vt spiritualibus præsit, & Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis *de miraculis, lib.* 2. *c.* 1. vbi de miraculo insigni cuiusdam Comitis loci Matuschi sub Regno Francorum, qui propter nimiam impietatem in ecclesias, & ecclesiasticos in meridie astantibus proceribus, & cuncto populo fuit viuens visibiliter portatus in aere à Diabolo, clamans, succurrite mihi, & deinde præceps dimissus ab alto crepuit mortuus, hæc dicta ab aliis prius referuntur, vt
87 prosint, non vt offendant. † Et nedum omnes Canonistæ hanc tenent conclusionem, sed etiam Legistæ, Bartol. ex mente Oldradi, quem allegat *in l. situs familias. §. diui, il secondo. ff. de leg.* 1. *numer.* 12. *ver. secundum dubium*, absolute dicit, quod statutum non valet; quia contra libertatem ecclesiasticam, & Bartolum sequuntur ibi Angel. *numer.* 4. *ver. cui adde hoc solum*, ibi Cuman. *num.* 4. *ver. in eo.* tamen quod dicit Bartol. de clericis, Ioann. de Imol. *numer.* 12. *circa fin. ver. Item adde circa tertiam quæstionem*, pleniss. Alexand. *numer.* 11. *& sequen. ver. item quæsiuit Bartolus*, qui hanc partem tuetur, licet alleget tenentes contrarium, & male; quia *c. fin. de immunit. eccles. in* 6. debet attendi, latissime Ias. *numer.* 72. *& multis sequentibus ver. circa secundum*, vbi dicit, quod nullus discrepat à sententia Bartoli, & licet disputatiue alleget multa argumenta contraria; tamen finaliter dicit *num.* 82. quod in dubiis opinionibus fauendum est Ecclesiæ, & ideo durum, & difficile esset obtinere contra sententiam Bartoli, quæ est magis communis, * & clarius * *in repet. eiusdem §. num.* 107. vbi dixit, quod cum Bartolo transeunt indifferenter omnes, & tollit contraria, & *numer.* 109. *in fin.* dicit, quod à sententia Bartoli non est in consulendo, neque in iudicando recedendum, & quod est communis * opinio, licet ipse * recedat à communi leuibus fundamentis, quibus respondet ipsemet Ias. & quod opinio Bart. sit communis. * Ruin. ibi *num.* 95. * Rip. *num.* 81. *& seq.* dicit * communem & tuetur vnico fundamẽto confutans omnia cõtraria; quia deficit potestas, & iurisdictio, & pariter communem * dicit Fernand. Loazes *num.* 157. *ver. secunda est conclusio.* Crot. *n.* 80. dicit * communem, & Socin. Iun. *n.* 166. * dicit opinionem Bartoli magis * communem, & licet omnes per * modum disputationis allegent etiam contraria fundamenta, satis est, quod omnes vno ore fatentur communem, * & magis com- * munem, à qua in iudicando non est recedendum. † Cum igitur 88
ista sit * communis opinio Canonistarum, & Legistarum, superfluum videtur addere alias authoritates consulentium; tamen ex abundanti adducuntur etiam authoritates fere omnium cõsulentium, qui dicunt laicos, & Principes seculares nullo modo posse per eorum statuta ligare Ecclesiasticos, neq; Ecclesias expresse, neq; tacite, prout de statuto Regis Franciæ super solutione monetæ, quod non liget Ecclesiasticos. Oldr. *cons.* 250. *Factum tale, n.* 2. & de statuto laicorum, quod non possint vendi bona stabilia non subiectis, vt Ecclesias, & Ecclesiasticos non comprehẽdat, idem Oldr. in qu. sua quem refert Bart. *in l. filiusfamilias §. diui. n.* 11. *& seq. ff. de leg.* 1. Fed. de Sen. *cons.* 85. *Statuto ciuitatis. n.* 4. *in fin. & n.* 5. *vers. non obstat determinatio*, quam D. Oldrad. Ioan. Calder. *cons.* 11. *tit. de constit. post med.* Bart. *in cons.* 187. *Domini priores. lib.* 1. quod duplicatur *consil.* 31. *lib.* 2. Bald. *cons.* 358. *Quidam Lucanus, nu.* 3. *ver. de eo autem, li.* 1. vbi in statuto Lucano, quod si comprehenderet Ecclesiasticos, contineret peccatum, & esset cõtra libertatem Ecclesiæ, & addit Bald. aliam rationem; quia Ecclesia est loco filii, & prohibitio alienationis non se extendit ad filium. *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. plenius Bald. *cons.* 496. *Punctus, in fin. lib.* 1. Lap. *alleg.* 92. *Inspeximus. per tot am.* vbi contra statutum Florentiæ. Ang *cons.* 48. *Ex dicto themate, ver. de secundo.* Anchar. plene *consil.* 61. *Ista quæstio.* Ægid. Bellam. *consil.* 40. *Factum tale est, nu.* 31. *ver. tertio, quod laicis.* Anton. de Butr. *cons.* 40. *Nulla est dubitatio.* Fulgos. *consil.* 2. *n.* 2. Castrens. *cons.* 463. *Non est dubium. lib.* 1. vbi loquitur in statuto Senarum plenissime Abb. *cons.* 26. *Videtur, & cons.* 63. *li.* 1. Barbat. *cons.* 22. *lib.* 3. *in pr.* Alex. *cons.* 210. *Ponderatis. per tot. li.* 2. Io. de Monte Sperello *cons.* 59. *per tot.* Calca. *cons.* 7. *in pr.* licet ibi contrarium teneat quoad successionem, quia non nocet, plenissime Socin. *consil.* 56. *Viso decreto, lib.* 1. plenius *consil.* 14. *li.* 4. vbi de * communi, Cor. *con- * sil.* 64. *in princip. lib.* 3. Dec. *cons.* 504. *nume.* 2. *& seq.* Socin. Iun. *cons.* 1. *num.* 9. *& seq. lib.* 2. Ruin. *cons.* 206. *nu.* 4 *lib.* 1. vbi de * comm. & *cons.* * 23. *num.* 10. *lib.* 2. Curt. Sen. *cons.* 27. *in princ.* Paris. *cons.* 2. *nu.* 106. *li.* 4. Gozad. *cons.* 86. *n.* 20. vbi aliquid, sed plenissime Mandel. *cons.* 8. *per tot.* Hieron. Gabr. *cons.* 37. *lib.* 2. imo tale statutum prohibens alienationem etiam inter subditos dicitur odiosum. Bero. *cons.* 173. *n.* 34. *& seq. lib.* 1. & quod tale statutum non comprehendat non subditum etiam laicum. Socin. *cons.* 110. *lib.* 3. Socin. Iun. *cons.* 1. *nu.* 11. *li.* 2. allegat Ias. *cons.* 194. *Superuacuo. lib.* 2. *per tot.* & quod tale statutum tanquam odiosum non comprehendat exemptos. Socin. *cons.* 74. *In præsenti consultatione, n.* 11. *ver.* 1. *quia statuta, cum seq.* maxime *n.* 17. *& seq. lib.* 1. † Et ideo debent omnino cassari, & deleri dicta statuta 89
de facto ex libris, & originalibus, ne apparere possint, secundum dispositam *in c. nouerit, de sent. excomm. & authen. cassa. C. de sacrosanct. eccl.* & imo debent idonee cauere, quod similia de cætero non attentabunt, *c. grauem, de sentent. excom.* & maxime in casu nostro pdicta sunt verissima; quia nullus dissentit, etiam ex iis, qui contrarium tenuerunt, quãdo, prout in casu nostro, in statuto fit mentio expressa, quod non possit legari, donari, vendi, vel alienari Ecclesiis, monasteriis, & piis locis. Bartol. *in l.* 1. *C. de sacrosanct. eccl. n.* 29. *ver. hoc præmisso*, vbi Bald. *n.* 11. *ver. nunc de causa*, & cæteri omnes, hanc verissimam conclusionem dicit ibi Caccialup. *n.* 185. *Cod. de sacros. eccl.* Salyc. *in d. auth. cassa, n.* 9. *eod. tit.* & hãc magis * cõ- *
munem opinionem dicit apost. ad Lap. *alleg.* 101. *n.* 26 *in ver. præcedit*, vbi citat infinitos. Soc. *cons.* 241. *col.* 2. *vers. secunda opinio. li.* 2. vbi attestatur de magis * communi, & hoc in tantũ est verum, quod *
quotiescunq; in statuto laicorum fit mentio de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, semper præsupponitur dolus in statuente, & dicitur

contra libertatem Ecclesiasticam. Opiz. *in repet. l. filius familias.* §. *diui. n.* 102. *ff. de leg.* 1. Io. Andr. *in fi. n.* 3. *in fi. lib.* 6. Abb. *in c. Eccl. S. Mariæ, n.* 26. *ver. primus casus, de constit.* & ibi omnes, * & hanc communem * dicit Socin. *cons.* 81. *In præsenti consultatione. nu.* 5. *ver. circa primum, lib.* 1. Zabar. *in c. perpendimus, num.* 13. *ver. aliquando de Ecclesia, vel Ecclesiasticis personis fit mentio de sent. excomm.* late Dec. *nume.* 174. *ver. & primo concludit*, vbi extendit, quod neq; valet ad fauorem Ecclesiæ, quia deficit omnimodo potestas, maxime quando, prout in casu nostro, statutum iubet, & præcipit, & facit mentionem de Ecclesiasticis. Lap. *alleg.* 101. *num.* 14. & 15. Abb. *in c. quod clericis. nu.* 41. & *seq. de foro comp.* Barbat. *in rubr. de reb. Eccl. non alien. numer.* 144. Dec. *d. c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. nu.* 200. Alexand. *cons.* 11. *Visa fa-*

90 *cti narratione, in princip. lib.* 2. & *cons.* 111. *num.* 6. *lib.* 7. † Et ita fuit pluries pro ista parte nedum consultum, sed iudicatum, nempe contra Archadium, Imperatorem Constantinopolitanum, Innoc. III. & B. Ambrosius, licet sanctus, non tamẽ vniuersalis Eccl. Præsidens Theodosium Magnum Imperatorem excommunicauerunt, vt in *c. duæ sunt*, 96. *dist.* & Inno. IV. deposuit Federicum Imperatorem II. & fuit paritum sententiæ, *c. ad Apostolicæ, de re iud. lib.* 6. & quod Papa præsit omnibus Regibus, & Potentatibus Christianis, & possit illos iudicare, & exigentibus demeritis priuare, Regna in alios transferre, vt de Rege Franciæ subrogato Pipino, est tex. *in c. alius* 16. *q.* 6. & quod compellat Regem Franciæ, & Angliæ, & omnes iudicet, & à nemine iudicetur, *c. nouit.* vbi omnes.

☞ *de iud.* Vide, *Papa est superior, & iudex omnium. Concl.* 41. *n.* 3. & *seq.* &

91 *nu.* 18. & *seq.* † Et de Duce, & Republica Venetorum est tex. *in c. exposita, de arbitr.* & Sanctissimus Dominus Noster Paulus Papa V. paterne exercuit die 17. Aprilis 1606. & de Republica Florẽtiæ Lap. *alleg.* 92. & de statuto Mediolani, quod pro libertate Ecclesiastica, & quod non valeret Collegium Mediolani, vt refert Alberic. *in* 2. *par. stat. q.* 2. *in fi.* & sic fuit iudicatum contra impium *cons. Signor.* 20. & certe magna insania est, quod filius patrẽ, discipulus magistrum, seruus dominũ, & secularis sacerdotem velit si-

92 bi subiugare, *c. quis dubitet.* 96. *distinct.* † Non obstant multa, quæ adducuntur in contrarium per aliquos Doctores, qui sunt conati certis casibus tenere, quod imo talia statuta ligent clericos, & Ecclesias, quorum fundamenta intra ponuntur, & tolluntur, vi-

93 delicet. † Primum fundamentum est, quod valeat tale statutum, quando præiudicat solum in acquirendis, videlicet antequã bona laicorũ sint effecta Ecclesiastica; quia talia statuta non sunt cõtra libertatem Ecclesiæ; secus in acquisitis Ecclesiæ, huius opinionis fuit originaliter Signorol. Hom. *cons.* 21. *Statuto ciuitatis. per tot.* Bald. *in c. quæ in ecclesiarum. n.* 8. *ver. sed hic quæritur, de constit. & cons.* 245. *Dauanti à voi, li.* 2. Curt. Iun. *cons.* 147. *in fi. & per tot.* monentur; quia in acquirendis potest prælatus præiudicare ecclesiæ. Feder.

* de Sen. *cons.* 9. & est communis * opinio, vt dicit Ias. *in l legatum. n.* 13. & 16. *ff. de legat.* Item, quia quod fieri potest per pactum, potest fieri per statutum, sed potest quis per pactũ prohibere, quod res

94 sua non transeat in Ecclesiam; ergo, &c. † Respondetur, quod in

* contrarium est communis & magis communis * opinio. Bart. de qua Ias. in *l. filius familias.* §. *diui. n.* 72. & *sequen. ff. de legat.* 1. vbi arguit, pro vtraque parte, allegat Signor. Bald. & alios, & motiua; quia in acquirendis potest ecclesiæ præiudicari; & quia quod potest fieri per pactum; multo magis per statutum, tandem *nu.* 82. dicit, quod in dubiis opinionibus consulendo, & iudicando tenenda est opinio, quæ fauet ecclesiæ, & quod durũ esset, & difficile obtinere contra opinionem Bart. quæ est magis communis, * & non

* est vera illa conclusio, quod in acquirendis possit prælatus præiudicare ecclesiæ, quia Bald. met tenet, quod etiam in acquirendis nõ sit vera conclusio, *in l. contra iuris.* §. 1. *ff. de pact.* & hanc partẽ vti veriorem tenent Anch. *in cap. vt super, nu.* 6. vbi Ioann. de Im. *nu.* 16. *de reb. eccl. non alienand.* & alii, quos citat Alex. *in d. l. legatum,*

* *circa fin. ff. de legat.* 1. vbi dicit hanc magis * communem opinionẽ, sed quicquid sit in casu nostro prohibitio est tam in acquisitis, quam in acquirendis, de iure Canonico est tex. *in cap. bene quidem, ver. iniquum est enim.* 96. *distinctio.* & clarius *in cap. futuram ecclesiam* 12. *qu.* 1. & *in c. fi. de reb. eccles. non alienand.* & *in cap.* 1. *in fi.* & *cap. fin. de immunit. eccles. in* 6. & de iure Ciuili est tex. *in l.* 1. & *l. fin. C. de sacrosan. eccles.* qui tex. loquitur clare in acquirendis, & est ius Diuinũ, vt ibi Bald. *numer.* 3. ex quo acquiritur Deo, adeo quod vana redditur hæc distinctio, cum sit prohibitum statutum laicorum tam in acquisitis, quam in acquirendis in præiudicium ecclesiarum: Quod vero dicitur, valere argumentum de pacto ad statutum, non semper est verum, vt dicit Felin. *in cap. ecclesia S. Maria, nu.* 89. *de constit. circa fi. ver. nec semper procedit*, & quia in re propria quilibet plus potest per pactum, quam possint laici in præiudicium ecclesiæ per statutum, ita Dec. *d. cap. ecclesia S. Maria. num.* 248. & *seq.* nam laici prohibentur per statutum, & sic per modum iurisdictionis aliquid posse in præiudicium ecclesiasticorum, sed tamen non prohibentur per pactum per supradicta, & sic dicimus in simili, potest iuramentum remitti per pactum; nõ tamen potest remitti per statutum laicorum, ita Alex. *cons.* 59. *n.* 7. *ver. non obstat tertiũ. lib.* 1. quia forum sortiri, & statutis ligari à pari procedunt. Alex. *consil.* 110. *Ponderatis. numer.* 3. *lib.* 2. vbi apostilla *in ver. à pari.* dat cõcord. plurimos. Dec. in *cap. quæ in ecclesiarum, n.* 14. & 15. *verficul. secundo colligitur, de constit.* sed clerici nullo modo sortiuntur forum coram seculari, idem Dec. *in c. clerici, in fin. de iudic.* ergo, &c. † Se- 95
cundum argumentum contrarium est, quod quando statutum loquitur solum de laicis subiectis Principibus secularibus, & de bonis temporalibus ipsorum laicorum non alienandis in non subiectos, & non substinentes onera secularia, & quod valet prohibitio facta subditis respectu commercii cum non subditis, *l. mercatores. C. de cõmer. & mercat.* ex quo statutum istud est propter bonum publicum, & est honestum, & ex causa rationabili ligat ecclesiasticos, & non dicitur contra libertatem ecclesiasticam; quia subest causa honesta, q̃ non nocet ecclesiasticis; quia dispo-
nit, vt laici conseruent bona sua in laicos, vt possint imponere o-
mera necessaria pro Republica, & statu seculari, prout hęc omnia cumulat Signorol. *consil.* 21. *Statuto Ciuitatis Mediolani, per tot.* quem sequitur Bald. *in cap. clerici, num.* 2. & 3. *versic. sed hic quæritur*, vbi addit, quod Respublica, & ecclesia æquiparantur; & ideo vtraq; in iuribus suis potest se tueri; & quia commercia licet sint de iure gentium, possunt arctari de iure Ciuili, & Iason *in l. filius familias.* §. *diui. num.* 74. *ver. contrariam opinionem, cum sequen. ff. de leg.* 1. vbi hoc consilium allegat, & corroborat multis ratibus, prout etiam Dec. *in cap. ecclesia Sancta Mariæ. num.* 247. *ver. contrariam*, vbi *num.* 249. *ver. si volumus tenere opinionem Bald.* videtur deducere plura, & videtur Bartol. idem sensisse *in l.* 1. *C. de summ. Trinit. num.* 27. & *seq. ver. quinto quæro.* vbi, quod statuta laicorum honesta, & quæ non sunt contra libertatem ecclesiasticam, ligant clericos. † Respon- 96
detur primo, quod consilium Signoroli est contra communem opinionem, vt plene Ias. *d. l. filius fam.* §. *Diui. num.* 75. & *seq. ff. de leg.* 1. vbi postquam tentauit substinere hoc consilium, tandem *nu.* 82. & 83. dicit tamen; quia in dubiis opinionibus consulendo, & iudicando tenenda est opinio, quæ fauet ecclesiæ, ideo durum esset obtinere contra sententiam Bart. hic, quę est magis * commu- *
nis, & tenet ibi Bart. in l. absolute, quod tale statutum laicorum prohibens bona alienari in non subditum, non ligat ecclesiasticos, alias esset contra libertatem ecclesiæ, & omnes * Doctores *
ibi sequuntur Bart. & quod consilium Signor. & sequaciũ sit cõmuniter reprobatum, late Mandel. *cons.* 8. *n.* 9. & *seq.* vt supra *in ver. sicut è conuerso.* Et dum Bart. *in l.* 1. *C. de summ. Trin. n.* 27. & *seq.* voluit, quando statura laicorum sunt honesta, & non contra libertatem Ecclesię, ligare Ecclesiasticos, communiter * reprobatur; quia nõ *
sufficit, quod statutum sit honestũ, sed debet adesse potestas statuentis, quæ non debet esse in laicis, *c. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* & ita de * communi attestatur ibi Dec. *n.* 232. & 233. *ver. & primo oc-* *
currit illa quæstio, & ante eum Alex. *cons.* 210. *Ponderatis. n.* 6. *in fi. lib.* 2. dicit in hoc Bart. communiter * damnari, & Mandel. *d. cons.* 8. *n.* 8. *
ver. quinta conclusio. † Et nõ obstat, quod huiusmodi statutũ loqua- 97
tur de laicis, & bonis temporalibus non alienandis, & nõ disponat aliquid de Ecclesiis, vel Ecclesiasticis, qui non nominãtur, & in re sua propter bonum publicum possint statuere seculares, & vt bona conseruentur in suos laicos, qui substinent onera Reipublicæ; quia respõdetur, quod statutum regulatur à iurisdictione statuentis. *ca.* 2. *de constit. in* 6. Bero. *cons.* 173. *n.* 56. *li.* 1. & ideo seculares non possunt statuere aliquid contra Ecclesiasticos; quia iurisdictionem in eos exercere non possunt. *c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. cap. fi. de reb. Eccl. non alien.* vbi Abb. *n.* 3. plene Soc. *cons.* 56. *impr. li.* 1. vbi dicit * communem, & iterum *cons.* 14. *lib.* 4. vbi dicit * com- **
munem, & est generalis regula, quod ille, in quem non habeo iurisdictionem, non potest statutis meis ligari, communem * dicit *
Bero. *cons.* 65. *n.* 99. *li.* 1. & *in c.* 1. *n.* 16. *de constit.* & vbi iurisdictio non se extendit, neq; statutum. Purpurat. *cons.* 568. *nu.* 2. vbi de * com- *
muni. Alex. de Næuo *cons.* 47. *n.* 5. vbi dicunt, quod paria sunt, forum sortiri, & statutis ligari. † Nec aliquid releuat, si statutum lo- 98
queretur solum de laicis, vt non possent vendere, legare, vel donare non suppositis iurisdictioni seculari, vel Ecclesiasticis, quasi dispositio sit restricta ad laicos, & eorum bona; quia respondetur eo ipso, quod laici prohibentur vendere, Ecclesiastici tanquam correlatiui prohibentur emere. *l. fin. C. de indict. viduit. tollen.* Alex. *in addit. ad Bart. in l. fi. Cod. de exactor. tribut. lib.* 10. quem citat Purpu. *in addit. ad Ias. in dict. l. filius familias.* §. *diui. num.* 74. *in versicul. contrarium. ff. de leg.* 1. & licet aliqui discrepent, quando actus esset separatus,

tus, prout si maritus prohibetur legare vxori, an pariter, phibeatur vxor legare marito: quia actus sunt diuersi, & separati; tamen prout in casu nostro, quando prohibetur maritus legare vxori, fit prohibita vxor habere legatum, & quando prohibetur laicus vendere Ecclesiæ, sit prohibita Ecclesia emere; quia actus nō est * diuersus; * omnes in hoc conueniunt, quod si quis prohibetur vendere, talis prohibitio extenditur ad emptorem necessario, etiam si de eo nihil sit dictum. Ias. *d. l. fin. Cod. de indict. viduit. tollen. nu.* * 17. *ver secunda principalis conclusio*, vbi dicit * communē, & plenius Felin. *in præm. decret. al.* Gregorius *num. 4. & seq. versicul. ex quo dicit*, * vbi *num 6.* dicit * communem, & sequitur Marsil. *in l. si quis viduā*, * *num. 18. de quæstionib.* vbi citat plurimos, & dicit * communem, est 99 text. expressus *in l. 1. Cod. de cupress. li. 11.* † Præterea respondetur vltra præmissa, quod non attendimus in dispositionibus, cum quo quis loquatur, sed in quem effectus dispositionis conferatur, seu dirigatur. *l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. l. miles, eodem tit. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de liberatio. leg. 6. quanto, de priuil.* vbi gloss. *in ver. sola* * *verba, circa fi.* & ibi * omnes, *& c. fin. de immunit. Eccles.* & ita per plura Anch. *d. cons. 155. Optimis rationibus, n. 8. & seq.* & Soc. *cons. 241 n. 4. in fin. versic. si vero, lib. 2.* & non dicuntur Principes seculares in re sua disponere, nisi res sit sua absolute, secus si Ecclesiastici habēt interesse, vel mixturam. Anch. *d. cons. 155. num. 7.* Socin. plene *cons. 14. lib. 4.* sed effectus dispositionis confertur in Ecclesias, & Ec- 100 clesiasticos, ergo, &c. † Insuper cum laici, & bona laicorum ex particulari priuilegio habeant mixturam cum Ecclesiasticis circa liberum commercium, vt laici possint legare, donare, & bona laicalia transferre in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, vt de iure Canonico est text. *in cap. fin. de reb. Eccles. non alienan. in ca. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. in fin.* & clare in *cap. fi. eod. lib. & tit.* tex. est apertus & clarus in *cap. futuram, 12. quæst. 1. & in cap. bene quidem, ver iniquum est enim. 96. dist.* & de iure Ciuili *in l. 1. & l. illud. l. sanctimus, & l. fi. Cod. de sacrosanct. Eccl.* non potest fieri per seculares statutum, per quod tollatur istud commercium commune, & acquisitum clericis, ita Petr. de Anchar. *consil. 155. Optimis rationibus, num. 6.* & sic tollitur *l. mercatores. Cod. de commer. & mercat.* quia statutum potest tollere commercium extraneis, & non subditis, sed non clericis, & Ecclesiis; quia isti non solum sunt non subditi, sed etiam exempti, & habent ius mixtum quæsitum in commercio, ita Card. Zabarell. *in cap. perpendimus. num. 13. circa fin. ver. venio ad tertium, de senten. excommun. fol. mihi* 120. & Anchar. refert, & sequitur etiam Barbat. *in rubr. de rebus Eccles. non alienand. num. 151. ver. superuenit.* Petr. de Anchar. quem etiam refert, & sequitur Socin. *consil. 241. Circa primum, num. 4. ver. si vero voluerunt, lib. 2.* Ias. *cons. 161. Circa primum, colum. fin. versic. circa aliam. lib. 2.* Curt. Sen. *consil. 27. numer. 8.* Mandell. *consil. 8. numer. 18.* & Gabriel. *consil. 37. numer. 5. lib. 2.* plus dicit Socin. *consil. 14. in princip. lib. 4.* quod statutum prohibens laicum posse alienare immobilia in non subditos, sicuti non potest ligare Ecclesiam, neque Ecclesiasticos defectu potestatis; ita neque potest ligare subditum; quia non potest ligare subditum, quin etiam liget Ecclesiam, quam impossibile est ligare; ideo cum actus sit mixtus respiciens laicum, & Ecclesiasticam personam, non potest valere; quia forum sortiri, & statutis ligari à pari procedunt, citat Petrum de Anchar. *in cap. 1. numer. 75. de constitut.* qui i- 101 dem dicit. † Præterea dicitur, quod si nō valeret statutum in specie, si faceret mentionem de clericis, vt supra *ver. cum igitur*, multominus valeret, si esset generaliter, quia non comprehenderet Ecclesiasticos; quia in generali sermone non veniunt specialiter prohibita. Crauett. *consil. 170. nu. 2.* Nam verba statuentium sunt restringenda ad ea, de quibus possunt statuere. Gemin. *consil. 77. Quia super præmissis, num. 2.* quia in omnibus actibus humanis duo sunt necessaria, quod disponens possit, & velit, alias sola potestas sine voluntate, & sola voluntas sine potestate nihil efficit validum. *c. cum super Abbatia, de offic. del.* & hinc dicimus, quod in mandato quantumcunque generali non veniunt illicita. Crauet. *consil. 158. num. 9.* neque prohibita. Crauet. *cons. 100. numer. 6. & num.* 8. & verba generalia non comprehendunt impossibilia. Curt. Iu. *cons. 294. fol. 71.* neque personas, neque res exemptas. Socin. *cons. 74. num. 11. lib. 1.* neque ea, per quæ disponens, seu mandans incideret in pœnam, plene Ias. *in l. si procur. ff. de condict. indeb.* neque veniunt in generali dispositione ea, quæ inducunt peccatum. Ioann. de Im. *cons. 82. in princ.* vnde cum hic personæ ecclesiasticæ, & ecclesiæ ac ecclesiastica bona specialiter sint prohibita, vt ad eas statuta laicorum nonse extendant, & in eis laici nullam prorsus habeant iurisdictionem, *cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* impossibile est, quod statuta laicorum comprehendāt ecclesias, vel ecclesiasticas personas; quia alias essent contra libertatem ecclesiæ. Alexand. *consil. 59. lib. 1.* Ruin. *cons. 117. lib. 4.* Ratio est; quia si nō valet statutum laicorum in specie disponens de ecclesiis, & de ecclesiasticis personis, & rebus, non etiam potest generale statutum extendi, vt contineat ea, quæ si in specie contineret, non valeret. Roman. *cons. 155. Præmissum laudum, in princip.* vbi plene apost. *in ver. non potuissent*, & plenius *consil. 209. Pro verificatione, numer. 2. ver. tertio præmitto.* vbi apostill. *in ver. potuisset*, dat concord. Lap. *alleg. 29. num. 7.* vbi apostill. dat concord. in *ver. generalia.* † Non e- 102 nim validitas statuti laicorum contra ecclesiasticos pendet à bona, vel optima ratione statuendi, sed à potestate, vt Abb. *in cap. fin. de rebus eccles. non alien. numer. 3.* Socin. *in cap. 56. in princip. lib. 1.* omnes * in *cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.* vbi Dec. *numer. 128. & seq.* * & iterum *numer. 233. ver. sed breuiter, & in c. quæ in ecclesiarum. numer. 15. & 16. eod. tit.* vltra quod ratio, quæ adducitur non est bona; quia quod ecclesia non teneatur ad onera laicorum, sciebant Imperatores, & nihilominus concesserunt in priuilegium ecclesiis, & locis piis, quod posset eis donari, legari, vendi, & alienari stabilia à laicis, vnde ista ratio est tanquam cognita, & abrogata, * communiter reprobata, vt dicit Mandel. *dict. consil. 8. numer. 12.* * & iterum *num. 20.* vbi de communi. * † Et illa ratio, quod expe- * dit Reipublicæ, quod bona laicalia cōseruentur in laicos, vt pos- 103 sint supportare onera Reipublicæ, non releuant, quia ista ratio suberat etiam, quando Papa, & Imperator cōcesserunt hoc priuilegium Ecclesiis, & Ecclesiasticis, non obstante ista ratione, ita concesserunt, ita respondet, & bene Iacob. Mandel. *d. cons. 8. n. 12.* vbi quod magis communis * opinio est, quod ista ratio reproba- * tur, & iterum *n. 20.* † Tertium argumentum est, quando statu- 104 tum loquitur in rem subiectam statuentibus, puta quia prohibet rem posse alienari, quia etiam clericos comprehendit, vt dicit Felin. *d. ca. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* ex mente Abb. quem citat, & sequitur *in repet. ca. quod clericis, n. 30. ver. quandoq; statutum, de foro compet.* Bald. *cons. 174. per tot. lib. 5.* vbi loquitur in statuto Saxoniæ, & dicit, quod ex quo loquitur in rem, & consuetudo est generalis, & immemorabilis ante clericos, propterea seruanda contra Ecclesiam. † Respondetur, quod siue statutum loquatur in rem, si- 105 ue in personam, nulla est differentia in casu nostro, quia, vt inquit Rom. *in l. si publicanus, §. de rebus, n. 7. ver. sed dubitatur, ff. de public.* aut statutum facit mentionem de Ecclesiis, & non valet, quia est cōtra libertatem Ecclesiasticam, aut non facit mentionem, & non comprehendit Ecclesias, sequitur Felin. *cap. Ecclesia S. Mariæ n. 76. in quinta quæst. vers. sed contra, in fi. de constit.* vbi dicit hanc veriorē, & subtentabiliorem, & Dec. ibi *n. 266. & seq.* respondet, quod non dicitur statutum loqui in rem, ex quo dicit, quod res non possit alienari in non subditum, quæ verba clericos videntur excludere; ergo non valet, & quod nullo modo tale statutum loquens in rem comprehendat clericos. Ripa *l. filiusfamilias. §. diui. no. 83 ff. de leg. 1.* & est ratio; quia statutum quantumcunq; generale laicorū ad Ecclesiasticos non extenditur defectu potestatis. Deci. *dict. ca. Ecclesia S. Mariæ. n. 198. de constitut.* & plenius responsum fuit supra proxime, *n. 101.* † Præterea licet fiscus possit legem imponere re- 106 bus in suo territorio, & laicorum; tamen tantus est fauor libertatis Ecclesiasticæ, vt magis attendatur, quod libertas Ecclesiastica non offendatur, quam quod fiscus laicorum possit statuere, ita Bald. *cons. 248. Quæritur. in fin.* vbi, quod hæc opinio * communi- * ter approbatur, *lib. 2.* neque releuat ratio Baldi *d. cons. 174. lib. 5.* ꝙ si statutum fuit, antequam clericus ordinaretur, ligat Ecclesiam, quia non procedit, nisi in iis, quę sortita sunt effectum ante clericatum, plene Fel. post alios *in c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 101. ver. decimoquarto, de constit.* vbi Dec. *n. 204. & seq.* late Ruin. *consil. 192. n. 19. li. 2.* & maxime in casu isto non potest iniecisse vinculum, quia mittit peccatum auferendo ab Ecclesia commercium, quod habent, vt libere eis vendi possit. Ancharan. *d. cons. 155. n. 6.* vnde cum nutriat peccatum, non potest iniecisse vinculum. Ant. de Butr. *in c. quod clericis, in fi. de foro comp. c. fin. de consuet.* † Quartum argumen- 107 tum contrarium est, quod si statutum laicorum magnam inducit læsionem Ecclesiis, seu Ecclesiasticis, non valeat contra Ecclesiasticos; secus si modicam læsionem afferat, ita conatus est distinguere Card. Zabar. *in c. perpendimus, nu. 13. ver. iis attentis, de senten. excomm.* & hanc distinctionem videntur tenuisse Feder. de Sen. *cons. 78. in fin.* Zab. *cons. 144.* & alii, quos citat Dec. *in d. cap. Ecclesia S. Maria, n. 250. ver. vnde concordando, de constit.* vbi in statuto de cessione in potentiorem de bonis in confinio non vendendis non subdito, vel si agatur de certa solemnitate, quę non habet magnam difficultatem; & multo magis, si non agitur de præiudicio Ecclesiæ, prout si fiat statutum, quod arma non alienentur in non subditū; quia etiam clericos comprehendit, quia non sunt capaces armorum, & sua non interest. Fel. *in cap. Ecclesia S. Maria. num. 85. & sequ. vers. primum notabile, de constitut.* vbi dicunt, quod statuta laicorum

comprehendunt Ecclesias; quia agitur de modico, vel nullo pre-
108 iudicio; & quia ex rationabili causa mouentur statuentes. † Re-
spondetur, quod istud argumentum non est, neq; potest esse ve-
rum; quia cum de iure communi Ecclesiæ, & Ecclesiastici habe-
ant commune commercium, vt possint eis bona stabilia legari,
donari, vendi, & alienari, *d.l.1. & fin. C. de sacrosanct. Eccl. cap. futu-
ram. 12. quæst. 1. cum aliis supra allegatis*, & libertas ecclesiastica ne-
dum consistat in iis, quæ sunt cõcessa per priuilegium à Papa, vel
Imperatore, vt dicit Inno. *in c. nouerit. de sent. excomm.* sed etiam in
iis, quæ de iure communi, canonico, & ciuili sunt concessa ipsis
ecclesiis & ecclesiasticis, vnde tolli non possunt contractus per-
missi ecclesiasticis de iure communi; quia esset contra libertatem
ecclesiasticam. Nã Inno. expressit de priuilegiis; quia de eis ma-
ius dubium erat, quam de concessionibus iuris communis, ita
Obizo. *in repet. l. filius famil. §. diui, num. 92. & seq. ff. de leg. 1.* vbi citat
plurimos concord. & ibi Alexand. *num. 12. & consil. 211. num. 7. lib.*
2. plenius Calcan. *cons. 7. nu. 14. & 15.* Socin. *cons. 241. Circa primum,
num. 3. ver. vel dicitur contra libertatem.* Mandell. *cons. 8. num. 3. ver. ter-
tia conclusio, & nu. 9.* plenius *cons. 164. nu. 13.* vbi dicit magis * com-
munem, Deci. post alios *in c. ecclesia S. Mariæ, num. 7. & seq. de constit.*
vbi Felin. *nu. 69. ver. tertia fuit opinio.* vnde cum *in c. bene quidem. 96.
distinct.* etiam circa acquirenda dicatur, quod laici nullam habeãt
statuendi facultatem in præiudicium ecclesiarum, nisi de licentia
Papæ, vt ibi gloss. *in ver. præter Romanum.* & idem sit repetitum *in ca.
fin. de reb. eccles. non alien.* & in *c. ecclesia S. Mariæ, de const.* dicatur, quod
neque ad fauorem ecclesiasticorum possunt laici statuere; quia
laicis etiam religionis causa nulla est tributa facultas in eccle-
siasticos, quibus obsequendi manet necessitas, nisi ab ecclesia fuerit
approbatum, certe non possunt statuta laicorum ligare ecclesias,
neq; ecclesiasticos, etiamsi agatur de modico, & nullo præiudi-
cio, vel de solemnitate leui, & non difficili; quia illa vniuersalis
negatiua, quod nullam habeant facultatem statuendi, excludit
omnia etiam minima, etiam si non agatur de aliquo præiudicio
ecclesiasticorum; quia neq; valet statutum laicorum, etiam si in-
ducat fauorem ecclesiasticorum, vt dicit tex. *in d. c. ecclesia Sanctæ
Mariæ, de const.* maxime, quando statutum prohibet, vel præcipit.
Dec. ibi *nu. 200.* Ratio est; quia negatiua vniuersalis plus negat,
quam affirmatiua affirmet. Beccius *cons. 94. n. 33.* etiam si sit nega-
tiua indefinita; quia semper æquipollet vniuersali. Crauett. *cons.
809. nu. 4. ver. potens,* & de dictione, *nulla,* quod excludat penitus,
Bartol. *in l. nullam, C. ex quibus causis infa. irrog.* vbi, quod excluditur
omnis infamia etiam facti propter dictionem, *nullam,* quæ est v-
niuersalis, & in tantum negatiua negat, vt etiam merum factum
nullum tollat. Rom. *cons. 199. Præsens, in princip. num. 2.* imo quod
negatiua tollat, & excludit etiam minima. Crauett. *cons. 164. num.
4.* plenius *cons. 294. Verba transactionis, num. 5. & seq. ver. secundo prin-
cipaliter*, alias si vniuersalis negatiua admitteret contraria, quæ
sunt minima, redderetur falsa tota dispositio, *l. si is qui ducenta, §. v-
trum. ver. id accidit. ff. de reb. dub.* Alexand. *consil. 72. Visis, numer. 2. ver.
nam vniuersalis, lib. 2.* Crauett. *dict. cons. 809. numer. 4. verficul. sexto si
post.* & propterea impossibile est dicere, quod quando agitur de
modico præiudicio, vel de solemnitate nõ difficili, statuto laico-
rum ligent ecclesiasticos, ex quo ipsi laici nullam penitus habent
109 facultatem statuendi in ecclesiasticos per prædicta. † Et tãto ma-
gis reprobanda est distinctio; quia vltra quod est contraria de di-
recto canonibus, est distinctio verbalis, & frustratoria. Nam ista
determinatio magni & parui præiudicii est materia arbitraria, &
nihil certum ponit in esse, vt inquit Bald. *consil. 181. Primo quæro,
numer. 2. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 434. per tot.* maxime in fi. ideo
cum nihil declaret, remanet verbalis, inanis, & contraria iuri, id-
110 eo non valet. † Et quod argumentum contrarium non procedat,
arguit Fel. *in d. c. ecclesia S. Mariæ. de const. n. 84. in fi. ver. cæterum ad sub-
tiliorem cognitionem*, vbi dicit, quod colligit dicta intricata. Card.
Zab. *in d. cap. perpendimus*, vbi reducit ea ad quatuor casus quos
disputat, & tandem in primo, secundo, & tertio casu dicit statu-
tum laicorum non ligare ecclesiasticos; quia non attenditur cau-
sa iusta, & æqua, sed facultas statuendi, quam non habet in quar-
to casu, *n. 88.* nihil firmat, sed se remittit ad ea, quæ dicit in *quæst.*
111 *seq. n. 89. & seq.* de qua in seq. quinto argumento cõtrario. † Quin-
tum argumentum contrarium est, quod si agatur de statuto lai-
corum, patet, vel mater non possint facere aliquem contractum
in præiudicium filiorum, nisi vsq; ad certam summam; tunc non
poterit etiam fieri cum ecclesia, vel clerico in præiudicium filio-
rum, ita in statuto Viterbiensi consuluit idem Zabarell. *cons. 144.
per tot.* & ante eum in statuto Polimarci consuluit Anch. *consil. 26.*
Mouentur ea ratione; quia magis fauendum est filiis quam ec-
clesiæ, *17. q. 4. c. Quicunq; eos.* sequitur Felin. *in d. c. ecclesia Sanctæ Ma-
riæ, n. 90. ver. primo limitatur*, vbi citat plures. † Respondetur ar- 113
gumentum non esse verum ex eo solo, quod filii præferantur ec-
clesiæ, & piæ causæ, sed ex eo, quod filii in portione suæ legitimæ
præferantur ecclesiæ, & piæ causæ, & sic loquitur Beatus Augu-
stinus, de quo in *cap. quicunq; l. vltimo, 17. quæst. 4.* vbi glos. & * om-
nes; & ideo, quando statutum mandat, quod pater, vel mater nõ
possint in præiudicium filiorum disponere, nisi pro tanta sũma;
quia eo casu cẽsetur facta applicatio filiis, & aucta legitima filio-
rum, isto casu procedit argumentum; quia non valet legatum, ne-
que donatio, neque alienatio facta ecclesiæ, vel loco pio, de eo,
quod est alienum, siue pro legitima aucta filiorũ, siue alias in al-
terum collatum, ita intelligenda sunt in contrarium allegata, & i-
ta loquitur Fed. de Sen. *cons. 85. Statuto ciuitatis Perusinæ, in fin.* & ita
declarat Io. Cald. *cons. 12. & cons. 15. de constit.* clare Bald. *cons. 407. In
quæstione, n. 3. ver. dicet aliquis, quod statutum, lib. 1.* Soc. *cons. 48. in prin.*
& plenius *cons. 93. n. 20. lib. 1.* & ita videtur etiam intelligere Felin.
in d. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 92. in fi. ver. sed considera, de constit. dum dicit,
quod prima limitatio videtur eadem cum secunda; & ratio est in
promptu; quia cum legitima, siue aucta ex statuto secundum præ-
missa, siue debita de iure communi, sit adeo debita filiis, vt non
possint in ea fraudari, *l. quoniam in prioribus, Cod. de inoff. testam.* non
potest etiam minui per legata ad pias causas; quia res aliena, vel
alteri debita nõ potest in causam piam legari, vel donari, ita Bart.
cons. 34. Factum tale est, nu. 4. lib. 1. Alex. *cons. 68. in pr. lib. 4.* Ruin. *cons.
57. n. 3. lib. 2.* late Dec. *cons. 235. Non parua, nu. 7.* vbi citat plurimos.
† Et licet ista responsio sit necessaria, declaratur tamen, vt proce- 115
dat solum, quãdo statum augeret portionem legitimæ sine frau-
de; secus si cum fraude, puta faciendo mentionem de ecclesiis,
vel alias ad decipiendum ecclesias; quia tunc non valeret, & esset
contra libertatem ecclesiæ, prout in simili dicimus de statuto fa-
ciente omnia bona tributaria Communitati; quia videtur ambi-
tiosum, & non validum, & in fraudem ecclesiasticæ libertatis, vt
dicit Bald. *cons. 112. n. 6. & 7. ver. & est verum, li. 2.* & iterum *cons. 280.
eod. lib. 2.* dicit esse periculosum inuenire cautelam contra liberta-
tem ecclesiæ, plura adducit idem Bald. *in l. si. n. 7. & seq. ver. quomo-
do valeat statutum, C. sine censu, vel reliquis*, vbi dicit, quod munus
mixtum effici reale dicitur impossibile; quia esset mutare nomi-
na appellatiua, quod fieri non potest; & quia non debet aperiri
via figmentis contra ecclesiam, & ecclesiasticam libertatem. Nec
inspicitur tempus legis, sed tempus exequutionis, quæ non po-
test ligare non subiectos, & ita plenissime tuetur hanc partem
Rom. *in l. si publicanus, §. de rebus, n. 7. ver. sed dubitatur. ff. de publica.* v-
bi dicit tale statutum non valere ex rationibus allegatis per Bald.
& addit vnam rationem * communem, de qua supra; quia si facit *
tale statutum mentionem de ecclesiis, non valet; quia deficit po-
testas, & esset contra libertatem ecclesiæ; si non facit mentionem
de ecclesiis, illas non comprehendit, sequitur Felin. *in c. ecclesia S.
Mariæ, de constit. num. 76. ver. quinto quæro*, vbi in *ver. sed contra dictam
opinionem Bart.* allegat plurimos, & dicit hanc * veriorem, & ma- *
gis sustentabilẽ, quam etiã tenet Alba. Mandel. *cons. 8. n. 4. & seq.
ver. quarta conclusio.* vbi plurimos citat, & reddit aliam rationem;
quia cum statutum velit prouidere onerib. quæ adhuc non sunt
in rerum natura, non caret suspicione fraudis, & non valet argu-
mentum, quod statutum iniecerit vinculum; quia non procedit
in iis, quæ sunt successiua, & habent effectum sortiri in futurum,
plene Dec. *d. cap. ecclesia S. Mariæ, nu. 204. ver. & ista conclusio, de con-
stit. cum multis seqq.* vbi etiam Fel. *n. 101. vers. nec dicitur iniecisse vincu-
lum*, sicq; patet, quod non procedit etiam sine magna difficulta-
te limitatio in legitima aucta. † Amplia; quia Principes secula- 114
res apponentes manus ad capiendum, & processandum perso-
nas ecclesiasticas sunt ipso iure excommunicati, *ca. nouerit, de sent.
excomm.* vbi Innocent. * & cæteri omnes, & incidunt in pœnas *
auth. cassa. Cod. de sacros. eccles. & l. statuimus, Cod. de episc. & cleric. &
perdunt omnia feuda, beneficia, & priuilegia obtenta à Sede A-
postolica, *cap. grauem, de sentent. excomm.* & non solum illi, qui capi
fecerunt personas ecclesiasticas, & processerunt etiam dimisso
officio, sed etiam successores in officio, si non reuocarunt omnia
tanquam nulla, & inualida intra mensem, sunt excommunicati,
& tenentur ad omnia damna, expensas, & interesse, *cap. aduersus, de
immunit. eccles. & cap. quoniam, circa fin. eod. tit. lib. 6.* † Ratio est in 115
promptu; quia Principes seculares quantumcunq; absolut nul-
lam prorsus habent iurisdictionem in ecclesiasticas personas, *c.
ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. c. fi. de reb. eccles. non alienand. c. bene qui-
dem. 96. distinct.* & ratio rationis est; quia etiam sacerdotes, & ec-
clesiasticæ personæ tanquam Deo dicatæ sunt personæ spiritua-
les, Principes autem seculares sunt prorsus incapaces persona-
rum, & rerum spiritualium, vt de personis est tex. *in c. cum non ab
homine,*

hominē, & in c. clerici. de iud. c. si Imperator. 96. distinct. De rebus spiritualibus est text. *in c. causam, de præscriptio.* & quia spiritualia omnia sunt in dominio Christi, quorū administrator est summus Pontifex Christi Vicarius, *c. cum ex eo. de electio. in 6.* vbi gloss. in *verb. Christi.* Innocent. & alii in *c. cum super, de causa possessio. & propriet. nu. 3. & 4.* & ideo cognitio, & omnis iurisdictio personarum, & rerū spiritualium nullo modo potest spectare ad principes seculares, quantumcunque absolutos, sed ad solum summum Pontificem, & alios Ecclesiasticos superiores, *c. clerici.* vbi Abb. & alii in *vltimo* * *not. n. 5. & 6. & in c. decernimus,* vbi * omnes, maxime Dec. *nu. 165. &* 116 *seq. ver. & primo. de iudic.* † Et in tantū hæc conclusio est vera, quod Principes nullam habent iurisdictionem in Ecclesiasticas personas, vt neque valeat consuetudo, neque præscriptio aliqua, vt est tex. in *d. cap. clerici.* vbi gloss. fin. in *ver. consuetudine, de iudic.* vbi Hostien. *in fin.* Abb. antiq. Ioann. Andr. Bald. *numer. 4. ver. deinde nota.* Ægid. Bellam. *in fin.* Petr. de Anchar. *in fin.* Ant. de Butr. *num. 8. ver. oppono, quod non faciat.* vbi, quod non valet lex ciuilis contraria, neque consuetudo in hoc, neque præscriptio, & idem dicunt ibi Zabarel. Ioan. de Imol. Abb. & alii, qui omnes dicunt, quod talis consuetudo est irrationabilis, & contra libertatem Ecclesiasti-117 cam; ideo nullo modo valet, *c. fin. de consuet.* † Et procedit etiam in consuetudine, & præscriptione immemorabili; quia licet consuetudo, & præscriptio immemorabilis habeat vim cuiuscunq; tituli, vt in *c. 1. de præscriptio. in 6.* tamen illud procedit in eo, qui est habilis ad rem, quam per tempus immemorabile ex consuetudine, vel præscriptione possedit; secus si esset incapax, prout in casu nostro: quia cum non possit possidere laicus spiritualia, & sic iurisdictionem in Ecclesiasticos, nō potest per consuetudinem, seu per præscriptionem, quantumcunq; immemorabilem, effici capax etiam per mille annos; quia consuetudo, & præscriptio, quātumcunq; immemorabilis, non potest facere incapacem esse capacem, ita Ioann. Monachi in *cap. 2. de præbend. in 6. nu. 5.* vbi Ioan. * Andr. & * omnes, maxime Anton. de Butr. *num. 11. & 12.* plenius * Probus in *addit. ad Ioan. Monachi ibi num 6. & seq.* vbi *num.* 8. dicit * communem, Collegium Ferrariæ post consil. Card. Zabar. *nu. 42.* & Zab. *consil. 88. Capitulum. n. 2.* & infinitos concordantes pro hac conclusione citat Felin. *in cap. causam, n. 2. ver. signa theoricam, de præscriptio.* Curt. Iun. *consil. 158. num. 18. ver. ad vnum tamen. & in ver. sed dicens,* & plene Aufre. *in clement. 1. de offic. ordin. n. 88. & seq.* vbi reddit rationem; quia consuetudo, & præscriptio immemorabilis non valet, quia est contra præceptum prohibitiuum negatiuum, contra exemptionem Diuinam & contra institutum Ecclesiæ Romanæ, & quod non sufficit scientia, & patientia Papæ, prout etiā tenet Ant. de Butr. *d. c. 2. de præben. in 6. n. 13.* ex mente Io. Monachi ibi *n. 5.* per tex. in *cap. cum iamdudum. de præb. in fi.* vbi est text. clarus, quod scientia, & patientia non inducit priuilegium, prout etiam tenet Abb. *in cap. clerici, de iudic. n. 6.* Gemin. *in d. c. 2. de præb. in 6. num.* 118 13. vbi Franch. *n. 10.* † Imo quod neq; titulus ex consuetudine immemorabili præsumatur isto casu, quando obstat incapacitas; quia inducerentur plura specialia prohibita contra *l. 1. C. de inoffi. dotib.* per plura tenet Bero. *consil. 21. nu. 16. & seq. lib* 1. Crau. *de antiq. tempo. in 4. parte. in §. absolutis, num. 52. & seq. ver. sed circa dictum Alexandri,* & plenius *in §. materia ista. num. 93. & seq.* vbi dicit, quod requiritur tituli allegatio, & quod probetur, quod ex illa causa sit possessum, quæ probatio licet sit difficilis; erit tamen sufficiens, aliquando declarauerit præscribens, quod ex tali titulo, seu ex 119 tali priuilegio possedit. † Et aduertendum est, quod licet multi Doctores dicant, & bene quod sufficit, quod allegetur priuilegium, & postea probetur possessio immemorabilis; quia præsumitur exillo priuilegio; tamen tale priuilegium debet allegari in individuo, nec sufficit allegatio generalis, ita in simili Rom. *cons. 485. num. 13. & 14.* & ibi apost. dat concord. vbi dicit, quod quando recedimus à iure communi ex causa, illa causa debet exprimi in individuo. Rom. iterum *cons. 499. nu. 8.* & pro ista opinione fait; quia quando sumus in donatione inter personas capaces, sufficit expressio meritorum in genere, vt dicatur donatio remuneratoria; si vero sumus inter personas prohibitas, non sufficit expressio meritorum generalis tanquam incerta, sed requiritur expressio individua meritorum. Socin. *cons. 295. nu. 9. lib. 2.* plene Tiraq. *in l. si vnquam, in ver. Donatione largitus, num. 93. & sequen. C. de reuoc. donat.* sic in casu nostro; quia laici sunt prohibiti exercere iurisdictionem in Ecclesiasticos, non debet releuare ipsos seculares allegatio priuilegii Apostolici in genere; quia continet generalis allegatio obscuritatem. Oldrad. *cons. 81. num. 5. & cons. 206. nu. 2.* & appellatione priuilegii Apostolici intelligi potest etiam priuilegium Legati Sedis Apostolicæ, vt per Socin. Iun. *cons. 8. nu. 23. lib. 4.* quod priuilegium Legati nihil conferre posset; ergo vt allegatio sit releuans, debet de necessitate concludere; quia continet probationem intentionis ipsius allegantis priuilegium, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc. C. vnde legit.* plene Calcan. *consil. 36. num. 25. ver. præterea.* qui alios citat, & reddit rationem; quia si probatio redditur dubia, vel æquiuoca, debet fieri interpretatio cōtra probantem; quia probatio debet de necessitate concludere, & non sufficit, quod concludat per possibile, plenius Deci. *d. c. in præsentia, in 13. not. a. n 58. & seq. de probat.* † Debet igitur allegari in 120 specie priuilegium Apostolicum, non in genere, sed in specie cōcessum à tali Papa, & probari, quod per tempus immemorabile fuit consuetudo, vel præscriptio in vim illius tituli secundum p̄missa, prout etiam in simili est text. in *ca. dudum. de decim.* Nam ea, quæ possideri non possunt, non etiam possunt præscribi, vel consuetudine haberi, & debet titulus allegari, gl. in *cap. si diligenti. de præscript. in ver. iustus titulus. circa fin.* vbi Innoc. Host. & alii in fi. clare Abb. post alios in *cap. auditis. num. 24. ver. oppono primo. de præscripti.* vbi, quod priuilegium debet esse certum, vt bonorum, & iurium identitatem contineat, alias si contrarium diceremus, esset aperta via malitiis, & fraudibus ad conculcandam libertatem Ecclesiasticam, vt seculares Principes apponere possent manus ad spiritualia, quod est à lege Diuina omnino prohibitū, & quod allegatio debeat esse specialis, & specifica, quando sumus in iis, quæ deuiant à iure communi, late Anton. de Butr. in *c. vestra, num. 23. ver. oppono primo. de cohabit. cleric. & mulier.* † Et quod lex ci- 121 uilis, consuetudo, & præscriptio, sententia, vel statutum, etiam per tempus immemorabile non valeant contra libertatem Ecclesiæ, probat text. in *c. aduersus de immun. Eccles.* ibi, *irritæ habeantur nullo vnquam tempore valituræ.* & ratio est; quia eo ipso, quod consuetudo, præscriptio, sententia, vel statutum, aut lex secularis inducunt, eo ipso inducentes sunt excommunicati ipso iure, *c. nouerit. de sent. excomm.* ideo facta & inducta ab excommunicatis, & tanquam peccati nutritiua non possunt vllo tempore, etiam immemorabili conualescere, gl. in *d. c. aduersus. in ver. tempore,* vbi Hostiens. & omnes * Canonistæ, *de immunit. Eccles.* & est * text. clarus in *c. fin. de consuetud.* & in *cap. 1. eod. titul. lib. 6.* qui text. tollit etiam immemorabilem, maxime, quando procedit à cupiditate, vt hic; quia sacra, & spiritualia, quæ soli Pontifici vti Vicario Christi commissa sunt, à secularibus damnabiliter vsurpantur, *d. c. si Imperator. 96. distinct. c. causam, de præscript.* † Nec curandū, 122 quod aliqui ponentes os in cœlum dicant, & male, canonib. nō esse standum; quia emanarunt ad placitum Summorum Pontificum; quia pro responsione sufficere debet cuilibet Catholico, & credenti Euangelio illa facultas data à Deo, & Domino Nostro Iesu Christo Beato Petro, & successorib. de qua in Euang. Matth. ca. 16. *Quodcunq; ligaueris, &c.* iuncta expositione Beati Auguſt. de qua in *c. quodcunq; 24. qu. 1.* & qui credendo diceret canones non ligare omnes tanquam factos à non habente authoritatem, posset vt hæreticus condemnari, plene Felin. *in cap. 1. num. 2. de constit.* adhuc dici potest, & est verissimum, quod fere omnes canones inducentes, & conseruantes libertatem Ecclesiasticam fundantur super iure diuino, vel sunt canones Conciliorum generaliū, & sufficiat allegare Concil. Tridentinum *sessio. 25. cap. 2. de reform.* quod innouat omnes canones pro Ecclesiastica libertate compilatos, & contra violatores Ecclesiasticæ libertatis, adeo quod sunt hodie omnes canones conciliares. † Et omnem tollit diffi- 123 cultatem clara reuocatio facta per fel. rec. Clementem VIII. in sua Bulla, *In Cœna Domini. cap. 14. & seq.* quæ reuocat omnia priuilegia quibuscunq; Principibus concessa, quæ reuocatio potuit fieri, & reducit omnia ad ius commune, vt tenuit Rota coram R. P. D. Penia in eadem sæpius allegata decisione Canonicatus Cseen. die Veneris 1. Decembris 1595. *ver. postremo dicebatur,* & plenius in alia decisione coram eodem Tullen. beneficii, sub die Lunæ 5. Aprilis 1604. & quod talis reuocatio facta in Bulla *Cœnæ Domini* sufficiat, probatur ex regula generali, quod licet Princeps nō possit reuocare priuilegium concessum non subdito; quia habet vim contractus, nisi ex causa; potest tamen reuocare illud, quando est concessum subdito, vt tenet Innoc. *in cap. nouit. de iud.* vbi * * omnes & maxime Felin. *n. 10. ver. nunc transeo ad aliam regulam,* vbi dicit, quod cū Innocent. transeunt omnes, & idem dicit ibi Dec. *n. 96. ver. secunda conclusio.* vbi citant plures, & quod Principes seculares quantumcunq; supremi, & absoluti, sint subditi Papæ in iis, quæ obtinent à Papa circa spiritualia, & quod Papa possit reuocare talia priuilegia absolute, tenet Gem. *cons. 74. num. 10. & seq.* quem sequitur Probus *in additio. ad Ioan. Monachi in c. 2. de præb. in 6.* sub *n. 9.* † Quinimo etiam, quod prædicta nō releuarent; quę ta- 124 men releuant, nos sumus in casu claro; quia priuilegium concessum, etiam non subdito potest reuocari, quando cōtinet iurisdi-

ctionis concessionem, non in feudum, prout in casu nostro. Feli. *d. c. nouit, n. 9. ver. limita primo. de iud.* allegat rationem, quam adducit Gem. *in cap. 1. de constit. in 6. n. 19. in fi. ver. hæc puto vera.* vbi, quod iurisdictionis administratio spectat ad concedentem; ergo potest semper illam reuocare, & ita etiam tenet Dec. *d. cap. nouit. nu. 89.*

125 † Amplia; quia princeps secularis quantumcunq; absolutus non potest facere statutum, seu legem, per quam priuet Ecclesias, & loca pia, ne possint in bonis concessis ab Ecclesia laicis personis prætendere prælationem, deuolutionem, consolidationem directi dominii, etiam ex defectu lineæ inuestitorum, neq; ex quacunque alia causa; quia istud esset tollere contractum, & conuentiones, & pacta, quæ sunt de iure gentium. Nam sicut ius naturale non potest tolli, vel mutari per Principem quantumcunq; absolutum; ita neq; ius gentium, §. *sed neq; naturalia. Instit. de iure natur. gent. & ciuili.* & est ratio; quia licet Deus subiecerit Principibus leges; non tamen illis subiecit ius gentium, quod à ratione naturali fuit introductum. Rol. *cons. 9. nu. 4. & seq. lib. 2.* & hinc dicimus, quod cum pacta, conuentiones, & contractus sint de iure gentium, Deus non subiecit illa Principibus. Rol. *cons. 66. n. 33. & seq. lib. 2.* plenius *cons. 25. nu. 40. lib. 3.* & tradunt * omnes *in cap. 1. de prob.* quia ius gentium cum ipso genere humano proditum est, *l. 1. ff. de acquir. rerum dom.* † Et istud est sine difficultate; quia licet aliqui in subdito tenuerint Principem absolutum posse tollere ius quæsitum subdito de plenitudine potestatis ex causa publicæ vtilitatis, & data recompensa. Paris. *consil. 1. n. 111. & consil. 11. n. 116. & seq. & consil. 101. n. 71. lib. 1.* & plenius Rol. à Valle *consil. 69. per tot. lib. 2. & consil. 71. n. 14. & seq. lib. 3.* vbi, quod talis recompensa debet esse correspondens in æstimatione ad valorem iuris ablati; tamē cōstat, quod etiam si essemus in subditis, non licuisset ita ex abrupto tollere ius gentium sine causa publicæ vtilitatis, & sine recōpensa, sed ex quo notorie sumus in casu non subditorum, intrat alia conclusio * communis, quod nullus Principes quantumcūque absolutus potest auferre ius, vel rem nō subditam à non subdito; quia quoad res, & personas non subditas Princeps dicitur priuata persona, ita Soc. *cons. 164. Visa bulla. n. 15. ver. quartus casus. &* * *cons. 266. n. 47. ver. quartus casus. lib. 2. & cons. 120. n. 11. lib. 3.* vbi dicit * communem, sequuntur Deci. *cons. 407. Visis, & diligenter in fi. nu.* 24. plenius *in c. quæ in Ecclesiarū, n. 95. ver. tertio prædicta conclusio. de cō-*

127 *stit.* Crau. *cons. 7. n. 9. & seq.* vbi plurimos citat. † Facit; quia si Princeps absolutus, etiam si Papa, vel Imperator statuit sine causa, quod certo casu dominium de vno in alium transferatur, non valet tale statutum, neq; seruari debet in foro animæ, neq; in foro fori. Innoc. *in c. quia plerig., circa fi. n. 5. ver. sed de hoc forte. de immunit. Eccles.* sequuntur Card. Zab. *cons. 147. n. 4. ver. pro hoc quia,* plene * Curt. Iu. *cons. 219. n. 47. & 48.* vbi citat concord. & dicit * comm. * Bero. *cons. 177. n. 19. li. 2.* vbi dicit * communem, hic nulla causa exprimitur publica, nisi assertæ consuetudinis, quæ non potest va-

128 lere, *ca. fi. de constit.* & supra fuit ostensum; ergo, &c. † Et statutum iniquum, & notorie iniustum, prout in casu isto, nunquam transit in rem iudicatam; vnde quandocunq; ex interuallo circa remedium appellationis potest tolli, & retractari. Fel. per illū text. *in c. quæ in Ecclesiarum, n. 3. & 4. ver. secunda conclusio. de constit.* vbi citat

129 concord. † Præterea est text. in puncto in *cap. fin. de rebus Eccles. non alienand.* quod alienationes factæ prætextu constitutionum laicorum, seu secularium Principum sine consensu Ecclesiasticorū sunt nullæ, & in totum tolluntur; quia non constitutiones dici * possunt, sed destitutiones, & destructiones sunt, & ibi * omnes, maxime Hostien. *in fi.* qui declarat, quod cum Imperatores concesserint hæc priuilegia Ecclesiis, & Pontifices supremi confirmauerint, non potest Princeps secularis amplius reuocare; & ideo constitutiones tendentes ad hanc reuocationem dicuntur destructiones non validæ, & dum dicitur, quod per censuram Ecclesiasticam compellantur seculares, inquit Hostien. per censuram iam latā in *c. nouerit, de sent. excomm.* ideo nō requiritur aliud, nisi quod moneantur, & publicentur excommunicati, & Hostiē-

* sem sequuntur * omnes: de iure vero ciuili est text. in *auth. qui res iam dictas. & in auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* vbi, quod imo compellendi sunt restituere laici Ecclesiis bona, quæ tenent in casib.

130 deuolutionis cum pœna ibi adiecta. † Imo in fortioribus terminis patet, quod laici etiam in casu, qui videtur licitus, nō possunt dare licentiam ex causa paupertatis alienandi feuda; & emphyteuses Ecclesiasticas sine licentia Ecclesiæ, vt est text. *in cap. quæ in* * *Ecclesiarum. de constitut.* & ibi * omnes tenent, quod tale statutum tanquam excedens fines potestatis statuentis est ipso iure nullū; quia forum sortiri, & statutis ligari à pari procedūt, vt post alios ibi Deci. in *2. not. num 14. & seq.* vbi *n. 16. & seq.* quod procedit, tam circa personas, quam circa bona Ecclesiastica, etiam si agatur de solo vtili dominio quoad præiudicium Ecclesiæ. † Et concurrū 131
omnia, quæ superius dicta fuerunt in *ver. Amplia, n. 83. & seq.* vbi si non valet statutum laicorum, quod non liceat vendere bona stabilia Ecclesiis secundum communē & * magis communem, vt i- *
bi fuit ostensum; multo minus valet statutum, quod bona iā quæsita Ecclesiis auferantur, *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* cum aliis allegatis, quæ non repetuntur breuitatis causa. † Insuper osten- 132
ditur, quod Principes seculares nedum non potuerunt statuere aliquid contra bona Ecclesiarum, & piorum locorum, illa auferendo ab Ecclesiis, & piis locis per prædicta; sed neq; valet statutum generale, quod habētes laici bona tam laicorū, quam Ecclesiasticorum in conductionem possint illa libere dimittere, & non teneantur ad pensionem pro futuro tempore, & quod iudices non reddant ius super hoc; quia non valet, ex quo sine iurisdictione, & quia in bonis Ecclesiarū non subiectis nō tenet, & quia contra libertatem Ecclesiasticā tollit actionem cōpetentem Ecclesiæ, quam tollere non potest, ita Bart. *in cons. 187. Domini Priores, lib. 1.* quod duplicatur *cons. 31. li. 2.* sequuntur Abb. *in c. Ecclesia S. Mariæ. n. 30. de constit.* vbi Fel. *nu. 104. ver. secundum exemplum.* Deci. *n. 181.* Hier. Gabr. *cons. 37. lib. 2.* cum aliis adductis per illos, qui etiam dicunt, quod Ecclesia debet facere instantiam, quod fiat iustitia super hoc, & si non faciunt seculares iustitiam, deuoluitur ad Ecclesiasticos. † Vltimo dicitur, quod tale statutum, quod fuit 133
alias simile Senis, quod conducentes bona Ecclesiastica in emphyteusim non possint expelli soluendo solitam pensionem, sit nullum, & contra libertatem Ecclesiasticam, tenet Decius *in d. ca. Ecclesia S. Mariæ, de constit. nu. 182. ver. secundo infertur,* vbi citat alios, & omnem tollit difficultatem, quando statutum specificat Ecclesiasticos, Ecclesias, & loca pia, quibus casibus est nullum, & contra libertatem Ecclesiasticam. Soc. *cons. 241. colu. 2. ver. secunda opinio, li. 2.* vbi dicit magis * communem. † Amplia, vt procedant p- *
dicta, & contraueniētes incurrant pœnas statutas contra oppri- 134
mentes libertatem Ecclesiasticam, etiam si contrafacientes protestarentur non intendere prædicta facere, nisi de iure; quia pœna imponitur facto, non iuri, & sic facienti, maxime in casibus claris. Lap. *alleg. 92. num. 9. ver. sed contrarium est verum.* vbi loquitur contra statuta Populi Florentiæ, & ibi Apost. antepenult in *ver. nec excusat.* quæ dat plurimos concordantes, & declarat, & Fel. *in cap. Ecclesia S. Maria, n. 109. ver. tertium remedium. de constit.* † Amplia, vt 135
nedum facientes, sed dantes auxilium, consilium, & fauorē quouis modo, vel seruantes statuta prædicta contra libertatem Ecclesiasticam incurrant pœnas prædictas. Lap. *d. alleg. 93. in fin. vers. quibus remotis,* & est text. cum ibi notatis in *ca. nouerit, de sent. excōm.*
† Amplia; quia statutum laicorum imponens pœnam laicis con- 136
sanguineis clericorum propter inobedientiam ipsorum clericorum non valet, & est contra libertatem Ecclesiæ. Felin. *d. c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. n. 99. q. 13.* † Amplia, vt contra libertatem Eccle- 137
siasticam fiat, si directe vel indirecte Ecclesiasticis subtrahatur id, quod eis competit de iure naturali, vel gentium, etiam quod nō sit priuilegium à Deo, neq; à Papa, neq; ab Imperatore; & ideo statutum, ne quis coquat panem Monasteriis, neq; obsequia præstet, nec eis vendat, nec ab eis emat, est contra libertatem Ecclesiæ, *cap. eos, de immunit. Eccles. lib. 6.* vbi gloss. in *ver. libertatis,* quæ dicit, quod fit dolus de persona ad personam. Lap. *alleg. 93. nu. 3. ver. pro quorum, & n. 7. in fi.* & idem, si mandatur eis non fieri iustitiam, siue verba dirigantur iudici, siue alteri quocunque modo, Lap. *alleg. 102. In ciuitate Florentiæ, num. 27. ver. nec obstat, quod verba.* † Ex- 138
tende, siue sit statutum, siue consuetudo; quia omnis consuetudo, quæ tollit ius suum Ecclesiasticis, dicitur mala, inhonesta, & contra libertatem Ecclesiæ. Bart. *cons. 187. Domini Priores. n. 2. in fin. ver. nec obstat. lib. 1.* † Declara tamen, vt per Cald. *cons. 21. de constit.* 139
quod est Gasparis Calderini, Petri de Anchar. & Laurentii de Pinu. vt si statutum fiat in casu licito, & permisso, licet in consequētiam Ecclesia sentiat damnum, non dicatur contra libertatem Ecclesiæ, & loquitur in statuto facto, quod omnes portantes bladum ad molendinum soluant duodecimam ad portam ciuitatis; quia valet, etiam si molendina Ecclesiæ patiantur; quia non est directe contra Ecclesiam, & est in casu licito pro vtilitate publica. Pet. de Anch. *consil. 11.* quod est consil. Baldi. Gozad. *cons. 5. n. 21. & seq. ver. sexto.* † Contrarium consuluit Collegium Bononiæ, 140
vt per Pet. de Anchar. *cons. 13. nu. 14.* & latius *cons. 12.* vbi omnia adducta pro prima parte confutat, & ista omnia consilia sunt super statuto Ciuitatis Spalatri, vt ibi per eos, & Anchar. *consil. 155. nu.* 10. vbi, quod sāctē, & pie Rex Vngariæ pronunciauit ad fauorem Ecclesiæ, & iterum *cons. 298.* vbi, quod pro ista parte fuit iudicatum, sequitur Alexand. *cons. 211. Visa, in fin. lib. 2.* plene Iason *in l. quominus, quæst. 25. num. 156. de flumin.* Ripa *de peste, cap. de remed. ad*

conser-

...inserendam vbertatem. vers. decimo quarto. nu. 123. sicque est verior
ista pars, & pro ea fuit, vt supra, iudicatum. Felin. in *cap. Ecclesia S.*
141 *Mariæ, num.* 104. *ver. primum exemplum, de constit.* † Amplia, vt veniens quocunque modo contra immunitatem Ecclesiæ dicatur venire contra libertatem illius; quia ista duo æquiparantur, *cap. fi. de reb. Eccles. non alienand.* Federic. de Sen. *consil.* 111. *nu.* 9. *vers. verum tamen*, qui idem dicit, quando coloni laici Ecclesiarum, qui possunt collectari à seculari pro oneribus, & gabellis, ita grauarentur ratione Ecclesiæ, vt non possent laborare bona Ecclesiastica. Zabar. *cap. perpendimus, nu.* 12. *de sent. excomm.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 69. *de constitu. ver. & ideo quomodocunq;* † Amplia; quia potest secularis nedum vti excommunicatus declarari, quãdo violat libertatem Ecclesiasticam vsurpando iurisdictionẽ Papæ, sed imo potest vti hæreticus conueniri, *c. cum inquisitionis. de hæretic. in* 6. Ægid. Bellam. *consil.* 40. *num.* 43. *ver. & quia cognoscere. cum seq.* vbi dicit non esse supersedendum, eueniat quicquid euenire potest, & confert remedia. Imo Principes facientes leges, & constitutiones contra libertatem Ecclesiasticam de iure canonico, & ciuili efficiuntur tyranni, & tales appellandi sunt, est text. de iure canonico *in c. cum ad verum. in appendice.* 96. *dist.* vbi, quod aliqui Reges tyrãni hoc ante Christum exercuerunt, ad imitationem diaboli, qui nihil aliud curat, quam spiritualibus prædominari; sed & latius hoc exprimitur de iure ciuili in *l. decernimus, C. de sacros. Eccles.* vbi nedum appellat tyrannidem, sed scelerata iussiones, & constitutiones impias vocat, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & idem dicit gloss. *in l. priuilegia, in ver. pragma-*
143 *tica. C. de sacros. Eccles.* Hostien. *tit. de immun. Eccles. §. sed & illa.* † Extende; quia si minister secularis turbantis libertatem Ecclesiasticam esset de statu Ecclesiæ, vel Ecclesiasticus, aut subditus Papę,
144 acrius puniri debet, Ægid. *d. consil.* 40. *n.* 43. *in fi. & seq.* † Et duplex est violatio; vna quia si violantur priuilegia, vt supra, violans incidit in excommunicationem, *c. nouerit. de sent. excomm.* & in pœnam *auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* si vero fiat contra Ecclesias, & Ecclesiasticos circa ea, quæ de iure communi competunt omnibus statuendo, statuta sunt nulla ipso iure, sed non contra libertatem
145 Ecclesiæ. † Et talia statuta debent cassari cum effectu ex volumine, & aboliri in totum, ita quod non sufficiat, quod habeatur pro cassis. Alex. *consil.* 164. *Visis, nu.* 9. *lib.* 7. Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, nu.*
146 108. *& seq. de constit.* † Limita; quia bene valet consuetudo immemorabil. in Saxoniæ, quo l nullus possit vendere extra iudiciũ Domini; quia neq; potest vendi ad fauorem Ecclesiæ extra iudicium Domini, nec est contra libertatem Ecclesiasticam; quia est ante clericatum hæc consuetudo, & sic iniecit vinculum; item quia loquitur in rem, & inhabilitat subditum. Bald. *consil.* 174. *Præsuppo-*
147 *nendum est, lib.* 5. † Contrarium verius est, vt supr. *num.* 52. & ista est * communis * opinio, licet sit controuersa, plene Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. num.* 89. vbi citat infinitos pro vtraque parte, & declarat supr. *num.* 54. Vide, *Statutum circa forenses, ne possint bona eis*
148 *alienari. Concl.* 553. *nu.* 29. *& seq.* † Limita, si ageretur de nuda possessione etiam beneficii; quia statutum laicorum valet, de quo Vide, *Iudex secularis quando cognoscat de bonis Ecclesiarum, vel non. Con-*
149 *clus.* 454. *num.* 11. *& sequent.* † Contrarium plene Felin. in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num.* 96. *ver. vndecimo quæro. de constitut.* vbi latissime, & ista est verior, & communis * opinio, & vide supra proxi-
150 me *num.* 63. † Limita; quia bene coloni Ecclesiæ possunt pro rata sua collectari. Ripa *de peste. cap. de remed. conser. vber. numer.* 12. *& sequ.*
151 vbi distinguit. † Contrarium tenet Siluan. *cons.* 9. *per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur; quia per indirectum grauatur Ec-
152 clesia; quia minus locat. † Limita; quia statutum, vel constitutio laicorum non est contra libertatem Ecclesiæ; imo valet, quando aliquid statuit deberi filiis, & non posse parentes disponere, quia neque in piam causam poterunt disponere, ita plene Abb. *cons.* 63. *Videtur primo, n.* 4. *& per tot. lib.* 1. vbi congerit multa similia, & tollit contraria, & dicit, quod contraria procedunt, quando statutum prohiberet aliquem de suo testari, vel legare; quia non comprehendit piam causam; secus, quando prohibet de alieno, vel de iam applicato alteri; sic etiam dat exemplum de damnato cum confiscatione; quia ad piam causam non testatur, plenius Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. nu.* 92. *ver. limita secundo.* supr. *n.* 112. *&*
153 *num.* 113. † Limita; quia laici possunt vno modo denegare iustitiam clericis, & non faciunt contra libertatem Ecclesiasticam, puta si priuant iudices omni iurisdictione in causis clericorum, ita quod sint priuatæ personæ; secus si permiserunt eos esse iudices. Lap. *alleg.* 102. *in fi. num.* 27. *ver. non obstat*, quod not. Iacob. plene Bart. *consil.* 187. *Domini Priores. in* 2. *dubio, lib.* 1. quod est repetitum *lib.* 2. *consil.* 31. vbi apostilla dat concord. in *ver. tale statutum.* Socin. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.* 17. *ff. de liber. & posthum.* Alexand. plene *consil.* 209. *Visis, num.* 13. *lib.* 2. vbi *nu.* 14. tollit contraria. Vide, *Iustitia omnibus indifferenter ministranda. Conclus.* 640. † Contrariũ tenet Castrens. *consil.* 463. *Non est dubium, in pr. lib.* 1. vbi, quod est in fraudem Ecclesiasticæ libertatis. Zab. *in cap. perpendimus. de senten. excomm.* plene Couar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 7. *& seq.* † Declarat Bald. *in auth. statuimus. C. de Episc. & cleric.* vt valeat, si iurisdictio non conferatur; secus si collata adimeretur, sequitur Castr. *d. consil.* 463. *in princip. li.* 1. & placet Paris. in apostil. ad Bart. *authent. cassa, C. de sacros. Eccles. ver. determinari.* Socin. *consil.* 241. *numer.* 5. *lib.* 2. Vide omnino Bart. *in extrau. qui sint rebelles, in ver. mille librarum*, vbi dat remedia, & *dict. cons.* 178. *in fi. lib.* 1. vbi cautelam optimam habes, quod Ecclesiastici interpellent secularem pro iustitia, & si non prouident, quod deuoluitur ad Ecclesiasticum, & d. consilium duplicatur *lib.* 2. *cons.* 31. sequuntur Abb. *d. c. Ecclesia S. Mariæ, n.* 30. vbi alii. Hiero. Gabriel. *cons.* 37. *lib.* 2. & concordat supr. *n.* 104. † Extende limitationem; quia vno modo possunt statuentes de- 156
negare beneficium statuti Ecclesiis, & piis causis, & etiam auferre priuilegium generaliter concessum, videlicet si fiat statutum, quod idem ius reddatur, & reddi debeat forensibus, & non subiectis iurisdictioni prætoris, quale redderetur ciuibus, & districtualibus agentibus in foro dicti forensis, vel nõ subditi, de quo Alex. *cons.* 209. *Statutis, n.* 11. *& seq. in fi. ver. tamen alia, lib.* 2. vbi sic inducit, statutum est Bononiæ, quod testamenta, & alia instrumẽta non registrata intra certum tempus non valeant. Bononiensis fecit testamentum, in quo legauit mille piæ causæ, postea reuocauit in codicillis, agebat causa pia, replicabatur de statuto prædicto, quod testamentum non esset registratum, pia causa replicabat tale statutum non habere locum contra piam causam, & est verissimum, hæredes dicebant obstare codicillos reuocantes legatum, respondet pia causa opponendo, quod non valent; quia non sunt registrati, dicit Alex. vbi supra, quod sicuti non redderetur ius laico conuento in foro Ecclesiastico, nisi secundum ius commune contra piam causam, & exceptio registrationis opposita per laicum non attenderetur, ita neq; pro pia causa debet admitti stante alio statuto, quod idem ius reddatur, vbi *nu.* 11. & 13. ponit multa similia, & citat plurimos hoc tenentes, videl. Bart. Bald. Salyc. & Fulg. Ioan. de Imol. & alios. Vide, & declara, vt per Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. n.* 183. *& multis seq. ver. tertio Abbas infert.* vbi citat concord. & limitat. † Declara tamen, & intelli- 157
ge semper, vt prædicta procedant, quando agitur de beneficio statuti capiendo; quia clerici volentes vti beneficio statuti, vel agere ex statuto conferente beneficium aliquod, vel priuilegium tenentur eo casu etiam contra se recipere exceptiones resultantes ex eodem statuto, & ita se declarat Alex. *d. cons.* 209. *n.* 15. vbi apostilla dat concord. plenius Alex. *d. cons.* 210. *n.* 4. *& seq. li.* 2. † Ex- 158
tende; quia nedum beneficium statuti concessum Ecclesiis, & Ecclesiasticis potest tolli, & non est contra libertatem Ecclesiasticam; quia statuentes legem facere non possent, à qua recedere non liceat; sed imo ẽt potest in specie opponi, quod non suffragetur beneficium statuti nõ subiectis iurisdictioni statuentiũ. Alex. *d. cons.* 209. *n.* 13. *& seq. lib.* 2. † Contrarium tenet idem Alex. *consil.* 159
111. *Videretur, li.* 7. *n.* 8. *v. per hanc rationem.* vbi dicit hoc procedere, si fiat ab initio in compilatione statutorũ; quia non impendit beneficium suum alteri, non facit iniuriam, & istud est verissimum. Declarat Dec. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ de constit. n.* 226. *ver. prædicta procedunt, cum sequ.* vt à principio possit denegari beneficium statuti; quia tunc non est contra libertatẽ Ecclesiæ; secus si auferret beneficium collatum. † Extende; quia etiam eleemosyna dari solita 160
per Ciuitatẽ locis piis potest tolli & reuocari per statutũ. † Con- 161
trarium tenet Bart. *in l. priuilegia, C. de sacros. Eccles. in fi.* Vide pro vtraq; parte Fel. *d. ca. Ecclesia S. Mariæ. de constit.* vbi hanc tuetur *nu.* 97. *& seq.* & rationem assignat Ægid. Bell. *cons.* 40. *nu.* 42. † Declara; 162
quia eleemosyna non potest reuocari, quando esset concessa per contractum, vel priuilegium; sic etiam alia beneficia cõcessa per contractum, vel priuilegium non possunt reuocari, alias secus. Alex. *d. cons.* 209. *n.* 13. & 14. *ver. nec obstat, lib.* 2. vbi vult, quod dicitur de priuilegio, intelligitur quando principaliter statuentes mouerentur fauore Ecclesiæ; secus si ex causa publica. † Declara; 163
quia bene posset reuocari propter ingratitudinem Prælati, quando delictum Prælati nocere potest Ecclesiæ, alias secus. Fel. *d. c. Ecclesia S. Maria, n.* 98. *de constit.* vbi citat alios. † Extende; quia licet 164
statutum laicorum non possit auferre ab Ecclesiasticis beneficiũ iuris communis, bene potest auferre beneficiũ statuti, & velle, quod non competat non subditis Alex. *d. cons.* 202. *n.* 13. *lib.* 2. † De- 165
clara; quia non est contra libertatem Ecclesiæ, si statuentes non voluit impedire beneficium statutis ab initio clericis, neque aliis non subditis. Alexand. *d. consil.* 111. *n.* 8. *lib.* 7. allegat Bald. *in l. de*

quibus.

quibus.ff.de legib. vbi; quod sufficit denegatio beneficii à principio non subditis, vt etiam clericis sit denegatum, quando est à principio; quia non est prohibitum; secus si non denegaretur à prin-
166 cipio, & faciunt dicta supra *n.* 94. † Extende; quia si beneficium statuti confertur clericis, & forensibus, necesse est, quod eodem beneficio vtantur, prout concessum est; quia beneficio meo non potest quis vti, nisi eo modo, quo ego volo, *l. si iudex circumuento.ff. de minor.* & ideo si dat guarentigiam, & exequutionem instrumẽto intra decem annos, non potest clericus velle habere maius tẽpus. Alex. *cons.*111. *n.*8. *ver. ad dictam conclus. lib* 7. *& cons.*209. *num.* 15. vbi apost. dat. concord. *in ver. auferri*, & plenius *cons.*210. *n.*4. *& seq. lib.*2. vbi ponit multa exempla, & similia. Vide, Clausula, *& sic per quoscunque iudices iudicari, &c.* sublata, &c. *Conclus.*344. Vide, *Princeps quando, & qualiter possit denegare iustitiam. Conclus.*688. Vide, *Statutum laicorum circa iustitiam faciendam, vel denegandam valet multis*
167 *cas. Concl.*579. † Limita; quia possunt laici inhabilitare laicos ad contrahendum certis casibus, & tunc etiam ecclesia non poterit cum talibus contrahere, nec statutum dicitur contra libertatem ecclesiæ, & maxime, quando respectu ecclesiæ statutum non est factum. Feder. *cons.*85. *n.*4. *ver. non obstat, quod dicitur*, vbi loquitur de statuto Perusii, quod magnates non possint acquirere cessionem iurium contra popularem; quia nec ab ecclesia possunt acquirere, idem tenet etiam *cons.*84. *ex quo* ecclesia non excludit generaliter; sequitur Alex. *cons.*93. *n.*3. *& seq. lib.*2. vbi valet ex causa publica, quãdo respicit subditum, & non est generale, sed limitatum; quia non tollit ius, sed limitat Castr. *cons.*164. *in fi. lib.*2. vbi, quod non damnificatur ecclesia, quia aliis cedere poterit, supra
☞ *n.*118. *& seq.* Vide, *Statutum laicorum non potest tollere iuramentum, & quando secus. Conclu.*580. *cum tribus Conclusionibus ibi proxime seqq.* vbi habet plures casus. Vide, *Statutum circa successionem excludens filias*
168 *succedere. Conclus.*661. † Declara, vt plene per Card. Zab. *consil.*144. *n.*4. vbi se refert addicta per eum *in ca. perpendimus. de sent. excomm.* sed tu dicas, quod tale statutum nullo modo valet; quia deficit potestas omnino in laicis, siue agatur de magno, siue de modico præiudicio, & siue causa sit publica, vel rationabilis, vel non, *cap.* * *2. de constit. in* 6. *cap. ecclesia S. Mariæ, de constit.* Socin. *consil.*56. *in princip. lib.*1. vbi dicit * communem; quia ille, in quem non habeo iurisdictionem, non potest ligari statutis meis. Bero. *consil.*69. *numer.*99. *lib.*1. & paria sunt forum sortiri, & statutis ligari. Alexan. * de Næuo *cons.*47. *n.*5. Purpur. *cons.*568. *n.*2. vbi *de cõmuni, Bero. cons.*173. *num.*56. *lib.*1. & ideo requiritur approbatio Papæ, *cap. ad-*
169 *uersus, de immun. eccles.* † Limita in statuto faciente tributaria omnia bona sui territorii pro oneribus, & collectis, vt transeant bona cum tali onere etiam ad ecclesias; quia non est contra libertatem ecclesiarum, nisi esset factum in fraudem, & valet, & bona ad ecclesias cum onere prædicto transeunt. Calder. *consil.*7. *An si*
☞ *statuto cauetur, per tot. de constit.* Vide, *Statutum circa onera tributaria, &c. faciens bona tributaria, obligat ecclesias, ad quas bona transeunt, &*
170 *quando secus. Concl.*609. vbi plenius declaratur. † Limita; quia valet statutum laicorum, per quod confertur beneficium laicis, licet tollatur lucrũ Ecclesiasticis; secus forte si inferatur dãnũ Ecclesiasticis, *l.*1. *§. ad municipium. ff. ad Trebell.* quem citat Socin. *con-*
171 *sil.*241. *num.*3. *lib.*2. † Restringe, quando lucrum est in spe considerabili, prout successio patri; quia ius est quæsitum filio clerico, ita Socin. *consil.*241. *numer.*5. *verb. quantumcunque ergo, lib.*2. & ple-
☞ nius Crauett. *consil.*749. *numer.*9. *& sequent.* Vide, *Ius in spe quando*
172 *dicatur considerabile, vt cedi, vel tolli possit, vel non. Conclus.*729. † Limita; quia statutum generale, quod expresse non comprehendit ecclesiasticos, neq; eorum bona, licet sub generali sermone possint comprehendi, in dubio non iudicatur contra libertatem, vt comprehendat, ita Felin. *in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ, numer.*70. *versicul. quarto quæro*; vbi loquitur in statuto ponente extra protectionem Communis declinantem forum secularem, *de constitut.* quia non censetur loqui de ecclesiasticis in dubio. Grammat. *decis.*100. *numer.*17. *& sequent.* vbi latissime. Roman. *consil.*299. *In proposita, numer.*8. *ver. secundo quia.* vbi apostilla *in verb. disponere*, vbi, quod lex, vel statutum nunquam trahitur per verba generalia ad casum, in quo specialiter disponere non potuissent statuentes laici circa spiritualia. Abbas *consil.*63. *numer.*3. *lib.*1. & plenius Fe-
☞ lin. *d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, numer.*104. *& sequen. quæst.*18. *de constit.* vbi ponit multa exempla. Vide, *Generalis dispositio non extenditur, ne-*
173 *que comprehendit multa. & quando secus. Conclus.*31. † Declara tamen; quia iudex ecclesiasticus potest compellere statuentes ad declarandum, quod tale statutum non comprehendat ecclesiasticos. Felin. *d. cap. ecclesia S. Mariæ, num.*75. *de constit. ver. quinta cautela*, qui alios citat. Anch. *d. consil.*155. *numer.*11. Gabr. *cons.*37. *in princip. lib.*2. plenius Felin. *d. cap. ecclesia, nu.*107. *& sequ.* vbi ponit tria remedia.

† Restringe, quando statutum necessario includit personas Ec-174 clesiasticas, puta si dicat, quod non subditi non gaudeant beneficio statuti, non potest intelligi de forensibus; quia non gaudent beneficio, sed de Ecclesiasticis necessario. Soc. *cons.*241. *nu.*5. *lib.*2. † Restringe, quando est fauorabile, communem dicit * Gramm. 175
*dec.*100. *n.*4. *& seq.* Alex. *cons.*121. *in fi. lib.*2. † Restringe, quando sta-176 tutum generale habet effectum specialem. Ias. *in l. ciuitas, n.*10. *ff. si*
cert. petat. † Restringe, quando ex mente apparet. Soc. *d. cons.*241. 177
*n.*3. *& seq. lib.*2. † Et Episcopus potest facere delere in totum dicta 178
statuta contra libertatem Ecclesiasticam, & declarare nulla, etiã nemine citato, & potest declarare excommunicatos statuentes. Fel. *d. c. Ecclesia S. Maria. nu.* 98. *& seq. de constit.* † Limita; quia valet 179
statutum laicorum, per quod ex causa licita, & publica prohibetur aliquid fieri, puta cessionem in potẽtiorem, & magnatẽ; quia nec ab Ecclesia poterit habere cessionem; quia non est in odium Ecclesiæ ita Fed. de Sen. *cons.*85. *per tot.* vbi in fi. dat plura exempla, & vide plenius de hoc supr. *nu.* 106. *& seq.* vbi contrarium, & declaratur. Vide, *Statutum laicorum valet, & ligat Ecclesiast. multis casib. &* 180
*quando secus. Concl.*582. † Extende; quia valet statutum augens legitimam filiorum; item inducens inclusionem masculorum, & excludens fœminas; quia comprehendit Ecclesiasticos. Fed. de 181
Sen. *d. cons.*85. *in fi.* supr. *n.*121. *& nu.* 91. † Declara; quia si statutum iniecit vinculum ante clericatum facti clerici post statutũ includuntur; secus si clerici, & religiosi essent ante statutum, Soc. *d. cõs.* 241. sed declara verum, quoad ea, quæ effectum sortita sunt ante clericatum, alias secus, vt plene Dec. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. nu.*202. *ver. sexta conclusio*, & ibi Fel. *num.*101. *ver. decimoquarto quæro.* † Limita; quia statutum laicorum, quod quis non possit testari de 182
bonis suis, vel disponere pro certa portione, quæ applicatur filiis, valet; quia licet priuet Ecclesiam, ne possit in eis succedere; tamẽ non est contra libertatem, quando applicatur filiis, & sic nõ prohiberur indistincte. Abb. *cons.*63. *per tot. lib.*1. & supr. *n.*119. *& nu.*91. † Declara totam istam materiam libertatis Ecclesiasticæ, quæ est 183
diffusa satis; quia consistit in multis capitibus, vt infra, videlicet:

Primum esse † potest in iis, quæ mere spiritualia sunt ori-184 gine, prout sunt sanctissima Sacramenta, & alia spectantia ad fidem, salutem, & religionem Christianã quomodocunq;, & possunt poni exempla circumscriptis septem Sacramentis, & substantia omnium Sacramentorum, & articulorum fidei etiam in dependẽtibus ab eis; quia causa matrimonialis debet cognosci per iudicem Ecclesiasticum solum, & priuatiue ad secularem iudicem, *c. lator, qui filii sint legit.* Alex. *consil.*169. *Visis instrumentis, in fi. lib.*7. & est ratio; quia matrimonium fuit à Deo institutum, vt in *Genesi cap.*2. *in fi.* ibi: *Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, c.*1. *de vot. in* 6. ideo cum respiciat fidem, & sit Sacramentũ, nõ potest iudicari, nisi ab Episcopo; quia qui iudicat substantiã matrimonii, videtur decidere causam tangentem fidem, ita Ioan. Hispan. in *tract. de matrim. in* 3. *charta.* Abbas plene in *ca. Ecclesia S. Mariæ, n.*15. *& n.*19. *in fi. cum seque, de constitut.* vbi omnes. * Vide, *Statu-* *
ta diuersorum locorum circa matrimonia, & sponsalia à laicis facta, &c. 185
*Conclus.*592. Vide, *Ius Canonicum in quibus præualeat legibus ciuilibus. Conclus.*579. † Sic dicimus de causa hæresis, an quis sit hæreticus, vel non; quia spectat ad forum Ecclesiasticum, & spirituale; quia est causa spiritualis, & fidei, *c. vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæret. in* 6. Rolond. à Valle *cons.*8. *nu.*5. *lib.*3. Vide, *Hæresis crimen est fori Eccle-* 186
*siastici absolute. Concl.*95. Vide, *Ius patronatus, & illius cognitio. Conclus.* 597. † Sic dicimus de decimis, & primitiis, quæ sacerdotibus debentur; quia sunt de iure diuino, vt in *lib. Numer. c.* 18. plene Bellam. *consil.*40. *n.*31. *& seq.* vbi, quod propterea causa est spiritualis. Vide, *Decimarum causa est spiritualis. Concl.*73. † Idem dicimus de vsura, & omni alio peccato; quia si agitur de cognitione, an sit vsura, & an sit peccatũ, semper cognitio est iudicis Ecclesiastici; quia 187
agitur de cognitione rei spiritualis, quæ pendet à fide, & à salute, & quod sit fori Ecclesiastici, est text. *in clemen. Dispendiosam*, vbi gl. *in ver. vsuris, de iud.* & sic de aliis similibus, quæ omittuntur. Vide
plenius, *Vsuraria causa est fori Ecclesiastici, & quando secus. Concl.*357. 188
† Item si agatur de funeralibus exequiis, oblationibus, sepultura, & aliis dependentibus à spiritualibus, vel quæ sunt spiritualia. Bellam. *cons.*40. *per tot.* quod est plurimorum Auditorum Rotæ. † Et si iudex secularis apponeret manum ad spiritualia, fieret cõ- 189
tra libertatem Ecclesiæ; quia turbaret, & poneret falcẽ in messẽ alienam, *cap. scriptum* 6. *q.*3. ideo esset excommunicatus, & posset prohiberi, *cap. fi. de immunit. Eccles. lib.*6. Bal. *consil.*396. *Quod autem, num.*2. *ver. sed respondeo, lib.*4. Ægid. Bellam. *cons.*40. *num.*31. † De- 190
claratur tamen hoc primum caput; quia si non agitur de matrimonio, neque de vsuris, neque peccato cognoscendo principaliter, sed

fer, sed agitur de pœna, vel malefacto contra delinquẽtes aduerſus ſpiritualia, & ſacramentalia, prout de puniendo violatore matrimonii, & ſic de adultero, vel de puniendo vſurario, vel quocũque alio delinquente, prout de blaſphemante; certe tunc creatur alia iuriſdictio mixti fori, vt licet ſit mere laicus delinquens; quia in re ſpirituali delinquit, ſortiatur forũ Eccleſiaſticũ; put idẽ dicimus de laico, qui bona Eccleſiarũ rapit, licet laicus puniatur per Eccleſiaſticum & ſeculare, *c. cum ſit generale. de for. comp.* de laico, qui committit ſacrilegium, vel de eo, qui turbat diuina, punitur per ſeculare, & Eccleſiaſticum, *l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſc. & cler.* ſed quia mere laicus etiam per forum ſeculare poſſit puniri; quia Principes ſeculares ſunt dati ad tuendam fidem, religionẽ, & Eccleſiasi; & tunc erit locus præuentioni, excepto crimine hæreſis; quia eſt ſemper fori Eccleſiaſtici, ſiue agatur de hæreſi, ſiue de pœna *d. c. vt inquiſitionis, §. prohibemus. de hæret. in 6.* Vide, *Mixti fori qua eſſe dicantur. Concl. 293.*

191 Secundum Caput in iis, quæ † erant quidẽ prophana, ſed per conſecrationẽ, & dedicationem factam Deo perpetuã ſunt effecta ſacra; & incipiendo à perſonis, prout ſunt clerici beneficiati, vel inſeruientes Eccleſiæ; itẽ inſacris conſtituti; item religioſi, & religioſæ, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ; iſti adeo ſunt facti immunes à iuriſdictione ſeculari, vt nullo modo poſſint conueniri, *c. clerici, de iud.* vbi, quod neque valet conſuetudo, vel præſcriptio contraria, & reſpectu perſonæ clericorum cauſa dicitur ſpiritualis, de qua ſecularis eſt incapax. Gram. *dec. 21. n. 8.* & de religioſis Heremitis, Fratribus Tertii Ordinis, Ieſuitis, Rectorib. piorũ locorũ, Vniuerſitatib. plene Soc. *in c. ſi quis clericus, n. 10. & multis ſeqq. de for. comp.* & p dicta, procedunt, etiam ſi priuilegio fori renunciarent, *ca. ſi diligenti, de for. comp.* late Capic. *dec. 19. nu. 9.* vbi extendit, etiam ſi Epiſcopus conſentiret; imo *nu. 10.* dicit, quod Papa hoc non poſſet generaliter ſtatuere, & ſi faceret, non valeret, & hæc omnia repetit Gram. *dec. 61. n. 9.* & *ſeq.* vbi latiſſime, Vide plenius, *Negligentia inferiorum Prælatorum*

192 *per quos ſupplеatur. Concl. 35. n. 40. & ſeq.* † Et quod dicitur de perſonis; idem eſt de rebus, quæ erãt prophanæ, ſed effectæ ſunt ſacrę, prout Eccleſiæ, cœmiteria, ſepulchra, calices, vaſa, & paramenta ad cultum diuinum; quia cũ iſta non ſint amplius in commercio noſtro, neque in vſu prophano, & Deo ſint perpetuo dicata, illorum cognitio, & talis iuriſdictio, & adminiſtratio ſpectat ad Eccleſiaſticos, & non ad laicos; quia imo ſunt incapaces, *c. decernimus, de iudic.* vbi Abb. & alii, & ibi plene Deci. *n. 165. & ſeq. ver. & primo.* vbi pleniſſime diſcutit materiam. Vide, *Beghinæ, & fratres tertii ordinis an ſint perſonæ Eccleſiaſticæ. Concluſ. 32.* Vide, *Eccleſia domus Dñi eſt, & intra territorium, non de territorio. Concl. 5.* Vide, *Fratres tertii ordinis an ſint Eccleſiaſticæ perſonæ. Concluſ. 470.* Vide, *Heremita gaudet priuilegio clericali, & quando. Concl 90.* Vide, *Iudex ſecularis non habet iuriſdictionem in Eccleſiaſticos, &c. Concluſ. 449. cum multis ſeqq.* Vide, *Laicus index nullam habet, &c. Concl. 8.* Vide, *Oblatio ſui, & bonorum religioni quid operetur. Concl. 17.* Vide, *Peregrini cuius fori eſſe, & c. Concl.*

193 *27.* † Declaratamen, ſi laicus offendit clericum, vel perſonam Deo dicatam, poteſt puniri & per Eccleſiaſticum iudicem, & per ſecularem, & eſt locus præuentioni; quia eſt ſacrilegium, & vt ſupradictum fuit, delictum committitur circa ſpiritualia ſupr. *nu.*

194 *18.* † Extende; quia non ſolum procedit in bonis conſecratis, ſed etiam in bonis, & rebus prophanis non conſecratis, ſed perpetuo Eccleſiis, & locis piis datis in dotem; quia cum dominium dictorum bonorum ſit Chriſti, & ſolus Papa ſit adminiſtrator, vt eſt text. *in c. cum ex eo, de elect. in 6.* vbi gl. *in ver. Chriſti.* Innoc. & alii *in cum ſuper, de cauſ. poſſ. & propr. n. 3. & 4.* ideo ſolus Papa, qui ſolus eſt adminiſtrator, habet iuriſdictionem bonorum Eccleſiarum.

195 † Extende; quia nedum reſpectu dominii, & proprietatis, q̃ etiã poſſeſſionis, ſolus Papa, & Eccleſiaſticus habet iuriſdictionẽ, non autem ſecularis; quia licet poſſeſſio ſit quid facti, & prohanum, procedit in prophanis, nõ in ſacris & Eccleſiaſticis. Vide, *Bona Eccleſiarum eiusdem, &c. Concl 111.* Vide, *Bona patrimonialia clericorum quatenus ſubſint foro Eccleſiaſt. Concl. 113. & ibi prox. ſeq.* Vide, *Poſſeſſio an ſit*

196 *res temporalis, vel non. Concl. 401.* † Declaratamen; quia ſi agatur de offenſa in clericum, vel in rebus ſacris, vel etiam in rebus Eccleſiaſticis, vel poſſeſſione Eccleſiaſtica per violentiam, rapinam, vel alio modo per laicũ facta; tunc vterq; iudex Eccleſiaſticus, & ſecularis poſſunt procedere, *d. c. cum ſit generale, de for. compet.* & ſupra

197 n. 129. Vide plenius, *Iudex ſecularis non cognoſcit de incidenti ſpirituali. Concl. 455. n. 27. & ſeq.*

197 Tertium Caput eſt, ſi iſta † ſacra, & ſpiritualia vniãtur, vel commiſcẽtur cum prophanis; tunc etiam ratione adiuncti, & mixti, iuriſdictio ſpectat ad Eccleſiaſticum forum, non ad ſeculare, prout videmus in iure patronatus, quod licet non ſit ſpirituale, ſed annexum ſpiritualibus, cognitio ſpectat ad ſolum Eccleſiaſticum. Alex. *conſ. 58. Circa primum, in fi. lib. 1.* Vide, *Ius patronatus non eſt ſpirituale, ſed ſpiritualitati annexũ.* 198 *Concl. 595. & Concl. 297.* † Idem eſt in mixtura perſonarum clericorum, & laicorum, ſimul delinquentium; quia ne continentia cauſarum diuidatur, & ne contingat diuerſas ſententias ferri; & quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, clericorum tota cauſa ſpectat ad cognitionem Eccleſiaſtici, & hæc fuit opinio Anton. de Prato veteri in *l. 1. in fi. ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind.* Fel. *in c. 1. de præſcript. nu. 6. ver. & dixit D. Ant.* & eſt communis * regula, * vt dicit Gomez. *in cap. 1. n. 47. de reſcript. in 6.* Boſſ. *tit. de foro compet. n. 147.* dicit eſſe * communem, & ita vidiſſe practicari. Clar. in §. * *fin. qu. 36. nu. 46. ver. euenit plerunq;* dicit eſſe verum de iure * communi, & dicit eſſe communem * opinionem, ſed quod non ſeruatur Mediolani, & Anton. Gomez. *de delict. cap. 10.* vbi citat Bart. & alios, & dicit communem *, licet ipſe teneat contrarium, & * hanc partem tuetur Chaſſan. in *conſuetud. Burgun. fol. 51. n. 70. verſ. & iſti ſunt,* vbi citat plurimos conſulentes, & alias authoritates, & quod ita vidit ſeruari Mediolani. † Contrarium ex profeſſo tenet 199 Anton. Gomez. *tom. 3. de delict. ca. 10. nu. 7.* per leuia fundamenta, quæ parum releuant; quia leges, quas ipſe allegat, non faciunt ad caſum noſtrum, dicit ipſe pro contraria opinione eſſe text. not. *in l. ſi quis vxori, ver. primo, ff. de furt.* vbi is, qui præſtat auxilium vxori furanti marito tenetur furti, licet vxor teneatur actione rerum amotarum, inquit ipſe, ecce, quod non iuuatur fur beneficio vxoris, & non aduertit, quod ibi agitur de diuerſa pœna, non de priuilegio cognitionis cauſæ, ne continentię diuidantur; argumentum ſuum procederet, ſi nos diceremus, quod laicus nõ poteſt puniri, niſi eadem pœna, qua clericus trahens; ſed nos dicimus contrarium, quod iudex Eccleſiaſticus punit clericum pœna ſua, & laicum pœna ſua, ſi non ingeratur pœna ſanguinis; ſed ſi pœna ſanguinis venit infligenda, remittit illum puniendum iudici ſeculari, & ita declarat Soc. *d. cap. 2. de mut. petitio. nu. 30. circa fi. verſ. ſed forte dici poſſet.* & pariter aliæ leges per eum allegatæ nihil faciunt, prout nihil facit Anch. quem ipſe allegat pro ſua opinione in *ca. cũ nõ ab homine. de iud. col. 2. inſi.* quia loquitur de pœna laici, & clerici diuerſa imponenda, licet ſimul deliquerint. † Decla- 200 ra igitur; quia ſi ſumus in diuiſibilibus, iudex Eccleſiaſticus punit clericum, & ſecularis laicum; ſed ſi ſumus in materia indiuiſibili; tunc tota cauſa ſpectat ad Eccleſiaſticum, ita Rom. *conſ. 195. nu. 5. verſ. ſecundo quia.* vbi apoſt. Fel. *d. ca. 1. de præſcriptio. n. 6. circa ſi. ver. primo, quod non habet locum.* & ita ſeruari in conſilio Neapolitano dicit Capic. *dec. 173.* vt fatetur Anton. Gomez. *dict. cap. 10. num. 7. ver. quarto etiam,* ſed in hoc decipitur; quia dicit, quando clericus, & laicus ſimul delinquunt, quod materia eſt diuiſibilis; quia ſunt delicta diſtincta, quod non eſt admittendum ita ſimpliciter, ſed cum diſtinctione; nam ſi clericus, & laicus occidunt ſimul aliquem deliberato, vnicum eſt delictum, videlicet homicidium, & indiuiſibile; ſed bene ſunt plures homicidæ, & ſunt pœnæ diuerſæ; quia vnuſquiſq; tenetur inſolidum; & eſt communis * opinio, * vt atteſtatur Clar. in §. *fi. q. 84. n. 4. & in fi.* ſic ſi homicidiũ fit in rixa, ſi non conſtat, cuius ictu, vel vulnere ſit, omnes tenentur; ſi vero conſtat, quantum quiſq; fecerit, eſt verum, quod quiſq; tenetur de eo, quod fecit; & iſto caſu poteſt intrare diuiſio delictorum, vel quando delicta, loco, tempore, vel perſonis ſunt diuerſa, & hic concurrit, ne continentia cauſarum diuidatur; licet de facto ſeruetur, quod ſimpliciter laicus cum clerico faciat materiam diuiſibilem, prout in Francia atteſtatur Rebuff. *de conſtit. Regis in proœm. gloſſ. 5. n. 117.* ſed certe non eſt de iure. Vide, *Cauſarũ continentia non debent diuidi. Concl. 159.* Vide, *Continentiæ cauſarum diuidi non debent. Concl. 976.* Vide, *Dignum magis trahit ad ſe minus dignum. Concl. 435.* Vide, *Homicidium in rixa commiſſum. Concl. 149.*

Quartum Caput eſt; quia † in tantũ ſpiritualia, res ſa- 201
cræ, Eccleſiæ & bona, ac clerici, & Eccleſiaſtici ſunt immunes à iuriſdictione ſeculari, vt etiam extendatur iſta immunitas, nedum ad ipſos, ſed etiam ad eorum familiares, officiales, adminiſtratores, & laboratores neceſſarios, & ſine quibus aliter facere non poſſunt. Felin. in *cap. 2. numer. 2. de foro compet.* Socin. *in cap. ſi quis clericus, num. 8. circa med. ver. ſed tu aduerte. eod. titul.* eſt text. in *l. 1. & 2. C. de epiſc. & cler.* Vide, *Eccleſiaſticæ perſonæ quæ dicantur, & gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſt. Concluſ. 26. n. 13. & 14.* Vide, *Epiſcopus habet multa priuilegia pro ſe, & bonis, & familia. Concluſ. 299.*

202 Quintum Caput est; quia † Ecclesiæ, & Ecclesiastici quoad personas, & bona sunt immunes ab omnibus collectis, datiis, gabellis, & aliis impositionib. Principum secularium, & laicorum, *c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. c. aduersus consules. de immun. Eccles. c. 1. eod tit. li. 6. auth. cassa. C. de sacros. Eccles.* Vide, *Collecta, & impositiones onerum per quos, & quibus imponãtur. Concl. 450.* Vide, *Datium, vel gabellam qui soluere teneantur, vel non. Conclus. 27.* Vide, *Ecclesia pro bonis suis collect ari non potest. Conclus. 12.* Vide, *Ecclesia quæ onera soluat, vel non, pro rebus, & personis. Conclus. 13.* Vide, *Onera & collecta à laicis imposi non possunt Ecclesiis, neq; Ecclesiast. personis. Concl. 138.*

203 Sextum Caput, quod † confugientes ad Ecclesiam habeant immunitatem, vt non possint capi, neque extrahi, neq; obsideri pro ciuilibus, vel criminalibus, plenissime Remig. in suo celebri *tract. de immun. Eccles.* vbi doctissime explicat. Vide, *Ecclesia habet immunitatem, vt delinquentes, & alij confugientes, &c. Concl. 9. cum concl. seq.*

204 Septimum Caput, quod † Principes seculares, Reipublicæ, & Ciuitates non possint aliquid statuere in præiudicium spiritualium rerum, sacrarum Ecclesiarum, locorum piorum, & Ecclesiasticarum personarum directo, neque per indirectum, per quod ab eis auferantur priuilegia, & concessa iure diuino, humano, vel iure communi, vel per quod obligentur ad aliquid, etiam si sit solemnitas inducta à laicis, vt supra, in princ. per discursum, & infra in conclusionibus sequentibus, videlicet: Vide, *Iuramentum spirituale, & an laici possint super eo statuere. Conclu. 497.* Vide, *Statutum laicorum non potest tollere iuramentum. Con. lus. 580.* Vide, *Statutum laicorum non comprehendit Ecclesias, neque, &c. Conclus. 581. & ibi prox. seq.* Vide, *Statutum laicorum circa legata ad pias causas, & pro anima. Conclus. 585. & ibi prox. seq.* Vide, *Statutum diuersorum locorum contra libertatem Ecclesiasticã. Conclus. 589.* Vide, *Statutum diuersorum locorum circa matrimonia, & sponsalia non valet. Conclus. 592.* Vide, *Statutum circa nuptias secundas, & earum pœnas an valeat. Concl. 603.* Vide, *Statutum laicorum circa pias causas quando valeat, vel non. Conclus. 622.* Vide, *Statutum circa solemnitates instrumentorum valet, & quando, &c. Conclus. 652. cum seq.* Vide, *Statutum circa spurios habilitatos ad successionem non valet. Conclus. 654. cum ibi prox. seq.* Vide, *Statutum circa vsuras non valet, & quando secus. Concl. 690.* Vide, *Statutum ad pias causas quam solemnitatem requirat. Concl. 116.* † Adde ad præmissam libertatem Ecclesiasticam plura, quæ ponit Hostien. in *sum. rubr. de immun. Eccles.* † Et Ioan. Lup. in suo *tract. de libert. Eccles. per tot.* maxime *quæst. 10* vbi ponit cap. 21. per quæ faciunt Principes, & Vniuersitates, & priuati contra libertatem Ecclesiasticã, quæ est à jure diuino introducta.

207 † Hæc omnia respiciẽtia libertatem Ecclesiasticam, certe si prout cum tanta deuotione ab antiquis Sanctis Patribus, & summis Pontificibus decenter statuta, & ab Imperiali maiestate recepta fuerunt, obseruarentur, maximum esset pietatis, & iustitiæ ornamentum Principibus Ecclesiasticis, & secularibus; & certe nihil diminueretur Serenissimis Principibus secularibus de eorũ imperio, quinimo augeretur; cum sciant se causam agere cum Deo, qui eis largitur Imperia, Regina, & dominia, & iubeantur per os Prophetæ, vt non tangant Christos suos, & per sentẽtiam Iesu Christi Domini Nostri, quod quisq; debeat, quæ sunt Dei, Deo, & quę sunt Cæsaris, Cæsari reddere; sed quia temporibus istis multum inualuit ius imperandi, & omnes indiscrete trahunt aquã ad suũ molendinum, & versamur sæpe inter excedentia, & excessa, necesse esset quandoq; corripere Ecclesiasticos, si quandoq; excedunt abutendo iurisdictione Ecclesiastica, & iudices seculares multo magis, si in messem Deo, & Ecclesiasticis reseruatam indiscretam falcem immittunt, non cogitantes animarum periculũ, & finem rationis reddendæ, vtrosq; omnino esse venturos corã iudice, qui non fallit, neq; fallitur vnquam.

Liber Principis probat, & quando secus. Conclus. 343.

1 LIBER † patrimonii principis, & conseruatus in scrinio ipsius principis, plene probat, & idem, si dicatur in Palatio, quod est idem, quod scrinium, vel archiuium, *Pedem. decis. 69. Ex processu agitato. per tot.* vbi plene. † Amplia; quia libri Cameræ Apostolicæ probãt valorem beneficiorum taxatorum de consuetudine Curiæ. Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 35. ver. decimatertia conclusio.* † Amplia; quia libri Principum conseruati in archiuio probant; & ideo registrum supplicationum Papæ probat, licet si petatur exhiberi, sit exhibendum. Æg. Bell. *cons. 34. n. 14. in fi.* † Amplia; quia liber cãpsoris montis salis Bononiæ; quia gubernatur per personam authoritate publica, & etiam quia conseruatur in archiuio publico ciuitatis, plene probat, Alex. *cons. 179. In causa, & lite, in princ. lib. 6.* † Declara tamen; quia ita demum liber publicus probat quoad descriptos in eo creditores, si causã exprimat; si vero partita creditis est nuda, & sine causa, non probat. Alex. *d. cons. 179. in pr. ver. solum restat, lib. 6.* vbi *n. 2.* dicit * communem. † Restringe; quia talis liber authenticus non probaret solemnitatem requisitam interueniss̃e; ideo si minores creditores super monte salis descripti in campione efficerentur debitores ponendo ad creditum alterius eorum partitam, prætextu, quod cum solemnitate alienauerint, nisi probetur solemnitas, non probat; quia hoc modo tolleretur statutum de solemnitate, ita Alex. *d. cons. 179. nu. 3. & seq. ver. fortificatur quia, li. 6.* vbi maxime hoc dicit Bononiæ verum; quia extat decretum Legati, quod credita montis non transportẽtur, nisi constet de alienatione per instrumentum, vel nisi per 20. an. scriptura de vno in alium transportata haberet obseruantiã; quia solemnitas extrinseca tanto tempore præsumitur.

Liber censualis Ecclesiæ probat, & quando secus. Conclus. 344.

1 LIBER † censualis Ecclesiæ, vel monasterii probat contra censuarios, & emphyteutas in eo descriptos, *l. census & monumenta. ff. de probat. auth. ad hæc. C. de fide instr. c. ad audientiam*, vbi Felin. *in 5. colum. de præscript.* Rom. *cons. 127. col. 2. in pr.* Bald. *in l. fi. circa fi. C. sine cẽsu, vel reliq.* Floria. à S. Petro *cons. 10. num. 10. & seq.* Vide, *Libri multi probant, & quando secus. Conclus. 346. num 33. & seq.* † Contrarium, quod liber censualis Ecclesiæ non probet possessionem dictorũ bonorũ esse penes Ecclesiam, Bal. *in l. si pater, C. de act. empt.* † Imo nec probat dominium Ecclesiæ, *l. solemnibus*, vbi Bald. & Salyc. *C. de rei vend.* & propterea si in talibro scribatur, rem meam esse Ecclesiæ emphyteuticam, non mihi præiudicaret, nisi consenserim tali descriptioni. Bald. *cons. 276. Viso puncto, lib. 4.* Alexand. *cons. 187. Visa copia, lib. 7. per tot.* vbi in fortioribus, quod liber Canonicorũ Cænenæ in manu Notarii erat scriptus, Priorem soluisse censum pro fundatione sui Prioratus, non probat, si non continet testes, & alia solemnia instrumenti. † Declara; quia solus liber non probat dominium, vel possessionem Ecclesiæ in præiudicium tertii, qui non consensit; secus, quando concurrunt alia adminicula, puta testes de publica voce, & fama, vel solutionis multorum annorum, vel similia; quia iudex non debet se adstringere ad vnã speciem probationis, sed cuncta rimari, *l. 3. §. idem, ff. de testib. l. iniitia, C. de rei vendic.* Roman. *consil. 127.* Angel. *in l. at qui natura, §. cum me absente, ff. de negot. gest.* vide apost. 1. ad Roman. *d. consil. 127. in ver. Tribuitur*, quæ dicit librum publicum censualem probare; secus si sit priuatus. † Et quod liber Ecclesiæ non probet dominium contra tertium. Speculat. *titul. de locatio. §. nunc aliqua.* Felin. in *cap. ad audientiam, numer. 16. de præscript.* Boer. *decis. 105. numer. 13.* Vide, *Dominium qualiter probetur. Conclus. 611.* † Declara; quia si liber Episcopi, vel Capituli est conseruatus in loco publico, in quo sunt aliæ scripturæ publicæ, probat semiplene; sed si concurrant aliæ coniecturæ, vt quia in eis sunt descriptæ aliæ partitæ soluentium, quæ verificantur veræ, & sunt scriptæ per plures administratores Ecclesiæ, & sunt de antiquo, plene probat. ita Crauett. plene *cons. 158. Visis actis per totum.* vbi plura congerit, & ita videtur etiam velle Alex. *d. cons. 187. Visa copia, nu. 2. lib. 7.* plenius Roman. *dict. consil. 127. colum. 1. vers. ad hoc tamen*, vbi plena apostil. in *ver. Tribuitur*, dat concord. & dicit verum, quod probat, quando publice conseruatur. † Declara; quia ad effectum possessoris, & in causa summaria plene probat; quia non requiritur plena probatio, Curt. Sen. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* vbi, quod * ita omnes tenent * vsq; ad sua tempora, apost. ad *sing. Matthes.* vbi arguit de mẽdacio. Alex. *d. consil. 187. in fi.* dum dicit contrarium, magis * communẽ * dicit, & pro ista parte etiam consuluit Crau. *d. cons. 158.* vbi *n. 12.* citat plurimos. † Contrarium, quod in possessorio non probet liber; quia imo requiritur plena probatio secundum magis * communem. Alex. *d. cons. 157. Visa copia. in fi. lib. 7.* & iterum Alex. *consil. 139. lib. 6. in fin.* vbi apostil. in *ver. plenam.* plurimos concord. citat, & eum sequitur magis communem * dicens Menoch. *de adipisc. * in 4. remed. q. 79. n. 678.* † Restringe; quia nõ probat contra tertiũ non descriptum in partita libri, & habentem titulum ab alio, & non à dicto Monasterio, vel Ecclesia. Roman. *d. consil. 127. Posito, quod dominium prope fin.* Felin. *in d. cap. ad audientiam, nu. 22. vers. decima, & vltima conclusio, de præscript.* Crauett. *de antiq. tempor. in 1. part. n. 252.* † Declara; quia licet liber censualis Ecclesiæ non probet in præiudicium tertii; tamen negari non potest, quin faciat magnam præsumptionem etiam contra tertium, & ad probationem

nem dominii.Rom.*d.cons.*127.*col.*1.*in fi.cum seq.ver.& si dicatur*, vbi apost.*in ver.præsumptionem*, dat plures concord.& pro vtraq; parte
11 citat aliquos. † Et procedit restrictio, etiam si essemus in antiquis,quando agitur de graui præiudicio; quia non probat, nisi semiplene,etiamsi essent lapsi centum anni.Crauet.vbi sup.allegat
12 Dec.*in c.cum causam,col.*2.*ver. secundo limitatur etiam,de probat.* Alex. *cons.*187.*Visa copia,n.*2.*li.*7.† Contrarium,quod imo probet etiam contra tertium, quando est conseruatus in archiuio Monasterii.
Anchar.*cons.*44.*num.*5.Crauet.*cons.*158.apostil.ad Roman.*d.cons.*
13 127.*in ver. Tributur*, quæ citat concord. † Declara tamen, nisi tales libri antiqui vltra centum annos essent retenti in loco publico,& per officiales publice ad id deputatos,vel quando tales libri
pro publicis haberentur, adeo quod iudices,& alii indifferenter illis vterentur tanquam publicis, & ex consuetudine illis fides adhiberetur,& ita procedunt consilia,Anch.*cons.*44.*nu.*5. Crau.
*cons.*158. vbi dicunt fidem adhibendam libris censualibus Monasterii in eius archiuio existentibus,in quibus libris solutiones descriptæ sunt per ministros Monasterii.Roman.*d.cons.*127. & ibi a-
14 postil.quæ dat.concord.& idem Rom. *cons*165. vbi apostil. † Restringe;quia inuestitus in præiudicium alterius,licet se fecerit describere in libro censuali ecclesiæ,non præiudicat tertio inuestito,&maxime Rauennæ, vbi est decretum annullatiuum, quod nullus possit facere se inuestire de bonis, de quibus alius est primo inuestitus.Ang.*cons.*88.*circa fin.*

Liber æstimi, seu catastri quid sit,& non probat multis casibus,& quando secus. Concl.345.

1 LIber † æstimi,vel catastrum,quid sit, & quomodo,& qualiter probet, Vide, *Catastrum quid sit,& an probet. Concl.*128. Descri-
2 ptio,† seu designatio bonorum facta in catastro per eum,qui non est dominus rei descriptæ,non nocet domino, quomodocunque facta sit.Bald.*cons.*1.*Viso puncto,in pr.lib.*5.Ang.Aret.*cons.*15.*Attento, & diligenter,n.*49.*& seq.ver.nec etiam obstat,& cons.*88.*In causa, in fi.* vbi loquitur de libro censuali, & in catastro expresse loquitur Alex.*cons.*68.*Viso processu, nu.*3.*ver. benefacit, lib.* 3. vbi idem dicit in libro census; quia qui soluit censum, non probatur dominus, &
3 *cons.*77.*Viso processu,num.*11.*ver.nec etiam obstat*, *lib.* 6. nisi constet de consensu tertii.† Amplia;quia fides solutionis gabellæ matrimonii,vel venditionis non probat matrimonium, seu venditionem,
4 sed bene solutionem.Soci.*cons.*208.*lib.*2. Canonistæ *in c. cum causam,de probat.* † Amplia, vt idem sit,quando descriptio fuit facta à domino ignorante; quia si describi fecit bona sua tanquam communia alteri,non sibi præiudicat, quin docto de errore bona sint
5 sua.Bald.*d.cons.*1.*circa med.ver.secundo casu,lib.* 5. † Extende; quia legatum simpliciter factum legatario non debet onus habere,licet per descriptionem ad decimam bona legata sint onerata, nisi cõstet de scientia,&patiẽtia legantis bona fuisse descripta cũ onere, etiamsi esset antiqua descriptio. Alex.*cons.*10.*Viso processu,nu.*5.*lib.*
6 4.Felin.& Deci.*in c.cum causam,n.*3.*de probat.* † Amplia; quia liber æstimi non probat contra tertium, *l. solemnibus*, vbi Doct. *C. de rei vendic.*& Alex.*in l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.*Paris.*cons.*53.*nu.*21.*lib.*1. Alex.*cons.*36.*lib.*5.Rom.*cons.*127.Afflict.*decis.*303.*in fin.* Menoch. *de arbit.iud.lib.*2.*casu* 90.*n.*27. Alex.*cons.*185.*In causa,nu.*6.*ver. nec obstat etiam,lib.*5.*& cons.*10.*Viso processu,nu.*5.*ver.non probat etiam, lib.* 4.
7 *& cons.*81.*Lecto,in fin. lib.* 3.† Extende; quia asserta scriptura æstimi non probat dominium contra tertium: Alex.*d.cons.*185.*In causa, n.*
8 6.*ver.non obstat,lib.*5.† Restringe;quia bene facit præsumptionem, Bart.& alii *in d.l.decem.ff.de verb.oblig.* Soc.Iun.*cons.*61.*n.*2.*lib.* 3. vbi, quod standum est huic præsumptioni, donec contrarium probetur,iuxta not.*in l.siue possideris,C.de probat.* Dec.*in c.nouit,de iud.* De-
9 clara † restrictionem, quando cõcurrunt adminicula, & indicia. Castr.*d.l.si pater.C.de act.empt.*secus si de contrario constaret.Paris. *cons.*42.*nu.*30.*cum seq.lib.*1.quia probatio certa præfertur præsumptiuæ.Soc.*cons.*270.*col.*2.*lib.*2.Crau.*cons.*6.*n.*50.Boer. *cons.*11.*col.fin.*
10 † Restringe; quia liber æstimi, seu catastri probat contra tertium dominium, quando res non reperitur ab alio possessa tunc temporis,quo factum fuit catastrum. Cast.*in l.si pater,C.de act.empt.* se-
11 quitur pro notabili Soc.*cons.*89.*nu.*12.*lib.*1 *& in l.*1.*in princ.n.*2.*ff. de acquir.possess.* † Restringe,quando fuit continuata possessio per authores rei conuenti, & ipse reus conuentus continuauit, si non probatur dominium esse alterius ; tunc probatur bona fuisse in
12 bonis describi facientis ad catastrum *l. fin. C. de præd is nauicul. lib.* 10.Castr.*d.l.si pater,C.de act.empt.*Soc.*d.cons.*89.*n.*12.*li.*1. † Restringe;quia probat cõtra tertium, quando descriptio est facta de antiquo,& sic excedit centum annos.Soc.*cons.*205.*per tot.li.*2.*& cons.* 89.*lib.*1.*& cons.*187.*lib.*2.& in proposito non dicitur antiquum, q̃ non excedit centũ annos secundum * cõmunem, de qua Alex.& * Modern.*in l.cum aliquis. C.de iur.delib.* Alex.*cons.*6.*in fi.lib.*1.Ias.in *repet.l.admonendi,n.*209.*ff.de iureiur.* cum aliis cumulatis per Crau.*de antiq.tempor.in prin.primæ partis*,vbi dicit communem * opinionẽ. *
† Limita, quando descriptio fuit facta à Domino scienter; quia si- 13
bi præiudicat, licet secundum aliquos possit reuocare talem descriptionem docto de errore. Bald.*d.cons.*1. *ver.primo casu, lib.* 5. & statutum loquitur solum, quod præiudicet Domino descriptio, quando Dominus facit describere; quia bene tunc sibi præiudicat quoad onera expressa.† Extende; quia liber æstimi in præiudiciũ 14
accatastrantis, & ponentis ad Catastrum plenam probationem etiam dominii facit,&idem contra illius hęredes,vel successores singulares,*l.censualis,C.de donat.* Bart.*in l.rura,C.de omni agr.deser.lib.* 10.Alex.*cons.*10.*lib.*4.*& cons.*92.*lib.*7.*& cons.*147.*lib.*5.Ias. *cons.*128. *nu.*3.*lib.*2.Dec.*cons.*20.*n.*10.Bald.*d.l.censualis, C.de donat.* Ias.*in l.traditionibus.C.de pact.* Rom.*singul.*433.*Emens rem*, vbi apost. dat plures concord.Ias.&alii *in l.decem.ff.de verb.obligat.*& idem, quod noceat tertio possessori singulari successori, Bart.*in l.si superatus,ff.de pign.* quia ꝓbatio, quæ nocet authori, nocet singulari successori,Ruin. *cons.*30.Aret.*cons.*36.Soc.*cons.*266.*col.*2.*ver.præterea,lib.*2. † Exten- 15
de,quia si quis ponendo domum,vel aliam rem ad æstimum licet sit empta ab eo nomine suo,si dicat esse etiam fratris, vel alterius pro certa portione,plene probat dominium tertii.Roman.*d.sing.* 433. vbi apostil.dat concord.qui hoc dicit verum,quando ille tertius postea pro illa rata soluit onera. † Ratio potest esse; quia non 16
præsumitur quis velle soluere onera pro alienis bonis , quod in propriis effugere solemus.Socin.*cons.*89.*n.*12.*lib.*1.*& cons.*205.*ver. quinto facit,li.*2.† Et saltem negari non potest, quin faciat dominii 17
probationem præsumptiuam, Cast.*in l.scriniarios.C.de milit.testam.* & est tex.*in l.solemnibus,C.de rei vend.* Deci.*cons.*428.*in fin.* Paris.*cons.* 53.*nu.*21.*lib.*1.*& cons.*104.*nu.*100.*lib.*2.† Restringe,seu declara,ni- 18
si alia possit coniectura ostendi; ideo si filius ex industria sua acquirit;quia vtusfructus est patris,qui tenetur ad collectas,si filius describi fecit bona ad æstimum patris,præsumitur,vt pater soluat collectas,non vt ipse voluerit tradere dominium patri.Alex.*cons.* 133.*Stantibus,n.*5.*ver.modo sic,lib.*7. vbi extendit; quia neq; ex bonis paternis,quæ filius administrauit,præsumitur acquisiuisse,vt euitetur delictum. † Limita; quia frater emens nomine suo, & po- 19
nens ad æstimum commune cum fratribus censetur communicare.Bart.*in d.l.rura*, vbi Alex.*C. de omni agro deserto*, plene Roman. *sing.*433.*Emens*,vbi apostil.dat concord.& idem Rom.*cons.*291.*Isti fratres,col.*7.per tex.*in d.l.censualis.C.de donatio.* Alex.*cons.*10.*n.*4.*ver. quamuis,lib.*4.*& cons.*149.*n.*5.*ver.plus autem.lib.*5.*& cons.*57.*n.*16.*ver. sed in præiudicium eorum,& cons.*182.*n.*2.*ver.nisi ad præiudicium eorum, lib.*7.Corne.*cons.*315.*ad fin.lib.*4.Socin.*cons.* 46.*n.*1.*ver. ad hoc respondeo.& n.*3.*ver.præterea,lib.*3.*& cons.*6.*n.*8.*lib.*4. Dec.*cons.* 21.*n.*10.*ver. secundo alio medio.& cons.*146.*num.*13.*ver.nec prædictus.*† Declara; quia 20
procedit limitatio, quando emens non solum describit ad æstimum commune,sed etiam onera de communi fuerunt soluta , alias sola descriptio non releuat, ita Rol. à Vall.*cons.*4.*nu.*20.*&* 21. *lib.*2.*& in fin.* vbi declarat Bart.ita intelligi debere. Vide, *Socius acquirens nomine sociali ex pecunia sociali, vel propria cui acquirat. Concluſ.* 289.† Restringe,quando alia coniectura,quam donandi,& com- 21
municandi probaretur,ita videtur velle Bart.*in d.l.rura,in fin. C.de omni agro deserto.* Alex. plene *cons.* 133. *Stantibus his,nu.*5.*ver.modo sic, lib.*7.† Vide;quia non sufficit, quod frater,qui emit nomine suo, 22
posuerit ad æstimum commune,etiam si de communi sint onera soluta. Vide Corn.*cons.*214.*Licet in hac,col.*2.*lib.*1. Vide,*Socius acquirens*, vt supra *nu.*20.† Declarat Angel. Aretin. *d.cons.*15. *Attento, &* 23
*diligenter,nu.*49.*& seq.ver.nec etiam obstat* , quod probat inter eum, qui describi fecit se ad librum,& fiscum quoad onera,non autem tertio præiudicat, qui non fecit describi; ideo si maritus fecit in persona sua describere omnia bona mulieris in Catastro , ex hoc non probat omnia bona data in dotem ; & ideo non potest agere spolio contra hæredem vxoris,vt ibi in fine. *ver.venio ad secundum.* Vide, *Catastrum quid sit, & contineat, & an probet. Concl.*128. Vide, *Extimum Communis,,vel extimi liber,quando probet, & grauati qualiter subleuentur.Concl.*674. † Limita etiam , quod probet liber æstimi 24
antiquus dominium,& possessionem, quando ex aduerso nõ fuit probatum,quod alius possideret tempore , quo facta fuit descriptio æstimi,vel esset Dominus.Castr.*in l.si pater.n.*2. *C. de act. empt.* Socin.*in l.*1.*n.*21.*ff.de acquir.possess.* Socin.*cons.*89.*n.*2.*lib.*1.*& cons.*46. *n.*2.*lib.*3. † Declara tamen, quia in dubio præsumitur error, & i- 25
gnorantia,quando confinia distincta non fuerunt descripta, maxime,quia error præsumitur,quando tractatur de damno , & qui probatur,quando probatur,quod res aliter se habeat.Bald.*d.cons.* 1.*lib.*5.*in fin.* † Contrarium, quod non probet liber æstimi, nisi 26

quoad eos, qui consenserunt descriptioni in libro Catastri, Alex. *cons.2.n.6.lib.4.* Dec. *cons.2.nu.10.* Ias. *in l.decem.nu.26.ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.10.nu.5.lib.4.* Angel. Aretin. *d.cons.15.nu.49.& 50.ver.nec*
27 *nec etiam obstat.* † Sed contra non consentientes non probat ad fauorem describi facientis, & sic contra tertium non probat dominium, neque possessionem pro describi faciente, Alex. *cons.57. In causa, & lite, col.pen.ver.nunc dicam, lib.7.nu.17.* vbi plena apost. *in ver. æstimum,* dat concord. & *cons.182.nu.3.lib.7.& cons.147. in fin.lib.*
5. Glos. Bald. & Cast. *in d.l.si pater, C. de act.empt.* Alex. *cons.68.n.3.lib.*
3. Rom. *cons.127.* Dec. *in cap. cum causam. de prob.* Ias. *in d.l. decem. ff. de*
verb.oblig. Rom. *cons.475.nu.10.* vbi, quod non probat in præiudicium tertii, nisi tertius sciuerit, & passus fuerit, Ang. Aret. *cons.15.*
28 *n.49.& 50.* † Et an liber Catastri necessario probet possessionem, vel faciat tantum præsumptionem, & quid in antiquis, & quod tempus dicatur antiquum, Vide plene Rom. *cons.127. Posito, quod,* vbi, quod probat cum distinctione, de qua ibi in apostil. quando est publicum, & manu publica scriptum, & in loco non suspecto conseruatum, plene Rom. *cons.165. Liber registri,* vbi apost. dat con-
29 cord. *in verb. inducit.* † Limita; quia liber æstimi probat aliquem non habere bona in loco, ex quo in æstimo non sunt scripta. Ma-
30 scard. *concluſ.204. Bona quem non habere.* † Limita; quia quando æqualis descriptio est in æstimo ad partitam domini, & ad partitam inuestiti; tunc sine dubio probat in fauorem, & damnum vtriusque. Alex. *cons.113. Viso, & diligenter. nu.2. ver. sed præmissis non obstan-*
31 *tib. lib.4.* † Extende, quia quoad consentientes accatastrationi be-
32 ne probat, & præiudicat. Alex. *d.cons.77.nu.11.lib.6.* † Limita; quia liber æstimi, seu decimæ probat valorem bonorum in eo descriptorum. Bart. *in l.fin. C. de præd. minor. lib.10.* ex quo publica autho-
33 ritate confectus est. Bald. *in l.2. C. de rescind. vend.* † Limita; quia probat bona in eo descripta esse obnoxia oneribus. Mascar. *concl.*
34 207. † Limita; quia valorem rei, prout est allibrata, & æstimata in libro, probat, donec contrarium probetur. Alex. *cons.199. Perspectis, nu.6. ver. quia licet alias. lib.6.*

Libri multi probant, & quando secus, & appellatione libri quid veniat. Concl.346.

1 LIBRI † antiqui probant confinia territoriorũ cum fama, & si-
2 milibus. Bald. *cons.286. Thema proponitur, in prin. lib.2.* Vide, *Confinia qualiter probentur, & ex quibus. Concl.700.* † Amplia in libro antiquo Ecclesiæ, seu operæ; quia si est confectus, & conseruatus publica authoritate, probat etiam inter alios, Felin. *in c. cum causam, de probat.* † Et de multiplici specie libri Ripa *in l.admonendi, nu.*
4 114. *& seq. ff. de iureiur.* † Amplia in libro Communis antiquo in archiuio conseruato; quia probat ius eligendi vniuersitatis ad
5 decanatum. Cuman. *cons.77. Ad primum, nu.4. ver. ad quartum.* † Et quod liber conseruatus in camera, vel archiuio publico probet.
6 Io. de Imol. *cons.37.n.4.* † Amplia in libro matriculæ; quia probat descriptum esse matriculatum in arte illa. Bald. *in l. scrimiarios. C. de*
test.am. milit. & constituit tatem descriptum in quasi possessione; sicut è conuerso probat non descriptum non esse matriculatum.
7 Bart. *in l.fin. C. si cert.pet.at.* † Amplia; quia libri curiarum Episcopi, & aliarum curiarum super solutione censuum, & super stylis, & consuetudinibus, & aliis; quia probant quo ad omnes etiam extra territorium, licet non sint scripti per Notarium. Ias. *in d.l. ad-*
8 *monendi, in 2.lect.num.133. ver. quid autem de libris.* † Amplia; quia libri censuales Ecclesiarum probant fauore Ecclesiæ, si sunt scripti manu publica. Bald. *cons.331. Reuerende Pater, circa fin. ver. item allega-*
tis, lib.2. Io. de Anan. *cons.85. Intentio Domini P. per tot.* vbi Bologn. in
9 apostil. Vide, *Liber censualis. Concl.344.* † Extende maxime, quando Notarius, qui scripsit, erat etiam officialis loci; quia sine testibus probat, plene Io. de Ana. *d.cons.85.* vbi Bologn. in apostil. per. *l. cen-*
10 *sus. ff. de probat.* † Restringe; quia libri censuales non probant extra id, quod continent; nam probant solutiones factas à descriptis, sed non sequitur; ergo qui soluit, erat dominus. Alex. *consil.*
11 68. *Viso processu. num.3. ver. benefacit. lib.3.* † Amplia, quia liber giornalis mercatoris probat Bononiæ. Grat. *cons.12. num.69. lib.1. ver.*
12 *vltimo non obstat.* † Amplia in libro archiuii publici, & censuali; quia plene probat. Ias. *d.l. admonendi. num.132. ver. quid autem sit de*
libris. ff. de iureiur. in 2.lect. Rom. *cons.165. Liber registri,* vbi idem, si in loco publico, & non suspecto sit repositus, & ibi plena apostill. in
13 *ver. inducit.* Socin. *reg.21. Libri, seu scriptura, in prima fallen.* † Amplia; quia liber publicus Hospitalis S. Mariæ Nouæ probat tam ex lege municipali, quam communi. Dec. *cons.146.* & per eundem loquentem de libro Ecclesiæ *in c. causam, de probat.* Crau. *consil.158.*
14 † Amplia; quia liber tertii mortui probat, quando agitur de mo-
15 dica quantitate. Grat. *cons.81.n.5.& 6.lib.1.* † Et quod in istis modicis scriptura priuati libri probet; quia difficile esse de omnibus facere instrumentum. Pet. Anch. *cons.44.nu.7. ver. quarto quod iste.*
† Amplia in libro historiarum, & annalium; quia probat ius pa- 16
tronatus. Grat. *cons.9.nu.6.lib.1.* vbi in sequentibus idem descriptis in marmore, & de aliis similibus. Vide, *Historiarum liber, & au-*
thor probant. Concl.139. Vide Mascard. *Conclus.287. Chronicarum, &*
historiarum. † Declarat Socin. *in reg.21. libri, seu scriptura,* in secunda 17
fallentia, quod libri historiarum probent, quibus ab antiquis nostris communiter est creditum. † Amplia; quia liber æstimi, seu 18
catastri, aut regestri, probat quoad descriptos, quãdo in loco publico non suspecto conseruatus, & manu publica conscriptus est.
Rom. *cons.165. Liber registri,* vbi plena apostil. dat concord. † Ex- 19
tende, vt procedat, etiamsi non contineat diem, neq; consulem.
Rom. *d. cons.165. in princ. & in fin.* quod probat venditionem cum
adminiculis. † Amplia in libro gabellarum confecto ab eo, qui 20
authoritate publica deputatur. Deci. *cons.596. num.5.* Ioan. de Im.
cons.37. num.4. plene Ias. *in d.l. admonendi, in 2. lect. num.109. ver. tertio*
casu. Rip. ibi *num.128.* Bart. & alii *in l. quæd. am. §. nummularios. ff. de e-*
den. Felin. *in c.2. de fid. instrum.* Floria. à S. Petro *cons.10.nu.10.* † Re- 21
stringe, vt non procedat in præiudicium tertii, sed solum in iis, quæ respiciunt gabellam. Menoch. *d.cons.123.nu.15.lib.1.* allegat Ias.
cons.103.lib.1. Dec. *cons.13.num.5. ver. non obstat.* Io. de Imol. *cons.96. In*
quæstione, in fin.num.3. sequitur Alex. *cons.58.nu.3.& cons.68.nu.3.&*
4.lib.3.& cons.36.lib.5. † Restringe, & extende in schedula gabellæ, 22
quia probat, sed non contra tertium; quia quoad eum dicitur res inter alios acta. Alex. *cons.34.nu.7.lib.6.* Socin. *cons.208.lib.2.* Dec.
cap.2.nu.22. de fid. instrum. Cravet. *de antiq. tempor. part.1.limitat.4.n.*
75. † Contra restrictionem tenet Ioan. de Imol. *d.cons.37.num.4.* 23
† Declara; quia probat solutionem gabellæ factam quoad om- 24
nes, sed non probat contractum, & enunciata per soluentem. Vi-
de plenius, *Gabellæ liber probat solutionem gabellæ. Concl.13.* † Amplia 25
in libro æstimi; quia probat bene quoad consentientes, & scientes describi Menoch. *cons.147.nu.49.& seq.lib.2.* Vide, *Liber æstimi*
non probat, & quando secus. Concl.345. † Amplia in libro collectarum; 26
quia probat, licet sit manu priuata, ex quo est scribens deputatus ex publico. Io. de Imol. *cons.37.nu.4.* † Amplia in libro collecta- 27
rum massarii, seu Communis; quia probat, ex quo massarius est persona publica, & ex publico electus. Alex. *cons.136. In causa, &*
lite.nu.2. ver. item etiam de solutione, lib.2. † Declara, quia libris mas- 28
sarii villarum super collectis non creditur, nisi sit subscriptus à Notario. Alex. *cons.186. Visis subtilissimis, nu.6 ver. vnde dicit Bald. lib.*
2. † Amplia; quia liber rationum mercatoris, vel artificis probat 29
in fauorem scribentis, si plura concurrunt, quod artifex sit legalis, & fide dignus; item quod manu sua scripserit; item, quod solitus fuerit scribere veritatem, item cp causam in scriptura expresserit; item, quod in eodem libro etiam contra se scripserit; item,
quod verisimilem veritatem contineat partitæ, de qua agitur, habito respectu ad tempus contracti debiti, ad solutionem, ad personas, & ad locum, quibus concurrentibus scriptura in libro priuato plene probat etiam pro scribente, *l. instrumenta, & l. rationes, C. de probat.* plene Guido Pap. *decis.441.* & ista debent probari, & apparere, vide infr. *nu.79.* vbi plenius. † Vide etiam Capel. Thol. 30
decis.496. & ibi apostil. † Amplia; quia liber patris, in quo scripsit 31
natiuitatem sui filii tali die, & anno nati, probat ætatem filii etiam contra tertium. Salyc. *in l. si minorem. nu.3. ver. quæro, quomodo probe-*
tur. & nu.10. ver. nunc quæro. C. de in integ. rest. Rain. *cons.31.n.7. lib.4.*
† Extende, quia licet minorem ætatẽ allegans debeat illam pro- 32
bare. Bart. *in l. de ætate, nu.12. ff. de minor. & cons.92. lib.1.* Bald. *cons.66.*
lib.3. Alex. *cons.149. lib.5.* tamen liber patris de natiuitate filii probat minorem ætatem concurrentibus adminiculis. Vide Mascar.
conclus.669. Ætas an probetur ex scriptis, & libro parentum. † Amplia; 33
quia liber censualis Canonicorum licet sit priuatus; tamen probat solutionem canonis bonorum emphyteuticorum pro tertio, qui soluit contra tertium inuestitum ab ipsis canonicis de bonis emphyteuticis, tanquam deuolutis ob non solutum canonem; quia contra tertium probat, ex quo omnia bona ibi sunt descripta, & censetur de consensu emphyteutarum: item, quia agitur de modica summa. Petr. de Anch. *cons.44. Primo de viribus, nu.5.&*
seq. ver. videndum est igitur, sequitur Io. de Anan. *cons.84. nu.1. in fin.*
ver. secundo principaliter. † Declara; quia liber censualis Eccleſiæ 34
publicus bene probat solutiones ibi descriptas, prout liber quilibet publicus montium, & aliorum, vt de libro montium Rom.
cons.63. Solum est, in fin. de libro censuali Ecclesiæ, quod probet descriptas solutiones veras in præiudicium soluentium, Roman. *cons.127. col.1. versic. ad hoc tamen,* vbi plena apostill.
in verb. tribuitur, citat concord. & de publico declarat. † Extende, 35
quia caducitas declarata ob canonem non solutum redditur erronea, & falsa, si ex libris Abbatiæ constat de solutione. Ioann.

de Ana.

36 de Ana. *d.conſ.84.nu.1.in fin.ver.ſecundo principaliter.* † Extende in libro cenſuali Abbatiæ, ſeu monaſterii; quia probat, & illi ſtatur, Bald.*conſ.331.lib.2.* & ideo ſoluens cenſum tenetur perſeuerare in ſolutione.Bald.*conſ.363.lib.2.* & ſi recuſaret ſoluere,ſpoliaret. Bal. *conſ.265.cum duob. conſiliis ſeq.eodem lib.2.* Vide,*Liber cenſualis Eccleſiæ*
37 *probat,& quando ſecus. Concl.344.* † Amplia,quia liber fiſci criminalium, in quo reperitur cõdemnatus cancellatus, probat præſumptiue,vel abſolutionẽ condemnati,vel quod ſatisfecerit pro condemnatione.Iaſ.*in l.Labeo.ff.de pact.* Bar.*in l.fin.ff.de iis, quæ in teſtam. del.* Bald. & Caſtr. *in l.noſtram. C.de teſtam.* loquentes de cancellatione reperta in libris publicis,ſequitur Barbat.ibi in addit.citans Imol.*in d.l.fin.ff. de iis,quæ in teſtam. delen.* faciunt tradita per Arim. *in addit.ad Ang.de malef.in ver.quod ſi non ſoluerit,n.8.& 9.* vbi,quod in dubio præſumitur pro cancellatione ſententiæ criminalis, allegat Bal.*in l.Imperator.ff.de ſtat.hom.* & quod onus probandi tranſferatur in eum, qui cancellationi contradicit, dicit Ariminen. vbi ſupra, vbi quod tantum eſt cancellare, quantum ſcribere in margine,quod fuit ſatisfactum de omnibus, & non præſumitur
38 error, qui non ſufficit ex ſola allegatione contra præſumptionẽ. Doctor.*in l.non fatetur.ff.de confeſſ.* † Amplia; quia ſi liber mercatoris probat ex ſtatuto,illi ſtatur. Mandel. *conſ.95.in prin.* † Con-
39 trarium,quod imo non valeatſi indiſcretum redderetur. Marſil. *in ſing.458.* † Declara, quia non valet ſtatutum, quod omni ſcripturæ mercatoris credatur.Iaſ.*in l.admonendi. nu.122.& ſeq.ff.de iureiur.*
41 † Extende;quia tale ſtatutum, quod liber probet ad fauorẽ mercatoris ſcribentis,procedit etiam ad fauorem tertii à maiori;quia ſi probat pro ſcribente, pro quo non probat de iure communi, multo magis pro tertio,pro quo ſolet probare ſemiplene, vt di-
42 cunt Doctores *in dict. l. admonendi. ff. de iureiur.* † Et tale ſtatutum reſpicit deciſoria ; ideo attendi debet etiam per iudicem appella-
43 tionis. Alex.*conſ.164.Circa dubitationem,per tot.lib.6.* † Reſtringe, quia ſtatutum, quod credatur libro artificis, intelligitur quoad ea,quæ ſpectant ad artem.Bald.*in l.fin.nu.6.C.ad Macedon.* Caſtr.*in l.1.§.in filio.ff.eodem.* Io.Andr.*in addit.ad Spec.tit.de inſtr.editio.* §. *nunc dicendum.circa princ.* Aretin.*conſi.33.Conſultatio præmiſſa,* & *conſi.44. Præſuppoſita conſultatione,& conſil.ſeq.circa fin.* Iaſ.*conſi.103.lib.1.* & *in*
44 *lage cum Geminiano.C.de tranſact.* vbi plura ſimilia cumulat. † Reſtringe; quia intelligit, quatenus contineat ea,quæ ſunt mercaturæ,non alias. Mandel. *conſ.95.nu.13.* pleniſſime Iaſ.*in d.l. admonendi.in 2.lect.nu.116.ff.de iureiur.cum ſeq. ver. vltra Bart.* vbi dat alias
45 reſtrictiones, & concordantes. † Contrariũ Florentiæ ſeruatur in practica, quia ſi liber eſt approbatus, creditur illi etiam in iis, quæ non ſpectant ad artem de conſuetudine, quæ ſeruanda eſt.
46 Bald.*in c.1.§.ſententia.in fin.de pact.conuen.* † Reſtringe, niſi aliter videatur iudici ex probabili cauſa.Mandel.*d.conſ.95.in princ.* Marſil.
47 *in ſing.458.* † Reſtringe, dũmodo probetur qualitas ſtatuti ; quod ſit mercator,vel artifex,prout loquitur ſtatutum. Alex.*conſi.2. lib.*
48 *2.*vbi,quod debet qualitas allegari ante litem conteſtatam.† Dicitur autem non continere pertinentia ad artem,ſi continet fide-
49 iuſſores datos, vel pignus. Mandel.*d.conſ.95.in fin.* † Reſtringe, quando partita non continet cauſam ; quia ſtatutum non habet
50 locum.Felin.*in c.2.de fid.inſtrum.* † Reſtringe,niſi ille mercator eſſet indiſcretus, vel ſuſpectus ; quia tunc ſtatutum non valet tan-
51 quam indiſcretum. Marſil.*d.ſing.458.per tot.* † Idem, ſi eſſet infamis,vel ſuſpectæ vitæ.Bald.*in l.Caßius,col. fin. ff. de ſeu.at.* & *in l.1. C. de ſumm.Trinit.& fid.Cath.ol.* Iaſ.*in l.quædam. §. nummularios.ff.de eden.*
52 † Declara ; quia ſi ſtatutum dirigat verba in partes , non ligat ciuem Florentiæ, vt teneatur credere libro priuati in locis ſubditis;ſi vero ſtatutum dirigit verba in iudicem, ligat omnes. Aretin.
53 *conſi.45.Viſis articulis.per tot.* † Amplia;quia liber, qui probat pro ſcribente,multo magis probat contra dictum ſcribentem; ideo ſi ſcripſit mercator me debitorem in mille in ſuo libro, pro quo dedit etiam fideiuſſores,& in facciata contraſcripſit,me creditorem etiam per ſolutionem factam à tertio , ſum liberatus ego & fideiuſſores, Areti.*conſ.128.* Nam fideiuſſor liberatur per ſolutionem factam à principali. Imol.*conſ.12.* & ſemel liberatus fideiuſſor non reincidit in obligationem , etiam quod principalis rema-
54 neret reuera debitor mercatoris .Dec.*conſ.107.per tot.* † Amplia; quia liber nummularii licet non probet pro ſcribente; tamen facit ſemiplenam probationem.Bart.*in l.quædam. §. mummularios.ff. de eden.*ſequitur Iaſ.*in d.l.admonendi.n.107.ff. de iureiur.in 2. lect.* vbi
55 multa allegat pro,& contra,& diſtinguit. † Extende;quia etiam probat ſemiplene pro tertio.Bart.*in d.l.admonendi,* & ibi Iaſ.*n.109.* qui dicit ita ſeruari,quod licet pro ſe non probet ſemiplene,bene pro tertio contra tertium ; quia etiam eius viua vox probaret ſemiplene.*ff. de iureiur.* vbi alios allegat.Socin. *conſ.161.num.3.lib.3.*
56 † Contrarium tenet Felin.*in c.2.nu.5.de fid.inſtrum.* vbi non probat ſemiplene,late Crauet.*de antiq.temp.verſi.quarta limitatio.nu.62.& ſeq.* Deci.*d.c.2.* vbi plene Iaſ.*d.l.admonendi.num.107.* vbi, quod durum videtur,quod probet ſemiplene proſcribente.† Declara igitur, quod probat pro ſcribente ſemiplene, quando eſſet legalis 57
perſona. Iaſ. *d.l.admonendi.nu.108.*& vide in libro priuato infra *nu.*
71.† Extende; quia imo facit plenam probationem cum aliis ad- 58
miniculis.Io.de Anan.*conſi.53.Viſis,& conſideratis,in princ.* † Exten- 59
de; quia imo ſi eſt homo legalis , eſt arbitrarium iudici, an liber nummularii probet ſolus etiam plene attenta qualitate ſcribentis,& aliis veriſimilitudinibus.Io.de Anan.*d.conſ.53.num.2.* † Ex- 60
tende; quia quicquid ſit de iure communi,an probet contra tertium,vel ſemiplene tantum,Florentiæ liber legalis perſonæ probat ſolutionem dotis mulieris etiam cõtra tertium ex forma ſtatutorum,ſi exhibeantur, & probetur legalitas. † Extende etiam 61
in libro rationum non nummularii , ſed perſonæ honeſtæ ; quia ratione perſonæ,& veriſimilitudinis poteſt eſſe in arbitrio iudicis,vt probet,vel non Io. de Anan.*d.conſi.53.per tot.in princ.* † Ex- 62
tende;quia magis credendum eſt literis alicuius Principis etiam pro ſe aliquid ſcribentis.Ioan. de Anan.*d.conſ.53.per tot.* vbi, quod credendum eſt literis Sereniſſimæ Dominationis Venetorum, quod quis ſit debitor. † Declara omnes ampliationes, & exten- 63
ſiones,vt liber nummularii,vel alterius ex publico deputati probet ſemiplene,ſi iurauit fideliter exercere officium , alias neq; ſemiplene probat Bologn. *in addit.ad d.conſi.53.Io.de Anan.*vbi,quod ita loquitur Bart. & alii,& ſunt intelligendi, quicquid dicant Io. de Imol.& Roma.*in l.nuda.ff.de donat.* † Extende:quia partitæ libri 64
mercatoris exemplatæ de mandato magiſtratus quaſi veſtitæ calore iudicii plene probant.Bart.*conſi.282. lib.*1.Roman. *conſi.336.* Bald.*conſ.471.lib.2.& conſ.154.& conſ.395.lib.*4.late Neguſ.*de pign. in 5.part.2.membr.num.*47. Vide, *Statutum mercatorum circa diuerſa*
non obligat tertios non mercatores. Concl. 593. † Declara tamen; quia 65
ſi ſunt ſumptæ ex libello mercatoris quantumcunque legales, non poſſunt præiudicare alicui, qui in earum exemplatione,ſeu tranſumptatione non fuit citatus. Felin.*d.c.fin.num.6.de fid. inſtru.* Specul.*in tit.de inſtr.editio.§.oſtenſo,nu.26.* Caſtrenſ.*conſ.202.* vbi dicit etiam alia requiri,vt probent,*lib.*1.† Et quod partitæ libri de- 66
bitoris, qui ſcripſit vxorem creditricem ſuæ dotis, vel alium, ſi tranſumptentur,probent,& habeant exequutionem paratam etiam contra tertios poſſeſſores à die deſcriptionis, non autem à die ſumptus,extat ſtatutum fori mercatorum *in 4.volum.rubr.*13. quomodo libri mercatorum exhibeantur,de quo vide *in ver.Statuta mercatorum,* de quo ſupra *nu.*64.vbi,quæ requirantur, vt fieri poſſit iſta exemplatio. † Amplia; quia liber officialis ex publico 67
deputati ad deſcribendum natiuitates naſcentium, vel focularia probat ætatem,& alia,iuxta deputationem, vide plene Maſcard. *concluſ.*671.*Ætas an probetur per librum publicum.*† Amplia; quia li- 68
cet liber mercatorũ non plene probet pro mercatore, bene probat pro tertio contra tertium ſcientiam , & actum poſitiuum factum per tertium,de quo liber mercatoris loquitur, Abb.*conſ.*81. *Breuiter,col.2.verſic.quod autem filia,lib.*1. † Amplia;quia liber mortui probat; quia præſumitur continere veritatem,ne mortuus in 69
peccato dicatur,Socin. *conſ.*161.*Pro diuiſione, nu.*3.*lib.*2.Pariſ.*conſilio* 104.*nu.*76.*& ſeq.lib.*1.Afflict.*deciſ.*40.*nu.*20.† Contrarium, quod 70
non magis credatur libro mortui,quam viuentis,tenent plurimi infra *nu.*87. Vide,*Mortuo an magis credatur , quam viuenti.Concl.*398.
Vide plenius,*Scripturæ alicuius non amplius creditur,quam viuenti , &*
*quando ſecus.Concl.*80.† Amplia;quia liber plebani,ſeu curati pro- 71
bat baptizatum , & ætatem baptizati, item mortem, & ſepulturam,item matrimonium , & ſimilia , quæ ſolent per curatos deſcribi .Maſcar.*concl.*672.*ætas an probetur per librum plebani.* † Limita 72
regulariter in libro priuato;quia non probat ad fauorẽ ſcribentis, & iſtam regulam ponit Felin.*in c.2.de fid.inſtr.* vbi * omnes.*l.exem-* *
plo.& l.rationes, C.de probat. Alex.*conſ.36.lib.5.* Deci. *in c.cum cauſam,* vbi late Feli.*de probat.* Iaſ.& alii,*in l.decem.ff.de verb.oblig.* Alex.*conſil.* 77.*Viſo proceſſu,col.2.lib.6.nu.*8.*ver.item non obſtat,& conſ.fin.n.*4.*ver.*
1 LICENTIA † Legati cōcessa Ecclesiæ, vel loco pio alienandi bona Ecclesiastica intelligi debet, dummodo solemnitas adhibeatur, quæ de iure requiritur, non autem, quod iura omnia sint subuersa. Anch. *cons.*274. *Ad declarationem, n.*2. quod est subscriptū etiam à Rudolpho Lamandino. † Amplia; quia licentia concessa 2 alienandi inter viuos prohibita alienari non includit alienationē factam in vltima voluntate, & sic per viam legati; quia licet legatū largo modo sit donatio, non tamen proprie est donatio. Roman. *cons.*476. *Huic felici, per tot.* sequitur Chal. *cons.*39. *Pro decisione. in* 10. *dubio, in prin.* quæ citat, & sequitur apost. 1. ad Roman. *d. cons.*476. 3 † Extende; quia licentia vno casu concessa in prohibitis, prout in licentia locandi, & affrancādi ad nouem annos, nō potest extendi, vel transgredi etiam ex maioritate rationis, & maxime quando est per viam decreti. Felin. *in c. fi. n.*8. *de accusat.* Bero. *cons.*123. *nu.* 4 17. *lib.*1. † Extende, quia licentia plenissima alienandi prohibita debet regulari, vt intelligatur ex causa necessaria non abusiue ad voluntatem, ita Rom. *d. cons.*476. *in fin.* vbi apostil. *in ver. aliener*, allegat Chassan. *cons.*39. *Pro decisione, in* 10. *dubio, in princ.* † Et occasio 5 6 non est sumenda pro causa. Osasch. *decis. Pedem.*171. *nu.*16. † Et forma, & solemnitas debet seruari; quia non creditur, nec statur asserenti ex causa licentiæ feciſſe. Osasch. *d. decis.*171. *nu.*12. *& seq.* vbi 7 late, & *decis.*172. *num.*7. † In tantum, quod si ex causa necessaria est concessa licentia alienandi prohibita, quinq; requiruntur. Osasc. *d. decis.*171. *n.*14. *& seq.* vbi, quod alias si vltra necessitatem, aliena- 8 tio est nulla in totum. † Et quod licentia data aliquid faciendi sub forma, ea non seruata factum sit in totum nullum. Osasch. *decis.* 9 166. *nu.*3. † Extende; quia licentia alienandi bona feudalia sine licentia habitatoribus continuis castri Ischiæ non includit illos, qui continuo non habitant; ideo non valet hæredis institutio facta de persona non habitante. Rom. *cons.*494. *nu.*2. *vsque in fi. ver. ex feudorum enim*, vbi, quod limitata licentia non extenditur. Amplia, † quia licentia vbi est necessaria, debet esse expressa, & non 10 ☞ sufficit tacita. Capic. *decis.*100. *n.*7. Vide Concl. prox. seq. † Extende, vt procedat etiam respectu exequutionis licentiæ; quia em- 11 phyteuta habens licentiam alienandi emphyteusim, quib. voluerit, non operatur, vt sit hereditaria, sed quod alienatio fieri possit, & nisi fiat expresse, non verificatur in tacita, plura Corbul. *de emphyteusi in* 7. *causa priuationis, fol.*53. *n.*44. *& seq.* vbi plura, clarius explicat Gabr. *cons.*91. *nu.* 8. *& seq. per tot. lib.*1. vbi latissime explicat, quod in volente alienare prohibita requiritur expressa alienatio 12 per hæredis institutionem, non ab intestato. † Et stricte interpretatur, ideo si dominus inuestiuit Titium & Seium de emphyteusi, & eis dedit licentiam alienandi in totum, vel in parte dicta bona emphyteutica, intelligitur, si ambo simul, ideo altero tantum alienante caderet. Corn. *cons.*320. *per tot. libr.*3. sequitur Corbul. 13 *tract. de iure emphyt. de causa priuat. ob alien. ampl.*4. † Amplia; quia is, qui habet licentiam, vel facultatem, aut arbitrium aliquid faciendi, si faciat in vltima voluntate disponendo, valet dispositio omni meliori modo. *l.*3. *ff. de milit. test. tam.* si vero in cōtractu disponat, requiritur expressio, quod in vim facultatis particulatis facit, vt obliget. Bart. *in quæst.*5. *aduantia, & in l. ambitiosa, in fin. ff. de decret. ab ordim. facien.* Vide, *Expressio individua, & specialis quando requiratur. Concluſ.*652. † Differt licentia alienandi data in vltima voluntate, vel in contractu, quia si testator grauat hæredē fideiubere pro Titio; & facta fideiussione compellatur soluere, non repetit, secus si inter viuos. Alex. *cons.*58. *Habita, in fi. n.*13. *v. & in fi. not. abil.* † Contrariū tenet apost. ad Alex. ibi *in ver. repetere*, vbi, q̄ imo repetit ex testamento. † Declara, quia differt, an in prohibitis licentia sit concessa ab initio, vel post factum, prout in concessione feudi, quod est prohibitum alienari, nam si in prima concessione fiat inuestitura cum licentia alienandi, feudum dicitur ab initio liberum; quia semper fuit tale stante licentia ab initio, si vero concedatur licentia post inuestituram, tunc feudum retinet suam naturam, quæ non alteratur ex licentia subsequuta; quia tunc non confert ius reale, sed est personalis; nisi fit facta in rem ab habente authoritatem. Gabr. *cons.*83. *lib.*1. *in prin. & per totum.* vbi prædicta clarius comprobat, & idem tenet Curt. Iun. *cons.*231. *n.*33. *&* 39. vbi idem dicit; & Ias. *in l. fi. n.*6. *& 7. C. de iur. emphy.* quia feudum datum cum tali licentia prima inuestitura dicitur liberum, & patrimoniale, & ideo disponitur, prout de bonis liberis. Bald. *cons.*56. *lib.*3. & cōmunem * dicit Clar. *in §. emphyteusis, q.*13. *n.*7. *& seq. & in §. feudum, * q.*31. *n.*8. Simon de Præt. *cons.*206. *nu.*84. *& seq.* † Et quod multum 17 referat, quod licentia alienandi sit concessa in prima inuestitura, vel post; quia primo casu modificat inuestituram, nec potest tractari de primo inuestitorum, quibus fit concessio modificata de emphyteusi, vel feudo. Ruin. *cons.*165. *n.*7. *& seq. & cons.*213. *nu.*7. *& seq. lib.*1. † Contrarium, quod imo licentia, siue cōcedatur in prin- 18 cipio, & inuestitura, non plus operetur, sed semper debeat stricte intelligi, & non præiudicet inuestitis, ideo non præiudicat tertio, sed solum operatur, quod consensus domini nō debet requiri, ideo mortuo alienante potest res alienata vendicari, prout si de licentia domini esset alienata, ita Alexan. *cons.*206. *lib.*4. Ferret. *cons.*78. *n.*5. *ver. circa secundum punctum.* Rui. sibi contrarius *cons.*169. *n.*12. *& seq. lib.*1. quos refert, & sequitur Corbul. *de emphyt. tit. de causa priuat. ob alienat. q.*7. *num.*5. † Declara; quia procedit declaratio, 19 quando constat de mente dantis licentiam, quod voluit comprehensos in inuestitura ita admitti, si alienatio non sit facta. Corn. *cons.*140. *lib.*2. Corbul. *d. q.*7. *fol.*327. *in fi.* † Et distinguit inter licen- 20 tiam & gratiam; quia licentia non est perpetua, nec obligat successorem nisi sit cæptum negociū, secus in gratia, & refert an sit concessa à principe successore, an à principe per electionem, vel à Prælato, ita Gab. *d. cons.*83. quem videas. † Declara; quia licentia 21 si est data vendendi in vniuersalibus; quia pretium succedit loco rei, tenetur pretium restituere, in particularibus secus. Alexan. *d. cons.*58. *Habita, n.*11. *& seq. v. quantum vero, lib.*3. vbi, quod si ex dolo vendidit habens licentiam tenetur restituere, si bona fide, secus, quando ex vltima voluntate, & dolus ex coniecturis probatur. Vide, *Alienatio fideicommissi, & rei prohibitæ alienari quando, & ex quibus permissa. Concl.*259.

Licentia vbi requiritur contra prohibitionem, non sufficit tacitus consensus, & quando secus. Conclusio 353.

CONSENSVS † tacitus non sufficit in prohibitis, quæ sine licentia fieri non possunt. Lap. *alleg.*87. *In causa, & quæstione, n.*3. *ver.* 1 *nec sufficeret.* Vide, *Consensus expressus requiritur multis casibus. Concluſ.* 746. Vide, *Expressio individua quando requiratur. Concl.*652. † Con- 2 trarium, quod si filius sine licentia patris non potest alienare, pater tacendo diu, & sciens videtur dare licentiam. Bald. *in l. si filius. f. in fi. C. de petit. hæred.* † Imo qui contrahit super re prohibita sine sui 3 licentia, videtur licentiam dare, etiam si actus sine licentia esset nullus. Io. And. *in c. qui tacet, de reg. iur. in* 6. Abb. *in c. cum dilectus, n.*2. *de consuet.* † Limita; quia qui dicit licentiam requisitam in alienatione non interuenisse, debet probare. Corn. *cons.*89. *num.*11. *lib.*3. 4 † Et sufficit, quomodocunq; concedatur, siue in voce, siue in scriptis, Io. And. *in reg. qui tacet, de reg. iur. in* 6. † Limita; quia bene va- 5 6 let licentia tacita, quando sumus in permissis, & prohibitio rei permissæ est ad tempus, vel inter certas personas; quia extra tempus, & personas prohibitas permissio durat. Vide, *Prohibitio absoluta, & cum modificatione, in quo differant. Conclu.*904. Vide Concl. prox. præced.

Licentia petita licet non obtenta releuat multis casibus. Conci.354.

RELIGIOSVS † professus in vna religione si vult transire ad aliā 1 religionem strictiorem, debet prius petere licentiā à suo superiore, & licet eā non obtineat, poterit tunc transire ad strictiorem, quæ licentia est pro bono obedientiæ, ideo si nō petita fuit, transit? est nullus, & pōt reuocari ad primā religionē, licet reuocatus

catus si petat eandem licentiam, etiam ea non obtenta iterum transibit ad strictiorem. Abb. plene *cons.* 95. *In præsenti. per tot. lib.* 1. Vide, *Religiosus monachus qualiter possit ad arctiorem transire. Concluſio.* 144.

Limitatio, & moderatio dispositionis non dicitur contrariari dispositioni, & quando secus. Concluſio 355.

1 MODERATIO † alicuius dispositionis non dicitur contrariari ipsi dispositioni; ideo modificans exequutionẽ sententiæ nõ dicitur contrariari sententiæ. Petr. de Anch. *cons.* 6. *nu.* 8. *ver. nam &* 2 *in simil.* Vide, *Inferior non potest imponere legẽ superiori, & quando secus. Concl.* 119. † Amplia; quia licet Episcopus non possit statuere cõtra ius canonicum, neq; contra conciliaria decreta, bene potest declarare, addere, in aliquo casu modificare, pœnam addere, vel alterare; quia istud non est in contrarium ire, sed inseruire. Castil. 3 *cons.* 21. *n.* 11. *& multis seq. ver. in contrarium.* Vide, *Episcopus potest facere statuta pœnalia. Concluſ.* 251. † Amplia,; quia licet laici non possint per statutum tollere iuramentum, neque dispositionem, *auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.* bene possunt modificare, seu limitare, vt non habeat effectum, nisi seruata certa solemnitate. * Bald. *cons.* 178. *Ad euidentiam, lib.* 3. vbi dicit ita communiter * sentiri. Vide, *Statutum laicorum non potest tollere iuramentum. Concl.* 580. 4 † Idem vt non habeat locum in minoribus vsque ad certam ætatem, puta 18. annorum, prout est statutum Papiæ; quia est moderatio, non autem in totum tollitur, Bald. *cons.* 147. *Statutũ quod suppontur, lib.* 1. † Amplia in statuto facto ab inferiore ciuitate; quia 5 licet nõ possit tollere factum superioris, prout est in statuto prohibente Notarios imperiales posse rogare instrumenta; tamen quando non tollitur generaliter factum superioris, sed secundũ quid modificatur, & restringitur, veluti, quod non possint rogare instrumenta, & non probent rogata, nisi à Notariis descriptis in matricula Notariorum, bene valet. Christoph. Castillio. *consil.* 23. *Supposito statuto. n.* 3. *& seq. ver. nec videtur obstare.* Vide, *Prohibitio absoluta. & cum modificatione differunt. Concl.* 904. Vide, *Qualificata concessio, vel prohibitio ad qualitatem restringitur. Concl.* 12. Vide, *Verba debent intelligi simpliciter, & non secundum quid. Concl.* 92. † Idem si alia modificatio adiceretur, prout, quod non nisi Notarii originarii possint rogare instrumenta, & non valeant rogata à forensibus; quia valet ista modificatio. Ang. *cons.* 194. *Visis processibus, in princip.* 7 † Idem si statutum Florentiæ disponens, quod non nisi matriculati in collegio Notariorum Florentiæ possint rogare instrumẽta Florentiæ, & in territorio, quia statutum terræ Prati de territoriæ Florentiæ potest addere aliam qualitatem, & non dicitur contrariari, veluti, quod in terra Prati non possit Notarius rogari, nisi sit in matricula Florentiæ, & satis dederit; quia valet, nec dicitur contrarium, sed modificatium. Castr. *cons.* 44. *in fi. ver. se-* 8 *cundo respondetur, lib.* 1. † Amplia; quia ius diuinum, quod non potest tolli, potest modificari ex causa, prout in exemplo, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, nam valet lex, quod in certis casibus, puta in testamentis requirantur septem testes; quia est modificatio, & limitatio in certo casu. Benedi. Capra in suis * concl. *conclus.* 10. *n.* 24. vbi * dicit communem. Alex. *cons.* 106. *n.* 15. *volume, lib.* 2. vbi idẽ dicit in homicidio, quod est prohibitũ lege diuina, vt lege humana possit certo casu, puta contra bannitos permitti, & in vsuris permissis iudici ex causa certis locis. Alexan. 9 *cons.* 1. *n.* 2. *& per tot. lib.* 2. Castil. *cons.* 21. *n.* 16. *& seq.* Vide, *Inferior non* 9 *potest, & c. Concl.* 119. † Extende; quia potest lex diuina distingui, & limitari per statutum in casu particulari ex causa, ideo valet statutum, quod certis casibus, puta contra fraudantes gabellam, vnius testis faciat plenam probationem. Alex. *cons.* 188. *Viso processu,* 10 *nu.* 6. *ver. pro hoc etiam facit, lib.* 7. † Extende, quia Papa potest multa singulariter, prout interdicere matrimonium inter certas personas, non tamen inter omnes; quia alias peruerteret statum eccle- 11 siæ. Alex. *cons.* 1. *n.* 6. *lib.* 2. † Idem; quia licet decimæ sint de iure diuino, & non possit vniuersaliter decimas remittere, bene potest 12 certis personis. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 6. *ver. illud idem. li.* 2. † Extende; quia dispensatio, & modificatio non dicitur cõtraria legi diuinæ; nam esto, quod lex diuina prohibeat certo gradu contrahi matrimonium; non tamen prohibetur dispensatio certo casu; ideo Papa dispensans certo casu non facit contra legem diuinam, plene Æ- 13 gid. Bellam. *cons.* 28. *n.* 9. *& seq. ver. sexto quia.* Vide, *Lex Diuina quando, & per quos possit distingui. Concl.* 251. † Amplia; quia licet non valeat statutum Capitanei, vel præsidis, per quod tollitur ius tertio quæsitum, tamen bene valet, si illud ius competens modificatur, veluti si castrum ab immemorabili habet ius eligendi prætorem; valet constitutio præsidis, quod castra non eligant ciues in prætores; quia est limitatio, & modificatio. Bar. *cons.* 136. *Capitaneus patrimonij, lib.* 1. sequitur Alex. *d. cons.* 106. *n.* 14. *lib.* 2. † Amplia; quia 14 statutum prohibens posse excipi contra instrumentum, vel aliquid exequutiuum non impedit exceptionem, quæ non impedit exequutionem; sed modificat. Rom. *cons.* 372. *n.* 2. vbi late; quia limitatio non dicitur contrariari. † Amplia; quia licet non valeat 15 dispositio, per quam tollitur facultas testandi, vel nubendi, bene valet modificatio circa aliqua bona particularia, vel circa certas personas, & certum locum. Rom. *cons.* 171. *Pro decisione, n.* 4. *ver. nec præmissæ decisioni, & n.* 5. vbi plena apostil. *in ver. non dicitur*, citat plures, & dicit * communem. † Amplia; quia licet statutum inhabi- * litans, vel habilitans personam non comprehendat forensem, 16 neq; suppositum, tamen si inhabilitat modificatiue, videlicet, nisi seruauerit certam formam; tunc bene comprehendit forensem; quia magis ligat per modum modificationis. Socin. *cons.* 97. *in prine. lib.* 1. sequitur Ruin. *cons.* 201. *n.* 7. *& seq. lib.* 1. plurimos allegat Surd. *cons.* 257. *n.* 4. *& seq. ver. secundo quia.* † Idem in statuto ex- 17 cludente nullitatem simpliciter; quia non comprehendit illam, quæ est notoria, vel manifesta ex actis apparens; secus si per viam modificationis, puta nisi intra tantum tempus fuerit deducta. Surd. qui plures allegat *d. cons.* 257. *n.* 6. † Et quod statutum aliquid 18 disponens non absolute, sed cum certis modificationibus plus liget; quia quicquid in eo disponitur per modificationem, censetur inducere formam, quæ respiciat publicam vtilitatem, à qua non receditur. Decian. *cons.* 72. *n.* 24 *& seq. lib.* 2. Vide, *Statutum formale dicitur quando contrarius commune. Concl.* 555. † Amplia; quia li- 19 cet non valeat statutum tollens defensionem naturalem, prout citatio, quæ est defensio, *clem. pastoralis, de re iud.* tamen valet statutum modificans citationem, prout si dicat, quod habens instrumentum guarentigiatum contra debitorem possit illum carcerari facere ad suam meram voluntatem, poterit sine citatione; quia non tollitur, quin audiatur in carcere, & sic modificatur. Alexan. *cons.* 225. *Ponderatis, n.* 6. *in fi. cum seq. ver. si qua ergo, lib.* 6. † Idẽ, quan- 20 do statutum diceret, quod sententia lata non citata parte non debeat valere; quia directe tolleret defensionem, sed si statutum diceret, quod habens dicere de nullitate, debeat intra certum terminum dicere, alias nõ audiatur, bene excluditur à nullitate defectu citationis; quia variatur modus, non autem tollitur citatio. Alex. *d. cons.* 25. *n.* 8. *lib.* 6. † Limita, seu contrarium collige satis forte; quia communis est * opinio, quod statutũ non valet, per quod 21 * modificatur à laicis matrimonium; puta, quod non valeat, nisi de consensu patris, & statutum istud etiam modificans est nullum. Alex. *cons.* 97. *lib.* 1. *per tot.* vbi in fi. dicit communem, & magis * cõ- * munem Dec. *cons.* 230. *per tot. & in l. nuptias, n.* 11. *in fi. & n.* 12. *ff. de reg. iur.* vbi, quod si non valet dispositio simplex, neq; etiam valet dispositio qualificata pœnalis, & magis * communem dicunt in hoc * particulari. Curt. Sen. *cons.* 27. *n.* 3. *& seq.* Iul. Clar. *in § fi. praxis crimi. q.* 82. *in ver. statutum, il terzo. n.* 3. & Deci. *in c. ecclesia S. Mariæ, de const. nu.* 36. vbi dicit * communem. † Declara; quia si modificatio fiat 22 * de respectante ad laicos, prout de successione, de rogitu, de contractu, de instantia, & similibus, tunc quia ista cadunt sub iurisdictione laicorum, etiam clerici in foro seculari litigantes, vel cum laicis contrahentes ligantur solemnitate tali, alias contractus nõ valeret non seruata solemnitate; secus si de re, quæ non pertinet ad statuentes, ita declarat Corn. *cons.* 64. *per tot. lib.* 3. quod est Vespucii, Bossii, & Cornei, & illud etiam comprobat Soc. *cons.* 97. *lib.* 1. & ita Dec. *d. c. ecclesia S. Mariæ. n.* 36. *de constit.* vbi, quod licet sit rationabile; tamen quia deficit omnino potestas, non valet, bene dicit; quod valeret, si diceretur de consilio patris; quia ex quo non tenetur sequi consilium, toleratur tale statutum vt validum, & plene Felin. *cap. quæ in ecclesiarum, nu.* 17. *& seq. ver. secundo limita, de constit.*

Limitatio legis loquens in vno casu non habet locum in alio, Concl. 356.

LIMITATIO † inducta à lege loquens in vno casu non extenditur ad casum similiem, quando adest diuersa, & maior ratio in casu, ad quẽ limitatio extenditur, prout in omni dispositione. Soc. *cons.* 163. *Non fuisset opus, n.* 2. *& 3. v. secunda ratio, lib.* 2. † Amplia, 2 quia prouisio, seu dispositio legis, vel hominis restricta ad certum tempus, non excedit terminos temporis. Bald. *cons.* 51. *Generalis statuto, lib.* 5. *in prin.* † Extende; quia obligatio fructuum monasterii 3 certi temporis non capit fructus alterius temporis in præiudiciũ successoris; quia limitata obligatio nõ extenditur. Anch. *cons.* 301. *Viso diligenter, in fi.* † Extende; quia prohibitũ ad tempus, post tem- 4 pus videtur permissum. Bar. *cons.* 11. *in pr. lib.* 1. † Econuerso permis- 5 sum ad tempus censetur post tempus prohibitum. Bolog. *in addit. ad cons.*

6 *ad conſ.10.de Anan.41.n.5.ver.plus dico.* † Et fœmina prohibita ſuccedere, donec extiterint maſculi, ceſſantibus maſculis admittitur.
☞ Bar.*d.conſ.11.per tot.lib.1.* Vide, *Statutum circa ſucceſſionem excludens*
7 *fœminas donec ſuperſunt maſculi.Concl.665.* † Contrariũ tenet Franc. Albergotti, cuius credo eſſe *conſilium Bart.20.Factum ſic ſe habet,lib.1.in princ.* vbi, quod lapſo tempore prohibitionis licet ceſſet prohibitio; requiritur tamen noua diſpoſitio, prout in eo, qui eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, donec ſoluerit; quia ſequuta ſolutione non eſt abſolutus. Vide, Dictio, *donec*, quid importet. *Concl.*
8 271. † Declara, c[illegible]iis, in quibus factum ad tempus pendet à tertio, prout à ſu[illegible], ex quo iniecit vinculum ad tempus, debet ſolui eodem m[illegible]o, videlicet per factum ſuperioris, vt eodem modo ſoluatur, qu[illegible]igatum fuit, *l.nihil tam naturale, ff. de regul.iur.*
9 † Et fideicommiſſarius prohibitus alie nare vſq; ad certam ætatẽ dicitur permiſſus poſt illam ætatem, niſi appareat coniectura cõtraria, quia limitatio ad tem[illegible] non extenditur poſt tempus. A-
☞ lex.*conſ.55.Ponderatis,n.6.v*[illegible]*hibitio,lib.3.* Vide, *Fideicommiſſum*
non poteſt alienari, & quando ſecus.Concl.283.ver.Limita, quando prohi-
10 *bitio.* † Amplia; quia licet potentia diſponentis ſit latiſſima; ſi tamen determinato modo diſpoſuit, non extendimus diſpoſitum
11 vltra, quam ſit deductum. Bald.*d.conſ.51.nu.5.lib.5.* † Amplia; quia argumentum non procedit de eo, quod eſt diſpoſitum ſecundum quid ad ſimpliciter diſpoſitum. Bald.*d.conſ.51.n.6.ver.& quia diſpo-*
☞ *ſitum,lib.5.* Vide, *Argumentum de tanquam quid ſit, & quando valeat. Concl.508.* Vide, *Qualitas diuerſa quando actum principalem diuerſum*
12 *reddat, vel non. Concl.3.* † Amplia, quia lim[illegible]io non poteſt totam regulam deſtruere; quia alias non eſſet li[illegible]tio, cuius natura eſt
☞ regulam firmare in aliis. Dec.*in reg.1.ff.de r*[illegible]*iur.* Vide, *Limitatio, &*
13 *moderatio.Concl.prox.præced.* † Amplia; quia derogatio limitata, & ad vnum effectum facta non extenditur vltra limitatum terminum. Alex.*conſ.141.Viſo teſtamento,col.ſi.n.9.v.vnde ad propoſitũ,lib.2.*
14 † Amplia in ceſſione iurium competentiũ; quia non veniunt futura iura; ideo ſi cedens poſſidet, nõ cenſetur ceſſa actio rei vendicationis, quæ non poteſt competere domino poſſidenti tem-
15 pore ceſſionis. Signor.*conſ.217.nu.6.& ſeq.* † Amplia in licentia limitate conceſſa; quia extra caſum expreſſum excludit omnem
☞ diſpoſitionem, & inducit negationem. Rom.*conſ.494.nu.2.* Vide,
16 *Licentia in prohibitis qualiter intelligatur.Concl.352.* † Amplia in iuramento fidelitatis limitate præſtito, vel reſeruato; quia non probat caſtra feudalia extra limitatum iuramentum. Deci.*conſ.564.*
☞ *In cauſa Magnificorum,n.10.ver.non obſtat prædictæ prox.concluſ.* Vide, *Approbatio perſonæ alicuius non extenditur ad aliam.Concluſ.432.* Vide, *Diſpoſitio limitata non extenditur.Concluſ.494.* Vide, *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.Concl.71.*

Linea quotuplex, & in dubio de qua intelligatur. Concluſ.357.

1 LINEA † eſt duplex, alia recta, alia tranſuerſalis, & vtraque duplex, recta diuiditur in aſcendentes, & deſcendentes, tranſuerſalis diuiditur in ſuperiorem, & inferiorem; ſuperior eſt, vt patruus, amita, auunculus, &c. inferior, vt frater, ſoror, nepos, &
2 ſimilia. Bald.*conſ.321. Teſtamento cauetur, in princip.lib.1.* † In dubio quando ſit mentio de linea, ſemper intelligitur de linea recta, nõ de obliqua, vel tranſuerſali. Bald.*d.conſ.321.per tot.lib.1.* vbi, quod ſoli deſcendentes comprehenduntur, maxime ſtante dictione, *ex linea*; quia, *ex*, coniunctionem ſignificat, plenius Soc.*conſ.33. Circa*
3 *præſentem,n.9.ver.confirmatur,lib.3.* † Extende, vt lineæ appellatione veniant tam maſculi, quã fœminę in vltima voluntate, quando non eſt inducta differentia per teſtatorem. Bald.*d.conſ.321.in fi.lib.*
4 *1.* † Adde, quod imo linea triplex eſt ex lata ſignificatione, videlicet aſcendentium, deſcendentium, & tranſuerſalium. Simon de Præt.*de interpret.vlt.volunt.lib.3.dubit.6.ſolut.11.n.41.& ſeq.fol.291.*
5 *& multis ſeq.* vt infra, vbi ponit alios modos infraſcriptos. † Simpliciter ſumitur Sim. vbi ſup. prox.*nu.*41. videlicet aſcendendo, deſcendendo, & tranſuerſaliter. Effectiue linea patris, quæ à patre ſumit initium. Contentiue, quando etiam continet patrem. Deſcenſiue, quando deſcenditur. Aſcenſiue, quando aſcenditur. Extenſiue, quando per tranſuerſum. Simon de Præt. vbi ſup.*n.43.& ſeq.* Defectiue ponitur, quando decedunt omnes, vel non naſcũtur, *n.*46. Succeſſiue, quando ad continuandam ponitur, *nu.*51. vi-
6 de eum, quia pleniſſime explicat. † Linea recta proprie dicitur ſurſum, & deorſum, uon autem ex latere, *l. iureconſultus. §. ſunt ex*
7 8 *parentib.ff. de gradib.* Bart.*conſ.56.Quia factum,in fi.lib.2.* † Et linea paterna, licet comprehendat alios aſcendentes ſupra patrem; † tamen ſecus eſt, quando exprimitur patris, vel aui paterni, quia tũc expreſſum facit ceſſare tacitum, prout in ſubſtitutione pupillari, qñ exprimitur; quia non continetur in vulgari, & è contra. Bart.
9 *d.conſ.56.Quia factum,n.1.ver.ad quod declarandum,lib.2.* † Linea igitur aui paterni illa dicitur, quæ habet originem ab auo paterno, tanquam à fonte, *l.pronunciatio, circa fi.ff. de verb.ſignif.* Bart.*d.conſil.*
56.n.2.ver.videndum eſt ergo,lib.2. & plenius Soc.*d.conſ.33.n.8.v.quod*
10 *autem patrui non dicantur,lib.3.* † Declara; quia licet appellatione aui veniat proauus. *l.ſoceri.ff. de verb.ſignif.* & appellatione patris veniat auus, *l.iuſte.ff. eod.* tamen non habet locum, ſi communis vſus loquendi repugnat, vel ſi ſumus in ſtatutis odioſis, ſeu correctoriis, imo neq; in legibus, quando profertur incidenter, non in fauorem patris, vel aui, plene Bart.*d.conſ.56.in fin.n.3.ver.ſed prædictis*
obſtat,lib.2.

Linea triplex, deſcendentium, aſcendentium, & tranſuerſalium, & de qua intelligatur. Concl.358.

1 LINEA † triplex eſt, videlicet, deſcendentium, aſcendentium, & tranſuerſalium. Cuma.*conſ.2.In hac quæſtione, in pr.* Bald.*conſ.*
331.In quæſtione, quæ vertitur,nu.10.ver. ad ſecundum,lib.3.& conſ.336.
Quæritur, vtrum,n.2.in fi.ver.& confirmantur prædicta, lib.3. vbi ponit exemplum de eo, qui eſt in cruce brachiis extenſis, vt caput ſit linea aſcendens, pedes deſcendens, brachia tranſuerſalis. † Adde
2 ta men, quod linea eſt quantitas quædam habens principium, & extremitatem. Bald.*conſ.132. Quanquam ſuper hoc, circa princip.lib.2.*
3 † Adde, quod linea in materia ſucceſſionum ex tali linea proprie eſt collectio perſonarum ab eodẽ ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. Bald.*conſ.331.n.9.v.ad primum*
eſt dicendum,lib.3. quod eſt Bart. Salyc. *inter conſ. Anchar. conſ.95.n.9.*
4 † Et qualiter intelligatur linea patris. Vide Bald.*d.conſ.331.n.7.ver.*
videamus,lib.3. vbi, quod poteſt dari duplex ſenſus, vnus, quod illa dictio, *linea patris*, intelligatur materialiter, vel effectiue, & ſoli deſcendentes ex patre, non autem aſcendentes, vel tranſuerſales intelligantur; alius, quod linea patris ſit ſubiectiue poſita, id eſt, de eadem progenie; & hunc veriorem ſenſum dicit; vbi idem dicit, ſi dicatur, *ex prole patris*, & eſt Bart. Salycet. & idem dicit Bald.
conſ.336.Quæritur, vtrum, in prin. vbi ponit exemplum de homine in cruce, vt caput ſit linea ſuperior, pedes inferior, brachia tranſuerſalis, *lib.3.* dicit tamen, *circa med.ver.ſecundo conſiderata*, quod non ſit interpretatio ad remotiores. † Diuiduntur omnes lineæ tripartitæ in duas, videlicet in maſculinam, & fœmininam. Cuma.*d.conſ.*
5 *2.n.6.ver.nam & ſi linea.* † Item in lineam agnatorum, ſeu agnatio-
6 nis, prout ſunt nati ex filiis, & maſculis per lineam maſculinam, & cognatorum, prout nati ex filiab. fœminis, & ſic ex linea fœminina. Bal.*d.conſ.331.n.10.ver.nam nati,lib.3.* Anch.*conſ.95.n.9.ver.ad ſe-*
cundum. † Fideicommiſſum igitur relictũ illis de linea teſtatoris
7 maſculina hoc modo; quia teſtator poſt mortem filii diſpoſuit, q̃ hæreditas, & bona ſua non poſſint hæreditari, niſi per lineã maſculinam, intelligitur de omni linea, tam deſcendentium, quam aſcendentium, & eis non extantib. tranſuerſalium; quia indefinita æquipollet vniuerſali, maxime, ſi ratione familiæ teſtatoris ſit factum. Cuma.*d.conſ.2.in prin.* vbi eſt caſus. † Extende, vt procedat
8 etiamſi ſit dictũ per lineam patris, vel de linea patris, quia poteſt comprehendere deſcendentes ex patre, item aſcendentes; item tranſuerſales ex proprio ſignificatu. Bald.*conſ.336.Quæritur, vtrum,*
9 *ver.in contrarium.lib.3.* † Contrarium, quod auia mater patris non dicatur de linea paterna, quia ſignificat ordinem plurium perſonarum, dicit Caſt.*conſ.111.Viſis, & ponderatis,n.4.lib.1.* vbi, ſi ſtatutũ excludit matrem, & vocat illos de linea paterna, auia paterna non excludit matrem in ſucceſſione nepotis; quia ſicuti auia non ſuccederet filio, qui eſt pater, ita nec per patrem poterit excludere matrem nepotis; quia debet eſſe agnata, vide; quia hinc inde allegat ſubtilia. † Reſtringe in materia feudali; quia appellationeli-
10 neæ inueſtiti non veniunt aſcendentes inueſtiti, neq; tranſuerſales, ſed ſolum deſcendentes, *cap.1.§.cum vero Corradus, qui feud.dare*
poſſ. Bald.*d.conſ.336.in pr.lib.3.* vbi *n.3.in fi.* dicit, quod filius eſt arena, & ſubſtantia patris, non è contra. † Reſtringe in emphyteuſi con-
11 ceſſa pro Titio, & linea ſua; quia debet intelligi de linea deſcendentium tantum, non autẽ de tranſuerſali b. Bald.*conſ.321.libr.1.*
Soc.*conſ.33.col.3.lib.3.* Dec.*conſ.379.col.2.* Ruin.*conſ.98.col.3.lib.1.* & ideo ſi habens mandatũ ad concedendum Titio pro ſe, & eius linea maſculina, ſi cõcedat Titio, & eius lineæ tranſuerſali, nihil agit. † Reſtringe in vltima voluntate; quia ſi teſtator, phibuit poſſe
12 teſtari, niſi in illos de linea certæ pſonę, intelligitur ſolũ de deſcẽdentib. talis perſonæ. Bald.*conſ.331.In quæſtione, quæ vertitur, nu.7.&*
ſeq.lib.3. quod eſt Bar. de Salyc. & idẽ tenet Bal. quod non veniant tranſuerſales *conſ.336.n.2.in fi.v.ſecundo conſidero,lib.3.* vbi, quod tatione naturali ſic eſt dicendum. Petr. de Anch.*conſ.95.In quæſtione*
quæ vertitur,n.9.& ſeq. vbi, quod licet pater talis, qui facit lineam,

compre-

comprehendatur, non tamen fratres; quia ipsi diuersam lineam faciunt. † Vocati ex linea patris hæredis tripliciter intelliguntur, videlicet effectiue, vt descendant à patre, secundo modo subiectiue, vt intelligantur de auo patre patris, à quo linea incipit, tertio modo passiue, videlicet ex eadem familia, vel genere, sed tamen secundus modus habet pro se vsum communem, & magis attendi debet. Petr. Anch. *cons. 95. In quæst. quæ vertitur, nu. 6. & seq. ver. visō de illo verbo*, quod est Barthol. de Salyceto, & duplicatur *inter Bald. cons. 331. lib. 3.* † Linea magis stricte accipitur, quam latus, ideo statutum excludens matrem à successione filii stantibus aliis de linea paterna, intelligitur de agnatis patris, non de auia paterna, quæ non est agnata, secus si diceret, succedant illi de latere patris, vel coniuncti per patrem. Castr. plene *cons. 111. nu. 3. ver. super tertio, lib. 1.* vbi late pro vtraq; parte. Vide, *Statuta circa successionem excludentia matrem. Concl. 672.*

Liquidatio crediti est facienda ante condemnationem, & quando secus. Concl. 359.

CREDITOR † ante factam liquidationem non potest obtinere debitorem condemnari. † Amplia; quia creditor grani, vel alterius speciei non potest agere ad pretium, nisi docto prius de valore speciei, & de quantitate pretii. *l. domini prædiorum. C. de agric. & censit. lib. 11.* Doct. *in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. & in l. quod te, ff. eod. tit.* Ripabi *nu. 24. ver. præterea.* † Amplia; quia ne dum condemnatio debiti illiquidi fieri non debet, sed facta non debet exequi ante factam liquidationem, ideo instrumentum non liquidum non habet exequutionem, sicuti nec sententia non liquida non potest exequi, nisi prius facta liquidatione. Vide, *Statutum diuersorum locorum super exequutione. Concl. 528. cum multis seqq. ibi Concl.* † Extende, siue agatur contra principalem, siue contra fideiussorem, puta quia promisit pro centum, & pro omni residuo; quia non potest dari exequutio pro residuo, nisi prius liquidetur. Bart. & Doct. *in l. 1. ff. de leg. 2.* plura congerit Barzius *tract. de guarentig. in 2. quæst. principali*, ideo tenuta non substinetur. † Extende, quia sententia condemnans debitorem ad summam in exequutione liquidandam non potest exequi ante factam liquidationem; quia videtur condemnationem facere; quatenus liquidetur. Bart. *in l. si tuex parte. ff. de acquir. hæred.* & latius *in l. 1. ff. de cond. & demonstrat.* Bald. *in l. falsus, num. 6.* vbi plene, *C. de furt.* quia quod non est liquidum exequutionem non meretur, *l. proinde, ff. ad l. Aquil.* † Amplia; quia in contractu vltro citroq; obligatorio non potest agere aliquis, nisi primo ex parte sua impleuerit, quia dicit debitor, & sic eius creditum non est liquidum; antequam impleat. Vide, *Implere debet actor contractum ex parte sua, alias non agit. Concl. 50.* † Amplia in casu contrario; quod facta liquidatione fructuum iudex nō debet illam referuare in liquidatione facienda in exequutione; quia istud esset litigia, & expensas multiplicare, quod quidem non parum interesse videtur, *c. nonnulli, in pr. c. si. extra, de rescript.* facit text. *in l. minoribus 25. annorum. ff. de minor.* & eo ipso, quod quis à lite discedit, commodum sentire dicitur. Ant. de Butr. post gl. *in c. pen. de empt. & vend.* Alex. *cons. 222. Visa facti narratione, col. 4. lib. 2.* † Liquidatio autem consideratur ex multis, nempe ratione qualitatis, ratione personarum, ratione loci, temporis, causæ; quia sicut summa incerta facit rem, & contractum non liquidum, ita etiam incertitudo personæ, vel qualitatis veluti si contra hæredē agatur, debet fieri liquidatio, quod sit hæres. Vide, *Exequutio sententiæ, & instrumenti exequutiui non est danda multis casibus. Concl. 490.* † Limita in interesse, & expensis, & iis, quæ veniunt accessoriæ; quia potest fieri condemnatio, & reseruari liquidatio in exequutione facienda. Vide, *Interesse incertum quando possit venire in condemnatione. Concl. 304.* † Limita; quia liquidatio quandocunq; fiat, conualidatur iudicium; quia idem operatur liquidatio ex post facto; quod operatur purum ab initio, *l. cum testamento. C. de testam.* ideo agens hypothecaria, qui non potest conuenire tertium possessorem, nisi prius discusso principali, nisi principalis esset nō soluendo, si opponatur exceptio, & feratur sententia, quæ esset nulla, non probato, quod principalis non sit soluendo, quandocunq; probabitur, siue pendente lite; siue post sententiam conualidatur. Rom. plene *cons. 388. In casu proposito, in fin.* vbi apostil. *in ver. iudicium*, dat concord. Vide, *Exequutio instrumenti non liquidi qualiter peti, & fieri possit. Conclus. 474.*

Literati, & scientiati homines habent multa priuilegia, & quæ. Concl. 360.

SCIENTIA † ac litteratura longo exercitio, & labore acquiritur, *c. post translationem. ver. item si quis, de renunciat.* Gemin. *consil. 37. n. 4. in fi. ver. in contrarium.* † Et ideo est subueniendum literatis, & graduatis propter lassitudinem studii. Gemin. *d. cons. 37. num. 4. in fi. ver. in contrarium.* † Exaltatio vniuersalis ecclesiæ prouenit ab hominibus scientia præditis; quia per eos etiam fides Catholica exaltatur, & confouetur. Gemin. *d. cons. 37. nu. 6. ver. sedista constitutio*, allegat tex. *in c. cum ex eo, de elect. in 6.* vbi, quod ecclesia permaxime dicitur indigere viris scientia præditis. † Amplia, quia literati homines, & graduati in aliqua scientia dispensantur magis de facili ad prohibita, putà ad plura beneficia incompatibilia, *c. de multa, de præb. in fin. cum ibi plene not.* † Amplia; quia viri insignes in aliqua scientia, vel arte celeberrimi à pœna capitali eximuntur, *l. ad bestias, ff. de pœnis.*

Literæ Apostolicæ probant, & quando secus. Conclusio 361.

LITERÆ † Apostolicæ probant gratiam Papæ, non supplicatio, quia per Vicecancellarium, & officiales suos gratia signata reformatur, & reiicitur, si non est secundum stylum. Ægid. Bellam. *cons. 34. num. 15. ver. & puto, quod non.* † Limita; quia literæ cassatæ, quia subreptitiæ, vel nullæ sint, non probant gratiam. Ægid. Bellam. *d. cons. 34. nu. 15. ver. cum ergo.*

Literæ cambii qualiter probent, vel non. Conclusio 362.

CAMBII † literæ sunt Epistolæ, quas scribunt mercatores de loco ad locum, quod soluantur pecuniæ, & de consuetudine tales literæ probant, prout liber mercatoris, videlicet cōtra mercatorem scribentem, prout liber ipsius; quia consueuerunt registrari in libro scribentis. Zabarel. *consil. 153. In societate accidenti, in prin.* Vide, *Cambiator quando teneatur ad pecunias receptas, vt alibi soluantur. Concl. 12.* † Imo tales literæ habentium publicarum scripturarum de consuetudine, licet sint literæ priuatæ; quia consuetudo potest dare robur priuatæ scripturæ, & illam publicam facere, probant. Card. Zabar. *d. cons. 153. n. 1.* † Reuocari non possunt, si sunt dispositiuæ. Bald. *in rubr. C. de constit. pecu.* Ias. *in l. admonendi. nu. 152. ff. de iureiur.* † Vide plura notanda circa literas cambii per Bald. *cons. 348. lib. 1.* Ias. *d. l. admonendi, n. 153. ff. de iureiur.* Marsil. *in rub. de probat. col. 46. & 47. nu. 283. cum multis seq. ver. quid in literis cambij.* † Literas cambii, vel alias scribens, in quibus rogat aliquem, vt soluat Titio tantam summam pecuniarū, quia conseruauit soluentem indemnem, censetur promisisse se soluturum pro eo, & obligatur, *l. eum qui, §. Iulianus quoque scribit. si Titius. ff. de constit. pecu.* Castr. *cons. 398. Ad primum, in princ. lib. 1.* vbi, quod paria sunt, se soluturum vel indemnem releuaturum. Vide, *Indemnitas promissa quid importet. Concl. 88.* † Extende, etiamsi scribens esset factor eius, pro quo scribebat, quia nō refert, quin teneatur pro eo. Castr. *d. cons. 398. in prin. lib. 1.* Vide, *Cambiorum literæ operantur multa. Concl. 13.* Vide plenius, *Literas recipiens, & non contradicens sibi præiudicat. Concl. 374.* Vide etiam ad prædicta Masc. *concl. 630. Epistola mercatorum, id est, literæ cambij an probent*, vbi an possint reuocari, & cuius periculo sint, & si sunt acceptatæ, quid operentur.

Literæ legalitatis probant, & quando secus. Conclus. 363.

LITERÆ † legalitatis conscriptæ ab officiali publico probant circa pertinentia ad officium illius. Alex. *consil. 209. Viso themate, in princ. lib. 2.* vbi declarat, qualiter procedit. † Et ideo attestatio officialis, quod instrumentum conscriptum inter tales sit per Notarium publicum, probat illum esse Notarium. Spec. in *tit. de instru. editio. § restat. ver. illud autem, & in ver. & scias*, late Affl. *decis. 251.* † Declara, vt procedat, si modo in legalitate dicatur de instrumento inter tales, & tales incipiente sic, & finiente sic, ad tollendam æquiuocationem. Imol. *in c. 1. de fid. instrum. nu. 7.* † Credo tamen declarationem Imolæ procedere, quando legalitas esset separata ab instrumento; secus si annexa, & diceretur, supradictum talem, qui de supradicto instrumento, quia cum fiat extensio ad oculum, & constet de identitate, idem debet operari, ac si ponatur principium, & finis, quando est separata; quia eadem est certitudo in vtroque casu. † Amplia; quia probant literæ officialium, & diffinitorum religionis, etiamsi nomina eorum non exprimantur, sed solum dicatur; *Nos diffinitores, &c.* Crauet. *consil. 121. Scripsi alias, num. 7. & 8.* vbi, quod non est verisimile, quod nisi fuissent tales, fuisset appositum sigillum. † Amplia; quia literæ maiorum magistratuum probant aliquem ciuem, vel alias qualificatum. Bart. *in l. ambitiosa, num. 27. & sequ.* & quæ ibi posui, *ff. de decre. ab ord. facien.* Vide, *Ciuilitas quomodo, & ex quibus probetur. Conclus. 278.* † Amplia, & limita multis modis, quando literæ legali-

legalitatis probent, vel non, de quibus per Felin. *in c. post cessionem, de probat.* † Declara; quia quod dicitur literas testimoniales sigillatas probare propter sigillum authenticum, procedit in sigillo officialis publici ad hoc deputati, alias secus. Stephan. Bertrand. * *cons.* 132. *Dubitatur, nu.* 12. *& 133. nu.* 8. *lib.* 2. vbi dicit * communem opinionem, quod non aliter creditur illis, & loquitur in Episcopo attestante se contulisse certum beneficium, quia ipsi non creditur in hoc in causa propria. † Limita; quia licet literæ legalitatis probent aliquem esse Notarium; non tamen probant manum esse illius Notarii, si hoc non exprimunt, & sic quoad recognitionem manus non releuant. Io. de Imol. *in cap.* 1. *nu.* 7. *ver. & per prædicta, de fid. instr.* Lanfran. de Oriano *in c. quoniam contra, rubr. sequitur. de instrumentorum productione, col.* 2. *ver. attende tamen, de prob.* Puteus *decis.* 336. *lib.* 2. Alex. *cons.* 198. *Viso processu, in prin. lib.* 7. vbi a postil. *in ver. manu,* citat Castr. *cons.* 209. *lib.* 1. *Viso quodam instrumento,* vbi late. † Declara, nisi adesset attestatio Notarii, quod fuerit rogatus, & manu sua scripsit; quia ipsi creditur in hoc circa manum, vt per Ias. *in l. Barbarius. n.* 57. *de offic. præsid.* vt declarat Alciat. *in tract. præsumpt. in* 3. *part. præsumpt.* 13. *nu.* 15. & saltem facit semiplenam præsumptionem, vt per Io. Ma. Rim. *cons.* 155. *num.* 18. *& seq.* & hanc veriorem esse apost. ad Alex. *d. cons.* 198. *ver. manu,* quæ plurimos concord. citat; ideo limitatio circa manum non procedit, quando Notarius dicit, quod manu sua, & tunc sufficit, quod legalitas attestetur eum esse Notarium. † Limita, quando fiunt tales literæ ab officiali de iis, de quibus non potest disponere, vel non spectant ad eum. Alex. *cons.* 206. alias 351. *lib.* 2. *Viso themate supradicto, num.* 4. *& seq.* vbi latissime, quod si literæ attestantur circa præiudicialia de præterito, non præiudicant. † Extende, quando talis attestatio fieret à mercatoribus, vel priuatis; quia non probarent tales literæ sine adminiculis, sed bene probaretur notariatus, si plura exhiberentur instrumenta eiusdem Notarii, puta quatuor. Alexan. *cons.* 73. *in fi. lib.* 6. † Limita; quia litera legalitatis non probat, quantumcunq; facta à legali persona. Castr. *cons.* 395. *Videndum est, vtrum, nu.* 2. *ver. sed nunc videndum, lib.* 1. † Contrarium tenet expresse Marsil. *in l. si quis ne quæstio, n.* 144. *& seq. ff. de quæst.* vbi pulchre loquitur de legalitate habente sigillum officialis loci remoti, & reprobat Castr. ex professo, & quod ita seruat consuetudo totius Italiæ, & totius Orbis, * & respondet ad omnia motiua. Castr. & dicit, quod male consuluit. † Declara; quia litera legalitatis in casibus, in quibus probat etiam de consuetudine, ita demum probat, quando non subest suspicio contra scripturam, pro qua sit literæ testimonialis. Felin. *in d. cap. post cessionem, num.* 17. *ver. quinto considera. de probat.* vbi plene quæ requirantur, vt probent tales literæ † Limita, quando tales literæ continerent aliquid de præterito in præiudicium tertii, quia non probant; secus si non continerent præiudicium tertii, vel leue, veluti, quod sit bonæ vitæ; & famæ certa persona. Alexand. *d. consil.* 209. *colum.* 2. *ver. vbi autem literæ.*

Literæ priuatæ quando probent, vel non. Concluſ. 364.

LITERÆ † missiuæ recognitæ faciunt fidem contra scribentes. Bart. *in l. nuda ratio, ad fin. ff. de donat.* Abb. & Felin. *in c.* 2. *de fid. instr.* Ias. *in repet. it. l. admonendi, n.* 135. *ver. tertio, & vlt. ff. de iureiur. & in cons.* 47. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 121. *nu.* 10. *lib.* 4. Boer. *decis.* 282. † Extende maxime, quando ab vtraque parte fuerunt in iudicio productæ. Bart. *in l. post legatum, in prin. ff. de iis quibus vt indign.* Ruin. *cons.* 21. *col.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia literæ priuatæ, per quas socer confitetur perlas nurus peruenisse ad eius manus, probant contra scribentem, quando sunt recognitæ, etiamsi contineant, quod illas donauit filiæ, vel restituit; quia licet quando quis producit literam in parte, & partib. dicatur approbare contenta in eis, vt per Doct. *in l.* 1. *§. editiones. ff. de eden. & in c. cum venerabilis, de except.* illud procedit in instrumento, vel scriptura authentica; sed quando de se nō probat; quia est priuata; tunc producens cum protestatione non censetur confiteri omnia contenta in ea esse vera. Bart. *in d. l. post legatum, ff. de iis, quibus vt indign.* Alex. *cons.* 123. *lib.* 1. *& cons.* 118. *lib.* 5. Vide, *Confessio qualificata quando possit in parte acceptari, & diuidi, vel non.* *Concl.* 673. † Et quod literæ priuatæ recognitæ probent contra scribentē, Bart. *in l. publia. §. fi. ff. depos.* Paris. *cons.* 77. *n.* 23. *lib.* 3. *& cons.* 45. *nu.* 83. *& nu.* 121. *lib.* 1. vbi, quod quando est recognita scriptura priuata facit plenam fidem. † Extende idem in epistola, Bar. *in d. l. publia, §. fi. ff. depos.* vbi etiam Castr. & Alex. & idem Alex. *in l.* 1. *C. vt quæ desunt aduoc.* † Ratio; quia bene præsumitur veritas contra confitentem, & scribentem, sed non pro eo præsumitur donatio iocalium. Bart. & Doct. *in l. in iis, § si seruus, ff. sol. mat.* Bart. *cons.* 50. *lib.* 1. *& cons* 87. *lib.* 2. Anch. *cons.* 181. Rom. *cons.* 146. & ideo potest acceptari in illa parte, in qua præiudicat confitenti, sed non in alia, quia sunt capitula separata, vt per Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsit. ff. de liber. legat.* Vide Mascard. *Concl.* 626. *Epistola contra scribentem an fidem faciat, si agnoscatur,* vbi ponit regulam affirmatiuam, ampliat, & limitat multis modis. Vide, *Scriptura priuata non probat, & quando secus. Concl.* 76.

Literæ Episcopi, & Ordinarii sigillatæ probant, & quando secus, & quid si sunt sine testibus. Concl. 365.

LITERÆ † Episcopi sigillatæ probant plene aliquem ab Episcopo excommunicatum, quando literæ sunt super ipsa excommunicatione. Oldr. *cons.* 184. *Pater Sancte, ver. secundo obiicitur, nu.* 7. Calder. *cons.* 176. alias 3. *de fid. instr.* qui ponit hunc casum pro limitatione prima. † Amplia, vt stetur literis Episcopi cum sigillo, et iam si attestetur aliquid de præterito, dummodo in modicis, & parui præiudicii. Oldr. *d. cons.* 184. *num.* 7. secus autem, si de magno præiudicio agatur, idem Oldr. *cons.* 188. *n.* 9. *ver. nec præsumitur,* vbi, quod ita seruat Curia Romana. Calde. *cons.* 176. *ver. secundus casus,* alias 3. *de fide instr.* † Amplia, vt literæ Episcopi cum sigillo probent; plene, quando habent subscriptionem testium in omni negocio, alias sine testibus nō probant, nisi in quatuor casibus, primus est in excommunicatione; secundus in modicis; tertius contra producentem; quartus, quando adest consuetudo. Cald. *d. consi.* 176. alias 3. *de fid. instru.* vbi dicit hanc esse communem * opinionem. * † Amplia in probanda voluntate Episcopi; quia solæ literæ Episcopi probant cum sigillo; & sine testibus. Bald. *consi.* 318. *circa med. ver. præterea subtilius considera, lib.* 3. † Limita; quia regulariter literæ Episcoporum, & aliorum ordinariorum etiam sigillo authentico munitæ, vel testes, qui se non subscripserunt, non probant, vt dat pro regula Fel. *in c. post cessionem, de probat. col.* 3. *ver. secunda conclusio,* vbi ponit plures limitationes, quas videas, quæ sunt restrictiones. † Limita; quia literæ Episcopi, & ordinarii iudicis sine testibus regulariter non probant, & quando secus. Vide Socin. *reg.* 29. *Literis ordinarij,* vbi ponit hanc limitationem pro regula, & dat 9. fallentias notabiles, quas videre poteris. † Limita; quia literæ Episcopi sigillatæ sine testib. non probant mandatum datum Notario, vt recipiat cautionem ab vsurario de restituendis vsuris, ad hoc vt valeat testamentum, etiamsi Notarius in fideiussione præstita dixerit, se habere hoc mandatum; quia ex quo agitur de præiudicio venientium ab intestato, tale mandatum non probatur. Bald. *cons.* 217. *Super primo, lib.* 3. vbi pro vtraq; parte allegat, & dicit in fin. quod licet sit durum, tamen non debuit esse nimis credulus; quia licet non deficiat ius; deficit tamen probatio. † Contrarium tenet Bald. *cons.* 318. *Amplius, quod dicta cautio. lib.* 3. vbi, quod probatur ex assertis per Notarium, & per literas sigillatas sine testibus; quia hic agitur de probanda voluntate Episcopi, & quia nemo debuit decipi, maxime qñ vrget infirmitas, ideo concludit cautionem legitimam, & testamentū valere, maxime ad pias causas, & ibi multa pulchra dicit. † Limita, quod non creditur literis Episcopi etiam sigillatis, quando in eis tractatur de negocio Episcopi. Oldr. *cons.* 183. *n.* 6. *ver. sed hic non statur, & seq.* † Limita, vbi ageretur de magno præiudicio alterius; quia tunc non creditur literis Episcopi cum sigillo, & ita seruat curia Rom. Oldrad. *d. cons.* 183. *n.* 9. *v. nec præsumitur,* quod firmat etiam Calder. * communiter teneri *cons.* 176. alias 3. *de fid. instru.* Bald. *d. cons.* 318. *circa fin. ver. consulo, lib.* 3. vbi, quod alias posset quis de facili alium fraudare. † Declara, quando literæ non habent testium subscriptionem, alias secus, secundum Cald. *d. cons.* 176. alias 3. *de fid. instr.* Bald. *consil.* 317. *Super primo, ver. consulo, lib.* 3. Vide Socin. *d. reg.* 29. *Literis ordinarii,* vbi ponit nouem casus, in quibus creditur literis ordinarii sine testibus, quæ sunt restrictiones ad prædictas limitationes. Vide Mascard. *concl.* 627. *Epistola Episcopi, vel alterius iudicis ordinarij.*

Literæ credentiæ quando, & quid probent. Concluſ. 366.

LITERÆ † credentiales an probent mandatum scribentis, ita vt possit obligari ab eo, cui datæ sunt literæ credentiales. Bart. *in l. Lucius Titius.* & ibi per alios, *ff. de fideiuss.* Marsil. *in rubr. ff. de prob. col.* 4. *n.* 7. *n.* 289. Ias. *in repet. l. admonendi, n.* 144. *ff. de iureiur.* Felin. *in cap. scripta, col.* 6. *de fid. instr.* Vide plenius per Masc. *concl.* 628. *Epistolæ virtute, quæ vulgo credentialis dicitur,* vbi, quod non obligat, cum sit generalis; secus si specialis, vel exhortatoria, vide eum.

Literæ

Litteræ Apostolicæ necessario expediendæ ad solemnitatem gratiæ, non ad substantiam gratiæ. Concl. 367.

1 APostolicæ †litteræ de stylo Curiæ sunt necessario expediendæ ad solemnitatem probationis gratiæ, secus quoad substantiam gratiæ, ideo dispensatus ad duo incompatibilia ex sola supplicatione potest vti dispensatione, licet teneatur illas expedire ad probandam dispensationem. Gemin. *consil.* 106. *n.* 6. *ver. in*
2 *contrarium.* †Dicas, quod hodie extant regulæ Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis, sed litterarum, super qua Gomez. & alii, vbi declarant materiam, ad quos recurras.

Litteræ Apostolicæ vt valeant, plura requiruntur. Concl. 368.

1 APostolicæ †litteræ, & rescripta, siue beneficia Principum sine data, videl. sine die, loco, & anno sunt nulla, siue sint personales, siue reales. Rom. *consil.* 340. *Circa primum, in princ.* vbi apo-
2 stilla *in ver. quod sic.* dat concord. †Declara tamen; quia licet adsit constitutio, quod litteræ Apostolicæ habentes datam sub plica probent; non tamen propterea necessarium est, q̃ ipsa data ponatur sub plica, quia vbi non datur certus locus, vel certum tempus ex necessitate, sufficit quicunque locus, & tempus; ita idem Rom. *d. consil.* 340. *in princ.* vbi apost. *in ver. explicetur*, dat concord.

Litteræ Apostolicæ habent exequutionem paratam. Concl. 369.

1 APostolicæ †litteræ habent exequutionem paratam; ideo Auditor Camerę dicitur generalis exequutor litterarum A-
2 postolicarum. Vestr. *in praxi, lib. 2. tit. de Audit. Camerę, in princ.* †Et propterea consueuerunt dari exequutores in ipsis litteris Apostolicis diuersis modis, vt quandoq; sint meri exequutores, prout in litteris collationum, qui expediunt processus fulminatos de-
3 super. †Amplia; quia si detur subrogatio p Papam alicui in beneficio, etiam quoad possessionem sibi subrogato competit interdictum ex *l. fin. C. de edicto D. Adriani toll.* Put. *dec.* 175. *Franciscus Pes-*
4 *quera, lib.* 3. †Extende, vt procedat etiam in litteris collationis beneficii concessis per Papam; quia competit idem remedium *d. l. fin. C. de edict. D. Adr.* vt mittatur in possessionem prouisus. Abb. *in constitutus, il secondo, circa fin. de appell.* sequitur Dec. *in d. l. final. C. de*
5 *edicto diui Adriani, n.* 19. *&* 20. *in* 9. *notab.* †Declara tamen; quia si plures sunt subrogati à Papa etiam sub diuersis datis, agere debent inter se iudicio ordinario Put. *decis.* 135. *lib.* 2. *& decis.* 302. *lib.* 1.

Litteræ Apostolicæ ad beneficia quando restringendæ, vel non. Concl. 370.

1 LITTERAE †ad beneficia de sui natura sunt stricte interpretandæ, *c. quamuis, il primo, de præb. in* 6. Cald. *consil.* 239. *in fin. ver.*
2 *& maxime.* alias 15. *de præb.* †Declara tamen, vt *d. c. quamuis, il primo, de præb. in* 6. habeat locum, quando mandatur prouideri de beneficio; secus, q̃n dispensatur super pluralitate; quia magis odiosa est gratia, per quam derogatur ordinariæ iurisdictioni. Calderin.
consil. 245. *in princ.* maxime *ver. per hoc est responsum*, alias 24. *de præb.*
3 †Amplia in tantum, vt q̃n aliquid possit mouere Principem ad concedendum, vel negandum, debeat exprimi. Cald. *d. consil.* 245.
4 *in pr.* alias 24. *de præb.* †Limita in litteris super permutatione beneficiorum; quia non sunt ambitiosæ, neq; odiosæ, sed potius de iu-
5 stitia; ideo cessat in eis ratio, q̃ militat in aliis litteris super prouisione beneficiorum. Cald. *consil.* 293. alias 1. *de rerum permut.* †Limita, & seu declara, vt litteræ ad beneficia non sint odiosæ, neq; restringendæ, quando non agitur de præiudicio ordinarii. Cald. *d.*
6 *consil.* 245. *in princ.* alias 24. *de præb.* †Extende hanc ampliationem; vt procedat, etiam si agatur de materia odiosa restringibili; quia si non agitur de præiudicio ordinarii, interpretatio fit secundum significationem verborum. Cald. *d. consil.* 245. *p tot.* alias 24. *de præb.*
7 vbi est casus. †Limita; quia impetratio ad officium vacans in Ecclesia comprehendit beneficium in eadem Ecclesia ordinatum sub appellatione beneficii. Calderin. *consil.* 248. alias 27. *de præben.*

Litteræ Apostolicæ ad beneficia non valent multis casibus. Concl 371.

1 INQVISITVS †pendente inquisitione super crimine furti, & homicidii si impetrat litteras ad beneficia tacita pendentia in-

quisitionis, etiam lapso decennio non potest vigore dictarum litterarum obtinere Canonicatum in litteris concessum; quia intentio Papæ non fuit dare Canonicatum diffamato. Calder. *consil.* 241. alias 20. *de præben.* Vide, *Subreptio reddit gratiam nullam, & quando secus. Concl.* 722. *cum multis Concl. ibi proxime sequentibus*, vbi plenius videas.

Litteræ Apostolicæ beneficiales non includunt multa, nisi fiat mentio specialis, & quando secus. Concl. 372.

A POSTOLICÆ †litteræ beneficiales non includunt beneficium reseruatum, si de reseruatione non est facta mentio. 1
Calderin. *consil.* 230. *in princ.* vbi loquitur de reseruatione generali respectu plurium beneficiorum reseruatorum, quod est 9 *de præbend.* & idem *consil.* 30. *circa fin. ver. hinc est, quod beneficia*, alias 7. *de rescript.* vbi, quod ratio est; quia non præsumitur, quod Papa velit tollere à se disposita, & ordinata. Vide, *Reseruatio Papæ operatur, vt* *etiam collatio facta per Papam non valeat. Concl.* 235. †Extende, vt pro- 2
cedat, etiam si concurrant plures generales reseruationes, vt quia quis est Scriptor Apostolicus, & Capellanus, & similia; quia de omnibus est facienda mentio, alias litteræ non includunt. Cald. *d. consil.* 30. alias 7. *de rescript. in princ.* Oldrad. in simili *consil.* 247. *n.* 2. Fed. de Sen. *consil.* 138. *num.* 2. *ver. ad primum.* †Extende, siue reseruatio sit præter, siue contra ius; quia adhuc litteræ non includunt 3
reseruatum, si non est facta mentio. Calder. *d. consil.* 230. *circa princ. ver. item licet prædicta*, alias 7. *de præbend.* † Amplia, vt idem sit, quod 4
non includunt beneficium specialiter reseruatum quando tendit reseruatio ad beneficium tertii; secus, si ad beneficium solum concedentis; quia debet de ea fieri mentio. Cald. *d. consil.* 30. alias
7. *de rescript. per tot.* Vide, *Reseruatio specialis quando dicatur, & quid operetur. Concl.* 231. †Extende in vtraque reseruatione, siue sit a iure, 5
siue ab homine. Cald. *d. consil.* 230. *in fin.* alias 7. *de præbend.* Vide, *Reseruatio iuris, & reseruatio hominis in quibus differant. Concl.* 226. † Am- 6
plia; quia non includunt beneficium, cuius qualitas, vel conditio est exprimenda, vel quæ solet exprimi specialiter. *c. cum in illis, & c. cui de non, de præbend. in* 6. Cald. *d. consil.* 230. *in princ. ver. item litteræ*, alias 9. *de præb.* † Amplia; quia non comprehendunt gratiam, 7
q̃n fuit expressum id, quod potuisset mouere Principem ad denegandum. Cald. *d. consil.* 230. alias 9. *de præb. ver. item in litteris.* latius *consil.* 232. *in fin.* alias 11. *de præb.* † Amplia; quia litteræ Apostolicæ continentes, quod Titius prouideatur de beneficio simplici, 8
non includunt beneficium simplex electiuum, *c. cum in illis*, §. 1. *de præb. in* 6. glos. *in clem.* 1. *de præb.* dicit hanc* communem, vt p Cald. *
consil. 233. alias 12. *de præb. in princ.* vbi alios allegat. Vide, *Electiua beneficia quæ sint. Concl.* 99. † Amplia; quia prouisio, vel mandatum 9
de præbenda, non comprehendit p̃bendam Sacerdotalem. Cald. *consil.* 234. alias 13. *de præbend.* † Amplia; quia prouisio de beneficio 10
non comprehendit dignitatem, personatum, neque curatum, nisi sit dictum. Cald. *d. consil.* 234. *circa med. ver. item quia ratione*, alias 13. *de præbend.* †Extende, vt etiam prouisio de beneficio non compre- 11
hendat præbendam, quando in Ecclesia, in qua mandatur prouideri, adsunt beneficia, & præbendæ. Calder. *d. consil.* 234. alias 13. *de præb. ver. confirmatur hoc.* † Amplia; quia mandatum de prouiden- 12
do de beneficio spectante ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem Abbatis, & conuentus certi monasterii coniunctim, vel diuisim non comprehendit beneficium, cuius electio spectat ad Monachos, & confirmatio ad Abb. Cald. *consil.* 236. alias 15. *de præb.* Vide, *Expectans ad collationem non capit ad electionem. Concl.* 608. †Extende, vt procedat, ēt si 13
vnica electio probetur, q̃ fuerit vltima, & habuerit effectum, qui attenditur vltimus status, maxime, quando electus p plures annos vltra decem fuit communiter reputatus talis, quo casu præsumitur scientia eius, ad quem spectasset collatio, ideo nisi doceatur de contrario, ꝓcedit ampliatio. Cald. *d. consil.* 236. *circa princ. v.*
non obstat, q̃ dicitur, alias 15. *de præb.* † Amplia, quia litteræ Impetra- 14
tionis beneficii vacaturi certi valoris non capiunt beneficium minoris valoris, nisi sit dictum; quia hoc casu minor summa non inest in maiori, *c. cui de non, de præb. in* 6. nisi sit dictum, vel declaratum. Cald. *consil.* 237. alias 16. *de præb.* Vide, *Expectans ad certam summam, quando capiat minorem, vel non. Concl.* 609. † Amplia, qa man- 15
datum de prouidendo de aliquo plebanatu Ecclesiarum curatarum, & collegiatarum non includit plebenatum curatum; quia prouisio de beneficio in Ecclesia non includit Ecclesiam, glos. in
clem. 1. *de præb.* §. 1. Cald. *consil.* 239. alias 18. *eod. tit.* †Extende, etiam si 16
esset dictum, in Ecclesia, & vnicum esset beneficium continens Ecclesiam; quia non venit Ecclesia. Card. Zab. *in d. clem.* 1. §. 1. *n.* 7.
de præbend. † Declara, quia ratio, propter q̃ fit stricta interpretatio 17

litterarum ad beneficia, est; quia sunt stricte intelligendæ, *c. quamus. de præb. li. 6. il primo.* Cald. *d. consil. 239. in fin. ver. & maxime,* alias 15. *de præb.* & quia sunt ambitiosæ, qñ præiudicatur ordinario; ideo omnia debent exprimi, per q̃ Princeps moueri possit. Calder. *consil. 245. in princ.* alias 24. *de præbend. & consil. 293. col. 1. ver. sed quæ est ratio,* alias 1. *de rerum permut.* Fed. de Sen. *consil. 73. nu. 2. ver. item*

☞ *collatio illa.* Vide, *Litteræ Apostolicæ ad beneficia quando restringendæ, vel*
18 *non. Concl. 370.* † Limita, & declara omnia præcedentia, vt non ꝓcedant in permutatione beneficiorum; quia ex quo litteræ non sunt ambitiosæ, sed potius de iustitia, quam de gratia, valet permutatio de reseruato non facta mentione reseruationis in manibus Papæ, item non facta mentione de aliis beneficiis, quæ obtinet permutans, vt late Cald. *d. consil. 93. ꝓ tot.* alias 1. *de rer. permut.*

☞ Feder. de Sen. *consil. 7. Factum tale est, n. 3. ver. item permutatio.* Vide,
19 *Permutatio beneficiorum quando sit subreptitia, vel non. Concl. 311.* † Limita; quia impetrans in Ecclesia officium vacaturum poterit acceptare in eadem Ecclesia beneficium ordinatum sub appella-
20 tione officij, seu beneficij. Calder. *consil. 248.* alias 27. *de præb.* † Limita; quia impetrans gratiam, vt sibi prouideatur de vno, vel pluribus beneficijs potest prouideri de Canonicatu in Cathedrali, si de beneficio Cathedralis est facta mentio, alias de Canonicatu inferiori. Calder. *consil. 252.* alias 31. *de præbend.*

Litteræ Apostolicæ qualiter suspectæ, & corrigendæ, Concl. 373.

1 LITTERÆ † Apostolicæ possunt expediri de Canonicatu, & præbenda, licet in supplicatione fiat mentio de solo Canonicatu, non de præbenda. Ægid. Bellam. *consil. 34. n. 4. & seq. ver. sup-*
2 *positis factis.* † Et in dubio præsumuntur expeditæ juxta formam
3 supplicationis. Ægid. *d. consil. 34. n. 9. ver. secundo præsuppositis.* † Et si sunt suspectæ; quia non sunt signatæ per Cancellarium, & alios, debet capi informatio ab officialibus Curiæ. Ægid. *d. consil. 34. n. 9.*
4 *v. 3.* † Amplia; quia litteræ Apostolicæ regulant supplicationem, si est signata extra solitum Cancellariæ; & hæc est ratio quare gratia Papæ non probatur, nisi per litteras Apostolicas; quia Vicecancellarius, & officiales possunt gratiam rejicere, & restringe-
5 re. Ægid. Bellam. *d. consil. 34. nu. 15.* † Amplia; quia quando litteræ discordant cum supplicatione, remittuntur ad corrigendum, si constat de errore. Ægid. Bellamer. *d. consil. 34. n. 17. ver. ad quartum.*
6 † Limita; quia non sunt suspectæ, licet Papa mandet conferri reseruata. Ægid. *d. consil 34. nu. m. 9. ver. quarto.*

Litteras recipiens contra se, & non contradicens quando videatur approbare, & consentire, & quando non. Concl. 374.

1 CAVTELA † extorquendi confessionem ab aliquo est, si mittatur Epistola continens, quod ipse debeat centum, si recipiat, & legat litteras, & non contradicat, censetur illas acceptare. Matthesil. *sing. 22. Nota mirabilem modum,* & quod requiratur lectura, Goz. *consil. 23. n. 6* Marsil. *sing. 344. Taciturnitas, & in rub. C. de probat. n. 246.* Abb. *consil. 18. nu. 5. lib. 2.* infinitos cumulat Menoch. *in casu*
* 21. *Cautelam satis egregiam,* vbi de * communi Couarr. *in c. Ioannes, n.*
* 4. vbi infinitos allegat, communem dicit Alexan. *in l. non solum. §. morte, n. 27. ff. de nou. oper. nunciat.* Crot. ibi *num. 100.* licet impugnet
* * * communem, Alciat. *in l. a. testatio, n. 50. ff. de verb. signif.* dicit * communem. Menoch. *casu 20. de arbitr.* licet limitent Paris. *consil. 91. in*
2 *princ. & consil. 117. n. 32 lib 2.* Abb. *d. consil. 18. n. 6. lib. 2.* † Et quod sola receptio litterarum sufficiat, tenet Matthesilan. *d. not.* vbi in fin. dat cautelam, ꝙ adsint testes, qui videant recipere, & aperire, quasi ꝙ ex apertura, & receptione probetur lectura, licet in ventre loquatur de receptione tantum; idem tenet, ꝙ sola receptio sine contradictione sufficiat. Alex. *consil. 87. In causa, & lite, lib. 1.* idem ꝙ sola receptio sufficiat. Bart. *in l. Titius. ff. de const. pecun.* clarius *in l. quo enim. § 1. in fin. ff. rem ratam hab.* & omnino *in l. cum tabernam. §. idem*
quæsit, in fin. vbi, ꝙ sufficit retentio litterarum præsentatarum, vt dicatur ill. s acceptasse, ꝙ etiam ibi firmat apost. *in ver. ex hac lege,* vbi ꝙ debet contradicere, & protestari, *ff. de pign.* Alex. *consil. 78. in princ. lib. 1.* incip. *In causa, & lite.* vbi apost. *in ver. litteris.* Decian. *consil.*
109. n. 17. lib. 2. Cassad. *d. c. 3. n. m. hi 5. de rescript.* Angel. 370. *Consultatio, n. 2.* Cum. *consil. 177. Suppositis, n. 3. & seq. ver. ad partem rei.* Rimin. Jun. *consil. 424. n. 12 lib. 4.* Abb. *in c. non innotuit. n. 7. de procur.* vbi apo. magna, & apost. *ad sing. Matthes. 78. in fin.* Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fr. at. q. 12. in fin. n. 10.* Iaf. *in l. emptor. §. Lucius, n. 5* vbi multos allegat. *ff. de pact.* Iaf. *consil. 47. Circa primum, in princ. lib. 1.* Dec. *cons. 430. Quod supra col. fin.* Barb. *consil. 21. n. 7. & consil. 15. n. 5 lib. 2.* Iaf. *in l. ad municipalem, n. 142.* vbi Rip. *n. 137. ff. de iureiur.* Bald. *in rub. C. de fid. instr.* Fel. *in præm. d. tract. n. 20. ver. secundus casus.* Crau. *de antiq. temp. p. 1. §.*

viso, n. 22. & seq. Iaf. *in l. quæ dotis, n. 91. ff. solut. matr. & in l. singularia, n.*
44. ff. si cert. pet. Dec. *cons. 267. n. 3. & cons. 206. n. 7. & cons. 632. nu. 16.*
Vide plene Mascard. *Concl. 480.* vbi *n. 4.* dicit * communem pluries. *
† Contrarium, vt non ꝓcedat, nisi in ijs, in quib. sola ꝑsentia, & pa- 3
tientia induceret consensum, tenet Castr. *in l. quo enim. in lectura legis præcedentis. ff. rem ratam hab.* Rip. *in l. admonendi, n. 137. ff. de iureiur.*
Meno. *d. casu 21. n. 3.* Crot. plene *in l. non solum. §. morte. ff. de nou. oper.*
nunc. n. 95. & seq. † Et ꝓ contrario, vt non ꝓcedat, nisi in ijs, in qb⁹ 4
sola ꝑsentia, & patientia induceret consensum, tenet Castr. *in d. l. quo enim,* q̃ legit cum *l. interdum. ff. rem rat. hab.* † Declara; qa vide- 5
tur requiri cognitio, seu lectura saltem talis, q̃ dat cognitionem. Fel. in gl. *proœm. decret. n. 20. circa fin.* † Sed tñ si aperta præsentatur 6
littera, recipiens ꝑsumitur sciuisse. Canonistæ *in clem. 1. de procur.* vbi Anch. *n. 4.* † Ratio est in ꝓmptu; qa licet scientia, & patientia 7
sola non ꝑiudicet, vbi agitur de magno præiudicio; secus est, qñ interuenit actus positiuus, puta receptionis litterarum, & retentionis. Bart. *in d. l. quo enim. §. pen. ff. rem rat. haberi,* late Ial. *in l. quæ dotis, n. 90. ver. decimus septimus, cum seq. ff. sol. mat.* late Abb. *in c. non inuiste, de procur.* & est communis * opinio, de qua Alex. *in l. non solum. §.* *
morte. ff. de nou. oper. nunc. † Imo ꝙ non sufficiat receptio, & lectura, & 8
sed requiratur, ꝙ recipiens retineat litteras penes se, videtur velle Fel. *in c. cum M. n. 36. ver. secundo fallit, de const.* ad idem videtur facere Cæpol. *cautel. 24.* incip. *Pone, ꝙ filius.* Ial. *in repet. l. admonendi, nu.*
137. *& seq. ff. de iureur.* † Alex. *consil. 147. Ponderatus ijs, n. 12. ver. fortiss-* 9
cantur, dicit, ꝙ per retentionem litterarum, *lib. 2.* † Contrarium, ꝙ 10
vnicus act⁹ positiuus sufficiat, videl. receptionis, vel retentionis, vel lecturæ. Fel. *in c. mane, nu. 10. ver. fallit quarto, de præsumpt.* & vide
supra ver. Contrarium, ꝙ sola receptio. † Declara, ꝙ imo eo ipso, quod 11
litteram recipit, approbare dicatur; qa si displicebat, debuit contradicere, tenet clare Bald. *in l. si procuratorem absentem, in princ. ff. de procur. & in l. si filiusfam. la seconda. ff. ad Maced.* vbi Ang. *in fin.* dicit, ꝙ eo ipso, quod littera est lecta, & recepta, dicitur approbata, nisi in contrarium ꝓtestatus fuerit, vbi & Castren. idem tenet, ꝙ statim debet ꝓtestari, & dicit, alias recipiendo, & tacendo videtur consentire; vnde illud statim non recipit arbitrium; quia recipiendo, & tacendo pficitur, idem tenet Rota *in antiq. ꝙ. de procur.* q̃ dicit, ꝙ ante receꝑm mandatum potest protestari; ergo post receptionem protestatio non releuat, & ita declarat Papa 20. super 9.
dec. de procur. in no. plene Im. quem refert, & sequitur Fel. *in c. nonne, nu. 10. in 4. fallen. de præsumpt.* vbi ꝙ quando iunguntur scientia, & patientia cum actu positiuo receptionis litterarum inducitur consensus, & sic virtus applicatur coniunctioni act⁹ positiui. Bar. *in l. cum tabernam. §. idem quæsiu. in fin. de pignor.* ibi, *eo ipso, quod accepit litteram,* & sequitur ibi Alex. in apost. *in ver. ex hac lege,* vbi quod ꝓcedunt dicta ꝑ Bart. nisi fuerit protestatus. Bart. *in l. Titius, in fin. ff.*
de constit. ibi Bald. *in lect. antiq.* hoc expresse dicit, quod eo ipso, qui recipit, approbat. Corn. *consil. 319. n. 5. lib. 5.* Abb. *consil. 18. Primo, ꝙ communitas, n. 5. lib. 2.* Fel. *in c. 2. n. 20. de fid. instr.* vbi, ꝙ scienter acceptans litteras debiti se obligat, plenius ꝑ Tiber. Decian. *cons. 109.*
n. 16. & seq. lib. 2. vbi, ꝙ per receptionem Epistolæ, vel mandati inducitur copulatio consensus, & ad illud temp⁹, quo recipitur, reducitur consensus. † Declara; qa licet non ꝓbetur ex illo textu, *l.* 12
si filiusfam. la seconda. ff. ad Maced. bene ꝓbatur ex eo, ꝙ interuenit actus facti, quod magis probat consensum, q̃ actus verbi, *l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict.* ita Crot. impugnans communem saluat eam hac ratione *in l. non solum. §. morte. n. 100. ff. de nou. oper. nunciat.* † De- 13
clara secundo; quia arbitrium est judicii intra quantum tempus debuerit protestari, & impugnare, considerato negotio, de quo in litteris præsentatis, put Alc. *in l. detestatio, n. 50. ff. de verbor. signif.* Rub. *in d. §. morte, n. 262.* Menoch. *d. casu 20. in fin. de arbitr.* Anch. *q.*
48. qui exemplificat, veluti si ex hiberetur littera continens data, & recepta, vel factum antiquum, seu intricatum requirens consultationem, vel pcunctationem; qa quasi sit impossibile deliberare in actu ꝑsentationis. † Contrarium in terminis litteræ conti- 14
nentis calculum tenet Ias. *in repet. l. admonendi. n. 138. ff. de iureur.* vbi allegat tex. *in l. emptor. §. Lucius Titius,* qui loquitur in littera continente calculum, *ff. de pact.* & tamen ibi Bald. & Fulg. intelligunt, ꝙ si non contradixit, debet esse consentiens, sequitur Jason *addit. 1.*
ad singul. Matthesilan. quæ est Joannis Baptistæ Castillionei. † De- 15
clara ista contraria, vt per Felin. *in proœm. decret. al. num. 20.* vt receptio illico tempore receptionis probet consensum, quando erat informatus de contentis in littera lecta ante, vbi, quod ita intelligi debet Bart. *in l. cum tabernam. §. idem quæsiit, in fin. ff. de pignor* cum aliis similibus, & eandem declarationem facit Deci. *in cap. cum M. Ferrarien. num. 23. in fin. & n. 24. de constit.* † Contrarium tenet Feli. 16
in c. nu. m. 10. in 4. fallen. de præsumpt. vbi ex mente Imol. dicit, quod siue scientia præcedat actum receptionis, siue sequatur, quando

iun-

17 nunguntur, tunc inducit consensum.†Item declara, vt non sit ar-
bitrarium, quando vltra receptionem interuenit subscriptio, vel
subpræscriptio in littera, vel computo recepto; quia obligatur.
Alex. plene *consil.*174.*per tot.* maxime *n.*12.*&* 13.*lib.*2. vide tñ inf. *n.*
18 23.†Idem, si plures actus positiui. Soc.*cons.*63.*lib.*4. vbi, quod licet
receptio sola possit importare deliberationem, & consensum; tñ
consensum importat, maxime, quando alij actus interuenerunt.
19 †Extende, vt idem sit, etiam si communitati, vel ciuitati; quia si
rectores recipiant, & legant non contradicentes obligantur. Go-
zad.*consil.*23. *Prima facie, n.*6. Abb.*consil.*18. *Primo, quod communitas,*
20 *n.*5.*&* 6.*lib.*2.†Extende idem in litteris inhibitoriis; qa recipiens
illas, & non contradicens censetur acquiescere inhibitioni. Rim.
21 Jun.*consil.*424.*n.*12.*& seq.lib.*4.†Extende, vt idem sit in recipiente
laudum latum cum procuratore recipientis; quia non contradi-
22 cendo videtur homologare. Abb.*consil.*18.*n.*5.*lib.*2.†Probari tñ
debet transmissio, & receptio Epistolæ, & continentia Epistolæ.
23 Alex.*consil.*78.*nu.*1.*in fin.lib.*1.*ver. de transmissione.*†Restringe, nisi
calculus contineretur in dictis litteris; quia tunc retinens non si-
bi præiudicat. Cæpol.*cautel.*24. apostill.1. ad Mathesil.*d.not.*22. vbi
p vtraq; parte. Ial.*in hadmonendi in* 2.*lectura, n.*138.*ff. de iureiur.* Alc.
24 *in detestatio, n.*50.*ff. de verbor sign.* vbi Ias. quod isto casu retinuit ad
effectum deliberandi, vide sup. *n.*17. †Restringe, qñ mortuus es-
set scribens tempore præsentationis; quia non probatur per re-
ceptionem. Ial.*d.repet.l.admonendi, n.*138.*ver. secundo limita.ff. de iure-*
iur. imo confessio mortui ante acceptationem nullo modo præ-
iudicat hæredibus. Marsil.*in rubr.C. de probat.n.*248. Vide eundem
Mascar.*d.Concl.*480.*n.*5.*&* 7.*&* 8. Vide eundem Masc. *Concl.*626.
25 *Epistola, n.*35.*& seq.* vbi ponit alias restrictiones.†Amplia, vt idem
sit in litteris mercatorum, quæ transmittuntur quotidie. Bart.*in d.*
l.Titius, ver. vltimo tenementi.ff. de constit.pecun. & clarius Alex. in A-
post. ad Bart.*in d.l.cum tabernam.*§.*idem quæsit, ver. ex hac lege.ff. de pig-*
*n.*vbi exemplificat in campsore. Decia.*consil.*109.*n.*17.*lib.*2. Ma-
rian. Socin. Jun.*cons.*122.*n.*31.*lib.*2. Ang. & Bald. Salyc. & alii ma-
xime Cuman.*in l. si filiusfam. in fin.ff. ad Macedon.* vbi plene Salycet
Alex.*in l.non solum.*§.*morte, post. n.*27.*& seq.ff. de nou. oper. nunciat.* vbi
26 dicit* communem esse intellectum *d. l. si filiusfam. ad Maced.* Paris.
plene *consil.*5.*n.*206.*lib.*4. Bald.*in rubr.C. de fid. instrum.n.*37.*ver. quæ-*
*ro quid de litteris, & in l. si absentio.n.*6.*C. si cert. pet.* vbi Barbat. *in ver.*
ratificant, in apost. & Celsus ibidem allegant concord. quod mer-
27 cator recipiens litteras cambii, & non contradicens ratificat. †
Quid si mercator perdidit litteras cambii. Bald.*in l. instrumenta.C.*
de fideic. in fin. quem sequitur Alex.*in addit. ad Bart. ind. l. cum taber-*
nam.§.*idem quæsit, in fin.ff. de pignor.* Jason, qui dicit teneri restituere
28 facta quietantia, & alibi non legit. † Quis debeat subire pericu-
lum decoctionis post acceptationem? dic, q̃ creditor. Bald.*in l. p*
debito.C. de bon. auth. iudic. possid. vbi, qui præferantur, in bonis falliti,
& ibi Barb. late qui dicit consuluisse in hoc articulo, & q̃ Salycet.
in d.l.si filiusfam. ad Maced. dicit teneri eum, qui litteras accepit, & si
sunt duo socii, & vnus aufugit, tenetur alter in totum, plenius p
29 Petr. de Vbald.*in tract. de duob. fratr. in* 8.*part.n.*32.*& seq.*†Dec arat
tamen aliter Castr.*in l. delegare est. ff. de nouat.* vbi, q̃ non est facta
nouatio, si mando campsori, vt soluat Titio de mea pecunia, quia
anteqũ soluerit non est facta nouatio, & possum prohibere, ne sol-
uat, nisi mandassem, q̃ promittat, & promiserit eum scribendo in
libro, quia censetur p̃missio p stipulationem facta ẽt in Scriptura
30 priuata.†Amplia; qa recipiens litteras, q̃ teneatur ad aliquid, &
non contradicens censetur in tñ consentire, & fateri, vt oriatur
actio, & inducatur obligatio. Abb.*in c. non iniuste, n.*7.*de procur.* vbi
31 apost.*in ver. obligare*, hoc dicit expresse.†Extende; quia ad p̃bandum
commodatum cautela est, quod commodans scribat literas
commodatario, q̃ commodatum fecit, ostendat testibus, & præ-
sentati faciat, si tacet, probat commodatum. Masc. *Concl.*317.*n.*4.
32 *& seq. Commodatum.*†Amplia, quia nedum inducit consensum re-
cepto in recipiente scienter, & non contradicente, sed ẽt inducit
confessionem debiti contenti in litteris. Felin.*in c.*2.*n.*20.*de fid. in-*
strum. Calcan.*consil.*19.*n.*6.*circa fin.* Curt. Jun *consil.*132.*n.*5.*circ. fin.*
33 †Imo habet vim obligationis. Calca.*consil.*19. *Ad primum, n.*6.*circa*
fin.†Amplia; quia recipiens litteras scribentis, q̃ soluat tali cen-
tum; qa releuabit ipsum soluentem indemnem, videtur consen-
sisse de soluendo, & sic p̃ficitur pactum, vt scribens teneatur; qa
paria sunt, promittere soluere, vel releuare indemnem. Cast. *cons.*
34 398. *Ad primum, in pr. lib.*1.†Amplia; qa regula p̃cedit nedum in
actu receptionis, q̃ est actus positiu⁹, sed etiam in omni alio actu
positiuo, prout est subscriptio; qa actus scribendi inducit consen-
sum. Fel. *in c. nonne. n.*10.*ver. per hanc fallentiam, de præsump.* Alex.*cons.*
147.*Consideratis ijs n.*12.*&* 13.*ver. fortificantur prædicta, lib.*2. text. *in l.*
sicut.§.*non videtur, & in l. Titius.*§.*fin.ff. quibus mod. pign. vel hypoth sol.*

†Idem in sigillante. Fel.*d.c.nonne, n.*10.*de præsumpt.*†Idem in alio 35
actu positiuo, prout si arbiter petiisset non compelli, sed dari di- 36
lationem, quia si vltra receptionem compromissi censetur actum
secundum feciſſe positiuum. Soc.*consi.*63.*lib.*4.†Idem in haben- 37
te litteras Apostolicas, quod eligeretur in Præpositum Ecclesiæ;
quia alio electo si illi præstat obedientiam sponte, videtur iuri suo
renunciare facto ipso, *c. ex ore*, vbi glos. *in ver. renunciasse, de ijs, quæ*
fiunt à maiori parte Capit. quem text. ita expendit Corset. *singulari*
suo in ve. taciturnitas.†Idem in producente litteras vel instrumen- 38
tum. Felin.*in c. cum venerabilis, n.*22.*de except.* Vide plenius, *Producens*
in iudicio scriptum censetur fateri contenta in ea, & quando secus. Conclus.
872.† Amplia; quia recipiens litteras limitatas cambiandi pan- 39
num censetur consentire etiam limitationi. Curt. Jun.*consil.*132.*n.*
5.†Extende; quia etiam p̃cedit in reuocatione facultatis; quia 40
recipiens litteras super eo, quod amplius quis non velit solue-
re vsuras, sed quod vendantur pignora, recipiens eas, & tacens
censetur consentire. Curt. Jun.*consil.*132.*n.*5.†Amplia in qualibet 41
alia Scriptura, quia recipiens, & tacens censetur approbare. Bart.
in l. quo enim, ad fin.ff. rem rat. haber. plene Alex.*consil.*147. *Ponderatis*
*ijs, col. pen. lib.*2.†Extende maxime, quando producit litteras is, qui 42
illas recepit; quia multo magis ex productione censetur illas ap-
probare, & contenta in eis, etiam si producat in parte, & partibus
pro se tantum facientibus. Alex. *consil.*124. *Viso processu, consil.*2.*lib.*
7. Soc.*consil.*11. *In causa Dominæ Catharinæ, in princ. lib.*3. Affict. *dec.*
14. *Ioannellus, n.*6. Vide, *Producens*, vt sup. *n.*38.†Amplia, vt idem sit 43
in ambasciata; q̃nia recipiens ambasciatam, & non contradicens
dicitur acceptare, apostill. ad Bart. *in d. l. si filiusfam. ff. ad Macedon.*
†Contrarium dicit in sola ambasciata Fel.*in c. cum M. de constit. n.*36. 44
ver. secundo fallit.†Amplia in mandato p̃curæ recepto; qa obligat 45
ad officium p̃dictũ. Abb.*in c. non iniuste, n.*7.*de procur. clem.*1.*cod. tit.*
Bald. & Angel. & Castr. *in d. l. si filiusfam. ff. ad Macedon.* & est text. *in*
*clem.*1.*de procurat.* Felin.*in c. cum M. Ferrariensis, n.*36.*in fin. de constit.*
†Idem in compromisso recepto p̃ arbitrum; quia si non recla- 46
mauit, censetur acceptasse. Socin.*consil.*63.*lib.*4.*per tot.*† Amplia in 47
libro; quia retinens librum penes se, & non contradicens cense-
tur approbare omnia in eo descripta. Castr.*consil.*314 *Omisso primo,*
*col. fin. ver. præterea, vt dicitur, lib.*2.† Amplia in communitate reci- 48
piente litteras superioris, quod soluat gubernatori solitum sala-
rium; quia si non reclamauit, censetur obligata ad solutionem.
Gozad.*d.consil.*23.*per tot.* vbi late.†Amplia in principali recipiente 49
compromissum, & laudum factum suo nomine per assertum p̃-
curatorem; quia non contradicendo videtur approbare. Abbas
*consil.*18. *Primo, quod communiter Auxmi. n.*5.†Amplia in recipiente 50
Scripturam protestationis, & non contradicente; quia sibi præ-
iudicat. Fel.*in c. cum n.*3.*ver. tertio fallit, de constit.* Rol. à Vall. *consil.*
68.*n.*30.*lib.*4. Alexand. *consil.*31.*n.*1.*vol.*7.† Amplia; in recipiente 51
Scripturam auisi mortis talis, & quod ipse recipiens non est tu-
tor; quia si non contradicit, censeturꝰ consentire. Jas. *consil.*47. *Circa*
*primum, lib.*1.† Amplia in recipiente instrumentum etiam in sui 52
præiudicium faciens; quia si non protestetur, censetur approba-
re, prout dicitur de recipiente litteras. Abb. *d. consil.*18.*n.*5. & ite-
rum *n.*7.*ver. tertio dixi, lib.*2.†Extende, vt imo præsumpta receptio 53
idem operetur. Abb. *d. consil.*18.*num.*7.*ver. tertio dixi, lib.*2. sequitur
Crauett. *consil.*40.*n.*3.†Ego dubito de ista extensione; quia præ- 54
sumptum induceret aliud præsumptum, nam præsumpta p̃sen-
tatio, seu receptio non potest inducere præsumptam acceptatio-
nem: quia duo specialia concurrerent, sed dicas, quod extensio
procedit; quia Abbas loquitur de vera receptione, non de præ-
sumpta. Vide, *Specialia plura non possunt concurrere in eodem subiecto.*
*Concl.*360.†Amplia in Epistola continente, quod scribens est de- 55
bitor in decem, & creditor in centum; quia recipiens illas, vt p̃-
bet creditum suum, tenetur etiam stare contra se pro centum, ex
quo non contradixit, Amanellus de claris aquis *singul.*138. *Bene de-*
bes mihi.†Restringe, vt non procedat in Epistola, in qua dicit scri- 56
bens se teneri in centum, sed q̃ ad bonum computum soluit 50.
quia bene potest probare debitum, si non probatur solutio. Ma-
thes. *sing.*78. secus, si in libro, sed credo, quod istud p̃cedat, si con-
tradixit recipiens. Rom. *consil.*346.*n.*4. vbi, quod non probat et-
iam liber mercatorum ea, quæ sunt ad eius fauorem, nisi in parua
quantitate, & in connexis.†Amplia etiam in cartello transmis- 57
so; quia recipiens cartellum, & legens, & non contradicens, cen-
setur acceptare. Socin. Jun. *consil* 122.*n.*30.*& seq.lib.*2.† Amplia in 58
criminalibus, quia recipiens litteras, in quibus diffamatur de ho-
micidio, & illas legens, & non contradicens, est inditiat⁹ ad tor-
turam, apost. *ad singul. Mathes.*22.*in fin.*† Contrarium Marsil. *in prax*
crimin. in §. *diligenter, nu.*187. vbi dat cautelam, sed non firmat, 59
sed expresse reprobat Blanch. *in tract. de indutijs, & iort.n.*223. refert

60 omnes istos Men. *d.cons.21.n.2.*†Amplia, qa recipiés spōte mun* publicum,vel patiens describi inter soluentes,cum sit exemptus, si scit,& pātitur, videtur se obligare. Calcan. *consil.19. Ad primum,*
* *n.2.&3.*& est communis*opinio, de qua Gozad. *consil.23. num.4.*
61 †Amplia; quia dominus recipiens canonem pro tempore præterito fine protestatione ab emphyteuta, q ceciderat, si sciuit caducitatem, censetur renunciare caducitati causatæ,& sibi præju-
62 dicat.Jason *in l.2.n.124.& seq.C.de iur.emphyt.* maxime *n.130.*† Vide tamen motiua,quæ fiunt per aliquos Dd maxime Butr.*in c.potuit,locati,*quæ recensetJas.*n.124.& seq.in d.l.2.C.de iure emphyt.* vt in dubio non censeatur sibi recipiendo præjudicare,quia est con-
63 tra conclusionem communem, *de qua *in clem.1. de procur.*†Amplia; quia acceptatio inducitur, si non inducitur non acceptatio. Bald.*in l.emptor.§. Lucius,ver.item nota pro litteris,* vbi Fulg.*ff.de pact.* quos refert,& sequitur Jas.*in repet.l.admonendi,nu.138.ff. de iurisdit.* Andr.ab Exea *in tract. de pactis,* dicit, quod cauti mercatores propterea in receptione litterarum cambij dicunt, *recepta, sed non ac-*
64 *ceptata.*†Amplia; quia quod dicitur de receptione litterarum,vel alio actu positiuo,procedit multo magis, quando sunt actus plures positiui. Socin.*consil.63.per tot.lib.4.* vbi dicit hoc esse notum lippis,& tonsoribus,& sequitur Couar.*in c.Ioannes,n.4.de testam.*
65 †Amplia,vt idem sit in soluente centum, qui dixit teneri dumtaxat ad illa; quia recipiens sibi præiudicat.Marsil.*sing.344.& rubr.*
66 *C.de probat n.247.*†Amplia; quia talis cambii littera missa probat contra scribentem,& mittentem, apost.ad Bart.*in l.si filiusfa.ff.ad*
67 *Ma.edon.* Cuman.*consil.177.n.9.*†Extende; quia etiam probat factum contentum in littera recepta sine protestatione,quando illud factum est gestum inter scribentem,& recipientem,vel debi-
68 tum enunciatur. Cuman. *d.consil.177.n.5.*†Extende idem, si factum esset partim pro scribente, & partim pro recipiente. Cum.
69 *d.consil.177.n.5.*†Extende; quia probat pactum de retrouendendo Alex.*consil.78.n.1.lib.1.*†Extende; quia littera, vel Epistola recepta sine contradictione probat stipulationem interuenisse in pacto de retrouendendo,quando hoc enunciatur in littera recepta; quia licet stipulatio non possit fieri inter absentes, & in Epistola,bene potest induci probatio stipulationis. Alex.*d.consil.78.*
71 *n.1.lib.1.*†Restringe, quando illud factum esset gestum cum alio; quia licet accommodetur consensus ad illud factum p receptionem sine contradictione,secus est quoad veritatem facti, vt probetur. Cuman.*d.consil.177.in princ.ver. rursum, & n.5.ver.si aliquid*
72 *gestum.*† Declara; quia probat consensum non factum eorum, q continentur in littera recepta. Cum.*d.consil.177.Suppositis,in princ.* Menoch.*casu 21.circa fin. de arbitr.* vbi allegat Ripam & Alc. quod
73 distinguit Cuman. per quatuor casus, *n.5.*†Quid in litteris cambii,an probent solutionem scribentis, plene Boer.*decis.282. in fin.*
74 †Restringe in litteris commendatitiis,& generalibus; quia non probant contra scribentes; ideo non creditur illis. Boer.*dec.282.*
75 *per tot.*†Restringe in Epistola missa,& non acceptata; quia licet quis confessus fuerit habuisse pecunias à mercatore; quia dedit litteras directas alteri mercatori, vt solueret, & ille alter non soluat,confessio non præiudicat causa non sequuta,*l.si litterarum.C.*
☞ *de solut.* vbi Bald. hoc declarat. Vide, *Litteræ cambij qualiter probent,*
76 *vel non.Concl.342.*†Limita; quia si mando campsori,vt soluat tibi, quod ego debeo,licet obligetur campsor acceptando; non tamen fit nouatio,vt mandans sit liberatus. Castr.*in l.delegare.ff. de nouat.*plenissime Alex. qui concord.allegat*consil.173. Visis depositionibus per tot.lib.7.*plene Bart.& ibi apost.*in l.singularia,n.18.ff.si cert.pet.at.* Vide plene Bero.qui examinat *consil.198 n.14.& seq.lib.1.*
☞ Vide, *Delegatio debitoris facta à creditore liberat debitorem, & quando*
77 *secus.Concl.144.*†Contrarium tenuit Rota Romana inter mercatores,inter quos æquitas,& non apices iuris seruantur.Put.*lib.3.*
78 *dec.124.*†Extende; quia si recipiens mandatum ad soluendum, vel litteras cambii, aut alias se obligans non est debitor mandantis; tunc obligatur vt fideiussor.Socin.*in l.qui vsumfructum, n.20.*
*79 *ff.de ver.oblig* vbi dicit communem.†Restringe, vt non procedat limitatio, quando fuisset facta promissio per modum delegationis; quia fit nouatio,& liberatur mandans,sic loquuntur Bart.& alii *in d.l.singularia.ff.si cert.pet.at.*declarat Alex.*d.consil.173.n.5.vers.*
* *ex ijs patet,lib.7.*& est*communis opinio, de qua Aretin.*consil.5.in prmc.* Socin.*in d.l.qui vsumfructum,circa fin.ff.de ver.oblig.* vbi de com-
80 muni.†Restringe, nisi dixerit creditor se contentum littera cambii, vel mandato; quia per præsentationem factam tunc bene li-
81 beratur.Angel.*consil.370.in princ.*†Limita; qa secundum aliquos sufficit protestatio, vel contradictio ex interuallo arbitrio iudicis. Rub.Alex.*in l.non solum.§.morte.nu.262.ff. de nou. oper.nunciat.* Menoch.*de arbitr.casu 20.* Alciat.*d.l.detestatio.n.50.ff.de verb.significat.*
82 †Contrarium, quod imo incontinenti in ipso actu receptionis debeat contradicere, & requiratur protestatio, Vide supra *in ver. Declara, quod imo eo ipso,n.11.* vbi concord.allegat.†Limita, quan- 83
do littera recepta esset incerta; quia tunc receptio non inducit consensum, nisi ad ea, quæ sunt certa, Ruin.*consil.65. Quamuis eleganter,n.3.ver.nec etiam videtur,lib.5.* sequitur Stracchа *in tract. de assecur.in 1.parte gloss.11.n.47.*†Limita, quando ex receptione, & ta- 84
citurnitate si induceretur consensus,sequeretur delictum, & de- 85
ceptio.Ruin.*d.consil.65.n.3 & seq.lib.5.*†Mercatores,qui recipiunt litteras ad vsum, habent decem dies ad soluendum; quia tantum tempus datur illi,qui tenetur ex constituta pecunia,& h nc est,q datur tempus decem dierum confitentibus debitum, ita Angel. per illum tex.*in l.promissor.§.si sine.ff.de consist.pecun.* Vide Ant. Gabr.*lib.1.titul.de præsumpt.Concl.2.Litteras recipien* omnia contenta in eis approbare præsumitur.*†Limitat Masc. *d.Concl.480.n.4.*quia valebit 86
etiam contradictio, & protestatio facta post congruo tempore.

Litteras alienas aperiens qua pœna teneatur. Concl. 375.

APERIENS†litteras alienas, vel intercipiens graui pœna est 1
plectendus. Bart.*in l.Titia,col.2.ff.ad municip.* Rom.*consil.365. in fin.* Socin.*consil.122.num.40.lib.2.*& est tex.*in c.cum olim,in fin.* vbi Imola,Abb. & Felin.*de offic.deleg.*†Et dicit Clarus,quod aperiens 2
litteras alienas sigillatas,vt ostendat aduersario,pœna falsi puniri debeat, quæ est deportationis, & confiscationis bonorum. Clar. *in §.falsum.n.33. ver. aperiens,* vbi dicit*communem,& idem dicit * Rom.*consil.365.Quæritur primo,in fin.* vbi, quod in Clerico est pœna depositionis,*c.ad falsariorum,de crim.falsi.*& vide apost.ad Rom. *in ver. falsi,* quæ dat plures concord.†Si vero aperit, vt ipse legat, 3
non vt aduersario ostendat, non incurrit pœnam falsi, sed pœna extraordinaria puniri debet.Roman.*d.consil.365.in fin.ver.si vero.*† 4
Sed si litteræ intercipiantur, & aperiantur, vt aperientes ineant consilium cum hostibus Principis, tunc pœna est criminis læsæ majestatis.Rom.*d.cons.365.in fin.ver. aduertendum etiam.*†Amplia; 5
vt quod dicitur de litteris,procedat etiam in eo,qui intercepit,& dissigillauit, & perlegit acta causæ per aliquem iudicem dilposita; punitur enim arbitrio iudicis; item quia si quid contra ea vult opponere,non auditur; item acta,quæ non probabant,contra aperientem probant; item præsumitur, quod malam causam foueat; hæc omnia Roman.*consi..346.In hac causa,num.12.& seq.ver. caterum,* vbi apost.*in ver.non auditur,* dat concord. & apostill.*ad d. consil.Rom.365.in ver.falsi,in fin.* Vide, *Lacerans instrumentum, & Scripturam alienam qua pœna teneatur.Concl.3.*

Litteræ impetratæ per excommunicatum non valent, & quando. Concl.376.

LITTERÆ †impetratæ per excommunicatum super ingressu in 1
religionem operantur, vt licet excommunicatus possit profiteri; tamen quando professio fit vigore litterarum obtentarum ab excommunicato, professio valeat in genere, quoad profitentem,sed non quoad recipientes.Cald.*consil.397.*alias *12.de regular.* †Amplia, vt imo translatio facta de regula ad regulam vigore lit- 2
terarum Apostolicarum obtentarum ab excommunicato sit nulla,*c.1.de rescriptis,lib.6.*Calder.*d.consil.397.in fin.* alias *12. de regular.* Vide, *Excommunicatio operatur multa. Concl.455.*

Litteræ Principum quando non valeant tanquam subreptitiæ. Concl.377.

LITTERÆ†Principum,quæ facti faciem non continent,neq; 1
causam exprimunt,qua expressa non emanassent,non valent. *c.super eo, de cohabit. cleric. c.dilectus filius.* ibi Abb. & Dd. *in c.ad audientiam,de rescript.* Bald.*in l.præscriptione, ver. ad concord.adas istas opiniones.C.si contra ius,vel vtilit. public.* Oldr.*consil.22. Ad quæstionem, in fin.*refert,& sequitur Alexand.*consil.114.Ponderatis ijs,col.2.n.3.& seq.ver.vnde dicit Bald.lib.1.* Vide, *Subreptio reddit gratiam nullam.Concl.722.cum multis seqq.*

Litigiosus repellitur à multis,& quando non. Concl. 378.

LITIGIOSVS†seu litigator continuus, & litium redemptor, 1
repellitur à testimonio,& ab accusatione.Rom.*sing.318.Nunquid redemptor litium,* vbi apostill. allegat multos concord. Corset. *sing.13.in ver.testis,num.1.* Vide, *Rixosus repellitur in multis. Concl.356.*
†Limita; quia bene potest accusare facilis litigator, sicuti 2
potest adulator.Roman *sing.738. An adulator.*

Litis

Litis, quæstionis, & controuersiæ appellatione quid veniat. Concl. 379.

1 LItis†appellatione venit controuersia iudicialis, *l. causas, vel*
2 *lites. C. de transact.* Corn. *consil. 267. In hac consultatione, n. 18. ver.*
3 *& licet appellatione, lib. 4.*†Et lis dicitur ante, & post litem contesta-
4 tam. Castr. *consil. 303. Glossæ iuris, in pr. lib. 2.*†Contrarium ex mente
Bart. dicit idem Castr. *d. consil. 303. lib. 2.*†Extende; qa litis nomen
importat omnem actionem tam personalem, q̃ realem, *l. litis no-*
5 *mine ff. de ver. signif.* Abbas *consil. 43. Videtur primo, nu. 1. ver. item facit,*
6 *fil. 1.* vbi, quod actio est jus, *Instit. de act. in princ.*†Declara; quia litis
motæ appellatio sonat in factum, sed litis mouendæ, vel q̃ mo-
ueri potest, sonat in jus, ita Abb. *d. consil. 43. n. 1. ver. item pondera, lib.*
6 *1.* vbi, quod illud verbum, *Possent*, intelligitur de jure.†Causæ ap-
pellatione continetur tam ante litem, quam post; quia terminus
magis generalis est, q̃ terminus litis, *in d. l. causas, in fin. C. de transact.*
7 †Controuersiæ appellatione venit iudicialis, & extrajudicialis.
8 Corn. *d. consil. 277. num. 18. lib. 4. l. sed & si lege §. si ante. ff. de pet. hæred.*
Castren. *d. consil. 303. lib. 2.*†Imo quod proprie dicitur quæstio, vel
9 controuersia ante litem contestatam. Cast. *consil. 303. circa med. ve.*
quamcunque, lib. 2.†Quæstio an intelligatur de judiciali, vel extra-
judiciali, dubium esse dicit Corn. *d. consil. 267. n. 18. lib. 4. v. verbum*
autem quæstio, vide Bart. & distingue, vt per eum *in l. amplius non pe-*
tit, vol. 2. ff. rem ratam hab. quia aut profertur à lege, aut ab homine.
10 †Differentia intelligitur tam de judiciali, quam extrajudiciali.
11 Corn. *d. consil. 267. n. 18. lib. 4.*†Causa nunquam dicitur subesse,
nisi lite contestata. Bald. *consil. 150. Casus actualiter, n. 2. ver. & simili-*
ter respondetur, lib. 2. Castr. *d. consil. 303. Glossæ iuris, in princ. lib. 2.* vbi
infert ad statutum, quod causæ Aduocatorum absentium sint sus-
pensæ; quia non veniunt illæ, in quibus lis non est contestata.
12 Contrarium†dicit Bart. quod lis non dicitur, nisi post contesta-
tionem; causa autem dicitur ante, & post contestationem. Castr.
13 *d. consil. 303. lib. 2.* Jas. *in d. l. causas, in fin. C. de transact.*†Discordia di-
citur ante litem contestatam, glos. *in c. ex parte, de ver. signif. c. Pi-*
14 *sanus, de restit. spol.*†Effectus est; quia si statutum dicat, quod de a-
liqua causa non possit fieri compromissum in iudicem ordina-
num, non habebit locum in q̃stione, & controuersia, quin possit
fieri compromissum tanquam in arbitratorem; quia statutum de
eo loquens non extenditur ad aliud. Castren. *d. consil. 303. in fin.* vbi
ponit alias quæstiones, *lib. 2.*

Litis pendentia ex quibus inducatur, & qualiter probetur. Concl. 380.

1 MOTIO,†seu pendentia litis quoad ambas partes inducitur
p̃ litis contestationem, ideo licet ante litis contestationem
dicatur lis, non tamen dicitur lis mota, neq; à reo aliqd petitum;
quia libellus porrigitur judici; ideo reus non est in mora ante li-
tem contestatam. Bald. *consil. 150. Casus actualiter, n. 1. in fin. & seq.*
ver. non obstat secundum motiuum, lib. 2. & istud est regulare, quod vbi
sola citatio de Jure Canonico inducit litis pendentiam, de Jure
Ciuili requiritur litis contestatio. Sign. *consil. 5. Cum inter. n. 2. in fin.*
& n. 3. ver. secundo probat. Abb. *consil. 110. In causa Hospitalis, col. fin. ver.*
2 *restat examinare, lib. 2.*†Amplia; quia libellus Principi porrectus,
vel rescriptum, & decretum Principis, habet effectum pendentiæ
litis, *l. 1. C. quando libellus Principi*, quod intelligit Bald. quando
ad instantiam partis est rescriptum concessum; secus, si motu p-
3 prio. Bald. *consil. 490. Dominus Mediolani, circa fin. lib. 5.*†Declara to-
tam hanc materiam; qa litis pendentia quoad actorem inducitur
ex sola commissione, vel ex decreto de citando, licet nondum de-
ueneritad notitiam rei, sed quoad reum requritur notitia citatio-
nis, *dem. 2. vt lit. pend.* ita Rom. *consil. 330. Circa primum, col. 2. n. 2. ver.*
illud autem certum est, vbi plena apost. *in ver. loquitur*, dat plurimos
4 conc.†Et ideo q̃ obtinuit causam committi, non dicitur amplius
pacificus possessor, nec gaudet beneficio regulæ de triennali, qui a
quoad ipsum lis dicitur pendere, d. apost. ad Rom. *consil. 330. in ver.*
loquitur, quæ allegat Rotam Romanam ita tenere, vide eam. Am-
5 plia,†quia litis pendentia inducitur ex sola legitima citatione ex-
equuta contra reum, etiam quoad ipsum reum & dicitur legiti-
ma; q̃n à judice competente est emanata, & legitime exequuta,
& continet tale quid, per quod citatus instruitur. *c. cum lite, vt lite*
6 *pend.* Guido Pap. *dec. 488.* Abb. *consil. 98. in casu, in princ. lib. 1.*†Ex-
tende; quia paria sunt, q̃ pendeat judicium, vel quod fuerit facta
intimatio, vel citatio, vt alienatio postea facta dicatur dolosa, &
7 causa mutandi judicij. Dyn. *consil. 24.* q̃ declarat per tot.†Extende,
vt, procedat, etiam si judex, q̃ decreuit citationem, haberet jurisdi-
ctionem elidibilem per exceptionem oppositam contra rescri-

ptum, vel contra personam judicis. Card. Zabar. *consil. 10. Iacobus*
exequutor, n. 4. ver. sed respondeo.†Extende; quia quoad hoc, vt litis 8
pendentia operetur nihil nouari in præiudicium litis, sufficit ci-
tatio specialis à judice competenti emanata, & exequuta, q̃ red-
dat certum citatum de ijs, q̃ petuntur, vel citatio generalis, quan-
do citatus comparuit, & certus factus est de petitis. Abb. *d. consil.*
98. in princ. lib. 1.†Extende, vt procedat, etiam si facta diligentia de 9
citando reo personaliter fuit citatus juxta formam *clem. causam. §.*
fin. de elect. qui tex. procedit in omni citatione, & intimatione, quæ
personaliter fieri non potest. Card. Zab. *d. consil. 10. n. 4. & seq. ver.*
ijs tamen nõ obstantib.†Restringe, vt nõ ꝓbetur litis pendentia quo 10
ad reum citatum, & si nuncius referat se illum citasse ad domum
habitationis citati in tali loco; qa personaliter reperire non po-
tuit, quando citatus vellet probare, quod ipso tempore citationis
non habitabat in loco, vbi fuit exequuta, sed alibi habebat domi-
cilium, quia nuncio non creditur in hoc. Card. Zab. *d. consil. 10. per*
tot. maxime *à num. 5. vsq; in fin.* vbi late, quando, & de quibus nun-
cio creditur. Vide, *Num. 10 non creditur extra officium suum. Concl. 155.*
Contrarium†tenet Fulgos. *consil. 76. n. 2.* & vide, an citatio valeat, 11
& credatur nuncio, ꝙ ad domum habitationis citauerit, etiam si
ignoret, an ibi habitet *in ver. Citatio ad domum, quando sufficiat, vel*
non. Conc. 249.†Restringe, quando non fuit personaliter exequu- 12
ta, neq; secundum formam juris, *d. clem. causam, de elect.* quia non
inducit pendentiam litis. Card. Zabar. *d. consil. 10. n. 5.*†Restringe, 13
quando non fuit seruata forma tradita ab ipsa citatione; quia ex-
equutio est nulla. Card. *d. consil. 10. n. 5.*†Restringe; quia lis non 14
dicitur pendere contra citatum ad certum diem ante illũ diem,
ideo si decedat citatus ante diem ad comparendum, res dicitur
integra, & in materia pœnali non transit pœna ad hæredes citati.
Signor. Homod. *consil. 5. Cum inter Gabrielem, n. 2. in fin. & seq. ver.*
secundo probat.†Idem; quia judex delegatus non erit judex contra 15
hæredem citati, qui mortuus est ante terminum ad comparen-
dum. Signorol. *d. consil. 5. n. 2. in fin. & n. 3.* Vide, *Rescriptum de vno non*
extenditur ad aliud. Concl. 213. Vide omnino Guido. Pap. *dec. 337. post*
med. & dec. 379. ad fin. Ang. *in rub. C. de in ius voc.* Ant. de Butr. *in c. 1.*
16
vt lit. pend. vbi, quod hodie litis pendentia ad effectum litigiosi in
reali requirit litis contestationem, licet de jure Canonico suffi-
ciat citatio sola legitime facta, & etiam de jure Ciuili sufficeret
oblatio libelli.†Declara totam istam materiam; qa lis proprie, & 17
vere dicitur pendere, quando fuit facta litis contestatio; sed ta-
men multi sunt casus, in quibus etiam lis dicitur pendere, & ori-
tur vitium litigiosi ante litem contestatam; ita incertus author
post regulas Soc. *Reg. 3. Lis proprie dicitur*, vbi ponit plures casus, in
quibus ex sola citatione inducta est lis, & vitium litigiosi.†Limi- 18
ta; qa ex sola ptestatione nõ introducitur lis, neq; pendentia litis
causatur, sed requritur, ꝙ quis adeat judicem ad effectum agendi,
& petendi aliquid, & habendi litem super eo, quod petitur parte
citata, Pract. Papien *in forma respons. rei, super ver. exceptionem litis pen-*
dentiæ, vbi ponit quinque exempla, ex quibus inducitur litis pen-
dentia, & sequitur Guido Pap. *d. dec. 337. in fin.* & quod protestatio
non inducat litis pendentiam; quia protestans non agit, neque
excipit. Host. *in c. cum dilectus, in fin. extra, de ord. cognit.*†Probatur li- 19
tis contestatio ex confessione partis allegantis lapsum instantiæ,
vel quid simile, ꝙ litem fuisse contestatam ꝑsupponit. Bald. *consil.*
150. Casus actualiter, n. 1. in fin. ver. non obstat secundum motiuum, lib. 2.

Litis pendentia operatur multa, & quando secus. Concl. 381.

REr†litigiosę alienatio facta pendente lite est nulla, & habetur 1
ꝑ non facta, & officio judicis venit reuocanda. Bart. *in l. chiro-*
graphus, in fin. ff. de admin. tut.†Extende; qa si pendente lite fiat alie- 2
natio rei litigiosæ, sententia lata contra reum alienantem potest
exeq contra tertium, q̃ emit pendente lite absq; alia citatione, vel
processu. Castr. *in l. certa. C. vt in poss. legat. & in l. 1. C. de alien. iud. mut.*
causa, vbi Cyn. & facit *l. fin. C. de litig.* Vide, *Exequutio sententiæ latæ in*
personali, vel reali quando possit exequi cõtra tertium. Concl. 488. Exten-
de;†, quia intrusus pendente lite in beneficio non auditur, nisi 3
Castr. *d. consil.* 402. *n.* 2. *ver. quarto, lib.* 1. † Quinto, quod fiat p verba 21
communiter fieri solita, *nego narrata, & nego fieri petita.* Castr. *d. consil.* 402. *n.* 2. *ver. quinto, lib.* 1. † Ultimo, q procedat libellus; quia re- 22
sponsio articulis non inducit contestationem. Castr. *d. consil.* 402.
n. 2. *in fin. ver. vltimo, lib.* 1. † Septimo requiritur præsentia eius, con- 23
tra quem proceditur ordinarie; quia contra absentem non fit litis contestatio, nisi statutum hoc disponat, vel lex, puta si mandatur, quod contra absentem possit ferri sententia diffinitiua; quia contumacia habet vim litis contestationis. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. contumacia.* † Octauo requiritur ad hoc, vt induca- 24
tur litis contestatio, quod actor, qui fecit citare, comparuerit in iudicio ad illum actum accusando contumaciam rei; quia licet reus præsens citatus millies sit in mora, & contumacia, quia nunquam comparuit, per quæ in eius odium litis contestatio induceretur; tamen illud intelligitur, si actor ipse comparuit, plene Alex. *consil.* 100. *Discussis, n.* 5. *& seq. ver. quod autem, lib.* 5. vbi apostill. *in ver. incusauit*, & Alexan. loquitur etiam in causa statuti, quod reo citato, & contumace lis habeatur pro contestata. Vide, *Contumax est deterioris conditionis in multis. Concl.* 1028.

Litis contestatio à quibus fiat, vel non. Concl. 391.

LITIS † contestatio fieri debet ab eo, contra quem porrigitur li- 1
bellus, non ab alio; ideo licet tertius, contra quem non dirigitur libellus, compareat, & neget contenta in libello, non erit propterea lis contestata, vt ad vlteriora procedi possit. Castr. *consil.* 291. *Visis ijs, quæ, col.* 2. *ver. præterea, n.* 1. *lib.* 1.

Litis contestationis robur quæ habere dicantur. Concl. 392.

LAPSVS † biennij post promissam dotem marito habet vim 1
contestationis lis; ideo maritus consequi debet damna, & seu alimenta post lapsum biennii à quolibet extraneo, sicut haberet si litem esset contestatus. Bald. *consil.* 94. *Vtrum maritus, lib.* 1. † 2
Juramentum habet vim contestationis litis. Rota *in nouiss. dec.* 8. *in*
3. *vol. lib.* 1. † Libellus Principi porrectus habet vim contestationis 3
litis, *l.* 1. *& 2. C. quando libellus Principi oblatus.* † Primus actus, qui fit 4
in causa, in qua non requritur litis contestatio, habet vim litis contestationis. Rom. *cons.* 174. *n.* 5. *in fi. ver. quod autem.* Alex. *consil.* 147.
Visis, nu. 10. *ver. non obstat, lib.* 6. † Contumacia habet vim contesta- 5
tionis litis in causis, in quibus potest procedi ad sententiam diffinitiuam contra absentem; quia ex quo litis contestatio in causa ordinaria requirit præsentiam, & non potest ferri sententia, nisi lite contestata, sequitur, quod censetur dispensatum sup litis contestatione, vt contumacia sit loco litis contestationis. Bart. *in extrauag. ad reprim. in ver. contestata*, vbi apost. *in ver. l. absentem.* † Mora 6
commissa in lite contestanda habet vim litis contestationis, *l. si eum, § qui iniuriarum, in fin. ff. si quis cautio.* Alex. *consil.* 100. *Discussu, in princ. lib.* 5. vbi apostill. *in ver. contestatæ*, dat concord. & dicit* com- *
munem. † Amplia, quia isti actus habentes vim contestationis li- 7
tis operantur eosdem effectus pro vtraq; parte, quos operatur litis contestatio. Bart. *d. extrau. ad reprim. in ver. contestata, in fin.*

Litis

Litis contestatio præsumitur, & quando secus. Concl. 393.

1 LItis†contestatio debet præsumi ex sententia lata in dubio, licet de ea non fiat mentio in sententia; quia est solennitas intrinseca, q̃ præsumitur. Bart. *consil.* 98. *Apparet sententia, in princ. lib.* 1.
2 †Contrarium dicit Bart. *d. consil.* 98. *in princ. ver. sed contra dicendum. lib.* 1. ea ratione; quia litis contestatio debet scribi, & redigi in scriptis; cum ergo in ꝓcessu non appareat, insurgit præsumptio fortior, q̃ non interuenerit, ergo debet probari, & hanc veriorem
3 affirmat, & dicit *c. quoniam contra, de probat.* †Amplia; quia bene præsumitur, q̃n in sententia fuit facta mentio, *visa litis contestatione*
4 * hic †Contrarium tenent multi, & hanc communem * dicit Ruin.
5 *consil.* 69. *n.* 6. *lib.* 1. †Declarat Bart. recitatis opinionibus hinc inde reducendo ad concordiam omnes opiniones *d. consil.* 98. *Apparet sententia, n.* 3. *vsq; in fin. ver. secundo est videndum, lib.* 1. q̃ sententia lata contra absentem nullo modo probat litis contestationem, q̃ non apparet scripta in processu per *l. ne in arbitris. C. de arbitr. circa fin.* & hoc modo dicit, q̃ potest procedere glos. *in c. quoniam contra, de probat.* nisi vno casu, q̃n pars absens sciuit latam sententiam, & in
6 tra 10. dies non appellauit. †Si v. sententia est lata parte præsente, contra quam etiam si quidem pars contradixit expresse, non præsumitur contestatio litis; & idem est in eo, qui erat præsens, & tacuit, si postea intra 10. dies contradixit; si autem fuit præsens, & non contradixit intra decem dies, sicuti censetur tacite approbasententiam; ita ét litis contestationem in ea narratam, & multomagis, si expresse ratificaret. Bart. plene *d. consi.* 98. *num.* 3. *ver. aut parte præsente, vsq; in fin. lib.* 1. & idem tenet Castillio. *consil.* 24. *n.* 38. vbi, quod licet non potuerit interuenire in actu sententiæ; valet tamen in vim confessionis, & per omnia cum Bart. concord. Ant.
7 de Butr. *consi.* 24. *n.* 6. †Vide tamen eundem Bart. *d. consil.* 98. *in fin. ver. secundo principaliter, lib.* 1. vbi videtur prædicta reducere ad nihilum, quia excepto casu, quando de expresso consensu sententia fuit ratificata; quo casu resultat confessio, & probatio in aliis casibus, in quibus resultat præsumptio, dicit, q̃ transfert onus probandi negatiuam, q̃ probatur eo ipso, quod in processu non reperitur, quod an sit verum, dubito, per ea, q̃ dicit Castillio. *d. consil.* 24. *num.* 38. quod ex taciturnitate oritur tacita confessio lapsis de-
8 cem diebus. †Amplia; quia animus contestandi litem in dubio præsumitur tam in actore, quam reo, & quando secus. Vide Socin. *Reg.* 24. *Litem contestandi animus*, vbi limitat duobus modis.

Litis contestatio requiritur ad hoc, vt diffinitiua sententia ferri possit, & quando secus. Concl. 394.

1 LItis†contestatio requiritur ad hoc, vt diffinitiua sententia ferri possit; quia est principium, & fundamentum iudicii. Oldrad. *consil.* 12. *Quæstio est prima, in princ.* Gemin. *consil.* 145. *in fin. n.* 1.
2 *ver. vnde secundum Canones*, & est lapis angularis, vt infr. †Et est de substantia iudicii, *l. prolatam. C. de sent.* Alex. *cons.* 76. *In causa, & lite, lib.* 7. †Extende, q̃ alias sententia lata, lite non contestata, & non dato libello est nulla. Bald. *consil.* 362. *Quanquam super, n.* 3. *in fin. ver.*
4 *sed dicendum est, lib.* 3. † Item in tantum est nulla, vt licet sententia dicatur transiuisse in iudicatum, q̃ fatalia nullitatis sunt deserta, fr ex processu constat, quod his non fuit contestata, non debet exequi. Bald. *cons.* 225. *In causa vertente, lib.* 5. *in princ.* †Extende in tantum requiri litis contestationem, vt si feratur sentencia lite non
5 contestata, nec habita ꝓ contestata, dicatur nulla; quia litis contestatio est de substantia iudicii. Bart. *in d. l. prolatam. C. de sent. & in-*
6 *terloq. omn. iud.* Dec. *consi.* 302. *col.* 2. †Et dicitur litis contestatio lapis angularis iudicii. Abb. & Bald. *in c.* 1. *de litis contest.* sequitur Rip. *in rubr. de iud. nu.* 46. ideo eius omissio solet vitiare totum processum. *c. dadum. il secondo*, & ibi Abb. in 2. *not. de elect. c. vnico, de litis*
7 *contestat.* Alex. *consil.* 2. *col.* 2. *lib.* 3. †Et satis dicitur constare de lite non contestata, q̃n non apparet in processu, *c. quoniam contra, de ꝓbat.* Dec. *d. consil.* 302. *n.* 5. Vide Soc. *in Reg.* 22. *Lite non contestata*, vbi ponit hanc regulam, & limitat octo modis, in quibus potest per-
8 uenire ad diffinitiuam lite non contestata. † Amplia, etiam si agatur pro crimine, dummodo ad instantiam partis; quia est necessaria litis contestatio. Oldra. *consil.* 278. *n.* 4. †Declara tamen, quod primus actus, qui fit ad dandum initium iudicio, habet vim contestationis litis, prout in iuramento calumniæ in termino ad probandum allignato, & similibus. Lap. *alleg.* 113. *n* 2. *& 3. ver. sed non est*
10 *dubium.* †Amplia; quia litis contestatio, & libellus requiritur in omnibus iudiciis etiam super interdictis possessoris. Bald. *consil.*
11 361 *n.* 2. *circa med. lib.* 3. Castr. *consil.* 402. *Viso processu. n.* 2. *lib.* 1. †Declari, vt procedat, quando sententia diffinitiua expectatur; quia si pars se opponit etiam in iudicio, vt turbans desistat à turbationibus, requiritur litis contestatio, & libellus. Bald. *consil.* 338. *Præmittendum est, num.* 4. vbi dicit * communem. *lib.* 5. †Amplia; quia * 12
in causis, in quibus requiritur litis contestatio, si non est facta, ꝓbationes sunt nullæ; quia regula est, quod probatio non fit, nisi lite contestata. Angel. *consil.* 161. *num.* 2. *ver. nec obstat.* Alex. *consil.* 76. *In causa, & lite, in princ. lib.* 7. *& in fin.* Vide Conclusionem proxime
sequentem. †Extende; quia processus irritus debet pronunciari 13
lite non contestata. Cum. *consil.* 71. *Viso processu, in princ.* Castr. *d. consil.* 402. *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *d. consil.* 76. *in prin. lib.* 7. †Extende, quia iudex 14
debet alterum de duobus facere, vel absoluere reum ab obseruatione iudicii; quia est processus nullus lite non contestata factus, vel debet absoluere diffinitiue; quia factæ probationes lite non contestata, non releuant. Alex. *d. consil.* 76. *in fin. ver. ex istis infertur, lib.* 7. Rol. à Vall. *consil.* 31. *n.* 21. *& seq. lib.* 1. †Restringe, nisi ꝓbatio- 15
nes essent super aliquo incidenti, vel sup exceptione opposita ad impediendam litis contestationem; q̃a tunc potest fieri lite non contestata. Ang. *d. consil.* 161. *Viso puncto. col.* 3. *n.* 2. *ver. nec obstat, quod probationes.* †Limita in causa appellationis; quia non est necessaria 16
litis contestatio. Oldr. *consil.* 12. *n.* 2. *ver. & quia priuilegium*, vbi, quid in causa nullitatis, & supplicationis, & restitutionis in integrum, vbi disputat, an sint eadem cum appellatione, & quod in causa appellationis non requiratur litis contestatio. Oldr. *consil.* 320. *n.* 4.
ver. non obstat etiam. Rom. *consil.* 174. *n.* 4. *ver. secundo quia.* Vide, *Appellationis causa an sit eadem cum principali Concl.* 395. †Declara; quia 17
in causa appellationis non requiritur litis contestatio, quando ꝓceditur contra absentem; secus si inter præsentes; quia requiritur litis contestatio. Fulg. *consil.* 165. *In quæstione proposita, in princ. ver. nec quem moueat, & n.* 3. Castillio. *consil.* 34. *n.* 5. Vide Soc. *Reg.* 23. *Lite non contestata in causa appellationis ad sententiam diffinitiuam peruenitri pot.:st*, vbi ponit duas restrictiones. †Limita, quod bene potest ꝓ- 18
cedi lite non contestata ad mulctandum contumacem. Oldrad. *d. consil.* 12. *ver. tamen officium, n.* 7. †Limita; quia litis contestatio licet 19
requiratur etiam, quando pro crimine agitur ad instantiam partis; secus tamen est, si procedatur ex officio; quia non requiritur. Oldr. *consil.* 278. *n.* 4. *ver. super quarto.* Geminia. *consil.* 145. *circa princ. ver. sed forte*, vbi, quod quando proceditur per viam inquisitionis, potest ferri sententia, lite non contestata. † Limita in causa sum- 20
maria; quia contestatio litis non est necessaria, licet sit necessaria contumacia, vt sit legitime citatus is, contra quem fertur sententia. Gemin. *consil.* 145. *in fin. n.* 1. *ver. nec obstat.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura. n.* 10. *ver. item an sit lis*, vbi, quod est de jure ciuili, ideo censetur sublata, & statim, quod contra petitionem opponitur, talis actus habetur pro contestatione, & quod exceptiones, articuli, vel positiones, & primus actus, qui fit, habet vim contestationis, & ibi apost. *in ver. merita causarum.* Vide, *Summaria* 21
causa habet multa specialia, & quæ. Concl. 891. †Et quod in causa summaria non requiratur litis contestatio. Alex. *consil.* 181. *In causa, & lite, n.* 7. *ver. primo quia, lib.* 6. †Extende, quia in causa exequutiua, 22
puta exequutionis rei judicatæ, non requiritur litis contestatio; quia est summaria. Alex. *d. consil* 181. *n.* 7. *lib.* 6. †Declara; q̃a bene 23
requritur petitio, & sine petitione iudicium est nullum, & dari debet reo absolutoria ab obseruatione iudicij cum condemnatione actoris in expensis. Cum. *consil.* 86. *Quamuis de iure. n.* 3. *vsq; in fi.* Vide, *Litis contestatio requiritur in omnibus causis. Concl.* 389. *nu.* 6. *& seq.* †Limita; quia non requiritur litis contestatio in causa beneficia- 24
li, *c. quoniam, §. porro, vt lit. non contest.* †Limita ét in causa expensarum in causa beneficiali; quia q̃n reus sé tuetur solum occasione 25
expensarum in causa beneficiali, dicitur causa beneficialis, & non requiritur litis contestatio. Oldr. *consil.* 320. *n.* 5. *ver. nec obstat.* †Li- 26
mita in causa matrimoniali, in qua potest procedi lite non contestata. Oldr. *d. consil.* 320. *in fin. n.* 7. *ver. præterea in causis, in quibus.* †Li- 27
mita; quia causa dotis, cum sit summaria, non requirit litis contestationem, *clem. dispendiosam, de iudic. iuncta clem. sæpe, de verborum signif.* ita Roman. *consil.* 174. *n.* 4. *ver. quod primo probatur.* †Limita in 28
causa depositi; quia non requirit litis contestationem; quia est summaria, & exequutiua. Roman. *consi.* 174. *n.* 4. *ver. tertio quia.*
† Limita; quia non requiritur, quando per modum excipiendi 29
quis proponit aliquid. Alexand. *consil.* 82. *Viso processu, nu* 11. *& seq. ver. non obstat etiam, lib.* 3.

Litis contestatione facta, est locus probationibus, & non ante. Concl. 395.

1 PRobatio†facta ante litis contestationem non releuat, *c. quoniam frequenter, vt lite non contestat.* Castr. *consil.* 291. *Visis iis, quæ, num.* 2. *lib.* 1. †Extende; quia iuramentum, quod præstatur, vel fit 2
ad ꝓbationem, si fiat ante litem contestatam, non releuat. Alex.

consil.

3 *consil. 2. col. antepen. lib. 2.* † Amplia; quia lite non contestata testes
☞ examinari regulariter non possunt, & quando secus. Vide Socin.
Reg. 25. Lite non contestata testes regulariter, vbi limitat 14. modis.

Litis contestationem quæ præcedere debeant, & quæ non. Concl. 396.

1 LEGITIMATIO † personarum actoris, & rei debet fieri ante litem contestatam, maxime parte opponente, & impedit litis contestationem fieri posse. Bart. *consil.* 185. *Deodauit, lib. 1. p*
2 *tot.* vbi apost. 1. dat concor. † Extende; quia omnis exceptio respiciens iurisdictionem, an sit iudex, vel non, debet probari ante litem contestatam; ideo si statuto disponitur, q̃ pro omni iniuria illata fteatur iuramento iniuriam passi, & acculatur forensis q̃ negat, debet constare plene de iniuria; quia ex ea oritur iurisdictio,
3 apostill. ad Bart. *d. consil. 185. in ver. Deodauit, in fi. lib. 1.* † Item si quis conuenitur ratione contractus in loco, vbi conuenitur, si declinet, ante omnia, debet constare de contractu in loco, & iudex ꝓnunciabit se competentem. Jo. And. Franch. & alii *in c. Romana, 8. contrahentes, de foro compet. in 6.* sequitur apost. ad Bart. *d. consil. 185. in*
4 *ver. Deodauit. in fin.* & Bart. *in d. consil. in fin.* idem dicit. † Restringe; quia respicientia merita causæ, prout, *Testator non potuit testari*, vel similia, examinantur post litem contestatam. Bart. *d. consil. 185. n. 3.*
5 *ver. sed exceptiones, lib. 1.* † Item si agatur de persona, *Tu non es procurator, non potes petere, non es Prælatus, tua non interest, es infamis*, & similia, quia examinantur post litem contestatam, apost. illa ad Bartol. *d. consil. 185. in ver. de persona, lib. 1.*

Litis contestatio operatur multa. Concl. 397.

1 LITIS † contestatio operatur, quod procurator efficitur dominus litis, ita vt non possit reuocari. Oldr. *consil. 130. Omni prolixitate, n. 2. ver. nam potestas.* Alex. *consil. 147. Visis, n. 10. ver. non obstat,*
2 *lib. 6.* vbi apost. *in ver. causæ*, citat Alex. *d. consil. 50. n. 7. lib. 2.* † Extende; quia idem operatur primus actus, qui fit in causa summaria, in qua lis non contestatur. Alex. *d. consil. 147. n. 10. ver. non obstat, lib.*
3 *6.* † Amplia etiam, quod mandatum non finitur morte mandantis post litem contestatam cum procuratore. Oldr. *consil. 130. n. 4.*
4 *ver. solus ergo actus.* † Et quod potest substituere procuratorem, et si ipse esset substitutus, vel alias non posset substituere; quia tanq̃ dominus litis hoc facere potest. Oldr. *d. consil. 130. n. 5. ver. solus ergo*
5 *actus.* † Amplia; quia præcludit viam opponendi exceptiones dilatorias; qa debent opponi ante litem contestatam, vel habitam
☞ pro contestata. Gemin. *consil. 58. in princ. ver. in contrarium.* Vide, *Ex-*
6 *ceptiones dilatoriæ quando sint proponendæ. Concl.* 390. † Amplia; quia litis pendentia inducitur ex litis contestatione; ideo ante contestationem litis lis non dicitur pendere respectu rei, nec dicitur ab eo aliquid petitum, nec dicitur constitutus in mora tanq̃ interpellatus. Bald. *consil. 150. Casus actualiter, n. 2. ver. ex quo apparet, lib. 2.* vbi, quod bene dicitur lis ante contestationem, sed non dicitur
☞ lis mota. Vide, *Litis pendentia ex quibus inducatur, & qualiter probetur.*
7 *Concl.* 380. † Amplia; quia exciudit reuocationem attentatorum per viam attentati, & restitutionem spoliati, si is, qui prætendit spolium, vel attentatum, fuit contestatus litem in negotio principali; quia debet expectare finem totius negotii principalis. Bald.
consil. 245. Proponitur, quod fuit, n. 2. ver. secundo præmitto, & nu. 3. ver.
8 *tertio præmitto. lib. 2.* † Amplia; quia tollit, & extinguit facultatem, quam habet debitor soluendi vnum pro alio, vt sit tenetur soluere decem in melle, vel in alia specie, quæ non est in obligatione, sed in facultate soluendi, si debitor patitur contestationem litis, tenetur ad id, quod est in obligatione. Bart. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, n. 2. ff. de solut.* vbi *in fi. n. 6.* limitat in obligatione legali.
☞ Vide, *Debitor quando possit soluere id, q̃ est in obligatione, vel in facultate*
soluendi. Concl. 53. Vide, *Libellus alternatiuus, & contrarius procedit, &*
9 *quando secus. Concl.* 313. † Extende, vt idem sit in adiecto solutioni; quia per litis contestationem tollitur adiectus. Bart. *d. l. si stipulatus*
☞ *fuero decem, in fin. ff. de solut.* Vide, *Adiecti potestas quibus modis finiatur.*
10 *Concl.* 180. † Extende; quia is, qui debet centum, si condemnatur ad decem, & si non soluerit, tenetur ad centum debita per contestationem litis, quam patitur, dicitur non soluisse, & teneri ad
11 centum. Bald. *consil.* 485. *Casus talis est, in princ. lib. 5.* † Excludit purgationem moræ. Vide, *Mora purgari quando non, &c. Conclusio.* 379.
☞ 12 † Amplia, quia instantiæ dat principium, vt currat. Rom. *consil.* 174.
num. 4. & 5. ver. tertio. Alex. *consil.* 147. *Visis. n. 10. ver. non obstat, lib. 6.*
13 † Amplia; quia sine litis contestatione non potest procedi contra absentem; igitur litis contestatio operatur, quod contra absentem procedi potest. Soc. *Reg. 26. Lite non contestata contra absentem,* vbi limitat quatuor modis. Vide, *Absens an possit puniri, & an possit*
contra absentem iudex procedere, & quando. Concl. 37. † Amplia; quia 14
processus redditur nullus factus lite non contestata. Dyn. *cons.* 48.
In quæstionibus in princ. n. 1. & 2. vbi loquitur, tam in iudicio ciuili, quam criminali. † Extende; quia testes examinati lite non contes- 15
tata non probant. Alexan. *d. consil. 71. In causa, & lite, in princ. lib. 7.*
† Extende; quia probationes factæ ante litem contestatam 16
non valent; ideo instrumenta producta cum libello, nisi reproducantur post litem contestatam, non valent, neq; ꝓbant. Alex.
consil. 3. In causa, & lite, col. 2. in princ. ver. & dato etiam, lib. 2. & plenius
num. 4. ver. aliud etiam aduertendum. vbi idem in iuramento præstito ante litem contestatam, vt non releuet ad ꝓbationem, & iterum Alex. *consil. 37. Viso, n. 4. in fin. & n. 5. ver. nec tua affert. lib. 2.* vbi post.
in ver. reproducatur, dat concord. † Excludit correctionem libelli; 17
quia clausula, *Saluo iure addendi, & minuendi*, durat duntaxat vsque ad litis contestationem. Fulg. *consil. 138. In quæstione, & causa, num. 1.*
ver. sicut dicitur. † Idem in facultate soluendi aliud pro alio, quan- 18
do ex dispositione hominis vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi; quia illud, quod est in facultate, potest solui vsque ad litem contestatam, postea non, vide Bart. & alios *in l. si quis*
stipulatus fuerit decem in melle, ff. de so. ut. † Amplia; quia præscriptio 19
interrumpitur per litis contestationem veram, vel fictam. Alex.
consil. 100. Dicitur, in princ. lib. 5. † Amplia; quia actionem perpe- 20
tuat, & facit transire ad hæredes. Alexan. *d. consil. 100. in princ. lib. 5.*
† Extende; quia perpetuat actionem, & interrumpit præscriptio- 21
nem, *l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* vbi, quod reducit omnem præscriptionem ad 40. annos. Rom. *consil. 174. Amplissime Doctor,*
n. 5. in fin. ver. secundo probo, vbi apostill. *in ver. mota*, dat concord. † Et 22
procedit etiam in præscriptione decennali; quia si contestatur lis, perpetuatur actio vsq; ad 40. annos, & procedit, etiam si esse-
mus in præscriptione statutaria contra ius commune, puta, quod omnis præscriptio personalis sit ad 10. annos, quia licet sit contra ius commune; tamen idem operatur litis contestatio, apostill. ad
Alex. *consil. 227. Ponderatis, n. 4. in ver. contrarium, lib. 6.* vbi citat plures. † Contrarium in casu statuti correctorii iuris communis dicit 23
Alex. *d. consil. 227. n. 4. lib. 6.* quia tale statutum correctorium non recipit interpretationem à iure communi. † Amplia; quia bonæ 24
fidei possessor conuentus post litis contestationem efficitur malæ fidei, & potest condemnari post litem ad fructus. Bart. *in l. 2. C.*
de fruct. & lit. expen. Alex. *consil. 90. In causa, & lite, in fin. lib. 2.* † Am- 25
plia; quia litis contestatio operatur, quasi contractus; ideo licet contra absentem non possit ꝓcedi ad sententiam, secus est, si fuit lis contestata; quia poterit procedi contra absentem, & contra hæredem eius, qui fuit litem contestatus. Bart. per illum text. *in l.*
3. §. idem scribit. ff. de pecul. vbi, quod valet argumentum de quasi contractu ad verum contractum. † Extende; quia imo etiam in 26
præparatoriis iudicii, licet non sit lis contestata, quasi contrahitur. Bart. *d. l. 3. §. idem scribit, n. 8. ver. sed circa hoc quæro. ff. de pecul.* Vide plenius, *Litis pendentia operatur multa Concl.* 381.

Littus quid sit, & contineat, & quæ licita in littore fieri. Concl. 398.

LITTVS † dicitur quasi elidens quicquid ibi seminatur; & ideo 1
dicimus, littus aratur frustra. est autem littus fluminis ea pars terreni, q̃ aqua hyemalis, vel æstiua calcauit, & decrescente flumine remanet sicca, arenosa, quod remanet publicum, prout flumen est, quia sequitur naturam aluei. Bald. *consil. 463. Quatuor sunt.*
n. 4. ve. secundo videndum, lib. 4. † Littus fluminis publici publicum 2
est, & non licet alicui facere opus, vel clusam, nisi quando ex tali opere non ꝓiudicaretur alicui. Bald. *d. cons. 463. nu. 4.* vbi, q̃ in fluminibus non publicis licitum est in littore facere clusam, & ædificare molendinum, si alteri non præiudicetur, & q̃ ita de consuetudine seruatur. Bald. *d. consil. 463. n. 5. ver. tertio videndum, lib. 4.*

Liuellarii qui dicantur, & quid sit liuellus. Concl 399.

LIVELLARII † appellantur illi, qui habent in conductionem ad 1
tertiam generationem, vel aliud tempus, non à domino, sed à feudatario, vel emphyteuta. Bald. *consil. 251. Nonnulli feudatarij, in pr.*
lib. 1. quia vbicunq; is, qui concedit in emphyteusim, non est dominus, sed ab alio recognoscit in feudum, vel in emphyteusim, contract? est liuellarius secundum comunem* opinionẽ, de qua * 1
Ias. *in l. 1. n. 39. C. de iur. emphyt.* late Ruin. *cons. 168. n. 5. & seq.* maxime
n. 11. & seq. lib. 1. Alex. *consil. 113. Viso, in princ. lib. 4.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 1. in princ.* vbi dicit* communem. † Liuellaria tamen bona * 2
appellat Bald. *consil. 1. lib. 2.* bona emphyteutica ad tertiam generationem

tionem ab ecclesia concessa, & quod cõfundantur ista vocabula; quia liuellus pro emphyteusi sumitur, & è cõtra. Ang. *cons.* 184. *Ex forma, & serie, n. 3. ver. nec est proprie*, & quod ex cõmuni vsu loquen-
3 di confundantur, vt idé Ias. in *d. l. 1. n. 39. C. de iure emphyt.* † Et quod liuellus in effectu non differat à contractu emphyteutico. Bar. in *l. 1. colu. 2. C. de iure emph.* Specul. in *tit. de feud. §. quoniam, verb. quarto.* Card. Zabar. in *c. potuit. extra locati, q. 4. & in cons.* 8. Dec. *consil.* 164. *col. 1. & cons.* 518. *col. fi.* Socin. *cons.* 50. *col. 2. lib.* 4. qui dicit, quod con-
ductio ad longum tempus est similis contractui emphyteutico, & Bald. in *c. querelam, de iureiur.* loquitur in conductore. Ias. in *l. 2. n.*
4 39. *C. de iur. emphyt.* † Declara; quia liuellus, & emphyteusis à pari procedant quoad multa, sed non quoad omnia, ita videtur sen-
tire Alex. *cons.* 120. *Super eo, n. 5. lib. 1.* vbi apostilla in *ver. nostro.* dicit,
5 quod in multis differunt. † In hoc æquiparantur, quia sicuti feu-
datarius, & emphyteuta non potest alienare, neq; in emphyteu-
sim concedere alteri rem feudalem, vel emphyteuticam; ita non
potest sine Domini licentia concedere ad liuellum. Clar. in §. *em-*
phyteusis, q. 5. vbi se remittit ad §. *feudum, q. 33.* & ibi *num. 2. & 3.* dicit
6 * communem. Vide, *Emphyteuta non potest vendere. Concl.* 207. *num.*
121. *& seq.* † Item æquiparantur emphyteusis, & liuellus in hoc
quoad partis rei periculum subeundum; quia sicut non minuitur
canon re diminuta; ita neq; liuellus. Anch. *cons.* 249. *In quæst. quæ*
vertitur, in fi. & fraternizant emphyteusis, & liuellus. Soc. *cons.* 267.
7 *n. 7. lib. 2.* Rui. *cons.* 57. *lib. 5.* Ias. in *l. 1. n. 29. C. de iur. emph.* Cagnol. in
l. 2. n. 206. eod. tit. † Idem quoad inuestituræ renouationem, & cõ-
8 tinuationem. Anch. *d. cons.* 249. *in fi.* † Idem quoad vtile dominiũ
obligandum; vt obligetur duntaxat, donec soluerit liuellũ; quia
non facta solutione cadit in præiudicium etiam anteriorum cre-
ditorum cum hypotheca. Io. de Im. *cons.* 8. *num. 5. & seq. ver. venio ad*
9 *tertium.* † Idem quoad caducitatem ob non solutionem Canonis;
quia ita cadit liuellarius, sicut emphyteuta. Soc. *d. cons.* 167. *n. 7. lib.*
10 2. † Idem quoad caducitatem propter alienationem non requisi-
to Domino, & sine eius licentia. Ruin. *cons.* 57. *lib. 5.* Cagnol. *d. l. 2.*
11 *C. de iure emphyt. nu.* 206. † Idem quoad hoc, quod legari potest li-
uellus, sicuti emphyteusis irrequisito Domino; quia in hoc pro-
* cedunt à pari. Alex. *Cons.* 120. *Super eo, n. 5. lib. 1.* vbi dicit * commu-
12 nem. † Declara; quia differunt in multis, prout apostilla ad Alex.
d. cons. 120. *n. 5. lib. 1. in ver. nostro*, quæ allegat seipsam in aliis locis,
13 quos videre poteris, si licebit. † Liuellarius habet vtile dominiũ,
& naturalem possessionem, & differt à simplici conductore. Ca-
14 stren. *cons.* 157. *Ad primum, n. 3. ver. non tamen negauit, lib. 2.* † Liuellus,
seu concessio ad liuellum proprie dicitur, quando Dominus cõ-
cedit ad liuellum ad renouandum de viginti nouem annis in vi-
ginti nouem annos, vel aliud certum tempus pro certa summa
soluenda, vel certo pretio. Azo in *summa in 10. collat. tit. quib. mod.*
feud. alien. §. item alienauit vasallus, quem refert, & sequitur Ang. *cõs.*
184. *Ex forma, col. 4. nu. 2. in fi. verb. superest, vt videamus.* vbi declarat,
quid importent illa verba, *ad renouandum.* & quæ actio competat,
vt fiat renouatio, idem tenet Ias. in *l. 1. num. 38. C. de iur. emphyt.* vbi,
quod est liuellus, quando debet renouari, plene Ang. Aret. *consil.*
15 46. *Ad decisionem, n. 13. & seq. per tot.* vbi tollit contraria. † Sonat tñ in
perpetuam concessionem liuellus secundum alios. Ias. *d. l. 1. nu. 4.*
C. de iure emphyt. vt quod si res concessa est ad liuellum, intelliga-
16 tur perpetuo concessa. † Proprie autem, & stricte liuellus est, qñ
datur à vasallo, & non à Domino id, quod ipse habet, alteri sub
modica pensione, & ista vocabula promiscue etiam sumuntur.
Angel. *cons.* 184. *n. 3. ver. sed proprie, & stricte*, & ita communiter tene-
* ri per omnes * dicit Iul. Clar. in §. *emphyteusis, q. 1. num.* 2. vbi allegat
Dec. *cons.* 146. *n. 2.* & Paris. *cons.* 77. *n. 12. lib. 3.* Clar. *d. §. emphyteusis, q.*
17 *1. in princ.* † Alio modo distinguit Cuman. *cons.* 7. *Iam pluribus annis,*
n. 3. & 4. ver. sed & illud, vbi, quod proprie liuellus dicitur, quando
fit locatio ad longum tempus ad renouandum, & nihil soluitur
in principio pro locatione, vel inuestitura; si vero aliquid soluí-
18 tur, est emphyteusis, vel æquiparatur, vt idé Fulg. *cons.* 240. † Alio
modo liuellũ ponit Io. de Im. *cons.* 8. *n. 5. & seq. ver. venio ad tertium*,
vt sit concessio facta à laico de bonis laicalibus alteri laico ad
soluendum singulo anno liuellum; & est similis contractus em-
phyteutico; quia cadit, prout emphyteuta, ita quod in obligatio-
19 nibus dominii in casu caducitatis nõ præiudicat Domino. † Alio
modo dicitur contractus consuetudinis, quãdo quis vendit bo-
nas ſia, & illa conducit ad certum tempus cum pacto francandi;
quia continet venditionem, locationem, & pactum francandi.

☞ Alex. *cons.* 76. *Visis, per tot. lib. 5.* Vide, *Emphyteusis quid sit, & quotuplex.*
Concl. 137. *nu.* 60. *& seq.* Vide. *Feudum subinfeudatum ad quem*
reuertatur, si denoluitur. Concl. 191. Vide, *Pignus habens*
compensat fructus. Concl. 354.

Tom. 5.

Locatio quid sit, & appellatione locationis qui contractus veniant. Concl. 400.

LOCATIO † proprie dicitur, quãdo pro re locata soluitur pen- 1
sio in pecunia, *l. 1. §. item si quis seruũ. ff. depos. Instit. de locat. §. præ-*
terea. Ias. in *§. actionum. n. 162. Instit. de actio.* vbi, quod si merces
soluitur in specie, erit cõtractus innominatus, & ibi dat differen-
tias. † Amplia; quia locatio est, quãdo partes in ea fecerunt men- 2
tionem de remissione, vel vocarunt partes contrahentes condu-
ctionem, vel locationem. Alex. *cons.* 28. *Visis, & accurate, col. fin. ver.*
attento præsertim, lib. 1. † Extende etiam in casu contrario; quia ven- 3
ditio fructuũ gabellæ, vel datii pro tot annis, omni risico, & perí-
culo emptoris, dicitur locatio; ideo cõpetit remissio, si res in eo-
dem statu non permanet, veluti si tempore locationis Papa mo-
rabatur in Ciuitate Pistorii, & erat in opinione, quod diu debe-
ret morari; quia si recessit, conductori gabellarum Pistorii debet
fieri remissio. Ancha. *cons.* 402. *Pluribus rationibus, per tot.* † Amplia; 4
quia locationum plures sunt species, & vna differt ab alia, loca-
tio propria est simplex, & ad modicum tempus. Ang. Aret. *consil.*
46. *Ad decisionem, n. 17. & 18.* & ista dicitur etiam affictus. Vide, *Af-*
fictus quid sit. Concl. 238. † Alia est ad longum tempus determinatũ, 5
quæ differt à locatione simplici, & à locatione perpetua, vel ad
longum tempus non determinatum. Ang. Aret. *d. cons.* 46. *n. 17. &*
seq. † Alia igitur est locatio ad longum tempus indeterminatum, 6
prout locatio ad 29. annos, & ad renouandum perpetuo de 29. in
29. annos, & ista differt à duab⁹ primis, & est necessario liuellus,
vel emphyteusis, non autẽ locatio. Ang. Aret. *d. consil.* 46. *nu. 17. &*
multis seq. quasi per tot. vbi quod differunt. † Extende, etiam si loca- 7
tio perpetua ad tempus perpetuum non determinatum sit per
verbum, *locauit*; quia attenditur effectus, non verba. Ange. Aret.
d. cons. 46. *nu.* 18. *& seq.* † Amplia; quia locatio proprie fit respectu 8
proprietatis, & dominii, non respectu possessionis, nisi expresse
dicatur; ideo dicitur nulla, si locans non est Dominus. Alex. *consil.*
69. *Circa primum. n. 13. in fi. li. 5.* † Limita; quia si soluitur in alia spe- 9
cie, proprie est contractus innominatus; ideo nõ est locatio pro-
pria, nec cadit in dispositione odiosa loquente de locationibus,
nisi communis vsus esset loquendi in contrarium, de quo cõsta-
re debet. Bar. *cons.* 159. *Visa quadam constitutione. in prin. lib. 1.* glos. in
l. si olei, C. locat. videtur tex. in *l. 1. §. si quis, ff. depos.* Abb. in *c. propter ste-*
rilitatem. col. 3. locati. plene Castr. *cons.* 365. *Viso instrumento, ver. tertio*
requiritur, lib. 1. † Et quod si pensio soluatur in grano, vino, & frú- 10
ctibus, non sit locatio, sed contractus innominatus, facio vt des;
quo casu agitur actione præscriptis verbis vltra prædictos. Ias. *In-*
stit. de action. §. sequens. vbi, quod errant Notarii dicẽdo, talis locã-
uit pro tanto grano, & quod illud verbum, *locauit*, exponi debet,
concessit, & idem dicit in *§. actionum, col. 4. Instit. eod. tit. & in l. sed & si*
possessori, §. item si iur. auero. colu. 3. ff. de iureiur. an. Mathesil. *sing.* 68. Ca-
stren. *d. cons.* 365. *ver. tertio requiritur, lib. 1.* † Et ideo non potest dici 11
locatio, neq; ex ea agi, nisi doceatur de conuentione certæ mer-
cedis. Alex. *cons.* 184. *In causa, & lite, n. 4. verb. fortificatur, lib. 6.* † Li- 12
mita; quia si quis promittat opus, seu operas suas pro tanto, non
est contractus nominatus locationis, sed innominatus, nisi tria
conueniant; primo, quod opus sit solitũ locari; secundo persona
sit solita locare tale opus; tertio, quod constituta sit merces certa
in pecunia; & ideo si opus non est solitum locari, prout si daretur
aliquid, vt Missam celebres, vel ascendas in turrim, vel si persona
non est solita locare tales operas, put si Doctor promitteret ædi-
ficare domum; quia non est suum exercitium; vel si merces sit in
fructibus, vel alia re, quæ nõ est pecunia, nõ est locatio, vide ple-
ne Castr. *d. cons.* 364. *Viso instrumento. colu. 2. ver. secundo quæritur. lib. 1.*
† Declara, nisi communis vsus loquendi admitteret, quod esset 13
locatio; quia appellatione locationis veniret. Bart. *consil.* 159. *Visa*
quadam, in princ. lib. 1. † Declara melius, vt per Ias. *Instit. de actio. §. o-* 14
mnium, n. 170. ver. item diligenter, vbi, quod in istis, qui dant operam
arti liberali, prout in medico, aduocato, lectore, non est locatio
proprie, neq; ex locato agunt, sed actione in factũ, licet ibi apo-
stil. in *ver. actio*, citet Soc. *cons.* 196. *Circa præsentem, ver. tertio ista opi-*
nio, lib. 2. tenentem contrarium, quod est locatio. † Limita; quia 15
conductor ad medium, vel ad tertiam partẽ non dicitur proprie
conductor, sed colonus partiarius, & talis contractus potius ac-
cedit naturæ societatis; ideo sicuti per mortem socii dissoluitur
societas; ita etiam dissoluitur hæc colonia. Bar. in *l. si merces, ff. loca-*
ti. Abb. in *c. propter sterilitatem, in 2. col. eod. tit.* † Restringe in locatio- 16
ne facta pro pensione in pecunia; quia illa non expirat morte; ide-
o si officiales Cameræ Apostolicæ de mandato Papæ locarunt
cum pacto, quod de omni differentia stetur declarationi Papæ,
mortuo Papa non expirat locatio, & declaratio. Dec. *consil.* 404.

☞ *Viso eleganti consilio.* Vide, *Affictus quid sit, & qualiz. &c. Concl.* 238. Vide, *Contractus cognoscitur, &c. Concl.* 999.

Locatio facta ad plures annos dicitur vna, & non plures, & quando secus. Concl. 401.

1 LOCATIO †bonorum ecclesię facta ad nouem annos est vna, & non plures, licet pensio sit diuisa in singulos annos. Bald. *cons.* 324. *Casus talis est, in princ. & per tot. lib.* 3. & latius *cons.* 314. *Ad euidentiã, in princ. lib.* 3. vbi, quod procedit tã ex parte conductoris, quam ex parte locatoris, & *cons.* 392. *Locatio rerum ecclesiæ, lib.* 5. *in princ.* Vi-
2 de, *Donatio quando insinuanda, vel non. Concl.* 646. † Et propterea si prohibetur locatio vltra quinq; annos ex cõstitutione Episcopali de bonis ecclesiæ, & fiat per sex annos, erit tota nulla, non autẽ valebit per quinq; annos, & pro vno annullatur. Bart. plene *cons.*
3 159. *Visa quadã, n.* 8. *verb. quarto est videndũ, vsq; in fi. lib.* 1. † Declara tamen, dummodo bona fide sit facta cessante fraude, & dolo; quia est vna, & tenetur successor in Monasterio illi stare. Bald. *d. consil.*
4 392. *lib.* 5. *in princ. & cons.* 324. *lib.* 3. † Extende; quia locatio facta ad plures annos dicitur vnica, licet pretium affictus sit distributũ in singulos annos. Bart. in *l. seruus cõmunis, §. cum seruus, ff. de stipul. seruo.*
5 Soci. *cons.* 25. *lib.* 1. Bald. in *consil. supradictis.* †Contrariũ tenet Ange. Aret. *cõs.* 26. *In casu prædicto, col. fi.* vbi, quod imo locatio ad 9. annos ad rationẽ librarum 50. singulo anno dicitur facta fauore multiplicandæ obligationis, & continet tot locationes, quot sunt anni; ideo cum sint locationes separatæ, si per biennium posseditur, tenetur soluere pensionẽ biennii, licet post biennium sit mota lis super locatione; quia capitula, & instrumẽta sunt separata, vbi
☞ tollit contraria, qñ vnica est pensio. Vide, *Implere debet actor contra-*
6 *ctum ex parte sua. Concl.* 50. † Amplia; quia locatio ad 29. annos cum pacto renouandi de 29. in 29. annos dicitur vnica, & perpetua, nõ autem sunt plures locationes, ex quo translatum est vtile dominiũ; secus si essent plures locationes ad modicũ tempus renouãdæ, ita Ang. Aret. *cons.* 46. *Ad decisionem, per tot.* vbi pro vtraq; parte
☞ allegat, & *n.* 27. *in fi. cum seq. verb. nunc restat*, ita declarat. Vide, *Em-*
7 *phyteuta cũ pacto renouandi quando cadat, si non renouat. Concl.* 181. † Limita, vt non procedat in locatione, quæ non transit ad hæredes, prout in locatione operarũ; quia tot sunt locationes, quot sunt
8 anni. Bal. *d. cons.* 314. *n.* 2. *in fi. ver. & prædicta ver. a. lib.* 3. † Extẽde; quia locatio facta de molẽdinis, & datiis molendinorũ cũ pacto soluẽdi singulo mense mercedẽ conuentã dicitur locatio singulo mẽse facta, & tot sunt locationes, quot menses. Io. de Im. *cons.* 61. *in fi.*

Locatio differt à venditione, & in quibus, & qualiter cognoscatur. Concl. 402.

1 VENDITIO †, & emptio est perpetua, & non põt retractari, cõductio autẽ, seu locatio secus, & hæc est prima differentia.
2 Ang. de Perus. *cons.* 2. *Certum est, n.* 4. *verb. hoc præmisso.* † Et aliud est venditio, aliud locatio. Io. de Im. *cons.* 61. *in princ.* vbi, quod copula in contractu venditionis, & locationis eiusdem rei resoluitur in disiunctam; quia non possunt stare simul locatio, & venditio de
3 eadẽ re inter easdẽ personas. † Amplia; quia in venditione constituitur dominiũ in re vendita; secus est in locatione; quia nunquã dominiũ transfertur. Ang. *d. cons.* 2. *n.* 7. *ver. & ostendo, & n. seq.* vbi, quod repugnant simul venditio, & locatio. Signor. *cõs.* 22. *In quæ-*
4 *stione vertente, n.* 4. †Et in venditione rei, vel iuris nõ curatur, quid & quantũ percipiat emptor; secus in locatione. Bart. *d. qu.* 4. *Publicanus, in princ. n.* 2. *vers. secundo probatur.* vbi vendito vsufructu non
5 curatur, quid, vel quantum emptor percipiat. † Extende, quia si emitur spes, vel futurus euentus, non curatur, an emptori reddatur vacua, & inanis; secus si fiat locatio. Bart. *d. quæst.* 4. *n.* 3. *verb. tertio probatur*, & dicitur spes empta, quando ipse actus percipiendi
6 emitur. † Amplia; quia in emptione periculũ est emptoris, in locatione est locatoris, nisi cõtrariũ sit conuentũ, vel nisi proueniat culpa conductoris. Ang. *cons.* 15. *Quæcunque diximus, in princ.* Anch.
7 *cons.* 402. *n.* 1. *ver. secundo.* Bart. in 4. *q. in princ.* incip. *Publicanus.* † Rationes differentiæ tres assignantur per Bart. *d. qu.* 4. *in ver. contra, n.*
8 8. prima est; quia venditor certat de damno, locator de lucro; secunda; quia venditio est perpetua, locatio temporalis: tertia; quia res vendita debetur vt species, res locata requirit patientiam; sed meliorẽ credo esse; quia rei venditæ dominiũ transit; secus in re
8 locata. † Limita; quia imo venditio, & locatio fere eisdem terminis æquiparantur, & valet argumentũ de vno ad aliud, maxime in eo, quod sicut non licet vni parti recedere à venditione in totum propter partem; ita neq; à locatione. Rom. *cons.* 432. *Quoad primũ, n.* 3. *ver. vltra probatur ista conclusio.* Ang. Aret. *cons.* 26. *In casu prædicto,*
9 *in princ.* †Extende, quod sicuti in venditione, qñ imminet euictio in limine contractus, non soluitur pretiũ; ita etiã in locatione; & si sibi non impletur, non tenetur implere. Angel. Aret. *cons.* 26. *in* 10
princ. †Declarat Ang. Aret. *d. cons.* 26. *in fi.* procedere, nisi locatio sit diuisa per annos. Vide Conclusionẽ prox. præced. †Limita; quia venditio, & locatio iisdẽ fere regulis cõsistunt, & vbi non reperi- 11
tur differentia, valet argumentũ de vno ad aliud; ideo sicut relocatio præsumitur, si finita locatione cõductor perseuerat in possessione; ita etiã in venditione fructuum ad certos annos. Signor. Homod. *cons.* 22. *n.* 7. *in fi. ver. item nec ex prædictis, cum seq.* †Et hac ra- 12
tione infertur, q̃ sicuti venditor tenetur de euictione emptori, etiã si nihil sit dictum. *l. non dubitatur. C. de euictio.* & ibi Do. ita locator debet cõdemnari ad interesse, & expẽsas ex eadẽ regula; quia valet argumentũ. *l.* 1. & 2. *ff. locati. Instit. eod. in princ.* †Extende; quia 13
emptio, & venditio habet tantam familiaritatem cum locatione, & cõductione, vt quandoq; probabiliter dubitetur, sub qua specie cadat contractus. Petr. Anch. *cons.* 72. *Tantam familiaritatem, in* 14
prin. & cons. 402. *n.* 5. *verb. secũdo pro clariori.* †Imo locatio, late sumpto vocabulo. dicitur emptio. Io. de Imo. *cons.* 61. *nu.* 3. licet ibi in
prin. fateatur, quod aliud est venditio, aliud locatio. †Et quod lo- 15
catio bonorum nihil aliud sit, quam quædam venditio fructuũ, & ideo venditioni assimilatur, necnon eisdem regulis iuris regulatur. Castr. in *cons.* 301. *Venerabilis. n.* 2. *ver. locare, lib.* 1. & est text. *In-*
stit. locat. in prin. & §. adde, & ideo. †Et sicut læsio rescindit venditio- 16
nem; ita etiam rescindit locationẽ, *l. item si pretio, §. fi. ff. locati.* Vide supra, *Læsio vltra dimidiam habet locum in omnibus contractibus. Concl.* 293. †Cognoscitur autẽ locatio à venditione ex pretio; quia aliud 17
est pretium venditionis, aliud pretium locationis. Ancha. *d. consil.* 402. *n.* 7. idem tenet Bart. in *quæst.* 4 *Publicanus, in ver. solutio. colu.* 2. *ver. aliquando conuenit*, allegat glos. in *l.* 1. §. 1. *ff. de superfic. in verb. agẽdo.* quæ dicit non esse faciendam vim in nomine, an dicatur pretium, vel merces, sed in quantitate, licet Bart. ibi dicat etiam considerandam esse qualitatem, videlicet, an soluatur vna vice; & est emptio; an per singulos annos, vel menses; & est locatio, & æquitur Angel. *cons.* 15. & plenissime Alex. *cons.* 97. *Perspectis per tot. lib.* 3. maxime *n.* 6. *& sequ.* vbi tollit contraria, & *nu.* 12. dicit opinionem Bart. magis *communem. †Declara; quia si in eodem instrumento dicitur, quod vendit, & locat datium ad tempus, copula stat alternatiue; quia non potest esse locatio, & venditio, sed alterum; ideo erit in electione conducentis, vel ementis, velle, an sit locatio, vel venditio. Io. de Imol. *cons.* 61. *n.* 2. *& sequ.* vbi, quod electio est eius, cui fit contractus. † Imo, quod sit locatio & conductio, 19
quoties solutio est distributa tantum pro quolibet anno, vel quolibet mense, etiam si sit dictum *emit, & vendidit.* Corne. late *cõs.* 23. *lib.* 2. Iason in *l.* 1. *col.* 5. *C. de iure emphyt.* allegat Bart. ibi, & Alex. *cons.* 84. *lib.* 6. †Contrarium videtur tenere Bologn. in *addit. ad cons. Io.* 20
de Anan. 74. *in princ.* vbi, quod contractus, in quo Commune Bononiæ dedit, vendidit, concessit & locauit datia molendinorum, est venditio. Capra in *cap. propter sterilitatem, de locato.* Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. & Bologn. allegat Im. & Roma. † Effectus est magnus; quia si 21
est venditio, non fit remissio; secus si locatio. Ias. vbi supra. plenius Alex. *d. cons.* 97. *n.* 13. *& seq. ver. ratio diuersitatis. lib.* 3. †Dicas, quod si 22
solis verbis venditionis vsi sunt contrahentes, erit venditio, licet solutio fit distributa per plura tempora; ita loquuntur allegati à Bolog. sed quando adsunt etiam verba, *locavit*; tunc potest esse etiam locatio, & quod sit locatio eo casu, præsupponit pro absoluto Io. de Anan. *dict. cons.* 74. & Alex. *cons.* 107. *Perspectis, num.* 5. *ver. sed*
præmissis, lib. 3. *cum sequ.* vbi dicit veriorem, *& ibi apost. citat eun-
dem Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. † Declarat Bartol. plenius *quæst.* 4. *post consil.* 23
lib. 2. incip. *Quando ponimus*, quia si totum preciũ soluitur in principio contractus, est emptio & venditio, & ibi apostilla dat concord. in *verb. quando ponimus.* † Cognoscitur locatio à venditione ex congruentia maiori, tam respectu rei, quam personarum; ideo concessio datii facta per communitatem particulari, censenda potius est locatio, quam venditio, & in eo, quod excedit naturam locationis, sunt improprianda verba. Signorol. *consil.* 258. *in princ. & consil.* 185. *nu.* 2. *in fine. & sequen. ver. si vero ponamus*, idem firmat Alexand. *consil.* 107. *Perspectis, num.* 6. *& seq. per tot. lib.* 3. vbi maxime *nu.* 12. *verb. nam ad hoc respondeo*, vult, quod sit locatio, quando conueniunt ea, quę sunt locationis, licet partes dixerint, vendere, vel cedere, veluti si pretium est distributum per annos, vel menses, si sonat in perceptione fructuum, & vtendi, & fruendi. & *nu.* 14. quando non agitur de translatione dominii, vel possessionis, sed sola patientia venit, prout quãdo communitas vendit datium per tot annos. † Venditio pedagii potest intelligi pro 25
eo, quod ex pedagio percipitur, prout de vectigali; & isto modo videtur vendi rum corpus nudum, quod percipitur ex vectigalibus, quando pedagium, seu vectigal datur à ciuitate publicano; secundo modo põt accipi, vt dicatur emisse ius percipiendi pedagium;

gium; tertio potest accipi, quod videatur emisse ipsam perceptionem fructuũ, seu cõmoditatẽ vtendi; & istud est facti; & in dubio isto modo censetur facta venditio; ideo cũ perceptio, & commoditas vẽditur, spes, seu alea videtur empta, & periculũ est emptoris, & nõ fit remissio, nisi culpa venditoris proueniat bellum, vel dammũ. Bar. plene *q.4.post cons.lib.2.* incip. *Quando ponimus, in prin.*

26 † Si vero venduntur fructus, redditus, & prouentus, seu vsus fructus, qui ex prædiis percipiuntur, distinguitur; quia si sunt percipiendi de manu venditoris, corpus censetur venditum, & de non perceptis debet fieri remissio pro rata; si vero vendũtur fructus, &c. percipiendi; opera, cultura, & diligẽtia emptoris, & ius vsus-fructus cẽsetur venditũ; & isto casu periculum est emptoris à die emptionis, & prædicta, qñ vendens erat Dominus bonorum, ex quibus fructus percipiendi venduntur; si vero venditor haberet solum vsumfructum; tunc videtur solã perceptionem fructuum vendidisse, & sic sortem, & aleam. Bar. *d. quæst. 4. post cons.lib.2.nu.2.*

27 *ver. secundo est videndum.* † Si autem venduntur fructus percipiendi ex molendinis, & ædificiis, distinguitur alio modo; quia si molendina in totum destruuntur, cessat venditio, & vsus fructus, etiam si reædificentur; si vero aliqua pars remanet, durat vsusfructus in totũ, & per refectionem integratur. Bart. *d.q.4.lib.2.col.2.*

28 *in fi. ver. super quarto.* † Refectio spectat ad emptorem expensis venditoris, à quo repetit actione mandati. Bart. *d.q.4. in fin.lib.2.*

☞ Vide, *Contractus cognoscitur ex substantia, & verbis. Concl.999.* Vide, *Venditio fit diuersis modis, & de diuersis rebus. Concl.47.*

Locatio ad longum tempus est alienatio, & in quibus non valeat. Concl.403.

1 LOCATIO † ad longum tempus est alienatio; & ideo emphyteuta locans rem emphyteuticã ad longum tempus cadit ab emphyteusi, quando non requisiuit Dominum, etiam si dixit, q̃ locabat titulo simplicis locationis. Bald. *cons.415. Præmittẽdum est, in prin.lib.1.* plene Corbul. *de emphyt. tit. de causa priuatio. ampliat.35.*

* vbi plura, & de * communi, & declarat quatuor modis. Vide, *Alienatio quid sit, & quæ dicatur alienatio. Concl.257.* † Et locatio in em-

2 phyteusim dicitur ad longum tempus. Bart. in *l. locatio. C. de locat. præd. auil. vel fiscal. lib.11.* Anchar. *clem.1. de reb. eccles. non alienan. col.4. in fi.* & ibi Imol. *col.6. in fin.* & propterea talia bona non possunt in causam iudicati capi, nisi quoad commoditatem tantum, & fructuum perceptionẽ, saluo canone proprietario debito. Doctor. in *l. vsufructuũ, ff. solut. matr. & in l. si finita, § si de vectigalibus, ff. de dãno*

3 *infecto*, vbi in specie Alex. latissime. † Extẽde, vt idem sit in vsufructuario; quia si locat ad longum tẽpus, cadit ab vsufructu. Bald.

4 *d. cons.415. in princ. lib.1.* † Amplia; quia locatio ad longum tempus cum pacto renouandi de 29. in 29. annos dicitur proprie liuellus, & emphyteusis perpetua, & sic alienatio. Ange. Aretin. *consil.46. Ad decisionem. per tot.* vbi primo, quod est simplex locatio, postea q̃ imo est liuellus proprie, & emphyteusis, & hanc tuetur, & respõ-

☞ det ad contraria. Vide, *Emphyteuta cum pacto renouandi quando cadat, & non renouat. Concl.* 181. Vide, *Liuellarij qui dicantur, & quid sit liuel-*

5 *lus. Concl.399.* † Extende idem in locatione ad nouem annos, & de nouennio in nouennium; quia dicitur alienatio & censetur facta in fraudẽ. Ang. *cons.165. in princ. lib.1. & cons.104. In causa, n.5. & seq.*

6 *lib.3.* † Amplia, vt idem sit in ecclesia; quia sicuti non potest fieri alienatio bonorum ecclesiæ sine solemnitatibus; ita neque locatio ad longum tempus decem annorum. Bald. *cons.324. Casus talis est. in prin. lib.3. & cons.392. Locatio rerum ecclesiæ. in princ. lib.5.* & quod locatio vsque ad decem annos sit modicum tẽpus; vltra vero sit ad longum tempus, & non valeat. Angel. *cons.245. num.5. in fi. verb.*

* *quinto videndum*, vbi dicit * cõmunem, Bal. *cons.357. Reuerendus Pater,*

☞ *in princ. lib.1.* Zabar. *cons.95. Visis verbis, in prin. lib.6.* Vide, *Locationi bonorum ecclesiæ Prælatus successor stare non tenetur, & quando secus. Con-*

7 *clus.419.* † Extende magis, quando locatio esset perpetua. Alexan.

8 *cons.120. Visis, in fi. lib.3. & cons.165. Visis, col.2. lib.2.* † Extende; quia neque valet locatio bonorum ecclesiæ ad vitam conducentis, vel locantis; quia licet vita sit in certa; tñ dicitur alienatio, cõmunem

* dicit Arius Pinel. in *repet. l.1. C. de bon. mater. in 3. parte. n.63. ver. similiter locatio.* Vide plene pro vtraq; opinione Anto. Gabr. *lib.3. tit. de*

9 *locatio. conclus.2. Locatio ad vitam.* † Extende, vt procedat, etiã si fiat locatio ad longum tempus per emphyteutam; quia dicitur alienatio, etiam si fiat titulo simplicis locationis. Bald. *cons.415. Præ-*

10 *mittendum est, in princ. lib.1.* † Amplia; quia locatio ad longum tempus est alienatio, in tantum, quod comprehenderetur in pacto, in quo esset prohibita alienatio. Bart. in *l. codicillis, §. instituto, ff. de leg.2. l. si filio, §. si vir in quinquennium.* vbi Alex. *nu.23. ff. sol. matrim. &*

in cons. pen. lib.3. Dec. *cons.142.* Corne. *cons.243. col.1. lib.3.* & est ratio; quia qui non potest alienare, non potest actũ facere, per quem alienatio inducatur. Abb. in *c. cum tempore, de arbitr.* & facta ad decẽ annos dicitur facta ad longum tempus. Alex. *cons.1. & cons.17. lib.*

4. vbi dicit * cõmunem. Bald. in *auth. ei qui, nu.40. C. de bon. auth. iud.* * *possid.* Dec. qui alios citat. *cons.204.* & plene etiam Alex. *consil.168. Statutibus veris, in princ. lib.6.* vbi dicit * cõmunẽ. † Declara; quia non * 11

dicitur alienata proprietas per locationẽ ad longũ tempus, licet conductor dicatur habere ius in re, prout etiã dicimus in vsufructuario, qui habet ius in re, sed non proprietatem. Alex. *cons.166. n.2. in fi. & n.3. ver. sed ij non obstantibus, lib.6.* ideo non habet omnes effectus alienationis. † Extende; quia dicitur alienatio non solũ 12

locatio ad decẽ annos, vel vltra, sed etiã si fiat ad vitam locatoris, vel conductoris; & idem si fiat ad beneplacitum, vel quousque voluerit locator, vel cõductor. Corbul. *tract. at. de emphyt. tit. de causa priuat. ampliat.35. in fi.* vbi late. † Amplia; quia locatio etiã facta ad 13

nouem annos, & sic ad modicum tempus cũ pacto renouandi de re ecclesiastica, dicitur alienatio; ideo debet solui laudemiũ, prout de vera alienatione, ita consuluerunt Franc. Areti. & And. Sicul. quos refert, & sequitur Alex. *cons.165. Visis duobus, in princ. lib.2.* q̃ duplicatur. *lib.1. cons.68.* vbi apostil. in *ver. renouando.* dat concordant. & idem Alex. *cons.105. lib.3.* Iaf. *cons.29. lib.1.* Oldr. *cons.255.* & confirmat Alex. *cons.127. Viso instrumento, n.9. in fi. lib.5.* † Extende; 14

quia in tantum dicitur alienatio ad 9. annos cum pacto renouandi, vt si fiat de re emphyteutica, cadat ab emphyteusi; sicut si alienasset. Alex. *d. cons.105. In causa, nu.6. ver. quod autem, lib.3.* licet apostil. ibi in princ. dicat contrariũ; quia saltem primum nouennium debet deduci, in quo non cadit. † Extende idẽ, si fiat de quinquẽ- 15

nio in quinquennium, vel de anno in annum in perpetuum; quia est alienatio. Alex. *d. cõs.165. per tot. lib.2.* vbi dicit esse verum, etiam si distributio temporis operetur, ne dominium transeat; quia videtur in fraudẽ factum. † Declara; quia vbicunq; plures locatio- 16

nes fiunt diuersis personis, & diuersis temporibus, non debent coniungi ad effectum, vt quis dicatur locasse ad longum tempus contra præceptum testatoris, propterea cecidisse in pœnã caducitatis; secus si essent factæ vnico contextu, & eidem personæ, & cum pacto, quod vna finita, illico incipiat alia; quia tunc arguitur præsumptio fraudis, & censetur vnica locatio ad præiudiciũ locãtis, iuxta ea, quæ tradit Lap. *alleg.12.* Card. in *clem.1. §. si de reb. eccl. non alien.* Alex. *cons.165. lib.2.* Felin. in *c. quæ in ecclesiarum, n.122. de cõst.* Iaf. *cons.94. n.2. lib.1.* † Extende, vt procedat etiã in venditione 17

fructuũ rei fructuosæ ad longũ tempus; quia ex quo actio realis cõpetit, dicitur alienatio, prout locatio; secus si obligatio esset tãtum personalis. Bart. in *l. Codicillis. § institutio, ver. quæritur. quid si vẽdantur fructus. ff. de leg.2.* † Amplia; quia imo Florentiæ ad effectum 18

gabellæ locatio supra quinq; annos dicitur alienatio, & de ea soluitur gabella, put de alienatione, ab inde infra secus, vt dicit lex gabellæ, & sicut locatio non est gabellabilis infra quinq; annos; ita neq; mutuum, q̃ fit in locatione; quia accessorium regulatur à principali, *l.1. in princ. ff. de auth. tuto.* Ruin. *cons.145. n.21. li.5.* Dec. *cõs.* 293. *n.6. & 7.* Vide, *Gabellæ de quibus contractibus soluatur. Cõcl.4.* vbi, ☞

q̃ duæ locationes simul excedẽtes quinquenniũ habeantur pro vna, & vniãtur, & si fiãt diuersis personis, prout patri, & filio. † Limita, qñ locatio non est ad longum tempus; quia potest fieri etiã 19

de re emphyteutica, & de vsufructu absq; pœna. Bald. *d. cons.415. in prin. lib.1.* † Extende; quia etiam locatio bonorum ecclesiæ potest 20

fieri ab Abbate cum consensu Capituli, imo & à solo Abbate, & Prælato, & obligat successorem, qñ est ad modicum tẽpus, videlicet nouem annorum. Zabar. *cons.95. per tot.* vbi tollit omnia contraria. † Limita; quia locatio ad annos quinque, vel sex dicitur ad 21

modicum tempus, & non constituit ius in re, sed solam personalẽ inducit, quæ non transit contra singularem successorem. Alex. *cons.122. Viso processu, in princ. lib.5.* vbi dicit * communem. Vide, *Em-* * ☞

phyteuta non potest vendere emphyteusim sine consensu Domini. Cõcl.207.

Locatio bonorum Vniuersitatis ad longum tempus non valet sine solemnitatibus, & quando secus Concl.404.

VNIVERSITATES † non possunt locare, nisi ad modicũ tempus sine solẽnitatibus requisitis in alienatione; quia locatio 1

ad longum tẽpus est alienatio, vt in Cõclusione proxime præcedente. † Limita, quando communitas locauit ad vitam cuidã ho- ☞ 2

mini particulari d. vniuersitatis; quia valet, & non reuocatur etiã per viam restitutionis in integrum, nisi probata læsione, ita Rota Floren. in motiuis die 30. Octobr. 1576. In causa Rotæ commissa. Vide, *Vniuersitas vt valide obligetur, quæ sint necessaria. Cõcl.259.* ☞

Locatio bonorum ecclesiæ vltra tẽpus permissum est prohibita, & nõ valet, & quãdo secus. Concl. 405.

1 LOCATIO †bonorum Ecclesiæ permissa ad quinquenniũ non potest fieri successiua eodem tẽpore pro pluribus quinquenniis. Lap. *alleg. 12. in prin.* Petr. Anch. *cons. 57. n. 2. ver. postremo quia cõsetur fraudulenta.* †Imo est permissa ad 9. annos; quia dicitur modicũ tempus Zabar. *cons. 95. in princ. & per tot.* Bart. in *l. 1. §. quod autem, ff. de superfic.* reprobat glos. ibi, contra quã dicit esse cõmunem * opinionem Legistarum, & Canonistarum, sequitur Bald. in *l. iubemus nulli, in princ. C. de sacro. eccl.* Doct. in *c. fi. ne Prælati vices suas, & in clem. 1. de reb. eccl. non alien.* plene Tiraq. *de præscript. §. 1. gl. 4. ad fi.* & ideo locatio intra tale tempus facta nõ potest dici alienatio in pœnam caducitatis. Alex. *cons. 110. lib. 3.* & secundũ Abb. in sua *quæst. 2. incip. Sempronius, col. 12. in fi. ver. secundo de hoc.* vbi, q̃ videtur casus
☞ in *clem. 1. de reb. eccl. non alien. in fi.* Vide infra, *Locationi bonorũ eccle-*
3 *siæ Prælatus successor stare, &c. Concl. 419. n. 45. & seq.* † Contrarium, q̃ locatio bonorum ecclesiæ non possit fieri ad 9. annos; quia cẽsetur facta in fraudem alienationis. Card. in *d. clem. 1. §. fin. qu. pen. de reb. eccl.* Feli. in *c. quæ in ecclesiarum, colu. 3.* ibi, *sexta declaratio, de const.* vide alios infra *Cõclusio. prox. seq* †Imo quod si esset facta de trien-
4 nio in triennium, si transcenderet nouem annos, dicatur in totũ nulla. Lap. *d. alleg. 12.* Bertrand. *cons. 203. lib. 1.* Io. de Anan. *singul. 66. vulgata est.* Alex. *cons. 165. circa princ. lib. 2.* Plot. *cons. 108. inter cons. crimi. n. 69. lib. 1.* quia tale pactum videtur pars primi contractus, & quid inseparabile, ex quo tunc vtile per inutile vitiatur. Alex. *cons. 17. col. 3. lib. 4.* Lap. *alleg. 80.* licet adsint, qui teneant etiã contrariũ, quos in vtranq; partem citat Tiraq. *de retract. lign. ag. glos. 1. §. 23. nu.*
☞ 10. Declara multis modis supra *Concl. 403.* per discursum, & *Cõ-*
5 *clus. prox. seq.* †Imo quod ad septennium sit permissa locatio, vide-
6 tur text. in *c. querelam. ne Prælati vices suas.* †Declara; quia hodie locatio bonorum ecclesiæ nõ potest fieri vltra triennium, vt in ex-
7 *trau. Pauli II. de reb. eccles. non alien.* incip. *Ambitiosæ.* †Extende, vt nec possit recipi anticipata solutio pro quinquennio in præiudicium successoris. Gemi. *d. cõs. 17. in fi. n. 13.* vbi loquitur in Canonico, qui causa studii exegerat anticipatum quinquennium, vt non afficiat successorem. Bald. *cons. 255. Abb. fecit, lib. 1.* Anch. *cons. 116. Secundũ or-*
8 *dinem. per tot.* †Amplia; quia licet bona ecclesiæ locari possint; nõ tamen possunt locari ecclesia, neq; campanile, neq; cẽmiterium, sed neq; domus ecclesiæ adiacentes. Lap. *d. alleg. 12. nu. 2. ver. secundo*
9 *disput. at.* Abb. in sua *disput. 3.* incip. *Sempronius, col. 12. ver. quarto vide-*
tur. †Extende; quia monasterium non potest cum possessionibus locari sine tractatu, & consensu conuentus, & locatio facta aliter est nulla, & non valet. Bal. *cons. 302. Ad euidentiam præmittendũ, lib.*
10 5. † Ampl a; quia in tantum prohibetur locatio bonorũ Ecclesiæ in præiudicium successoris, vt successor non teneatur stare locationi, nisi sit facta pro vtilitate ecclesiæ, & hoc constet vel cum solemnitatibus, quæ adhibentur in alienationibus. Calde. *cons. 279. in prin.* alias *1. de locat.* Bald. *cons. 457. Reuerendus Pater, n. 2. ver. modo sequitur. lib. 1.* Anch. *cons. 116. per tot. n. 7. ver. nõ obstat,* vbi, quod decre-
11 tum Vicarii non releuat, si non constat de vtilitate ecclesiæ. †Cõtrarium; quia imo valet mero iure locatio facta ad nouem annos à Capitulo, & Prælato, vel etiam Prælato sõlo; si tamen probatur damnosa, competit restitutio in integrum. Zabar. *cons. 95. per tot.*
12 †Declara tamen, vt etiam si solemnitas sit seruata; possit tamen ille beneficio restitutionis rescindere; si vero non est seruata solemnitas, possit etiam sine restitutione resilire. Cald. *d. cons. 279. in*
☞ *princ.* alias *1. de locat.* Vide, *Locationi bonorum ecclesiæ quando Prælatus*
13 *stare teneatur, vel non. Concl. 419.* †Restringe ampliationem, vt non procedat, q̃n locatio fit nomine ecclesiæ per Prælatum, & Capitulum, sed quando fit nomine Rectoris, prout in præbendato; quia tunc non obligat successorem; quia videtur locasse pro iure suo tantum. Bal. *cons. 255. per tot. lib. 1.* Cardin. Zabar. *cons. 44. per tot.* maxime *n. 3. ver. quod ratificatio,* vbi, quod neque nocet Canonico successori ratificanti, quando non habuit scientiam primæ loca-
14 tionis. † Amplia; quia non potest fieri locatio per Abbatem sine tractatu, & consensu Monachorum, maxime quando Abbas est expulsus, nec valet id, quod facit sine conuentu. Bal. *cons. 302. lib.*
5. vbi, quod si Bernardus summus glossator contrarium consule-
15 ret, diceret male. † Amplia; quia locatio bonorum ecclesiæ, vel monasterii est nulla defectu mandati, si est facta à monacho professo alterius religionis, etiam si habuit mandatum cum licentia sui superioris; quia nullum est mandatum. Petr. Anch. *cõs. 57. Quæ-*
16 *dam ex prædictis, in prin.* † Amplia; quia nulla est defectu cõsensus, quando consensus Capituli, & Conuentus non interuenit. Petr.
17 Anch. *d. cons. 57. in princ. ver. postremo.* † Amplia; quia nulla est, si est damnosa, & competit restitutio per modum exceptionis ecclesię agentis ad rescissionem. Anch. *d. cons. 57. n. 3. ver. vlterius in facto.* Cas-
din. Zabar. *cons. 44. in fi.* † Amplia; quia non valet confessio anticipatæ receptionis pretii. Anch. *d. cons. 57. n. 3. ver. vt vnũ vltimo.* † Am-
18 plia; quia locatio facta per Canonicum de bonis præbendæ Canonicalis ad nouem annos anticipate recepto pretio non obligat successorẽ in canonicatu, vel præbenda; ideo si locator optauit præbendam aliam, Canonicus, qui habebit præbendam locatam, non tenetur stare colono, sed propria authoritate potest capere possessionem bonorum; quia est finitum ius locatoris. An-
19 char. *cons. 116. Secundum ordinem, per tot.* † Extende, etiam si interue-
20 nerit decretum Vicarii; quia ex quo non subest vtilitas Ecclesiæ, sed damnum, non valet locatio in præiudicium successoris. An-
21 char. *d. cons. 116. n. 7. verb. non obstat, & nu. 4.* † Et quod imo Canonicus non possit locare, nisi ad annum, vel biennium, vt successor teneatur stare locationi. Anch. *d. cons. 116. n. 5.* † Extende, quia imo
22 si successor in Canonicatu ratificauit locationẽ factam præbendæ à suo prædecessore, non tenetur stare locationi, si nõ fuit certioratus de tenore locationis; item si locatio fuit facta nomine alieno, & non ratificantis, plene Card. Zab. *d. cons. 44. n. 3. & seq. ver. quod ratificatio,* vbi multa, quod Canonicus non dicitur successor.
† Limita, nisi bona sint solita locari ad longum tempus, etiam pro
23 vno nummo; quia talis locatio facta etiam Iudæo ligat successorem in Ecclesia. Calder. *cons. 281. alias 2. de locat.* Vide, *Alienatio bo-*
norum Ecclesiæ solitorum locari. Concl. 277. † Limita in commendata-
24 rio Ecclesiæ; quia cum habeat legitimam, & liberam administrationem, potest bona Ecclesiæ commendatæ locare pro pluribus annis. Calde. *cons. 286. alias 8. de locato,* intellige tempore suo; quia minorem habet potestatem, quam Prælatus. Gemi. *cõs. 17. in princ. n. 4. 5. & 6. & per tot.* Vide, *Commendatarius non est Prælatus, & quan-*
do secus. Concl. 475. † Limita, vt non procedat, quando locatio sit
25 nomine Ecclesiæ per Prælatum cum consensu Capituli, etiam ad nouem annos; quia si Ecclesia non est læsa, valet, & obligat successorem; secus quando fit nomine proprio Rectoris, vt per præbendatum. Bald. *cons. 255. Abbas fecit, lib. 1. & cons. 457. nu. 2. ver. modo sequitur, lib. 1. & cons. 475. Quidam Ioannes Abbas, lib. 1.* maxime *num. 8. versic. & per hoc determinatur quæstio,* vbi loquitur in locatione facta per Abbatem cum consensu Capituli, seu Conuentus ad nouem annos, vt valeat etiam in præiudicium successoris etiam sine authoritate Episcopi. †Extende, vt procedat; quia valet locatio fa-
26 cta per Abbatem, & Conuentum ad nouem annos, etiam si ipsi in locando locauerint ad centum annos; quia si pretium non est vnicum pro omnibus annis, sed annuum, subsistinebitur pro tempore, quo valide fieri potuit; secus si esset indiuisibilis. Bal. *d. consil. 475. Quidam Ioannes, n. 6. & seq. ver. sed hic dubitatur, lib. 1.* Vide, *Vtile per inutile non vitiatur, & quando secus. Concl. 373.*

Locatio bonorum Ecclesiæ ad triennium permissa, si fiat vltra, non valet etiam pro tempore permisso, & quando secus. Concl. 406.

1 LOCATIO †bonorum Ecclesiæ (permissa tantum ad triennium) facta ad octo, vel decem annos, non valet etiam per tres annos, in quibus potuisset fieri, sed non in totũ reuocatur. Lap. *alleg. 80. Quæris, cũ locatio, per tot.* vbi est casus, & ibi apostil. fin. quæ citat infinitos, & allegat pro vtraq; parte, & cita cõcludit Lap. quia est indiuidua; & quia fructꝰ vnius anni possunt respicere plures, vt in syluis; itẽ, pp̃ter vsum Italiæ seminandi vno anno sic, alio nõ. Bart. *cons. 159. Visa quadã constitutione, n. 8. verb. quarto videndum,* qui loquitur in locatione ad quinq; annos pmissa, quæ fuit facta ad sex, sequitur Alex. *cons. 17. Viso instrumento locationis, n. 10. verb. nec ẽt obstat,* qui allegat Ang. & Io. de Imo. *lib. 4.* & loquitur in locatione permissa ad nouẽ annos, quæ fuit facta ad annos decem. Calcan. *cons. 125. In causa Reueren. D. Abbatis,* qui loquitur in locatione permissa ad tres annos, & fuit facta ad quinquenniũ, sub *n. 22. & seq. ver. in contrariũ.* Ruin. *cons. 86. Videretur, n. 8. lib. 1.* Couar. *variar. resolu. lib. 2. c. 17.* vbi, quod *extra ag. Ambitiosæ, de reb. Eccles.* permittens locationes ad triennium, & si fiant vltra, annullans eas censetur annullare in totum, vbi multa per totum. †Contrarium, q̃ locatio permissa ad certum tempus, si fiat vltra tempus, valeat quo-
2 ad tempus permissum, tenent in confuso Doctor. loquentes de emphyteusi, & locatione in *auth. qui rem. C. de sacro sanct. Eccles.* vbi Ias. *n. 19. & seq.* Dec. *n. 22.* attestantur de * cõmuni Io. de Im. *cons.* * *69. per tot.* Bald. quem allegat, & declarat Tiraq. *de retract. lign. ag. §.*
23. glos. 1. n. 10. in cons. 475. Ad euidentiam, colu. 2. ver. quia quæstio nostra, lib. 1. & ista est * cõmunis opinio, de qua plures citat pro vtraque *
parte apostil. fi. ad Lap. *d. alleg. 80. in fi.* † Declara; quia si locatio fiat
3 ad maius tempus, quam sit permissum, non valet, si vna est locatio, videlicet vnicum pretium, puta ad annos sex pro scutis centum;

rum; quia si non potest locari, nisi pro quinq; annis, non valet et oro quinque; quia vnicũ pretium; si vero fiat pro sex annis singulo anno pro tanto pretio; tunc valet pro tẽpore permisso, ita Tiraquel. *de retract. lignag. §. 23. glo. 1. n.* 10. vbi multa cõgerit, quæ possunt inseruire. † Declara; quia bene valet locatio facta per Ecclesiã intra nouennium, vel tempus licitũ, etiam si durãte locatione prorogetur; quia licet progatio sit nulla; tamen non annullatur prima locatio valida, & separata. Bald. *cons.* 392. *Locatio rerum, lib.* 5. & ita distinguit Ias. in *d. auth. qui rem, in fi. C. de sacros. Eccl.* † Declara; quia locatio permissa ad certum tẽpus, si fiat vltra permissum tẽpus, valet in permisso tempore, qñ alteratur solũ forma accidentalis; secus si alteratur solum forma substãtialis, vt optime distinguens tradit Decius in *d. auth. qui rem. n.* 22. *C. de sacros. Eccl.* † Declara secundum Alex. *cons.* 165. *Visis duobus. n.* 4. *vsq; in fi. lib.* 2. quod duplicatur *lib.* 1 *cons.* 68. vt valeat in tẽpore permisso, qñ reuera cessat fraus; secus si fraus adsit, & dicitur cessare fraus, qñ non agitur de præiudicio tertii, vel saltem non potest considerari hoc in præiudicium alterius, alias secus. † Declarat Alex. *cons.* 17. *Viso instrumento. n.* 10. *ver. nec etiam obst. at. lib.* 4. vt non valeat in aliquo, sed *n.* 5. videtur velle, quod sit verũ, qñ locatio est de re magna attenta qualitate ecclesiæ locantis; secus si esset res parua. † Declara; quia si est consuetudo, quod ecclesia locet sine solemnitatibus vsq; ad tertiam generationem tantum, & locaret vltra etiã pro personis nominandis, valet secundum consuetudinem vsq; ad tertiam generationem, vltra non valet sine solemnitatibus. Io. de Imol. *cons.* 69. *Visis ac ponderatis.* † Declara; quia si non expedit ecclesiæ, quod fiat separatio vtilis ab inutili, non valet in aliquo, alias secus. Paris. *cons.* 14. *n.* 10. *lib.* 1. sequitur Vrs. ad Afflict. *decis.* 107. *n.* 4. vbi idem si constat de mente. † Amplia; quia imo, quod locatio bonorum ecclesiæ prohibita ad longum tempus, & permissa ad modicum tempus non possit fieri, nisi ad annum vel biennium; quia modicum tempus hoc casu est annus, vel bienniũ. Anch. *cons.* 116. *Secundum ordinem. n.* 5. † Declarat, vt per Sigismund. Lofred. *cons.* 3. *In dubio. num.* 35. † Declara; quia locatio bonorum ecclesiæ permissa ad tres annos valet, si per tantum tempus viuat locator Prælatus, alias secus, & est differentia inter locationem ad tres annos permissam; quia valet, donec viuat locans, alia non valet, quæ est ad longum tempus etiam à principio quando non interuenerunt solemnitates, neq; in vna, neq; in alia. Castr. *cons.* 2. *Visis omnibus. n.* 7. *verb. itẽ non obst. at. lib.* 1. † Contrarium, quod imo locatio bonorũ ecclesiæ sit permissa ad septem annos; imo ad nouem annos in quemcumque prælatum habentem administrationem, tenet Socin. *cons.* 32. *Ex ijs, quæ superius, in princ. lib.* 1. & dem dicit Castr. *consil.* 4. *Circa primũ. n.* 3. *lib.* 1. sed discordant; quia Socin. dicit, quod ligat successorem, Castr. negat. † Amplia; quia vacante Abbatia nõ potest Conuentus locare, nisi durante vacatione; ideo creato Prælato cessat locatio Castr. *d. cons.* 2. *n.* 8. *lib.* 1. vbi, quod non potest aliquid solus Conuentus. † Extẽde, vt idem sit, si Prælatus religionis generalis consentit, vel locauit cum conuentu; quia requiritur proprius prælatus conuentus, vt valeat locatio. Castr. *d. cons.* 2. *in fi. lib.* 1. Vide, *Prælati appellatio intelligitur de immediato. Conclu.* 494. † Limita; quia locatio facta ad tẽpus permissum, videlicet minus 10. annorum de bonis ecclesiæ in tantum valet, vt liget successorem. Soci. *cons.* 32. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. † Extende, etiam si Prælatus locãs non fuisset verus Prælatus, dummodo communi opinione pro tali habetur. Soci. *d. cons.* 32. *n.* 19. *& seq. lib.* 1. † Extende, etiã si Papa priualset locantem restituẽdo beneficium alteri; quia tenetur stare locationi. Soci. *d. cons.* 32. *n.* 21. *& seq.* vbi, quod Papa non præiudicat laicis, *lib.* 1. † Extende in tantum, vt si priuarentur conductores de facto, deberent restitui. Soci. *d. cons.* 32. *in fi. lib.* 1. † Cõtrarium, quod talis locatio ad modicũ tempus, videlicet minori spatio 10. annorum, non liget successorem, plene Castr. *d. cons.* 2. *Visis omnibus. per tot. & cons.* 4. *Circa primum. nu.* 3. *lib.* 1. † Extende contrarium, siue successor sit per obitum locationis, siue per resignationem; quia æquiparantur. Castr. *d. cons.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. † Declara; nisi interuenisset confirmatio superioris; quia tunc ligat successorem. Castr. *d. cons.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. *ver. nisi interuenisset.* † Declara, nisi successor ratã habuisset locationem prædecessoris; quia obligaretur. Castr. *d. cons.* 4. *num.* 4. *ver. breuiter, licet iste*, qui loquitur in procuratore ad locandum, vt possit veterem ratificare. † Limita; quia res ecclesiastica solita alienari in emphyteusim vsq; ad tertiam generationem masculinam tantum, vel aliud tẽpus, si alienetur in masculinam, & femininam, vel vltra illud tempus, bene valebit pro tẽpore licito, vel pro generatione permissa. Iason in *d. auth. qui rem, n.* 19. *verb. extra glossi. vsq; in fi.* dicit * communem opinionem, licet ipse teneat contrarium, & pro communi Dec. ibi, *n.* 22. *ver. vltim. extra glossi.* vbi respondet ad argumentum Iaso. vt procedat in eo, quod non est permissum, & hanc partem etiam probat, & communem * dicit etiam Couar. in *lib.* 2. *variar. resolut. c.* 16. *verb. tandem*, vbi videas. † Contrarium Ias. *d. auth. qui rem, n.* 19. *C. de sacrosanct. eccles.* plene Couar. *variar. resolu. d. lib.* 2. *c.* 16. *ver. tandem, vt libere.* † Declara sex modis, de quibus plene Couar. *var. resol. d. lib.* 2. *c.* 16. *ver. sed præmissa Baldi.* quem videas, & quando dicatur res ecclesiæ solita locari, Vide, *Alienari solita bona ecclesiæ quando dicatur, vel non. Conclus.* 278.

Locatio non valet multis casibus, in quibus valet emphyteusis, & differant. Concl. 407.

LOCATIO † non valet facta vno nummo. *ff. locati. l. si quis cõduxerit vno nummo.* Anch. *cons.* 443. quod est fin. *n.* 3. *in* 5. *dubio.* † Restringe in emphyteusi; quia vno nummo potest fieri. Anch. *cons. fi. n.* 12. & hæc est vna differentia, vbi, quod valuit concessio Castri Massæ in emphyteusim pro vno Veneto. † Secunda differentia est; quia in locatione habet locum læsio, & rescinditur cõtractus; secus in emphyteusi, maxime antiqua. Anch. *d. cons. fi. n.* 12. † Tertia differentia; quia successor singularis non tenetur stare locationi, sed bene tenetur stare locationi emphyteuticæ; quia vtile habet dominium, quod vincit directum. Anch. *d. cons.* 443. *nu.* 16. † Quarta; quia in emphyteusi non fit remissio; secus in locatione. Vide, *Emphyteutæ quando fiat remissio, vel non. Concl.* 204. † Quinta; quia emphyteusis requirit scripturam, locatio non. Vide, *Emphyteusis de substantia requirit scripturã, & quomodo. Cõcl.* 148. † Sexta; quia locatio sit regulariter ad modicum tẽpus emphyteusis perpetua, vel sã tem ad longum tempus, prout etiam liuellus. Ange. Aret. *cons.* 46. *Ad decisionem. n.* 17. *& seq. versicul. an etiam quia.* † Septima; quia conductor potest vendere sua melioramenta irrequisito Domino; secus in emphyteuta. Ang. Aret. *d. cons.* 46. *nu.* 16. † Alias differentias ponit Corbul. relatiue in suo *tract. ampliat.* 35. *n.* 5. *& 6. tit. de causa priuatio. fol.* 218. † Differt locatio simplex ab emphyteusi; quia si simplici locatione non tenetur Dominus renouare ea finita; secus in emphyteusi. Io de Imol. *cons.* 68. *In casu præmisso, in princ. & per tot.* † Amplia; quia locatio domus non valet facta extraneo, quando testator reliquit, quod illi de familia soli in ea succedant, & domum inhabitare teneantur. Rota Florentiæ in motiuis 24. Decemb. 1545. & licet qui habet habitationem domus, possit aliã locare; tamen secus in eo, qui est grauatus de habitando. Castren. in *l. Aquilius Regulus. ff. de donat.* & licet vnus solus habitet partem suam; tamen alius, qui non habitat, excusatur à pœna non habitando, sed propterea non potest locare extraneo. Vide, *Fideicommissum quando ad solos masculos de agnatione spectet.* Cõclus. 239. † Amplia; quia locatio non valet, si fiat sine aliqua mercede. Io. de Im. *cons.* 22. *in princ.* Vide, *Conductor quando non teneatur ad aliquam pensionem. Concl.* 613. † Declara; quia locatio debet esse pro iusta, & conuenienti pensione, gloss. in *auth. perpetua, in verb. iust. a. C. de sacros. Eccles. & in auth. de non alien. §. si vero alienatio Ecclesiast.* & ideo licet sit nulla; tamen attenditur conueniens responsio secundum morẽ regionis, ne de alieno locupletetur. † Extende idem si fiat locatio pro mercede declaranda arbitrio incertæ personæ. *l. si merces*, vbi Bart. *in princ. ff. locati.* Io. de Im. *d. cons.* 22. *in fi. & cons.* 110. *Licet, n.* 4. *lib.* 3. *& cons.* 150. *Viso processu, lib.* 4. *colu.* 1. Ruin. *cons.* 136. *Primo videndum, col.* 3. *verb. non obst. at. lib.* 1. *& cons.* 103. *Quamuis, col.* 1. *cum seq. eodem tit.* † Extende, etiam si pensio sit cõmissa in arbitrium certæ personæ, quæ non declarauerit; quia adhuc locatio est nulla, *d. l. si merces. ff. loc.* Doct. in *l. si in lege, eod. tit.* † Declara tamen; quia licet locatio remaneat nulla; quia pensio nõ fuit declarata; si tamen conductor possedit rem locatam per aliquod tempus, debet recurri ad arbitrium boni viri, & sic ad iudicem, vt declaret, ne lucretur cum aliena iactura, Castr. *d. l. si merces, & in l. si in lege. ff. locat.* sequitur Ias. in *l. si quis arbitratu, num.* 12. *verb. sexto. ff. de ver. oblig.* & ibidem Soci. in fin. qui tuetur ab impugnatione Alex. & idem tenet Socin. pater *cons.* 24. *In præsenti, col.* 4. *lib.* 1. † Contrarium Alex. *d. l. si quis arbitratu. ff. de ver. oblig.* † Restringe, quando locatio fieret eidem conductori, & laboratori ad medietatem, vel certa pensione conducenti alia bona vicina; quia etiam pro illamet mercede censetur facta noua locatio. Io. de Imol. *cons.* 22. *per tot.* vbi est casus.

Locatio præsumitur ex longa præstatione vniformi pensionis, & quando. Concl. 408.

SOLVTIO † vniformis facta per decem annos inducit præsumptionem locationis. Vide plene, *Solutio facta per plures annos declarat quantitatem debiti. Concl.* 339. † Limita, quando solutio facta fuit difformis, varia, seu indiscreta. Alex. *cons.* 102. *n.* 2. vbi loquitur in vnica solutione, *lib.* 6.

Locatio animalium ad iouaticam qualiter licita. Cõclus. 409.

1 LOCATIO †boum, seu vaccarum ad affannagium, seu ad iouaticam est licita, & potest merces conuenire etiam lucrosa propter periculum, quando locans assumit periculum fortunæ in se, quia ex quo possunt mori animalia, non consideratur excessiuitas mercedis. Crau. plenissime *cons.* 145. *n.* 3. *& seq.* vbi respondet ad omnia, quod non potest dici usurarius cotractus: quia boues valoris viginti scutorum, licet lucrentur salmam cum dimidio singulo anno, nõ est excessiua propter periculum interitus; quia
2 senescunt, & deteriores fiunt. †Extende; quia valet locatio vnius bouis pro corbis quinque grani ad laborandum, quando Dominus assumit in se periculum naturalis mortis bouis. Alex. *cons.* 158.
3 *In causa, & lite, in princ. & per tot. lib.* 2. † Amplia in locatione equorum: quia licet tanta merces accipiatur, per quam equus in vno anno comparatur, non tamen dicitur vsura propter periculum
4 interitus. Crauet. *d. cons.* 145. *num.* 8. † Amplia; quia valet pactum, quod recipiens animalia ad iouaticam teneatur illa custodire, & si perierint culpa recipientis, teneatur ad æstimationem, & ad pœnam dupli, & ad solutionem; si vero perierint morte naturali, vel Diuino iudicio, spectet ad locantem. Alexan. *d. cons.* 158. *In causa & lite, in princ. lib.* 2. dummodo intra octo dies, quibus perit
5 diuino iudicio, præsentet Domino eorum animalis mortui. †Et si tale pactum non seruatur, vt quia conductor intra octo dies non præsentet eorum, non audiatur post, quando adest maxime iuramentum; quia quando adest dies, & pœna, non purgatur mora in cursa, & minus, si simul adest iuramentum. Alex. *d. cons.* 158. *in princ. & n.* 4. *& per tot. lib.* 2. vbi, quod debetur etiã pœna tanquam adiecta facto; quia non præsumitur in fraudem vsurarum; imo etiam si esset adiecta quantitati, debetur, quando adest iuramentum, *& n.* 4. *& seq.* quod purgatio moræ non admittitur stante die, & pœna, & stante iuramento: & quia verba pacti essent superflua,
6 quod esse non debet. † Periculum, seu damnum bestiæ mortuæ an spectet ad Dominum, vel ad soccidarium, & qualiter debeat probari, quod diuino iudicio sit mortua. Alex. *d. cons.* 158. *lib.* 2. Ia. in *l. si pascendum. C. de pactis.* & Alexan *d. cons.* concludit quod periculum diuino iudicio spectat ad locantem; periculum vero malæ custodiæ ad conducentem, & conductor debet probare, quod diuino iudicio periit, quando habebat custodiam, vel quando aderat pactum, alias non.

Locatio vniuersalis quando comprehendat bona acquirenda, vel non, & quid comprehendat, vel non. Concl 410.

1 LOCATIO †facta vniuersaliter de bonis per modum territorii non comprehendit bona post locationem quæsita per locatorem: quia de futuris non fuit cogitatũ. Bal. *cons.* 370. *Magnifici & illustris. lib.* 1. † Amplia; quia locatio beneficii licet sit locatio vniuersalis; non tamen comprehendit spiritualia, sed tantũ temporalia; ideo annexa spiritualibus non veniunt in tali locatione;
2 quia vendi non possunt; ideo non potest deputare officiarios cõductor, nec iurisdictionem spiritualem exercere, nec præsentare
3 ad iura patronatus. Castr. *cons.* 362. *Vniuersalis vir. lib.* 1. † Extende, etiam si in arrendamento, vel post arrendamentum fuit conductor constitutus procurator in rem suam ad levandũ, & exigendum omnes fructus; quia tale mandatum est in exequutione locationis, vt exerceat etiam directas actiones, non vt extendatur locatio ad non comprehensa. Castr. *d. cons.* 362. *n.* 3. *ver. secundo principaliter quero. lib.* 1. vbi extendit, etiam si in procura sit facultas ad conferendum; quia non comprehendit præsentationem: quia di-
4 uersa sunt. † Restringe, nisi esset feudatarius, vel emphyteuta vniuersalis, vel ad longum tẽpus, in quem transit dominium vtile. Castr. *d. cons.* 362. *l.* 1. *n.* 2. *ver. nec obstat.* Picus in *l. Titia.* §. *Titiacum nube-*
5 *ret. n.* 145. *ff. de leg.* 2. † Restringe; quia si adsunt aliqua regalia, & tẽporalia in consequentiam iurisdictionis, illa debentur conductori vniuersali non habenti vtile dominium. Castr. *d. cons.* 362. *n.* 2. *ver. si aliquid autem. lib.* 1.

Locatio in dubio ad plenum vsum censetur facta, & qualiter interpretanda. Concl. 411.

1 LOCATIO †domus censetur facta in dubio ad plenum vsum, si aliter non est specificatum; ideo potest conductor plenum vsum domus habere: quia pensio succedit loco plen. vsus, & habitationis, ita, quod nulla lex censetur imposita, nisi bene vtendi.
2 Bald. *cons.* 242. *Quæ veritas, in princ. & per tot. lib.* 1. † Amplia; quia in dubio cẽsetur facta ad vsum solitum; nam locans apothecam solitam ad vsum speciariæ censetur locata ad illum vsum, maxime si locatur ei, qui exercet artem speciariæ: ideo debet patientiam ad illum vsum Roma. *cons.* 178. *Pro decisione, nu.* 2. *vers. vlti. cum quæritur. per tot.* allegat Bart. in *l. cum in plures, in fi. ff. locati.* Vide, *Vsus, & solitum patris familias seruit pro interpretatione rei dul.* 1ª. *Concl.* 364. † Li-
3 mita; quia verba locationis generalia, & prægnantia interpretantur contra conductorem, vt contineant honestum; ideo qui conduxit ab Ecclesia vniuersitatem bonorum cum potestate expellendi quoscunque particulares conductores, intelligitur finita locatione particulari; quia alias contineretur res inhonesta, ita Iason *cons.* 45. *lib.* 3.

Locario durat non obstante recessu locatoris, & quando secus, & qualiter finiatur. Concl 412.

CONDVCENS †apothecam in platea, si pro ornatu plateæ fiat
1 præceptum conductori, quod recedat ex apotheca, & ipse pareat præcepto, completo ornatu plateæ conseruatius locationis, nec debetur aliqua remissio. Petr. Anch. *cons.* 90. *Considero, quod*
pro ornatu. † Amplia in tãtum, vt si statutum, quod nemo eius-
2 dem artis possit conducere apothecam alteri locatam sub certa pœna, conducens talem apothecam eiusdem artis, ex qua cõductor exiuit pro ornatu in vim præcepti superioris, dicitur incurrisse pœnam statuti: quia re vera durabat locatio. Anch. *d. cons.* 90.
3 *per tot.* † Amplia; quia conducens domum pro certo tempore, & certo pretio tenetur soluere conuentum affictum, etiam si nõ est vsus re conducta; quia per eum stetit, per text. in *l. si in lege.* §. *si domus. & l. habitationes. ff. locati.* † Amplia; quia locatio non dicitur fi-
4 nita, licet conductor portauerit omnes res locatæ ad domum locatoris. †Restringe; quando præcessisset protestatio de non continuando vlterius, & Dominus recepisset claues; quia non tenetur vlterius conductor ad pensiones pro futuro tempore. Doctor. in *l. fin.* §. *item si prædixerit. ff. nautæ, caup. st. abul.* Bart. in *l.* 1. §. *per cõtrarium. ff. de liber. agnoscen.* † Limita; quia locatio dicitur finita ip-
6 so tempore in locatione appositio, & possessio rei locatæ absque vlla controuersia restitui debet. Bart. in *l. videamus.* §. *qui vinum.* vbi
text. *ff. locati*, non enim potest locatori quæstionem dominii facere conductor. *l. si quis conductionis. C. eod.* etiam si haberet aliquod ius: quia debet illi reseruari. Bald. *d. l. si quis conductionis.* Vide, *Conductor non potest inferre quæstionem dominij rei conductæ, & quando secus. Concl.* 608.

Locatio est transitoria ad hæredes, & quando secus. Concl. 413.

EST †transitoria locatio & conductio ad hæredes tam conduc-
1 toris, quam locatoris pro tempore, pro quo durat. §. *fi Instit. locati. l. viam veritatis. C. eod.* †Et ideo potest conductor sublocare,
2 *l. nemo prohibetur*, vbi Bald. *C. locati*, dummodo locatio fiat æque idoneo, & ad vsum, pro quo bona sunt locata, vt ibi Bald. & Salycet. †Extende, vt nedum locatio, sed etiam sublocatio transeat ad
3 hæredes, & successores; & ideo sicut locator primus non potest priuare suum conductorem durante locatione. *l.* 1. §. *si conuenerit. ff. depos. l. commod. ad* 1. §. *sicut. ff. commod.* ita pariter non potest secundum conductorem à primo causam habentem molestare. *l. aliud.*
§. *fin. l. in omnibus.* §. *non debeo. & l. nemo plus. & l. qui in ius. ff. de reg. iur.* †Extende, etiam si esset facta locatio, donec reuocetur; quia licet
4 voluntas cesset per mortem; non tamen ex morte fit reuocatio. Bart. in *l. more. ff. de iurisd. omn. iud. c. si delegatus, de offic. deleg. in* 6. †Re-
5 stringe, quando locatio & conductio fuit facta ad voluntatem; quia expirat morte locatoris, vel conductoris. *l.* 4. *ff. locati.* †Idem, si
6 esset facta ad beneplacitum; quia expirat morte. *cap. si gratiose. de rescript. in* 6. † Declara; quia si est fauorabile filiis defuncti, quod
7 expiret; tunc expirat, alias non. Dec. *c. ex litteris. de constit.*

Locator tenetur præstare patientiam conductori, & qualem, & quando secus. Conclus. 414.

EST †regula, quod locator tenetur præstare patientiam con-
1 ductori in re locata, *l. ex conducto. ff. locati.* Alexan. *cons.* 127. *libs. ver. tertio etiam.* † Alias tenetur conductor ad interesse *l. si tibi alienum. & l. si quis domum. & l. si fundus. ff. locati.* Socin. *consil.* 70. *lib.* 3. &
2 quod teneatur ad interesse, & expensas, nedum de iure communi, sed etiam ex promissione, de qua in instrumento de defendendo &c. qua defensione non sequuta tenetur ad interesse *l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio.* §. *fin. ff. de reiud.*
Alex. *d. cons.* 127. *Viso instrumento. ver. tertio etiam. lib.* 5. Ang. Aret. *consil.* 70. *Videtur primo, in prin.* † Extende; quia etiam si nihil sit pro-
3 missum; tamen locator tenetur de euictione ad instar venditoris,

leg.

leg. non dubitatur. C. de euictio. vbi Doctores: nam venditio & locatio fraternizant, & valet argumentum de vno ad aliud. *leg. 1. & 2.* 4 *ff. locati. Instit. eodem in princ.* †Contrarium, quod imo si pars rei locatæ euincatur, non teneatur locator ad interesse conductori, sed solum ad remissionem affictus, quando impedimentum fuit præstitum à tertio, quod ipse non potuit prohibere. Doct. in *l. si vero. §. item, cum quidam. ff. locati.* & probatur in *l. si fundus. §. si quis domum.* 5 *ff. eodem tit.* † Ampliatur tantum, vt si agat contra conductorem, teneatur in libello hoc exprimere, quod præstitit patientiam. Aret. *Instit. de actio. §. sequens. colu. 7.* Mathesilan. *sing. 10.* Calder. *cons. 5.* 6 *tit. de locato.* †Declara, vt plene per Iaf. *Instit. de actio. §. omnium. nu. 164. ver. an autem*, vt in propria locatione, quando pensio est in pecunia, non teneatur exprimere; secus si pensio est in grano, vel alia specie; quia non est locatio, sed contractus innominatus, & debet exprimere; quia contractus innominatus requirit implementum, vt detur actio. † Restringe Florentiæ, quia non requiritur ista mentio in libello vigore statuti, *lib. 2. rub. 53. quod affictuarij, & pensionarij*, per quod dispositur, quod præsumatur conductor habuisse facultatē vtendi, & fruendi, nisi contrarium probetur, ad finem *ver. & præsumatur conducens.* † Amplia; quia tenetur locator conductori ad duo; primo ad dandam promissionem rei locatæ conductori ad duo; primo ad dandam possessionem rei locatæ conductori; secundo tenetur præstare patientiam toto tempore locationis, quod possit vti, & frui, & si non patitur, tenetur ad interesse, sed si iam possidet conductor, non potest agēdo locator velle offerre interesse, & molestare; quia actio ad interesse datur soli conductori. Ang. Aret. *d. cons. 70. n. 16. & seq per tot.* vbi tollit contraria, alias reduceretur in odium cōductoris illud, quod est introductum in fauorem suum. † Amplia; quia patientia ista extenditur, ita vt conductor possit vti, & frui re locata, videlicet faciendo expensas necessarias, sine quibus res locata possideri non potest. *l. ex conducto. in prin. ff. locati*, plura cumulat Aret. *cons. 111. Consideratis diligenter, in prin.* Socin. *cons. 15. Visis prædictis,* 10 *col. 4. ad fi. lib. 1.* †Extende: quia si conductor facit similes expensas necessarias, sine quibus res locata possideri non poterat, illas sibi retinet, & recuperat aduersus locatorem; quia ad eum spectant. *l. Dominus horreorum. §. 1. & l. colonus, in prin. ff. locati.* Aret. *d. cons. 111. col. fin. secundo quæsito*, & Soci. *d. cons. 1. col. 4. lib. 1.* Castr. in *l. sed addes, §. si quilinus. & l. Dominus. §. in conducto, & l. colonus.* vbi etiam Barto. 11 *ff. locati.* †Extende; quia conductor potest compellere locatorem ad faciendum, vt liceat vti, & frui re locata, Rom. *cons. 178. Pro de-*12 *cisione in prin.* † Extende; quia locator tenetur ad totale interesse conductori, quando facto locatoris non potest conductor vti, & 13 frui re locata. Roma. *d. cons. 178. in prin. ver. secundo quod.* †Idem est, quando cōductor impeditur facto tertii etiam iusto, cui locator potuit prouidere; qui non tenetur ad totale interesse. Roma. *d. consil.* 14 *178. in prin. ver. tertio quod.* †Restringe, quādo factum erat iustum, sed locator non potuit prouidere; quia tunc tenetur solum ad remissionem mercedis, non autem ad totale interesse. Rom. *d. consi. 178. ver. tertio quod.* Alex. *cons. 127. Viso instrumento. n. 7. & 8. ver. tertio* 15 *posset ad hoc responderi, lib. 5.* † Restringe in facto tertii iniusto prouenīente mediante culpa locatoris, puta ex odio, vel inimicitia, cui non potest prouidere, & tenetur solum ad remissionem mercedis, non ad totale interesse. Rom. *dict. cons. 178. in princ. ver. si vero* 16 *factum.* †Declara; quia ad hoc, vt locator teneatur conductori ad tota interesse, ex quo non potuit vti, & frui, oportet, quod conductor interpellauerit locatorē, & constet de hoc, quod non poterit vti, & frui. Secundo, oportet, quod impedimentum duraverit; non autem fuerit momentaneum: & istis probatis postea distinguitur; quia si est impedimentum præstitum à locatore, vel alio, cui poterit prouidere, tenetur ad totale interesse; si verò nō poterat prouidere; tunc non tenetur ad totale interesse, sed ad remissionem pensionis pro rata. Alex. plene *d. cons. 127. Viso instrumento. n. 5. in fi. cum seq. ver. similiter non obstat. lib. 5.* vbi apostill. in *ver.* 17 *natura.* dat concord. † Restringe, nisi aliter esset conuentum in locatione, puta, quod prædictæ omnes expensæ spectarent ad conductorem; quia seruanda est lex contractus, *d. l. Dominus horreorum. §. 1. d. l. si addes, §. illud. in fin. ff. locati.* Areti. *d. cons. 111. in secundo* 18 *premisso.* †Amplia; quia locator potest non velle præstare patientiam conductori præstando illi interesse, etiam si promisit non molestare; quia patientia consistit in facto, & factum impletur per interesse. Angel. Aretin. *cons. 70. Videtur primo, in princ.* vbi plu-19 ta adducit. †Contrarium dicit Angel. Aret. *d. cons. 70. nu. 10. & seq. vers. sed tamen ijs non obstantibus per tot.* vbi, quod regula est, quod in casibus, in quibus potest expelli conductor iuxta *l. ædem. C. locat.* succedit interesse, extra illos casus potest conductor de facto re-
* sistere locatori, etiam si offerat interesse, *& n. 15.* dicit, quod* omnes ita tenent. †Declarat idem Ange. Areti. *d. cons. 70. nu. 17. & seq.* 20 *ver. nec obstant allegata.* per tot. videlicet, quod patientia locatoris, quam debet præstare, non tantum respicit factum, sed etiam ius; & quia siue nō sit expulsus, & potest resistere; siue sit expulsus, & potest agere spolio; & ideo licet teneatur ad factum locator, & pro facto succedat interesse, illud est volente conductore, ad cuius commodum hoc est inductum, & quando nō fuit impletum, alias secus. † Limita; quia procedit regula in claris, quando quis 21 locauit etiam rem alienam, sed quando locatio est dubia, tunc quia in dubio non censetur quis locare, nisi bona, & iura, quæ habet in loco, non autem aliena. Bar. in *l. prædia. C. de locat. prædi. ciuil. lib. 11.* ideo in dubio non tenetur præstare locator patientiam vltra rem propriam locatam. Vide, *Locatio rei alienæ, vel communis. Concl. 430.* † Limita, quando conductor facto, & culpa sua non 22 posset vti, & frui, quia non imputatur locatori. Soc. *d. cons. 70. lib. 3.* allegat *l. si merces. §. culpa. ff. locati.* † Limita, quando cōductor pro- 23 hibetur de facto inhabitare à tertio, quem locator prohibere nō potest. *l. sub vno. §. vbicunque. ff. locat.* Soc. *cons. 88. lib. 1. & cons. 156. n. 4. lib. 2.* Alex. *cons. 128. n. 8. & 9. lib. 5. & in l. stipulatio ista, n. 10. & seq. ff. de verb. oblig.* †Declara; quia bene tenetur ad remissionem mercedis 24 pro tempore, quo non potuit vti, & frui re locata, vt dicunt Doctor. prædicti, & infra proxime. Rom. *d. cons. 178. ver. si vero factum.* †Extende idem, quando res locata est euicta in parte, vel toto; 25 quia tenetur præstare patientiam, *l. si quis domum, in princip. l. cum in plures, & in princ. ff. locati*, quia tunc tenetur ad remissionem pensionis pro rata, non autem ad interesse, quando sine dolo locatoris, *l. si fundus*, & ibi Doctor. *ff. locati.* Roma. *d. cons. 178.* Soci. *d. consil. 83. lib. 1.* Alex. *cons. 128. n. 8. & 9. lib. 5.* † Limita: quia si modica, vel 26 minima est incommoditas, nulla fit remissio; secus si esset releuans. Rom. *d. cons. 178. col. 2. ver. quarto quod.* † Limita, quando con- 27 ductor non soluisset pensionem, & ex parte sua non obseruasset prius; quia si locatio est iurata, decidit à contractu per *l. si quis maior. C. de transact.* & non tenetur seruare non obseruanti. Alexand. *cons. 196. Visis ponderatisque, in princ. lib. 4.*

Locator quas expensas teneatur reficere conductori. Concluſ. 415.

LOCATOR † ad modicum tempus tenetur reficere expensas 1 necessarias factas per cōductorem in re conducta, *l. Dominus. §. 1. & l. ex conducto, in princ. ff. locati.* † Necessariæ dicuntur ex- 2 pensæ factæ, ne res pereat, vel ne deterior fiat. Castr. in *d. l. Dominus, §. 1. ff. locat.* Salyc. in *l. domum, C. de rei vendic.* Alex. *consil. 4. Videretur stantibus ijs, col. fin. vol. 5.* Ruin. *cons. 157. Consideratis diligenter omnibus, n. 20. & seq. lib. 1.* † Et fossata, & aggeres dicuntur expensæ necessariæ, Ruin. *d. cons. 157. n. 20. & seq. lib. 1.* Aret. *cons. 111. Consideratis diligenter, col. pen.* Iaf. in *l. 1. nu. 28. C. de iur. emphyt.* † Amplia, vt refec- 4 tio expensarum necessariarum debeatur à locatore, etiam si à flumine processu temporis fuerit asportata; quia sufficit, quod à principio fuerit vtiliter gestum, *l. sed an vltro, §. 1. ff. de neg. gest. l. si necessariarum, in princ. ff. de pign. actio.* Castr. *cons. 425. Super primo quæsito. col. 1. lib. 1.* † Extende, etiam si expensæ reficiendæ affectent ali- 5 quam vtilitatem etiam bonis propriis cōductoris habentis ibidem bona conuicina, text. & ibi gloss. in *l. si absenti. ff. de vsufruct.* †Amplia, vt eadem refectio facienda sit conductori ad longum 6 tempus. Bald. in *rubr. C. de iure emphyt.* Areti. *cons. 55. In causa mihi proposita. col. 2.* latius *d. cons. 111. colum. 2. & 3.* vbi dicit, quod quando in conductione ad longum tempus pensio est correspondens fructibus, non est æquum, quod ad ipsum expensæ reparationum pertineant, allegat Ioan. And. in *addit. Specul. titul. locat. §. postquam.* †Extende etiam in emphyteusi, quando pensio, quæ soluitur, est 7 correspectiua fructibus. Iaf. in *l. 1. nu. 20. C. de iur. emphyt.* late Alex. *cons. 112. col. 2. lib. 1.*

Locator quando pensionem augere possit, vel non. Concl. 416.

RES † locata si post locationē augeatur, an possit augeri pēsio. 1 habetur in *l. 2. C. de alluuio.* & per glossin *l. legē. C. locati.* †Declara; 2 quia si res conducta longo tempore fuit meliorata, & effecta fructuosa opera cōductoris, nō debet pēsio alterari. *l. 2. C. de locat. prædio. ciu. lib. 11.* vbi Bar. Vide plenius, *Cōductor nō pōt inferre quæstionem dominꝰ. Concl. 608. n. 30. & seq.* † Si vero augeatur in fructibus, an 3 debeat pensio augeri, habetur in *l. si merces. §. vis maior. ff. locat.* relatiue Ang. *cons. 312. Prout pater. n. 5. vers. sed licet non audiatur.* † Au- 4 gmentum autem in pretio fructuum, vel etiam diminutio nō est

considerabilis ad augendam, vel minuendam pensionem. Ange. *d.cons.312.n.5.ver.tertius autem casus.* Vide, *Conductor quando pensionem augere debeat pro re conducta. Concl.614.*

Locator ex multis causis potest expellere conductorem, & quando secus. Concl.417.

1 LOCATOR † Dominus domus, si superueniat talis causa, per quam compellitur, vel indiget habitare domum locatã, potest eo casu expellere conductorem non finita locatione. *l.ædem.C.locati,* cum qua communiter *transeunt Docto. ibi, & debet causa necessitatis superuenisse, alias si habet aliam domum,
2 quam potest habitare, prædicta non procedunt. † Declara; quia in omnibus casibus, in quibus conceditur locatori facultas expellendi conductorem, de quib⁹ in *d.l.ædem.C.locati,* intelligitur, dummodo soluat conductori interesse. Ang. Aret. *cons.70. Videtur
3 primo.nu.31.ver.nec obstat.* †Extende, vt procedat, etiã si potuit præuidere, vt quia ipse, vel filius est ductur⁹ vxorem, vel quia vult aliquam artem lanæ, vel aliam laudabilem exercere. Bald. *d.l.ædẽ. C.locati,* vide contrarium infra in prima limitatione, *n.57.& seq.&
4 n.67.* †Declara prædicta procedere, quando non adest pactũ expressum de non expellendo durante locatione, alias secus. Ang. in *d.l.ædem.C.locat.* quod pactum debet esse specificum, & de per
5 se, non in causis generalibus Nat. *cons.25* †Restringe; quia nõ habet locum, quando locatio est facta ad tempus longissimum, puta decem annorum; quia non potest expelli, maxime quando habet rem locatam hypothecatã. Ang. *cons.2. Certum est.nu.11. & 12.*
6 †Amplia; quia nedum pro vsu suo proprio, sed etiam pro vsu patris, & matris indigentium habitatione; quia si causa superuenit,
7 potest expelli conductor. Bald. *dict.l.ædem.C.locati.* † Restringe; quia necessitas fratris, & aliorum transuersalium non habet priuilegium expellendi. Bald. *d.l.ædem. C.locati,* & Doctor in *c.propter
8 sterilitatem,eod.tit.* † Amplia, vt procedat, etiam si domus esset ita magna, quod posset sufficere Domino, & inquilino; quia Dominus non tenetur habitare in communione cum inquilino, vel alio, si non vult, maxime, quando adest timor pudicitiæ. Bald. *d.l.æ-
9 dem.C.locat.* † Amplia; quia potest locator expellere conductorẽ, etiam non finito tempore locationis, quãdo necessitas refectionis domus imminet. *d.l.ædem.C.locat.* & licet text. vtatur solũ verbo, *corrigere,* tamen ibi Bal. exponit corrigere, id est, emendare, vel
10 reficere. †Restringe, quando tempore locationis, vel tempore, quo recepit mercedem, imminebat eadem necessitas, vel parum
11 minor, gl. & Bald. *d.l.ædem.C.locat.* †Declara; quia restaurata domo bene posset inquilinus cogere conductorem ad sibi restituendam domum. Marsil. in *l.1.C.de raptu virgin.n.23.* quia cessante causa, &c. Alex. in *apostil.ad Bart.d.l.ædem.* Rom. *sing.232. Tu habes Legi-
12 sta.* Cremen. *sing.72. Tu scis.* † Amplia; quia colonus, qui male versatur in fundo, potest expelli, *d.l.ædem.C.locati,* vbi Doctor. *auth. qui rem.C.de sacrosanct. Eccles.* & procedit tam in conductore Ecclesiæ, quam priuati, vt per Dec. & Cagnol. *d.auth.qui rem.* Ruin. *cons.
13 sil.58.lib.1.* †Extende, si procuraret in damnum locatoris, q̃ fieret aliud ædificium ad æmulationem, Alex. *cons.105. Magnifice, n.21.in
14 fi.ver.aliud fundamentum.lib.3.* † Declara tamen, vt procedat, quando tria concurrunt; primo, quod deterioratio sit notabilis quantitatis; secundo, quod sit ad perpetuam rei deteriorationem; tertio, quod processerit dolo, vel culpa conductoris. Bald. *d.auth.qui
rem.n.2.* & sequitur ibi Ias. *n.7. C.de sacrosanct.Eccl.* & idem Bald. in *d.læ-
dem.C.locati.n.14.* & de primis duob. requisitis Petr. de Vbal. *tract.
de duob.fratr.p.8.vér.33.quæro,nu.34.* vide apostil. ad Bald. *d.auth. qui
rem,* & an magna, vel parua sit deterioratio, statur arbitrio iudicis considerata qualitate rerum, & personarum, secundum Nicol. de
Matar. quem citat Bald. in *d.l.ædem.C.locati.* Alex. *cons.118.n.10.ver.
15 secundo respondeo,lib.5.* † De tertio requisito, quod requiritur dolus, vel culpa saltem leuis; quia leuissima non sufficeret. Alexan. *d.
cons.118.n.10.lib.5.* Ias. in *auth.qui rem.n.7. C.de sacrosanct.Eccles.* vbi dicit Cuma. & Fulgosita consuluisse, & quod ipse Iasita consuluit Mediolani, & constat ex suo *cons.17.n.2.lib.1. & in l.2.quæst.42.C. de in-
16 re emphyt.* Dec. & Cagnol. in *d.auth.qui rem.* †Et de qua culpa tenea-
17 tur conductor, late Ias. in *l.domos.n.6.& 7.ff.de leg.1.* † Intellige tamen, vt per Natt. *cons.481.n.14.& seq.* nisi adesset pactũ meliorandi; quia tunc ex minima deterioratione potest expelli, ne pactum
18 sit elusorium. † Extẽde, vt procedat, etiam si conductor, qui deteriorauit vnam rem locatam, meliorasset aliã; quia potest expelli à toto. Bald. *d.l.ædem.C.locat.* vbi Barbat in apostil. qui dicit ita se consuluisse pro Cardinale Mantuano, qui plura nemora locauerat. Alex. *d.cons.118. In casu,n.2.in fi.ver.imo,quia conductores,lib.5.* vbi
dicit, procedere, qñ locatio vnico pretio fuit facta de pluribus bo-
19 nis. † Declara tamen; quia licet non fiat cõpensatio de meliora-

mentis vnius rei cum deteriorationibus alterius rei, bene fieret, si melioramenta, & deteriorationes essent in eadem re, qñ cessaret dolus in deteriorando. Bal. *d.l.ædem.C.locat.* † Extende, vt pro- 20
cedat, etiam si conductores abutendo re conducta inciderunt in primo anno omnia ligna, quæ debuissent incidere in plurib. annis, & vendiderunt. Natt. *cons.482.per tot.* †Contrarium Alex. *cõ- 21
sil.118. In casu,n.9.ver.nec etiam obstat,lib.5.* quia non respicit perpetuam deteriorationem, ex quo renascuntur, dummodo nõ continuauerint, sed abstinuerint. Rol. à Vall. *cons.49.lib.2.per tot.* †De- 22
clara; quia in omnibus casibus, in quibus cõductor potest expelli, intelligitur præuia cognitione causæ, & sententia. Alexan. *cons.
118.n.10.& seq.ver.secundo,respondeo,* maxime *n.11.lib.5.* & ibi apostil. in *ver.sententia,* plenius vide Bero. *cons.125.lib.1.nu.4.& seq.* vbi, qñ possit expelli, vel non, apost. ad Alex. post Alex. ibi *cons.131.in prin,
lib.4.in ver.expellere.* † Amplia idem, si abutitur re locata, puta si in 23
camera faceret stabulum, vel pullarium. Vide, *Conductor non potest abuti re conducta. Concl.623.* † Extende, etiam si abusus rei sit pro- 24
pter malos mores, puta quia retineret meretrices; quia ex qualitate loci, & personarum iudex arbitrabitur, puta si domus est in loco honesto, vel lupanari, aut si locator sit persona honesta, prout sacerdos, paterfamilias, vel è contra. Bald. *d.l.ædem.C.locati,* & ibi apostil. † Amplia; quia si conductor nõ impleuit promissa, po- 25
test expelli ante finitã locationem, & onus probandi implementum incumbit conductori. Alexan. *cons.129.lib.2.& cons.5.lib.4.& cons.80.eod.lib.4.* Bero. *cons.125.n.11.& seq.lib.1.* vbi respõdet ad contraria, quod caducitas ob pacta non seruata est natura cõtractus, non pœna. †Contrarium tenet apost. ad Alex. *d.consil.129.lib.2.in 26
ver.onus,* vbi, q̃ debet probari abusus rei à locatore; quia non præsumitur delictum, & abusus, & hanc partẽ tenet Redoan. *tract.de
reb.Eccles.tit.quid in colono,vel conductore,n.1.* vbi, q̃ contrauẽtio specifica debet probari. † Declara; quia si tria concurrunt requisita; 27
primo, quod damnum non sit modicum; secundo, quod respiciat proprietatem; tertio, quod ex dolo potest expelli non præmissa probatione, ita Bero. *d.cons.125.n.4.& per tot.lib.1.* †Extende, etiam 28
si conductor, qui nõ soluit, de facto resistat expulsioni. Alex. *cons.
105.n.18.lib.3.* †Extende, quia conductor, qui nõ soluit affictũ primi anni, potest expelli, q̃n iurauit in contractu soluere. Alex. *cons. 29
85.lib.1.& cons.105.lib.3.* † Etiam si defecit in vna sola paga, potest 30
statim expelli conductor propria authoritate. Alex. *d.cons.105.lib.
3.in l.2.n.37.C.de iur.emphyt.* †Extende; quia imo etiam si non iura- 31
uit conductor simplex ad modicum tempus eo ipso, quod cessat à solutione, potest expelli à locatore. *l.ædem,* à contrario sensu, vbi Bald. & alii. *C.locati.* Capra ponit hoc pro regula in *c.propter sterilitatem,locati.* Ias. in *l.2.ver.tertia est conclu.C.de iur.emphyt.* q̃ declara, nisi habeat pactum, q̃ debeat expectari; quia per biennium erit expectandus, iuxta not. in *l.quæro.§.inter locatorem.ff.locat.* Vide *d.l.ædem.C.locati,* vbi Bal. & Salyc. Aret. in *leg.clam.possidere. §.qui ad
nundinas,ff.de acquir.poss.& cõs.21.col.fi.* Ias. in *auth.qui rem.C.de sacros.
Eccl.* Dec. *cons.146.* Corn. *cons.166.lib.2.* late Gozad. *cons.39.in fi.* Alex. *cons.131.circa prine.lib.4.& cons.105.n.18.li.3.* vbi ampliat, vt procedat, etiam si conductor resistat. †Extende in conducente à fisco 32
ad modicum tẽpus pro annua pensione soluẽda de sex mensibus in sex menses; quia si in prima paga, vel vna deficit, potest expelli, & perdit beneficium *l.congruit, & l fi.C.de loc.præd.fisci.lib.10.* vbi gl. & Io.d. Platea. †Extende, vt possit conductor expelli, nedũ si cessauit in paga vna sex mensium. Alex. *cons.132.circa prin.lib.4.* sed & 33
si cessauit in vno nummo. Alex. *d.cons.105.n.18.lib.3.* vbi dicit procedere, etiam si resistat. †Extende, etiam si fuisset per partes appo- 34
sita pœna, si non solueret; quia non receditur propterea à prouisione legis. Alex. *d.cons.132.circa prine.lib.4.* †Declara; quia non re- 35
quiritur libellus, sed sufficit productio instrumenti nõ citata parte, & iudex dat immissionẽ, seu associationẽ curiæ, secundũ *cõ-*
munem. Alex. *d.cons.13 1.nu.5.ver.tertio præsuppono,lib.4.* & Bononiæ ita fuit introductus vsus, q̃ datur missio, postea fit præceptũ parti, ne molestet missum, pars aduersa comparet, & citata parte missa obtinet suspendi missionẽ vsque ad ius cognitũ, iudex secundũ probata in sententia confirmat missionem, vel reuocat, & à cons. Alex. & statuto Bononiæ fuit introductum, prout etiam Alex. repetit *d.cons.105. Magnifice,n.27.ver.& in hac petitione.lib.3.* †Extẽde, 36
etiam si adsit pactum, q̃ durante locatione nõ possit expelli; quia intelligitur, nisi cessauerit in solutione pensionis. Alex. *cõs.76.col.
2.lib.5.* †Extende; quia conductor ad quinquenniũ potest expelli, 37
etiam si adsit pactum de non expellendo, quando stetit per biennium, quod non soluit, & D. erat præsens; quia pactum nõ operatur, si non soluit per biennium. Ias. in *l.2.n.37. C.de iur.emphyt.* †Et 38
q̃ pœna expulsionis habeat locũ cõtra colonũ abutentem re locata, vel deteriorantem, vt propria authoritate possit à locatore

expelli,

* expelli, comm. * dicit Bero *cons.* 125. *per tot. lib.* 1. quando cõcurrunt illa tria, ꝙ magna sit deterioratio, respiciens proprietatem, & dolosa, vbi, quod incumbit onus probandi conductori. Alex. *d. cons.* 130. & *cons.* 132. *lib.* 4. *in prin.* vbi dicit * communẽ. † Declara totam hanc materiã secundum Bar. in *l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. locat.* quia si simus in emphyteuta Ecclesiæ sine iuramento expectatur per biennium, in emphyteuta priuati per triennium, in simplici colono, siquidem est factum pactum de non expellẽdo, expectatur per biennium, si non est factum pactum, & est absens, expectatur biennium, si est præsens, statim, ꝙ nõ soluit, põt expelli, & hoc. si nõ soluit in termino, *l. qui rem. n.* 12. & *seq. C. de sacros. Eccles.* †Extende; quia locator potest expellere conductorẽ non soluentem in termino, ꝓpria authoritate, & si resistat per vim, licet in emphyteuta sint contradicentes. Alex. *d. cõs.* 105. *n.* 17. *lib.* 3. vbi apostil. reprobat illã nimiã violentiã, & per vim. † Et ꝙ simplex conductor, qui non soluit pensionẽ, possit expelli per locatorem propria authoritate, etiã si alleget solutionem, quã non probat, etiam si obtulit velle soluere sine pecunia præsenti, vel sine fideiussore præsente. Alex. *cons.* 130. *In causa, per tot. nu.* 9. & *seq. ver. nec prædictis obstat, lib.* 4. & *in* * *cons. seq. in princ. eod. lib.* vbi dicit magis * cõmunem, & ibi apostil. in *ver. expellere*, dat plurimos concor. & iterũ ibi Alex. *nu.* 6. plenius idẽ Alex. *cons.* 105. *Magnifice, n.* 16. & *seq. lib.* 3. vbi *n.* 17. dicit magis cõmunem, * & *n.* 20. *in fi.* & 21. *ver. non obstat.* Gozad. *cons.* 1. *n.* 28. Rol. à Vall. *cons.* 87. *n.* 4. *lib.* 3. † Extende; quia imo etiã si adiuit iudicẽ, vt allociaret ad euitanda scãdala; quia adhuc poterit propria authoritate expellere, & sibi nõ præiudicauit. Alex. *d. cons.* 130. *nu.* 11. *in fi. cum seq. ver. nõ obstat, quod secundo allegabatur. lib.* 4. & hanc cõmunẽ, * & magis comm. dicit Alex. *cõs.* 131. *n.* 4. *lib.* 4. vbi, ꝙ iudex cognito de veritate tenetur dare familiã, & non requiritur citatio partis.

† Contrariũ tenent aliqui, quia ex quo elegit viã iudicii adeundo iudicẽ, & citando partẽ, sibi præudicauit, ne possit vlterius ꝓpria authoritate, prout in eo, qui vigore precarii reuocati adiuit iudicem; quia nõ potest redire ad viã facti ꝓpria authoritate. Alex. *d. cons.* 130. *n.* 11. *in fi.* & *n.* 12. *ver. non obstat, quod secundo, lib.* 4 †Declara; quia si pendentia litis est, quoad pœnã, & ad alium finem nõ impedit associationẽ. Alex. *cons.* 105. *Magnifice, n.* 25. *in fi. ver. non obstat, lib.* 3. vbi apost. in *ver. pendentiæ*, citat Iaſ. *cons.* 9. *col.* 2. & 109. *n.* 2. *lib.* 1. †Declara; quia si adiuit iudicẽ simpliciter, nõ poterit postea propria authoritate; secus si adiuit iudicẽ cum protestatione, ꝙ non intendit sibi præiudicare. Alex. *d. cons.* 130. *nu.* 12. & *multis seqq. ver. quare respondeo, lib.* 4. vbi, ꝙ non est contraria facto, & quod releuat, & dat similia plura, vsq; in finem. †Et maxime procedit, qñ protestationi non fuit contradictũ. Alex. *d. cõs.* 130. *n.* 16. *ver.* & *maxime, lib.* 4. *vsq; in fi.* †Declara aliis modis per Alex. *cons.* 131. *lib.* 4. *nu.* 11. & *seq. ver. nec etiã habet obstare*, vbi, quod si procedit petitio associationis ipsãm citationem, non inducitur lis super alio, & ibi vide alias responsiones. & plenius *cons.* 132. *in princ. lib.* 4. † Item, si nõ fuit opposita exceptio pendentiæ in principio, Alex. *d. cons.* 105. *nu.* 26. *lib.* 3. & *n.* 28. † Declara; quia litis pendentia intẽtata super caducitate viaiuris nõ impedit, quin alia caducitas causata de nouo possit extra iudiciũ operari, vt locator propria authoritate expellat. Alex. *cons.* 105. *Magnifice, n.* 28. & *seq. ver. sed posito, lib.* 3. vbi *nu.* 30. quod æquiparatur ingredi propria authoritate, vel de licẽtia iudicis, & promit multa exempla, vsque in fi. † Sola difficultas videtur; quia qñ statim expellitur simpex colonus ob non solutionem, debet expelli pro illo anno tantum, ita ꝙ si voluerit soluere in sequentibus annis, restituitur. Bal. in *c. querelam*, vbi Felin. *n.* 8. *ver. itẽ dicit, de iureur.* Alex. *cons.* 118. *nu.* 1. *lib.* 5. apostil. ad Alex. *cons.* 131. *in princ. in ver. expellere, lib.* 4. & Alex. *cons.* 105. *Magnifice, n.* 16. *lib.* 3. vbi quod si cessauit per annum, potest expelli ab vsu per annũ, si cessauit per biennium, potest expelli à toto vsu. † Contrarium tenent alii, ꝙ possit expelli statim, quod non soluit, à toto vsu locationis. Bart. generaliter loquitur. Petr. de Vbald. *tract. de duob. frat. in* 7. *par. q.* 33. *n.* 34. Abb. in *c. propter sterilitatem. loc. n.* 10. & 11. Bertac. in *tract. de gabel. par.* 2. *n.* 30. *ver. conductor enim.* † Declara; quia si agitur de inobseruantia respectu solutionis faciendæ, vel facti promissi implendi, probatio incumbit conductori; quia factum non præsumitur: si vero agitur de abusu, & delicto, secus, vide pro prima conclusione Alex. *cons.* 129. *lib.* 2. & *cons.* 5. & *cons.* 8. *lib.* 4. † Si vero adest iuramentum, potest à toto vsu locationis statim remoueri. Feli. *d. c. querelam. n.* 8. *de iureiur.* Alex. *cons.* 131. *In causa, n.* 2. & *seq. lib.* 4. vbi, ꝙ non datur purgatio moræ, & eo ipso, quod conductor non docet soluisse, locator habet intentionem fundatã, & *cons.* 105. *n.* 16. *lib.* 3. † Amplia in conductore ad longum tempus, prout in emphyteuta; quia si non soluit per triennium canonem, potest expelli Domino volente. *l.* 2. & ibi Iaſ. *C. de iur. emphyt.* † Amplia; quia conductor incidens arbores dicitur deteriorare, & potest expelli. Rui. *cons.* 58. *lib.* 1. *per tot.* & *cons.* 88. *in prin.* † Extende; quia tenetur restituere rem locatã in eodem statu, videlicet seminatã, fossatis munitã, prout erat tempore locationis, alias tenetur conductor ad interesse. Rui. *d. cons.* 88. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. & plenius *cons.* 80. *per tot. eod. lib.* vbi dicit hoc esse de iure cõmuni, licet non sit conuentum, & respondet ad contraria, vt ibi. † Limita; quia locator non potest expellere conductorem pro vsu suo, qñ promisit non expellere durante locatione, vt verba, & pactũ aliquid operentur. Ang. in *l. ædem, C. locat.* sequitur Dec. *cons.* 292. *Et pro tenui. col.* 2. & *cons.* 356. *In causa D. Mariæ, ad fi.* & *in c. pastor alis. colu.* 1. *de appel.* & *in c. quæ in Ecclesiarum, in vlt. col. ante med.* Iaſ. in *tit. qui seu. dare poss. col. penul. in* 1. *limit.* Ang. Aret. *cõs.* 70. *Videtur primo, n.* 30. *ver. nec obstat l. quæro.* †Declara, vt per Natt. *cons.* 25. quia si pactũ est specificum, & dispositiuũ, procedit limitatio; si vero est in clausulis generalibus, nihil operatur. † Limita; quia non procedit in re locata in emphyteusim; quia Dominus propter quãcumq; suã necessitatem non põt expellere. Iaſ. in *l.* 1. *col.* 8. *C. de iu. emphy.* & nõ mirũ; quia qñ fit locatio ad longum tempus, cõductor habet vtile dominiũ; ideo nec cõductor ad longum tempus expelli potest. Ang. *cons.* 2. *Certũ est. n.* 11. & *seq.* †Limita; quia cõductor nõ põt expelli, si deficit in solutione vnius nummi, vel summę minimæ. Bal. in *l. ædẽ. C. locat.* & apost. in *ver. non possit.* ad Alex. *cõs.* 105. *Magnif. n.* 29. *lib.* 3. dat plures conc. †Contrarium, ꝙ imo in venditione in solutione gabellę, quidecit in vno nummo, cadat à toto, & in cõmissum. Alex. *d. cons.* 105. *n.* 19. *ver. accedat. lib.* 3. †Declara; quia nõ cadit, qñ in modico defecit ex errorẽ calculi, alias secus, ita declarat Alex. *d. cons.* 105. *n.* 19. *lib.* 3. *ver. prætereà illud.* †Limita; quia conductor obligatus soluere locatori pensionem certis terminis, alias possit expelli, si non soluit ex præcepto iudicis, expelli non põt; quia præceptum iudicis excusat. Afflict. *decis.* 328. per tex. in *l. mulier*, vbi Bart. *ff. de lege cõmissoriã* idẽ Bart. in *l. non solum. §. morte, in* 10. *q. princ. ff. de nou. oper. nunciat.* Alex. in *l. hæres. ff. ad Trebell.* Vide, *Præceptum iudicis excusat obedientẽ. Concl.* 480. †Limita, qñ conductor soluit pensionem anticipatã; quia nõ potest expelli pro tempore, pro quo soluit etiã in casibus permissis, in *d. l. ædẽ. C. locat.* ita Ang. Aret. *d. cons.* 70. *Videtur primo, n.* 30. *ver. nec obstat.* † Limita; qñ adest pœna cõuentionalis, & Dominus petit in iudicio pœnã conuentionalem; quia non potest velle pœnã, & expellere via facti. Alex. *cons.* 105. *Magnifice, n.* 25. *ver. non obstat etiam. lib.* 3. † Declara, nisi adsit clausula, *rato manente pacto*; quia posset Dominus petere pœnam conuentionalem, & etiã expellere conductorem non obseruantem. Alex. *d. consil.* 105. *nu.* 25. *lib.* 3. vbi dicit * com. † Limita; quia non habet locum, quod possit expelli conductor propter necessitatẽ Domini pro vsu suo, qñ præsciuit, vel præuidere potuit, & debuit; quia debet esse necessitas improuisa, gl. in *d. l. ædẽ. C. locati.* q̃ sequitur Bal. ibi, licet primo videatur tenuisse contrariũ; & est ratio; quia quæ præuideri potuerunt, casus improuisi dici non possunt, *l. ea, quæ. ff. de contrab. empt. l. fi. ff. de sponsa.* & hanc limitationẽ tenet Ang. in *d. l. ædẽ*, qui dicit, ꝙ nõ debet expelli inquilinus, licet Dominꝰ dicat velle ꝓ se, sed debet ꝓbare necessitatẽ superuenisse ad obuiandũ malitiis dominorũ, qui in aduentu Papæ, vt carius locent, dicunt velle ꝓ se. †Extẽde, qñ locator culpa sua incurrisset in hãc necessitatẽ. *l. si merces. §. culpa. ff. locat.* secundũ Bald. *d. l. ædẽ.* †Limita; quia non procedit in alio cõductore, seu colono, sed solũ in inquilino, ex quo est priuilegiũ speciale, nõ debet extendi. Bal. *d. l. ædẽ. C. locati.* †Extende; quia si locator donet rẽ locatã alteri, qui donatarius indigeat pro vsu suo, non potest expellere. Alex. in *l. filio fam. §. si vir, col.* 2. *ff. solut. matr.* Vide Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de locatio. concl.* 3. *Locator indigens re locata.*

Locationi qui stare teneantur, vel non. Concl. 418.

NON † tenetur emptor regulariter stare locationi, si offerat cõductori suũ interesse. *l. emptorẽ. C. locat.* Salyc. in *l. qui fundũ. ff. eod.* Rom. Alex. & alii in *l. si filio. §. si vir. ff. sol. matr.* Iaſ. in *l. filiusfa. §. diui. ff. de leg.* 1. *n.* 62. Negu. *de pign.* 1. *memb.* 2. *p.* vbi cõmunẽ * Tiraqu. *de retract. cõuen. §.* 3. *gl. vnica, n.* 4. & *seq.* & ꝙ emptor nõ teneatur stare locationi. Bal. *cons.* 225. *lib.* 1. Cor. *cons.* 6. *lib.* 4. Soci. *cõs.* 32. *col.* 2. *lib.* 1. Iaſ. in *l. filiusfam. §. diui, in* 2. *lect. n.* 112. *ff. de l.* 1. Soc. *cõs.* 90. *lib.* 4. Ang. *cons.* 44. *cum seq.* Gozad. *cons.* 88. Rom. *sin.* 62. Alex. in *l. qui absenti. §.* 1. *n.* 6. *ff. de acquir. poss.* Guid. Pap. *dec.* 480. Iaſ. in *l. quoties, n.* 28. *C. de rei vend.* Couarr. *var. resolu. lib.* 2. *c.* 15. Soci. qui ponit regul. cum fallent. *reg.* 387. Cuma. *cons.* 20. *Magister Antonius.* † Restringe, quando fuit conuentum inter emptorem, & venditorem; quia tale pactũ est validum, & debet seruari. *l.* 1. *ff. de pact. l. sicut. C. si action. & obligat.* & quod nõ possit expellere, est text. in *l. emptori. §. locari, & in l. si merces. §.* 1. *ff. locat.* Rom. in *l. si filio fam. §. si vir in quinquennĩ, n.* 13. *ff. solu. matr.* vbi Io. de Imol. *num.* 8. Guido Pap. *decis.* 486. *num.* 4. & Petrus Duennas *reg.* 240. † Ratio conclusionis primæ est, quia obligatio per-

personalis non transit ad singularem successorem, nisi ius coloni, vel inquilini sit reseruatum in contractu. *l. si mercedē, §. fi. ff. de actio. empti*, & licet exceptio, quæ cōpetit contra principalem, cōpetat etiam contra illius singularem successorem, *leg. idemque. ff. pro socio*, tamen illud est verum, qñ exceptio afficit dominum, qñ nullum ius fuit in contractu reseruatū. *l. in venditione. ff. de pigno.* & maxime, quando sumus in dispositione hominis, in qua durius agitur, secus in dispositione legis. *l. diuortio. & l. filio. ff. solut. matr.* vel quādo essem' in successore dato via iudiciali; quia iudex semper censetur
4 reseruare ius tertii *l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auth. iud. possid.* † Eandē rationē magis explicat Alex. *cons. 118. In causa. n. 16. ver. & ista cōcl. lib. 5.* quia emptor habet dominium, & possessionē, conductor neutrū habet, sed solā habet personalem; ergo debet succūbere,
* 5 & dicit* cōmunē. † Amplia; quia nouus Dominus nō tenetur stare locationi cum colono, sicut nec colonus cū nouo Domino, *leg. emptorē fundi. C. locat.* Fed. de Sen. *cons. 251. Casus talis est, Iacobus, n. 2. in fi. ver. quemadmodum enim*, quod intellige de successore singulari in plenū ius locatoris, vt declarat Calder. *cons. 279 vers. sed in alio successore*, alias *1. de locat.* itē intellige, quādo conductor erat ad modicū tēpus, & de locatione non erit factum instrumentū cū bonorum obligatione. Cuma. *cons. 20. Cum dominium*, & Ang. *cons. 2. certū est. n. 5. ver. quinimo.* & procedit *l. emptorē. C. locati*, quādo sola personalis actio cōpetebat; secus, si realis. Zabar. *cons. 95. n. 5.* & Ang. Aret. *cons. 70. Videtur primo, n. 7. ver. & pro hac parte, iuncto nu. 31. vers.*
6 *nec obstat, quod videtur.* † Declara tamen; quia cōclusio procedit qñ emptor agit offerendo interesse; secus si ipse locator offerat interesse; quia non auditur. Ang. Aret. *cons. 70. n. 31. ver. nec obstat, quod*
7 *videtur.* † Restringe in emptore fructuum; quia æquiparatur conductori; vnde sicut colonus cōductor tenetur stare locationi factæ alteri primo loco: ita etiā emptor fructuū posterior tenetur stare locationi. Alex. plene *d. cons. 118. In casu, n. 11. & seq. ver. circa secundū, lib. 5.* vbi, q̄ sicuti cōductor nō habet dominium, neq; possessionē; ita neq; emptor fructuū; & ideo iudicantur à pari, & licet quandoq; distinguatur, an emptor fructuū sit pro vno anno, vel pro pluribus; tamē in hac materia distinctio non releuat, quia
8 satis est, quod nō habet ius in re. † Restringe, nisi sit factū pactum de non alienando rem locatā cum speciali hypotheca bonorū locatorū; quia tunc tenetur stare successor singularis præcise locati-
* onī. Couar. *var. resolu. c. 15. lib. 2.* & cōmunem, & magis* cōmunem dicit Neg. *de pign. in 2. p. princ. in 2. memb. n. 5. ver. quinta differētia.* Bar. in *l. emptorē. C. locati, & in l. filius familias. §. fi. ff. solut. mat.* vbi Alex. *n. 4.* Cuma. *cons. 20. Magister Antonius.* Rol. à Val. *cōs. 6. n. 11. lib. 1.* Villalo. in *cōmun. opin. ver. alienationis prohibitio, n. 96. & 97.* Couar. *var. resol. lib. 2. c. 15.* Fabian. de monte, *tract. de empt. & vend. in 4. q. prin. ver. 22. n.*
36. Ias. in *l. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1.* Guido Pap. *decis. 480.* Tiraq. *de retract. conuen. gl. vnica. n. 4. & seq. 40.* Vide, *Dominiū an possit, &c. Cōcl.*
9 612. Vide, *Pactum de nō alien. an. &c. Concl. 36.* † Et, præcedit restrictio, etiā si emptor offerat interesse, & ad effectū prædictū fecerit depositum de vno floreno, & satisfecerit de residuo; quia non liberat bona ab hypotheca conductoris, & non tenetur relaxare bona, & illud, quod dicitur in *l. si residuū, C. de distract. pignor.* in obligato reddere rationem, quod deponēdo certū quid & dando fideiussorem, p incerto satisfacit, pro quo Alex. in *l. si mora, n. 4. ff. solut. matr.* Ias. in *l. prætor, §. sin autē, in fi. ff. de nou. oper. nunciat.* loquitur in eo, qui vult purgare aliquā moram, nō in eo, qui vult recuperare
10 pignus, Neguſ. *de pign. in 3. memb. 3. partis princ. n. 3.* Vide, *Locator, & successor, &c. Concl. 420.* † Et quod soluendo interesse nō liberetur,
* nec possit expellere, est cōmunis* opin. Iac. Put. in *l. si filio fami. §. si vir. ff. solu. mat.* Guid. Pap. *cons. 129. ver. ad tertium quæsitū*, qui sequitur
11 cōmunem, & reprobat contrariū tenentes. † Contrariū tenent multi, quos citat Crau. *cons. 485. Magnificus Dominus, in prin.* vbi pro vtraq; & hanc tuetur, & citat plurimos, & dicit nō esse recedendū, & idē repetit *cons. 381. Nobilis, n. 2.* vbi plurimos pro hac parte citat, quos nō transcribo, vbi quod parem circa hoc virtutem habe-
12 bent generalis, & specialis obligatio. † Declarat idē Crauet. *d. cons. 381. n. 3.* & 4. vbi, quod generalis dicitur, quæ simpliciter fit, obligans bona sua, specialis, quæ obligat omnia, & singula bona, vbi,
13 quod isto casu etiā feudalia veniunt. † Declarat Crauet. *consil. 485. in prin. ver. secundo considerandū*, vt si generalis nō sufficiat, bene sufficit vniuersalis, quę plus operatur, quā generalis; q̄ singula exprimit.
14 † Declarat; quia generalis cū iuramēto bene sufficit; quia
15 efficitur specialis. Crauet. *d. cōs. 381. n. 2.* vbi citat plurimos † Declarat vltimo Crau. *d. cons. 485. n. 3. ver. quarto illud*, quod non pōt saltē negari, q̄ generalis hypotheca dat retentionem rei, donec soluatur interesse. † Restringe, vt idē sit, etiā si adsit hypotheca generalis, vel specialis facta à locatore pro obseruatione locationis, quia
16 potest cōductor retinere rem locatā, & præcise velle, quod locatio continuet, si interuenit iuramentum ex parte locatoris, Soci. *cons. 90. Visis quibusdam actis, n. 10. ver. secundo respondeo, lib. 4.* de commun.* attestatur Ang. *cons. 2. Certū est, n. 11. & 12. ver. nec habet locum.* * 17
Ang. *cons. 245. in prin. nu. 6. ver. sed si ponatur.* † Restringe multis modis, videlicet, quando locatio est ad longū tempus; item, quando promissio locatoris est præcisa, vt quia p̄missit firmiter obseruare cum hypotheca bonorum, itē quando est facilis obseruantia, & aliis casibus, vt per Soc. *cons. 99. In causa eximii. n. 6. in fi. ver. circa vero reconuentionē. lib. 1. vsq; in fi.* qui tñ loquitur in ipso locatore, Ang.
d. cons. 2. n. 11. & 12. Ang. *cons. 245. nu. 6. ver. & ideo quando instrumentū.*
† Declara; quia si non interuenit iuramentum, sed sola hypotheca 18
specialis, vel generalis, pōt conductor retinere rem locatā, donec tibi reficiātur damna, & interesse, nec pōt expelli à singulari successore, eo casu, qñ adest sola hypotheca specialis, vel generalis sine pacto de non alienando, & sine iuramēto. Neguſ. *d. tract. de pig. in 2. p. in 2. memb. n. 6. ver. sed in prad.* vbi dicit* comm. & *n. 7.* vbi probat Soci. contrariū tenentē. *cons. 90. lib. 4.* & plures concord. citat apostil. ad Alex. *cons. 118. n. 20. lib. 5. in ver. obligauit*, & ipse Alex. ibi videtur hoc tenere. † Imo, q̄ sola hypotheca generalis sufficiat, 19
tenet Anch. *cons. 443. n. 16.* vbi, q̄ hypotheca pro tuitione locationis tuetur conductorē, & est subscriptum à Ziliolo de Cautelis. Bar. Salyc. & Franc. Zabar. Signo. Homod. Raphael. Fulg. & Bened. Plumb. Bar. in *l. 1. §. quod autem. ff. de superfic.* Bar. & ibi Alex. in
leg. si filio fam. §. si vir. ff. solut. mat. & plenius *cons. 118. In casu, n. 20. ver. insuper quia, li. 5.* qui licet videatur loqui, donec soluatur interesse; tñ in fi. cōsi. *ver. vltim. nō obstat.* tenet hoc, p̄cedere in hypotheca generali, ēt si adsit, p̄uisio hominis de soluendo omne damnū; quia nō est recessum à prouisione legis; quia hæc, p̄uisio hominis fuit ad augendā prouisionē legis; ideo non debet operari diminutionē, & q̄ sufficiat generalis hypotheca, Crauet. *cons. 381. nu. 2. & seq.*
† Extēde restrictionē, vt procedat ēt in hypotheca generali facta 20
per procuratorē ecclesiæ, qui locauit; quia idē operatur, & valet. Alex. *d. cons. 118. n. 20. & seq. lib. 5.* † Et q̄ si adest iuramentum cū hy- 21
potheca non possit expelli, sed præcise teneatur locator stare locationi, & emptor. Soci. *cons. 90. lib. 4.* Neguſ. *de pignor. in 1. memb. 2. par. n. 9.* † Declara; quia sola hypotheca generalis sufficit, vt cōduc- 22
tor consequatur damna, & interesse, antequā expellatur; specialis vero cū promissione de non alienando operatur, q̄ non valet venditio in præiudicium conductoris; ideo non potest expelli eo casu, nisi finita locatione, ēt si soluatur interesse. Bar. in *l. si creditor, §. fi. ff. de distr. pig.* Bar. & Doct. in *l. pen. de pact.* Alex. *d. l. filio fam. §. si vir. ff. solut. matr.* Neguſ. *de pign. in 1. memb. 2. par. princ.* vbi quod tam retinendo, quam agendo consequitur prædicta, plenissime Crauet.
cōs. 485. n. 3. ver. quarto illud, vbi, quod istud negari nō potest. In hac 23
materia qñ pro obseruatione contentorum in locatione locator obligauit bona locata, siue generaliter, siue specialiter, quod possit retinere, donec sibi soluantur per emptorē damna, & interesse, ac pœna. Negu. *d. tract. de pign. memb. 1. par. 2. princ. in 3. cond.* & idē tenet Alex. *cons. 118. in causa. de qua quæritur pen. col. vol. 5.* † Contra- 24
rium, q̄ alternatiua solutio, vel interesse, vel pœnę sufficiat Bar. in *l. emptorē. C. locat.* vbi Salyc. Idē Salyc. in *l. qui fundū. ff. eodē*, vbi, quod vtrumq; non petit cōductor. † Declara; quia vtrumq; non petit 25
conductor, sed alterū, quod sit sibi magis proficuum. Io. And. in *reg. bona fides de reg. iur.* Alex. remissiue in *l. cum proponas. C. de transact.* & late Corneus *cons. 2. lib. 3.* † Intelligē tamen, qñ, vbi dāna, & in- 26
teresse debentur, intelligitur de liquido, alias sufficit cautio, & qñ dicatur liquidum. Soc. *d. cons. 90. n. 11. ver. secunda conclus. vsq; in fin. lib. 1.* † Amplia in Prælato ecclesiæ, qui nō tenetur stare locationi 27
regulariter, nisi sit in fauorem ecclesiæ & cōstet de hoc; aut sit facta cū solennitatibus. Calde. *cons. 279. in princ.* alias *1. de locat.*, quia tūc obligatur successor. Ang. *cons. 245. n. 6. prope fi. in hoc differt.* Ancha. *cons. 119. per tot.* † Extende; quia successor singularis, quæ emit 28
bona ecclesiæ à Papa libera, & nemini obligata, nō tenetur stare locationi factæ per Prælatū, etiam cum hypotheca bonorū; quia resoluto iure datoris, &c. Bald. *cons. 175. Papa, siue Ecclesia. per tot. lib. 2.* vbi, q̄ nec teneatur restituere exactas pēsiones à prædecessore, vel à Prælato locatore. † Declara, secus quoad melioramēta; quia 29
bene cōductor pōt retinere bona, donec reficiātur. Bal. *d. cōs. 175. n. 3. ver. itē nos videmus, lib. 2.* vbi reddit rationē; quia ex melioramētis locupletaretur successor, q̄ non conuenit, cū damno alterius, secus ex pensione soluta alteri. Vide, *Locationi bonorū Ecclesiæ quādo successor teneatur stare, vel nō. Concl. prox. sequ.* † Amplia in successore 30
singulari; quia nō tenetur stare colono prædecessoris, vel præcessoris nō habētis ius plenū. Soci. *cons. 32. Ex iis, quæ superius. lib. 3.* vbi dicit cōmunē. † Amplia in successore necessario; quia si succedit 31
per viā priuationis locatoris, nō tenetur stare colono. Soci. *d. cōs. 32. n. 6. lib. 1.* † Amplia in locatione fructuarii; quia successor pro- 32

prie-

prietarius nō tenetur stare colono; quia respectu proprietatis nō habet administrationē. Fulg. *cons.* 125. *in fi.* Anch. *cons.* 193. *Subtiliter, & plene, n.* 2. Cephal. *cons.* 181. *n.* 21. vbi ꝙ habet solū administratione respectu vsus fructus, nō proprietatis, ideo proprietarius non tenetur stare colono, ēt partiario; & ꝙ non teneatur successor ꝓprietarius stare locationi vsufructuarii. Anch. *cons.* 116. *Secundū or-*
33 *dinē. n.* 2. † Contrarium quoad fructus prope diē maturādos; quia quilibet successor tenetur stare colono partiario. *Pede. decis.* 82. *per*
34 *tot.* † Extēde, vt procedat ēt in donatario; quia si donās sibi reseruauit vsum fructū, donec vixerit in bonis donatis, eo mortuo nō tenetur stare colono. Castr. in *l. si filio fam. §. si vir. n.* 3. *ff. sol. mat.* Alex. *cons.* 118. *n.* 16. *lib.* 5. idē Castr. in *l. si quis domū. §. hic subiungi. ff. locati*, & quia nemo plus iuris in aliū, &c. & quia resoluto iure datoris. *l. si.*
35 *§. 1. ff. ad Vellei. an.* † Extende, ēt si locatio sit facta post locationē, exceptis quibusdā fallentiis, de quibus Salyc. in *l. emptorē. n.* 8. *C. loca-*
36 *n.* † In vsufructuario vniuersali res est dubia. Vide Alex. *d. l. si filio-*
37 *fam. §. si vir in quinquenniū. ff. solut. matr.* † Restringe, qñ vsufructuarius habet libertā administrationē, prout in Prælato, tutore, & similibus, sic videtur declarare Zab. *cons.* 95. *n.* 4. *ver. vnde sicut tutor, iuncto ver. ad rationē secundā. n.* 5 *in fi.* & ita videtur ēt velle Ceph. *cōs.*
38 181. *n.* 19. *& seq. lib.* 2. vbi ꝙ ideo nō tenetur proprietarius stare locationi vsufructuarii; quia nō habet successorē, sed extinguitur; & quia nō habet administrationē, nisi vsus fructus, quasi secus si haberet administrationē. † Restringe, qñ vsus fructus esset ratione dignitatis; quia cū successor dicatur vniuersalis, qñ succedit in dignitate, in qua vsufructuarius, vel institutus habet administrationē, puta in feudo, castro, vel ciuitate, aut Prælato, qui æquiparatur vsufructuario, tunc tenetur successor stare locatio-
39 ni. Zab. *d. cōs.* 95. *n.* 5. † Restringe ampliationē duplici modo, videlicet si locasset vsufructuarius ad quinq; annos syluā, vel rē, quæ in quinquennio tantū fructat, tenetur ꝓprietarius stare colono; & idē si pro vno anno. Alex. in *l. si filio. §. si vir. num.* 20. *ff. sol. mat.* per Doct. Bar. in *l. 1. §. quasi ad fi. C. de iure fisci, li.* 10. ꝙ intelligas cū distinctione Bal. in *d. l. emptorē. n.* 7. *ver. sed pone colonus. iuncto ver. seq. C. loca-*
40 *ti.* vt respectu nō separatorū a solo cōsequatur pensionē, respectu separatorū non. † Amplia in feudo; quia Dominus, vel nouus feudatarius non tenetur stare colono feudatarii mortui; quia omne
41 ius vasalli finitur. Anch. *d. cōs.* 193. *n.* 2. † Extende in emphyteuta ex
42 ꝓuidentia, *l. si quis domū. §. & hoc subiungi. ff. locat.* † Amplia; quia qñ ius locatoris in totū extinguitur, successor nō tenetur stare colono; imo pōt propria authoritate expellere colonū; quia nō possidet finito iure locatoris. Anch. *cons.* 116. *Secundū ordinem, n.* 3. *& n.* 7.
43 † Amplia; quia nouus emphyteuta, vel nouus vasallus nō tenetur stare locationi, prout in vasallo Cuma. in *l. si filio fam. §. si vir in*
44 *quinquenniū. ff. sol. mat.* vbi Alex. idē determinat in emphyteuta, *col.* 4. & Bald. *cons.* 371. *Masiolus, lib.* 1. † Restringe, qñ cōductor habuisset prædiū sine semine, & nudū, & de suo seminatum reperiretur; quianō tenetur dimittere seminatū. Rui. *cons.* 80. *Quia in facto, col.*
45 *2. ver. sed præmissis, lib.* 1. quia nō conuenit, ꝙ nouus Dominus locupleteretur cū iactura alterius. *l. si me, & Titiū. ff. si cer. pet.* & idē, si fecisset meliorameta. Rui. *cons.* 24. *Super ijs. n.* 10. *lib.* 1. & inf. *n.* 61. † Amplia in colono partiario; quia singularis successor nō tenetur stare coloniæ, vt late Ceph. *d. cons.* 181. vbi, ꝙ habet tantū personalē cōtra Dominū, qui locauit, non autē hypothecam in bonis, neq; in fructibus. Alex., p vtraq; par. in *d. l. si filio. §. si vir. n.* 17. *ff. sol. mat.* Specu. in *tit. de loc. §. 1. ver. sed pone, locaui tibi fundū ad medium.* Bal. in *l. emptorē. §. sed nūquid partiario*, pro qua opi. in terminis Rom. *cons.* 309. *Videtur prima fronte.* Alex. in *l. si filio fam. §. si vir in quinquenniū, n.* 17. *ff.*
46 *solut. matr.* quia secundū eū bona ratio diuersitatis nō pōt assignari inter simplicē, & partiariū colonū. † Contrariū tenet *dec. Pedem.*
47 *82. per tot.* vbi, ꝙ ratione fructuū prope maturationē, debet colonus partiarius obtinere cōtra singularē successorē; quia in eis habet ius, secus quoad sequentes annos. † Extende; quia colonus partiarius post protestationē sibi factā, ne ingrediatur fundū emptoris, si illum ingreditur, infert iniuriā domino, *l. qui pendentē. ff.*
48 *de act. empt.* & tenetur inter dicto *vnde vi.* per text. in *l. colonus. ff. de vi, & vi arm.* † Declara, nisi colonus partiarius, vel simplex causa iuris sui cōseruandi nō recederet, puta propter expēsas factas in re. *l. si duo. §. in quib. ff. vti possid.* & ꝓbat text. in *d. l. colonus, in fi. ff. de vi, & vi arm.* Cy. in *d. l. emptorē. C. locati.* Alber. de Rosate, Bald. & Salyc. in *l.*
49 *qui fundū. ff. locat.* inf. *n.* 61. *& seq.* Vide Soc. *reg.* 38. *Successor singularis colono stare nō tenetur*, vbi limitat 5. modis primo, in colono, qui habet ius in re, secūdo in colono repetēte expēsas; tertio in colono ad lōgū tēpus; quarto in colono partiario; quia est socius; quinto in emptore fructuū. † Limita in successore fisci; quia tenetur stare locationi factæ per fiscū, *l. fi. ff. de iur. fisci.* Cald. *cōs.* 279. *circa fi. ver. fallit tamē*, alias 1. *de loc.* Bald. *cons.* 153. *Officiales Cōmunis, li.* 4. Ang. *cōs.*
245. *n.* 6 Alex. *cōs.* 118. *n.* 19. *lib.* 5. & plenius in *leg. si filio. §. si vir in quin-*
quenniū, ver. fallit, ff. solut. matr. † Extende, vt idē sit, qñ is, cuius bo- 50
na sunt confiscata, locasset, & vendidisset; quia præsumitur reseruatū ius cōductori fauore fisci succedentis, quia vbicunq; fiscus pōt pati, tenetur successor singularis stare locationi. Bal. *d. cōs.* 175. 51
in princ. lib. 2. † Restringe, qñ fiscus succederet per confiscationem in sola re locata. Alex. *d. l. si filio. §. si vir. ff. solut. matr. & in l. si fundum*, cū glos. magna, & ibi Doct. *ff. locati* † Restringe secus esse, qñ non 52
tenetur fiscus manutenere colonū, vt quia habet causam ab eo, qui fiscū obligare non potuit; quia tunc seruatur ius cōmune, & cessat priuilegium fisci. Bald. *d. cons.* 175. *in princ. ver. aut emptor solus, li.* 1. † Limita in creditore successore misso in possessionē; quia nō 53
habet dominiū; ideo tenetur stare locationi, *l. in venditione, §. fin. ff.*
de bon. aut. iud. poss. Calder. *cons.* 279. alias 1. *de locat. circa fi. ver. sed cre-*
ditor. Alex. in *l. si filio, §. si vir. n.* 6. *ff. sol. matr. & cons.* 118. *nu.* 18. *lib.* 5. vbi
dicit* cōmunem apostil. ibi in *ver. successor*, dat concord. Ruin. *con-* *
sil. 163. *n.* 6. *lib.* 4. Rō. in *d. §. si vir. n.* 10. *ver. tertia.* † Extende; quia suc- 54
cessor necessarius tenetur stare colono. Ias. in *l. diuortio, n.* 32. *ff. sol.*
mat. Alex. in *d. l. si filio familias, §. si vir. n.* 7. *ff. sol. mat.* vbi loquitur de eo creditore, qui ex secūdo decreto, & datione iudiciali in solutū succedit. Cotta in *memor. ver. successor singularis.* plene Tiraqu. *de re-*
tractu conuent. §. 3. glos. 1. n. 14. † Extende etiam in vxore agente pro 55
dotibus suis mortuo marito; quia si bona accepit in solutū, tenetur stare locationi per prædicta, & Vide infra *ver. limita in vxore, n.*
68. † Imo, quod plus est, etiā si mulier mortuo marito succedat in 56
fundo suo dotali; quia licet sit domina; quia tn̄ est successor ex necessitate, & marius habebat administrationē, tenetur stare colono, & locationi factæ per maritū. Catella. Cotta in *memorial. suis,*
ver. successor singularis. † Contrarium videtur tenere in fundo dota- 57
li. Alex. in *d. l. si filio familias, §. si vir, ff. solut. matr. in princ.* † Declara; 58
quia si vxor sciuit locationē, tenetur stare ꝑcise locationi, ita concordādo opiniones distinguit Campeg. in *tract. de dote. par.* 2. *q.* 20.
ver. quasi consensisse videatur recipere fundū secundum eius qualitates, vbi subdit, quod glossa in *d. l. diuortio*, propter eius authoritatem forte seruaretur in distincte, & prædictā distinctionem de sciente, & ignorante, post Cuman. & Imol. tradit Claud. in *d. l. diuortio, nu.* 35.
ff. solut. mat. Gozad. *cōs.* 24. *n.* 7. Villalob. in suis *communib. opinion. in*
ver. venditor non tenetur. † Restringe in fisco; quia quoad bona con- 59
fiscata nō tenetur stare locationi, licet non sit voluntaria, sed necessaria successio. Alex. in *l. si fundum, circa princ. cū gl. magna. ff. locat.*
& in d. l. si filio, §. si vir. ff. solut. matr. vbi declarat, ꝓcedere restrictionem, qñ sola res locata confiscatur; secus si fiscus succederet vniuersaliter. † Restringe in successore singulari, qui succedit per viā 60
priuationis locatoris. Soci. *cons.* 32. *n.* 6. *lib.* 1. † Limita, qñ colonus 61
simplex, vel partiarius feciſſet meliorameta respiciētia proprietatē & vtilitatē rei pro futuris annis; quia non potest expelli, nisi reficiantur. Vide supra *n.* 48. *ver. declara*, & hoc, nec cū aliena iactura successor locupletetur. Ruin. *cons.* 24. *Super ijs. nu.* 10. *& cons.* 132.
Viso instrumento, nu. 4. *lib.* 1. Brun. *cons.* 105. *Ista prohibitio, & cons.* 106.
Circa istam, & idē si seminasset de suo, supra *ver. Ampliatur quia nouus,*
n. 43. *& 44.* & infra *n.* 67. † Declara, nisi esset in locatione cōuen- 62
tum aliter, quod spectarent ad conductorē; si tn̄ esset conuentū, quod deberent defalcari ex pensione, si nō constat, quod fuerint defalcata, daretur adhuc retentio. *l. bona fides. ff. de reg. iur.* † Limita; 63
quia in omnibus casibus, in quibus colonus potest expelli, nihilominus ipse colonus potest agere contra locatorē ad suum interesse, si quod prætendit, ob dictā expulsionē, *l. si merces, §. fundū,*
ff. locati. l. nihil. ff. de leg. 1. Alber. in *l. emptorē, in princ. C. locati* † Limita, 64
qñ colonus soluisset anticipatas pensiones multorū annorū; quia videtur habere realem in re conducta actionē, de quo vide Bart.
in *d. l. si filio fam. in fi. ff. soluto matr. & in l.* 1. *§. quod autē, ff. de superfic.* † Li- 65
mita in conducente ab ecclesia; quia singularis successor ecclesiæ tenetur stare locationi, sicut singularis successor fisci; quia fiscus, & ecclesia æquiparantur. *l. fi. C. de sacros. eccles.* ita Alex. *cōs.* 118. *n.* 19.
lib. 5. † Limita in pupillo, qui tenetur stare locationi factæ per tu- 66
torē, *l. si tutelæ. ff. de admi. tuto.* Cald. *d. consil.* 279. alias 1. *de locat. in fin.*
Angel. *cons.* 245. *n.* 6. Fulgos. *cons.* 125. *circa fi. ver. nam & si pupillus.* Zabar. *cons.* 95. *n.* 4. *in fi.* † Limita, qñ locator feciſſet meliorameta in 67
re locata; quia non potest expelli, donec soluantur. Vide, *Meliora-* M
menta dant retentionē rei, & quando secus. Concl. 182. † Limita in vxo- 68
re, quæ tenetur stare locationi mariti, *leg. si filio, §. fi. ff. solut. matrim.*
Calder. *d. cons.* 279. *in fi.* alias 1. *de locat.* Angel. *cons.* 245. *nu.* 6. Fulgos.
cōs. 125. *circa fi.* Couar. *variar. resolu. lib.* 2. *c.* 15. *ver. hic quæritur*, vbi allegat plures, dicit* cōmunē. Cotta in *memor. ver. successor singularis*, & *
loquūtur ēt in fundo dotali, in quo vxor succedit mortuo marito. † Cōtrariū Alex. in *leg. si filio, §. si vir. ff. solu. matr.* † Limita in loca- 69
tione defuncti, cui hæres stare tenetur; quia fingitur eadē psona. 70

Calder.

71 Calder. *d.cons.279. in fi.* alias *1. de locat.* Ange. *cons.245. n.6.* † Limita; quia si locatio est facta ad longum tempus, puta decẽ annorum, emptor tenetur stare locationi; quia habet ius in re cõductor ante emptorẽ. Cuma. *cons.20. Cũ dominiũ, circa princ. ver. vnde si locatio,* & vtile dominium vincit directũ. Ancha. *cons.443. n.16.* quod est subscriptũ à sex Doctorib⁹. Alex. in *l. si filio. §. si vir. ff. solut. matr. ver. fallit,* & plenius *cons.118. In casu, n.17. ver. vnde videmus, lib.5.* vbi dicit
72 communẽ. † Extende, etiam si locatio esset ad modicũ tẽpus, qñ locatio est per instrumentũ. Cuma. *d.cons.20. circa princ. ver. vnde si*
73 *locatio.* † Limita, qñ esset in venditione reseruatũ ius cõductoris,
74 *l. si merces. §. si. ff. de acti. empti.* Alex. *d.l. si filio, §. si vir. ff. solut. matr.* † Extende idem, qñ esset actum, quod pensiones soluendæ per cõductorem spectent ad emptorẽ; quia tacite actum est, ꝙ perseueret, *L. arbores. §. quicquid,* & ibi Bald. *ff. de vsufruct.* Alex. *d.l. si filio. §. si vir. ff.*
75 *solut. mat.* † Contra limitationẽ tenet Cyn. & Salycet. in *d.l. si filio.*
76 *§. si vir. ff. sol. matr.* † Limita, qñ venditio est facta excepto iure colonorum; quia nõ poterunt expelli, sed tñ tenetur colonus soluere pensionẽ emptori. Bald. *d.cons.153. Officiales Cõmunis, lib.4.* † Limita in locatione vsurarii; quia tenetur stare proprietarius colono, *l. si habitatio, §. si. ff. de vsu & habit.* Alex. in *d.l. si filio, §. si vir. ff. solut.*
78 *matr.* † Limita in emptore per viã pacti de retrouendendo; quia tenetur stare locationi factæ per eũ, qui retrouendidit ex necessitate. Alex. *d.l. si filio. §. si vir. ff. solut. matr.* vbi multa allegat, & dicit, ꝙ ista fuit opinio Bald. in *l. 1. ad si. C. de iure fisci, lib.10.* licet ipse dubi-
79 tet. † Limita in emphyteuta, qui domum emphyteuticã per multos annos locauit, postea cessit instrumento emphyteusis; quia Dominus directus, cui vtile dominium est cõsolidatum, tenetur stare locationi factæ per emphyteutam, qui non potuit in præiudiciũ cõductoris renunciare suæ inuestituræ. Bald. *cõs.271. Mastiolus inuestiuit, per tot.* vbi pro vtraq; parte allegat, & hanc partẽ tenet tanquã magis æquã, & ad tollendas fraudes, *lib.1.* vbi dicit, quod
80 cõducens à conductore dicitur conductor primi locatoris. † Extende; quia successor in proprietate etiã singularis tenetur stare locationi in emphyteusim; quia vtile dominiũ cõpetens emphyteutæ vincit directum. Ancha. *cons.443. n.16.* ꝙ est subscriptum à
81 sex Doctoribus. † Declara, vt ꝙ dicitur de emptore, habeat locũ etiã in eo, qui emit à iudice procedente ad venditionẽ ad instan-
82 tiam creditorũ iure creditoris. Cuma. *cons.20. per tot.* † Limita in emptore fructuum fundi; quia si res, cuius fructus sunt venditi, fuit primo locata, tenetur stare locationi. Alex. *d.l. si filio, §. si vir in quinquennium. ff. solut. matr.* vbi dicit se ita consuluisse, & *consilium est*
83 118. *In casu, de quo, n.11. & seq. ver. circa secundum, lib.5.* † Limita; quia etiam conductor generalis tenetur stare locationi particulari anteriori, licet Dominus teneatur ad ratam pensionis particularis
84 locationis de suo. Bald. *cons.153. per tot.* maxime *in fi. lib.4.* † Limita speciale esse in dote; quia vxor tenetur stare colono mariti. An-
85 char. *cons.193. n.2.* † Limita in successore vniuersali; quia tenetur stare colono. Alex. in *l. si filio, §. si vir. ff. sol. mat.* vbi ponit regulã cum ampliat. & limitation. in singulari. Abb. in *c. fi. Præla. vices suas,* plene Guido Pap. *decis.480.* vbi reddit rationẽ, quare vniuersalis successor teneatur stare, singularis non, *l. viam veritati. C. locati.* Guido
86 Pap. *d. decis.480.* vbi reddit rationem. † Et est ratio; quia locatio, & cõductio de sui natura transit ad hæredes, tã locatoris, q̃ conduc-
87 toris. Vide supra, *Locatio quid sit. Concl.400.* † Illa ratio nõ est bona; quia nõ procedit in singulari multis casib⁹, vera ratio est; quia in vniuersali successore transeũt iura, & actiones etiã personales actiue, & passiue, nõ sic in singulari; quia personalis actio, quæ est de iure cõmuni ex locato, nõ trãsit in eũ, ita Guid. Pap. *d. decis.480.*

Locationi bonorum Ecclesiæ Prælatus successor stare non tenetur, & quando secus. Concl. 419.

1 PRÆLATVS † successor in Ecclesia non tenetur stare regulariter locationi factæ per Prælatum prædecessorem de bonis ecclesiæ. Cald. in *c. fi. ne Prælati vices suas,* quẽ sequitur Franc. de Rampo. *inter cons. Calderin. cons.179. in princ.* alias *1. de locato.* & credo, ꝙ debeat intelligi de locatione ad longum tẽpus, & vltra trienniũ, licet simpliciter loquatur de locatione bonorum ecclesiæ, quæ nõ ligat successorẽ, licet sit facta nomine Ecclesiæ, nisi vel sit pro vtilitate ecclesiæ, & de ea appareat, vel sit cũ solemnitatibus, quæ requiruntur in alienatione, si vtilitas nõ est apparens, idẽ tenet Ang. *cons.245. n.9.* qui loquitur in locatione nouem annorum, licet in principio videatur velle, ꝙ obliget successorẽ, si sit ad modicũ tempus, ita Castr. *cons.2. Visis omnibus, nu.3. lib.1.* dicit, ꝙ nulla locatio bonorũ ecclesię ligat successorem etiã ad modicum tempus, qñ non interuenit vtilitas ecclesiæ, & authoritas superioris; quia sola superioris authoritas operatur, quod per restitutionem rescinditur; si vero vtilitas adsit, authoritas causatiue obligat, vt restituatur impensum pro ecclesia. Anch. *cõs.116.* vbi, ꝙ non obligat successorẽ, nisi sit vtiliter factum, & ita omnes * tenere dicit * Zabar. *cons.95. in princ.* licet ibi teneat contrarium; ꝙ valet merõ iure facta à solo Prælato. † Et quod locatio facta per beneficiatum 2 de bonis ecclesiæ nõ valeat in præiudiciũ successoris, nisi pecunia sit versa in vtilitatẽ ecclesiæ, Bar. plene *cons.231.* D. *Ioan. in fin. lib.1.* Vide plenissime Alexan. *cons.160. Viso, ac diligenter, per tot. lib.6.* vbi arguit pro vtraq; parte, qñ est ad modicũ tempus, vt valeat, tandem dicit contrariũ, & ꝙ ista est * cõmunis omnium, ꝙ nisi inter- * uenerit authoritas Episcopi, & sit facta in vtilitatẽ Ecclesiæ, non valet vltra vitam rectoris locantis, & non obligat successorẽ, & ad contraria, quod procedunt quoad præiudicium locantis, nõ autem ecclesiæ, vel successoris. † Declara totam hanc materiã; quia 3 si Prælatus locat bona ecclesiæ ex persona sua, ita ꝙ non vult obligare ecclesiam mortuo locante expirat etiã locatio personalis, si vero locauit nomine ecclesiæ, volens obligare ecclesiã tũc distinguitur primo, aut locatio est in fauorẽ ecclesiæ, & cũ solemnitatibus, & tenetur successor stare locationi, aut est in damnũ ecclesiæ, & non tenetur stare locationi etiã factæ cũ solemnitatibus; quia ecclesia læsa semper habet restitutionẽ in integrum. Abb. in sua *q.5. incip. Sempronius. col.11. cum seq. ver. ad quintũ,* vbi pro vtraq; parte, & *col.13. ver. in solutione,* vbi ita distinguit, & ita etiã videtur tenere Bar. *cons.63. Factum sic, lib.1.* licet non ita explicite. † Secũda 4 declaratio generalis est; quia si locatio est facta ad longum tẽpus; quia est species alienationis, oportet, ꝙ interueniat solẽnitas, & causa, alias nõ valet; si vero interuenit solẽnitas, & causa, obligat successorẽ, præterquam ꝙ competit restitutio in integrũ ecclesiæ, si vero facta est ad modicum tẽpus, tunc nõ requiritur de iure authoritas superioris, neque causa, neq; alia solemnitas; quia contraria loquuntur, qñ ad longum tempus, & isto casu, qñ ad modicum tempus, obligat successorem, licet etiam isto casu ecclesia restituatur in integrum, si est læsa. Abb. *d. quæst.3. col.13. ver. si vero ad modicum.* † Et multo minus tenetur successor in beneficio 5 stare locationi, qñ Prælatus, qui locauit ad longũ tempus, recepit pensionem pro toto tempore in præiudicium successoris, plene Soci. *reg.39. Successor per prædecessoris contractũ obligatur,* in 3. fallentia. † Tertia declaratio generalis est; quia si fiat locatio per beneficia- 6 tum habentem legitimam administrationem ad modicum tempus, ligat, vt supra, successorem, licet ecclesia habeat (si est læsa) restitutionẽ in integrũ; si vero fiat à beneficiato nõ habẽte administrationem, vt in Canonico; tunc non transit ad successorẽ secundum * cõmunem; quia æquiparatur vsufructuario in totum, * nisi interuenisset authoritas superioris. Abb. *d. quæst.3. col.13. in fin. ver. hæc procedunt,* & ita etiam tenet apost. ad Alex. *d. cons.160. Viso, ac diligenter, lib.6. in ver. teneri,* vbi dat plurimos concord. & hanc distinctionẽ tenet Soci. *d. reg.39. Successor per prædecessoris contractũ,* in 1. fallentia. † Extende; quia nisi tria interueniant, successor non 7 obligatur ex locatione prædecessoris; primo, ꝙ nomine ecclesiæ sit facta locatio; secundo, ꝙ interuenerit authoritas superioris; tertio, ꝙ ad vtilitatem ecclesiæ fuerit celebratus contractus. Gemin. *cõs.17. ver. circa primũ, n.8. & 9. & in princ.* qui loquitur in locatione cõmendatarii ad modicum tẽpus, vt non liget successorẽ, sed durat, quantum cõmendatarius locans. si non fecit cũ auctoritate Episcopi, idem videtur tenere Ang. *cons.245. per tot.* maxime *n.9.* qui tamen loquitur, qñ Prælatus pretium locationis cõfessus fuit habuisse, plene Castr. *cons.2. n.3. & per tot. lib.1.* Anchar. *cõs.116. per tot.* † Contrarium tenet Bald. ꝙ non requiratur authoritas su- 8 perioris in locatione nouem annorũ *cons.472. An locatio facta, circa fi. lib.3.* & idem dicit Zabar. *cons.94. in princ.* vbi, ꝙ potest Prælatus cum Capitulo ardua expedire; ergo locare ad nouem annos. † Et 9 ꝙ non requiratur authoritas superioris in locatione Abbatissæ, & Monasteriũ ad nouẽ annos, videtur tenere Bal. *cons.324. per tot. lib.3.* quia consuluit pro obseruantia, licet dicat, ꝙ non valent aliæ locationes successiuæ factæ in fraudem, videlicet post aliquot annos durãte prima fuit facta secunda locatio nouennalis; quia non valet, etiã si primæ sit renunciatũ; quia successor stare nõ tenetur, nisi primæ, donec sit finita, & idẽ Bald. plene *cons.392. Locatio rerũ ecclesiæ, li.5. per tot.* † Declarat Bart. *cons.63. Factũ sic proponitur,* 10 *lib.1. n.2. vsq; in fi.* quia si locatio est facta nomine Rectoris, successor nõ tenetur stare locationi; si vero est facta nomine Ecclesiæ, & pecunia versa est in vtilitatẽ Ecclesiæ, sed Ecclesia est læsa; tunc si interuenit solemnitas, licet inutiliter, petit restitutionem in integrũ, & annullare facit, si nulla est solẽnitas vel nõ requisita, tũc sine restitutione petit annullari, & si esset ille, qui alienauit, nulliter fauore Ecclesiæ, ne lædatur. † Declarat plenissime Alex. *cõs.160. Viso.* 11 *per tot.* ꝙ dubia est quæstio, *lib.6.* sed tñ dicit ex mẽte quasi omniũ, ꝙ non valet ad modicũ tempus, nisi adsit authoritas Episcopi, & vtili-

vtilitas eccleſiæ, quia bene valet in præiudiciũ locantis, ſed non in præiudicium eccleſiæ, & ſucceſſoris, & citat infinitos, & Rotã Rom. quæ idem dicit de locato. *in nou. deciſ.* 1. alias 232. *Si prælatus*, & reddit rationẽ, quia tituli beneficiorum ſunt perſonales, ergo locatio 12 eſt in dubio perſonalis. † Extendit etiam Rota *in deciſ.* 2. *in nou. de locato*, quæ eſt 233. & plus dicit, quod etiam ſi ſucceſſor in beneficio recepit affictum à tali conductore, ſibi non præiudicat, niſi pro tempore, pro quo affictum recepit, & idem dicit Ægid. Bellam. *de* 13 *reſ.* 748. *ver. plus etiam.* † Ampliatin tantum, vt ſi locatio eſt facta ſine ſolemnitatib⁹, poſſit reuocari ſine vlla reſtitutione; quia non obligat ſucceſſorem. Calderin. *conſ.* 279. *in princ. verb. aut talis ſolemni-* 14 *tas*, alias 1. *de locato.* † Extende, vt etiam illimet, qui locauit ſine ſolemnitatibus, poſſit venire contra locationẽ, ſi eſt inualida, multo magis in ſucceſſore, qui neceſtringitur ex ſtipulatione pœnæ in contractu appoſitæ. Geminia. *d. conſ.* 17. *Pro declaratione, in prin.* quaſi ergo; quod pœna afficiat primum locatorem, ſi ipſe contraue- 15 nit. † Amplia; quia ſucceſſor Prælatus non tenetur ſtare locationi facẽ pro tribus annis, vel in tempus, & caſum licitum, quando prædeceſſor exegit penſionem etiam tempore ſucceſſoris; quia poteſt ſucceſſor velle penſionem pro ſuo tempore, vel ab hæredibus prædeceſſoris, ſi ſunt ſoluendo, vel à conductore, qui ſoluit. Calde. *dict. conſ.* 285. alias 7. *de locato*, & idem Bald. dicit quoad exactionem, ſed tamen vult, quod teneatur ſtare locationi, quando nomine Eccleſiæ, & de conſenſu Conuentus eſt facta, *conſ.* 255. *Ab-* 16 *baſcit. lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 2. *n.* 3. *& per tot. lib.* 1. & maxime *n.* 4. Abb. *in quæſt.* 3. *col.* 14. *ver. quoad ſecundum.* † Extende maxime in locatione facta per eum, qui non eſt Prælatus, puta per Canonicum; quia eo mortuo ſtatim finitur, quia nullam habet adminiſtrationem. Ca- 17 ſtrenſ. *d. conſ.* 2. *Viſis omnibus, n.* 3. *lib.* 1. † Declara; vt hæc vltima ampliatio non procedat in cruce ſignatis; quia eſt ſpeciale in eis, vt per triennium poſſint locare, & anticipatas ſolutiones recipere, & teneatur ſucceſſores ſtare locationi, Calderin. *d. conſ.* 283. *circa* 18 *princip. ver. præterea ſpeciale eſt*, alias 7. *de locato.* † Extende, quia imo ſi Prælatus doloſe percepiſſet penſiones anticipatas, non tenetur ſucceſſor ſtare locationi, etiam ſi poſſet Eccleſia indemnis ſeruari ab hærede, late Abb. *d. quæſt.* 3. *colum.* 14. *ver. & credo, quod ſi Prælatus.* 19 † Declara, vt idem ſit, ſi locatio ſit facta, & penſio exacta ex decreto Epiſcopi fauore eccleſiæ; quia ſucceſſor tenetur ſtare locationi. Calderin. *d. conſ.* 285. *in fin. ver. & præmiſſa*, alias 7. *de locato.* Bald. *dict.* 20 *conſil.* 255. *in fin. ver. hoc eſt verum, lib.* 1. † Reſtringe, quando locatio eſſet ad modicum tempus, & exacta eſſet penſio anticipata, & cõuerſa in fauorem eccleſiæ; quia tunc obligatur ſucceſſor, licet eccleſia læſa poſſit reſtitui in integrum. Abb. *d. quæſt.* 3. incip. *Sempro-* 21 *nius. col.* 14. *ver. quoad ſecundum.* † Declara totam hanc materiam; quia ſi locauit tanquam ex perſona ſua non nomine eccleſiæ, non obligat ſucceſſorem, & periculo ſuo ſoluit conductor, ſi nomine eccleſiæ locauit, puta ad modicum tempus, etiam ſine authoritate ſuperioris, & ſoluit anticipatas penſiones, quas non conſtat verſas in vtilitatem eccleſiæ, tenetur hæres Prælati reſtituere, & conductor bene ſoluit, quatenus hæres ſit ſoluendo, quatenus contra, in ſubſidium tenetur conductor; quia potuit hoc cogita- 22 re. Abb. *d. q.* 3. *col.* 14. *ver. aut nõ conſtat.* † Si vero cum authoritate ſuperioris locauit ad modicũ tempus, & anticipatas penſiones exegit, nec cõſtat, quod in vtilitatem eccleſiæ ſint verſæ, tunc diſtinguitur alio modo, quia licet authoritas ſuperioris non inducat, q verſum ſit in vtilitatem eccleſiæ, tamen operatur, ſi eſt cum cauſæ cognitione, vt quia ſuberat cauſa legitima, quod conductor ſoluens liberatur, neque tenetur, etiam ſi hæres Prælati, qui recepit pecunias anticiparas, non eſſet ſoluendo, ſi vero cauſa non ſuberat legitima, vel cauſa falſa fuit expreſſa, vel ſine cauſæ cognitione fuit authoritas interpoſita, tunc tenetur hæres, & in ſubſidiũ conductor, ita Abb. *d. quæſt.* 3. *colum.* 14. *in fin. cum ſequent. ver. ſi autem perce-* 23 *pit*, vbi late declarat hoc modo. † Amplia in commendatario dato pro neceſſitate, & vtilitate eccleſiæ; quia nihil poteſt in præiudicium ſucceſſoris; quia de fructibus non diſponit, etiam ſi nomine eccleſiæ contraxiſſet, vel laſſet, ita videtur diſtinguere Gemin. *conſ.* 17. *in pr. & n.* 4. *& 5. iuncto n.* 11. *ver. nec obſtat, ſi diceretur, & per tot. conſ.* vbi, quod locatio facta per cõmendatarium, non ligat ſucceſſorem etia facta ad tempus modicũ, & permiſſum, niſi habeat tria requiſita, quod nomine eccleſiæ, & vtiliter ſit facta, & cum authoritate Epiſcopi, & Commendatarii non diſponunt, niſi in vita ſua, 24 quia minorem habent adminiſtrationem. † Extende idem in præbendario, & viſitatore, qui non poſſunt locare vltra tempus ſuũ, nec obligant ſucceſſorem. Gem. *conſ.* 17. *n.* 4. *& n.* 7. Bald. *conſ.* 457. *n.* 2. *ver. modo ſequitur, lib.* 1. *& conſ.* 255. *in princ. lib.* 1. Bald. *conſ.* 472. *An* 25 *locatio. ver. Innoc. dicit, lib.* 3. Caſtr. *conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. † Imo nec ratione ſtudii poteſt præbendarius locare ad quinq; annos, & in præiudicium ſucceſſoris recipere penſionem. Gem. *d. conſ.* 17. *in fin. ver. & facit, n.* 13. † Extende in omni ſimplici beneficiato; quia ex quo nõ habet adminiſtrationem, non locat, niſi pro tempore ſuo. Rota *in* 26
nou. deciſ. 1. *de locato*, alias 232. incip. *Si prælatus locat*, prout in Canonico. Caſtr. *d. conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. † Amplia, vt procedat in omni Præla- 27
to locante nomine ſuo, & non nomine eccleſiæ; quia locatio non egreditur perſonã locantis. Gemin. *conſ.* 17. *in princ.* Rota *deciſ.* 1. *de locato. in nou. in princ. ver. & ſi Prælatus*, alias 232. & intellige, quando locauit rem ſpectantem ad ſolam adminiſtrationem ſuam, videlicet Prælati; quia ſi ſpectet etiam ad Capitulum; ſiue nomine ſuo, ſiue nomine eccleſiæ, non valet. Bal. *conſ.* 457. *n.* 2. *ver. ſed loquor, lib.* 1. & ratio eſt, quare locatio nomine ſuo facta non liget ſucceſſorẽ; quia poneret falcem in meſſem alienam. Bald. *conſ.* 475. *Quidam Io.* 28
Abbas, lib. 1. † Extende, vt locatio perſonalis non liget ſucceſſorem in tantum, vt ipſo iure ſit extincta. Rota *in nou. deciſ.* 1. *de locato.* alias 29
232. *in fin. ver. ſed iuxta præmiſſam.* † Extende, vt in dubio locatio cenſeatur perſonalis, & non realis. Rota *d. deciſ.* 1. *de locato. in nou.* incip. 30
Si Prælatus locat. alias 232. *ante med. ver. in dubio tamen.* † Contrarium videtur velle Gemin. *d. conſ.* 17. *nu.* 10. *ver. de aliis duobus*, vbi, quod ſi adeſt clauſula, *omni meliori modo*, videtur nomine eccleſiæ, ſed tamen non ponit pro abſoluto. † Dicitur autem contrahere nomi- 31
ne eccleſiæ, quando ſimul cum Capitulo contrahit, vel locat, vel etiam ſi ſolus locat nomine eccleſiæ tanquam Prælatus ea, quæ ad ipſum ſolum ſpectant. Bald. *conſ.* 475. *n.* 1. *ver. interdum Prælatus, lib.* 1. † Amplia; quia locatio facta per Prælatum habentem adminiſtra- 32
tionem nomine Eccleſiæ, prout in Epiſcopo ad nouẽ annos nunquam valet, niſi eſſet facta in vtilitatem eccleſiæ, & ſub congrua penſione, vel niſi interuenerint ſolemnitates. Bald. *conſ.* 457. *num.* 2. *ver. & confirmantur prædicta, lib.* 1. Caſtr. *d. conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. † Exten- 33
de; quia locatio damnoſa nunquã obligat ſucceſſorem, pro quocunque tempore cenſeatur, & ſit facta etiam in caſu permiſſo. Bal. *d. conſ.* 457. *n.* 2. *ver. quid enim ſi multo plus, lib.* 1. etiam ſi interuenerit ſolemnitas; quia per reſtitutionem in integrum reuocatur. Caſtr. *d. conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. † Declara, vt non procedat in monachis nouiter 34
miſſis in Monaſterio cum aſſignatione certorum bonorum locatorum, quia non poſſunt recedere à locatione prætextu læſionis Monaſterii, ex quo non habent adminiſtrationem, nec læſio eſt cauſata tempore illorum, ideo tenentur ſtare locationi ob hypothecam bonorum in locatione factam. Corn. *conſ.* 6. *Licet in hac cõ-* *ſultatione, per tot.* maxime *n.* 4. *ver. nec ea ratione, lib.* 4. † Declara; quia 35
debet conſtare, quod ſit damnoſa, alias obligatur monaſteriũ locans ad quinq; annos iuxta ſolitum, Pariſ. *conſ.* 98. *Præſupponendum eſt, lib.* 4. qui loquitur in locatione Abbatis S. Pauli. † Amplia; quia 36
ſucceſſor ſingularis, qui emit bona eccleſiæ à Papa, non tenetur ſtare locationi factæ ad nouem annos, vel aliud tempus, etiã cum hypotheca bonorum, nec tenetur reſtituere penſiones ſolutas; quia reſoluto iure datoris, &c. Bald. *conſ.* 175. *Papa, ſiue Eccleſia Rom.* *per tot. lib.* 2. & ſequitur eum Fabia. de Monte *in tract. de empt. in* 4. *quæſt. princ. in* 2. *parte, n.* 36. † Amplia in Canonico, qui locauit bona 37
præbendæ ad 9. annos; & anticipauit ſolutionem, quia eſt nulla, & non ligat ſucceſſorem, etiã ſi authoritas vicarii interuenit. Anch. *conſ.* 116. *Secundũ ordinem, per tot.* † Amplia; quia locatio bonorum, 38
in qua non interuenit authoritas, & ſolemnitas ſuperioris, & qñ non eſt ex neceſſitate, & vtilitate, nunquam tranſit ad ſucceſſorem, ſed ſolum durat in vita Prælati locantis, ſiue habeat adminiſtrationem, ſiue non, & ſiue locatio ſit facta ad tempus permiſſum de iure, ſiue vltra. Caſtr. *conſ.* 2. *Viſis omnibus, num.* 3. *& ſeq. ver. aut iſta* 39
duo. † Declara; quia ſi interuenit vtilitas eccleſiæ ſine authoritate ſuperioris cauſatiue, tenetur ſtare locationi; quia tenetur ſucceſſor reſtituere pecuniam habitam ad vtilitatem eccleſiæ, ſi vero ſola authoritas interuenit, non vtilitas, non tranſit ad ſucceſſorem cum effectu, ſed mero iure; quia competit reſtiturio. Caſtr. *d. conſ.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. vbi *n.* 4. quod in mutuo, & depoſito, debet probari vtilitas per Prælatum, in aliis debet dari præſumptio. † Extende, ſeu 40
potius amplia; quia quando Prælatus locauit nomine ſuo vti rector non intendens obligare eccleſiam, vel ſucceſſores; quia eſt locatio perſonalis, extinguitur cum perſona, & non tranſit ad ſucceſſorem, prout in vſufructuario, ita Abb. *in* 3. *quæſt.* incip. *Sempronius, colum.* 13. *ver. in ſolutione*, vbi dicit *communem. † Et proce-* * 41
dit extenſio in tantum, vt neque teneatur conductor mortuo prælato, licet ſucceſſor Prælati mortui velit habere ratam locationem, & ratificauerit. Abb. *d. quæſt.* 3. *col.* 13. *ver. in ſolutione.* † Limi- 42
ta in commendatario eccleſiæ; quia cum habeat legitimam perſonam, & liberam adminiſtrationem, poteſt locare per plures annos bona eccleſiæ. Calder. *conſ.* 286. alias 8. *de locato.* Fulgoſ. *conſil.* 125. *Reuerendus in Chriſto Pater.* † Contrarium; quia imo minorem 43
authoritatem habet commendatarius, quam Prælatus, ne in præ-

iudicium successoris possit contrahere, vel locare. Gemin. *consil.*
44 17. *num.* 4. *& sequent.* † Declara, vt commendatarius possit locare tempore suo, & liget successorem, quando cum authoritate superioris, & ex rationabili causa faceret, alias non, ita Gemin. *dict. consil.* 17. *numer.* 7. *& sequent.* & ita loquitur, & intelligi debet Calderin. qui nihil de successore dicit, sed solum, quod potest locare ad plures annos, verum est, quod Fulgos. *consil.* 125. loquitur in successore, vt teneatur stare locationi factæ per commenda-
45 rium Cardinalem, quando nomine ecclesiæ est facta. † Limita, quia valet locatio facta ad nouem annos per Abbatem cum conuentu, & tenetur successor stare locationi, etiam pro afflictibus multorum annorum anticipatis, quando in vtilitatem ecclesiæ fuerunt expensi, & hoc constat. Bald. *consil.* 255. *Abbas fecit, per tot. lib.* 1. *& consil.* 457. *numer.* 2. *verb. sed loquor in Prælato, libr.* 1. & latius *consil.* 472. *per totum libr.* 3. Angel. *dict. consil.* 245. *per totum.* Castrens. *consil.* 2. *numer.* 3 *& per tot. libr.* 1. vbi, quod si constat de læsione, re-
☞ uocat per restitutionem in integrum, alias valet, quando interue-
nit solemnitas. Vide, *Locatio bonorum ecclesiæ vltra tempus. Concluſ.*
46 405. *numer.* 2. *& sequent.* † Idem in locatione facta ad nouem annos à Rectore ecclesiæ, vt obliget successorem, etiam si anticipauit pensiones multorum annorum, nisi constet de fraude. Bald.
47 *consil.* 472. *An locatio facta, per totum, libr.* 3. † Extende, vt procedat, quod locatio ad 9. annos facta obligat successorem, etiam si Abbas prædecessor exegit fructus pro quinque annis anticipatis, quando fuit facta cum consensu Capituli; quia poterit successor exigere, vel ab hæredibus Abbatis prædecessoris, vel à conductoribus, quibus est imputandum. Bald. *dict. consil.* 255. *per totum*, vbi est casus, *libr.* 1. & idem videtur in effectu Angel. *consil.*
48 245. *per totum*, maxime *à numer.* 6. *vsque in finem.* † Extende; quia valet locatio bonorum Monasterii facta ad nouem annos bona fide, & sine dolo, & tenetur successor stare tali locationi per 9. annos, etiam si Abbatissa, quæ locauit, fuerit remota durante nouennio. Bald. *consil* 324. *Casus talis est, & consil.* 392. *Locatio rerum*
49 *ecclesiæ, libr.* 5. † Idem in Abbate, qui locauit ad nouem annos; quia tenetur successor stare locationi; quia valet mero iure, nisi probetur, quod in damnum ecclesiæ. Zabarel. *consil.* 94. *per totum,*
50 maxime *numer.* 4. *& sequent. ver. sed etiam si non interuenisset.* † Et quod locatio bonorum Monasterii facta per Prælatum, & conuentum ad modicum tempus valeat, tenet Angel. *dict. consil.* 245.
numer. 5. *ver. quinto est videndum*, vbi, quod modicum tempus dici-
* 51 tur vsque ad decem annos, vt tenent Doct. *communiter. † Extende; quia Prælatus successor in Ecclesia tenetur stare locationi factæ per Prælatum, & Conuentum ad modicum tempus. An-
52 gel. *dict. consil.* 245. *numer.* 6. *ver. sexto est videndum.* † Restringe; quia regula est, quod successor non tenetur stare locationi factæ à suo prædecessore, qui anticipatas solutiones pensionis exegit tempore successoris, nisi interuenerint solemnia, vel nisi concurrat priuilegium speciale, prout in cruce signatis. Angel. *dict. consil.* 245. *numer.* 7. *ver. septimo est videndum*, quod consil. est Collegii Paduani, & sex aliorum celebertimorum Doctorum, vsque
53 in fin. & maxime *numer.* 8. Castrens. *dict. consil.* 2. *numer.* 3. *libr.* 1. † Restringe; quia successor non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem ex causa legitima, quando confessus est prædecessor habuisse pretium anticipatum; quia nisi constet de actuali solutione, & quod conuersum sit pretium ex rationabili causa ad commodum ecclesiæ, non ligat successorem. Angel. *dict. consil.* 245. *numer.* 8. *ver. octauo est videndum*, vbi extendit, etiam si cum Capitulo sit confessus Prælatus ex causa non obligatoria,
☞ vbi, quod in omnem casum competit restitutio ecclesiæ. Vide,
Prælatus contrahendo, vel constitendo quando obliget ecclesiam, vel non.
54 *Concluſ.* 506. † Declara; quia si Abbatissa, & Monasterium locarunt ad nouem annos, prout possunt, & inde ad tres annos ad alios nouem, & inde ad alios tres ad nouem, erit vnica ad nouem annos locatio, & successor non tenetur seruare, nisi vnicam à principio nouem annorum; quia aliæ videntur in fraudem, etiam si prioribus locationibus esset renunciatum in secundis. Bald.
☞ *consil.* 324. *Casus talis est, libr.* 3. *& consil.* 392. *lib.* 5. Vide, *Prohibitio directa impedit factum prohibitum etiam per indirectum. Concluſ.* 900.
55 † Declara extensionem, vt non procedat in iis, qui locant nomine suo, & non nomine ecclesiæ, prout est præbendatus, vel vsufructuarius; quia resoluto iure illorum successor non tenetur stare locationi. Bald. *consil.* 255. *in principio. ver. non obstat leg. defuncta,*
56 *lib.* 1. † Limita in omni Prælato habente administrationem; quia si locat nomine suo, & cum consensu Capituli; quia concurrit vtriusque authoritas, valet locatio, dummodo non ad longum tempus, & sic intra decem annos. Bald. *dict. consil.* 457. *Reuerendus Pater. numer.* 2. *ver. sed loquor, libr.* 1. vbi quod ligat successorem.

Zabarell. *consil.* 95. *in princip. & per totum*, vbi recitat opiniones, & ita declarat; quia potest Prælatus cum Capitulo ardua expedire, ergo locare. Abb. *in quæst.* incip. *Sempronius, colum.* 13. *in fin. ver. hæc procedunt*, vbi, quod Canonicus non habet administrationem; quia bona sunt ecclesiæ, ideo reputatur vsufructuarius, & ita tenet apostill. ad Alexand. *consil.* 160. *Viso, ac diligenter, in ver. tamen*, vbi citat plurimos, *lib* 6. † Restringe, vt non procedat, quan- 57
do solus Prælatus locauit, siue ad magnum, siue ad modicum tempus rem spectantem ad Capitulum solum, vel communiter ad ipsum, & ad Capitulum; quia non valet à principio, nec tenetur stare locationi ipsemet. Bald. *consil.* 457. *numer.* 2. *ver. aut contraxit solus, lib.* 1. † Restringe, vt non procedat limitatio, quando 58
Prælatus locauit ad nouem annos nomine ecclesiæ, vel ad modicum tempus bona spectantia, ad suam administrationem solam, prout in Episcopo, quando conuertit pecuniam in vtilitatem suam, secus si in vtilitatem ecclesiæ; quia si in vtilitatem suam, successor non tenetur stare locationi. Bald. *dict. consil.* 457. *numer.* 2. *ver. aut est celebratus, libr.* 1. vbi, quod ista est communis *opi- *
nio. † Et idem, si est dubium, an sit vtile ecclesiæ, vel in cu- 59
ius fauorem sit versa pecunia; quia debet probari, quod in vtilitatem ecclesiæ sit versa. Bald. *dict. consil.* 457. *numer.* 2. *ver. aut est dubium, lib.* 1. † Contrarium, quod verso debeat probari in solo 60
mutuo. Zabarell. *consil.* 95. *numer.* 6. † Limita, quando locatio est 61
ad modicum tempus, & valida; quia obligat successorem. Angel. *consil.* 245. *Quia omne datum, in princip.* Socin. plene *consil.* 32. *in princip. lib.* 1. vbi latissime disputat. † Extende; quia successor tene- 62
tur stare locationi factæ per procuratorem de rebus Ecclesiæ, quando est rite facta pro modico tempore, & nomine dignitatis. Abb. *in c. querelam, ne Prælati vices suas.* Anchar. *consil.* 116. text. *in c.* 1. *de solut.* Alexan. *in l. si filiofamil.* §. *si vir in quinquennium, ff. solut. matrim.* Socin. *consil.* 34. *libr.* 3. qui dicit, quod quando est ad modicum tempus, & in vtilitatem ecclesiæ obligatur successor, allegat gloss. *in cap. fin. ne Prælati vices suas*, quam ibi * communiter appro- *
bant Canonistæ. Bald. *dict. consil.* 457. *Reuer. Pater. lib.* 1. Gemin. *cons.* 17. Alex. *cons.* 160. *Viso, ac diligenter considerato, lib.* 6. Rota *in antiq. decis.* 232. late Laur. de Rodulph. *in cap. sine exceptione, quæst.* 28. 29. & 30. plene Iaf. *consil* 94. *lib.* 1. † Et quod emptor ab ecclesia teneatur 63
stare locationi. Alexand. *consil.* 118. *num.* 19. *lib.* 5. idem in fisco; *l. fin. ff. de iur. fisc.* Vide, *Locationi qui stare teneantur. Concluſ. prox. præced.*
† Dicitur autem modicum tempus in hac materia annus, vel bi- 64
ennium. Anchar. *cons.* 116. *num.* 5. Alexand. *cons.* 160. *num.* 4. *ver. & ita etiam, lib.* 6. † Imo dicitur nouennium secundum *communem. 65*
Zabar. *cons.* 95. *in princ.* vbi dicit * communem, *num.* 3. & 4. † Limi- 66
ta, quando locatio fuit facta authoritate, seu de licentia Papæ; quia Abbas, & Prælatus tenetur stare locationi; quia potest Papa tanquam supremus Pontifex res, & bona omnium ecclesiarum administrare, & disponere pro libito voluntatis. Bald. plene *consil.* 24. *Ius Abbatialis, lib.* 2. vbi, quod licet Papa non possit ligare suum successorem; tamen potest ligare successores aliarum ecclesiarum. Abb. *cons.* 41. *lib.* 1. † Limita, vt non procedat, quando locatio 67
est facta nomine, & pro vtilitate ecclesiæ, si de hoc constat, alias non obligat successorem. Cald. *d. cons.* 279. *in princ.* alias 1. *de locato.* Fulg. *cons.* 125. *Reuerendus in Christo.* qui loquitur in locatione commendatarii ad quatuor annos, & hoc est sine difficultate, & secundum * omnes. Zab. *d. cons.* 95. *in princ.* Bar. *cons.* 231. *Dominus Io. in* * *fin. lib.* 1. vbi loquitur, quando pecunia est versa in vtilitatem eccle- 68
siæ. † Contrarium, quod etiam si locatio est vtilis, non liget successorem, si non interuenit authoritas superioris. Gemin. *cons.* 17. *n.* 10. *ver. & licet ibi dicant. & per tot. consil.* sed loquitur in commendatario, quem dicit minorem habere authoritatē ligandi successorem. Castr. *cons.* 2. *n.* 3. *lib.* 1. *ver. sed si quæritur.* † Limita, vt obliget 69
successorem, qñ locatio fuit facta cum solemnitatibus, quæ solent adhiberi in alienatione bonorū ecclesiæ. Cald. *d. cons.* 279. *in princ. ver. aut non pro vtilitate*, alias 1. *de locato.* Bal. *d. cons.* 457. *Reueren. Pater, in pr. ver. idem dicendum. lib.* 1. † Declara tamen; quia non obstantib⁹ 70
solemnitatibus poterit successor reuocare locationem per viam restitutionis in integrum, si esset damnosa. Cald. *d cons.* 279. alias 1. *de locato. circa princ.* Bald. *d. cons.* 457. *n.* 2. *ver. aut est dubium, lib.* 1. † Li- 71
mita, quando bona ecclesiæ erant solida locari ad longum tempus etiam pro vno denario; quia successor tenetur stare locationi, etiam si sit facta Iudæo, quia sunt capaces contractuum. Petr. de Anch. *inter cons. Cald. cons.* 281. alias 3. *de locato.* Vide, *Alienatio bono-* ☞
rum ecclesiæ solitorum locari quando valeat. Concluſ. 277. † Limita; quia 72
locatio etiam non solemniter facta ligat successorem quoad ratam fructuum, qui debentur prædecessori, & quos exegit. Gemi. *cons.* 17. *num.* 10. *ver. dico tamen.* Vide, *Locatio bonorum ecclesiæ prohibita* ☞
regulariter. Concluſ. 273. Vide, *Successor in beneficio tenetur stare con-*
tractui,

tractui, & quando secus. Conclus. 879. Vide Conclusionem prox. præced.

Locator, & successor quando præcise teneatur stare locationi, vel non. Conclus. 420.

1 LOCATOR † tenetur præcise stare locationi, & non potest solu-
endo interesse expellere conductorem, quando conductor
possidet rem locatam cum hypotheca, quia datur retentio præ-
cisa. Socin. *cons.* 99. *In causa eximii, nu.* 6. *in fin. ver. circa vero reconuen-
tionem, lib.* 1. Ang. Aret. *cons.* 70. *Videtur primo, per tot.* vbi pro vtraq;
parte: & hanc tuetur, & tollit omnia contraria, quia interesse suc-
cedit in pœnam locatoris, & ad fauorē conductoris, ergo in eius
2 odium non debet retorqueri. † Contrarium, quod bene possit
conductor retinere rem locatam aduersus emptorem, donec sibi
soluatur interesse, nec ante possit expelli, sed soluto interesse be-
ne possit expelli, videtur tenere Bart. *in l. qui fundum, ff. locat.* Castr.
in l. si merces, §. qui fundum, ff. eod. Bart. *in l.* 1. *§. quod autem, ff. de superfic.*
Bald. Angel. & Salycet. *in l. emptorem. C. locati.* Abbas *in c. fin. ne Prælati vices suas.* Alexand. *cons.* 118. *col. penult. lib.* 5. Negus. *de pignor. in* 1.
3 *membr.* 2. *partis princ. n.* 6. *cum sequent.* † Extende, vt idem sit, quando
promisit præcise, & inuiolabiliter, seu firmiter obseruare, & con-
seruare locationem, quia si potest, tenetur præcise. Socin. *d. consil.*
4 99. *lib.* 1. *n.* 7. *& seq.* † Restringe, quando conductor non possidet,
quia tunc tenetur ad damna, & interesse locator, si de facili non
potest conseruare; quia in obligationibus facti succedit interes-
se, hoc videtur velle Soc. *d. cons.* 99. *in fin. lib.* 1. & sentit Corn. *cons.* 6.
Licet in hac consultatione, in princ. lib. 4. Angel. Aret. *d. cons.* 70. *nu.* 10.
5 *& seq. ver. sed tamen iis non obstantibus.* † Amplia etiam in singulari
successore, quia tenetur stare præcise locationi, quando adest pa-
ctum de non alienando cum hypotheca speciali cum conductore
facta, vel quando adest hypotheca specialis, vel generalis cum iu-
ramento, vel quando est ad longum tempus; quia tunc impe *titur
translatio dominii, in fin. vbi de *communi. Vide, *Locationi qui sta-
re tenentur, vel non. Conclus.* 418. † Extende; quia singularis succes-
6 sor tenetur stare locationi præcise; etiam quando conductor ha-
bet solam hypothecam generalem, vel specialem bonorum loca-
toris anteriorem. Angel. *cons.* 245. *n.* 6. *ver. & ideo quando instrumen-
7 tum.* † Et procedit etiam in locatione bonorum ecclesiæ facta
cum hypotheca; quia singularis successor tenetur locationem ob-
seruare præcise. Corn. *d. cons.* 6. *Licet in hac consultatione, per tot.* vbi
8 est casus, *lib.* 4. † Contrarium, quod imo singularis successor non
teneatur stare locationi præcise, licet conductor habeat generale
lem, vel specialem hypothecam bonorum locatoris, sed sufficiat
eidem soluere damna, & interesse per successorem, tenet Negus.
* *in tractat. de pignor. in* 2. *parte in* 2. *memb. n.* 6. *&* 7. vbi dicit * commu-
9 nem. † Extende hoc contrarium in tantum, vt in locatione eccle-
siæ, etiam cum hypotheca, singularis successor emens à Papa bo-
na libera ecclesiæ, nedum non teneatur stare locationi, sed nec
soluere interesse aliquod, nisi respectu melioramentorum. Bald.
cons. 175. *Papa seu Ecclesia, lib.* 2. *per tot.* Vide, *Alienatio quando possit pro-
hiberi in contractu, vt non transeat dominium. Conclus.* 266. *nu.* 8. *& seq.*
10 † Amplia, quando in venditione fuit reseruatum ius coloni, quia
expelli nullo modo potest, sed tamen colonus tenetur soluere
pensionem emptori, *l. si mercedem. §. fin. ff. de actio. empti.* Bald. *consil.*
157. *Officialis Communis, circa med. lib.* 4.

Locatio renouata quando censeatur, & qualiter in vrbanis, vel rusticis prædiis, & quando non. Conclus. 421.

1 LOCATIO † tacite renouata in vrbanis censetur renouata pro
tempore habitationis inquilini. Bald. *cons.* 448. *Punctus, super
quo, n.* 2. *lib.* 4. *l. item quæritur, §. qui impleto, cum l. sequent. ff. locati*, se-
* cundum * communem intellectum, glos. & Doct. ibi, Affl. *decis.*
365. in rusticis vero censetur facta per annum, *l. qui fundū, ff. locati.*
2 † Ratio est in rusticis; quia locator sciens, & patiens conductorē
remanere in fundo, censetur consentire, quod habeat eo modo,
quo prius, & similiter conducens; quia aliter delinqueret, quod
3 non est præsumendum, *l. merito, ff. pro socio.* † Et ad hanc materiam,
quando censeatur renouata locatio, vel non, late Alex. *cons.* 76. *Vi-
sis, vol.* 5. *& cons.* 16. *& cons. seq. lib.* 4. latissime Gozad. *in repet. l.* 2. *C. de
4 pact. inter empt. & vendit.* vbi ponit plures notabiles concl. † Exten-
de, vt procedat etiam in hærede locatoris, *l. legem. C. locati, l. qui ad
5 certum, ff. eodem*, Afflict. *d. decis.* 365. *per totam.* † Extende, vt procedat,
etiam si conductor negaret reconduxisse; sed retinuisse pro suis
melioramentis, & ita fuit alias iudicatum tempore obsidionis, &
in simili facit; quia sicuti mulier non præsumitur mutare causam
possessionis in bonis mariti, nisi constet. Socin. *cons.* 131. *lib.* 1. ita &
isto casu, & in omnem casum debet compensare melioramenta
cum fructibus, & pensione. † Restringe; quia non procedit, quan- 6
do conductor allegans renouationem non adimpleuit, quia non
soluit integrum affictum. Crauett. *cons.* 87. *Sempronius aromatarius,
n.* 3. † Restringe, quando essemus in contractu requirente scriptu- 7
ram; quia non censetur facta renouatio, ideo treuga ad quin-
quennium non censetur renouata lapso quinquennio: & idem in
stipulatione; quia sine noua scriptura, & noua stipulatione non fit
renouatio. Alex. in apostil. ad Bart. *d. l. quæritur, §. qui impleto, ff. locat.*
& ibi Castr. † Declara tamen; quia licet esset facta scriptura loca- 8
tionis, vel contractus, ex quo non est de substantia, de necessitate
non impediretur renouatio. Castr. *d. §. qui impleto*, quia nisi partes
dixerint expresse velle contrahere in scriptis, licet voluerint fieri
scripturam, non tamen contractus erit in scriptis. Soc. *consil.* 173.
Reuerende, ad fin. lib. 2. † Restringe; quia licet inducatur locatio taci- 9
ta, vt supra, tamen licet prima sit per instrumentum, secunda tamē
non dicitur per instrumentum. Bald. *in l. legem. C. locati.* Afflict. *de-
cis.* 365. *per instrumentum. in fin.* † Restringe, quando deficit consen- 10
sus alterius, vt quia factus esset insanæ mentis; vel quando esset
mortuus, non extante adhuc hærede. Castr. *d. l. quæritur, §. qui im-
pleto. ff. locati.* † Restringe; quia necesse est, vt fiat renouatio, quod 11
partes sciant primam locationem, & hæc scientia debet probari.
Bart. *d. l. item quæritur, §. qui impleto, in princ. ff. locati*, sequitur Salycet.
d. l. legem, C. eodem. Alex. *cons.* 17. *Viso instrumento, n.* 12. *lib.* 4. † Et tene- 12
tur locatori intimare conductor, quod vult recedere à locatione,
etiam si sit finita, & si locator est absens, debet intimare coniun-
ctis locatoris, alias tenetur ad pensionem, donec notificauerit.
Bald. *in l.* 1. *§. fin.* per illum text. *ff. de eo, qui pro tuto.* refert, & sequi-
tur Ias. *in l. si ex legati causa, nu.* 14. *ff. de verb. oblig. ver. sexto signanter li-
mita.* † Declara; quia in rusticis solum per annum censetur reno- 13
uata, non vltra, & ideo per annum tenetur soluere affictum in pri-
ma locatione conuentum, text. *in d. l. legem, C. locati*, vltra annum;
quia sine locatione tenetur, ad quanti plurimi locari potuisset.
Alexand. *cons.* 181. *In causa, & lite, lib.* 2. † Amplia, vt procedat ne- 14
dum in locatione, sed etiam in venditione gabellæ salis ad certum
tempus; quia finito tempore per continuationem censetur repe-
tita venditio pro tempore continuato. Signor. Homod. *consil.* 22.
In quæstione vertente, num. 5. *& sequent. ver. nunc venio, vsque in fin.* ma-
xime *num.* 7. *& ver. item nec ex prædictis.* † Extende; quia recondu- 15
ctio, vel relocatio, aut repetita venditio fructuum censetur facta
per continuationem, etiam si esset necessaria subhastatio, quæ
censetur repetita, quando in prima locatione interuenit. Signor.
dict. consil. 22. *num.* 7. † Contrarium tenet Alexand. *consil.* 76. *Visis du- 16
bitationibus, num.* 3. *in fin. cum sequent. ver. sed præmissis non obstantibus,
lib.* 5. vbi quod text. *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*, non ha-
bet locum in venditione fructuum; quia neque habet locum in
emphyteusi, quæ est locatio; quia aliud est, quando agitur de præ-
iudicio dominii vtilis, vel directi, aliud de modico præiudicio vtendi, & fruendi, & etiam dicit non habere locum propterea,
quando locatio esset cum pacto francandi; quia agitur de magno
præiudicio, ideo statutum, quod finita locatione per continua-
tionem habeatur pro renouata; debet intelligi de propria loca-
tione simplici, vbi apostill. *in ver. dominii*, citat eundem Alex. *consil.*
17. *n.* 12. *& cons.* 28. *n.* 4. *lib.* 4. † Amplia, vt procedat etiam in socio, 17
qui rem communem conduxerat. Petr. de Vbal. *in tract. de duob.
fratribus in* 5. *quæst. princip. quæst.* 9. vbi late, plenius infra *num.* 21. † 18
Contrarium tenet Socin. *in l. serui, §. Labeo. ff. de legat.* 1. quia in eo
cessat delictum, & potest dicere, remansi; quia dominus pro in-
diuiso in qualibet parte. Vide, *Socius non potest vendere, vel locare rem
communem inuito socio, & quando secus. Conclus.* 298. † Amplia; quia 19
tacita reconductio censetur facta cum omnibus qualitatibus pri-
mæ. Bald. Castrens. & alii *in d. l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati*,
vbi, quod eadem pacta, & iidem affictus sunt repetita, glos. &
Doct. *in l. qui ad certum. ff. eodem.* Bald. plene *in l. legem. Cod. locati*, plene
Alex. *consil.* 28. *in fin. lib.* 4. vbi, quod censetur renouata cum o-
mnibus clausulis, & qualitatibus primæ locationis. Vide, *Reno-
uatio quid sit, & qualiter fieri possit. Conclus.* 159. † Restringe; quia lo- 20
catio tacita non habet illam exequutionem paratam, quam habet
primum instrumentum locationis. Ant. de Canario *in tract. de exe-
quut. instrum. q.* 40. & habetur *in tract. guarentigiæ, col.* 8. vbi late, ratio
est; quia tacitus consensus non operatur id, quod pendet à Nota-
rio, prout scriptura instrumenti. Bald. *in l. legem. C. locat.* Ias. *in l. certi
conditio. in prin. col.* 7. *ff. si cert. pet.* vbi multa ad hoc, & ideo in casu
tacitæ locationis agendū erit via ordinaria pro affictu, idem Ias.
cons. 49. *col. fin. lib.* 3. Afflict. *d. decis.* 365. † Restringe, quando secun- 21
da locatio fuit separata à prima, & prima fuit penitus extincta, &

potuisset locator alteri locare. Rom. *cons.* 22. *nu* 5. quia sicuti finita est locatio, ita finitæ, & extinctæ clausulæ. Ruin. *cons.* 180. *n.* 3. *lib.* 1.

22 † Restringe; quia si prima locatio est per instrumentum cum hypotheca bonorum tacita, quæ fit à lege, per annum non habebit hypothecam, sed solam personalem actionem. Ant. Gales. *de obligat.*

23 *Camer. fol.* 143 Afflict. *decis.* 365. *per totam.* † Intelligas, nisi in prima locatione per instrumentum esset dictum, *locauit per tres annos, vel quinque, & illo pluri, quo perseuerauerit*; quia tunc erit eadem locatio

24 ex instrumento, non autem tacita, vt per præfatas authoritates. † Restringe in locatione impropria, prout si quis emat cum pacto retrouendendi intra quinquennium, & interim locet venditori, an stante statuto, prout Bononiæ, quod renouata censeatur locatio, nisi per tres menses fuerit ante finem protestatum, vt in statuto de pœna vendentis, &c. §. *præterea statuimus*, quia non habet locum. Cagnol. *in l.* 2. C. *de pact. inter empt. & vendit.* Bero. *cons.* 153. *n.* 18. & 19. *lib.* 1. & *cons.* 65. *n.* 3. & 4. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 114. *lib.* 1. Io. de Imol.

25 *cons.* 36. *In casu præmisso.* Alexand. *cons.* 76. *Viso dubitationibus, lib.* 5. † Idem, quando est cum pacto francandi rem locatam, & quando agitur de magno præiudicio. Alexand. *cons.* 17. *Viso instrumento, ver. secundo principaliter, n.* 10. & *seq.* vbi ponit alias restrictiones, quan-

26 do requiritur scriptura, vide eum. † Contrarium tenet Alex. *consil.* 28. *lib.* 4. *Ponderatis*, vbi, quod pactum francandi non facit transire locationem in alium contractum, & statutum generaliter disponens de locatione comprehendit locationem cum omnibus pa-

27 ctis in ea contentis. † Declarat apost. ad Alex. *d. cons.* 28. *lib.* 4. *in ver. contrarium*, quod ibi male consuluit, sed ego credo, quod non sit consilium Alexand. quia non est subscriptum, sed potius consilium partis contrariæ, vel ibi loquitur in bonis laicalibus, vel quã-

28 do pactum non alterat locationem. † Declara, vt late per apostill. ad statutum Bononiæ criminale, *fol.* 178. & *seq.* vbi latissime, & quid in locatione bonorum ecclesiæ, & multa alia ibi videre poteris, sed quod statutum Bononiæ etiam confirmatum à Papa non habeat locum in bonis ecclesiæ, plene Alex. *consil.* 17. *Viso instru-*

29 *mento, n.* 10. & *seq. ver. secundo principaliter, lib.* 4. † Restringe; quia statutum loquens de locatione, quæ censeatur renouata, non habet locum in aliis contractibus quantumcunque similibus locationi, excepto precario; quia regula est, quod cum statutum sit correctorium, vel etiam simplex loquens in permutatione, non habet locum in venditione, licet sint similes. Alexand. *d. cons.* 76. *n.*

30 7. & *seq. lib.* 5. † Imo neque in locatione, quæ requirit scripturam, prout in locatione ad decem annos bonorũ ecclesiæ, quæ est alienatio, quæ requirit scripturam, vel quando esset locatio in em-

31 phyteusim. Alex. *d. cons.* 17. *n.* 11. & *seq. ver. quia respondeo, lib.* 4. † Amplia; quia procedit, etiam si conductor partis domus esset consors, & dominus pro alia parte; quia finito tempore censetur reconduxisse tacite. Petr. de Vbald. *tract. de duob. fratribus, quæst.* 10. *in* 1. *quæst. princ.* Hercul. *in l. serui electione*, §. *Labeo, ff. de leg.* 1. Alciat. *de præsumpt. in* 2. *regula. præsumpt.* 17. *n.* 4. & per eorum rationes, potissima ratio est; quia conductor, qui finita locatione non vult perseuerare, tenetur domino notificare. Iaf. *in l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig.* ergo idem in consorte conductore; vt alter sciat, an ipse

32 velit diuidere, vel habitare pro se. † Contrarium Socin. *in d. l. serui electione.* §. *Labeo, ff. de leg.* 1. quia dispositio *d.* §. *qui impleto*, fundatur in eo, ne is, qui post tempus conductionis inhabitauit, censeatur illicite inhabitasse, iuxta *l. merito, ff. pro socio*, quæ ratio cessat in consorte, quia ratione communionis potest licite totam rem, & do-

* mum habitare, vt per * omnes *in l. duo fratres, ff. de acquir. hæred.*

33 † Limita in rusticis; quia censetur facta renouatio ad annum, quãdo fructus est annalis. Bald. *cons.* 448. *n.* 2. *lib.* 4. *l. item quæritur*, §. *qui impleto. ff. locati. l. in rebus.* §. *fin. ff. de precar.* Bald. *in l. legem. C. de pact.* Alexand. *cons.* 28. *lib.* 4. *in fin.* quod censetur de iure communi facta

34 relocatio cum clausulis, de quibus in prima. † Restringe, vt non procedat, quando fructus non est annuus, sed plurium annorum simul. prout in societate; quia censetur facta renouatio, prout erat

35 prima locatio, vel prima societas. Bald. *d. cons.* 448. *per tot. lib.* 4. † Restringe; quia non procedit in locatione ad longum tempus facta; quia non intelligitur tacite renouata. Alexand. *consil.* 17. *col.* 3. *lib.* 4. *nu.* 12. quia agitur de magno præiudicio transactionis vtilis dominii, & ibi apostilla *in ver. dominii*, dat concordan. vbi, quod non habet locum in emphyteusi, idem tenet Roman. *consil.* 103. Alex. *cons.* 76. *lib.* 5. Bald. *in l.* 1. *in quæst.* 11. *Cod. quando non pet. partes.*

36 † Restringe, vbi esset necessaria scriptura, put in locatione ecclesiæ ad longum tempus; quia non fit renouatio sine scriptura. Ale-

37 xand. *d. cons.* 17. *Viso instrumento. n.* 11. *ver. quia respondeo, lib.* 4. † Limita; quia tacita relocatio non habet locum, quando dominus bonorum finitis annis, quibus durauit locatio propter senectutem, vel alias effectus esset demens, vel furiosus, quia vbi est defectus consensus, non potest causari tacita reconductio. Bart. *in l. qui ad certum, ff. locati.* † Extende, vt non procedat, quando dominus bo- 38

norum fuisset absens, & non habuisset notitiam, quod conductor tenuisset rem; quia tunc non esset facta tacita reconductio etiam pro vno anno. Afflict. *decis.* 365. Ruin *cons.* 86. *n.* 9. *lib.* 1. quod requiritur scientia. † Et licet cõductor in casibus nõ renouatæ locationis 39 perseueret, & percipiat fructus, licet non teneatur ex locato, vel conducto, tamen tenetur actione negociorum gestorum, vt declarat Bart. *in d. l. item quæritur*, §. *qui impleto. ff. locati, in* 1. *colum.* † Ex- 40 tende pluribus modis, quod tacita reconductio non habeat locum, de quibus Alex. *cons.* 28. *Ponderatis verbis, circa fin. vol.* 4. & melius *cons.* 17. *Viso instrumento locationis, versic. secundo principaliter, cod. lib.* 4. vbi ponit quatuor limitationes ad §. *qui impleto.* † Limita; 41 quia sicut renouatio societatis tacite non inducitur, nisi probetur, vel expressa renouatio, vel tacita ex actibus inducentibus renouationem, vel ex consuetudine loci probata, quod inducta censeatur; ita etiam in relocatione; quia ista requirunt actus apparentes, ita, quod si testes dicant societatem, vel locationem renouatam, ipsi non credatur, nisi deponant de causa scientiæ etiam non interrogati. Castr. *cons.* 73. *In causa, quæ vertitur, lib.* 2. † Limita, quã- 42 do conductor non soluit affictum; quia omnis dispositio legis, statuti, & consuetudinis inducens tacitam conductionem, intelligitur, si seruata sunt pacta; & soluatur pensio, per text. *in l. quæro*, §. *inter locatorem, ff. locati.* Bald. *in l. omnes populi, in vlt. colum. ff. de iust. & iur.* † Extende; quia quando conductor non obseruauit pro parte 43 sua contractum locationis, non potest prætendere tacitam reconductionem. Alexand. *d. cons.* 76. *n.* 6. & *sequent. ver. tamen stante, lib.* 5. vbi apostilla *in ver. alias non.* Cranett. *cons.* 87. *n.* 3. † Extende; 44 quia finita locatione ob inobseruantiam nedum non fit renouatio, sed etiam finitur pactum francandi. Cagnol. *d. l.* 2. C. *de pact. inter empt. & vendit. n.* 267. & *seq.* qui hoc intelligit, quando durat durante locatione, si vero adest iuramentum, tunc finitur absolute, Crot. *cons.* 49. *in princ.* allegat Alex. *d. cons* 76 *n.* 18. *lib.* 5. † Limita; 45 quia tacita reconductio non inducitur, quando conductor promisit finita conductione restituere, & relaxare libere rem locatam; quia expressum facit cessare tacitum, *l. cum ex filio. cum simil. ff. de vulg. & pupill.* & maxime, si renunciauit omni legum auxilio. Gozad. *d. l.* 2. C. *de pact. inter empt. & vendit.* † Extende idem, si fuit dic- 46 tum, quod finita locatione non censeatur tacite renouata; quia possunt partes renunciare huic tacitæ renouationi; *l. si quis inconscribendo*, C. *de pactis*, & quia expressum facit cessare tacitum; quia ille text. fundatur in præsumptione, quæ cessat in casu claro.

Locare quando teneatur dominus antiquo conductori ex necessitate, & quando non. Concluſ. 422.

DOMINVS † vrbanus ex æquitate tenetur potius locare inqui- 1 lino antiquo, quam alteri, ideo præferri debet, licet de iure non compellatur dominus. Castrens. *cons.* 32. *Proprietarius, lib.* 1. † 2 Et quod procedat in omni conductore; quia ex æquitate debet antiquus conductor præferri nouo conductori, si vult eandem pensionem soluere. Lucas de Penna *in l. congruit*, per illum text. C. *de locat. prædio. ciuil. lib.* 11. Castr. *cons.* 4. *lib.* 1. Alexan. *cons.* 79. *lib.* 1. *ver. & licet.* † Contrarium, quod non teneatur Ecclesia, vel alius loca- 3 tor simplex renouare locationem simplicem ea finita. Ioann. de Imol. *cons.* 68. Vide infra *num.* 12. quia est limitatio, sed poni debet pro regula. † Declara; quia contrarium est verius de iure, licet de 4 æquitate præferri debeat, & Castrens. *dict.* 32. *lib.* 1. & *l. congruit.* inducit speciale in prædiis fiscalibus, ergo in contrarium est ius commune, & ita Alexan d. *d. cons.* 80. *num.* 10. *ver. quarto, lib.* 1. † De- 5 clara; quia si est inuestitura facta iure puræ & simplicis locationis ad certum tempus, ea finita tenetur renouare; quia censetur locatio non simplex, quando aliquid est datum in contractu ante solutionem pensionis. Imol. *d. cons.* 68. *per tot.* vbi, quod illa verba, *iure simplicis locationis*, important, quod non transfertur dominium, 6 neque possessio. † Amplia in prædiis fiscalibus; quia speciale est, vt si antiquus conductor tantum offerat, quantum nouus, præferri debeat. Alexand. *consil.* 80. *numer.* 10. *ver. quarto, lib.* 1. vbi, quod est speciale in fisco; quia contrarium est de iure communi in aliis, & est text. *in dict. l. congruit, & in l. prædia. Cod. de locatio prædi. fisc.* ea ratione est speciale; quia quandoque compelluntur conducere. † Extende in casu contrario; quia conductor rei fiscalis, qui 7 vno anno, vel pluribus lucratus est, compellitur iterum conducere ex priuilegio fisci pro eodem pretio, si alius conductor non reperitur, *l. cotem*, §. *fi. ff. de publica.* Cast. *in l. si merces*, §. *vis maior. ff. locati.* † Extende; qa imo videtur etiam procedere in omni conductore 8

antiquo

antiquo ex æquitate, vt ſi offerat tantum', quantum nouus, præferri debeat ex æquitate. Io.de Imol. *conſ.* 38. *In caſu præmiſſo, nu.* 2. *in fin. cum ſeq.* † Amplia in eo, qui conduxit rem ſterilem; & ſaxoſam, & ſua induſtria reduxit ad culturam, & fertilitatem; quia debet præferri alteri conducere volenti pari penſione. Bart. *in l. quicunq;* 5. *C. de omni agro deſerto, lib.* 10. Modern. *in l.* 2. *ver. nec cogitur. ff. ſol. matrim.* infra *n.* 15. *& ſeq.* Vide, *Conductor non poteſt inferre quæſtionem domini rei conducta. Concluſ.* 608. *n.* 25. *& ſeq.* † Amplia in emphyteuta eccleſiæ; quia finita emphyteuſi, ſi extant deſcendentes antiqui emphyteutæ, qui offerant idem, quod nouus, ipſi debent præferri. Io. de Imo. *d. conſ.* 38. *per tot.* Bart. *in l.* 1. §. *permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Vide plenius, *Emphyteuſi finita dominus tenetur relocare, & quando ſecus. Concl.* 226. † Amplia in ſcholaribus; quia ſi volunt reconducere domũ, præferuntur aliis, *c. ex reſcripto, de locato, & conducto*, quod extenditur etiam ad alios gaudentes priuilegio ſcholarium, vt ibi gl. & Doct. † Limita; quia regulariter non tenetur locator finita locatione relocare conductori, ſed poteſt alteri cuicunque locare, *l. ne cui C. locati, cum ibi not. l. penul. eod. tit.* † Extende in locatione tam eccleſiæ, quam priuati; quia tenetur conductor finita locatione facta ad certum tempus reſtituere rem locatam locatori, maxime quando eſt facta locatio iure meræ & ſimplicis locationis, *l. fin.* §. *ſane, & l. congruit, C. de locat. prædio. ciuil. lib.* 11. † Extende, etiam ſi conductor rem locatam meliorauit; quia debent reſtitui melioramenta; & ipſe reſtituit rem locatam finita locatione, *l.* 2. vbi gloſſ. & Doct. *C. de locatio. prædio. ciuil. lib.* 11. quem text. intelligit. Caſtr. *conſ.* 142. *col.* 2. *in fin. ver. nec etiam obſtat, lib.* 2. vt procedat, quando in parte eſt meliorata, non in toto, vbi tollit contraria, incipit, *videtur dicendum.* † Reſtringe; quando colonus conduxiſſet ad tempus ſyluas incultas, & reduxiſſet ſua opera ad culturam, quia ex æquitate tenetur dominus renouare perpetuo de tempore in tempus, & non poteſt expellere, *l. quicunque*, vbi Bart. *C. de omni agro deſerto, lib.* 11. Caſtr. *conſ.* 142. *colum.* 2. *ver. ſed iis non obſtantibus, lib.* 2. vbi, quod procedit in locatione ad tempus, alias ſi procederet in perpetua locatione, eſſet de indubitabili, vide ſupra *num.* 9. † Et procedit reſtrictio etiam in locatione bonorum eccleſiæ propter æqualitatem iuſtitiæ ſeruandam; quia locatio temporalis efficitur perpetua propter reductionem ad culturam, *cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien.* plene Caſtrenſ. *d. conſ.* 142. *colum.* 2. *nu.* 2. *ver. & hoc etiam, lib.* 2. pleniſſime Angel. Aret. *conſ.* 17. *Cum quæritur, per tot.* vbi allegat clariſſimum D. Paulum de Caſtro, dominum ſuum; quem audiuit ita conſuluiſſe, *n.* 43. *& ſeq.* vbi tollit omnia contraria. † Declara; quia in bonis eccleſiæ procedit reſtrictio, quando ab initio tempore primæ locationis temporalis, eccleſia non fuit læſa, ſecus ſi fuiſſet læſa; quia niſi is, qui meliorauit, offerat illud plus, quod ab aliis reperitur, poteſt expelli. Caſtr. *dict. conſ.* 142. *n.* 2. *lib.* 2. *ver. & hoc etiam.* † Declara tamen Io. Andr. *in d. c. ad aures*, vt procedat ille text. quod locatio temporalis fiat perpetua de bonis eccleſiæ, quando in prima locatione fuit appoſitum pactum, quod fieret perpetua, ſi reduceret ad culturam, prout refert Caſtr. *d. conſ.* 142. *col.* 2. *ver. & licet Io. And. lib.* 2. ſed Caſtrenſ. ibi contradicit; quia eſſet nimia reſtrictio ad illum text. & redderetur de indubitabili; quia ſola reductio ad culturam hoc operatur. † Reſtringe; quia ſi efficitur perpetua, quando reduxit ad culturam bona, non poterit Prælatus vllo modo augere penſionem propter meliorationes. Bart. *in l. fin. C. de omni agro deſer. lib.* 11. vbi, quod ille text. facit contra inſatiabiles Prælatos, qui propter meliorationes volunt dicere eccleſiã læſam, & augere penſionem. Caſtr. *d. conſ.* 142. *colum.* 2. *poſt med. ver. pro hoc etiam. lib.* 2. † Reſtringe, quando prima locatio erat ad tempus, ſed renouanda; quia ſi ad culturam totam reduxit, quæ non erat, tunc efficitur perpetua, non obſtante, quod in renouatione Prælatus alterando poſuit iure meræ & ſimplicis locationis; quia illa verba alterata, & addita non ſunt attendenda. Caſtr. *d. conſ.* 142. *in fin. num.* 3. *ver. nec etiam obſtat, lib.* 2. † Declara totam iſtam materiam; quando locatio temporalis efficitur perpetua, vel non, vt per Angel. Aretin. *conſ.* 17. *Cum quæritur, per tot*, vbi per ſex fundamenta, quod non poteſt effici perpetua, cum conſtet de initio, quod eſt ſimplex locatio, ſiue ſit ad modicum tempus, ſiue ad longum; quia cum ſoluat affectum, neceſſario ſubſtinet dominium locatoris, & eſſet malæ fidei, etiam ſi haberet vtile dominium, vt quia ad longum tempus, quia vtile dominium non contrariatur directo, imo coadiuuat directum, item quia directus retinet poſſeſſionem ciuilem, & quia dum datur locatio; locator non poteſt agere, ergo contra eum non præſcribitur, & finito tempore inducitur renouatio, quæ idem operatur, contrarium tamen tenet *n.* 25. *& ſeq. per tot.* quod imo locatio etiam ad annum facta, & poſtea tacite renouata per tempus immemorabile dicitur facta perpetua, & multo magis, quando erat à principio ad longum tempus; quia plus iuris habet conductor ad longum tempus, & *n.* 39. *& ſeq. ver. tertio cum bona*, dicit maxime procedere, quando à principio bona locata erant inculta, & data ad meliorandum; quia cenſentur locata cum renouatione perpetua, poſtquam fuerunt redacta ad culturam, & hoc procedit tam in bonis ſecularibus per *l. quicunque. C. de omni agro deſerto, lib.* 10. quam etiam in bonis eccleſiaſticis, *cap. ad aures, de reb. eccleſ. non alien.* & per alia iura, ex quibus ſolutione vniformi per 30. vel 40. annos facta præſumitur emphyteuſis, vel liuellus, vel locatio perpetua. Vide, *Inquilinorum priuilegia, & qualiter intelligantur. Concluſ.* 174.

Locator, qui tenetur dare terras ſeminatas, qualiter dicatur implere. Concl. 423.

LOCATOR † qui tenetur dare terras ſeminatas, liberatur, ſi conductor confitetur habuiſſe ſemen, & terras, licet ſemen fuerit conſignatum in granario, & non ſeminatum; quia videtur aliquid diminuiſſe de obligatione, ideo non tenetur locator ad intereſſe. Bald. *conſ.* 131. *Caſus eſt talis, quidam nobilis, in princip. lib.* 1. † Extende; quia dominus non tenetur ſeminari facere, ſed conductor, & ideo ſi dominus habuit recollectas ex conuentione pro anno ſterili prorogato, & tenetur ad ſemina, non tamen tenetur ſeminare, ideo debet conductor ſemina petere, & illa ſerere; quia ad aliud locator non tenetur. Ruin. *conſ.* 58. *num.* 8. *lib.* 1. † Extende; quia tenetur bene conductor reſtituere terras ſeminatas eo modo, quo ſibi fuerunt conſignatæ, alias tenetur ad damna, & intereſſe ob non ſeminatum granum, Ruin. *conſ.* 88. *n.* 4. *lib.* 1. vbi, quod procedit, etiam ſi dominus habebat facultatem in vltimo recollectu retinendi ſemen; quia erat ad ſui fauorem prouiſum, ſi volebat, ſed propterea non liberatur conductor ab intereſſe. † Extende; quia minus dicitur reſtituere conductor, ſi habuit agrum ſeminatum primo anno, & reſtituat vacuum vltimo anno; ideo tenetur reſtituere ſeminatum vltimo anno, alias tenetur ad ſemen & ad omne damnum paſſum, & quod poteſt pati locator, licet nõ ſit conuentum; quia eſt de iure communi, ita Ruin. qui reſpondet ad omnia contraria *conſ.* 80. *per tot. lib.* 1. † Amplia in caſu conuerſo; quia conductor non tenetur dare terras ſeminatas, ſed bene tenetur colere bona debitis temporibus, ſed ſi eſſet expreſſum, vel ex conſuetudine teneretur, non teneretur de ſuo grano ſeminare. Bero. *conſ.* 127. *Viſo inſtrumento, lib.* 1. *per tot.* † Declara; niſi ipſe conductor à principio habuerit terras ſeminatas à locatore; quia eodem modo ſeminatas reſtituere tenetur. Ruin. *d. conſ.* 80. *in pr. & conſ.* 88. *lib.* 1. *num.* 4.

Locati, & conducti actio quando competat, & inter quos. Concl. 424.

ACTIO † perſonalis oritur inter colonum & dominum locantem; etiam ſi dominus non eſſet locans; quia illi tamen tenetur perſonali actione coloni. Feder. de Sen. *conſ.* 251. *in fin. ver. quid plura.* † Declara; quia ſi conductor tenuit bona ex locatione, oritur actio ex conducto, & locato, *l. legem, C. locati.* † Si occupauit bona, & ſine titulo retinuit, ſi contra voluntatẽ domini, & tenetur ad reſtitutionẽ rei cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, *l. ex diuerſo*, vbi Bart. *ff. de rei vend. leg.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ.* † Si ſciente & patiente domino, tenetur ad congruam penſionem, glo. *in l. litibus. C. de agric. & cenſit. lib.* 10. Cyn. & Salyc. poſt glo. *in l. excepto, C. locati.* licet Alex. *conſ.* 181. *lib.* 2. & alii dicant, quod tenetur ad penſionem, quanti eſſet conducturus, non quanti dominus locaſſet. Alex. *conſ.* 108. *n.* 6. *lib.* 1. Bart. *in l. in ſumma*, §. *penul. ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. contractus, C. locati.* † Amplia; vt teneatur locator conductori, & è contra ad omnem culpam propter naturam bonæ fidei locationis, ideo ſi conductor fuit derobatus per ſportellum apertum de nocte relictum per locatorem, tenetur locator ex culpa ,ppter naturã locationis. Bald. *conſ.* 152. *Quidam locauit, lib.* 5. † Declara; quia actio locati in tantum eſt reſtricta inter conducentem & locantem, vt licet alius dominus declaretur rei locatæ, non tñ habeat actionem contra colonum ſine ceſſione, ſed bene ſuccũbens domino cedere tenetur actiones Fed. de Sen. *conſ.* 251. *in fi. ver. quid plura, ſub n.* 4. *&* 5. † Amplia; quia actio ex locato competit locatori ad multa, quandoq; ad penſionem rei locatæ, vel ad deterioration em, vel vt debito tempore colat, vel contractum impleat, quandoque vt rem dimittat; & alia ſimilia. Iaſon §. *omniũ, num.* 159. *Inſtit. de actio.* † E conuerſo conductori competit actio, vt frui liceat re conducta, vt domus conducta reficiatur, vel reparetur, vel ad intereſſe damni; quia res vitioſa locata, vt cuſtodia ex-

dia exhibeatur, si est conuentum, & alia obseruentur interdum pro expensis, & melioramentis. Ias. *Instit. de actio. d. §. omnium. num.* 9 160. *& seq.* † Amplia; quia locator tenetur conductori ad damna, & interesse, si rem vitiosam locauit recepta mercede, siue sciret, siue ignoraret, puta si locauit vas fœtidum, in quo vinum periit, vel corruptum fuit, secus si gratis accommodasset; quia non tenetur, nisi sciret *l. in rebus, §. fin. ff. commod. l. sed addes. §. 1. ff. locati, l. tenetur,* 10 *§. si vas. ff. de actio. empt.* † Limita; quia actio locati, & conducti non competit conductori nouo contra cõductorem antiquum, qui non disgumbrauit, sed competit condictio sine causa. Bart. *in l. in summa, §. & sic. ff. de condict. indeb.*

Locator contra conductorem, & conductor contra locatorem, quando agant actione furti. Concl. 425.

1 LOCATOR † potest agere actione furti ad res derobatas contra conductorem dolosum; secus si sine dolo. Bald. *cons. 226. Quanquam in ista causa, ver. venio ad negocium, lib. 3.* Alex. *cons. 184. In causa,* 2 *& lite, n. 7. lib. 6.* vbi, quod debet fieri mentio de furto. † Declara; quia non competeret actio furti contra condominum; quia in eo 3 furtum non præsumitur. Alex. *d. cons. 184. n. 7. lib. 6.* † Extende, vt procedat, etiam si locator non fecit discerni contractum alterius locationis; quia potest agere ad res sibi derobatas. Bald. *cons. 231.* 4 *Dominus meus, in fin. lib. 3.* † Amplia in casu conuerso; quia conductor apothecæ, vel partis domus, ad quam itur per sportellum alterius partis domus locatoris, si fuit derobatus; quia locator de nocte dimisit sportellum apertum, tenetur ipse locator versus conductorem ad res derobatas propter culpam. Bald. *consil. 152. Quidam locauit, lib. 5. per tot.* vbi, quod ex sola culpa tenetur propter naturam bonæ fidei locationis.

Locatio renouata quando dicatur eadem, vel diuersa locatio. Conclus. 426.

1 LOCATIO † facta, puta per quinquennium cum pacto, quod debeat fieri de quinquennio in quinquennium, si fiat alia locatio ad nouum quinquennium, dicitur prorogatio, non autem noua locatio, quando fit durante primo quinquennio, & non est nouus contractus, iuxta ea, quæ de compromisso tradit Alex. *in l. dies cautioni, in princ. ff. de dam. infecto, & cons. 56. lib. 6.* quod debet intelligi, vt intelligatur de eisdem Florenis, de quibus in prima locatione. ☞ Vide plenius, *Prorogatio an inducat nouum actum, vel sit idem cum prorogato. Conclus. 921.*

Locatio non probat dominium, neque possessionem, & quando secus. Conclus. 427.

1 LOCATIO † rei non probat dominium, neque possessionem rei locatæ. Gem. *cons. 38. n. 6. ver. item instrumenta. l. ad probationē, C. locati.* Alex. *cons. 10. col. 1. li. 4. & cons. 43. Visis. col. 3. eodem lib. & cons. 73. lib. 6.* Doct. *in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. possess.* Felin. *in c. inter dilectos, col. 2. de fid. instrum.* Alexan. *cons. 132. Per lectis, n. 12. lib. 5.* Crauett. *cons. 157. n. 5. & seq.* vbi late, & est ratio, quia res aliena locari potest, & ab alio possessa, *l. nemo, C. locati, l. si tibi ff. eodem.* Corn. *cons 315. lib.* ☞ 4. Castr. *cons. 213. lib. 2. circa si.* Vide, *Dominiū qualiter probetur. Concl.* 2 *611.* † Declara; vt quod dicitur de dominio; & possessione; nõ probetur per locationem, intelligatur quoad alios. Bald. *cons. 330. Statuto cauetur, in princ. ver. in contrarium, lib. 1.* & de possessione tradunt supradicti, maxime Alexand. *cons. 10. colum. 2. lib. 4.* Soc. *consil. 106. col. 1. in princ. lib. 3. & cons. 89. lib. 1.* Fel. *d. c. inter dilectos, de fid. instr.* vide 3 infra *ver. Limita, quia locatio,* vbi concord. † Extende, vt locatio etiam inter contrahentes non probet dominium. Bald. *d. consil. 330.* 4 *Statuto cauetur, in pr. ver. in contrarium, lib. 1.* † Restringe, vt per Dec. 5 *cons. 56. colum. pen.* † Restringe; quia si inuestitura, vel locatio fiat in re ipsa, & in loco locato, habet vim traditionis, & probat possessionem. Anchar. *cons. fin num. 12. ver. nunc veniamus.* Vide, *Inuestitura* ☞ 6 *quid sit. Conclus. 352.* † Declara; quia locatio sine perceptione pensionis non probat dominium, neq; possessionem quoad tertium. Alex. *cons. 118. num. 9 lib. 2. & cons. 57. In causa, nu. 11. ver. quia locatio,* 7 *& cons. 71. In causa. num. 2. lib. 7.* † Amplia, quia locatio non probat dominium ecclesiæ, quando Ecclesia ageret rei vendicatione. Bart. *in l. legata, in pr. ff. de adim. legat.* quem sequitur Alex. *in l. si alienam, in princ. ff. solut. matrim.* Ias. *in l. 2. n. 178. ff. de iure emphyt.* Crauet. *cons. 157. n. 4. & n. 7.* vbi de emphyteusi ecclesiæ, vbi late declarat, 8 Alexand. *cons. 12. Viso processu, in princ. lib. 4.* † Extende, vt procedat nedum in locatione, sed in donatione, emptione, & aliis contractibus; quia si agitur actione rei vendicationis potest habens causam à me negare me dominum, & ex illo contractu non probatur dominium secundum Bart. distinctionem, quam allegat *in l. commodare. ff. commod.* plenius *in d. l. si alienam,* vbi plene Alex. *ff. sol. matrim* vbi est materia, & in quibus contractibus fallentia detur. † Restringe in casu conuerso; quia bene probatur dominium vendentis, & locantis; necipse posset hæc negare contra instrumentum suum. Negus. *in tract. de pignor. in 3. membr. 2. partis, n. 64.* vbi attestatur de magis* communi. † Restringe, quando agitur hypothecaria; quia tunc non potest habens causam à me excipere. Negus. *d. tract. in 3. membr. 2. partis, n. 62. & multis seqq.* † Restringe; quãdo Ecclesia ageret actione personali descendente ex contractu 11 locationis; quia tunc non posset conductor referre quæstionem dominii. Bart. *d. l. legata. ff. de adim. leg.* Alexand. *d. cons. 12. Viso processu, in princ. lib. 4.* † Restringe, quando possessorio agitur, secus si petitorio. Crauett. *cons. 157. n. 4.* † Restringe, etiam si ageret ecclesia 12 rei vendicatione, quando in locatione emphyteutica esset recepta emphyteusis cum assertione, quod ecclesia esset domina, ita 13 quod emphyteuta sic recepisset, vt transferret in ecclesiam dominium. Bart. *d. l. legata, ff. de adim. leg.* Soc. *cons. 89. n. 16. lib. 1.* Ruin. *cons.* 14 *per tot. lib. 4.* intellige tamen secundum Crauet. qui plene discutit *cons. 157. n. 7. ver. quinimo videtur.* vbi, quod non sufficit dicere, loco tibi rem meam, sed rem, cuius dominium habeo. † Idem, si in 14 antiquis, quia etiam contra tertium probat dominium enunciatum. Socin. *d. cons. 89. n. 16. lib. 1.* † Amplia; quia locatio non probat 15 possessionem. Alexand. *cons. 118. n. 19. lib. 2. & cons. 57. nu. 11. & consil.* 71. *In causa, n. 2. lib. 7.* vbi, quod non probat possessionem in præiudicium tertii, nisi constet de solutione subsequuta. † Declara; quia 16 testes, qui dicunt conduxisse talem rem à Titio, & soluisse pensionem, non probant possessionem in præiudicium tertii; quia quatenus deponunt soluisse, tractant de se exonerando, & maxime nõ p̃bant, si sunt singulares. Alex. plene *d. cons. 71. n. 2. & seq. per tot. lib. 7.* maxime *n. 4.* vbi idem de teste, qui deponit de patre suo, qui conduxit, & soluit; quia tractat de se exonerando, & non probat. Alex. *cons. 44. n. 9. lib. 2. & cons. 159. n. 8. lib. 6.* † Amplia, vt procedat, 17 quia locatio, & solutio pensionis non probat possessionē ad hoc, vt alius sua possessione priuetur. Gemin. *d. cons. 38. n. 6. ver. & eodem modo,* & ideo si alius possidebat tempore solutionis, nihil probat locatio, & solutio, secus si non probatur, quod alius possideret. Fulg. *cons. 61. In causa Iacobi, n. 2. ver. sicque non obst. abit.* † Limita; quia 18 sola solutio afflictus probat locationem, & possessionem inter cõductorem & locatorem. Socin. *cons. 89. lib. 1. & cons. 266. col. 6. lib. 2. & cons. 16 lib. 3.* Deci. *in cap. bona, de appell.* & quod sit probata possessio ex locatione cum solutione quoad soluentem. Alex. *cons. 8. Attentis iis, in princ. lib. 7.* † Extende; quia imo locatio, & solutio pen- 19 sionis per decem annos probat nedum possessionem, sed etiam dominium locatoris quoad soluentem, secus quoad tertium, quia requiruntur triginta anni, quibus locauerit, si exegerit pensionem; quia eo casu etiam contra tertium probatur possessio & dominium. Alexand. *dict. cons. 8. Attentis, per tot. lib. 7.* † Declarat Cra- 20 uett. *consil. 434. n. 12. & seq.* vt probet dominium per tantum tempus, si illud enuncietur in locatione, alias non. † Limita; quia in- 21 uestitura; & concessio bonorum facta ad censum, vel emphyteusim, cum perceptione pensionis conuentæ geminata probat ius concedentis. Bal. *cons. 379. Sequitur, quod anno Domini, lib. 1.* † Exten- 22 de, vt procedat, etiam si solutiones fuerint factæ per monachum monasterii, de cuius mandato non constat; quia sicut eidem monacho licuit acquirere, ita etiam soluere pensionem pro monasterio. Bald. *d. cons. 379. in princ. lib. 1.* † Extende, etiam si inuestitura sit 23 facta monacho promittenti de rato pro Abbate, & quod confirmatio Apostolica obtinebitur; quia licet non constet de ratificatione, neq; confirmatione Apostolica, tamē præsumitur ex lapsu longi temporis. Bald *d. cons. 379. in prin. lib. 1.* † Limita; quia locatio 24 inter locatorem & conductorem probat possessionem. Bal. *d. cons.* 330 *in princ. ver. in contrarium. & cons. 377. in princ. lib. 1.* Rota *in antiq. decis. 1. de fid. instrum.* alias 88. Alexand. *cons. 10. col. 2. lib. 4.* Socin. *consil. 89. lib. 1. & consil. 106. in princ. lib. 3.* Felin. *in c. inter dilectos, de fid. instrum.* Alexand. *cons. 43. Visis, & ponderatis iis, ver. nam licet postea, eodem lib.* Deci. *cons. 89. In causa agitata, nu. 17. ver. secundum remedium, & consil. 201. Difficultatis, num. 5. & consil. 266. In causa num. 13. Afflict. decis. 331. num. 7.* Boer. *decis. 105. num. 15.* † Et quod locatio probet 25 possessionem, & dominium inter conductorem, & locatorem, tenet Bald. & Imol. *in l. cum tale. §. fin. ff. de conditio. & demonstratio.* Alexand. *consil. 12. Viso processu, num. 3. versicul. non obstant not. lib. 4. & consil. 8. Attentis, lib. 7.* † Imo etiam inter hæredes locatoris & 26 conductoris. Ruinus *consil. 46. numer. 12. & 13. lib. 4.* imo inter habentes causas ab eis. Socin. *consil. 11. lib. 3.* Franc. Aretin. *consil. 36. per tot.* Mazol. *consil. 107. n. 79.* † Extende, vt procedat etiam inter 27 emphyteu-

emphyteutam, & dominum, qui conceſſit, ac feudatarium & dominium inueſtientem; quia ex locatione, & inueſtitura probatur dominium, & poſſeſſio inter locantem & conducentem, & inueſtientem & inueſtitum, prout probatur inter vſumfructum habentem & conducentem; quia iſti æquiparantur vſufructuario. Dyn. *conſil.* 48. *num.* 5. *& ſeq.* † Contrarium, quod dominium non probatur inter emphyteutam & dominum concedentem, tenent multi. † Declara; quia dominium & poſſeſſio probatur ex ſola locatione inter locantem & conducentem, ſi agatur actione perſonali; ſecus ſi agatur actione reali. Alex. *conſil.* 12. *Viſo proceſſu, num.* 4. * *per bene verum, vt ipſi.* vbi dicit * communem, *lib.* 4. & iterum *nu.* 6. † Declara; quia ſi ageretur de dominio principaliter reali, non probatur dominium etiam inter locantem & conducentem ex ſola locatione; ſecus ſi incidenter, & ſecundario. Alex. *conſil.* 10. *Viſo proceſſu, num.* 4. *ver. quinimo. lib.* 4. vbi loquitur, etiam ſi ſecuta fit ſolutio, ſed Purpur. *conſil.* 574. *in* 6. dicit, quod imo inter locantem & conducentem probatur ex ſola locatione dominium incidenter, & dicit * communem. † Declara, vt per Alex. *d. conſil.* 8. *lib.* 7. vt decem annis probetur poſſeſſio, & dominium inter locatorem & conductorem, qui ſoluit penſionem, & contra tertium, ſi per 30. annos ſoluit, quod declarat Crau. *conſil.* 434. *num.* 12. procedere, ſi dominium fuit enunciatum, alias non. † Extende maxime, quando vltra locationem cõſtat de perceptione fructuum; quia plene probatur poſſeſſio locantis. Alex. *conſil.* 118. *in fin. lib.* 2. & *in l. quamuis. § ſi conductor. ff. de acq. poſſ.* † Extende, vt etiam procedat limitatio in ſingulari ſucceſſore habente cauſam ab ipſo locante, vel conducente. Soc. *conſil.* 11. *In cauſa D. Catharinæ, col.* 1. *lib.* 3. Bertr. *conſil.* 318. *vol.* 4. *& conſil.* 58 *vol.* 5. Gerard. Mazol. *conſil.* 107. *num.* 79. Tiraq. *de conſt. in* 1. *limit.* 3. *part. num.* 23. † Declara; quia poſſeſſio & dominiũ probatur ex locatione inter locatorem & conductorem, quando non agitur rei vendicatione, neque de dominio agitur principaliter. Crau. *conſil.* 157. *num.* 5. *& ſeq.* † Limita in Eccleſia; quia ſi conſtat de dominio, puta ex contractu inter contrahentes præſumitur etiam poſſeſſio fauore Eccleſiæ. Bald. *conſil.* 377. *Oth prætendens circa med. ver. ſi autem conſtaret, lib.* 1. † Limita; quia ex locatione præſumitur locans dominus quoad conducentem, & ſic licet non probetur dominium, bene præſumitur. Bart. *in l. non abre. circa fin. C. vnde vi.* Iaſ. *in l.* 2. *nu.* 178. *in fin. C. de iur. emph.* † Limita; quia locatio cum perceptione penſionis probat poſſeſſionem nedum quoad conductorem, in quo nullum eſt dubium, ſed etiam quoad tertium. Soc. *conſil.* 106. *col.* 1. *lib.* 3. Bart. Imol. Aret. & alii *in l. qui vniuerſas. § quod per colonum. ff. de acquir. poſſ. & in l. quamuis. § ſi conductor. ff. eod.* Lanfranch. late *in c. quoniam contra, ver. teſtium depoſitione, ver. tertio venit probanda poſſeſſio, de probat.* Rom. *conſil.* 80. *num.* 11. Socin. *conſil.* 89. *lib.* 1. Dec. *in c. bona de appell.* Alex. *in l. quadam mulier. ff. de rei vendic.* Bart. *in l. litib. C. de agric. & cenſit. lib.* 10. Alex. *conſil.* 260. *col. fin. lib.* 2. incipiendo numerum conſiliorum à princ. ſed eſt *conſil.* 118. *In cauſa, & lite. num.* 19. *lib* 2. *& conſil.* 57. *In cauſa. & lite, num.* 11. *lib.* 7. & iterum *conſil.* 71. *nu.* 2. *eod. lib.* 7. Dec. *conſil.* 146. *num.* 14. *ver. & licet.* Pariſ. *conſil.* 27. *nu* 25 *lib.* 1. Goza. *conſil.* 94. *num* 57. Ruin. *conſil.* 118. *num.* 2. *lib.* 4. Caſtr. *conſil.* 105. *col.* 3. *in princ. ver illud autem, lib.* 1. † Extende, vt idem ſit in conceſſione in emphyteuſin facta per Eccleſiam, vel alium iuncta perceptione canonis; quia probat poſſeſſionem Eccleſiæ, *l.* 3. *§. ex contrario, & l. qui vniuerſas, §. quod per colonum. ff. de acq. poſſ.* Bald. *in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ruin. *conſil.* 143. *lib.* 4. quæ ciuilis poſſeſſio ſufficit ad præſcriptionem, *l.* 1. *§. per ſeruum, qui in fuga. ff. de acq. poſſ.* Dyn. *in reg. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in* 6. ex qua poſſeſſione longiſſimi temporis infertur ad dominium. Iaſ. in *§. omnium. Inſt. de act.* Ruin. *conſil.* 115. *col. pen. in fin. lib.* 5. plene Alex. *conſil.* 8. *Attentis iis, lib.* 7. vbi, quod dominium inter contrahentes acquiritur Eccleſiæ, & priuato per locationem, & ſolutionem decem annorum, & quoad tertium ſpatio 30. annorum, ſequitur Crauett. *conſil* 434. *in princ.* Caſtrenſ. *conſil.* 213. *in fin. lib.* 2. † Extende in omni concedente rem in emphyteuſin; quia per ſolutionem canonis ſibi factam probatur dominium concedentis quoad omnes. Bart. *l. rura. C. de omni agro deſerto, lib.* 11. Bald. in *l. cenſualia, C. de donat. & in l. fin. colum. fin. C. de iure emphyteut.* Guido Pap. in terminis *deciſ.* 272. *vtrum dominium.* Ripa *in l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* ſequitur Crauett. *d. conſil.* 434. *in princ.* † Extende; quia etiam ſi verba ſolum enunciatiua dominii extant cum ſolutione ſubſequuta, probatur dominium ſimpliciter quoad enunciantes, & ſoluentes, & eorum hæredes, & ſucceſſores, & quoad tertium, ſi per tantum tempus, videlicet 30. annorum, quod præſcribi potuerit. Crauett. plene *d. conſil.* 434. *in princ. & nu.* 2 *cum ſeq.* Alexand. *d. conſil.* 8. *lib.* 7. Afflict. *deciſ.* 164. Boer. *deciſ.* 211. *num.* 24. *vſque in fin.* vbi quod ſola recognitio dominium probat ex ſolutione in recognitionem, & ſaltem ſtatur illi, donec contrarium probetur. † Declara; quia locatio cum ſolutione penſionis probat poſſeſſionem, quando non conſtat, quod alius eſſet in poſſeſſione tempore ſolutionis. Fulgoſ. *conſil.* 161. *num.* 2. *ver. ſicque etiam non obſtabit.* Alexand. *conſil* 10. *Viſo proceſſu, lib.* 4. *& conſil.* 12. *& conſil.* 43. *eod. lib & conſil.* 88. *col.* 6. *lib.* 5. allegat text. in *l. Pomponius*, vbi eſt caſus de hoc, *ff. quibus mod. vſusfruct amitt.* Bart. *d. l. qui vniuerſas. §. quod per colonum ff. de acquir. poſſeſſ.* Caſtrenſ. *in l. quamuis, §. ſi conductor. ff. d. tit.* Bald. Nouell. *in d. l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi, quod ſi vnus probat de poſſeſſione per actum ſtandi, laborandi, fructus colligendi præfertur ei, qui habet locationem cum ſolutione penſionis. Boer. *deciſ.* 239. *num.* 5. Ferret. *conſil.* 220. *num.* 15. *& ſeq.* allegat Corn. *conſil.* 6. *lib.* 3. Vide Alexand. *conſil.* 118. *num.* 19. *lib.* 2. *& conſil.* 57. *n.* 11. *& conſil.* 71. *num.* 2. *lib.* 7. † Sed tamen iſta erit poſſeſſio præſumpta. Socin. *conſil.* 106. *lib.* 3. Ferret. *conſil.* 310. *in fin* † Extende, etiam ſi conſtaret de ſola locatione cum detentatione bonorum facta per conductorem; quia probaretur poſſeſſio ad fauorem locatoris, *l. quod meo, ff. de acquir. poſſeſſ.* Corn. *conſil.* 6. *In præſenti d. ſceptatione, in fin. lib.* 3. † Extende quoad primum extremum in ſpolio ex *cap. reintegranda* 3. *quæſt.* 1. quia locationes cum perceptione fructuum probant. Caſtr. *conſil.* 105. *col.* 3. *in princ. ver. illud autem, lib.* 1. † Extende; quia quod dicitur de locatione, vt probet poſſeſſionem cum perceptione fructuum; idem ſit in licentia data paſcendi cum eadem perceptione fructuum. Alexand. *d. conſil.* 57. *n.* 11. *lib.* 7. Vide, *Poſſeſſio qualiter probetur ex perceptione fructuum. Concluſ.* 420. † Limita; quia locatio bene probat dominium, & poſſeſſionem, quando præcedit emptio, vt quia emptor locauit venditori. Gozad. *conſil.* 94. *in fin.* † Extende; quia ex locatione concurrentibus aliis adminiculis bene probatur poſſeſſio, & dominium ex his, quæ late Socin. *conſil.* 187. *num* 2. *& ſ. lib.* 2. vbi, *num.* 49. dicit, quod adminicula ſufficiunt, quæ inducunt iudicem ad ſuſpicandum. † Contrarium tenet Alexand. *conſil.* 11. *Sentio.* & in puncto *conſil.* 12. *Viſo proceſſu, in princip. lib.* 4. maxime *num.* 3. *ver. quia ad iſta reſpondeo,* vbi quod non ſufficit locatio, etiam ſi locator prætendat emptionem, quam non probat, niſi per teſtes ſingulares, etiam ſi concurrat deſcriptio in Cataſtro ad fauorem locatoris ad alium finem facta. Pariſ. *conſil.* 107. *num.* 22. *lib.* 1. † Declarat Alex. *d. conſil* 12. *in princ.* maxime *num.* 3. *&* 4. *ver. non obſtat, lib.* 4. vt extenſio procedat inter conducentem & locantem, contrarium quoad tertium & extraneum; item extenſio procedit, quando via actionis perſonalis; ſecus, ſi via realis actionis. Vide, *Effectus, & executio rei captæ ſi non apparet, non arguitur ex eo. Concluſ.* 53. Vide, *Mandatum ad aliquid faciendum non probat factum. Concluſ.* 49. Vide, *Quaſi poſſeſſio eligendi, & præſentandi ex quibus probetur. Concluſ* 35. Vide Anton. Gabr. *lib.* 3. *tit. de locato. Concluſ.* 4. *Ex locatione non probatur poſſeſſio.*

Locator habet bona inducta, & illata in re conducta hypothecata, & quando ſecus. Concluſ. 428.

BONA † inducta & illata in prædium vrbanum ſunt tacite hypothecata, ſiue vendens ſciat, ſiue non; in ruſtico, ſi Dominus ſciat, alias non, ſed bene vtroque caſu requiritur, quod eo animo inducantur, vt ibi ſint permanſura durante locatione, Neguſ. *de pign. in ſecunda part. princ. in* 4. *membro, num.* 128. *vſque ad n.* 155. vbi ponit regulam cum octo ampliationibus, & nouem limitationibus, quas vide. † Amplia; quia locator habet fructus rei locatæ hypothecatos pro affictu, *l. in prædiis, ff. in quibus cauſ. pignor. l. ſi fideiuſſor. ff. locati.* † Extende, vt procedat, etiam ſi primus conductor locat ſecundo conductori. *l. ſi in lege. §. colonus. ff. locati, l. qui fideiuſſor. ff. eodem tit.* † Reſtringe; quia non procedit in fructibus induſtrialibus, ſed ſolum in naturalibus. Iaſon in *l. item quia. ff. de pact. & in §. item Seruiana, Inſtitut. de actio.* † Contra reſtrictionem tenet Neguſ. *de pignor. in* 2. *part. in* 4. *memb. in* 12. *caſu, & in ſecunda limitat. ver. item ſubdit.* Iaſ. *num.* 148. † Declara; quia reſtrictio eſt vera, & eam ſequitur idemmet Neguſ. alibi in *d. p.* 2. *in* 2. *membro, in* 3. *limit.* † Limita; quia ſicuti res aliena inuito domino obligari non poteſt expreſſe; ita nec tacite, ſi dominus contradicat. *l.* 2. *C. ſi aliena res in pignus data ſit.* † Extende; quia ſi amicus, qui debet ſe abſentare, portet in domum amici, qui conducit domum, aliquas res, vt cuſtodiat, non erunt obligatæ pro penſione; quia requiritur, vel quod eo animo, vt ibi ſint perpetuo durante locatione, & ad fraudandum locatorem, ita Afflict. *deciſ* 184. & plene Caſtrenſ. *in l. item quia. ff. de pactis.* Ioan. Fabr. & ibi Ial. *Inſtit. de actio. §. item Seruiana.* † Limita ſeptem modis, de quibus Socin. *reg.* 18. *Inuecta & illata in domum conductam.* Vide, *Hypotheca tacita oritur à lege multis caſibus. Concluſ.* 118. *num.* 56. *& ſeq.* Vide plene Maſcard.

concluſ. 210. *Bona inducta & illata.*

Locat si quis rem eandem duobus, quis præferri debeat. Concluſ. 429.

1 LOCAT † ſi quis eandem rem duobus, præfertur is, cui primo fuit tradita poſſeſſio vera, vel per conſtitutum, ideo ſi primus habet conſtitutum, ſemper præfertur. Iaſ. in *l. quoties. C. de rei vendic.*
2 † Declara, quando locatio eſt ad modicum tempus, videlicet à decem annis citra; quia ſi eſt ad decem annos, & ſic ad longum tempus, eo caſu conductor habet vtile dominium, & ſic ius in re, & poteſt agere contra ſingularem ſucceſſorem, & non habet locum *l. quoties. C. de rei vendic.* Alex. *conſil. 122. Viſo proceſſu, in princ. lib. 5.*
☞ Vide, *Donatarius primus præfertur ſecundo, & quando ſecus. Concluſ. 699.* Vide, *Emptor primus, an ſecundus præferatur. Concl. 144.* Vide plenius, *Vendat ſi quis rem duobus, quis emptor præferatur. Concluſ. 64.* Vide Ant. Gabr. *lib. 3. tit. de empt. & vendit. concl. 2. In venditione ille eſt præferendus.*

Locatio rei alienæ, vel communis non poteſt fieri inuito ſocio, & quando ſecus. Concluſ. 430.

1 LOCATIO † rei alienæ, vel communis non poteſt fieri inuito ſocio. *l. per feudum. ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* Aretin. *conſil. 125.* & dicit
2 notari *in l. huiuſmodi. §. fin. ff. de legat. 1.* † Et locatio facta per donantem de re donata non valet in præiudicium donatarii, in quem dominium, & poſſeſſio prius fuit translatum, text. in *l. de rebus. C. de donat. ante nupt. & in l. 1.* vbi Bart. *C. de iure fiſci. lib. 10.* late Iaſ. *in l.*
3 4 *quoties. C. de rei vendic.* † Extende, etiam ſi is, qui locat totam rem inuito ſocio, haberet maiorem partem. Aretin. *d. conſil. 125.* † Contrarium ſi extaret ſtatutum, quod ſocius habens maiorem partem poſſit locare totam rem inuito ſocio; quia tunc valet locatio, & ſi ſocius adhiberet dolum in locando, haberet regreſſum contra
5 eum. Aret. *d. conſil. 125.* † Vide plene Socin. *conſil. 58. num. 1 lib. 4. & in l. ſi cui. §. Labeo. ff. de leg. 1.* Aret. *in l. duo. ff. de acquir. hæred.* vbi, quando ſocius poſſit, vel non locare rem communem inuito ſocio.
6 † Declara; quia ſi ſunt plures portionarii eiuſdem domus, qui non concordent in locanda domo, vel apotheca; quia vnus vult locare pro maiori penſione extraneo, alius pro penſione ſolita antiquo conductori, alius ſocio habenti maiorem partem, quis præferri debeat. Vide Ang. in *l. 1. C. qui teſtam facere poſſ.* Socin. *in l. ſerui electione. §. 1. ff. de leg. 1. & conſil. 88. In cauſa Andreotti. lib. 4.* Aret. *d. l. duo fratres ff. de acquir. hæred.* late Ruin. *conſil. 75. Super primo puncto, in vlt. col. lib. 1.* vbi ex præmiſſis concludit, quod iudex debet ſe interponere, vt concordet, alias præfertur, qui locat honeſtiori perſo-
7 næ, & pro maiori penſione. † Amplia; quia in dubio locatio præ-
☞ 8 ſumitur facta ſolum de rebus propriis, non de alienis, ſupra, *Locator tenetur præſtare patientiam. Concluſ. 414. num. 21* † Limita; quia ſocius poteſt rem communem locare; quia ad faciendum vtilia quilibet ſocius dicitur habere mandatum à ſocio. Dec. *conſil. 556. in princip. & conſil. 282. per tot.* Ruin. *conſil. 143. lib. 4.* Bart. *in l. & hæc*
☞ 9 *diſtinctio. §. cum fundum. ff. locati.* Vide, *Socius non poteſt vendere, vel locare rem communem inuito ſocio. Concluſ. 298.* † Limita; quia locatio rei alienæ bene poteſt fieri, & valet. *l. nemo. C. de locat.* Alexand. *conſil. 132. Perlectis, num. 12. lib. 5.* Crauett. *conſil. 155.*

Locator tenetur facere remiſſionem mercedis conductori multis caſibus, & quando ſecus. Concluſ. 431.

1 LOCATOR † tenetur facere conductori reſtaurum, & remiſſionem mercedis, quando paſſus eſt damnum intolerabile; quia modicum damnum locator æquo animo ſubſtinet. *l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat.* Ang. de Peruſ. *conſil. 15. Quacunque diximus, circa med. ver. veniamus ad primum.* Bologn. *in addit. ad conſ. Ioan. de Anan. 74. num. 4.* Corn. *conſil. 128. col. pen. lib. 2.* vbi quod debet articulari, & concludenter probari, ſequitur Natta *conſil. 449. num. 2.* Pariſ.
2 *conſil. 38. num. 16. lib. 1.* Roland. à Vall. *conſil. 86. num. 4. lib. 3.* † Et conſideratur hæc læſio, quando circa perceptionem fructuum reperitur deceptus deductis expenſis, & ſumptibus vltra dimi-
* diam pretii ſoluendi locatori, communem * dicit Roland. à Vall. *conſil. 86. in princip. lib. 3.* allegat Ruin. *conſil. 81. in princ. lib. 1.* de com-
* muni * atteſtantem & Couarr. *pract. quæſt. cap. 30.* Boſſ. *de remiſſ. merced. num. 4.* Socin. Iun. *conſil. 68. num. 9. lib. 2.* & Aretin. *conſil. 52.*
* *col. 2.* vbi de magis * communi, & alios infinitos, plene Alexand.
* *conſil. 3. Viſo inſtrumento, nu. 6. ver. idem ſi attento, lib. 1.* vbi dicit * communem, & magis communem. Boſſ. vbi ſupra, *num. 3. & 4. & 5.*
3 vbi ponit practicam articulandi, & probandi. † Prout etiam dicitur læſus vltra dimidiam, ſi fructus percepti ita ſunt modici, vt quia non collegit dimidiam eius, quod erat ſolitus colligere, ita quod ſoluendo penſionem remaneat deceptus vltra dimidiam.
* Roland. à Vall. *d. conſil. 86. num. 2. lib. 3.* vbi de magis * communi, & citat plurimos. Alexand. *conſil. 107. Perſpectis, num. 18. ver. non omitto, lib. 3.* & plenius *conſil. 3. Viſo inſtrumento, num. 6.* vbi plena apoſtilla *in ver. dimidiam, lib. 1.* dat plurimos concord. † Et probatio incumbit ipſi conductori, quod paſſus ſit damnum intolerabile. Pariſ. *conſil. 38. col. 2. lib. 1.* Natt. *conſil. 449. col. 1.* Bero. *conſil. 142 num. 3. & 8. lib. 1.* quos citat cum aliis Roland. *d. conſil. 86. num. 3. lib. 3.* † Et quod 5
requiratur, quod non ſit percepta medietas fructuum, qui percipi conſueuerunt propter caſum fortuitum, ad hoc, vt ſit locus remiſſioni, eſt communis * opinio, de qua in *c. propter ſterilitatem extra locati.* Pariſ. *conſil. 38. num. 22. lib. 1.* refert & ſequitur Rota Flor. in motuis, die 16. Octob. 1561. Bart. in *l. licet. C. loca.* Bald. ibi. Alex. & alii conſulentes, quos refert, & ſequitur Gozad. *conſil. 74. & ordinarie.* & communem * dicit Gig. *de penſ. quæſt. 62.* pleniſſime Ro- *
land. à Vall. *d. conſil. 86. lib. 3.* † Extende; quia in tantum remiſſio de 6
iure communi debet fieri ſolum, ſi damnum eſt intolerabile, vt licet vno caſu, puta belli, ſit conuentum fieri, etiam ſi non ſit intolerabile, cum veniat alius caſus etiam ſuſceptus, non fiet in eo remiſſio, iuxta conuenta in caſu ſpeciali, ſed prout de iure communi; quia omiſſum in contractu habetur pro omiſſo. Alexand. *conſil. 28. Viſis, & accurate, in fin. lib. 1.* † Reſtringe; quia imo etiam 7
tenetur locator, licet damnum non ſit magnum, quando culpa locatoris prouenit, vel quia non præſtitit patientiam, vel cauſatum eſt damnum facto ipſius. Angel. *conſil. 15. poſt med. ver. ſed ſi officia, vſque in fin.* Ioan. de Anan. *conſil. 74. per tot.* vbi Bologn. in addit. in fin. infra *num. 51. & ſeq.* † Reſtringe, quando damnum fuit ratio- 8
ne euictionis, vel peremptionis rei pro parte; quia fit remiſſio proportionabiliter, & pro rata rei peremptæ, puta chaſmate, terræmotu, impetu fluminis; quia non conſideratur, an ſit intolerabile, ſed pro quacunque minima rata fit remiſſio, vt per Boſſ. *in tit. de remiſſ. merced. nu. 103. 104. & 107.* † Reſtringe; quia ſi pauci fru- 9
ctus recollecti ſunt cariores, ita vt pauci ſufficiant ad pretium, tunc non fit remiſſio. Corn. *conſil. 128. col. pen. lib. 2.* Roland. à Vall. *conſil. 86. num. 8. ver. tertio ex alio. lib. 3.* † Et vbertas annorum præce- 10
dentium, & ſequentium conſideratur ad compenſandum ſterilitatem, plene Boſſ. *tit. de remiſſ. mercedis. num. 24. & ſeq.* vbi *num. 27.* dicit * communem. † Declara, dummodo vbertas ſit vſque vel pro- * 11
pe dimidiam, non alias. Bero. *conſil. 140. num. 34. lib. 1.* † Reſtringe, 12
ſi damnum non fuit ex caſu fortuito, ſed ex qualitate prædii ſubiecti aquis de ſui natura etiam tempore conductionis; quia ſi conductor ſciebat, non fit remiſſio. Gozad. *conſil. 74. num. 4. l. ex conducto. §. 1. ff. locati.* † Declara; quia bene fit remiſſio, etiam ſi ex quali- 13
tate rei euenit ſterilitas, quando fructus ſolum adæquant expenſas ſeminis, & culturæ, *d. l. ex conducto. §. pen. & ſin. ff. locati.* Bart. *in l. ſi merces. §. vis maior. col. 2. ver. quæro ergo. ff. eod.* optime Arc. *conſil. 52. Viſa conſultatione, col. 2. ad fin.* ſequitur Ruin. *conſil. 87. In propoſito themate, col. 2. lib. 1.* ratio eſt; quia non dicuntur fructus, quatenus concurrunt expenſæ. *l. fructus. ff. ſolut. matrim.* ſed ſi aliqui fructus ſint collecti vltra expenſas, tunc non fit remiſſio, *d. l. ex conducto. §. 1.*
† Reſtringe, quando fuit exiguitas fructuum, non ſterilitas in 14
qualitate exceſſiua. Capic. *deciſ. 88. n. 1.* † Reſtringe, quando culpa 15
conductoris, vt quia non ſeminauit bona, prout eſt ſolitum; neq; culturas fecit. Capic. *deciſ. 77. num. 8.* † Et hæc culpa debet conclu- 16
denter probari; quia non præſumitur, gloſſ. & Bald. in *l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1.* vbi etiam Bart. & in *l. exceptione. ff. de fideiuſſ.* Alex. *conſil. 183. Viſo proceſſu, col. fin. in princip. lib. 7.* † Contrarium, quod in 17
colono culpa non laborarii præſumatur. Alex. *conſil. 129. lib. 2.* Amplia; † quia tenetur locator facere remiſſionem mercedis propter 18
guerram, ſi conductor non potuit frui re locata, quando guerra ſuperuenit poſt locationem. Bald. *conſil. 247. Si propter guerras, lib. 3. & conſil. 312. Prout patet, in princ.* † Extende, vt procedat etiam in Ec- 19
cleſia, vel monaſterio locante. Angel. *d. conſil. 312. in princ.* vbi tamen loquitur, quando aderat pactum inter partes. † Extende, vt pro- 20
cedat etiam in locatione quæſtorum facta; quia licet ſint incerti; tamen competit remiſſio propter guerram, quæ ſuperuenit poſt locationem; quia quæſta quamuis ſint incerta, tamen quandam conſuetudinem habent in præſtatione, & exactione, quæ fuit impedita. Bald. *d. conſil. 247. per tot.* vbi eſt caſus, *lib. 3.* † Extende; quia 21
ita debet fieri reſtaurum pro tempore belli parati, & treugæ, ſicut tempore belli, quando conductor paſſus eſt damnum, prout tempore belli. Petr. Anch. *conſil. 88. per tot.* Ioan. de Imol. *conſil. 7. num. 2.* vbi, quod idem operatur iuſtus timor belli præparati per bellum quoad reſtaurum, quando idem fuit effectus damni. † Reſtringe, 22
quando guerra vigebat tempore locationis; quia propter guerram non fit remiſſio eo caſu. Bald. *d. conſil. 247. lib. 3.* allegat Cyn. in *l. ex conducto. §. fin. ff. locati.* quia imputandum eſt ei, qui ſciebat conditionem rei. Alex. *conſil. 112. in fin. lib. 1.* Bald. *conſil. 329. Caſus talis eſt. num. 4. ver. hic quæritur de quæſtione. lib. 1.* † Amplia; quia tenetur 23
locator facere remiſſionem conductori, etiam ſi conductor renunciauit in genere omnibus exceptionibus, & impedimentis futu-

futuris; quia non includuntur ea, quæ raro euenire solent, prout guerra. Bald. *consil.* 247. *in fin. lib.* 3. Alexand. *consil.* 28. *num.* 11. *lib.* 1 & *consil.* 107. *Perspectis, num.* 16. *lib.* 3. & infra *num.* 72. Vide, *Fortunius casu quando non noceat suscipienti in se periculum, vel è contra. Concl.* 430.

24 † Contrarium, quando renunciauit omni iuris, & legum auxilio. Roland. à Vall. *consil.* 86. *num.* 10. *ver. accedit quoque, lib.* 3. & si sit clausula solita apponi tanquam generalis. † Declara, quia renunciationunquam extenditur ad factum locatoris. Ioan. de Anan. *con-*

26 *sil.* 74. *col.* 1. Caroc. *de locat. art.* 3. *c.* 46. *tit. de remiss. merced. n.* 10. † Declara: quia non trahitur renunciatio ad enormissimam læsionem; quia habet dolum annexum. Crau. *consil* 147. *num.* 22. Cephal. *con-*

27 *sil.* 407. *lib.* 3. & Crau. *consil.* 192. *nu.* 3. † Item non trahitur ad casum specialiter prouisum generalis dispositio, quod non fiat restaurum ex quacunque causa, etiam si esset statutum generale; quia non tollit speciale statutum prouidens. Alex. *consil.* 107. *in fin. lib.* 3.

28 † Extende idem in eo, qui incantauit conductionem aquæductus; quia si in totum aquæductus desinat vi fluminis, etiam si conductor susceperit periculum reaptandi aquæductum; non intelligitur, quando in totum vi fluminis desiit esse, vel extra in parte.

29 Bald. *consil.* 9. *Aliquibus rationibus, lib.* 3. *per tot.* † Amplia; quia regulare est in omni locatione, vel venditione fructuum ciuilium, vel naturalium, quando locator, vel venditor, tenetur nedum ad patientiam, sed etiam ad præstationem, vel traditionem veram, vel fictam; quia si quocunq; casu fortuito non potest tradere, vel præstare, quod venit in præstatione commensurata pretio, non agit, & consequenter remissionem facit, si damnum est intolerabile. Bald. *consil.* 393 *per tot. lib.* 4. vbi loquitur in eo, qui conduxit, vel emit ad incantum gabellã vini, & facta oblatione venerunt grandines ante deliberationem, vt debeat fieri remissio. † Restringe, seu declara, quia si venduntur fructus ex prædiis, quos venditor perciperet, fit remissio, si vero venduntur fructus, quos emptor percipiet; tunc non tenetur, etiam si vendens non haberet plenum dominium perpetuo vendendi. Bart. *q.* 4. *Publicanus, ver. secundo videndum. in princip.* † In fructibus vero ex ædificiis, & molendinis venditis dicitur venditus vsusfructus, & prout in fructibus prædiorum, sed tamen differentia est in vsufructu prædiorum, & ædificiorum; quia si pereunt ædificia in totum, licet reficiantur, non reuiuiscit vsusfructus; secus si non in totum pereant, ita Bart. *d. q.* 4 *in ver. secundo videndum. num.* 3. *ver. super tertio, vsque in fin.* vbi, quod non fit remissio, si molendina casu fortuito fuerunt destruc-

32 ta; quia non potest imputari domino. † Declarat Bart. in *d. q.* 4. *Publicanus, ver. solutio, col.* 3. *sub nu.* 2. *ver. posito tamen.* vt procedat tam in locatione, quam in venditione, imo etiam in contractu innominato, quando soluitur annuatim aliquid; quia debet fieri remissio propter identitatem rationis; secus si totum pretium esset solutum in principio vnica vice, & in *ver. secundo videndum. ver. re-*

33 *stat, vt respondeamus.* vbi tollit omnia contraria. † Declarat secundo Bart. *d. quæst.* 4. *in ver. solutio, circa fin. ver. an autem tunc debeat fieri, vsque in fin.* quod si venditur pedagium; quia potest intelligi pro eo, quod percipitur ex pedagio, vel pro iure percipiendi pedagium, vel pro perceptione, & commoditate percipiendi pedagium, & si venditio est perpetua, non fit remissio; si temporalis, intelligitur vendita perceptio, seu commoditas percipiendi, vel ius percipiendi, vel illud, quod percipitur, & si vnico pretio soluto non fit remissio, quando perceptio, vel ius percipiendi est venditum; quia spes, seu alea dicitur vendita, nisi facto, & culpa venditoris proueniat, si vero venditum est illud, quod percipitur, de-

34 bet fieri remissio. † Amplia; quia locator tenetur facere remissionem conductori, si passus est damnum vi diuina, seu humana, cui resisti non potest, in fructibus, vel rebus locatis, secus si in rebus propriis conductor passus esset. *l. damnum. C. locati.* quam ita intelligunt ibi Bart. Cyn. Bald. & alii. † Et ideo pro tempore, quo con-

35 ductor non potuit vti re locata vi diuina, vel humana, cui locator resistere non potest, tenetur pro illo tempore remittere pensionem, vel si est exacta, restituere, ita tamen, quod si vbertas sequens potest compensare tempus, quo non potuit vti, obliget conductorem ad soluendum pro toto tempore. Rom. *consil.* 432.

36 *Quoad primum.* † Extende, vt idem sit in molendino conducto; quia si impetu militum, & vi humana non potuit conductor vti, & frui, debet fieri remissio. Bald. *consil.* 437. *Visa locatione, lib.* 4.

37 † Amplia, quando iussus Principis impediuit conductorem, ne vteretur re conducta; quia non tenetur ad pensionem, si non possedit ex iussu Principis. Bald. *consil.* 360. *Viso instrumento, lib.* 5. † Amplia, quia si pactum factum est de facienda remissione propter guetram, illa debet fieri extante guerra. Angel. *consil.* 312. *Prout pa-*

39 *tet. in princip.* † Et dicitur tempus guerræ etiam tempus præparati belli; item tempus treugæ quando commerciũ mercatorum non continuauit; quia conductor gabellæ debet habere restaurum. Petr. Anchar. *consil.* 88. *Præmissa factis serie.* † Extende; quia tenetur 40
etiam locator ad damnum eius, quod conductor exigere non potuit propter guerram. Ang. *d. consil.* 312. *in princip.* vbi, quod est verum in debitoribus non exactis, quorum dies nondum venerat; quia non potest asscribi culpæ conductoris. † Extende, etiam si 41
non fuit guerra, sed timor guerræ; quia si causauit damnum vltra dimidiam, tenetur locator. Ioan. de Imol. *consil.* 7. *num.* 2. † Idem, 42
etiam si dies venisset ante guerram, & conductor non exegisset; quia si ex aliqua probabili causa distulit exigere, vel ex amicitia, vel ne fugerent; vel quia erat penuria colonorum, vel quia ita erat solitum; tunc etiam tenetur locator, si propter guerram sunt inexigibiles. Ang. plene *consil.* 312. *num.* 1. *& seq. ver. restat nunc.* vbi tamen, quod debet conductor istas excusationes probare. Extende; † quia tenetur locator etiam ad damnum conductori ratione 43
exactionum futurarum, si fieri non possent propter guerram; secus si potuisset sublocare aliis sine damno, & noluisset, Ang. *d. consil.* 312. *n.* 4. *ver. in hoc tamen aduertendum.* Amplia † in tantum remis- 44
sionem fieri debere ex pacto iuxta conuenta, vt possit conductor compensare affictus debitos pro quantitate damni. Angel. *d. consil.* 312. *n.* 4. *circa fin. ver. ad illud autem, quod quæritur.* † Amplia; quia 45
remissio mercedis regulariter fieri debet habito respectu ad totum tempus locationis, vt annus fertilis cum sterili compensetur; *l. licet. C. locati.* † Extende, vt procedat, etiam si locator remittendo 46
partem affictus dixit, quod donabat; quia si contingat vbertas annorum sequentium, tenebitur conductor ad integrum affictum, non obstante remissione per verbum donationis, *l. si. vno, in princ. ff. locati.* quia verba inseruiunt menti, non e contra. Bart. in *l. cotem ferro. § quis maximos. ff. de publica. & in l. si qui. C. loc.* Alex. post Bart. in *l. insulam. ff. de præscript. verb. & l. si constante, col.* 1 *ff. sol. matr.* † Restrin- 47
ge; quia non procedit, quando ex pacto in casu guerræ, vel alio casu speciali promissa est remissio; quia quantumcunq; sit ex pacto, debetur, nec fit collatio annorum eo casu. Angel. *d. consil.* 312. *n.* 6. *ver. restat videre.* † Restringe in locatione datii molendinorum pro 48
quo soluitur certa pensio singulo mense; quia dicuntur tot locationes, quot menses. Ioan. de Imol. *consil.* 61 *per tot.* maxime in fine. † Amplia in eo, qui conduxit datium molendinorum; quia pro- 49
pter siccitatem debet fieri remissio, etiam si instrumentum dicat, quod vendidit, & locauit datium; quia est locatio. Ioan. de Imol. *consil.* 61. *In casu præmisso, per totum.* † Amplia; quia conductor gabel- 50
larum fit remissio, si castrum soluens gabellas fuerit captum ab alio domino, Ioan. de Imol. *consil* 84. *nu.* 4. *in fin. ver. circa secundum.* † Amplia; quia semper fit remissio, quando non potest conduc- 51
tor, vel emptor fructuum vti re vendita, vel locata facto venditoris, vel locatoris, etiam si emptor, vel conductor suscepisset in se omnes casus fortuitos, qui dici, aut excogitari possint, & promisit ex quacunque causa non petere restautum; quia non includitur damnum proueniens culpa venditoris, vel locatoris iniusta. Gozad. *consil.* 27. *num.* 20. *& seq.* vbi citat alios. Cotta *in memor. ver. conductor, ver. quarto adde.* vbi dicit * communem: ita plene *
Ioan. de Anan. *consil.* 74. vbi Bologn. in apostilla, vbi dicunt, quod bene tenetur conductor ex facto suo tertii, vel fortunæ propter verba generalia, sed locationis non. Crauett. *consil.* 95 *num.* 8. Menoch. *consil.* 27. *num.* 53. Ripa *tract. de peste, tit. de priuileg. contract. num.* 85. *ver. secunda restrictio*, plenissime Boss. qui alios citat *titul. de remiss. merced. num.* 65. Corn. plene *consil.* 12. *per tot.* maxime *num.* 7. *lib.* 4. Alexand. plene *consil.* 84. *lib.* 6. vbi apostilla dat concordant. apostill. plena ad Rom. *consil.* 441. & supra *num.* 7. † Plene Bart. in 52
sua *quæst. publicanus*, quæ est 4. *in ver. solutio. in fin. ver. & sic apparet*, vbi, quod si locator fecit guerram alteri, vel sibi fiat, siue iuste, siue iniuste, tenetur ad remissionem mercedis etiã in casu emptoris, & in casu, in quo alias non teneretur, Alex. *consil.* 216. *Nec arguendi. num.* 39. *ver. vnde si ibi, lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiam si 53
culpa locatoris non sit ordinata ad istum casum. Goz. *d. consil.* 27. *num.* 28. *ver. præterea*, & vide infra *ver. Restringe.* † Extende; quia tene- 54
tur ad interesse locator, quando culpa sua ob inimicitias suas orta est guerra, vel damnum. Gozad. *d. consil.* 27. *nu.* 20. *&* 21. vbi distinguit, si bellum est non ab ipso locatore, sed ab alio. † Etiam si 55
damnum sit modicum, quando facto locatoris prouenit. Florian. in *l. Proculus. §. fin. ff. de vsufruct.* Bertachi. *de gabellis part.* 2. *q.* 12. Catell. Cott. *in ver. conductor, ver. quarto adde*, vbi de * communi, & *
communem dicunt Modern. *tract. de locat. part.* 3. *c.* 46. *tit. de remiss. merc. num.* 10. † Contrarium vide infra *num.* 64. *& multis seqq.* vbi 56
declaratur. † Extende; quia Communitas locans, vel vendens 57
datium tenetur facere remissionem, si communitas propter periculum testis fecit bannimenta, quod non conducantur res, pro quibus solueretur datium; quia dicitur facto locatoris, vel ven-

ditoris

ditoris procedere, licet pestis sit generalis propter factum prohibens venditoris, vel locatoris. Signor. *cons.* 258. *In quæstione vertente,*
58 *per tot.* † Extende, quando propter bellum indictum à principe non potuit vti re locata, vel vendita, puta; quia si est emptio, tenetur ad damna ob non præstitam patientiam, si locatio, tenetur locator facere remissionem, quatenus læsus maneat conductor.
59 Sign. *cons.* 185. *per tot.* † Extende; etiam si factum locatoris culpa careat; quia nihilominus tenetur, ac si esset culposum conductori ad remissionem. Corn. *cons.* 12. *lib.* 4. Ripa *tract. de peste, tit. de priuileg.*
60 *contract. n.* 85. † Et tenetur locator etiam ad lucrum cessans conductori, quando facto locatoris. Bero. *consil.* 140. *n.* 44. *lib.* 1. *ver. cir-*
61 *ca tertiam, & consil.* 137. *in princ. cod. lib.* † Extende, siue sit iustum, siue iniustum factum, plene Corn. *consil.* 12. *n.* 7. *lib.* 4. & siue inimi-
* citia sit iusta, siue iniusta, communem * dicit Gozad. *consil.* 27. *n.* 28.
62 † Restringe, quando factum locatoris esset necessarium, & tale, quod debuit fieri; quia non tenetur pro modico, neque pro interesse, & lucro amisso, sed solum pro rata damni directe dati, quod puto per extinctionem partis rei. Bald. *consil.* 465. *lib.* 2. *per tot.* vbi, *num.* 4. videtur sentire, quod si factum non est voluntarium, vel culposum, non releuat, nisi prout factum alterius, & sic vltra di-
63 midiam, & idem tenet Bero. *consil.* 141. *num.* 2. *& seq. lib.* 1. † Contrarium, quod imo etiam si factum locatoris principis sit ex causa publicæ vtilitatis, & ex causa iusta, & rationabili; late Crauett.
64 *consil.* 95. *n.* 8. vbi alios allegat. † Et quod remissio etiam fiat, quando facto locatoris iusto processit, licet non excedat damnum dimidiam, late Cotta in verbo, *conductor, in fin. ver. quarto adde*, vbi
* dicit * communem, & reprobat subscriptionem ad *consil. Socin.* 88.
65 *lib.* 1. quod male consuluerit, supra *n.* 55. † Contrarium, quod imo debeat excedere dimidiam, tenet subscribens *consil. Socin.* 88. *lib.* 1. *in fin.* & idem tenet Bero. *consil.* 141. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. vbi, si vti non potuit sine dolo locatoris, requiritur damnum vltra dimidiam; sed si vsus fuit, licet impeditus sine dolo locatoris in lucro, non audi-
66 tur in damno, si vltra dimidiam. † Declara; quia est arbitrarium
67 iudici, & ita seruari dicit Boss. *de remiss. merced. n.* 18. † Declara; quia si damnum proueniat ex causa, & facto locatoris, cui potest prouidere; quia factum est voluntarium, tenetur ad interesse; si vero
68 non potuit, tenetur pro rata: ita Alex. *consil.* 84. *lib.* 6. † Declarat Bero. *consil.* 142. *In causa, num.* 12. *& seq. lib.* 1. quia si agitur de impedimento præstito per locatorem circa vsum rei, vel res locata chasmate periit, non requiritur læsio vltra dimidiam; secus si non fuit impeditus circa vsum rei, sed circa fructus fuit damnum; quia semper vsus fuit re ipsa, licet aliqualiter fuerit impeditus circa fructus, & ibi, *num.* 15. *& seq.* maxime *num.* 23. quia satis est, quod vsus
69 fuerit re locata, sed non ita commode. † Restringe, quando culpa conductoris præcessit culpam locatoris, puta locaui domum tanto pretio, quæ in parte erat deuastata, conuenimus de ea re aptanda, & conductor de suo tenebatur ponere trabes, ego residuum perficere, non posuit trabes, & in fine petit remissionem; quia non reaptaui, replico, quod culpa sua præcedit culpam meam; quia sine trabibus non potui facere aptare, non teneor; quia culpa est conductoris, *l. si in lege*, §. *si domus, & in l. dominus horreorum*, §. *fin. ff. locati*, & quia soluit præteritas pensiones, & non est protestatus, quo casu sibi præiudicauit, *l. cum fidem*, *C. de non numer. pecun.* Rom. *consil.* 222. *Dubitatur*, & quia plus onerosa erat refectio conductori, vnde factis recesserunt à refectione prædicta. Castrens. *consil.* 23. *Solet aromatum, & consil.* 462. *Præmittendum est.* Socin. *consil.* 269. *Pro inuestigatione, col. pen. lib.* 2. & plene Bero. *consil.* 140. *per tot.*
70 maxime *num.* 44. *lib.* 1. † Idem, si conductor non laborauit terras; quia culpa sua. Bero. *consil.* 142. *n.* 5. *lib.* 1. Rol. à Vall. *consil.* 86. *in fin.*
71 *lib.* 3. † Amplia; quia tenetur locator facere restaurum conductori molendini, si euenit casus insolitus inundationis aquarum, *l.* 1.
72 *C. depos. l. quæ fortuitis*, *C. de pign. actio.* † Extende; quia etiam si conductor suscepit in se omnem casum fortuitum, tenetur tamen locator ad remissionem eueniente casu insolitissimo inundationis aquarum, *l. fistulas*, §. *frumenta*, *ff. de contrahend. empt.* Vide late in verbo, *Fortuitus*, supra *n.* 23. Vide, *Conductori quando, & quibus casibus*
73 *sit facienda remissio pensionis. Concluſ.* 615. *& Concluſ. ibi prox. seq.* † Limita; quia Episcopus, qui locauit omnia bona, & iura sui Episcop. licet conductor crediderit esse maioris quantitatis, & redditus ex libro sibi ostenso, si tamen non est læsus vltra dimidiam, & non fecit dolose ad decipiendum, nec promisit descripta in libro esse vera, vel manutenere, non tenetur in aliquo. Alex. *consil.* 242. *Perspect.*
74 *per totum. lib.* 6. † Extende; quia non tenetur manutenere debitores exigibiles, sed tantum veros debitores. Alex. *consil.* 242. *in fin.*
75 *lib.* 6. vbi apost. *in ver. veri*, dat concord. † Limita, quando locator se obligauit facere restaurum in casu, in quo princeps faceret restaurum, & non alias; quia non tenetur, nisi princeps fecerit restaurum cum effectu, quod ita est conuentum. Alex. *consil.* 3. *Viso*
instrumento per tot. lib. 1. † Declara, nisi adesset læsio vltra dimidiam; 76
quia tenetur facere restaurum, prout de iure. Alex. *d. consil.* 3. *nu.* 6. 77
lib. 1. vbi apostilla *in ver. dimidium.* † Limita, quando fieret venditio fructuum, non autem locatio rei; quia tunc periculum est emptoris, *l. fistulas*, §. *frumenta. ff. de contrab. empt.* & quod venditio fructuũ, siue perpetua, siue temporalis, sit venditio, & non locatio. Bald. *consil.* 314. *Vtrum dictus contractus, n.* 2. *lib.* 5. Alex. *consil.* 3. *lib.* 1. *in princ.*
† Declara plenius per Bart. *q.* 4. *quando ponimus, post consilia, lib.* 2. vbi 78
videas omnino, & supra, *Locatio differt à venditione, & in quibus. Concluſ.* 402. *n.* 18. *& seq. & n.* 25. *& seq.* Vide, *Venditio sit d uersis modis, &* 79
de diuersis rebus. & quibus. Concluſ. 47. † Declara, vt non procedat limitatio, quando venditio fieret ad incantum de gabella vini, vel
alia re fructuosa; quia tunc si damnum euenit ante deliberationem, debet fieri remissio; tum quia proprie est locatio, licet sonet in venditionem; tum quia damnum contigit, antequam res esset deliberata. Bald. *consil.* 393. *Punctus talis est, col. fin. ver. sed in contrarium*
videtur, in princip. columnæ lib. 4. † Restringe limitationem, vt non 80
procedat, quando venditor tenetur nedum ad patientiam, sed ad veram, vel fictam traditionem commensuratam pretio; quia ex quo non potest agere, nisi præstet, vel tradat, tenetur ad remissionem. Bald. *consil.* 393. *n.* 3. *vsque in fin lib.* 4. † Limita, quando locator 81
non tenetur, nisi ad patientiam, sed non tenetur ad aliquam præstationem; quia tunc nunquam fit remissio ex quocunque casu, veluti si loco seruitutem aquæductus, vel vendo, pro pluribus annis, nam licet aqua non decurrat; quia non teneor ad aliquam præstationem, sed ad solam patientiam, non fit remissio; secus si cum patientia debet cõcurrere præstatio; quia tunc teneor ad remissionem, si non possum præstare. Bald. *d. consil.* 393. *n.* 3. *vsque in fin. lib.* 4. vbi pulchre loquitur. † Limita; quia venditor, 83
qui habita fide de pretio non soluto conuenit, quod pro fructibus pro rata pretii non soluti sibi tantum solueretur taxatum, & æstimatum, quia tenetur, etiam si emptor propter guerram, & casus insolitos nullos fructus percipiat; quia illa æstimatio operatur venditionem fructuum, & periculum est emptoris. Vide, *Emptor*
quando perdat pretium, etiam si res euincatur. Concluſ. 129. † Extende, 84
etiam si venditor sibi reseruauit dominium rei venditæ, donec pretium sibi soluatur, vide supra proxime. † Extende idem, quan- 85
do soluendi essent tot fructus; quia non est proprie locatio, sed contractus innominatus, supra, *Locatio quid sit. Concluſ.* 400. *n.* 9. 86
& seq. † Limita; quia licet conductor debeat consequi restaurum, & remissionem propter casum fortuitum; tamen si locator dedit nomen debitoris sui, videlicet conductoris, in solutum suo creditori, talis remissio, & casus fortuitus spectabit creditori, quia accepit in solutum, ita Alexand. in *l. si cum emptor, in* 3. *colum. ver. sed*
mihi non placet. ff. de pact. per text. *in l. pupilli*, §. *soror. ff. de solut.* † Limi- 87
ta; quia locator non tenetur conductori ad damnum datum ex causa de præterito ante locationem, de qua conductor habebat notitiam, gloss. in *l. habitatores. in ver. vere, circa fin. ff. locat.* allegat text. in *l. qui bona*, §. *de illo. ff. de damn. infect.* qui text. negat conductori remissionem ex damno infecto, quando tempore locationis imminebat; quia sibi imputet, & solum potest migrare, sed soluit totam pensionem, & ita tenent Cyn. in *l. ex conducto*, quem ibi sequitur Bald. *ff. locati*, plenius Bald. in *l. si ea lege. C. de vsur. num.* 3. *ver.*
sed dubitatur, vbi apostill. in *ver. dicit Cynus*, dat concordant. quia cum conductor sciret statum rei tempore conductionis, sibi præiudicauit, & maxime in locatione rerum incorporalium; quia locatio habetur pro cessione, & Bald. sequitur Alexand. in *addit. ad*
Bart. d. l. habitatores. ff. locati, in ver. iterum. Grat. *consil.* 27. *n.* 17. Vide, 88
Scientia nocet in multis, & in quibus. Concluſ. 68. † Limita; quia locator, qui promisit facere restaurum certis casibus, censetur liberatus in casibus non expressis Alexand. *consil.* 3. *Viso instrumento, nu.* 2.
& seq. lib. 1. † Restringe, vt non sit liberatus à casibus similibus, 89
veluti si in casu belli; idem erit in casu timoris belli, qui causauit damnum. Ioan. de Imol. *consil.* 7. *n.* 2. † Restringe, quando damnum 90
est vltra dimidiam; quia licet de stricto iure non debeatur remissio; secus ex æquitate, vt arbitrio boni viri fiat. Ioan. de Imol. *consil.* 7. *per tot.* vbi est casus. † Limita, quando conductor generaliter sumpsisset in se omne periculum; quia tunc si iuratum, tenetur 91
ipse ad casus fortuitos. Alex. *consil.* 3. *Viso instrumento, num.* 5. *lib.* 1. vbi
non firmat pro absoluto. † Imo contrarium tenet apost. ibi ad A- 92
lex. *d. consil.* 3. *n.* 5. *in ver. contrarium. lib.* 1. Io. de Ana. *cons.* 74. *n.* 2. *ver. sed*
iu non obstantib. † Declara; quia si sumpsit in se vnum casum fortu- 93
tum, &

tum, & generaliter omnes alios caſus fortuitos, bene valet talis generalis ſuſceptio, & obligat ſecundum magis * communem, de quia Alexand. *d. conſil. 3. num. 4. ver. fortificatur, lib. 1.* & de * communi Ripa *tract. de poſſe, tit. de priuil. conſuet. num. 78. ver. ſed quid ſi conductor expreſſe.* Alex. in *l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. num. 14. ver. nota ergo,* vbi Iaſ. *num. 32. ff. ſi quis cautio.* † Et quod quando exprimitur vnus caſus ſpecialis, & ſubiiciuntur verba generalia apta comprehendere omnes caſus fortuitos, veluti ſi eſſet dictum; *in ſe ſuſcepit caſum fortuitum belli, & peſtis, & quemlibet alium caſum opinatum, & inopinatum, ſiue diuino, ſiue humano iudicio proueniat*: teneatur tunc ad omnem caſum fortuitum. Dec. *conſil. 552. in princ. num. 2. & 3. & conſil. 171. num. 3. ver. & quia.* Alexand. *conſil. 11. col. 3. lib. 2. & conſil. 37. lib. 3.* Iaſ. *conſil. 107. lib. 1. col. 3. ver. nec huic fundamento.* † Contrarium tenet idem Alexand. *conſil. 28. Viſis, & accurate, per tot.* vbi, quod non extendit ad caſum valde inſolitum; quia de eo non fuit cogitatum, * *lib. 1.* vbi dicit * communem, etiam ſi ſit iuratum. † Declara tamen; quia caſus valde inſolitus, etiam ſi verba ſint generaliſſima, & poſt ſpecificationem aliquorum caſuum fortuitorum. Iacob. Mandell. *conſil. 1. num. 4. ver. ſed iis non obſtantibus,* poſt Alex. *conſ. 109. num. 16. lib. 3. & conſil. 28. num. 9 lib. 1.* vbi de * communi. Corn. *conſil. 24. lib. 2. & conſil. 12. lib. 4.* Menoch. *de arbit. caſu 80. num. 6.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 26. num. 14. & ſeq.* † Declara; quia non valeret renunciatio facta per conductorem quibuſcunque verbis, quando læſio eſſet longe vltra dimidiam; quia tunc ineſt dolus. Crauett. *conſil. 142. num. 22. & ſeq.* Ceph. *conſil. 407. lib. 3.* Corn. *conſil. 3. nu. 5. lib. 3. & conſil. 236. lib. 4.* Crau. *conſil. 192. num. 3. & ſeq.* maxime *nu. 10. ver. quarto reſpondeo.* Ceph. *conſil. 210. num. 81.* Soc. Iun. *conſil. 48. n. 11. lib. 1.* Rim. Iun. *conſil. 184. num. 18.* Vide Concluſ. prox. ſeqq. Vide, *Conductori quando, & quibus caſibus fiat remiſſio. Concluſ. 615.*

Locator eorum, quæ habent dubium euentum, an teneatur facere remiſſionem. Concluſ. 432.

1 LOCATOR † eorum, quæ conſiſtunt in dubio euentu fortunæ, non tenetur ad reſtaurum, veluti ſi quis locaret iactum retis, vel piſcationem, aut lucrum, quod in ludo fieret; quia etiam ſi nihil percipiatur, non habet locum remiſſio mercedis. Bald. 2 *conſil. 247. Si propter guerras, circa med. ver. ſed contra hoc. lib. 3.* † Ratio eſt; quia periculum non inhæret rei venditæ, ſed extra rem; ideo non fit remiſſio; ſecus quando periculum poſſit ineſſe rei venditæ. Bald. *conſil. 393. Punctus talis, num. 2. in fin. ver. item niſi aliquid. lib. 4.* 3 † Limita, vt non procedat in locatione quæſtus, qui fieri conſueuit à quæſtuariis, quia ſi ſuperueniat caſus belli, vel alius fortuitus impediens quæſtum, quamuis incertum; tamen fit remiſſio; quia quæſtus habet quandam conſuetudinem, quæ non fuit ſeruata propter guerram, quæ ſuperuenit; ſecus ſi guerra fuiſſet tempore locationis; quia bene tunc non fieret remiſſio. Bald. *conſil. 247. per tot.* vbi eſt caſus. *lib. 3.*

Locator qualem remiſſionem faciat, quando res eſt fructuoſa ad tempus. Concluſ. 433.

1 REMISSIO † mercedis ob caſum fortuitum contingens in re, quæ magis eſt fructuoſa vno tempore, quam alio, debet fieri ſecundum qualitatem temporis reſtaurandi, nõ autem pro quantitate habito reſpectu ad tempus, veluti ſi domus, quæ præcipue locatur pro nundinis, ſi non poteſt vti, & frui poſt nundinas fere per totum annum, ſi modo locator illa vſus eſt in nundinis, debet fieri reſtaurum arbitrio boni viri, habito reſpectu, quod plus ſoluitur pro decem diebus nundinarum, quam pro toto reſiduo anni. Bald. *conſil. 145. Caſus talis eſt, in quodam. num. 6. ver. item quæritur,* 2 *lib. 3.* vbi dat ſimilia exempla de molendino, vinea, & aliis. † Attenditur læſio vltra dimidiã habito reſpectu; quia fructus non aſcen- * dunt ad dimidiam pretii promiſſi, communem * dicit Alexand. *conſil. 3. col. fin. lib. 1.* quod habetur ratio ad ſolitos percipi fructus; * de magis * communi videtur atteſtari ſecundum præmiſſa. † Et attenditur tempus caſus fortuiti contingentis, vt valuetur intereſſe, non autem tempus ſuperueniens, ſi res cariori pretio vendi potuiſſet poſt caſum, veluti ſi ſoluere quis debeat decem corbes grani, non obſtante caſu fortuito, ſi tempore caſus valeret vnum ſcutum, poſtea decem ſcuta, tenetur ad id, quod valebat tempore caſus, & è conuerſo ſi remiſſio eſſet facienda. Bald. *d. conſil 145. pro-* 4 *pe fin. ver. item quæritur, pone lib. 3.* † Extende; quia æſtimatio fieri debet ſecundum valorem ſpei, quæ tunc erat tempore caſus fortuiti, non autem ſecundum caſum contingentem, poſtea ab effectu; vnde debent æſtimari ſegetes deperditæ, prout ſunt in æſtimatione in herbis: non autem vt granum; quia minus valet in ſpe, & in * herbis granum, quam in horreo. Bald. *conſil. 145. in fin.* vbi dicit, quod omnes * Doctores ita tenent. *lib. 3.* Vide, *Valor rei ſicut augetur ex multis, ita minuitur ex multis. Concluſ. 15.* † Declara extenſionem, niſi damnum eſſet datum ex dolo, & appenſato animo; quia debet inferens damnum in plus mulctari ob dolum. Bald. *d. conſil. 145. in fin. lib. 3.* 5

Loci appellatione quid veniat, vel non. Concluſ. 434.

APPELLATIONE † locorum Eccleſiaſticorum non veniunt monaſteria. *c. alma. de ſenten. excom.* Feder. de Sen. *conſil. 233. col. 2. ver. & ſi diceres.* vbi, quod ita ſeruat ſtylus curiæ, quia diuerſa ſunt nomina. Feder. de Sen. *conſil. 145. num. 7. circa fin. ver. primo, an dominus Pontius.* † Contrarium tenet idem Feder. *d. conſil. 145. col.* 2 *pen. num. 8. ver. ſi vis tenere aliam partem.* † Amplia; quia locus differt 3 prout in *l. locus. ff. de verb. ſign.* † Extende; quia differentia eſt inter 4 locum, agrum, feudum, poſſeſſionem, & quæ ſit, vide plene per Alciat. in *l. quinque pedum. num. 29. & num. 5. C. finium regund.* vbi ſatis docte dixerit. † Limita; quia appellatione loci Eccleſiaſtici bene 5 venit Hoſpitale, vel locus pius. Federic. de Sen. *conſil. 232. col. 2. ver. & ſi quæreres.*

Locus deſtinatæ ſolutionis attenditur, & quando ſecus. Concluſ. 435.

CONTRACTVS † venditionis celebratus Romæ, cuius ſolutio, 1 & effectus deſtinatur in alio loco, dicitur celebratus in loco deſtinatæ ſolutionis. Bald. *conſil. 253. Licet iſtæ allegat. ones. per tot. lib. 4.* † Contrarium, quod attendatur locus celebrati contractus, & ibi 2 debitum cenſeatur contractum, non autem in loco traditionis, ſeu deſtinatæ ſolutionis, & conſignationis, plene Alex. *conſil. 49. In cauſa, & lite. num. 3. & ſeq. ver. nec obſtat, quod traditio, lib. 5.* vbi, quod neque quoad ſolemnitatem, neque quoad alia attenditur locus traditionis, & ponit plura ſimilia. † Ideo ſi venditur Romæ fun- 3 dus Florentiæ, & in vtroque loco ſoluenda ſit gabella, debet ſolui Romæ, vbi eſt celebratus contractus, non Florentiæ, vbi eſt fundus venditus. Alexand. *d. conſil. 49. num. 3. ver. & ideo dicit Bald. lib. 5.* † Idem, ſi duo contrahunt Peruſii, & ſolutio ſit facienda Bono- 4 niæ, gabella eſt ſoluenda Peruſii, vbi contractus eſt celebratus. Alexand. *d. conſil. 49. num. 4. lib. 5.* † Et procedit contrarium, etiam 5 ſi contractus ſit in iis, quæ conſiſtunt in pondere, vel menſura; quia licet ſoleat dici, quod contractus redditur conditionalis, donec fiat ponderatio, vel menſura. *l. quod ſæpe. §. in iis. ff. de actio. empt.* tamen ſiue ponderatio, & menſura conſideretur, vt conditio, ſeu implementum conditionis, & contractus dicitur celebratus in loco contractus, non in loco impletæ conditionis, aut conſideratus, vt executio contractus, & idem ita probat Alex. *d. conſil. 49.* 6 *num. 4. & ſeq. ver. nec obſtat ſi diceretur. lib 5.* † Extende, vt idem ſit de tempore; quia contractus cenſetur celebratus in tempus, in quod plenus effectus confertur, ideo ſi fiat contractus tempore prohibito, effectus autem confertur in tempus licitum, & non pœnatum, valet, nec debetur pœna. Bald. *d. conſil. 253. per totum, lib. 4.* vbi, quod emens merces, & non ſoluens gabellam, non incurrit pœnam, ſi effectus cõtractus confertur in tempus nundinarum, quo tempore nihil ſoluitur. † Contrarium tenet Bald. *conſil. 254.* 7 *In quæſtione iſta, lib. 4. per tot.* vbi, quod imo debeatur pœna; quia alias aperiretur via fraudibus, & quia attenditur principium, & non executio contractus. † Amplia; quia ſi fiat legatum in vno 8 loco, puta de tot ducatis ſoluendis Mutinæ, vbi legans habet pecunias, intelligi debet de ducatis ſecundum vſum loci deſtinatæ ſolutionis, & monetam vſualem dicti loci. *l. quod legatur.* ibi, *niſi ſit adiectum, de iudic. & l. vinum.* ibi, *quantico loco eſſet ff. ſi cert. pet. l. ſi. ff. de triticar.* † Reſtringe, niſi aliud conſtet ex mente legantis, puta ſi 9 Mutinæ habebat mille ducatos Neapolitanos, qui minores ſunt & legauit vni ſexcentos ex mille, alteri quadringentos, certe intelligitur de ducatis Neapolis, quos habet Mutinæ, vbi ſolutio deſtinatur; quia alias legatũ impleri non poſſet, ita Alex. *conſ. 19. Circa primũ, in fi. n. 16. ver. quoad ſextum, lib. 6.* † Limita, quia ſi fiat contrac- 10 tus inter dominũ & emphyteutam, in quo emphyteuta promiſit conducere partem fructuum cõuentam ad domum habitationis domini, ſi dominus tempore celebrati contractus in loco contractus habitabat, poſtea mutauit habitationem, puta in ciuitate vicina loco contractus, tenetur conducere ad habitationem mutatam, quia pactũ reſpicit fauorem domini; item quia qualitas iuncta verbo, ſolutionis, ſeu conductionis, debet intelligi de domicilio tempore ſolutionis non tempore contractus; item quia verba indefinita trahuntur ad futura. Caſtrenſ. plene *conſil. 24. Videtur, lib. 2. per tot.* & apoſtill. ibi allegat Corne. *conſil. 91. Licet, lib. 3.* † Contrarium videtur verius; quia in contractu ſemper, quod mi- 11 nus eſt; intelligitur, item quia pactum poteſt reſpicere commodum emphyteutarum, item res intelligitur, rebus ſtantibus; item,

quia

quia si dominus intellexit de habitatione mutanda, isti de habitatione præsenti, obligatio non valet; item faciunt præmissa de loco contractus, in quo in dubio solutio videtur destinata.

Locus congruus requiritur pro validitate actus. Conclus. 436.

1 INTERPELLATIO † vt constituat in mora interpellatum, debet fieri congruo loco, & tempore. Vide, *Interpellatio, Conclus.* 324.
2 Termini † assignatio debet esse congrua in tempore. Vide, *Terminus. Conclus.* 76. † Exceptio vt releuet excipientem debet fieri in processu, congruo loco, & tempore; quia si fiat solo verbo, vel in allegationibus iuris, non releuat; quia non congruo loco, & tempore; quia si facta fuisset in termino, pars potuisset probare.
4 Guid. Pap. *decis.* 221. *circ. med.* Securitas † loci debet esse ei, qui in loco vocatur ad aliquid explendum. Vide, *Tutus si non patet accessus, non proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum. Concl.* 460.

Locupletior quando quis præsumatur factus, vel non. Conclus. 437.

1 LOCVPLETIOR † in dubio præsumitur minor recipiens pretiũ pro quantitate pretii recepti, si non apparet consumptum. *l. in pupillo. ff. de solutio.* Petr. de Anchar. *consil. 5. num. 5. ver. præsumitur enim.* Vide, *Vtilitati Ecclesiæ quando aliquid conuersum esse dicatur. Concluſ.* 375. † Contrarium, quod imo etiam si pretium esset penes pupillum, vel prodigum; non tamen possit dici locupletior factus. §. *at ex contrario. ver. sin autem, Instit. quib. alien. licet, vel non.* quem text. ad hoc citat Ias. §. 1. *Instit. de auct. tut.* vbi quod non dicitur locupletior, licet compellatur, vel rem relaxare, vel pretium exi-
3 stens penes eum restituere. *l.* 1. §. *fin. & l.* 2. *& 3. ff. commod.* † Amplia; quia bene dicitur locupletior minor, si pretium rei nulliter venditæ sit conuersum in dotanda, vel monachanda sorore minoris. Rip. in *l. si is, num.* 12. *ver. nec obst. at. ff. de pign.* Soc. Iun. *consil.* 81. *lib.* 1. vbi, quod debet restitui etiam cum fructibus, seu interesse etiam
4 post litem contestatam. Ruin. *consil.* 91. *lib.* 5. † Amplia in maiori; quia ex fructibus rei perceptis, & consumptis, bene præsumitur factus locupletior. Vide plurimos in *ver. Fructus quando lucretur possessor bonæ fidei, vel non. Concluſ.* 490. vbi pro vtraque parte, vide-
* 5 tur tamen hæc verior, & *communior. † In contrarium tamen ibi vide, quod debet probari, quod locupletior sit factus, & Me-
6 noch. *lib.* 6. *præsumpt.* 27. † Limita; quia non præsumitur locupletior minor, vel prodigus ex receptione pretii: ideo qui allegat locupletiorem, debet probare. Bald. in *l.* 1. *C. si aduer. credit. & in l. si prædiorum. C. de præd. minor.* Angel. *consil.* 160. *Pro decisione, in fin.* vbi docet aduocatum, vt sit cautus; quia non sufficeret, etiam si in suos vsus pretium conuertisset; imo debet probari, quod versum sit in vtilitatem, & vsus necessarios. Angel. *consil.* 244. *Quoniam omne datum, col.* 2. vbi loquitur in Prælato Ecclesiæ. Anch. *cons.* 338.
7 *Visa copia.* † Contrarium tenet Ang. in *l. vtrum. ff. de pet. hæred.* vbi, quod qui vult dicere male consumptum, debet probare, & quia quis non præsumitur suum iactasse. *l. cum de indebito. ff. de probat.*

Locupletari cum aliena iactura nemo debet, & quando secus. Conclus. 438.

1 ÆQVITAS † *l. si me, & Titium, ff. si cert. pet.* non admittit, vt quis cum aliena iactura locupletetur; ideo si res mea ad te peruenit, teneris mihi ex æquitate, ne cum mea iactura locupleteris. Alexand. *consil.* 92. *Perspectis iis, num.* 5. *in fin. ver. item Hostiens. lib.* 1. Socin. *consil.* 254. *num.* 8. *ver. sicut in simili, lib.* 2. Dec. *consil.* 254. *num.* 3. plene Surd. *consil.* 101. *num.* 17. *lib.* 1. Natt. *consil.* 384. *num.* 13. Dec. in
d. l. si me, & Titium, num. 3. *ff. si cert. petat.* Vide, *Actio non datur sine obligatione, & quando secus. Conclus.* 109. *num.* 46. Vide, *Interesse debetur damno passo indistincte. Conclus.* 301. † Extende; quia si actio proueniens ex re mea tibi est promissa ex stipulatu, teneris cedere ad
2 mei fauorem ex eadem æquitate, *d. l. si me, & Titium, ff. si cert. petat.*
3 Ancharan. *consil.* 434. *Ex narratis, num.* 5. *ver. super reigitur.* † Extende; quia maxime procedit etiam in lucris ex pecunia mea ad te peruentis; quia æquitas suadet, quod mihi tenearis restituere.
4 Socin. *consil.* 254. *num.* 8. *lib.* 2. † Extende maxime inter socios; quia si pecunia vnius ex sociis inseruijt societati, debet interesse percipere pro sua parte pecuniæ. Decius *consil.* 254. *Casus, de quo, in fin. ver. & quando omnia supradicta cessarent.* † Extende in fructibus rei
5 alienæ, vel ex re aliena absque causa peruentis ad me; quia teneor restituere illos Domino, *d. l. si me, & Titium. ff. si cert. petat.* & quod detur officium iudicis, vt domino fiat restitutio, Hostiens. in *cap. bona, col.* 2. & ibi Io. Andr. & alii, *de appell.* sequitur Alex. & Ias. in *d. l. si me & Titium*, quia nihil æquius est, quam quod res domino
6 restituatur. Guid. Pap. *q.* 362. *vtrum officium iudicis.* † Declara tamen; quia debent deduci impensæ factæ in colligendis fructibus *l. fructus. ff. solut. matrim.* † Extende; quia competit pro dicta æqui-7
tate officium iudicis, qui potest supplere, ne quis cum aliena iactura locupletetur, & potest ex officio in quacunque parte iudicii interrogare partem. Surd. *consil.* 101. *num.* 17. *& seq. lib.* 1. vbi alios allegat. † Amplia; quia si quis mutuauit Titio centum quæ causa 8
depositi statim vocauit se tenere pro Titio, si euenit tempus mutui, potest ex æquitate opponi compensatio de mutuo ad depositum, ex quo secundum originem dependet à mutuo, vt seruetur æquitas, ne quis ex re mea locupletetur cum iniuria mea. Bald. *consil.* 384. *Duo sunt videnda, in fin. lib.* 1. † Amplia; quia æquitas *l. si* 9
me, & Titium. ff. si cert. pet. at. versatur, vbicunque res mea peruenit ad te titulo lucratiuo sine causa à me, quo casu semper attenditur æquitas, & præfertur rigori, vt tenearis restituere etiam semoto circuitu; quia forte actio inepta fuerit proposita. Petr. de Anch. *consil.* 23. *nu.* 11. *& seq. ver. ad secundum*, & supra in princ. Vide, *Æquitatis quæ esse dicantur, & quid operetur æquitas. Concl.* 311. Amplia; † quia 10
Ecclesia debet esse cultrix, & auctrix iustitiæ, & non patitur aliquid fieri in se, vel in alterum contra iustitiam. Petr. de Ancharan. *consil.* 49. *De iuribus professionis. num.* 4. Castrens. *consil.* 96. *num.* 2. *lib.* 1.
Vide, *Ecclesia debet esse cultrix iustitiæ. Concluſ.* 4. † Extende; quia li- 11
cet Ecclesia debeat consequi fructus ab eo, qui bona Ecclesiæ occupauit, intelligitur tamen deducto canone soluto, ne Ecclesia consequatur fructus, & canonem, & cum aliena iactura locupletetur. Dec. *consil.* 182. *col.* 3. *in* 2. *dub.* † Extende in minore; quia licet 12
pro bonis male, & nulliter alienatis per curatorem possit agere spolio, & bona sua recuperare. Alexand. *consil.* 1. *in fin. lib.* 4. Dec. *consil.* 60. *col.* 2. Socin. *consil.* 22. *col. fin. in fin. lib.* 1. Neuizan. *consil.* 85. *num.* 13. *&* 14. tamen minor tenetur ad pretii restitutionem, si in eius vtilitatem est conuersum, ne locupletetur cum damno alterius, *l. debitores, ff. de solut.* Alexand. *consil.* 4. *lib.* 3. *l. in pupillo. ff. de solutio.* † Amplia; quia si Abbas habens mandatum meum, & pecu- 13
nias meas ad emendum pro me, emit pro suo monasterio, compellitur monasterium restituere, ne cum aliena iactura locupletetur. Bald. in *l.* 1. *q.* 11. *num.* 21. *C. si seruus extero.* † Extende; quia si 14
Ecclesia concessit quædam bona in emphyteusin vsurario, qui cum vsuris fabricas, & ædificia construxit, mortuo vsurario sine descendentibus, licet ad Ecclesiam deuoluantur omnia, tamen debet Ecclesia restituere vsuras, ne locupletetur cum aliena iactura, maxime respectu ædificiorum, & bonorum, quæ vsurarius recognouit ab Ecclesia, & non erant Ecclesiæ. Ioan. de Imol. *cons.* 43. *per tot.* † Amplia; quia ius naturale est, quod mandat neminem 15
locupletari cum aliena iactura. *l. iure naturali, ff. de regul. iur.* ideo dicit Roman. *consil.* 316. *Circa propositam, num.* 5. *&* 6. *ver. caterum si aliter*, quod habet locum in minore, ne locupletetur cum aliena iactura; & dicit, quod alias induceretur absurdum, & quod lex positiua hoc non potest mutare; vel tollere. † Extende; quia in 16
tantum ius hoc naturale est, vt stante statuto, quod instrumentum mittatur executioni non obstante quacunque exceptione, potest implorari officium iudicis, vt non exequatur ex doctrina, ne petens executionem locupletetur cum aliena iactura. Angel. Aretin. *consil.* 108. *In consultatione, num.* 36. *& seq. ver. octauo videamus.* † Amplia; quia emptor habens rem, & pretium tenetur ad fru- 17
ctus ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* quia alias locupletaretur cum aliena iactura. Vide, *Emptor non debet habere rem, & pretium. Concluſ.* 127. † Extende; quia vbicunque id, quod meum est, & 18
petere possum, siue ratione dominii, siue proprietatis, aut possessionis per te detinetur, teneris mihi ad fructus. Natt. *consil.* 384. *num.* 7. *& seq.* † Amplia in tantum legem abhorrere aliquem de 19
alieno locupletari, & cum aliena iactura, vt licet non competat actio, competat officium iudicis, etiam ad priuatam vtilitatem; quia dolo malo facit, & dolosus dicitur, late Natta *consil.* 384. *num.* 12. *&* 13. Abb. *consil.* 66. *num.* 4. *lib.* 1. † Imo licet iudex non 20
debeat supplere in facto, maxime quando exceptio non excludit ipso iure, sed ope exceptionis, & est ex interuallo, tamen si actor locupletaretur cum aliena iactura, bene iudex supplet, vt reiiciatur. Bart. in *l. si vnus*, §. *pactus ne peteret, num.* 20. *ver. huius gratia, ff. de pact.* † Et ideo expendens in meliorando rem, quam cre- 21
dit suam, quis solum habet retentionem rei, non actionem; *l. si in area. ff. de cond. indeb.* tamen ne quis cum aliena iactura locupletetur, datur actio in factum, vt per Castrens. ibi. Imo etiam expensæ necessariæ, & vtiles factæ contra conuentionem debent refici, ne cum aliena iactura dominus locupletetur. Vide, *Melioramenta non reficiuntur multis casibus. Concluſ.* 180. † Extende; quia licet bonæ fidei possessor lucretur fructus, & ad illos 22
non condemnetur, illud est verum, quando illos consumpsit, secus si ex eis est effectus locupletior; quia hoc non admittitur pro-

tur propter iacturam alterius. Bart. *in l. ſed ſi lege, §. ſcire, ff. de pet. hær.* Alex. in *l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & conſ. 63. ſuper primo*
23 *dubio, lib. 2.* Dec. *in l. ex pœnalib. ff. de reg. iur.* † Extende; quia creditor habens ſolam perſonalem actionem non perſequitur rem; tamen ſi res fuit debitoris ex cauſa lucratiua deueniat ad tertium, loco actionis datur condictio ſine cauſa; item actio in factum; quia melius eſt aliquem non lucrari, quam ab alio damno affici. Caſtrenſ. *conſ. 96. Circa ea, col. 5. verſic. item non obſtat, vſque in fin. lib. 1.* & plenius
24 *conſ. 62. eod. lib. 1.* †Limita in contractu emphyteutico. Bald. *conſil. 368. Caſus, vir fundum, in fin. lib. 3.* vbi ponit tres limitationes, quando quis expendit in re aliena, non gerens negotium domini, & qñ immoderate expendit; quia fit reductio ad modum, & ſi patitur,
25 ſibi imputetur. †Limita, quando quis cum mala fide expendit in melioratione rei dolo malo; quia non repetit, etiam ſi dominus rei efficeretur locupletior cum iactura expendentis. Corn. *conſil.*
26 *186. Circa primum, lib. 4.* † Limita, quando res aliena peruenit ad me titulo oneroſo; quia æquitas *l. ſi me, & Titium. ff. ſi certum pet.* at. non habet locum, niſi quando titulo lucratiuo. Alexand. *conſ. 92.*
27 *n. 6. lib. 1.* †Item non habet locum, quando agenti poſſet eſſe conſultum alio remedio contra alium. Alex. *d. conſ. 92. n. 6. lib. 1.*

Locuſtæ, & earum natura. Concluſ. 439.

1 LOCVSTÆ †non habent Regem, & ideo non habens ſuperiorem, & obedientiam, æquiparatur locuſtis. Oldrad. *conſil. 254. Quia tota, in princ.* Calder. *conſ. 121. circa med. verſ. item quod dictorum,* alias *7. de iudic.*

Lombardiæ populi, & conſuetudines. Concl. 440.

1 POPVLI † Lombardiæ ſunt ſubiecti Imperio, & illi iuramento fidelitatis adſtricti per pacem Conſtantiæ. Caſtil. *conſ. 13. n. 20.*
2 quod intelligas ſecundum tenorem pacis Conſtantiæ, & quoad expreſſos in ea. † Bellum omne dicitur licitum de conſuetudine dominorum Lombardiæ, quando fuit publice indictum Caſtillio. *conſ. 12. n. 6. ver. amplius.*

Longobardi vnde, & de lege Longobardorum. Concl. 441.

1 LONGOBARDI †Reges fuerunt ex Germania, in Siciliam, & Apuliã, & dicti ſunt à longis barbis, & quanto tempore regnauerint, & de legibus Longobardorum, plene Maran. in *praxi, 3. p.*
2 *n. 94. & multis ſeqq.* † Ius Longobardorum dicitur aſininum, & ſi-
3 neratione, ideo iniquum. Maranta *d. prax. part. 3. nu. 121.* † Et eſt lo-
4 cale. Marant. vbi ſupr. *n. 130.* † Diſponit, quod cognati non ſuccedant ſtantibus agnatis, in tantum, quod nec mater ſuccedit filio.
5 Maranta in *d. prax. 3. part. n. 127.* †Item naturales non excluduntur à filiabus fœminis legitimis & naturalibus. Marant. vbi ſupra *nu.*
6 *127.* † In Sicilia an ſeruetur primo ius Longobardorum, an ius * commune Romanorum, eſt magna controuerſia, & verior eſt opinio, quod viuentes more Longobardorum vtuntur iure Longobardorum, viuentes iure Romanorum communi, hodie de conſuetudine viuunt omnes more Romanorum, plene Maranta vbi ſupra *n. 95. & ſeq.* vbi plura adducit, & in *q. 2.* quam ponit poſt
7 praxim. †Mondualdus datur mulieribus contrahentibus, & etiam teſtantibus de iure Longobardorum, alias non valet teſtamentum. Maran. *d. prax. in 3. part. n. 123.*

Lonzani terra, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. 442.

1 TERRA †Lonzani habuit à Legato Sedis Apoſtolicæ, & non poſſit ſubiicialicui ciuitati, ſed quod omnes terræ de territorio Lonzani deberent contribuere dicto caſtro. Alex. plene. *conſ.*
2 *125. Viſo titulo, n. 5. & ſeq. ver. deniq, cum per prius, lib. 2.* vbi, quod non cenſetur derogatum huic priuilegio per derogationẽ generalem ab eodem Legato, & per totũ conſilium. † Habet ex conſuetudine immemorabili datium ſuper venditione vini in quocunq; locoſui territorii. Alex. *d. conſ. 125. Viſo titulo, lib. 2. in pr. & per tot.* vbi,
3 quod debet probari hæc conſuetudo exigendi datium vini à tanto tempore citra, quod non eſt memoria in contrarium, ſciente & patiente officiali loci, qui repræſentat ibi curiam, vbi, quod hæc conſuetudo fuit per Legatũ confirmata, quod potuit; quia poteſt Legatus condere ſtatuta, & ꝙ etiam per Paulum II. fuit approba-
ta. †Villa Gambarolæ donata à quodam Barone vni priuato non derogatur priuilegio, & datio Communis Luciniani, quod habet in dicta villa, & toto territorio. Alex. *d. conſ. 125. in pr. & per tot.* maxime *n. 2. & ſeq. verſ. videndum eſt. lib. 2.* † Villa Boſchi pariter erat de territorio Lonzani, ſed per Legatum fuit ſeparata, & facta exempta ab omnibus contributionibus, & oneribus realibus, & perſonalibus dicti caſtri. Alex. *d. conſ. 125. nu. 7. verſ. non obſtat, ſi diceretur, cum ſeq. lib. 2.* vbi, quod in iſta exemptione non comprehenditur villa Gambarolæ. 4

Loquendum qualiter ſit, & qualiter ſciendum. Concl. 443.

VT † plures loquendum, ſciendum vt pauci. Lapus in *addit. ad* 1
conſ. Feder. de Sen. 161. in fin. allegat tamen contrarium de Marco Varrone, dicente, quod ſapere, & deſipere, &c. † Loquacitas 2
eſt parum vtilis, & multum tædioſa, vt inquit Bal. *conſ. 155. Loquacitate omiſſa, lib. 2.* Abb. in *proœm. decret al. n. 4. verſ. ſecundo facit,* vbi, ꝙ Doctor debet eſſe breuis, & aduocatus, allegat gl. in *c. cum ſit ars, de* *ætate, & qualit. in ver. malos.* †Et verboſus aduocatus poteſt priuari 3
officio aduocati. Rom *ſing. 746. An nimis verboſi,* vbi apoſt. pleniſſima contra verboſos. †Et idem Bald. *conſ. 62. In quæſt. in fin. lib. 3.* in- 4
quit, multa verba poſſent dici; tamen ego non delector in multitudine ſermonũ, ſed in veritate iuris. † Et melius eſt paucos pſal- 5
mos decantare laudabiliter, quam totum pſalterium recitare cum anxietate, *c. non med ocriter, de conſecrat. diſtinct. 5.* † Contra verboſos 6
noli contendere verbis, inquit Cato. † Et multiloquium diſplicet 7
hominibus & Deo. Grat. *conſ. 94. n. 2. lib. 2.* † Hinc eſt, ꝙ in menſa 8
fabulæ cõſueuerunt interponi, quare eccleſia mandat legi S. Scripturam, vel aliquam vtilem lectionem, *c. pro reuerentia, 44. diſtinct.* †Et in multiloquio non deeſt peccatum. Salom. *Prou. c. 10.* † Et 9
noli eſſe verboſus in multitudine presbyterorum, *Eccleſiaſt. c. 7.* & 10
rurſus *c. 10.* Stultus enim verba multiplicat. †Et Valer. Max. in *c. 2.* 11
lib. 7. dixiſſe aliquando me pœnituit, tacuiſſe vero nunquam, iuxta illud Catonis: *Nulli tacuiſſe nocebit, nocet eſſe locutum.* †Et ad prædicta 12
eſt text. *in d. c. ſi. 43. diſtinct.* vbi dum ſine iudicio volat irreuocabile verbum, vbi gl. adducit illud Horatii: *Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbũ,* & Ouidii: *Neſcit vox miſſa reuerti,* & rurſus: *Vox emiſſa ſemel irreditura volat.* †Et multiloquium tædium inducit. Cur. Iun. 13
conſ. 288. n. 5. in fi. & ſeq. vbi, quod breuitas maxime conuenit conſulenti. † Adde, quod loquacitas incauta reprobatur, & quaſi tor- 14
uo naſo applicatur, accipiendo naſum pro diſcretione, text. cum gl. in *d. c. fin. 43. diſt.* quem citat Felin. in princ. *proœm. decret. al.* vbi ex mente domini ibi dicit, quod dicitur locutio incauta, quæ fit ſine deliberatione. † Et ideo debet quiſq; præmeditari, antequam lo- 15
quatur. Felin. in princ. *proœm. decret. al.* allegat Dominic. Gemin. in *c. ponderet, 50. diſt.* & vide plenam apoſtillam ad Felin. vbi ſupra, & facit Pſal. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam,* & alibi: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum ſeptuplum,* & alibi: *Pone Domine ori meo cuſtodiam, & oſtium circũſtantiæ labiis meis,* Pſal. 140. †Et incidit in labyrinthũ, qui iudi- 16
cat, & loquitur, antequam intellexerit, vel præmeditatus fuerit. *c. ſciendum, 29. diſtinct.* †Et fatuus fatua loquitur. *c. legimus, 93. diſtinct.* 17
& eſt dictum Eſaiæ Prophetæ, *c. 32.* †Et teſtis reſpondens, antequã 18
legatur articulus, vel interrogatorium, præſumitur ſubornatus, & falſus, *c. fin. §. ſed aliud 5. q. 5.* de quo Abb. & Felin. in *proœm. decret. al. in princ.* & videtur text. clarus de iure ciuili in *l. 3. §. ideoque,* ibi, *an ad ea, quæ interrogaueris, ex tempore veriſimilia reſpõderent. ff. de teſtib.* Rom. *ſing. 450.* † Et ex verbis, & ſignis homo dignoſcitur, *l. de minore, §.* 19
plurimum. ff. de quæſt. ibi, *vox ipſa, qua conſtantia, qua trepidatione, & vultu.* & gl. *in c. hoc habet 46. diſt.* vbi ponit ſigna alia etiam in oculis, & in aſpectu, ſi neſcit aſpicere in faciem. † Et in Euangelio: *Loquela* 20
tua manifeſtũ te facit. † *Vir linguoſus non dirigetur in terrã, mala capient* 21
in interitu. Pſ. 139. †Et verba nõ debent eſſe ſuperflua, ſed cum mi- 22
niſterio operandi in omni diſpoſitione. Vide, *Superfluitas verborum* ✍
non admittitur in interpretatione, & quando ſecus. Concl. 895. † Et ver- 23
boſus nimis põt priuari officio aduocati, gl. 1. in *l. ex ea, ff. de poſtul.* Rom. *ſing. 746. An nimis verboſi,* vbi plena apoſt. quę laudat breuitatem. † Et viri boni, & ſapientes tacent ea, quæ probare non poſ- 24
ſunt. Alex. *conſ. 55 Perſpectis, poſt n. 23.* quod eſt Barbatiæ, *lib. 4.* vbi taxat Bald. qui capitula allegabat in feudis, quæ non habentur; quia melius feciſſet non allegare, & ibi apoſt. in *ver. non poſſunt.* dat plurimos concor. † Parce loquendum; quia veritas in paucis cõſiſtit. 25
Curt. Iun. *conſ. 288. n. 7.* † Iudici loquendum non eſt ad aures per 26
litigantes, imo ipſe non debet velle audire loqui volentẽ ad partes, *l. iubemus, in fi. C. de epiſc. & clerc.* †Et iudex poteſt allegari ſuſpe- 27
ctus, ſi pars aduerſa ipſi alloquitur ad aures, apoſtil. ad Bartol. in *extrauag. ad reprimendum, in verb. ſine ſtrepitu, ver. dico, quod in cauſis.*
†Reſtringe, niſi cauſa eſſet commiſſa cum clauſula, *ſine ſtrepitu, &* 28
forte

f rteetiam de plano, quia tunc potest audire partes priuatim. & in Camera,& etiam ad aures.Bart.*d.extrauag.ad reprim.in verſ.ſine ſtrepitu,circa fin.* vbi apoſtill.*in ver.dico, quod in cauſis*,citat ad hoc Iaſ.*in l. apertiſſimi,col 3.in 11.cauſa.C.de iudic.* Vide, *Verba ad quid inuenta, & quid operentur.Concluſ.79.*

Lubricum linguæ non punitur,& quando ſecus. Concluſ. 444.

1 LVBRICVM † linguæ, id eſt, tranſcurſus linguæ,ſermo prolapſus male,ad pœnam non trahitur.Oldr.*conſ.183.circa fi.n.22. verſ.ſi enim lubricum*,vbi,quod datur correctio,vt poſſit ſe corrigere is,qui fuit locutus per lubricum linguæ,gl.in *l.famoſi,in ver. linguæ*,vbi text.*ff ad l.Iul.maieſt.*vbi Ang.in fin.reddit rationem; quia non poteſt contineri.Alexand.*conſ.180 In cauſa Angelorum,n.5.ver.*
præterea,lib.2. Vide, *Mina,& verba iniuriosa quando puniblles, vel non.*
2 *Concluſ.236.* †Et propterea is,qui maledicit Principi,non ex dolo, ſed ex lubrico linguæ,hoc eſt,ex tranſcurſu linguæ, non punitur aliqua pœna expreſſa, ſed benignitati Principis reſeruatur talis
3 pœna.Crau.*conſ.6.n.71.* † Et is,qui dixit,quod volebat teſtificari ſuper maleficio contra ſuum debitorem, niſi ſibi ſolueret,quod debebat,nó punitur de falſo,ſi ſe examinauit,niſi probetur, quod falſum depoſuerit.Alex.*d.conſ.180.nu.5.lib.2.* vbi limitat,niſi eſſet ſolitus falſum deponere,vel niſi conſtaret de falſo; quia tunc puniretur.†Et maxime non præſumitur falſum depoſuiſſe ex verbis
4 conditionalibus,quod volebat deponere contra debitorem,ſi ſibi non reſtituebat pecunias ſibi debitas,quando ante examen debitor reſtituerat pecunias debitas;qa talia verba à contrario ſenſu
5 excludunt delictum.Alex.*d.conſ.180.n.5.ver.alia ratio,lib.2.* † Amplia in blaſphema ex lubrico linguæ procedente. Alex.*conſil.15. Viſo proceſſu,circa fin.lib.3.* vbi conſuluit pro Hebræo, qui dixit,*non lo potria manco fare Iddio*,id eſt,*ne Deus quidem facere poterit.* quia probatur ex lubrico,ſi ſtatim ſubiunxit per ſpatiũ vnius pater noſter, *lo potria pur fare Iddio*,id eſt,*poterit equidem facere Deus.*ideo dicit non
6 poſſe condemnari; quia ex is, quæ incontinenti ſunt ſubſecuta, comprehenditur animus.Alex.vbi ſup.in fin.† Limita in iis, quæ cum maturitate,& ſemel fieri debent;quia correctio,&excuſatio lubrici non admittitur, & quando ius eſt ſemel alteri quæſitum.
7 Oldr.*d.conſ.84.n.3.ver.excuſat etiam hic pars.*†Limita; quia ſi inimicus Titii minatus fuit,vel dixit velle eum interficere, ſi poſt modicum tempus reperitur Titius interfectus, præſumitur occiſus ab ipſo minante,nec excuſatur tanquam ex lubrico linguæ dixerit propter factum ſecutum Alex.*dict.conſil.180.num.5.ver.nec obſtat, lib.2.*

Lucana Ciuitas,eiuſque ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia. Concl. 445.

1 LVCANA † ciuitas eſt ciuitas Imperii;quia ius Canonicum in ea
2 non ſeruatur.Rom.*conſ.67.in pr.* †Fiſcum habet, & Cameram
3 fiſcalem,& ſuperiorem non recognoſcit.Ang.*conſ.223.* † Eccleſia Lucana habet antiquam conſuetudinem,quod Canonici eliguntur à Capitulo,& admittuntur abſque inſtitutione, vel confirmatione Epiſcopi,& valet.Abb.*conſ.67.Condeſcendo,circa fi.ver.quoad tertium,lib.1.* vbi,quod debent eligere intra ſex menſes à die ſcientiæ vacationis.†Item conſuetudo in eccleſia Lucana, quod ſi Ca-
4 nonici per tres menſes non reſideant, non moleſtentur; item q̃ diuidatur maſſa groſſa inter præſentes, & abſentibus pro rata detur portio,dumodo per ſex menſes reſederint.Abb.*d. conſil.67.in*
5 *pr.lib.1.*& tenentur Canonici eligere intra ſex menſes. † Monaſterium S.Pontiani prope Lucanam ciuitatem fuit vnitum Monaſterio Montis Oliueti Lucanæ Diœceſis.Ang.*conſ.247.per tot.* vbi,q̃ Monaſterium vnitum habebat membra ſecularia, quæ ſunt facta
6 regularia.†Flumen Granæ,licet ſit publicum; tamen ciuitas Lucana habet ex priuilegio,& præſcriptione ius deriuandi aquas ex
7 eo pro molendinis.Bald.*conſ.329.Factum tale eſt, lib.2.* †Statutum eſt in ciuitate Lucana, quod ſchedulis priuatis Notariorum non authenticis detur fides, ſi fuerint approbatæ per certos officiales
8 de quo ſtatuto Bald.*conſ.10.Duo ſunt ſtatuta,lib.1.& conſ.456.lib.5.*† Statutum etiam eſt,quod non detur fides ſcripturæ in forma publica non continenti diem,neque menſem ,niſi extrahatur de archiuio publico,de quo idem Bald.*d.conſ.10.lib.1.& conſ.456.lib.5.*
9 † Statuta Lucanæ ciuitatis ſunt confirmata à ſynodali Epiſcopi conſtitutione;tamen in foro eccleſiaſtico non ſunt ſeruanda etiam inter laicos in cauſa ſpirituali; quia Epiſcopus non potuit illa confirmare,ex quo ſunt contraria iuri Canonico. Petr. de Anch. *conſ.18.In quæſtione,quæ vertitur,in princ.* vbi *in fin.num.12.* & 13. quod confirmatio generaliter facta non ſe extendit ad ſtatuta contraria iuri Canonico.†Procurare non poteſt forenſis ſecundum ſta-10 tuta Lucana,vt Petr.de Anchar.*d.conſ.18.nu.4.5.* & *6.verſic.non obſtat,quod dominus Vicarius.* † Conſilio ſapientis ſecundum ſtatuta 11
Lucana non poteſt committi articulus incidens in medio litis; quia omnia reſeruantur in fine litis. Anchar.*d.conſ.18.nu.12.&* 13. 12
vſq; in fi. † Alienare non poteſt forenſis non ſopito Communi Lucenſi, niſi ſoluantur ſolidi decem pro libra,alias ſi fiat alienatio ſine ſolutione,bona applicantur Communi.Bald.*conſ.358. Quidam*
Lucanus,vbi,quod non habet locum in alienatione per teſtamentum;quia reſtringitur ad contractus, *lib.1.* neque in Eccleſiam,& duplicatur *lib.3.conſ.253.Caſus talis eſt*,vbi inferitur ſtatutum ad litteram,& in aliquibus eſt magis extenſum. † Lauda arbitrorum, 13
& arbitratorum habent paratam exequutionem ex ſtatuto Lucano,ſi intra viginti dies non fuerit petita reductio, vt per Cuman. *conſ.7. Primo videndum, numer.12.* & *ſequent.* quod eſt ſubſcriptio Chriſtophori Caſtillionei.incipit,*Immediate conſulta.* vbi, quod non operatur, quod tale laudum ſit ſententia ante 20.dies, ſed poſt ſic, & ideo valet latum ab arbitratore abſentibus partibus. 14
† Et reductio debet peti coram iudice, coram quo cauſa fuiſſet cognoſcenda,non autem coram iudice appellationis, nec excuſatur ex eo, quod ſit petita coram iudice appellationis. Angel. 15
30 † Limita; quia debellans castrum Archiepiscopi Rauennatensis non dicitur committere crimen læsæ maiestatis, quod non cadit contra inferiorem habentem iurisdictionem. Calderin. *dict. consil.* 484. alias 6. *de accusat.* † Contrarium, quando essent subditi

31 castri ipsius domini, quia ne dum incidunt in crimen læsæ maiestatis rebellando facto exequuto; sed etiam solo consilio habito de rebellando. Alexand. *consil.* 13. *Consideratis, num.* 6. *ver. tertio præsuppono, lib.* 6. † Extende; quia crimen læsæ maiestatis non cadit

32 in aliquam ciuitatem, quantumcunque magnam, excepta ciuitate Romana; nisi quatenus crimen committeretur ad subtrahendam ciuitatem à Principe, & illius obedientia, in quem cadit crimen læsæ maiestatis. Bald. *consil.* 59. *Licet eleganter, lib.* 1. & idem Bald. *consil.* 58. *colum. fin. ver. in contrarium, eod. lib.* 1. † Restringe, nisi

33 castrum, vel locus; in quo non cadit crimen læsæ maiestatis, rebellaretur à Republica Romana, vel Principe, cui subesset; quia sicut cadit læsa maiestas in Principe, ita in loco, qui ab eo aufertur.

Bald. *d. consil.* 59. *num.* 2. *ver. quia ergo, lib.* 1. † Limita; quia crimen

34 læsæ maiestatis non cadit contra ciuitatem Florentinam, licet aliqui fuerint coniurati velle per vim ingredi ciuitatem, & opprimere partem Guelpham dominantem Bald. *d. consil.* 58. *in fin. ver. in contrarium, & consil.* 59. *per totum, lib.* 1. † Extende, vt idem sit in

35 ciuitate Lucana. Angel. *consil.* 223. *in princip.* qui hoc limitat, nisi ex concessione Cæsaris adesset statutum contrarium disponens.

† Extende in ciuitate Mutinæ. Ancharan. *consil.* 287. *Iste B. per tot.*

36 † Extende idem in ciuitate Castelli, quando dominatur prose;

37 quia non cadit crimen læsæ maiestatis. Castrens. *consil.* 171. *Visa, & ponderata, col. fin. num.* 6. *lib.* 1. † Declara; quia si iusto titulo quis

38 dominatur, committitur crimen læsæ maiestatis, secus si iniuste. Castrens. *d. consil.* 171. *in fin. num.* 6. *lib.* 1. † Declara, quia oppugnans

39 patriam, licet non incurrat crimen læsæ maiestatis verum; & proprium, tamen quoad illam patriam comparatur crimini læsæ maiestatis. Castrens. *dict. consil.* 171. *in fin. lib.* 1. allegat *l. minime. ff. de religio. & sumpt. funer.* & text. cum gloss. *in leg. final. circa finem. C. de abolit.* Idem in ciuitate Ianuæ, & Duce ipsius. Castill. *consil.* 10.

num. 71. *vsque in fin.* Vide, *Maiestas quid sit, & de multiplici maiestate. Conclus.* 6. *num.* 11. † Idem in Marchione Montisferrati. Castil-

40 lion. *d. consil.* 10. *num.* 71. *vsque in fin.* licet forte supponat contrarium. † Idem in Duce Mediolani, quod non incurratur crimen

41 læsæ maiestatis, vt possit post mortem damnari, etiam stante decreto Mediolani, quod incurratur pœna læsæ maiestatis; quia non reperitur qualitas, quod post mortem possit condemnari. Ruin. *consil.* 13. *num.* 12. *vsque in fin. lib.* 5. † Extende; quia cri-

42 men læsæ maiestatis non committitur in Rempublicam, nisi sit Respublica Romanorum ad effectum, vt post mortem memoria damnari possit. Bald. *consil.* 59. *Punctus, seu facti narratio, lib.* 4. Ang. *consil.* 223. *in princ.* † Limita; quia contemnens iussum Principis si

43 condemnatur tanquam rebellis, & inobediens, non tamen dicitur condemnatus ex crimine læsæ maiestatis; quia inspicitur causa criminis, vt dicatur læsa maiestas in facto, non in contumacia non obediendi. Bald. *consil.* 271. *Quæritur, vtrum, lib.* 2. † Limita;

44 quia ex sola pœna imposita crimini læsæ maiestatis non dicitur quis vere reus talis criminis; quia opera faciunt reum talis criminis, non pœna, ita Bossius *de crimin. læs. maiest. n.* 62. *& seq.* vbi, quod dubium imo est, an talis pœna valeat. † Limita; quia non com-

45 mittitur crimen læsæ maiestatis, ex eo quod subditus recedit à suo Principe, sed solum quando insurgit cõtra Principem. Grammat.

* *decis.* 6. *nu.* 16. *& seq.* † Limita, quia non subditus non potest com-

46 mittere crimen læsæ maiestatis. *clem. pastoralis*, §. *verum*, vbi Vitalin. *num.* 39. *& seq. de re iudic.* vbi, quod requiritur, quod sit subditus, vel ratione originis, vel ratione domicilii, vel ratione delicti, & *in* §. *nos tamen, num.* 65. dicit; quod sufficit, quod ratione loci delicti sit subditus, & quod non subditus non possit esse rebellis. Ægid. *consil.* 15. *num.* 9. *col.* 4. *ver. secundo quæritur.* Ruin. *consil.* 23. *nu.* 6. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 452. *Non puto secundum, in princip. & consil.* 595. *num.* 22. plene Roland. à Vall. *consil.* 4. *in princip. lib.* 1. vbi de * communi, & Clar. *in* §. *læsæ maiestatis, num.* 16. vbi de communi. *

† Extende, quod non sufficiat, quod sit subditus ratione feudi, 47 vel delicti, nisi etiam sit subditus ratione originis, vel domicilii. Clar. *in* §. *læsa maiestatis, num.* 6. *ver. vide quandoque*, vbi dicit * communem. † Declara; quia Imperator non potest declarare subdi- 48 tum Romanæ Ecclesiæ rebellem, neque condemnare in crimine læsæ maiestatis; quia non est subditus Imperatori, & licet contrarium contigerit in Rege Roberto Siciliæ subdito Ecclesiæ, qui fuit condemnatus ab Imperatore Henrico, tamen fuit sententia nulla declarata per Papam *in clem. pastoralis, de re iudic.* vnde Bart. *in extrauagan. qui sint rebelles*; *in ver. rebellando, num.* 7. *& seq. ver. quid si aliquis*, dicit, quod sententia Imperatoris fuit nulla; quia simpliciter condemnauit Regem Robertum, quasi offendisset maiestatem Imperatoris, cui non suberat, sed si eum con-

condemnasset, tanquam læsa esset majestas Papæ, cui Imperator est confœderatus, vel si citasset eum de licentia Papæ, vel si condemnasset eum præsentem, vbi *n.* 11. dicit, quod stante confœderatione non potest fieri lex per confœderatum, quæ inducat gravamen confœderatis, & sic *extrauag. ad reprimendum*, facta per Imperatorem, quod contra absentes possit procedi ad rebellionem, vel in læsa majestate, non habet locum in subditis Ecclesiæ, neq; in aliis confœderatis, & dicit esse notandum. †Extende; qa filius naturalis rebellis originarii natus ex extranea, & extra statum Principis non efficitur reus criminis læsæ majestatis; qa non subditus, ita fuisse decisum à Senatu Mediolani, dicit Clarus *d.* §. *læsa maiestatis. n.* 6. *ver. reperio etiam.* †Restringe singulariter; quia non subditus præstans opem, vel auxilium, aut consilium subdito in crimine læsæ maiestatis, efficitur reus læsæ maiestatis; qa videtur præbere causam delicti. Dec. *in c.* 1. *de offic. deleg. n.* 71. *& seq.* vbi, q. præstans opem punitur eadem pœna, qua faciens, si sciuit qualitatem personæ facientis; secus si ignorauit, & limitat nor. pcedere in qualitate extra personam delinquentis. Vide, *Delinquens consentire dicitur in pœnam delinquentibus impositam, & non excusatur, & quando secus. Concl.* 189. †Vide omnino Ægid. Bell. *d. consil.* 15. *n.* 8. *ver. secundo quæritur*, vbi dicit, quod licet delinquens efficiatur subditus ratione delicti; tamen non committit crimen læsæ majestatis, si tempore, quo committit delictum, non est subditus offensi exalio, quam ex commisso delicto. †Extende; quia Clericus non committit crimen læsæ maiestatis in Principem laicum, quia non subditus. Rol. à Vall. *d. consil.* 4. *in princ.* vbi dicit *communem, *lib.* 1. & plenius *consil.* 12. *per tot. lib.* 2. vbi citat alios. Clar. *in* §. *Læsa maiestatis, n.* 7. *ver. hinc infertur*, vbi, q. licet sit ratione originis subditus secundum *communem; tamen post Clericatum secus, & dicit* communem, & idem Clar. §. *fin. q.* 36. *nu.* 27. vbi, quod de iure est verum, sed de facto non seruatur. †Declara plene p Decian. *tract. crim. par.* 2. *lib.* 7. *c.* 8. *tit. quod committatur, n.* 6. *& seq.* vbi limitat duobus modis, & dicit non seruari de facto in aliquibus locis; & quia non potest negari, quin sint de districtu, ipse tamen tenet contrarium, & idem dicit Clar. *d.* §. *læsæ maiestatis, n.* 7. *in fin.* quod Principes non seruant de facto; ideo caueant Clerici ab hoc crimine, & *d.* §. *fin. q.* 36. *n.* 27. †Vide Ruin. *consil.* 4. *n.* 3. *& n.* 17. dicit non habere locum, si crimen est commissum in Papa *lib.* 5. †Declara; qa licet non subdit⁹ non incurrat crimen læsæ majestatis, & sic contra Principem secularem Clericus non incidat in illud crimen; tamen bene Episcopi, & Clerici, si quid peruerse egerint contra Principes, sunt degradand. de iure Canonico, *c. si quis laicus*, 22. *q.* vlt. Rom. *consil.* 365. *Quæritur primo, in princ. ver. & si dicatur*, vbi *nu.* 2. *ver. quarto considerabatur*, videtur velle, quod vbi lex pro graui crimine pœnam mortis imponit, illa est regulariter in Clerico pœna Canonica, vt à suo ordine degradatus tradatur Curiæ seculari, *c. tua. de pœnis, & c. nouimus, de v. signif. c. cum non ab homine, de iud.* †Ego credo, quod declaratio procedat, quando Clericus esset incorrigibilis; quia ter monitus; alias non, *d. c. cum non ab homine, de iudic.* Vide, *in ver. Degradatio Clericorum in quibus casibus, & pro quibus delictis fiat, vel non. Concl.* 140. *& Concl.* 141. †Restringe in crimine læsæ maiestatis, pter offensam Cardinalis, vel Episcopi. Bologn. *cons.* 75. *circa fin.* vbi dicit esse speciale contra talia perpetrantes. Anchar. *consil.* 277 *per tot. & consil.* 439. Clar. *in* §. *læsæ maiestatis, n.* 3. *ver. quæro, nunquid*, vbi dicit *communem. †Reuelare quando, & qualiter teneatur sciens crimen læsæ maiestatis. Marc. *decis. Delphin.* 380. *& tribus seqq.* vbi late examinat. †Forensis, & non subditus non tenetur reuelare, & non incurrit crimen non reuelando. Rolandà Valle *consil.* 4. *n.* 3. *lib.* 1. †Vide omnino Capic. *dec.* 130. *per. tot.* vbi latissime enumerat casus criminis læsæ maiestatis, quæ pœna sit imponenda, & contra quos, vide etiam Grammat. *dec.* 6. Vide, *Barones, & Comites quid possint. Concl.* 28. Vide, *Princeps supremus, vel non quis dicatur. Concl.* 665.

Maiestatis læsæ crimen non committitur sine dolo. Concl. 9.

1 EST †regula, quod crimen læsæ maiestatis requirit dolum, *l.* 1. *ff. ad leg. Iul. maiest.* Gramm. *consil.* 31. *n.* 36. *& seq.* Gig. *tract. qualiter, & a quibus. q.* 67. Cephal. *consil.* 75. *n.* 7. 14. *&* 22. in tantum, quod sola culpa non faceret reum criminis prædicti. Folle. *in prax. crim. rub. item quod commisit crimen læsæ maiestatis, n.* 64. *consil.* 2. *num.* 5. *&* 2 *seq. lib.* 5. Cephal. *d. consil.* 75. *n.* 14. *& consi.* 76. *n.* 45. †Et quod dolum regrat hoc crimen; qa sine dolo nõ committitur. Ceph. *d. consil.* 75. *num.* 7. 14. *&* 22. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 320. *num.* 4. Marsil. *sing.* 287. Tetigi. Plot. *in l. si quando.* §. 2. *nu.* 25. *C. vnde vi*, vbi plures citat. †In tantum, quod nec culpa faceret reum huius criminis. Foller. *in praxi crim. rubr. item quod commisit crimen læsæ maiestatis, n.* 64.

Ruin. *consil.* 2. *nu.* 5. *& seq. lib.* 5. Cephal. *d. consil.* 75. *n.* 14. *& consil.* 76. *n.* 45. † Extende maxime requiri dolum in illa specie criminis læsæ maiestatis, in qua quis incidit propter vsurpationem iurisdictionis, vel dignitatis, quæ spectat supremo Principi, *l.* 3. *in fin. ff. ad l. Iul. maiest.* Afflict. *dec. in vsibus feud. in tit. quæ sint regal. c.* 1. §. *bona committentium, ver.* 25. *quæro.* Gig. *tract. de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 25. *n.* 15. *&* 20. Claud. Bertazol. *in addit. ad consil. crimin.* 11. *patris sui.* Decian. *in tract. crimin. part.* 2. *lib.* 7. *c.* 9. *n.* 5. Isern. super *constit. Regni, tit. de homicid. punien. ver. occidisse.* Bursat. *consi.* 157. *n.* 16. † Extende; quia requiritur verus dolus, quando Princeps læditur principaliter; secus si secundario. Brun. *consil.* 69. *nu* 5. *& nu.* 10. sequitur Bursat. *consil.* 216. *n.* 18. plene Decian. *lib.* 7. *c.* 49. vbi ponit plura exempla. Crauett. *consil.* 6. *num.* 79. vbi late. Dec. *consil.* 410. *In causa, circa fin.* †Et ideo qui non animo nocendi Principi, sed ex particulari inimicitia habitantium in castro occupat castrum, non incidit in hoc crimen. Calder. *consil. fin. tit. de accusat.* Crauett. *consil.* 859. *nu.* 4. *& seq.* vbi plurimos citat Ruin. *consil.* 2. *n.* 4. *& seq. lib.* 5. Capic. latissime *decis.* 130. *n.* 14. *&* 15. vbi declarat, vbi *nu.* 43. quod Andreas de Isernia Consiliarius fuit occisus propter sententiam latam contra occisorem, & fuit læsa maiestas. †Ideo offendens Vicarium Principis alia intentione, quam odio Principis, non est reus læsæ maiestatis; bene verum est, quod delinquenti incumbit onus probandi factum esse ex particulari inimicitia. Crauett. *d. consil.* 859 *per tot.* Decian. *in* 2. *parte tr. crimin. lib.* 7. *c.* 49. *n.* 34. plene Crau. *consil.* 6. *n.* 79. †Contrarium dicit Clarus *in* §. *læsæ maiestatis, n.* 5. *ver. & licet aliqui*, vbi, quod offendens Consiliarium assistentem lateri Principis, etiam ex particulari inimicitia incurrit crimen læsæ maiestatis indistincte. †Idem, si quis se defendendo principaliter offendat Principem; quia non dolo malo facit, neque animo offendendi. Decian. vbi supra, *nu.* 25. *& seq.* vbi ponit alia similia exempla. †Et quod offendens Consiliarium Principis ex particulari inimicitia non incurrat crimen læsæ maiestatis. Ægid. *consil.* 15. *num.* 10. *v. r. quia propositum.* †Dolus autem malus in hac specie præsumitur, si animo vsurpandi fiat. Decian. *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 9. † Sed tamen ad imponendam pœnam directam non sufficeret præsumpta probatio etiam in hoc crimine. Bursat. *consil* 152. *n.* 22. †Et debet probari ab eo, qui allegat dolum. Marsil. *singul.* 287. *Tetigi*, licet Crauett. *d. consil.* 859. *in princ.* dicat, quod imo debet probare, qui dicit ex alia causa, quam doli.

Maiestatis læsæ criminosus qualiter inquiratur, & damnetur in vita, & post mortem. Concl. 10.

REVS† criminis læsæ majestatis potest condemnari post mortem, vt quia deliquit, vel conspirauit in Principem, vel Rempublicam Romanorum. Vide Conclusionem proxime seq. †Inquisitio contra eum formatur hoc modo, videl. quia titulus inquisitionis tendit inquirere contra memoriam talis in eo, de eo, & super eo, quod, &c. & in fine subditur, & reperto crimine intendit memoriam eius damnare, & bona eius confiscata declarare, & incorporare fisco omni meliori modo. Bald. *consil.* 59. *Punctus, seu facti narratio, lib.* 4. Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.* 1. *rubr. qualiter in crimine læsæ maiestatis, quæst.* 20. plenissime apost. ad Roman. *sing.* 436. *de crimine læsæ maiestatis*, vbi allegat Bald. *d. consil.* & alios plurimos, plene Decian. *lib.* 7. *crim. c.* 48. *per tot.* vbi, qualiter fiat inquisitio, & condemnatio, & quod citari debeant filii, seu hæredes. Vide Concl. prox. seq. †Et hæc memoria solum in primo capite potest damnari post mortem, in aliis capitibus si damnaretur, sententia esset ipso iure nulla. Decian. *d. ca.* 48. *lib.* 7. *num.* 7. vbi, quod solum fit hæc damnatio in primo capite. Alexand. *consil* 13. *c. consideratis ijs, n.* 7. *lib.* 6. †Forma processus ponitur *Instit. de hared. quæ ab intest.* §. *per contrarium*, vbi, quod debent citari, quorum interest. Bald. *d. consil.* 59. *lib.* 4. & Decian. *d. lib.* 7. *c.* 48. *in princ.* vbi alios allegat. †Durat solum quinque annis tempus damnandi memoriam defuncti rebellis. Gig. *d. tract. & tit. quæst.* 23. Decian. *d. c.* 48. *lib.* 7. †Enorme crimen est læsæ maiestatis, & inter grauiora numeratur. Alexand. *consil.* 13. *Consideratis, num.* 13. *ver. septimo etiam, lib.* 6. †Sententiæ forma ponitur per glos. *Instit. de hared. quæ ab intest.* §. *per contrarium*, & Bald. *d. consil.* 59. *lib.* 4. *in fin.* Decian. *d. cap.* 48. *lib.* 7. *num.* 4. vbi, quod iudex debet declarare talem contra Principem machinatum, & eius bona fisco applicanda. †Crimen læsæ maiestatis incurritur ex sola voluntate declarata per aliquem actum tam contra Principem, quam illos, qui assistunt lateri eius.

Ancharan. *consil.* 277. *num.* 5. *& consil.* 439. *num.* 6.

Maiestatis læsæ crimen potest inquiri in vita, & post mortem criminosi, & quando secus. Concl. 11.

1 POST †mortem potest condemnari ille, qui deliquit in crimine læsæ maiestatis in Cæsarem, vel Rempubl. Romanam, in aliis non, nisi extent statuta contrarium disponentia ex concessione Cæsaris. Angel. *consil.* 223. *in princ.* plenius Capic. *dec.* 130. vide plurimos, quos citat a post. ad Rom. *sing.* 436. vbi citat Angel. *d. consil.* & alios. Gig. *tr. de crim. læsæ maiest. tit. qualiter procedatur, lib.* 1. *q.* 24. vbi plurimos citat, & in fine dicit, quod est communis * opinio, quod non haberet locum in aliis inferioribus etiam de facto non recognoscentibus superiorem, & loquitur in Republ. Florentiæ, Duce Mediolani, & aliis, dicit tamen idem Gig. ibi *qu.* 26. quod in Republica Venetorum habet locum crimen læsæ ma-
2 iestatis; quia successit loco Romanæ Reipubl. extinctæ. †Declara; quia in aliis casibus, præterquam contra Cæsarem, & Rempublicam Romanam, si fieret condemnatio contra mortuum, sententia esset ipso iure nulla, nisi adesset statutum ex concessione Cæsaris hoc disponens. Angel. *consil.* 223. *n.* 2. & plene Gigas *d. tract. tit.*
3 *qualiter procedatur, lib.* 1. *q.* 25. *nu.* 2. †Restringe declarationem, nisi esset notoria rebellio, & sic notorius delinquens; quia absq; alia declaratione possunt bona apprehendi, & censentur confiscata. Socin. *consil.* 22. *n.* 12. *lib.* 1. vbi, quod potest fieri præceptum contra notorium delinquentem, & mera exequutio facti, ac si esset con-
4 demnatus. Corn. *consil.* 96. *lib.* 4. *per tot.* †Vide Gig. *d. tract. de crim. læsæ maiest. tit. qualiter in crimine læsæ maiest. lib.* 1. *quæst.* 20. vbi, quod si moritur delinquens in crimine læsæ maiestatis, aut ante incœptum iudicium, vel processum, aut post cœptum, potest procedi contra eius memoriam, non contra mortuum, & inquisitio debet formari contra memoriam mortui, non contra mortuum, vt dicit Angel. Aretin. *Inst. de hæred. quæ ab intest. at. deferun.* §. *interdum*, videlicet hæc est quædam inquisitio, quæ fit contra memoriam Titii, & debet peti à iudice memoriam ipsam damnari, & pronunciari eum contra Principem, vel Rempub. fecisse, & propterea eius bona in fiscum inferri, & si fieret contra mortuum, pro-
5 cessus esset nullus. Gigas *ibid. quæst.* 22. †Et debent filii, & consanguinei, qui essent successuri in bonis, citari ad contradicendum quicquid volunt, & intendunt, ne memoria Titii damnetur virtute cuiusdam inquisitionis formatę contra memoriam dicti Titii, ex eo, quod dictus Titius viuens crimen læsæ maiestatis contra Principem, vel Rempubl. commiserit. Gig. *d. tract. tit. qualiter in*
6 *crimine, lib.* 1. *qu.* 21. †Et debet intra quinquennium damnari memoria à die mortis, alias non potest damnari. Gig. vbi supra *q.* 23. prout etiam quinquennio præscribitur accusatio in crimine adulterii, apostatatus, & peculatus; & ibi dicitur, accusatio aliorum criminum durat 20. annis, sed accusatio, & inquisitio in crimine læsæ maiestatis est perpetua, donec viuit delinquens, vt idem Gig.
7 vbi supra *qu.* 29. †Differentia tamen est, an moriatur delinquens, antequam contra eum fit cœptum procedi, an postq̃ cœptum est procedi; quia primo casu hæres assumens iudicium citatus habet præsumptionem pro se, & non tenetur probare innocentiam, sed fiscus tenetur probare delictum; secundo casu secus; quia cum sit citatus, & inter eos factus, tenetur hæres probare innocentiam mortui, sicut si viueret, teneretur purgare indicia. Gig. *d. tr. crim.* ☞ *læsæ maiest. lib.* 1. *tit. qualiter procedatur, quæst.* 27. *per tot.* Vide Conclusionem proxime præcedentem.

Maiestatis læsæ criminis pœna multiplex, & quæ. Concl. 12.

1 POENA †criminis læsæ maiestatis multiplex; quia est pœna mortis naturalis; imo solent viui rei in frusta scindi, dicit Cla.
2 *in* §. *læsæ maiestatis, nu.* 8. *ver. sed quæro.* †Extende etiam in læsa maiestate in secundo capite; quia adhuc pœna mortis, & confiscationis bonorum imponitur, plene Capic. *dec.* 130. *n.* 21. *& seq.* vbi late
3 comprobat. †Secunda pœna est confiscatio bonorum omnium, * communem * dicit Clar. *d.* §. *læs. maiest. n.* 9. vbi, quod ipso iure priuatur dominio rerum, licet confiscatio non habeat locum, nisi à
4 die declarati criminis. † Et hæc pœna confiscationis bonorum habet locum, & si committatur contra Principem, qui recognoscat superiorem, & ita seruatur de consuetudine. Clar. *d.* §. *læs. ma-*
5 *iest. n.* 9. *in fin.* †Contrarium, quod confiscatio non habeat locum, quando non est contra supremum Principem. Ant. de Butr. *con-*
6 *sil.* 61. *in princ.* vbi apostil. *in ver. damnatorum.* †Declara; quia si non committitur crimen læsæ maiestatis, nisi in supremo Principe non recognoscente superiorem, vt dicit Bos. *tit. de crimin. læs. ma-* * *iestat. n.* 31. vbi dicit * communem; ergo tali casu non habet locum confiscatio bonorum, quæ solum habet locum in crimine læsæ maiestatis, vel hæresis, *auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* ita Anton. de Butr. *d. consil.* 61. *in princ.* vbi apostill. *in ver. damnatorum*, dicit, quod totus mundus ita seruat, nisi inducatur confiscatio à statuto, vel consuetudine, & citat plurimos. †Restringe; quia in 7 crimine læsæ maiestatis non confiscatur dos, neque bona vxoris; quia speciale est, quod ex causa primipilari confiscatur dos vxoris, Anton. de Butr. *d. consil.* 61. *n.* 3. vbi apost. ad hoc, quod dos non confiscatur, allegat Bos. *tit. de bonor. publica. num.* 75. *in fin.* Clar. *in praxi crimin.* §. *fin. quæst.* 78. *ver. quæro si bona.* Vide, *Dos non confiscatur* ☞ *ex delicto mariti. Concl.* 746. †Restringe; quia bona emphyteutica & non confiscantur in præiudicium Ecclesiæ. Ant. de Butr. *d. consil.* 61. *num.* 4. vbi apostilla *in ver. emphyteutica*, quæ citat Boer. *dec.* 378. Alexand. *consil.* 23. *lib.* 1. Socin. *consil.* 121. *num.* 18. *lib.* 4. Ruin. *consil.* 161. *num.* 7. *lib.* 1. Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 29. †Tertia pœna est; 9 quia etiam filii huius delinquentis perdunt legitimam, efficiuntur infames, & priuantur omni dignitate, *l. qui quis. C. ad l. Iul. maiest.* †Et procedit hæc pœna in filios masculos, & nepotes vsq; ad 10 secundum gradum inclusiue ex masculis; ex fœminis vero vsque ad primum gradum tantum secundum * communem. Clar. *d.* §. * *læsæ maiest. num.* 13. *ver. præterea quæro.* †Extende; quia bene habet 11 locum etiam in filiis masculis naturalibus tantum, communem * * dicit Clarus *d.* §. *læsæ maiestat. num.* 11. *ver. sed nunquid*, vbi etiam dicit magis * communem. †Extende; quia hæc pœna in filios habet * 12 locum, nedum si pater sit reus criminis, sed etiam si mater, communem * dicit Clarus *d.* §. *læsæ maiest. num.* 13. *ver. quæro etiam.* †Re- * 13 stringe, seu declara; quia hæc pœna in filios non habet locum, nisi quando crimen est commissum in Papam, vel Imperatorem, seu Rempublicam Romanam; secus si in alios Principes. Clarus vbi supra *num.* 14. *ver. vnum tamen*, vbi in fin. dicit idem in quocunque Principe non recognoscente superiorem. †Restringitur hæc 14 pœna, quantum fieri potest, ne alius pro alio puniatur; ideo filiæ fœminæ non comprehenduntur secundum * communem. Clar. * *d.* §. *læsæ maiestatis, num.* 10. *ver. hæc autem.* †Restringe; quia habet 15 locum solum in filiis natis post commissum crimen, non autem ante, * communem, & benigniorem dicit Clarus *d.* §. *læsæ maiesta-* * *tis, num.* 12. *ver. fuit etiam, & in* §. *hæresis, num.* 17. †Contrarium, quod 16 etiam in iam natis habeat locum, communem * dicit Claud. *in l. si* * *quis id quod, num.* 14. *ff. de iurisdiction. omn. iudic.* Clarus *d.* §. *num* 12. Quarta pœna est; quia est intestabilis, & post mortem potest inquiri. Vide Conclusionem proxime sequentem.

Maiestatis læsæ crimen habet multa priuilegia, & specialia, & quæ Concl 13.

VNIVERSITAS †delinquens in crimine læsæ maiestatis po- 1 test condemnari, & etiam singulares delinquentes; imo etiam si esset vniuersitas condemnata, adhuc etiam singulares possunt condemnari. Alexand. *consil.* 13. *Consideratis, num.* 10. *& seq. ver. quinto præsuppono, lib.* 6. vbi, quod ita fuit seruatum Viterbij. †Ab- 2 sens pōt condemnari in crimine læsæ maiestatis. Bald. *consil.* 243. *Quidam nobilis, in princ. lib.* 1. Cuman. *consil.* 171. *Proponitur, quod duo*, communem * dicit Clar. §. *læsæ maiestatis in fin.* †Vide plene Capic. * 3 *dec.* 130. *nu.* 54. *& seq. ver. octauum dubium*, vbi ponit multa specialia in hoc crimine. † Mortuus potest condemnari in crimine læsæ 4 maiestatis, communem * dicit Clar. *d.* §. *læsæ maiestatis, num.* 16. *ver.* * *item licet*, vbi quod procedit in crimine contra Principem non recognoscente superiorem, & dummodo intra quinque annos post mortem; quia tanto tempore præscribitur; & ideo rebellis potest impune interfici, si probetur post mortem, quod esset re- * 5 bellis, vt ibi, vbi de * communi. †Memoria condemnati in crimine læsæ maiestatis potest damnari. Bald. *d. consil.* 243. *in princ. lib.* 1. & quomodo & qualiter procedatur. †Declara, vt procedat, quod 6 potest quis post mortem damnari in memoria, & etiam possunt bona eius confiscari, quando crimen est comissum contra Principem, & Rempublicam Romanorum; quia contra alias Respublicas morte extinguitur crimen. Baldus *consil.* 59. *Punctus, seu facti, lib.* 4. *per tot. & consil.* 59. *lib.* 1. Angel. *consil.* 223. *in princ.* com- * munem * dicit Clar. *in d.* §. *læsæ maiestatis, num.* 16. *ver. licet*, vbi, quod * contra Principem recognoscentem superiorem non potest damnari post mortem, etiam si extet decretum, prout in Duce Mediolani consuluit Ruin. *cons.* 3. *n.* 12. *& seq. lib.* 5. vbi dicit * commu- * nem, & alios citat. † Testabilis non est condemnatus in crimine 7 læsæ maiestatis; ideo testamentum ab eo factum non valet. Bald. *consil.* 243. *in princ. lib.* 1. †Declara tamen; quia restituto damnato 8 in crimine læsæ maiestatis ad memoriam, & bona etiam post mortem conualescit testamentum. Bald. *d. consil.* 243. *num.* 2. *ver.*

secunda

9 *secundo dubitatur, lib.1.* †Vide multa specialia congesta per Decian. *tract.criminal. part.2. lib.7. cap.37. num.14. & seq.* inter cætera *num.* 40. dicit posse incipi à tortura, etiam si indicia non præcedant tales, quæ sufficerent in aliis criminibus. † Confiscantur bona in omni crimine maiestatis, sed cum distinctione; quia in læsa maiestate contra non recognoscentem superiorem publicantur omnia bona etiam liberorum, & libertorum, & propria delinquentis; in eo autem, qui recognoscit superiorem, confiscantur bona delinquentis, & libertorum, sed si habeat filios, non publicantur bona liberorum. Alex. plene *cons.13. Consideratis, n.4. & 5. ver. secundo præsupponо, lib.6.* † Publicari, & confiscari possunt bona delinquentis in crimine læsæ maiestatis, etiam post mortem, quando crimen est commissum in Principem, & Rempublicam Romanorum, alias post mortem non potest fieri publicatio. Bald. *consil.* 59. *lib.4.* Ang. *cons.223. in pr.* secus in aliis casibus, nisi extent statuta ex concessione Cæsaris, vt ibi per Angel. Clar. *d. §. læsæ maiestatis, n.* 16. *ver. item licet.* Alexand. *consil.13. n.7. ver. sed si per sententiam, lib.6.*

12 † Sed tamen in vita fit confiscatio, quando est commissum crimen læsæ maiestatis in Vicarium Imperialem. Cum. *consil.153. Ad*

13 *primum respondetur.* †Si vero crimen non est contra Principem superemum, sed recognoscentem superiorem, non potest inquiri post mortem delinquentis, ita Clar. *d. §. læsæ maiestatis, n.16.* vbi dicit* communem, allegat Boer. *de seditio. n.20.* & Gig. *cod. tract. quæst.*

14 *6. per tot. n.24.* Roland. à Valle *consil.1. n.15. & seq. lib.3.* †Declara; quia licet crimen læsæ maiestatis incurrat, qui offendit Consiliarium Principis assistentem lateri, prout sunt Senatores Mediolani, si tamen Senator mittitur Potestas Cremonæ, licet sit Senator, non incurritur læsæ maiestatis in primo capite crimen, quando erit in officio absens, ita Rol. à Vall. *d. consil.1. lib.3 nu.23. & seq.*

15 †Contrarium, quod cadat crimen læsæ maiestatis in offensa prætoris ciuitatis habentis merum, & mixtum imperium, est text. *in l. ff. ad l. Iul. maiest.* Angel. Aretin. *inter crim. consil.51. num.29. & seq.* plene Catald. *cod. lo. consil.55. in princ.* vbi late, plene Decian. *lib.7.*

16 *c.5. nu.24. & seq. ver. superest,* vbi late plurimos allegat. †Extende; quia ante declarationem criminis læsæ maiestatis si moritur delinquens in læsa maiestate, non in primo capite, non potest sequi confiscatio, neque damnatio memoriæ, dicit Gig. *de crim. læsæ maiest. lib.2. quæst.25. n.3.* Jac. *in l. filio quæ pater, n.22. ff. de liber. & posthum.*

17 Crauett. *consil.239. nu.2.* Socin. Iun. *consil.68. n.59. lib.3.* †Restringe, quia declaratoria non est necessaria ad transferendum dominium, sed solum ad auocandam possessionem. Bero. *d. consil.176. num.91. lib.1.* Roland. *consil 8. n.8. lib.3.* Bursat. *consil.43. in primo du-*

18 *bio.* Gabriel. *de crim. con. l.11. n.8.* †Restringe; quia etiam potest post mortem inquiri de læsa maiestate, licet non in primo capite, quando vel delictum est notorium, potest sequi confiscatio. Specul. *tit. de accusatio. §.11. ver. quid si latr.* Angel. *in l. vnica. C. ex delicto defunct.* Curt. Sen. *consil.60. Abunde.* Menoch. *consil. 99. num.174. & seq.* & isto casu non requiritur citatio. Grammat. *decis.105. nu.13. &* 58. Bero. *consil.176. n.96. lib.1.* Peregr. *tract. de iur. fisc. lib.4. tit. 1. n.10.*

19 *& seq.* †Contrarium, quod imo requiratur sententia condemnatoria, Incert. author *de crim. læsæ maiest. quæst.1. n.22. cum seq.* vbi allegat Bald. & alios. †Idem, si fuit in vita delinquentis facta declaratio, quod esset delinquens in isto crimine, ita filii innocentes puniuntur, & patiuntur pœnam propter delictum patris in crimine

20 læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, & sic punitur innocens pro delicto alterius. Angel. *consil.63. Nobilis miles, nu.6. ver. illicitum autem.* †Declara, quia filii masculi soli damnantur, non autem fœminæ; quia non sunt promptæ ad vindictam. Angel. *consil.67. Mu-*

21 *nicipalis lege, n.1.* †Restringe; quia pœna in filios est iniqua, & non valet, & de consuetudine Italiæ est sublata. Roland. à Valle *consil.* 74. *n.20. lib.3.* allegat Angel. *in l. fallaciter. C. de abolition.* Socin. *consil.*

22 *275. volum.2. ver. confirmatur hoc, lib.2.* Alciat. *consil.467. n.6.* † Testes æquales sunt, siue fœmina, siue masculus, in crimine læsæ maiestatis. Angel. *consil.367. In quæstione vertente, n.11. ver. concludo igitur,* vbi, quod soli mulieri fuit data fides in coniuratione Catilinæ detecta. Bos. *de crim. læsæ maiestatis, num.111.* Declara, vt plene Bos. *de crim. læsæ maiestat. n.112. & seq.* vt admittantur omnes testes ad probandum delictum & adminicula, sine quibus non esset delictum,

24 secus quoad adminicula remota, & qualitates remotas. † Perdit illico administrationem bonorum reus huius criminis; ideo non potest se obligare, neque confiteri, & obligatio non valet in præiudicium fisci. Cuman. *consil.171. in fin.* plene Bos. *de crimin. læsa maiest.n.73.* vbi, quod inaduertenter loquuti sunt, qui dixerunt ipso iure confiscari, & citat plurimos, & quod perdat illico administrationem, late Gigas *de crim. læs. maiest. lib.2. de pœn. commiss. crimin.*

25 *læs. maiestl. q.23.* †Declara; qa licet perdat administrationem à die commissi delicti; non tamen perdit dominium, nisi à die sententiæ confiscationis, seu declarationis. Zabar. *consil.128. n.2. ver. it. in etiam,* ita Gigas *d. tract. lib.2. tit. de pœnis, quæst.25.* vbi multos pro vtraque parte, & ita declarat. †Contrarium, quod imo bona ipso 26
jure sint confiscata à die commissi criminis læsæ maiestatis, gloss. Joan. Andr. & Canonistæ, quos citat, & sequitur Corn. *consil.96. lib.4.* Bero. late *consil.76. n.94. lib.1.* vbi, quod propter crimen rebellionis ipso iure bona confiscantur, & declaratoria non est necessaria ad effectum confiscationis, quæ ipso iure est facta, sed bene ad effectum apprehensionis possessionis bonorum, *& num.* 101. *& seq.* & hanc partem tenet Menoch. *consil.99. nu.174. & seq.* & hanc partem tuetur Decian. *in tract. criminal. tom.2. lib.7. c.40. n.* 6. vbi pro vtraque parte hanc tuetur, tollit omnia contraria, & in fin. dicit * communem vere, si hinc inde authores numerentur. *

†Declara, nisi extet statutum aliter disponens, quia debet seruari. 27
Bos. *de crimin. læsæ maiest. num.74. & seq.* † Declara; quia siue sint 28
ipso iure, siue non, semper debet de delicto in vita constare, non post mortem, vt sit locus confiscationi ipso jure. Bos. *de crimin. læsæ maiest. num.76.* †Intelige declarationem in secundo capite, se- 29
cus in primo; quia in primo ipso iure adhuc commissi criminis, *l. penult. & l. fin. C. ad l. Iul. maiest.* secus si sumus in secundo capite, *l. final. ff. eodem tit.* & ita videtur tenere Decian. *tract. crim. n. tom.2. lib.7. cap.40. num.17. ver. sed ex quo,* vbi, quod bene valet statutum, quod etiam in secundo capite. †Bartolus vero *in extrauag. qui sint* 30
rebelles, in ver. rebellando, num.17. & s q. ver. item quæro, qui de dominio, dicit, quod dominium directum, & vtile, cum sit de iure gentium, retinetur; quia solum perdit ipso iure ea, quæ sunt iuris ciuilis; tamen ex quo potest interfici rebellis, & captiuus fieri, etiam bona sua possunt occupari; ideo si per sententiam condemnatio fiat, & omnia bona confiscantur, *& num.18.* dicit, quod circa feuda, & iurisdictiones rebellis priuatur ipso iure; quia licet sint introducta de iure gentium; tamen admixta iure ciuili; dicit tamen, quod quamdiu toleratur, valent gesta per eum; ideo in sententia bonum est expresse priuare, *put fecit Imperator de* Rege Ruberto, licet Papa cassauerit; quia non erat subditus Imperio, sed Ecclesiæ, *& n.19.* quod priuatur obedientia ipso iure; quia videtur facta obligatio sub conditione, nisi fiat rebellis, *& n.* 20. quod retinet ea, quæ sunt supra ius ciuile, prout ea, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, vel iuris Canonici, ea, quæ sunt iuris ciuilis, vel infra, prout statutorum, perdit; secus est in iuribus æqualibus ciuili iuri apud eos, qui de facto non recognoscunt Imperium. † Seruus pœnæ efficitur condemnatus rebellis in ci- 31
ne isto; ideo non potest ea, quæ sunt iuris, facere, neque obligare bona sua; quia sunt publicata. Cuman. *d. consil.171. per tot.* † Affect⁹ 32
punitur in crimine læsæ maiestatis, licet non sequatur effectus, communem* dicit Clar. *in §. læsæ maiestatis, num.15. ver. scias autem,* * vbi, quod imo sola scientia punitur. †Et sola scientia, & cogitatio 33
punitur ob atrocitatem criminis, quando est in primo capite, dummodo sit deducta ad actum ab extra, vt quia iurauit suum cogitatum, vel communicauit cum amicis, vel aliis. Castillio. *consil.* 10. *num.70. ver. circa secundam, vsque in fin.* † Sola assertio sufficit, 34
q sit commissum hoc crimen quoad processum, etiam si non sit vera, sed respectu decisionis causæ bene requiritur veritas delicti. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. asseritur,* vbi apostilla *in ver. asseratur,* dat concord. *& in ver. inquisitionem, num.29.* vbi, quod fama non præcedente potest procedi per accusationem, & inquisitionem, quocunque modo dicatur, vel asseratur. †Summarie po- 35
test procedi in hoc crimine de plano, sine strepitu, & figura iuditii, vt *in d. extrauag. ad reprimend.* vbi Bart in dictis verbis, *Summarie, de plano, &c.* quid importent; sed tamen idem Bart. ibi *in ver. posita, nu.25* dicit, quod valet processus, & si ordinarie procedatur; quia verbum, *Potest,* non importat necessitatem. †Accusatio admitti- 36
tur etiam per personas infames, seruos, viles, & mulieres; quia in hoc crimine est speciale. Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per accusationem, nu.24.* †Procedi potest per inquisitionem, quod 37
est speciale in isto crimine per *extrauag. ad reprimendum,* vbi Bart. *in ver. per inquisitionem, num. 29. ver. sed speciale est hic.* † Denunciatio 38
potest fieri à quocunque in isto crimine. Bart. *d. extrauag. ad repri-*
mend. in ver. per denunciationem, in princ. † Declaratio non est neces- 39
saria contra rebellem, & criminosum in læsa maiestate, licet contrarium sit regulariter. Vide Anto. Gabriel. *lib.7. tit. de crimin. concl.11. Crimen rebellionis, seu læsæ maiestatis.* † Judex in causa sua est do- 40
minus à vasallo offensus in hoc crimine, maxime, quando delictum est notorium, & contra subditos, vel quia insurgit dubitatio iurisdictionis, vel quia læsa est maiestas. Alex. *consil.13. num.12. ver. & ipsi etiam. lib.6.* † Testes minores, mulieres, infames, & alias 41
inhabiles admittuntur ad probandum hoc crimen. Mascard. *concl.462. p.r totam,* vbi declarat de minore pupillo cum authorita-

41 te tutoris.† Testes infames, qui alias repellerentur, admittuntur in crimine læsæ maiestatis, vt de Iudæo Gigas *de crimin. læsæ maiestat. lib. 2. quæst. 10. num. 4. Rubri. quomodo, & per quos.* Decian. *lib. 2. crimin. lib. 7. cap. 45. tit. de probat. nu. 4. & seq.* De inimico, *quæst. 2.* De
43 infami, *quæst. 3. & seq.* De singularibus testibus, *quæst. 8.*†De periu-
44 ro, idem Gigas *quæst. 11. lib. 2.* Decian. *lib. 7. part. 2. c. 45. n. 11.*† De minore, quod admittatur, & torqueatur. Gig. *q. 12. lib. 2.* Decian. vbi
45 supra *n. 12.*† De meretrice, *q. 13. lib. 2.* Decian. vbi supra *n. 13.*† De
46 Clerico, quod admittatur post mortem delinquentis, idem *q. 14.*
47 Decian. vbi supra *n. 14.*† De laico contra Clericum, idem *quæst. 15.* Decian. vbi supra *n. 15.* & de istis omnibus Mascard. *concl. 462. n. 13. & seq.* vbi, quod omnes prædicti infames contra Clericum admittuntur, si Clericus malæ famæ, alias non, quod necessario debet intelligi in crimine læsæ maiestatis in Principem Ecclesiasti-
48 cum, non autem laicum, cui non subest Clericus. † De seruo, & infami, q admittatur contra Clericum malæ opinionis, idem *q. 16.* Decian. vbi supra *n. 16.* cum declaratione, & de vasallo contra
49 dominum, Mascard. *d. concl. 462. nu. 12.*† De infami, vt admittatur,
50 idem Gigas *qu. 3.* vbi, quod non tamen est integra. †De accusato,
51 etiam pendente accusatione. Gig. *q. 4.* Decian. *lib. 7. c. 45. n. 5.*† De muliere, etiam si sit infamis, quod admittatur. Gig. *q. 6.* Decian. vbi
52 supra *n. 6.*† De socio criminis, idem Gig. *q. 7.* Vide etiam de istis omnibus per Mascard. *d. concl. 462. crimen læsæ maiestatis quo pacto pro-*
53 *betur.*† Declara: quia testes prædicti, qui alias repellerentur, non sunt integri. Gig. *qua. 3.* & minus, si plures defectus patiuntur, *q. 7.* & non admittuntur ad probandam qualitatem. Gig. *d. tract. quæst. 5.* Alexand. *consil. 11. num. 2. lib. 1.* Vide tamen Boss. *de hæret. n. 5. in fin.*
54 Mascard. *d. concl. 462. per tot.*† Et quod non sint integri infames, licet admittantur in hoc crimine. Decian. *l. b. 7. crim. part. 2. c. 45. tit. de probat. n. 4.* quod intelligas, quod admittuntur cum tortura, & si patiuntur alios defectus, vel sunt varii, repelluntur. Mascard. *d.*
55 *concl. 462. num. 28. & seq.*† Et quod vnus testis socius non faciat indicium ad torturam. Bertazzol. *consil. 157. num. 13.* vbi alios citat, sed bene vnus testis, qui de facto principali deponit. Mascard. *d.*
56 *concl. 462. num. 18. & 19.* † Et quod non conuincatur de delicto. Butri. *consil. 24. in fin.* Grammat. *consil. 45. num. 25.* Grat. *consil. 49.*
57 *num. 12. & seq. lib. 2.*† Repellitur tamen inimicus capitali inimicitia, & ei non creditur in crimine læsæ maiestatis, etiam sumpto Sacramento Eucharistiæ. Gigas *de crim. læsæ maiest. lib. 2. Rubri. quomodo, & qualiter probetur, quæst. 2.* vbi extendit, etiam si cum tortura. Decian. *d. tract. criminal. part. 2. lib. 7. cap. 45. tit. de probat. num. 19.* vbi extendit etiam post reconciliationem, plene Mascard. *d. concl. 462. num. 31. & seq.* vbi extendit, etiam si inimicus deponat hoc post confessionem, & in articulo mortis; secus si inimicitia non
58 esset capitalis, vide eum. † Et quod solus inimicus repellatur, & alii omnes admittantur; quia omnium est æqualis conditio. Boss.
59 *de crimin. læsæ maiest. num. 111.* † Et quod omnis testis admittatur in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, dummodo non sit inimicus, late Boss. *de crimin. læsæ maiest. num. 111.* & latius *tit. de hæretic. num. 5.* vbi, quod leuiores probationes sufficiunt, plenius Mascard. *dict. concl. 462.* vbi, quod etiam is, qui patitur plures defectus, non ad-
60 mittitur etiam cum tortura. †Declara tamen; quia prædicta procedunt, quando agitur de crimine læsæ maiestat. principaliter, & directe; secus si ageretur de qualitate probanda, vel adminiculis, ita Boss. *de crim. læsæ maiest. n. 112.* Decian. *lib. 7. c. 45. tit. de probat. n. 2.*
61 †Restringe; quia imo si plures defectus patitur testis, nec admit-
☞ titur in hoc crimine. Vide, *Testes habentes plures defectus repelluntur.*
62 *Concl. 218.*†De socio criminis, Decian. *lib. 7. part. 2. cap. 45. num. 7.* vbi declarat, & plenius Mascard. *d. concl. 462. num. 23. & seq.* vbi limitat, quando esset inimicus, vel pateretur alios defectus, &
63 quando est vnicus. † Socii criminis sunt idonei in hoc crimine læsæ maiestatis, & admittuntur, quando per alios non potest crimen probari. Alexand. *consil. 13. num. 14. ver. octauo, cum seq. lib. 6.*
64 †Extende, etiam si patiantur plures defectus, prout si sunt participes, vel socii criminis, & si etiam in rassent non reuelare, etiamsi
☞ accepissent pretium. Alexand. *d. consil. 13. num. 14. & 15. lib. 6.* Vide tamen contrarium *in v. r. Testes habentes plures defectus repelluntur.*
65 *Concl. 218.*†De testibus singularibus Decian. *d. lib. 7. cap. 45. num. 8.*
66 † Quod singulares testes probantes apparatus & gesta ad rebellionem iunguntur, vt probent. Ancharan. *consi. 277. num. 10. ver. non obstat secundum, & consil 439. num. 12.* Mascard. *d. concl. 462. num.*
67 *16. & seq.*† De fratre idem Decian. *num. 9.* Mascard. *concl. 462. num.* 8. de fratre contra sororem, & è conuerso, vbi etiam de filio con-
68 tra patrem, quod admittatur *num. 9.*†De Iudæo Decianus vbi su-
69 pra *num. 10.* † De pupillo Decian. vbi supra *num. 17.* † Examinati
70 non citata parte probant, quando occultum crimen non poterat sine periculo publicari. Ancharan. *d. consil. 277. num. 9. ver. ijs non obstantibus, & consil. 439. n. 11.* † Probatur per coniecturas crimen
71 læsæ maiestatis. Mascard. *d. Concl. 462. num. 20. & seq.* qui dicit, quod debent esse euidentes, & apertæ. † Contrarium, quod re-
72 quirantur liquidæ probationes. Bursat. *consil. 152. n. 22. lib. 2.*† Am-
73 plia; quia exequutio, & priuilegium concessum in probatione huius criminis, censetur concessum etiam pro defensione rei huius criminis. Cephal. *consil. 75. num. 49. & seq.* † Declara omnia
74 prædicta specialia in probatione læsæ maiestatis procedere, quæ ex facto commissa est; secus si solis verbis, discursu, & iactationibus. Crauett. *consil. 6. num. 1. num. 9. & num. 52.* quem sequitur Mascard. allegans alios *d. Concl. 462. num. 35. & seq.*

Maior pars multa operatur. Concl. 14.

MAIOREM† partem habens inter plures habet prærogatiuam, vt electio potius illi, quam alteri deferatur. Oldrad. *consil. 113.* per text. *in l. 2. in princ. C. quando, & quibus quarta pars deb. lib. 10. l. 2. C. de metatis. lib. 12.*† Extende; quia habens maiorem par-2 tem rei communis diuidendæ habet electionem. *d. l. 2. C. de metat. & epit. lib. 12.* Boer. *tract. de custod. clauium, n. 56.*† Amplia; quia ma-3 ior pars collegii, & vniuersitatis quod facit, omnes facere videntur, intellige in iis, quæ pertinent ad officium facientium, alias secus; quia in delictis, quod maior pars consulum, vel collegii facit, non obligat alios, nec vniuersitatem. Oldrad. *consil. 315. circa fin. n. 4. ver. sed idem.* Petr. de Anch. *consil. 10. n. 6. ver. & prædicta submissa,* vbi limitat etiam, quando maior pars non vteretur re ad vsum destinatum; quia non præiudicat aliis. † Extende; quia factum à 4 maiori parte dicitur factum in plena concordia, glos. *in cap. cum olim, in ver. plena, de re iudic.* cum aliis allegatis per Alex. *consil. 48. In causa, n. 3. ver. non obstat, lib. 7.* licet ibi *n. 6. ver. nec obstat,* dicat* com-munem in contrarium, quando dicitur, quod concorditer faciat, quia intelligitur, nemine discrepante. † Declara, vt non procedat 5 in compromisso, vel contractu; quia si debent tres arbitri concorditer laudare, non sufficit, quod maior pars laudet. Alexand. *d. consil. 48. num. 4. ver. quia ad hæc respondeo, lib. 7.* & sequitur Felin. *in c. non potest, num. 8. de re iudic.* vbi plene. Vide Incertum Author. post Reg. Socin. *Regul. 6. Actus factus per maiorem partem,* vbi limitat, nisi constet de mente contraria. † Amplia, quia regulare est, quod 6 quando aliquid competit pluribus, id obtinetur, quod fit à maiori parte, *l. quod maior. ff. ad municip.* Federic. de Sen. *consil. 1. in princ. ver. hoc præsupposito.* † Restringe hanc regulam in casu *l. Sabinus ff.* 7 *communi diuid.* vt melior sit conditio prohibentis cæteris paribus. †Et ideo maior pars non potest rem communem alteri dare vno 8 inuito, & sic vniuersitas, licet possit per maiorem partem facere, quod admittantur alii ad consilium; non tamen potest vno inuito communicare, quod non habens vocem habeat. Abbas *in sua quæst. 1. colum. 20. ver. non tamen puto.*† Item si habens partem æqua-9 lem ædificet, non compellatur, postquam præuenit in ædificio facto, illud tollere, *d. l. Sabinus. ff. communi diuid.* Federic. de Sen. *consil. 1. in princ. ver. sed illa regula.* Vide, *Prohibentis melior conditio impari causa, & quando secus. Concl. 893.* † Amplia; quia maior pars cre-10 ditorum remittendo partem debiti suo debitori obtinet, considerata maiori parte secundum cumulum maioris crediti. Feder. *d. consil. 1. in princ. ver. præterea dicit lex,* allegat *l. & suum. & l. maiorem. ff. de pact.* †Extende; quia maior pars creditorum habito respectu 11 ad quantitatem, & dummodo sint veri creditores, potest concedere dilationem quinquennalem debitori, inuita minori parte, dummodo omnes sint præsentes, vel vocati, & decretum superioris interueniat, alias secus. Angelus *consil. 213. Simon, & Iacobus, per totum,* quod est Collegii Perusini, & ita Alexand. *in l. ius gentium. §. hodie, num. 10. ff. de pactis.* Vide infra *in ver. Moratoria qualiter concedenda debitoribus. Concl. 383.* vbi requiritur, quod debitor sit paratus cedere bonis, ita plene Alexand. *consil. 205. Visis, in princ. lib. 2.*†Extende; quia potest maior pars respectu numeri credi-12 torum, vel quantitatis crediti remittere partem debiti debitori inuitis aliis, dummodo simul conuocati, *l. iuris gentium. §. hodie. l. maiorem. ff. de pactis.* † Contrarium, quod imo licet possit maior 13 pars concedere dilationem inuitis aliis; non tamen potest remittere partem debiti contradicentium. Jas. *d. l. ius gentium. §. hodie, num. 2. ff. de pact.* Alexand. *consil. 205 num. 2. ver. alia ratione. lib. 2.* Patis. *consil. 100. num. 3. lib. 3.* Afflict. *decis. 288.* † Declara; quia et-14 iam maior pars creditorum, quæ inuita minori parte potest concedere dilationem debitori, procedit in debito non iurato; secus si debitum est iuratum. Roland. à Valle, qui ita limitat *consil. 31. num. 15. lib. 2.* & quando est res deducta in iudicio. † Ratio au-15 tem, quare in iis, quæ spectant pluribus vt singulis, valeat maior pars, ex quo regula procedit solum in iis, q spectant, vt vniuersis,

est;

est; quia consensus maioris partis prodest etiam aliis. Vide Castr.
16 *consil. 281. Ad id, de quo quæritur, in fin. lib. 2.* †Declara, quod dicitur factum à maiori parte creditorum præiudicare aliis, procedit, quando omnes sunt conuocati; quia tunc factum à maiori parte præualet, & præiudicat aliis; secus si fiat singulariter à singulis; quia non præiudicat, nisi consentientibus. Alexan. *consil. 186. Visis subtilissimis, n. 7. in fin. ver. præterea si maior, lib. 2.* Vide plenius *in ver.*
17 *Moratoria qualiter concedenda debitoribus. Concl. 383.* †Amplia in pluribus iudicibus, siue ordinariis, siue delegatis, siue arbitris; quia valet, quod maior pars decreuerit aliis non contemptis, licet contradicentibus, *l. duo ex tribus, de re iudic. c. causam, de off deleg.* Feder. *consil. 1. n. 2. ver. præterea siue dicamus, & num. 3. ver. præterea ad hoc.*
18 †Amplia in præsentatione patronorum; quia si quis habeat dimidiam iuris patronatus, & alii decem habeant aliam dimidiam, attenditur præsentatio facta ab habente dimidiam, & ab vno ex decem alterius dimidiæ, quando illis decem competit, vt singulis, *c. Scriptum, cum ibi not. de elect.* Federic. *d. consil. 1. n. 3. ver. nam si*
19 *vno patrono.* † Amplia, vt idem sit in collatione beneficiorum competente pluribus; quia quod sit à maiori parte, valet. Feder.
20 *d. consil. 1. num. 3. ver. & hoc etiam declarat.* †Amplia, quia in actibus Vniuersitatis statur maiori parti contra minorem recusantem, *c. final. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Cap.* quod procedit, quando pro-
21 curatur vtilitas publica. Geminian. *consil. 55. in princ.* †Extende, vt procedat etiam in iis, quæ competunt singulis, vt singulis Canonicis de rebus spectantibus ad Ecclesiam; quia maior pars præfertur minori, *dict. cap. fin. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Abbas *in*
22 *consil. super Concilio Basiliensi in 1. dubio, col. 9. n. 12. v. ad prædicta.* †Declara, vt procedat, quando agitur de conferendo aliquid Ecclesiæ ex præbendis singulorum, & sic de re, quæ prouenit ab Vniuersitate; secus si agatur de conferendo aliquid de ꝓprio patrimonio; quia contradicens etiam vnus solus non potest compelli.
23 Geminian. *d. consil. 55. in fin. ver. nec obstat.* †Amplia; quia quod facit maior pars circa ligas, & colligationes plurium, etiam sine requisitione minoris partis, valet, quando conuentum est, quod valeat factum à maiori parte, maxime quando illud factum fuit intima-
24 tum minori parti. Angelus *consil. 269. Punctus est, anno Domini.* † Declara tamen; quia quod dicitur, factum à maiori parte valere, intelligitur, dummodo alii sint vocati, alias secus, nisi maior pars sit præposita, & magistra societatis; tunc enim valent gesta à ma-
☞ iori parte, non vocata minori parte. Angel. *consil. 269. per tot.* Vide, *Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Concl. 967.*
25 †Amplia, quia in diuisione faciendainter plures de re, quæ commodam diuisionem non patitur, præfertur is, qui habet maio-
☞ rem partem in ipsa re; quia ipsa debet gratificari. Vide, *Diuisio*
26 *qualiter fiat inter plures obligatos. Conclus. 539.* †Extende; quia si res communis est solita locari, & discordent, locatio debet fieri ab
27 eo, qui habet maiorem partem. †Extende multis casibus, de quibus Franc. Marcus *decis. 52. lib. 1. Quæritur, quando domus*, vbi declarat, & quod sit attendenda consuetudo; tamen maiorem partem
28 habens præfertur socio in multis. † Limita igitur; quia, quod maior pars de Vniuersitate facit circa collationem, vel remissionem proprii singulorum in iis, in quibus contradicens habet ius commune pro se, & non agitur de publica vtilitate, maior pars non præualet minori, sed contradicens non potest compelli. Ge-
29 minian. *d. consil. 55. num. 3. in fin. ver. præualet enim dictum.* †Limita; quia maior pars abutendo, vel delinquendo, aut vtendo re ad vsum non destinatum, non obligat, neque præiudicat minori parti. Petr. de Ancharan. *consi. 10. Videtur efficaciter, num. 6. ver. & per hoc*
30 *tollitur.* †Limita; quia vbi agitur de derogando statuto, vel ordinationi factæ à populo, maior pars non potest statuere contrarium, quando illa maior pars est vigore mandati, vel deputationis; quia tunc maior pars habentium mandatum non derogat facto à tota Vniuersitate; secus si maior pars Vniuersitatis faceret per se, non per ministros. Fulgos. *consil. 170. per tot.* vbi ita distin-
31 guit, maxime *in ver. in oppositum.* †Limita; quia quod dicitur, illud, quod sit à maiori parte, habetur, ac si omnes fecissent, non est per veritatem, sed per similitudinem, & fictionem; ideo non suffragatur, quando esset conuentum de seruando illud, quod omnes declarabunt, vel illud, quod electi concorditer laudabunt; quia tion sufficit maior pars. Alexand. *consil. 124. In causa, & lite, in princ.* & maxime *num. 2. ver. & ideo dicit Ioannes, lib. 2.* vbi, quod verbum,
☞ *Concorditer*, importat idem, quod nemine discrepante. Vide, *Arbitri plures qualiter pronunciare debeant, & valeat sententia. Concl. 464.* Vide, dictio, *Concorditer*, quid importet, & qualiter intelligatur. *Concl. 419.* Vide, *Iudices plures dati simul qualiter iudicare debeant. Con-*
32 *clus. 419.* † Extende; quia in iis, quæ debent fieri concorditer ab Vniuersitate, vel Capitulo, debet intelligi nemine discrepante,

alias esset concorditer factum improprie; & vbi proprietas verborum attendi debet, vel quando sumus in materia stricta, prout in contractu, semper verbum, *Concorditer*, intelligitur, nemine discrepante. Alex. *d. consil. 124. num. 2. & 3. lib. 2.* Vide, *Concilij maior pars repræsentat totum Concilium. Concl. 554.* Vide, *Electio à maiori, & saniori parte facienda. Concl. 65.* Vide, *Electio à maiori parte debet fieri. Concl. 66.* Vide Conclusionem proxime sequentem. †Limita sex 33
modis, de quibus Socin. *in Regul. 2. Factum à maiori parte regulariter ab omnibus factum censetur*, vbi limitat sex modis.

Maior pars nihil operatur multis casibus. Concl. 15.

EMPHYTEVTA † plurium dominorum non potest alienare, 1
licet habeat consensum maioris partis dominorum, saltem respectu portionis illius, qui contradicit; quia tenetur vendere ratam suam domino pari pretio habito respectu ad ratam totius integri pretii. Oldr. *consil. 34. Quæstio talis est.* †Amplia; qa electio 2
licet dicatur spectare ad Capitulum; tñ non potest Capitulum compromittere electionem, vno Canonico contradicente, quia interest solius Canonici vti illa voce per seipsum. Lap. *alleg. 51. n. 13. ver. ita dicimus, ꝙ licet.* Lap. *alleg. 79. In Dei nomine, n. 4. ver. item licet.* †Amplia in casu, quando collatio spectat ad Episcopum, & Capi- 3
tulum simul; quia licet Episcopus habeat dimidiam collationis, & Capitulum aliam dimidiam, non tamen valet collatio Episcopi cum duobus, vel tribus Canonicis, tanꝙ à maiori parte facta; quia duo, vel tres Canonici non habent jus, nisi in Capitulo, & capitulariter. Feder. de Sen. *consil. 1. per tot.* vbi est casus consilij; secus si vt singulis, & non capitulariter competeret ius, & hanc esse communem* dicit apostl. ad Roma. *consil. 366. Quæritur, in fin. in ver.* *
Hostien. allegat Jason. *in l. iuris gentium. §. fin. col. pen. ver. secunda conclusio. ff. de pact. cum alijs concord.* †Contrarium, ꝙ imo ex quo Epi- 4
scopus habet dimidiam collationis, sufficit, quod vnus, vel duo de Capitulo adhæreant ipsi Episcopo. Hostiens. *in cap. postulasti, de conces. præbend.* Roman. *consil. 366. Quæritur, in fin.* allegat Jo. Andr. *in c. vnico, ne sede vacan. lib. 6.* †Amplia; quia maior pars in abuten- 5
do, vel delinquendo, vel non disponendo ad vsum destinatum non præiudicat minori parti, nec etiam singulari personæ. Petr. de Ancharan. *consil. 10. Videtur efficaciter, nu. 6. ver. & per hoc tollitur.* †Amplia in pluribus Vniuersitatibus, & villis, quæ subeunt onera, videlicet secundum antiquam consuetudinem quælibet pro rata; quia maior pars non potest alterare formam taxatam inuita minori parte. Anchar. *consil. 67. Querela exposita, num. 6.* †Declara; 7
nisi euidens communis vtilitas, & superioris authoritas intercederet. Anchar. *d. consil. 67. nu. 6. ver. item pro hoc.* †Amplia; quia ma- 8
ior pars Vniuersitatis, vel Collegii non potest contra minorem, etiam vno solo contradicente, in ijs, quæ facta semel expirarunt, & finem habuerunt; quia si maior pars vult renouare actum finitum, vno contradicente non potest. Castrens. *consil. 228. Quæritur primo, col. fin. ver. quoad tertium, lib. 2.* quod est Romani, allegat text. *in authen. de defens. ciuit. in fin.* Rom. *consil. 352. Quæritur primo, n. 10. & seq. ver. quoad tertium*, vbi apostill. *in ver. singularem*, dat concord. secus, si nullus contradicat, apostil. ad Roman. ibi *ver. vno contradicente.* † Extende; quia maior pars non potest statuere contra mi- 9
norem in illis, in quibus minori parti est ius quæsitum, sed vno contradicente nihil disponit. Castr. *d. consil. 228. col. fin. ver. secundo aduertendum, lib. 2.* quod est Romani *consil. 352. n. 11. ver. secundo. & n.* 14. allegat *l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. facien.* †Extende; quia si 10
vniuersa Communitas aliquid statuit, non potest postea maior pars statuere contra illud, sed vno contradicente impeditur; sicuti etiam si maior pars vellet contra ius statuere, non posset vno contradicente. Bald. *in l. veterem. C. de auth or. præstan.* quem sequitur Castr. *d. consil. 228. in fin. ver. secundo aduertendum, lib. 2.* & Rom. *d. consil. 352. num. 12.* vbi apostill. *in ver. non potest*, vbi citat pro vtraque parte, & declarat, vt per Felin. *in c. cum omnes, de constit. col. 10. ver. secundo fallit.* †Extende; quia maior pars non potest vno con- 11
tradicente tollere ordinationem factam in honorem Ecclesiæ. Castr. *d. consil. 228. in fin. lib. 2.* Rom. *d. consil. 352. n. 13. ver. quarto.* †Ex- 12
tende, vt idem sit; quia maior pars non potest statuere aliquid contrarium iuri minori contradicente parte. Castr. *d. consil. 228. prope fin. ver tertio.* & Rom. *d. consil. 352. n. 12. ver. tertio.* †Contrarium 13
gl. *in c. cum inter Canonicos, de elect. in ver. aliam*, vbi, quod Prælatus si dignus reperitur, eligi debet in Ecclesia; si tamen maior pars eligat de aliena Ecclesia minori contradicente parte, præualet electio à maiori parte contra ius. †Declarat Rom. *consil. 366. Quæri-* 14
tur, n. 6. ver. ex ijs manifestatur, vt procedat extensio, quod minor pars præualeat, quando prius totum Capitulum, vel Concilium statuit aliquid, de cuius exequutione agitur; quia maior pars

contradicens minori succumbit, & dicit glo. hoc casu non obstare, quasi obstet alio casu. † Declarat seipsam gloss. prædicta *in cap. cum inter Canonicos, in ver. aliam, in fin. de elect.* vt prævaleat, quando pars maior de aliena Ecclesia, & sic contra jus quæsitum omnibus illi renunciauit eligendo magis dignum. † Declarat totam istam materiam; quia in iis, quæ competunt pluribus, vt singulis, nihil releuat maior pars; quia vno solo contradicente nihil potest fieri; secus in iis, quæ ad plures spectant, tanquam vniuersos, quia regulariter statur maiori parti. Castrensis *consil. 281. Ad id, de quo quæritur, lib. 2. in fin.* † Est tamen casus particularis, in quo id, quod spectat pluribus, vt singulis, maior pars potest, *l. iuris gentium, §. final ff. de pact.* vbi, quod est casus specialis; quia consensus maioris partis prodest etiam aliis. † Extende; quia quod dicitur de Vniuersitate, cuius in spectantibus ad Vniuersitatem potest maior pars præiudicare minori, & in iis, quæ spectant vt singulis, non vt vniuersis, vt est text. *in c. final. de iis, quæ fiunt à maiori parte,* tamen non procedit in iis, in quibus est ius quæsitum; quia tunc maior pars non potest illud ius quæsitum tollere inuita minori parte, & contradicente; secus si non contradiceret. Roman. *consil. 352. num. 13. in fin. & num. 14. ver. aduertat Sacra Synodus,* vbi apost. allegat *in ver. tollere,* eundem Roman. *consil. 37. num. 2. & consil. 52. ante fin.* † Extende; quia imo si periculum sit in mora, vt quia labatur tempus ad eligendum, & maior pars non curat venire, potest minor pars se congregare, citare maiorem partem, & si non veniat, valebit factum à minori parte, etiam si minor pars consistat in vno. Roman. *d. consil. 352. num. 15. ver. & igitur.* † Extende; quia licet Princeps possit tollere contractum inter subditos de plenitudine, & ex causa, & sic Vniuersitas habens jura Principis; tamen hoc habet locum, quando omnes de Vniuersitate consentiunt nemine contradicente, alias secus. Roman. *d. consil. 352. num. 16. ver. portio si dicatur.* † Et quando totum Concilium aliquid ordinauit, exequutio potest fieri à minori parte, etiam si maior pars contradicat; quia actus attribuitur ordinanti, non exequenti. Roman. *consil. 366. Quæritur, in princ.* vbi apost. *in ver. attribuitur, c. cum nobis, de elect.* vbi, quando maior pars se facit alienam ab ordinatis à toto Capitulo, non prævalet. † Extende; quia imo maior pars contradicens minori violenti exequi ordinem totius Vniuersitatis, seu Concilii habetur pro consentiente. Roman. *d. consil. 366. n. 3. ver. tertio non est dubium* allegat multa iura, in specie gloss. *in c. 1. 45. distinct.* † Amplia; quia licet dispositio requirens, vel disponens aliquid debere fieri concorditer, secundum aliquos importet maiorem partem populi; tamen veritas est, quod est necessaria concordia totius populi, & Vniuersitatis, vt verbum, *Concordes,* verificetur. Roman. *consil. 512. Quoad primum, nu 11. ver. quoad quartum.* † Contrarium dicit Alexand. *consil. 224. In re tam graui, num. 2. & seq. lib. 6.* vbi, quod propter facilem hominum discordiam non valeret tale statutum, quo debeant concorditer omnes concurrere. Vide, *Discordia facilis est. Concl. 454.* Amplia sex modis, de quibus Socin. *in Reg. 2. Factum à maiori parte.*

Maior facit cessare minorem, & in quibus. Conclusio 16.

MAIOR † facit cessare minorem, vbi concurrunt. Vide, *Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl. 435.* † Amplia; quia cognitio causæ inter prætendentes i nuestituram à maiore, vel Principe superiore, prout à Papa, & ab inferiore, vt ab Episcopo, debet fieri coram supremo Præcipe quoad petitorium. Bald. *consil. 94. Mortuo Gregorio, in fin. lib. 3.* † Extende idem, si agatur de inuestito ab Imperatore & alio inferiore; quia cognitio debet esse Imperatoris. Bald. *d. consil. 94. in fin. lib. 3.* † Limita quoad possessorium; quia cognitio possessorii potest fieri coram quocumque inferiore, non attento, quod vnus prætendat ius à superiore, alter ab inferiore. Bald. *d. consil. 94. in fin. lib. 3.* Vide, *Lumen maius offusa at minus. Concl. 458.*

Maior, & senior pars quando dicatur. Concl. 17.

MAIOR † pars dicitur respectu numeri. Joan. de Anan. *consil. 62. colum. 3. ver. circa secundum.* † Senior pars dicitur respectu authoritatis, zeli, & meriti. Joan. de Anan. *d. consil. 62. col. 3. ver. circa secundum.* † Authoritas importat constitutos in maioribus ordinibus, antiquitatem, seu prioritatem, ordine, ætate, institutione, & ordinatione. Joan. de Anan. *d. consil. 62. col. 3. ver. circa secundum.* † Zelus respicit, seu consistit in carnalitate, nimia familiaritate, corruptione, affectione, intentione, & odio ad Deum. Ioan. de Anan. *d. consil. 62. colum. 3. ver. circa secundum.* † Meritum consistit in moribus, scientia, & vita. Joan. de Anan. *d. consil. 62. col. 3. ver. circa secundum.* † Declara; quia ista omnia, videlicet authoritas, zelus, & meritum, considerantur tam in eligentibus, quam in electis, vt possint considerari tanquam requisita ad saniorem partem. Joan. de Anan. *d. consil. 62. col. 3. ver. circa secundum,* vbi, qualiter fiat collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, & de aliis. † Sed tamen vbi duæ partes ex tribus concurrunt, tunc zelus, meritum, & authoritas minoris partis non habetur in aliqua consideratione, *cap. si quando, de elect. in 6.* Abb. *in cap. Ecclesia vestra, num. 13. ver. distingue in hac materia, de election.* vbi, quod si duæ partes ex tribus, vel etiam si major pars in magno numero facit, non habetur ratio zeli, neq; sanioritatis, neq; meriti, sed tunc præsumitur maior, & senior, licet contrarium possit probari. † Hinc dicimus semper electionem Papæ esse purificatam à maiori, & saniori parte; quia duæ partes ex tribus debent concurrere, *c. licet de vitanda, de elect.* vbi est speciale, quod concurrant duæ partes ex tribus, quia non potest haberi recursus ad superiorem, vt habeat respectum ad saniorem, quæ cessat, quando duæ partes ex tribus consentiunt. † Vide tamen; quia regula est in contrarium; quia imo non valet statutum, quod maior pars in actibus Ecclesiæ genendis non sufficiat, *c. 1. de iis, quæ fiunt à maiori parte Cap.* Alex. *consil. 224. In re tam graui, num. 5. ver. accidit etiam, lib. 6.* Vide, *Electio à maiori, & saniori parte debet fieri. Concl. 65.*

Maiora expressis quando includantur, vel non, ex clausula generali. Concl. 18.

CLAVSVLA † generalis post expressionem specificam numquam includit maiora expressis, *clem. fin. de procurat.* † Amplia; vt procedat, siue dispositio sit odiosa, siue fauorabilis. Geminian. *consil. 65. nu. 4. ver. non obstat, si dicatur.* † Et ideo dispositio loquens de laicis, & aliis cuiuscunque conditionis, & status non extenditur ad Clericos, & alios religiosos in eorum præiudicium. Geminian. *d. consil. 65. num. 4. ver. nec obstat, si dicatur.* † Limita, quando dispositio est generalis, & exprimit speciem per modum implicationis; quia includit etiam diuersum ab expresso, licet sit maius, vt si dispositio generaliter loquens subiungat; *etiam si laici cuiuscunque dignitatis,* tunc includit Clericos necessario. Gemin. *d. consil. 65. nu. 7. ver. restat respondere, & nu. 8.* quod maxime procedit, quando necessario maiora expressis veniunt; quia alia species diuersa non includeretur ex dictione, *etiam.* Vide, *Mandatum quando dicatur speciale propter clausulam generalem, vel alias. Concl. 51.*

Maioritas quid sit, & quid importet. Concl. 19.

QVID † sit maioritas, & quid importet, Vide Gemin. *consil. 81. n. 2. ver. quarto apponit,* vbi, quod maioritas attenditur, & dicitur de vno ad alium, respectu diuitiarum, nobilitatis, vel potentiæ. † Aliquando tamen secundum verba sequentia maioritas importat iuris dictionem, & coercionem. Geminian. *d. consil. 81. ver. quarto.* † Aliquando maior intelligitur ætate, nisi verba repugnent, quia verba potius de naturali maioritate, q̃ de accidentali, vel ficta intelligitur. Alexand. *consil. 4. Ponderatis, n. 2. & seq. ver. modo sic, lib. 5.* † Aliquando maior intelligitur quantitate, numero, vel mensura, prout dicimus de summa; quia minor inest maiori, & de similibus. Vide, *Summa maior continet minorem, & quando secus. Concl. 885.* † Aliquando intelligitur secundum qualitatem, de qua agitur, vt si agatur de doctrina, de authoritate, de sanctitate, prout in Euangelio: *Non surrexit maior Ioanne Baptista inter natos mulierum.* Vide, *Magna res, & parua quomodo discernatur. Concl. 4.*

Maioratus priuilegia multa. Concl. 20.

MAIOR † natu inter plures fratres, vel æquales dicitur dignior; ideo apud eum debet esse custodia Scripturarum communium. Vide, *Instrumenta, & Scripturæ penes quem, & c. Concl. 260.* † Extende idem in duob⁹ Notariis rogituum communium; quia apud maiorem natu sunt custodiendi. Boer. *in tract. de custod. clauium, num. 63.* † Extende in libris rationum. Boer. *d. tract. de cust. clauium, nu. 63.* † Amplia; quia inter plures dominos castri claues debent custodiri apud maiorem natu. Boer. *d. tr. de custod. clauium, n. 63.* † Amplia; quia inter plures fratres, vel consortes Scripturæ communes apud maiorem custodiuntur. Vide, *Instrumenta, & Scripturæ penes quem consortum conseruentur. Concl. 260.* Vide, *Primogenitura in successione Regni quare inuenta. Concl. 653. & Concl. ibi prox. seq.*

Maiorum appellatione qui veniant, vel non. Concluſ. 21.

1 MAIORVM † appellatione proprie ſumpta tantum continentur ij, qui ſunt vltra tritauum. Oldrad. *conſi.25. Thema tale eſt, aliquis, ver. maiorum.* vbi circa fin. *ver. ad ſecundum*, dicit, quod etiam verificatur in patre, & auo. Angel. *conſil.268. Statutum Dalmatiæ, in* 2 *princ.* qui dicit hoc verum de propria ſignificatione. † Declara; qa proprie aſcendentes ſuper tritauum dicuntur maiores, tritauus vero, & alii deinceps dicuntur parentes, & ideo ſtante ſtatuto, q̃ ſuccedant illi de parentela, à quibus bona defuncti prouenerunt, id intelligendum eſt vſque ad tritauum; quia alii non ſunt pro- 3 prie de parentela, ſed maiores: Angel. *d. conſil.268. per tot.* † Amplia, quia lex inducit affectionem, & intereſſe affectionis in iis, q̃ fuerunt maiorum ſuorum, & propterea minor, ſi alienauit talia, reſtituitur in integrum, vt recuperet ea, reſtituto pretio, abſq; alia probatione læſionis, *l. ſi in emptionem*, vbi gloſs. *in ver. maiorum. ff. de minor.* vbi Bald. & alij. Dec. *conſil.403. col. pen.* Corn. *conſil.184. lib.3.* 4 Alex. *conſil.67. lib.5.* † Declara, vt procedat ſolum in domibus, & ædificiis, in quibus maiores noſtri fuerunt ſoliti habitare, & retinere ſtatuas progenitorum, vt poſteri præclara geſta auorum ſuorum intuentes accenderentur, & animi eorum eleuarentur ad præclara peragenda, *l. quæ tutores. ff. de adminiſt. tutor.* gloſs. *in l. quo-* 5 *tiens. C. de fideicomm.* ſecus in aliis, in quibus ratio non mil tat. † Limita; quia tranſuerſales non veniunt appellatione maiorum, quantumcunque ſint antiqui, ſed ſolum aſcendentes à tritauo ſupra, *l. iuriſconſultus, ff. de grad.* Alexand. *conſil.4. col.1. lib.4.*

Mala fides defuncti, vel authoris, quando noceat hæredi, vel ſucceſſori, vel non. Concl. 22.

1 MALA † fides defuncti nocet hæredi, & filio, vt non poſſit præſcribere. Joan. de Imol. *conſil.73. num.4.* vbi loquitur in filio, & *num.7.* loquitur in hærede, & Caſtr. *conſil.258. Viſo puncto, col.2. ver. breuiter, lib.2.* Abb. *conſil.32. Videtur primo, col.2. ver. nunc pro ſolutione, & conſil.76. in fin. lib.1.* Angel. Aretin. *conſil.13. Videtur primo, num.10. & ſeq. ver. præterea.* Alexand. *conſil.89. Viſo puncto, num.8. ver. & mala fides, lib.2. & conſil.63. Stantibus, num.11. ver. hoc præſuppoſito, lib.4.* vbi plurimos allegat, & *conſil.172. In cauſa & lite, n.23. ver.* ☞ *quia reſpondeo, lib.6.* Vide, *Fides mala authoris quando præiudicet ſucceſſori, vel non. Concl.339.* Vide, *Præſcriptio non procedit ſine bona fide, & qs di-* 2 *catur bona fides, vel mala fides. Concl.521.* † Extende, vt procedat tam in reali, q̃ in perſonali præſcriptione. Alex. *d. conſ.63. Stantibus. n.7. ver.* 3 *& primo, & n.11. cum ſeq. ver. & præſuppoſito, lib.4.* † Extende; quia filius, qui eſt in poteſtate patris, non poteſt incipere præſcribere titulo pro hærede, neq; titulo pro ſuo, & ideo mala fides defuncti tranit ad filium. Caſtr. *conſil.158. Viſa ſuprædicta, n.2. ver. ſed quarto, & d. conſil.258. Viſo puncto, col.2. in fin. lib.2.* Alex. *conſil.213. Viſo, & opportune. num.12. & ſeq. ver. Stante ergo, lib.2. & conſil.6. Circa proceſſum,* 4 *num.18. ver. item reſpondeo, lib.3.* † Declara, niſi defunctus haberet titulum bonum, licet ſine effectu propter malam fidem; quia poteſt filius vti ipſo titulo particulari, & cum eo etiam bona fide præſcribere. Caſtr. *d. conſil.158. col.2. circa med. ver. ſed reſpondetur, lib.* 2. dummodo non vtatur adminiculo temporis lapſi cum patre, ſed incipiat à ſeipſo, vbi, quod imo titulus putatiuus patris relet, ſi allegetur, & per aliquas coniecturas probetur. † Et procedit declaratio in quocunque hærede, qui non nititur ex titulo, q̃ ſit hæres, ſed ex titulo emptionis; qu a tunc mala fides defuncti non nocet. Alexand. *conſil.39. Viſis Scripturis, col.2. in princ. n.1. in fin. & num.2. ver. nec obſtat, ſi dicatur, lib.2.* vbi, quod debet prius conſtare de mala fide defuncti, antequam dicatur, quod tranſeat ad hæ- 6 redem. † Extende; quia regulariter mala fides defuncti, quæ impedit præſcriptionem, tranſit in eius hæredem, vt eſt magis* communis opinio. Iaſ. *in l. Pomponius, §. cum quis, nu.22. ff. de acquir. poſſeſſ.* Franc. Balb. *de præſcript. in 3. part. princ. quæſt.10. nu.11.* vbi, quod non habet dubium; quia hæres eſt ſucceſſor etiam vitiorum; quia eadem eſt perſona, apoſtill. ad Roman. *conſil.201. Pro deciſione, n.5. in* * *ver. falſum*, vbi infinitos citat de communi, & magis * communi atteſtantes. Ant. de Butr. & Abb. *in c. ſi diligenti, de præſcript.* & ideo ſicut defunctus malæ fidei non præſcriberet; ita neque illius hæ- * res poteſt præſcribere, *d. c. ſi diligenti*, vbi communem* dicit, pro- * ut communem* dicit Balb. *de præſcript. in 2. part. 3. par. princ. quæſt.12. n.12.* vbi, quod ab ea in iudicando non eſt recedendum. Neguſ. *de pignor. in 2. memb. 6. part.* Caſtr. *d. conſil.258. Viſo puncto, col.2. ver. breuiter, lib.2.* Abb. *d. conſil.32. col.2. ver. nunc pro ſolutione, lib.1.* Vide, *Præ-* ☞ *ſcriptio non procedit ſine bona fide, & quis dicatur bonæ fidei, vel malæ fidei. Concl.521.* † Et quod mala fides defuncti de jure ciuili tranſeat ad 7 hæredes. Abb. *conſil.3. Nitar, colum.12. in fin. & colum.13. in princ. ver. item, & melius, lib.2. & in ver. decimaſexta, & conſil.19. colum.2. ver. ſi ergo filius, lib.2.* vbi dicit, quod de jure ciuili nullam habet difficultatem, & quod iſta ſit magis * communis opinio. Alexand. *conſil.* * *4. Videtur inſpectis, num.21. ver. & dato, quod tantum, colum. penult. lib.2.* vbi, quod de jure Canonico vniuerſalis hæres teneatur exonerare animam defuncti, *c. fin. de ſepult.* Alexand. *conſil.172. num 23. lib.* *6.* vbi apoſtilla *in ver. hæres*, dat concord. † Extende; quia quod de- 8 citur de hærede, procedit etiam in Succeſſore in Regno, Comitatu, vel Ducatu, aut alio feudo dignitatis; quia Succeſſor habet jure hæreditario. Abb. *d. conſil.3. colum.13. ver. ſucceſſores enim, lib.2.* † Declara, ſeu reſtringe; quia verum eſt, quod mala fides authoris tranſit in hæredem quoad hoc, ne poſſit jungere ſuam præſcriptionem cum præſcriptione defuncti, ſed bene poteſt incipere ipſe præſcriptionem, cum ſit in bona fide. Joan. de Imol. *conſ.44.* *num.4. & conſil.46. num.2.* Bald. *conſil 372. Factum ſic proponitur, lib.* *2. in fin.* Alexand. *conſil.110. Viſis acutiſſimis, num.7. lib.1.* vbi apoſtilla ſequitur hanc partem *in ver. poteſt*, allegat Alexand. *conſil.39. lib.2.* qui *num.2.* dicit * communem, & quod contraria communiter* * * reprobatur. Caſtr. *conſil.158. lib.2. per tot.* † Contra declarationem 10 tenet Fel. *in c. ſi diligenti, de præſcript.* vbi dicit magis * communem, * *num.6.* quod etiam ſi hæres eſſet in bona fide, & vellet incipere præſcriptionem à ſe ipſo, non à defuncto, non poteſt Roman. *conſil.201. ant. ſi.* Abb. *d. conſil.3. quæſt.14. lib.2.* Calcan. *conſil.26. col. final.* Gurt. Jun. *conſil.177. col. fin. & conſil.181. col. fin. num.9.* vbi de magis * communi. Ruin. *conſil.143. num.12. & ſeq. lib.4.* Caſtr. *conſil.76. n.* * *4. lib.2.* Neguſ. *de pignor. in 2. membr. 6. partis, num.23.* Alexand. *conſil.* *4. & conſil.99. lib.2.* Caſtr. *conſil.258. Viſo puncto, col.2. ver. breuiter, lib.* *2.* Ruin. *conſil.40. nu.17. & ſeq. lib.1.* vbi dicit magis * communem. * Abbas *conſil.32. col. fin. ver. nunc pro ſolutione, lib.1.* † Imo plus, quod 11 hæres, licet ſit bonæ fidei, condemnari debeat ad fructus, prout condemnaretur defunctus malæ fidei, quia mala fides eſt tranſuſa in hæredem, q̃ tenetur exonerare conſcientiam, & animam defuncti. Alexand. *conſi. 63. lib.4.* † Declara; quia mala fides de- 12 functi nocet indiſtincte hæredi vniuerſali; qa ad eum tranſeunt omnia vitia, etiam ſi velit incipere à ſeipſo præſcriptionem propter bonam fidem; quia non poteſt. Balb. *de præſcript. in 3. part. pr.* *in materia bonæ fidei, quæſt.12. num.3.* & plenius *num.12.* vbi communem* dicit contra Dynum, & tam in reali, quam in perſonali, & * quod iſta ſit magis communis* opinio, etiam ſi velit hæres ex ſua * perſona incipere præſcriptionem. Curt. Iun. *conſil.181. num.5. ver.* *nec obſtat, ſi quiſquam*, & plenius *conſil.311. num.35. & 36. ver. confirmantur præmiſſa*, vbi, quod magis * communis opinio, vbi, quod * reprobatur Dynus in hoc, & Alexand. *conſil.3. Ex iis, in fin. lib.5.* dicit magis * communem, infra *n.25.* † Declara alio modo; quia ma- * 13 la fides authoris in reali tranſit in ſucceſſorem, in perſonali ſecus, quia poteſt ſucceſſor pro ſuo poſſidere, & ſic habere bonam fidem, & præſcribere, ita Ægid. Bellamer. *conſil.10. n.21. in fin.* vbi de communi. * † Contrarium, quod in reali, & in perſonali tranſeat. * 14 Franc. Balb. *de præſcript. part.3. princ. in materia bonæ fidei, quæſt.10. nu.* *12. f.67. tom.17.* † Declara alio modo; qa mala fides authoris tranſit 15 in ſucceſſorem ſcientem malam fidem; ſecus ſi ignorat, communem* dicit idem Ægid. *d. conſil.10. num.25. ver. ſecundo oppones*, & * clarius, *num.37. & ſeq. ver. ſed oppones*, vbi etiam enumerat cauſas ſcientiæ, & dicit *num.38.* procedere non obſtante quocunque lapſu temporis, etiam ſi per mille manus tranſiſſet. † Declara, vt p 16 Capic. *plene deciſ.4. num.10. & ſeq.* vbi *num.13. & ſeq.* dicit veriorem eſſe, quod hæres non præſcribit, etiam ex perſona ſua, quando eſt vniuerſalis; quia mala fides defuncti tranſit in eum, eo quia tenetur exonerare animam defuncti; ſed in alio ſucceſſore vniuerſali, qui non eſt hæres, prout in Prælato, & ſimilibus, tunc bene præſcribit ex perſona ſua, & quod in Capitulo, & Vniuerſitate dicit idem, mortuis illis, qui habuerunt malam fidem, & idem tenet Abbas *conſil.19. num.1. lib.2.* Roman. *conſil.201. num.5.* dicit * eſſe communem, & ibi apoſtilla *in ver. dignitate.* Alex. *conſil.* * *63. num.11. & ſequent. lib.4.* & infra *num.25. & 28.* † Contrarium 17 declarando tenet Caſtrenſis in eo, qui eſt malæ fidei emptor, ſed habet bonum titulum emptionis; quia ex illo titulo poterit hæres bonæ fidei præſcribere, & contraria procedunt, quando hæres non habet, niſi titulum pro hærede; quia iſte titulus facit repræſentare in totum defunctum; ſed titulus particularis bene iuuat, vt poſſit incipere præſcriptionem decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes ex perſona ſua. Caſtrenſis *conſil.158. in principio, verſicul. ſed tertio, lib.2.* & ita etiam tenet Socinus *Regul.40. Succedens in iuribus Defuncti.* † De- 18 clarat Caſtrenſis *conſil.76. In facto iſto, in fin. ver. quarto, & vltimo,*

lib. 2. quia singularis successor eius, qui est malæ fidei, non præscribit decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, sed requiruntur triginta anni, *auth. mala fidei. C. de præscript. long. tempor.* & hoc, quando dominus, contra quem præscribitur, ignorauit venditiones factas à malæ fidei possessore, si vero is, contra quem allegatur præscriptio, sciat alienationem factam per malæ fidei possessorem, singulari successori bonæ fidei, tunc seruatur ius antiquum, vt præscribat decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, & clarius repetit *consil.* 158. *Visa supradicta, in princ. co-*
19 *dem lib.* 2. † Declarat plenius Couarr. *in* 2. *parte relectio. c. possessor, de*
20 *regul. iur.* §. 9. *per totum*, maxime *num.* 4. *& seq.* † Declarat subtilius Castrensis *consil.* 81. *In causa, quæ vertitur, colum. final. ver. nec obstat, vsque in fin. lib.* 2. quod de rigore juris ciuilis sicuti non potest malæ fidei possessor præscribere, neque incipere præscriptionem; ita neq; eius hæres; secus de Jure Canonico, quia hæres bonæ fidei potest incipere præscriptionem in persona sua, sed non firmat; quia imo hæres de Jure Canonico tenetur exonerare conscientiam defuncti, sed bene hoc firmat *consil.* 158. *num.* 2. *ver. secundo respondetur, lib.* 2. vbi apostilla dat concord. & dicit Castrens. quod in ciuitate Camerini, quæ est de statu Ecclesiæ, & in ea seruatur Jus Canonicum, hoc procedit, & idem Castrensis *consil.* 220. *Ego Paulus, in fin. lib.* 2. vbi dicit, quod jus Canonicum seruatur in hac materia, & quod de jure Canonico incipit hæres ignorans ex persona sua præscribere. Abb. *consil.* 32. *col.* 2. *ver. nunc, lib.* 1. vbi, quod in foro seculari seruatur jus ciuile, in Ecclesiastico jus Canonicum, & idem repetit *consil.* 3. *col.* 13. *ver. item iura Canonica.* Angel. Aretin. *consil.* 93. *Nulli dubium, n.* 26. *& seq. ver. resultant*, vbi, quod tenetur exonerare animam defuncti, & idem Angel. Aretin. *in consil.* 116. *In themate, num.* 30. *& seq. ver. sed tamen ijs non obstantibus.* Alex. *consil.* 4. *Videtur inspectis, in princ. lib.* 2. licet *nu.* 21. dicat, quod ex quo successor vniuersalis tenetur exonerare animam defuncti, *c. final. de sepult.* non est vera, nisi in singulari successore; sed *consil.* 134. *In cau-*
21 *sa, & lite, in fin. lib.* 2. tenet, quod de Jure Canonico procedit. † Et quod hæc opinio Dyni, quod possit à seipso hæres incipere præscribere, non obstante mala fide defuncti. Alexan. *consil.* 99. *Videtur prima facie, num.* 3. *ver. & ideo, lib.* 4. vbi, quod hæc in terris Ecclesiæ seruatur, licet *num.* 10. dicat reprobari ab Anto. de Butr. & Abb quia cum teneatur de Jure Canonico exonerare conscientiam defuncti, non potest esse vera opinio Dyni, quia tenetur restituere rem pro exoneranda conscientia; ergo, & hanc partem comprobat ex multis Soc. *Reg.* 40. *Succedens in iuribus, in* 1. *fallentia,*
22 vbi citat plures. † Contrarium, quod imo non sit vera opinio Dyni, quod de jure Canonico possit incipere præscribere à seipso hæres, dicit Castr. *consil.* 258. *Viso puncto, col.* 2. *n.* 4. *lib.* 2. *ver. plus dixit,* licet postea inferius distinguat, quod non est vera in præscriptio-
23 ne longi temporis, sed bene in præscriptione longissimi. † Imo, quod hæres defuncti malæ fidei possessoris possit incipere ex persona sua præscribere decem annis cum titulo. Alexand. *consil.* 110. *Visis, num.* 7. *lib.* 1. vbi apostilla *in ver. Potest*, dat concord. pro, &
24 contra. † Declarat Castren. alio modo *d. consil.* 258. *in fin. lib.* 2. quod hæres non possit incipere præscribere ex persona sua, quando defunctus erat malæ fidei, quando præscriptio 30. annorum requirit titulum, prout Ferrariæ ex statuto; quando vero præscriptio triginta annorum non requirit titulum, possit incipere præscri-
25 bere ex persona sua. † Imo, quod indistincte sit falsa opinio Dyni; quia etiam de iure Canonico mala fides defuncti transit in hæredem, ita vt non possit etiam ex persona sua præscribere. Roman. *consil* 149. *Conclusionem, colum. final. num.* 4. vbi apostilla *in ver. falsum est*, & idem Roman. *consil.* 201. *nu.* 5. vbi apostilla *in ver. falsum*, citat infinitos, & dicit contra Dynum esse communem, & magis
* communem, * & quod solum est vera in successore Prælati, qui non est hæres vniuersalis, & pariter apostilla *in ver. dignitate*, dicit
*26 communem, * & Alexand. *consil.* 51. *num.* 7. *lib.* 5. & supra *n.* 12. † Et maxime est falsa opinio Dyni, quando præscriptio incepit ab inuasione violenta, vel à Tyranno; quia neque ipse, neque hæredes possunt præscribere de iure ciuili, neq; Canonico, & semper dari
* debet restitutio in integrum, secundum magis * communes conclusiones. Alex. *consil.* 3. *Ex ijs, in fin. lib.* 5. vbi late, licet *consil.* 1. *in fin.*
27 *eod. lib.* videatur aliter sentire. † Declarat Socinus *d. Reg.* 40. *Succedens in iuribus defuncti*, in prima limitatione, seu fallentia, vt opinio
28 Dyni seruetur in statu Ecclesiæ, contraria in terris Imperij. † Dicas, quod opinio Dyni est falsa, quatenus loquitur in hærede vniuersali, sed est vera. quatenus loquatur de iure Canonico in hærede improprio, prout in Prælato, vel Successore beneficii, sic Ale-
29 xand. *consil.* 63 *num.* 11. *& sequ. lib.* 4. vide supra *num.* 16. † Finaliter, siue sit vera, siue falsa opinio, quod possit hæres incipere à seipso, dicit Alexand. quod competit restitutio in integrum ei, contra quem fuit præscriptum ex clausula, *Si qua mihi iusta causa*, ex capite ignorantiæ; quia impedimentum facti impediens me agere non impedit cursum præscriptionis, bene tribuit iustam causam concedendi restitutionem. Alexand. *consil.* 63. *Stantibus, num.* 11. *& seq.* vbi *num.* 14. *& 15. lib.* 4. dicit procedere, etiam si lapsi essent centum anni. † Declarat igitur Castrensis *d. consil.* 81. *colum. final. ver. se-* 30 *cundo respondetur, vsque in fin. lib.* 2. quod procedat in præscriptione longi, non autem longissimi temporis, hoc modo; quia si defunctus, licet non haberet titulum aliquem, tamen habebat bonam fidem, non poterat præscribere, sed hæres eius bene potest præscribere, si habet eandem bonam fidem; quia etiam habet titulum pro hærede, & sic incipit præscribere, vt hæres; sed si defunctus erat in mala fide, & non habebat titulum, tunc neque hæres potest ex titulo pro hærede præscribere, licet habeat bonam fidem; quia titulus pro hærede est infectus, & causatus à malæ fidei possessore; sed si agatur de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, in qua non requiritur titulus, tunc bene potest hæres bonæ fidei incipere præscriptionem à seipso, & in seipsum, non vt hæres, neq; ex titulo hæredis; quia tamquam hæres semper tenetur exonerare animam defuncti, & rem alteri debitam restituere, sed bene, vt extraneus incipit præscribere, & allegat Castrensis glos. *in c. cum quis in ius, de regul. iur. in* 6. quam dicit intelligendam in præscriptione longissimi temporis; quia in præscriptione longi temporis esset contra communem, & communem * dicit Alexand. *consil.* 39. *num.* 2. *ver. item mala fides, lib.* 2. vbi * 31 omnino videas. † Contrarium videtur allegare idem met Castr. *d. consil.* 81. *in fin. lib.* 2. ob fortem rationem; quia hæres quocunque modo habeat rem, quam defunctus læsa conscientia retinebat, tenetur restituere ad exonerandam animam defuncti, quæ aliter non potest exonerari, nisi rem ipsam etiam factam suam restituat, vide eum. † Restringe in Successore in Prælatura; quia 32 non nocet illi. Alexand. *consil.* 89. *Viso puncto, num.* 8. *ver. sed non successori, lib.* 2. Abbas *consil.* 3. *Nitar, colu.* 13. *ver. item iura Canonica, lib.* 2. † Restringe in successore in dignitate, quando non habet à de- 33 functo. Roman. *consil.* 201. *num.* 5. † Declarat apostilla ad Alexand. 34 *d. consil.* 4. *in princ. lib.* 2. *in ver. patiatur*, quod non sit differentia inter ius Canonicum, vel Ciuile, quin possit à se ipso hæres bonæ fidei longissimo tempore triginta annorum præscribere, & eadem apostilla ibi *num.* 21. *in ver. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempor. præscript.* dicit, quod ille text. loquitur tantum in longa præscriptione, non autem in longissima triginta annorum. † Restringe, vt 35 non procedat in hærede cum beneficio legis, & inuentarii; quia potest hæres cum beneficio ex persona sua præscribere, non obstante mala fide defuncti. Alexand. *in l. Pomponius. §. cum quis, colu. antepenult. circa med. ff. de acquir. poss.* quem sequitur Felin. *in c. si diligenti, num.* 6. *de præscriptio.* Balb. *in tract. præscript. parte* 2. *tertia partis princ. quæst.* 12. *colum. penult. in fin. ver. secundo limita.* † Restringe in 36 Prælato Successore in Prælatura. Balb. vbi supra *num.* 13. Alexand. *consil.* 63. *num.* 12. *lib.* 4. † Restringe in hærede cum beneficio in- 37 uentarii. Balb. vbi supra *n.* 13. † Restringe, vt non procedat, quan- 38 do mala fides non est vera, sed præsumpta. Balb. vbi supra *num.* 14. † Restringe, quando hæres vellet præscribere ex titulo, quem ha- 39 buit à tertio, siue ante mortem defuncti, siue post. Balb. vbi supra *num.* 15. & istam esse communem * dicit Alexand. *consil.* 39. *Visis* * *Scripturis, num.* 2. *lib.* 2. reprobata glos. final. *in l. an vitium. ff. de diuer. & temporal. præscript. in ver. quidam tamen.* † Declara secundum 40 Abb. *d. consil.* 32. *Videtur primo, colum.* 2 *ver. nunc pro solutione, lib.* 1. quia de iure ciuili mala fides defuncti transit in hæredem vniuersalem, ita vt neque possit à se ipso incipere præscribere ex bona fide; secus de iure Canonico; ideo in foro seculari seruabitur ius ciuile, in foro Ecclesiastico ius Canonicum. † Declara, vt per So- 41 cin. *Regul.* 3. *Mala fides possessor si quis à principio*, vbi, quod regula est, quod is, qui fuit certo tempore malæ fidei, & certo tempore bonæ fidei, pro rata temporis præscribit, vel non, quando superuenit bona fides cum titulo, alias non, & limitat in hærede vniuersali sine titulo superueniente. Vide, *Præscribens quando quis dicatur bonæ fidei, vel malæ fidei. Concl.* 522. † Restringe; quia procedit in 42 hærede, qui succedit immediate defuncto, qui erat malæ fidei, non autem in hærede hæredis, & sic mediato. Alexand. *d. consil.* 39. *num.* 4. *ver. quinimo, lib.* 2. † Et in hac materia dicitur malæ fidei is, 43 qui scit rem ad alium pertinere, vide plene Felin, *cap. si diligenti, num.* 5. *de præscript.* Angel. Aretin. *consil.* 13. *Videtur primo, num.* 20. *ver. præterea Marcus.* † Amplia; quia mala fides authoris nocet sin- 44 gulari successori, ne possit præscribere ex titulo decem inter præsentes, & viginti annorum inter absentes, ita Alexand. *consil.* 54. *Circa primum, circa fin. num.* 10. *& seq. ver. quod autem, lib.* 6. & ire- 45 rum *consil.* 77. *Viso. num.* 3. *ver. sic. secundo respondeo, lib.* 6. vbi addit

ratio-

rationem, quia tenetur exonerare animam defuncti, quando hæres est, quia gitad rem particularem. Iaſ. *in l. Pomponius. §. cum quis, ff. de acquir. poſſeſſ. nu.* 18. *in fin. ver. tertia limitatio*, & de magis * communi opinione in hærede teſtatur Ruin. *conſil.* 40. *nu.* 17. *lib.* 1. Caſtr. *conſil.* 317. *n.* 3. *ver. ad ſecundum, lib.* 2. plene Franc. Balb. *de præſcr. in* 2. *parte* 3. *partis princ. quæſt.* 12. *n.* 6. *ver. primum membrum eſt*, vbi diſtinguit, vt infra *ver. Declara.* †Extende etiam in præſcriptione ſtatutaria. Alex. *conſil.* 99. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 303. †Reſtringe 12. modis, de quibus relatiue Franc. Balb. *de præſcript. part.* 3. *princ. num.* 7. & *ſeq.* Alexand. *conſil.* 83. *num.* 10. reſtringit quatuor modis; Primo, quando ab eo, q non hypothecauit rem; Secundo, quando non agitur de dominio; Tertio, quando ptenſa mala fides eſt, & non vera; item quando is, qui prendit rem, ſciuit, & paſſus eſt; Quinto, quando erat bonæ fidei, & ſuperuenit mala fides poſt. † Declara, vt per Boer. *deciſ.* 182. *num.* 41. & *ſeq.* quia mala fides authoris nocet ſemper primo ſingulari ſucceſſori, quando dominus ignorauit alienationem poſt primum ſingularem ſucceſſorem, habet locum præſcriptio decem, vel 20. annorum; quia ſunt bonæ fidei, videlicet 10. inter præſentes, & 20. inter abſentes. Ruin. *conſ.* * 109. *n.* 26. *lib.* 2. & communem * dicit Balb. *de præſcript. in* 3. *part. princ. quæſt.* 12. *nu.* 7. *ver. tertio limitatur.* †Vide omnino Caſtr. *conſil.* 465. *Videtur dicendum, n.* 2. *lib.* 2. vbi, quod mala fides authoris, quando nullam habet iuſtam cauſam excuſandi ſe à mala fide, nocet primo emptori in hoc; quia non præſcribit contra dominum rei ignorantem, niſi 30. annis; ſi vero ſciat; præſcribit 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, & ſi ignorauit pro certo tempore; & ſciuit poſtea, currit præſcriptio ad ratam 30. annorum pro tempore ſcientiæ. †Reſtringe in præſcriptione hypothecæ. Fran. Balb. *d. tract. de præſcript. part.* 3. *quæſt.* 12. *n.* 7. Alex. *conſil.* 83. *Viſo proceſſu, n.* 11. *ver. præterea, & conſi.* 120. *n.* 2. *lib.* 6. Oldrad. *conſil.* 19. Ne- gud *de ignor. part.* 6. *membr.* 1. *n.* 2. †Amplia; quia habet locum tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, quod hæres vniuerſalis non poteſt præſcribere, ſtante mala fide authoris; quia ſuccedit cum omnibus vitiis, etiam ſi velit incipere poſſidere à ſe ipſo, & non coniungere poſſeſſionem ſuam cum poſſeſſione authoris. Iaſ. *d. l. Pomponius.* §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ. num.* 20. & *ſeq. ver. in ea gloſſ.* †Extende, vt etiam de iure Canonico, p cedat, licet ſint opiniones, & authoritates hinc inde, vt apud Iaſ. *d. l. Pomponius.* §. 1. *n.* 21. * & 22. vbi *num.* 22. dicit hanc magis * communem, *cum ſeq.* prout * magis dicit * communem Felin. *in c. ſi diligenti, n.* 6. *de præſcript.* & infinitos citat poſtill. ad Roman. *conſil.* 201. *n.* 5. *in ver. Falſum*, quæ * dicit * communem, & magis communem contra Dynum, & Roman. *d. conſil.* 201. *n.* 5. dicit, quod ex quo hæres tenetur exonerare animam defuncti de iure Canonico, cum eſſet malæ fidei defunctus, non poteſt hæres prop er bonam fidem propriam retinere, & quod opinio Dyni, p cedit ſolum quoad ſucceſſorem in dignitate, cui non nocet mala fides defuncti; quia non habet ab eo, & * poſt. *in ver. dignitate*, dicit * communem, & hanc declarationem vtiveram, q loquatur de ſucceſſore in beneficio, qui non habet ius a defuncto, tenet Abb. *conſil.* 3. *Nitar. col.* 13. *ver. item iura Canonica, lib.* 2. vel dicit procedere in terris Eccleſiæ tantum, ſecus extra; quia ſeruari debet ius ciuile quoad hoc, ſed idem Abb. *conſil.* 19. *Adhuuc, n.* 1. dicit, quod ſemper tenuit, quod etiam de iure Canonico mala fides defuncti tranſit in hæredem vniuerſalem, & iura allegata per Dynum loquuntur in ſucceſſore in dignitate, qui non habet ius à defuncto, & ita etiam tenet Alexand. *d. conſil.* 213. *num.* 12. & *ſeq. ver. ſtante ergo, lib.* 2. vbi iſta omnia repetit, quod non præſcribit; quia tenetur exonerare animam defuncti, & qa opinio Dyni procedit in ſucceſſore Prælaturæ, qui non habet à defuncto, *num.* 14. Alexand. *conſil.* 51. *Videretur, num.* 6. & *ſeq. ver. quinimo dato, lib.* 5. vbi poſtill. *in ver. hæres*, dat concord. Alexand. *conſil.* 172. *In cauſa, & lite. n.* 23. *ver. quia reſpondeo, lib.* 6. †Contra extenſionem, quod imo hæres, qui bonæ fidei præſumitur, poſſit incipere præſcribere à ſeipſo, ſi non vult vti acceſſione temporis defuncti, qui erat in mala fide. Alex. *d. conſil.* 39. *Viſis, n.* 2. *ver. nec obſtat, lib.* 2. vbi dicit, quod gloſ. final. *in l. an vitium. ff. de diuer. & tempor. præſcr.* dum dicit, quod in hoc hæres melioris conditionis, & plus iuris habet, quam defunctus tenetur, & in ea parte, videli- * cet *in ver. quidam tamen, &c.* dum tenet contrarium * communiter * reprobatur, & ſic eſt communis * opinio iſta, & pleniſſime Cotiar. *in* 2. *part. relect. c. poſſeſſor, de regul. iur.* §. 9. *per tot.* vbi commu- * nem * dicit, & declarat totam materiam. Alex. *conſil.* 110. *in fin. lib.* 1. poſt. ad Alex. *conſil.* 51. *n.* 7. *in ver. hæres, lib* 5. †Limita tribus modis, vt per Iaſ. *in l. Pomponius*, §. 1. *n.* 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi relatiue ponit alias 12. limitationes, quas etiam relatiue Balb. *de præſcript. part.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 7. & *ſeq.* & loquuntur quoad ſingularem ſucceſſorem. †Limita; quia habet locum *d. authen. malæ fidei. C. de præſcript. longi tempor.* quoad ſtabilia, ſecus quoad vſucapionem mobilium. Alex. *conſil.* 134. *In cauſa, & lite, in fin. n.* 16. *lib.* 2. †Limita; quia non habet locum in ſingulari ſucceſſore emente à malæ fidei poſſeſſore, quando ipſe emens habet bonam fidem quoad publicianam, plene Balb. *de præſcript. in* 3. *part. princ. quæſt.* 12. *num.* 8. & *ſeq.* vbi tuetur, reprobato Iaſ. & contradicentibus. † Limita; quia emptor rei obl gatæ reſtitutioni præſcribit decem annis inter præſentes, licet venditor ſit malæ fidei, quando is, ad quem res erat reuerſura, ſciuit venditionem, & tacuit; quia tunc præſcriptio procedit, ac ſi vendens fuiſſet bonæ fidei. Caſtr. *conſil.* 158. *Viſa ſupradicta, in princ lib.* 2. †Limita; quia mala fides tam venditoris, quam emptoris ſcientis rem emptam eſſe reſtitutioni obnoxiam, licet impediat præſcriptionem inter ipſos ſcientes; ſecus eſt quoad filium, & hæredem emptoris malæ fidei; quia ipſe, cum præſumatur bonæ fidei, præſcribit rem emptam à patre ſuo malæ fidei emptore; quia mala fides eſt vitium perſonale. Caſtr *conſil.* 158. *in princ. ver. ſecundo propter malam fidem, lib.* 2. †Limita quindecim modis, de quibus Socin. *in Reg.* 33. *authent. malæ fidei. C. de præſcript. longi tempor.* †Limita aliis ſex modis, de quibus idem Socin. *Reg.* 41. *Titulum habens à malæ fidei poſſeſſore longo tempore non præſcribit*, vbi ponit ſex fallentias; Prima eſt, ſi habet titulum à bonæ fidei poſſeſſore; Secunda, quando alienatur res hypothecata; Tertia, quia non præſcribit dominium, ſed bene præſcribit ſeruitutem, etiam ſi à poſſeſſore malæ fidei habet titulum, & hæc ponitur pro quarta; Quinta, quando mala fides eſſet in procuratore vendente; qa attenditur bona fides domini; Sexta in bonis mobilibus, & recitat opiniones contrarias, & tuetur fallentiam iſtam. Vide, *Fides mala authoris quando præiudicet ſucceſſori. Concl.* 339. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de præſcript. Concl.* 5. *Hæres malæ fidei poſſeſſoris.*

Male ablatum reſtituendum omnino, alias peccatum non dimittitur, & quando. Concl. 23.

MALE †ablatum debet reſtitui, alias non dimittitur peccatum, niſi facta reſtitutione, *c. non remittitur, de Reg. iuris.* Vide, *Ablatum. Concl.* 31. †Amplia; quia obtinens ſcienter iniquum laudum, & iniquam ſententiam, nunquam defenditur authoritate ſententiæ, ſed peccat mortaliter, ſi iudicatum conſequitur, & tenetur reſtituere. Ioan. de Imol. *conſil.* 147. *n.* 11. & *ſeq.* Extende in eo, qui mala fide tenet rem alienam; quia nunquam præſcribit. Ioan. de Imola *d. conſil.* 147. *num.* 11. †Amplia; quia male ablata legata, quod reſtituantur; non dicuntur legata, & ideo prohibitus legare non prohibetur, p male ablatis relinquere; quia non impendit beneficium, qui exoluit debitum. Roman. *conſil.* 164. *Hæc quinquaginta, num.* 4. *ver. poſito. ſed non conceſſo*, vbi poſtilla dat concordant. †Declara, vt procedant, quando conſtat de male ablato, alias ſecus. Caſtr. & Iaſon *in l. ſi quis teſtamento. §. apud Iulianum. ff. de leg.* 1. & eſt communis * opinio, de qua Bart. *in authen. ſimiliter, ad * fin. C. ad leg. Falcid.* Alexand. *in l. ſi poſt miſſionem ff. eod. tit.* Vide, *Legatum factum pro male ablatu non eſt proprie legatum, & quando ſecus. Concl.* 144. † Amplia; quia ſubſtitutio facta in cauſam piam pro male ablatis à teſtatore excludit matrem. Alexand. *conſil.* 38. *n.* 4. vbi poſtilla *in ver. Precibus, lib.* 1. allegat Aretin. *conſil.* 54. & alios. †Extende; quia male ablatum diminuit legitimam filiorum. Dynus *conſil.* 12. *Factum tale, in princ.* Vide, *Legitima non poteſt minui per fraudem parentum, & quando ſecus. Concl.* 188. † Extende; quia licet damnatus ad mortem non poſſit teſtari; tamen valet teſtamentum, & legatum damnati ad mortem pro male ablatis. Ioan. And. *in c. quanquam, col.* 4. & ibi Gemin. *in* §. *final. num.* 5. *de vſur. in* 6. Roman. *conſil.* 164. *circa med. & conſil.* 199. *num.* 8. Alexand. *in addit. ad Bart. in l. eius. §. ſi cui. ff. de teſtam.* Bald. *conſil.* 244. *lib.* 5. †Declara extenſionem, vt procedat, ſi teſtatur, antequam damnetur. Baldus *conſil.* 462. *Teſtamenta, & relicta, in fin lib.* 5. †Reſtringe, ſeu declara; quia male ablata habent priuilegia prædicta, quando conſtat de male ablato, alias in præiudicium fiſci, & filiorum non habent priuilegium. Crauett. *conſil.* 141. *num.* 4. ita Alexand. *conſil.* 45. *Habita ſuper iis. in fin. num.* 11. *lib.* 1. vbi loquitur in male ablatis, & vſuris.

Vide, *Male parta male dilabuntur, & multa ſpecialia de eis. Concl.* 25. Vide, *Reſtituere male ablatum qualiter intelligatur. Concl.* 303.

Maleficium quid sit,& comprehendat. Concl. 24.

12 *Franciscus antiquus, nu.* 15. † Extende in eo, qui debet eligere sepulturam suam extra parochiam, dum viuit; quia licet in vita alteri committat electionem, nõ valebit electio facta ab eo post mortem. Anch. *consil.* 214. *n.* 20. *& seq.* † Idem in restitutione in integrũ
13 intra quadriennium petenda; quia non sufficit commissio, quod petatur. Anch. *d. consil.* 214. *n.* 16. *ver. sexto.* † Idem in appellatione,
14 quæ debet interponi intra decem dies; quia non releuat mandatum ad appellandum intra decem dies, si non est facta appellatio. Anch. *d. cons.* 214. *n.* 17. † Idem multis exemplis de eo, qui debet electionem facere, vel electioni consentire, consecrare, vel aliud implere; quia non sufficit mandatum, & implementũ intelligitur, siue per eum, siue per alium faciat in termino præfixo. Anch.
15 *d. cons.* 214. *n.* 17. *& seq.* † Amplia; quia aliud est facere, aliud mandare, ℣ fiat; ideo qui probat obtinuisse mandatum de denunciãdo, non probat denunciationem, & qui probat mandatũ de vendendo, non probat venditionem, & qui probat constitutum de soluendo, non probat solutionem; quia diuersa sunt. Signor.
16 *cons.* 256. *nu.* 2. † Amplia; quia si mando tibi, vt soluas Titio decem pro me & tu dicis soluisse, & repetis à me ostendendo mandatũ, debes succumbere; quia mandatũ non probat, ℣ solueris, sed debes docere vltra mandatum de solutione. *l. Lucius. ff. mand. cum vi*
17 *not. at. l. si pro ea. C. eod.* Castr. *consi.* 137. *in fin.* † Extende, quia si is, cui datum fuit prætensum mandatum, de quo non constat, vult deponere; & deponat de mandato sibi dato à me, & quod propterea fecit obligationem procuratorio nomine, ipsi nõ creditur; quia est mediator; & quia tractat de se exonerando. Alex. *consil.* 32. *Viso processu, num.* 2. *ver. secunda ratione, & num.* 5. *ver. quod autem deponat, lib.* 6. vbi probat eum in causa sua deponere; & ideo repellendum; quia si procuratorio nomine se obligauit, & non constat de mãdato, tenetur de suo; ergo vt liberetur, si esset testis, esset in sua causa; ideo repellitur. Vide, *Effectus, & exequutio rei captæ si non apparet, ex eo non arguitur. Conclus.* 53. Vide, *Quasi possessio eligendi, & præsentandi ex quibus probetur. Conclus.* 35. Vide, *Tractatus de faciendo non probat factum. Concl.* 339. Vide, *Verba futuri temporis non includunt præteritum, vel præsens. Concl.* 116. † Limita ad effectum spolii; quia si spoliatus ostendat mandatum de dispensando, & habeat possessionẽ,
18 debet restitui, si spolietur. Caput. *decis.* 131. *lib.* 2. † Limita, in iis, quæ à communiter accidentibus non solent fieri, nisi esset illud prius factum, prout in mandato ad petendã institutionẽ ab aliquo vti superiore; quia præsumitur, quante mandatum ille, à quo petitur, esset in possessione instituendi; quia ista non solent peti, nisi ab illis, qui sunt in possessione, maxime concurrentib. aliis coniecturis. Abb. *cons.* 102. *In causa, col.* 3. *in pr. ver. & quamquam posset, lib.* 1. † Li-
19 mita; quia præsumitur ex coniecturis secundum Felin. *in c. sicut n.* 27. *& seq. de re iudic.* vbi hoc videtur declarare, qñ non in præiudi-

cium

ctum tertij, quod intelligit Put. *decis.175.lib.1.* tempore, quo enuncietur ab eo, qui potest; secus si agatur de præiudicio tertij postea; quia etiam præiudicat tertio, pro quo *decis. penult. de iure patronat. in nou.*

Mandatum generale ad quæ se extendat, vel non. Concl. 50.

1 MANDATVM † generale indefinitum, & nullo modo restrictum extenditur generaliter ad omnia, prout cantat mandatum. Bald. *cons.379. Quando super facto, n.4. ver. generale, lib.3.* † Extende; quia mandatum generale tantũ potest in genere suo, quãtum speciale in specie sua; & ideo omnia facta in vim mandati generalis valida sunt, nisi ostẽdatur requiri mandatum speciale, & allegans requiri speciale debet docere. Crau. plene *cons.748. n.12. & seq.* Alex. *cons.133. Circa exequutionem, lib.6.* Corn. *cons.142. num.*
2 *7. lib.2.* vbi dicit procedere circa mandata in genere. † Maxime, quando subsequitur clausula generalis ampliatiua, & specifica, quia extendit mandatum Dyn. *cons.46. In quæstione, quæ vertitur, nu.*
3 *3. ver. præterea etiam.* † Vel quando adest clausula, *quod posit omnia, prout posset principalis.* Alex. *cons.133. n.4. ver. præterea posito, lib.6.* † Vel qñ in mandato generali adest clausula, *cum libera*; quia æquiparatur speciali; vt possit vendere, ac si esset speciale ad vendendum. Rola Vall. *cons.9. num.40. lib.3.* Alex. *d. cons.133. nu.4. & 5. ver. & ex illotenus, lib.6.* vbi, quod clausula, *cum libera*, in mandato generali
4 facit, vt mandatum dicatur speciale, siue in contractibus, siue in iudicijs, & dicit esse notandum. † Extende; quia mandatum generale sufficeit ad capturam debitoris, via iuris facta pro debito ciuili. Alex. *d. cons.133. per tot.* vbi est casus consilii, *lib.6.* vbi, quod valet mandatum generale in omnibus, quæ continentur sub genere, nisi reperiatur prouisum, quod requiratur speciale, & non
5 sufficiat generale. † Restringe in mandato communitatis ad omnes lites, & cum libera; quia non potest transigere super bonis stabilibus communitatis; quia requiritur decretum in manda-
6 to, & transactione, & alia solemnia. Corn. *cons.189. per tot. lib.3.* Vide, *Priores, & Consiliarii ciuitatum, quid possint, vel non. Concl.713.* † Amplia; quia mandatum siue sit generale indefinitum, siue generale
7 ad certum factum, semper extenditur, & comprehendit omnia, sine quibus illud factũ, q̃ mandatur, expediri non põt; ideo põt procurator accipere pecunias mutuo, si causa hoc requirit ex necessitate, licet non sit commissum. Bald. *d. cons.379. n.5. lib.3.* Amplia; † quia mãdatum generale indefinitum, puta ad cõpromittendum, & homologandum lauda ferenda, vel lata, extenditur
8 ad omnia contenta in laudis. Abb. *cons.18. Primo, quod communitas,*
9 *n.7. ver. nec obst. at, lib.2.* † Amplia, quia mandatum generale extenditur ad omnia, sine quibus id quod mandatum, fieri non potest, etiam si sunt talia, quę non possint expresse mandari, quando cõcurrunt quatuor, quod in illam causam mandata concurrunt, q̃ sint necessaria, quod non extendatur modus, & quod conueniat congruitas loci, & temporis. Bald. *d. cons.379. nu.5. ver. sed ad indiuiduã, lib.3.* Crau. *cons.748. n.13. ver.3. respondetur, cum seq.* Rom. *cons.330.*
10 *circa primum, n.11. ver. secus.* † Extende; quia quando mandatũ est generale ad causas, extenditur etiam ad causas appellationũ; ideo poterit procurator generalis appellare, & appellationem prosequi, licet non sit dictum. Castren. *cons.236. Viso puncto in pr. lib.2.*
11 † Amplia; quia factum vigore mãdati generalis, in quo requireretur mandatum speciale, potest conualidari ratihabitione, quæ mandato æquiparatur. Alex. *cons.133. num.7. ver. posset etiam ad cau-*
12 *telam, lib.6.* vbi apost. *in ver. ratihabitio*, dat concord. † Amplia; quia mandatum generale super aliquo actu vniuersali extenditur, vt procurator in quærendis possit domino præiudicare. Bald. *consil.*
13 *111. Proponitur, quod, in fin. lib.3.* † Limita; quia mandatum quantũcunque liberum, plenum, & generale non se extendit ad ea, quę turpiter fiunt. Bald. *cons.379. n.6. ver. ijs præmissu. lib.3.* vbi, quod mãdatum ad omnia tempore belli non extenditur ad dandum pre-
14 mium ciuibus, qui pro patria tenentur gratis militare. † Extende; quia neque ad illicita. Ant. de Butr. *cons.66. n.3.* Vide, *Priores.* supra
15 *n.7.* † Limita; quia non extenditur ad ea, quæ mandans non consueuit facere, nisi certa forma seruata; quia non censetur mandasse sine forma. Bald. *d. cons.379. nu.6. lib.3.* vbi limitat, nisi adfit clau-
16 sula, *non obstante.* † Limita; quia mandatum generale ad corrigẽdum statuta non comprehendit, quod corrigantur statuta propria Papæ mandantis; nisi expresse sit dictum. Alexand. *cons.106.*
17 *n.3. ver. quarto quia lib.2* Ant. de Butr. *cons.66. n.3.* Anch. *cons.366. nu.*
18 4. quod est Ant. de Butr. & Anch. *cons.367. in fi.* quod est Salycet. † Extende; quia per generalem subiectionem, & generale mandatũ subiectionis non præsumitur Papa voluisse reuocare speciales confitmationem super exemptione factam. Alex. *d. consil.*
19 *106. n.5. & 6. ver. septimo, quia lib.2.* † Limita; quia mandatum generale ad capiendum pecunias quascunque ad cambium restringitur ex præcedentibus, ex qualitate negocii, & personarum, & ex
20 aliis, de quibus plene Paris. *cons.96. per tot. lib.3.* † Limita; quia mãdatum ad causam, quam habet cum Titio, & generaliter ad omnes causas alias, debet restringi cum Titio, si non addatur clausula, *cum quacunque, vel alia persona.* Bart. *in l. quod dicitur, in pr. ff. de tut.*
21 Dec. *cons.502. n.9.* † Limita; quia in generali mandato non veniũt ea, quæ mandans non fuisset specialiter concessurus, c. *in generali. de reg. iur. in 6. cap.2. de offic. Vicar. eodem lib. l. obligatione generali. ff. de reg.*
22 plene Corn *cons.281. alias 285. col. fin. lib.4.* Vide, *Generalis dispositio. Concl.31.* Vide, *Nota speciali digna. Concl.68.* † Extende idem in syndicatu facto ab vniuersitate. Corn. *cons.177. col.1. lib.2.* † Limita; qa
23 mandatum generale non comprehendit donationem, vel abdicationem iuris quæsiti à mandante. Ideo mandatum datum eũtibus ad Capitulum generale, & ad faciendum omnia generaliter, non continet mandatum ad donandum ius eligendi competens conuentibus, & Capitulis. Alex. *cons.106. Perspectis iis, n.5. ver.*
24 *sexto quia, lib.2.* Cuma. *cons.148. n.2.* † Extende, quia non potest renunciare exceptioni competenti principali quia esset donare.
25 Castr. *cons.196. col.2. in pr. lib.2.* † Extende; quia procurator generalis non potest cedere ius competens principali; quia speciale requiritur. Crau. *cons.442. n.10.* † Restringe, vt non procedat, quãdo constituentes sciebãt tractari, q̃ in Capitulo generali ius quæsitum auferri deberet; quia tunc mandatum generale extenditur
26 ad hoc, vt Alex. *cons.106. num.22. ver. ad sextum argumentum, lib.2.*
27 † Limita; quia mandatum generale non comprehendit incerta
28 tempora mandati. Alex. *d. cons.106. n.8. & 9. ver. decimo. lib.2.* † Limita; quia vbi agitur de causa status, vel vt infamia irrogetur, requiritur speciale mandatum, & non sufficit generale; quia periculũ infamiæ equiparatur periculo mortis. Alex. *cons.133. n.8. ver. non obstant, lib.6.* † Limita; quia mandatum generale non continet ea,
29 quæ verisimiliter dominus non concessisset, Bart. *in l. filius famil. col.2. ff. de donat.* & propterea non potest procurator promittere de interesse velle stare simplici verbo creditoris. *l. si procurator*, & ibi Doct. *ff. de cond. indeb.* Ang. *cons.248. & in l. cum res. n.19. ff. de leg.1.* vbi idẽ dixit arg. *l. vniuersorum. ff. de pign. actio.* † Limita; quia in generali
30 mandato non veniunt ea, per quæ dominus argueretur de fide rupta. Crau. *cons.54. n.6.* † Extende, ét si in mandato adesset clau-
31 sula specialis veniendi contra fidem; quia non valeret, ex quo temerarium est venire contra fidẽ. Crau. *cons.54. n.6. ver. amplius.* † Li-
32 mita; quia mandatum quantumcunque generale non comprehendit ea, ex quibus dominus posset cadere in pœnam. Fulg. *cõs.*
119. *Super eo, quod primo, n.2. l.3. §. si procurator*, vbi * omnes. *ff. q. quæ sũ-* *
iur. Bar. *in d. l. si procurator, in pr. ff. de cond. indeb.* Rom. *cons.74. Miror, cur*
tanta, in pr. vbi apostill. *in ver. non includantur*, citat plurimos concord. † Extende, vt procedat nedum in mandato procuratoris, sed in
33 mandato ad gubernium nauis; quia si præpositus gubernio nauis efficiatur pyrata, & deprædator, prout de quodam Petro Cathalano loquitur Rom. *d. cons.74. per tot.* non tenetur dominus; quia mandatum non se extendit ad dolum, & delictum, per quod dominus incideret in pœnam. † Limita; quia mandatũ generalibus
34 clausulis appositis nõ extenditur ad maiora expressis, quæ requirunt mandatum speciale, etiam si generaliter sit dictum, quod omnia veniunt mandabilia. Bart. *in l. filius famil. §.1. ff. de donat.* Vide, *Clausula mandatorum procuræ diuersæ, & quid operentur. Concluſ.364.*
35 † Limita; quia mandatum generale non se extendit ad reuocandum dispolita per mandantẽ. † Restringe, nisi ex iusta causa mo-
36 ueretur procurator, quia tunc potest mutare dispolita mandantis. *l. si hominem, ff. mand.* per quem text. Rom. *cons.325. num.8.* dicit Episcopum ex iusta causa posse dispensare contra Canones, inferiorem posse tollere factum superioris, Episcopum posse absoluere in casu reseruato Papæ; pro aliis exemplis Roman. *cons.428.*
37 *in fi.* vbi plena apost. Vide, *Arbitrium liberum, vel simpliciter datum aliquid faciendi, quæ facta comprehendat. Concl.476.* † Limita; quia mandatum generale, & indefinitum restringitur ad ea, quæ põt mãdans; ideo sicuti mandans nõ posset de feudo nobili inuestire ignobilẽ, ita neq; mandatarius. Castr. *cons.336. Laudatio. lib.1.* †
38 Extende; quia tale mandatum non extenditur ad prohibita. Castr.
39 *d. cons.336. num.2. ver. primo quia, lib.1.* † Extende; quia non comprehendit non solita fieri per mandantem. Castr. *d. cons.336. nu.2. ver.*
40 *secundo ostenditur. lib.1.* † Extende; quia non veniunt ea, quę quis non esset specialiter concessurus. Castren. *d. cons.336. n.2. ver. tertio*
41 *quia, lib.1.* Corn. *cons.225. De pluribus, per tot. lib.2.* † Extende; quia mandatum generale restringitur, & intelligitur secundum conditionẽ rei, Castr. *d. cons.336. n.2. ver. quarto probatur. lib.1.* † Extẽde;
42 quia

quia generalitas, quæ habet verba, *prout videbitur, & placuerit*, restringitur secundum arbitrium boni viri, prout verba importãt. Castren. *d. cons.* 336. *n.* 3. *lib.* 1. Ang. *cons.* 388. *Const. at procuratorem, num.* 43 2. Bald. *in l. inciuile. C. de rei vendicat.* Bald. *cons.* 379. *nu.* 3. *lib.* 3. † Contrarium, quod ista verba, *prout ei placuerit, & videbitur*, importent voluntatem liberam, tenet Paris. *cons.* 71. *n.* 17. *& seq. lib.* 3. vbi tollit contraria, vt procedant, quando singulare verbum, *placuerit*, vel singulare verbum, *videbitur*; præferturque via vtrunque per se prolatũ importat arbitriũ boni viri, sed quandocunq; profertur, vt geminatio operetur, inducunt liberam potestatem, & liberã voluntatem. Rol. à Vall. *cons.* 60. *n.* 24. *lib.* 1. pro vtraque parte Crau. *cons.* 924. *num.* 14. Vide, *Alienatio generalis non comprehendit prohibita. Conclus.* 270. Vide, *Dispositio generalis non comprehendit multa nisi fiat mentio specialis. Concl.* 490. Vide, *Obligatio generalis non comprehendit prohibita. Concl.* 36. Vide, *Verba vniuersalia restringuntur secundum potestatem, & qualitatem, &c. Concl.* 135.

Mandatum quando dicatur speciale per clausulam generalem. Concl. 51.

1 MANDATVM † dicitur speciale, quando in eo aliqui casus exprimuntur speciales, in quibus mandatum speciale requiritur, & deinde apponitur clausula generalis, *& ad omnia alia etiam si mandatum exigant speciale*; quia tunc censetur speciale ad omnia, in quibus mandatum speciale requiritur, similia tamẽ expressis, *c. qui ad agendum. §. sed si aliquis, de procurator. in* 6. vbi late Lap. Gemin. & Franch. Feder. de Sen. *cons.* 177. *in pr.* Gemin. *cons.* 129. *n.* 6. *ver. item ibi est clausula.* Rom. *cons.* 271. *Vistora, n.* 2. *ver. subsistantialiter tamen*, vbi, quod veniunt similia, sed non maiora, vel dissimilia, & ibi apostill. *in ver. similia*, dat concord. Abb. *cons.* 88. *col. pen. ver. secundo potest. lib.* 1. vbi, quod etiam sufficit clausula generalis, *promit-*
2 *tus ratum habere omne, &c.* † Extende; quia dãt plura exempla Doctor. nam si constituo te procuratorem ad causas, & ad agendũ, & ad omnia, quæ ego possum, excepto, quod non possis iurare de calumnia, videor dedisse mandatum speciale ad omnia, excepto hoc iuramento de calumnia, & hoc, vt exceptio sit de regula, alias nihil operaretur. Alex. *cons.* 14. *Abunde, num.* 2. *& sequent. ver. nec*
3 *obstat. lib.* 7. † Idem, si Episcopus Vicario suo cõmisit omnia, quæ ipse potest, excepta collatione beneficiorum, censetur dedisse mandatum speciale ad omnia, excepta collatione beneficiorum.
4 Alex. *d. cons.* 14. *n.* 3. *lib.* 7. *ver. & similiter.* † Cõtrarium, quod si regula non comprehendebat casus speciale mandatum requirentes, exceptio non ampliet regulam, sed potius exceptio censeatur facta ad abundantem cautelam. Petr. de Anch. *in rubr. de reg. iur. in* 6. Alex. *d. cons.* 14. *n.* 3. *in fi. ver. item, per abitur, & n.* 4. *lib.* 7. vbi apost. *in ver.*
5 *reprehendit.* † Deciatat Alex. *d. cons.* 14. *num.* 4. *ver. nihilominus aliter respondeo. lib.* 7. quia conclusio est vera, quando verba regulæ erãt vniuersalia, & habilia comprehendere casus speciales, prout, q̃ posset omnia, quæ potest principalis, tunc excipiendo casum specialem declarat sub illo genere omnes casus speciales comprehẽdi, excepto casu exceptuato, sed si regula non habet verba vniuersalia apta comprehendere casus speciales, exceptio non am-
6 pliat regulam, & censetur facta ex abundanti. † Vide omnino Crauett. *cons.* 748. *nu.* 11. *ver. non obstat secundum, cum multis seqq.* maxime *num.* 20. *ver. septimo.* vbi, quod illa clausula, *& generaliter*, &c. iunctis verbis, & *quæ ipsemet constituens faceret, & facere posset*, habent vim specialis mandati, & cum libera, allegat Rom. *cons.* 94. *in fin. primi dubii.* Abb. *cons.* 18. *col.* 3. *in fin. ver. nec obstat. si dicatur*, quod Syn-
7 dici, *lib.* 2. & alios. † Declara; quia clausula generalis non operatur, quando est restricta, puta, *& generaliter omnia alia, &c. circa præmissa necessaria, & opportuna*; quia non extenditur mandatum ad diuersa. Cuma. *cons.* 148. *in pr.* plenius Bart. *cons.* 6. *Super puncto. nu.* 2. *& sequ. vsque in fi. ver. item non obstat, lib.* 2. quod est Vguccionis de Eugubio, vbi, quod imo illa verba circa præmissa restringunt.
8 † Declara; quia calculare rationes, & confiteri non potest procurator habens mandatum ad certas species, puta ad vendendũ, recipiendum, liberandum alienandum, &c. quia non sufficit ad actum diuersæ speciei, & clausula, *& generaliter, &c.* restringitur
9 circa præmissa. Cuma. late *cons.* 148. *Venerabilis vir, per tot.* † Amplia, vt tale mandatum censeatur legitimum, & speciale etiã ad agen-
10 dũ pro iniuria. Lap. *alleg.* 70. *n.* 3. *ver. hinc est.* † Amplia, vt tale mandatum sit sufficiens in casibus requirentibus speciale mandatum ẽt maioribus, quam sint casus expressi, non tamen longe maioribus, gl. *in c. fi. de procurator. in* 6. *in ver. speciale*, Lap. *d. alleg.* 70. *nu.* 3. *ver.*
11 *quia licet.* † Differunt mandatum speciale, & singulare; quia speciale includitur in mandato, cum libera, singulare non. Alex. *consil.* 133. *Circa exequutionem, num.* 10. *lib.* 6. † Amplia; quod licet exprimatur vnus casus requirens mandatum speciale, non veniat per clausulam, *& generaliter omnia alia, &c.* casus, qui requirunt specificum mandatum, & speciale, vt est causa matrimonii, obiectionis contra electum, &c. tamen si exprimatur vnus casus de istis requirentibus speciale mandatum & specificũ, & addatur clausula generalis, tuna bene venirent alii casus prædicti, qui non veniunt in primo casu, ita Lap. *alleg.* 71. *Sape vidi, n.* 9. *vsque in fi. ver. quod ergo, & circa finem, ver. nam intelligo*, quia à paritate rationis hoc procedit; quia si primo casu expresso vno casu requirẽte speciale mãdatum, sed non in indiuiduo, veniunt alii similes; ita pari ratione expresso casu requirente in indiuiduo mandatum specificũ, veniunt alii casus, vbi dicit hoc esse de mente Ioan. de S. Georg. &
12 Lap. Abb. † Declara, quia quod dicitur, clausulam generalem in-
13 ducere mandatum speciale, intelligitur, quoad expressa, puta si datur mandatum quoad quædam bona, & apponitur, quod possit transigere, & generaliter omnia alia, semper debet fieri relatio quoad eadem bona, non quoad alia. Bald. *cons.* 371. *Viso tenore, lib.* 4. *in pr.* quia verba generalia secundum subiectam materiã sunt intelligenda. Bartol. *in consil.* 6. *Super puncto, num.* 1. *cum seqven. lib.* 2. vbi clausula ad renunciandum, restringitur circa expressa. † Ita-
14 mo natura clausulæ, *& generaliter omnia alia in præmissis necessaria, &c.* est, vt restringatur solum ad expressa, & vltra non operetur propter restrictionem. Anchar. *cons.* 284. *in fin.* Alex. *cons.* 22. *in fin.*
15 *lib.* 1. Bartol. *dict. consil.* 6. *in fin. lib.* 2. † Amplia in deputatione, seu mandato Vicarii; quia si est datus ad aliquos casus speciales cum clausula generali, poterit dispensare ad ordines, prout Episcopus, vel Capitulum; quia dispensatio non reputatur inter ardua. Feder. de Sen. *consil.* 40. *Super eo, quod quæritur, in fin.* † Contrarium
16 tenet Oldr. *consil.* 326. *num.* 6. *ver. est autem.* videlicet, quod dispensatio tanquam ardua, & inter grauiora negocia computetur, ita quod Episcopus per se non possit sine Capitulo illam expedire.
17 † Declara; quia stant simul, quod vno respectu quid inter gra-
18 uiora computetur, & alio respectu secus. † Amplia in commisso facto; quia si data est facultas arbitratori procedendi, & tollendi ab vno, & dandi alteri, & procedendi partibus absentibus, ac arbitrandi, si adiungitur clausula, *& generaliter omnia alia faciendi*, ita quod non possit dici de nullitate, neque excipi, talis clausula generalis operatur casus similes non expressos, & ideo valebit arbitramentum latum non citatis partibus. Cuma. *consil.* 7. *Primum videndum, num.* 7. *ver. quinimo si bene.* † Amplia in cõ-
19 cessione feudali; quia si sunt concessa pedagia, merum, & mixtũ imperium cum clausula, *& quæcunque alia iura, quocunque nomine nuncupentur*, venit sal, & redditus talis, quamuis sit de regalibus. Castren. *cons.* 63. *Quod dicti redditus. in fin. lib.* 1. † Amplia; quia man-
20 datum generale ad omnes causas, excepta causa restitutionis in integrum, dicitur speciale in omnibus aliis causis; quia exceptio operatur, quod sit datum speciale mandatum in aliis, de quibus sine exceptione non intelligeretur. Gemin. *in c. qui ad agendum. §.*
1. *de procur. in* 6. Imol. *in l. fin. colum.* 12. *ff. quis, & à quo appell.* Alexan.
in l. fin. ff. quod quisque iur. † Amplia; quia mandatum dicitur spe-
21 ciale ad vendendum, licet non exprimat bona vendenda, & ad transigendum, licet non dicat, super quibus. Crauett. *consil.* 126. *numer.* 6. plenius Alexand. *consil.* 189. *Viso statuto, num.* 8. *lib.* 1. vbi dicit * communem, plenius, quam alius Roland. à Vall *consil.* *
26. *num.* 8. *& sequent. lib.* 2. vbi ponit infinita exempla ad emendum, ad pignorandum, & retrahendum, donandum, petendum restitutionem, compromittendum, dicitur speciale. † Ex-
22 tende; quia mandatum ad petendam restitutionem in integrum dicitur speciale, licet non dicatur aduersus quos. Crauett. *consil.* 126. *numer.* 6. Alexand. *dict. consil.* 189. *num.* 8. *lib.* 7. Roland. à Vall. *dict. consil.* 26. *num.* 8. *& sequent. lib.* 2. † Contrarium Ioan. Mon-
23 tesper. *consil.* 283. *numer.* 8. † Declara; quia mandatum speciale di-
24 citur, quando fit ad vendendum, si vero fiat ad vendendum talem rem, dicitur singulare. Alexand. *dict. consil.* 189. *num.* 8. *lib.* 7. *& consil.* 155. *numer.* 8. *lib.* 6. vbi apostill. dat concord. Roland. à Vall. *consil.* 26. *numer.* 9. *& sequent. libr.* 2. † Declara; quia speciale
25 dicitur mandatum, quando continet certum quid, licet illud plura contineat, quia semper est eadem species, prout venditio, licet sit domus,, vel fundi, vel animalium, semper est venditio, quæ ad plura refertur; secus, quando verba sunt generalia, quæ de pluribus speciebus disponunt; quia tanquam incerta sunt
26 generalia. Crauett. *dict. consil.* 126. *numer.* 6. *ver. similiter.* † Exten-
de ad donandum; quia speciale dicitur, licet non dicat, cui, vt est text. *in l. filius familias. ff. de donatio.* sed tamen intelligitur de modica donatione, vt per Socin. *consil.* 112. *numer.* 10. *libr.* 1. † Extende;
27 quia mãdatum ad compromittendum, vel trãsigendum dicitur speciale.

speciale. Dec. *cons.21. In causa istorum, n.4.* † Restringe; quia non dicitur mandatum speciale ad eximendum carceratum ad instantiam Communis, licet dicat, ad causam cum Communi. Bartol. *cons.84. In causa Statii circa med. lib.1.* vbi apostill. *in ver. de acq. h. redit.* dat concordantes. † Restringe ad contrahendum matrimoniũ; quia requiritur indiuidua specificatio, & sic mandatum singulare, item ad iurandum specifice; quia fit in animã principalis, item in appellatione ab exequutione, item in iis, per quę dominus incideret in pœnam. Roland. à Vall. *cons.26. in princ. lib.2. & nu.20. & seq.* vbi reddit rationem specialitatis. † Restringe in venditione bonorũ vniuersitatis, vel minoris; quia requiritur specialis mẽtio bonorum vendendorum. Crau. *cons.773. num.7.* allegat Dec. *cons.142. col. fin. circa med.* & alios Crauet. *cons.652. num.3. ver. quarto.* allegat Roland. à Vall. *cons.90. nu.28. lib.1.* † Limita; quia si nullus casus requirens mandatum exprimitur, sed solum dicatur, quod detur potestatem, etiam in casibus requirentibus mandatum speciale, ista clausula nihil operatur, quia resoluitur in generalitate verborum. Castr. *cons.336. Laudatio, num.4. lib.1.* † Extende, etiam si adsint verba expressa generalia, puta *ad accusandum, denunciandum, & renunciandum*; quia non poterit renunciare iuri principalis, p quam inducatur donatio, quia illa verba, *ad renunciandum*, intelligi debent secundum subiectam materiã circa expressã in facultate. Bart. *cons.6. in princ. & per tot. & cons.7. lib.2.* vbi, quod intelligũtur illa verba, *ad renunciandum*, generaliter, dummodo donatio nem non contineãt; quia sunt generalia. † Limita; quia non sufficit tale mandatum ad casus requirentes speciale cum generali clausula, ad hoc, vt dicatur habere mandatum ad contrahendũ matrimonium; quia requiritur speciale, & indiuiduum cũ certa persona, *c. fi. de procur. in 6.* vbi gloss. *in ver. speciale.* Lap. *alleg.70. circa princ. ver. idem dicimus.* † Limita; quia non sufficeret ad donandum libere, licet sufficeret ad alienandum. Abb. *d. cons.88. col. pen. ver. secundo potest. lib.1.* Bartol. *cons.6. & 7. lib.2.* † Extende; quia non extenditur ad renunciationem iuris clari, per quam inducitur donatio, Bart. *d. cons.6. num.1. & seq. & cons.7. lib.2.* vbi loquitur etiã si adsit clausula generalis, *ad paciscendum, & renunciandum*. † Limita in mandato ad opponendum crimina contra electum. *clem. nõ potest, de procurator.* & hoc, siue per viam appellationis, siue alias, vt per gloss. ibi *in ver. electi.* Lap. *alleg.70. in pr. & in fin. ver. dicit ergo*, vbi, q̃ expresso vno speciali ẽt de maioribus, puta fidei, per clausulam generalem, non includit mandatum, *ad obiciendum contra electum.* † Limita in mandato ad appellandum ab electione, vel prouisione; quia debet esse speciale, & indiuiduum cum expressione obiectorum, & ad iurandum corporaliter in animam constituentium, quod credunt obiecta vera, & se posse probare, *c. procurator, de electio. in 6.* Lap. *d. alleg.70. in pr. ver. ita enim dicimus.* † Declara, vt per Io. de Monte Sperello *cons.283. n.6.7. & seq.* quia ab electione, forte sufficit speciale, sed non ad accusandum criminaliter, nisi crimina specificentur. † Limita regulariter in omni casu, in quo posset dominus ex tali mandato cadere in pœnã mutationis status; quia tunc requiritur speciale & specificum. Lap. *d. alleg.70. circa pr. ver. si coniungas, & misceas, & n.2. & 3.* Fulg. *cons.119. n.2.* † Limita vt procedat in dictis casibus limitatis, ẽt si in mandato esset expressa grauior causa, puta causa fidei; quia licet comprehendantur casus similes, & maiores in aliquo; tamen non comprehenditur causa mutationis status; quia illa verba *clem. non potest, de procurator.* videlicet cum sub generalitate grauiora non veniant, vel maiora, licet sint generalia, tamen fundantur super ratione speciali, vt non veniat causa status, ita Lap. *d. alleg.70. n.3. ver. sed ad istud opponitur, vsque in fi.* quod tamen intellige secundum præced. ampliat. quia si exprimatur vnus casus mutationis status, veniunt a super clausulã generalem, & idem, quando exprimitur casus requirens specificum mandatum veniunt alii, & ad hãc limitationem, quod causa status sit maior, & non veniat, ita de facili facit *cons. Bald. 1. lib.1.* † Limita; quia nunquã veniunt in tali mãdato lõge maiora, vel grauiora requirentia mandatum speciale, *d. clem. non potest. cũ ibi not. at. de procur.* Lap. *d. alleg.70. n.3. ver. & illud intelligitur.* Bart. in *l. sed est quis. §. quæritum, col.2. ff. si quis cautio.* & plenius *cõs. 6. Super puncto, n.3. vsque in fi. lib.2.* maxime *in fi. ver. præterea*, vbi, quod *d. qui ad agendum. §. sed si aliquis, de procur. at. in 6.* habet hodie restrictas habenas per *d. clem. non potest, de procur. at.* vt non contineat maiora expressis. Rom. *cons.271. Vis tota, n.2. ver. substantialiter tamen.* vbi apostill. *in ver. similia*, dat concord. † Extende, vt imo nec veniãt ex clausula generali posita post specificationem specialẽ grauiora, vel maiora. Cald. *cons.526. circa med. ver. non obstat, si dicatur.* alias *n. de prius*, qui loquitur in derogatione. † Limita in mãdato ad impetrãdum rescriptum, quod requiritur speciale, & non sufficit mandatum ad certos casus speciales cum dicta clausula generali; quia vbi agitur de fraude excludenda, vel de magnitudine rei, nõ sufficit. Alex. *cons.135. Ponderatis iis, n.4. ver. in tantum, lib.2.* vbi, quod neque ratificatio sufficit. † Limita; quia ad hoc, vt mandatum dicatur speciale, requiritur specialis mentio, nec sufficit generalis expressio, puta ad iurandum de calumnia non sufficit mãdatum ad præstandum quodcunque iuramentũ, nisi exprimatur species iuramenti, puta quodcunque iuramentum calumnię, vel in supplementum, ita Io. de Imo. & Franch. *in cap. si de iuramen. calumn. in princ.* & idem dixit in iuramento supplementi, & aliis specialibus iuramenti. † Extende; quia licet largo modo compromissum sit trãfactio, tamen mãdatum ad trãsigendum non sufficit ad compromittendum, nec è contra. *supra in ver. Mandatum ad transigendũ, Concl.47.* † Extende; quia ad contrahendum matrimonium requiritur speciale mãdatum, & non sufficit, quod dicat, *ad contrahendum matrimonium cum quacunque persona*, sed debet esse specialissimum, *ad contrahendum matrimonium cum tali persona.* Alex. *cons.146. lib.5.* & est tex. *in l. generaliter*, vbi Bart. *l. ff. de sponsalib. tex. in cap. fin. de procurator in 6.* † Extende; quia clausulæ generales non extendũt mãdatum ad maiora expressis licet possent comprehẽdere ex sui generalitate omnia. Vide, *Clausulæ mandatorum procuræ diuersæ, & quid operentur. Concl.364.* Vide, *Maiora expressis quando includantur, vel non ex clausula generali. Concl.18.* † Restringe; quia bene sufficit mãdatum ad transigendum, & componendum absque expressione indiuidua causæ. Vide, *Mandatum. Concl.47.*

Mandatum speciale requiritur multis casibus. Concl. 52.

VIDE † casus 24. quos ponit Specul. in quibus requiritur mandatum speciale, *in tit. de procurator. §.1. num.4. ver. item apponitur*, quos repetit gloss. *in cap. qui ad agendum. §. si. ver. vel paciscr. de procurator. in 6.* † Primus in petenda restitutione in integrũ pro alio, *cap. coram, de restit. in integr.* quod intelligit gloss. *in c. ad agendum.* quando petitur principaliter, sec⁹, si incidẽter. *c. suscitata, eod. tit.* Cassad. *decis.1. de procur.* Declara *in ver. Restitutio in integrum vt peti possit, pro alio, requirit mandatum speciale, & quando secus. Concl.279.* † Vide Cast. *cons.236. Viso puncto, lib.2. in princ.* vbi, quod procurator ad causam, sil æditur, potest petere restitutionem in integrum, & prosequi; quia extenditur ad dependentia, & incidentia. † Secundus est causa suspecti tutoris. *l. non solum. §. fin. ff. de procur.* † Tertius, quando sunt duo procuratores omnium rerum alicuius; quia vnus nõ potest ab altero exigere sine mãdato speciali. *l. qui duos. ff. de procurat.* † Quartus est in interdicto de libero homine exhibendo, *l. Pomponius, in pr. ff. de proc.* † Quintus est in trãfactione, vel pacto. *l. mandato. ff. de procur. & C. de transact. l. transactionis.* vbi, quod sufficeret, si esset procurator cum libera, vel in rem suam constitutus. *l. procurator, ff. de procur.* & quod in trãfactione requiratur mandatum speciale, alias est nulla. Rom. *cons.166. Viso, num.3. ver. cæterum.* Alex. *cons.129. Ponderatis, num.2. lib.1.* vbi, quod transactio est alienatio. † Adde, quod sufficerent verba prægnantia mãdati, ad hoc, 8
vt procurator possit renunciare appellationi. Gem. *cons.129. nu.4. & seq. ver. dixi secundo.* † Sextus iuramenti delatio, & receptio. *l. iusiurandum. §. fi. ff. de iureiur.* & in omni iuramento, quia per illud ligatur anima, *cap. si. de iuram. calum.* Lap. *alleg.71. Sæpe vidi, n.6. ver. itẽ iuramentum*, vide *in casu 19. n.31.* † Et non dicitur speciale, si fiat ad 10
præstandum quodcunque iuramentum; quia non poterit de calumnia iurari, nisi adsit specialis mentio ad præstandũ quodcunque iuramentum calumniæ. Im. & Franch. *in cap. si. de iuramen. cal. in pr. lib.6.* † Et quod requiratur mandatum speciale ad iurandũ, 11
est tex. *in cap. si. de iuram. calum. in 6.* gloss. *in cap. qui ad agendum. de procurator. in 6.* Bart. & alii *in l. qui bona. §. si alieno, in 3. quæst. ff. de dam. infect.* Vide, *Iuramentum potest præstari per procuratorem, & quando requiratur mandatum speciale. Concl.530.* † Restringe multis casibus, pri- 12
mo, nisi in mandato essent expressi quidam casus speciales requirentes mandatum speciale, deinde esset apposita clausula generalis, *quod posset omnia alia, quæ requirunt mandatum speciale*; quia posset iurare, *d. c. qui ad agendum, de procurat. in 6.* Vide, *Mandatum quando dicatur speciale per clausulam generalem. Concl.51.* † Declara, nisi es- 13
set casus grauior expressis; quia clausula generalis non comprehenderet *clemen. non potest. de procurator. cap. sedes, de rescript.* Bartol. *in l. sed & si quis. §. quæritis, colum.2. ff. si quis cautio.* † Restringe, nisi 14
essemus in syndicis ciuitatum, & castrorum, vel communitatum; quia ex quo gerunt officium publicum, & propter interuentum decreti superioris possunt expedire omnia illa, in quibus alias requireretur specificum mandatum, licet secus sit in syndico alicuius Capituli, vel Collegii, ita Cyn. & Bald. *in l. 1. C. etiam per procur. cauf. in integr. restit.* Bald. *in l. illud. §. 1. ff. de minor.*

Castr. *in l. iusiurandum & ad pecunias, §. defensor. ff. de iureiurand.* idem
15 Castren. & Alexand. *in l. præses. C. de transact.* † Restringe, nisi principalis persona, vel communitas promisit, & iurauit attendere, & obseruare quæcunque gerenda, & procuranda per eius procuratorem, vel syndicum; quia tunc tales procuratores possent iurare absque alio speciali mandato; quia quotiescunque syndicus, vel procurator facit illud, quod principalis suus fecit, vel solitus est facere, licite facit, ac si de hoc haberet speciale mandatum, text. iuncta gloss. *in l. fi. ff. quod cum eo*, & idem in puncto Alexand. in apostill. ad Bart. *in l. solutam. §. final. ff. de pignor. actio.* & sic
16 limitantur dicta per Bartol. *in l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infect.*
17 † Septimus in acceptilatione, *l. 3. ff. de acceptilation.* † Octauo in rescriptorum impetratione, etiam si sint litteræ legendæ, & sic obseruare Cancellariam Curiæ Rom. asserit Specul. *in c. nonnulli, de rescript.* Alexand. *cons. 135. num. 4. ver. in tantum lib. 2.* vbi, quod nõ sufficit mandatum speciale ad certos actus cum clausula generali, &c. neque valet ratificatio, infra *numer. 49. & sequ.* † Nono in
18 causa matrimonia i secundum Vinc. *cap. ex litteris. qui matr. accus.*
19 *poss.* Lap. *allegat. 71. n. 6. in fi.* † Contrarium videtur velle *c. accedens. de proc.* sed ibi parentibus agentibus de matrimonio filiorum accessit consensus, secundum Spec. & gl. *in d. c. qui ad agendum.* & Lap.
20 *d. alleg. 71. Sæpe vidi, n. 6. circa fi.* † Declara; quia mandatum ad contrahẽdum matrimonium cum quacunque muliere, vel quocũqueviro non est bonum, sed debet esse speciale cum tali persona, alias non sufficit, si tamen post tale mandatũ sequatur matrimonium, & deinde mandans dat mandatum speciale ad contrahẽdum cũ tali, sufficit; quia videtur ratum habere. Alex. plene *cons.*
21 *146. In causa, & lite, per tot. lib. 5.* vbi tollit contraria. † Decimo in voto vltramarino, *c. ex multa, in pr. de voto.* Lap. *d. alleg. 71. Sæpe vidi, n. 6.*
22 *circa fi.* † Vndecimo in consumptorum instrumentorum exem-
23 platione. *c. fi. de fi. instrum.* † Duodecimo in iis, quæ Sedes Apostolica sibi in specie reseruauit, dicunt notat. *in c. quod translatione de*
24 *offic. legat.* infra *n. 42.* † Decimotertio in matrimonio contrahẽdo, *c. fi. de procurator. in 6.* vbi gloss. *in ver. speciale*, quod non sufficit man-
25 datum speciale ad cõtrahendum, nisi exprimatur cum tali. † Decimoquarto in sponsalibus contrahendis, *cap. veniens. qui Cleric.*
26 *vel vouen.* † Dictamen, quod pater filia non contradicente potest contrahere pro ea matrimonium, & sponsalia sine mandato se-
27 cundum Speculator. vbi supra, secus si contradicat. † Decimoquinto in compromisso, *c. per tuas. de arbitr.* infra, *n. 56.* vbi plenius.
28 † Decimosexto in absolutione ab excommunicatione petenda, *cap. q. de iis, in fi. de sentent. excomm.* & ratio est; quia absolutio non datur pœnitenti, & probatur, vel præsumitur pœnitens ex mandato speciali, & qualiter sit danda absolutio. Vide Speculat. vbi supra. Lap. *d. alleg. 71. Sæpe vidi, n. 6. ver. vnde est videre.* vbi, quod est speciale ad præstandum iuramentum secundum notat. *in c. desideres,*
29 *de sentent. excomm. in ver. absolutio.* † Decimoseptimo in oblatione filii idolis faciẽda, seu dæmonio, *cap. quæris. distinct. 4. de consecratio.*
30 † Decimo octauo in contrahenda excommunicatione, *c. si habes,*
31 *in pr. 24. q. 3.* Lap. *d. alleg. 71. n. 6. in fi.* † Decimonono in iuramẽti de calumnia præstatione, *c. vlt. de iur. calum in 6.* Lap. *d. alleg. at. 71. Sæpe*
32 *vidi, n. 6. ver. ut ẽ iuramentum.* Vide supra *in 6. casu, n. 9. & seq.* † Vigesimo in exceptionis famosæ, seu criminosæ propositione, & quando contra electum per viã appellationis, vel alias proponuntur crimina. *clem. non potest*, vbi gl. *de procurator.* declarat hoc esse; quia procurator potest facere cadere dominũ in pœnam mutationis
33 status. † Vigesimoprimo in petenda dispensatione, vt per Specul.
34 *de electio. §. superius, ver. item not.* Lap. *d. alleg. 71. n. 6. in fi.* † Vigesimosecundo in pace facienda. Spec. *de treuga, & pace, ver. hoc quoque.* Iul.
Clar. *in §. fi. q. 58. n. 28. ver. sed. an procurator*, vbi, q non sufficit man-
35 datum cum libera ad pacem, sicut nec ad donandum. † Extende; vt idem sit in reconciliatione, quæ est quædam pax. Alex. *cons. 78.*
36 *Viso, n. 15. lib. 5.* † Vigesimotertio, cũ iudex finito officio conueniatur; quia post 50. dies dat procuratorẽ, aut per se ipsum stare de-
37 bet, *l. 1. C. vt omnes, tam ciuil. quam mil. iudic.* † Vigesimoquarto is, q impetrat super dispensatione natalium pro alio, debet habere mandatum speciale ad iurandum secundum stylum Cãcellariæ, & aliter non auditur secundum Spec. *d. §. 1. de procurator. n. 6. ver. 24.*
38 † Amplia, & adde alium casum; quia in causa spirituali requiritur speciale mandatum. Lap. *d. alleg. 71. Sæpe vidi, n. 6.* qui hoc colligit ex mente Speculator. de coniuncta persona, §. 1. item quod, vbi cõiunctus nõ admittitur pro coniuncta persona, in iis, quæ requirunt speciale mandatum, & sic cum non admittatur in causa spirituali, non quod requirat mandatum speciale, vide Lap. qui multa dicit pro, & contra, & *n. 7.* allegat rationem, quia in causa
39 spirituali tangitur anima. † Amplia; quia idem etiam in causa beneficiali dicit Lap. *d. alleg. 71. num. 6. ver. tum etiam.* quia ibi eadẽ allegat, quæ in præcedenti casu, & *cap. si annum, de iudic. in 6.* & ibi
40 tionem ponit, *n. 7.* quia in causa spirituali proprie tangitur anima, quæ tamen ratio non forte applicatur causæ beneficiali. † Et Vi-
41 carius Episcopi non potest admittere resignationem beneficiorum, nisi habeat mandatum speciale; quia est species alienationis
42 personarum. Cald. *cons. 60.* quod est 3. *de renunciat.* † Item non pot-
43 interponere authoritatem super donatione iuris patronatus, nisi habeat mandatum speciale. Cald. *cons. 68.* quod est 1. *de offic. Vicar.*
† Amplia; quia itẽ in iis, quæ sunt de maioribus, & Episcopo re-
44 seruatis, requiritur mandatum speciale. Cald. *cons. 70.* alias 3. *de offic. Vicar.* Vide alios casus, *in ver. Vicarius Episc. non potest. Concl. 189.*
& supr. *n. 23.* † Amplia in executione perenda, requirit n. man-
45 datum speciale; quia potest facere cadere dominum in pœnam. Ang. Aret. *cons. 136. in themate. in fi. ver. vlt. est singulariter*, vbi, quod si succũberet in exequutione, Dominus incidit in pœnam. *lib. 500.*
† Contrarium, quod mandatum generale sit sufficiens ad capturam pro credito ciuili. Alex. *consil. 133. Circa executionem. per tot. lib. 6.*
† Extende in reductione laudi ex eadem causa. Bart. *cons. 211. lib. 1.*
46 facit tex. cum gloss. *in l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi armat.* Bart. & Angel. *in l. 1. §. si procurator, ff. de cõd. indeb.* † Posset tamen suppleri per ratificationem domini, quatenus debito tempore interueniat. *l. bonorum, ff. rem ratam hab.* † Restringe; quia licet mandatum spe-
47 ciale requiratur ad petendam executionem, tamen si iudex pronunciauit mandatum esse legitimum, & transierit in iudicatũ quoad partes, non potest amplius de mãdato, q̃ non sit speciale, opponi. Alex. *cons. 102. Viso processu, in pr. lib. 5.* † Extende; quia si non
48 fuit oppositum in principio, & medio indicii, censetur legitimũ, & onus probandi incumbit dicenti non legitimum Alex. *d. cons.*
102. *num. 3. ver. præterea, lib. 5.* † Amplia; quia ad impetrandum cõ-
49 missionem, vel rescriptum requiritur mandatum speciale. Alex. *cons. 135, lib. 2.* & est text. *in cap. nonnulli, §. fi. de rescript.* supra *n. 17.* † De-
50 claratio libelli obscuri producti per procuratorem non potest ab eo declarari sine speciali mandato, Doctor. *in l. Pomponius scribit. si instrumentum, §. si.* vbi Bald. & Ang. *ff. de rei vendicat.* Bart. *in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.* & est ratio; quia ea, quæ latent in animo principalis, non possunt explicari per procuratorem non habentem speciale mandatum, vt per Ang. *in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic.* vbi late Alex. *cons. 78. n. 14. lib. 5.* † Amplia; quia oblatio pretii ad retrahendum bona vicina alienata ex iure congrui
51 requirit mandatum speciale. Tiraq. *de retr. act. lign. ag. §. 1. glos. 10. n.*
94. *& seq.* vbi late, & idem dicit Paris. *cons. 31. n. 50. lib. 1.* qui loquitur in oblatione ad materiã duelli. † Contrarium; quando oblatio q̃
52 non esset, nisi vel ad liberandum emphyteutam, vel alium; quia quilibet potest cõditionem meliorem facere absentis etiam inuiti. Tiraq. *d. tract. glos. 9. in §. 1. n. 253. & seq.* † Amplia; quia donare q̃
53 non potest procurator sine speciali mandato, nec maiores administrationes gerere, *l. præses. C. de transact.* & quantumcunque sit latissimũ mandatum, non potest donare procurator, si in specie
54 non est dictum. Cuman. *cons. 148. Venerabilis, n. 2.* † Extende, sicut res non potest donare, ita nec tẽpus instantiæ appellationis possit prorogare sine speciali mandato. Cald. *cons. 105. per tot.* alias 1. *de procur.* & duplicatur *cons. 210. circa fi. ver. aut dicemus*, alias 4. *de appellat.* † Extende; quia non potest renunciare exceptioni competẽti
55 filio principali, quia esset donare, & remittere ius quæsitum, q̃ requirit mandatum speciale. Castren. *consil. 196. colum. 2. ver. nec obstat, lib. 2.* † Amplia; quia compromittere non potest procu-
56 rator in causa appellationis sine speciali mandato ad effectum prorogandi instãtiam. Cald er. *consil. 105. in fin. ver. sed verum est*, alias 5. *de procurator. & consil. 210. circa fin.* alias 4. *de appell.* † Extende; quia q̃
57 requiritur mandatum speciale ne dum ad compromittendum, sed ad prorogandum compromissum, & ad homologandũ laudum, ita quod non sufficiat mandatum ad compromittendum, vide in *ver. Compromissum, Conclus. 503.* vbi plures casus posui. † De-
58 clara tamen; quia licet procurator non habeat speciale mãdatum ad compromittendum, & ad renunciandum appellationi; tamẽ valet compromissum, & renunciatio appellationis, quando in mandato adsunt prægnantia verba, quæ hoc importare possunt. Gemin. *cons. 129. num. 4. & sequen. ver. Dixi secundo*, maxime, q̃n est
59 cumplena, & libera. † Declara; quia quod dicitur requiri specia-
le mandatum, non tamen requiritur in diuiduum, & singulare, sed sufficit, quãdo est generale cum libera, vel cũ clausula, quod possit omnia, quæ potest principalis. Alexand. *consil. 133. Circa exequutionem. per tot.* maxime *numer. 10. ver. denique posito, lib. 6.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia non potest procurator sine spe-
60 ciali mãdato agere, vt quis tanquã suspectus remoueatur à cura, vel alia administratione. Petr. de Anch. *consil. 36. num. 8. versi.*
item etiam aduertendum, num. 4. † Amplia; quia speciale mãdatum
requi-

MANDATVM † primum reuocatur per ſecundum mandatum; quia dando ſecundum procuratorem, videtur prohibere, & reuocare primum, *l.ſi quis cum procuratorio. §. fin. ff. de procurator.* Bald. *in l.falſus, col.pen. C.de furt.* Dec. *conſil.*430. *in fin.* Vide plenius *in ver. Procurator reuocatur multis modis, & c. Concl.*860. *& in c. non iniuſte, de procurator.* Caſtrenſ. *conſ.*104. *Viſis, & ponderatis, nu.*3. *verſic. tertia ratio principalis, lib.*1. vbi apoſtil. allegat Socin. *conſil.*18. *verſ.& videtur dicendum, lib.*1. † Extende maxime in extraiudicialibus. Caſtrenſ. *d.conſil.*104. *col. fin. ver. tertia ratio, lib.*1. Extende; quia ſi procurator generalis conſortii conſtituitur ſpecialiter ad alienandum, vel inueſtiendum aliquem, mandatum primū generale cenſetur reuocatum. Alexand. *conſil.*83. *In cauſa, & lite, nu.*5. *in fin. & num.*6. *ver. vnde principaliter videndum, lib.*7. † Amplia; quia ſi duo procuratores inſolidum ſunt conſtituti, præoccupatio vnius alterum excludit, & reuocat, *cap.ſi duo, extra, de procurat. in* 6. Ægid. *conſil.*12. *num.*15. † Extende, vt idem ſit, etiam ſi conſtituantur ſeparatim; quia per conſtitutionem ſecundi reuocatur primū, vel ſaltem ſi ſecundus præoccupauit, geſta per ſecundū debent præualere. Alexand. *conſil.*83. *In cauſa, & lite, nu.*5. *in fin. & num.*6. *verſic. vnde principaliter, lib.*7. † Extende, vt procedat etiam in tutela, & cura; quia per præoccupationem ceſſat alius datus in ſolidum eo modo, quo ceſſat procurator. Ægid. *d.conſil.*12. *num.*17. *ver. circa ſecundum.* † Reſtringe, & declara, quando præoccupatio fit per litis conteſtationem, alias ſecus; quia ſi fiat præoccupatio per actus ante litem conteſtatam, non facit ceſſare mandatum in alio præoccupato. Ægid. Bellam. *d.conſil.*12. *num.*16. *in fin. & nu.*17. *ver. circa primam.* † Amplia; quia mandatum reuocatur per comparationē domini in cauſa, *cap.ſi quando de procurator. lib.*6. † Reſtringe, quando dominus comparet in cauſa ſimul cum procuratore; quia tūc dicitur potius aſſiſtere, quam cauſam per ſe ipſum agere, quando procurator eſt cum eo, ita Roman. *conſil.*76. *In cauſa nobilis, in princ. ver. quoad ſecundum, num.*2. vbi ad hoc allegat *l. Paulus reſpondit, ff.de procurator.* quem text. dicit notabilem ad declarationem *cap.ſi quē de procur. in* 6. † Reſtringe, quando per comparitionem domini factam ſine procuratore eſſet reuocatus; & tamē procurator reaſſumſiſſet mandatum ſciente, & patiente domino; quia inducitur mandatū de nouo. Rom. *d.conſil.*76. *n.*2. *ver. item dici*, allegat gl. *in d.cap.ſi quem, de procurator. in* 6. ſequitur Alexand. *conſil.*128. *Sentio, num.*6. *ver. quoad aliud, lib.*6. & apoſtill. ad Roman. *in ver. reuocatum*, citat alios. † Reſtringe; quia imo ſi procurator fuit reuocatus, poſtea dominus præſens, & ſciens patitur per ipſum procuratorem fieri actum procurationis, videtur renouare mādatum primum, & dare aliud mandatum. Alexan. *d.conſil.*128. *in fin. lib.*6. Reſtringe; † quia procedit nedum in principali, ſed etiam in tutore, adminiſtratore, & officiali habente liberam adminiſtrationē; quia ſi comparuit in cauſa, per quam comparitionem cenſeatur reuocaſſe procuratorem, ſi patitur poſtea eundē procuratorem exigere, vel exercere mandatum, cenſeturillud renouare. Alex. *d.conſil.*128. *in fin. lib.*6. vbi late. † Limita, vt non procedat, quando mandatum primū eſt ſpeciale, & generale ſubſequitur; quia per generale non tollitur primum ſpeciale. Bald. *conſil.*88. *Quæritur, vtrum, lib.*2. vbi idem dicit in generali commiſſione, vt non tollat præcedentem ſpecialem; & in generali deputatione collectoris in prouincia, vt non tollat ſpecialem collectorem certi loci. † Limita, quando ſecundum mandatum eſſet cum clauſula, *citra reuocationem.* Vide, *Procurator reuocatur multis modis. Concluſ.*860.

Mandatum finitur morte, & aliis modis. Concluſ. 65.

MANDATVM † procuræ morte mandantis finitur, *l. mandatum. C.mand.* Old. *conſil.*130. *Omni prolixitate. num.*3. *verſic. ſi enim noua poteſtas*, quod intellige, quando procurator non erat effectus dominus litis, vel quaſi dominus litis ante mortem principalis. Bald. *conſil.*340. *Tria ſunt, poſt med. ver. præterea mandatum, lib.*
2. Et † quod morte mandantis reuocetur mandatum abſq; alia intima-

intimatione; quia mors omnia soluit, & hæres non obligatur; quia non potest mandatũ principiare in mortuo. Castrens. plene *cons.* 104. *Visis, nu.* 2. *ver. secunda ratio, lib.* 1. bene requiritur notificatio, ne possit exigere, & liberare soluentes. † Declara; quia mandatum finitur morte mandantis, sicut socieras finitur morte socii, & non requiritur notificatio, neq; scientia, quin cesset mandatum, vel societas; quia per mortẽ cessant omnes effectus, vno excepto videl. quia ignorans releuatur indemnis. Alexand. *consi.* 60. *In causa, & lite, in princip. lib.* 7. † Extende, siue mandatum sit ad iudicialia; quia re integra morte mandantis extinguitur. Ias. *in l. eius qui in prouincia, §. si placebat, in princ. ff. si cert. pet. at.* † Ratio est; quia resoluto iure datoris in totum resoluitur ius acceptoris; & quia res deuenit ad eum casum, à quo incipere non potest. Ægi. *d. cons.* 12. *n.* 10. *& seq.* vbi late. † Amplia, vt idem sit in mandato facto ab eo, qui est effectus dominus litis; quia eo mortuo finitur mandatum. Old. rad. *d. consil.* 130. *n.* 3. *ver. si enim est noua, vsque ad nu.* 5. vbi, q̃ litis contestatio duo confert, quod is, q̃ non poterat substine- re, substituit, & morte mandantis non reuocatur. † Amplia, vt p̃cedat etiam in mandato ad donandum causa remunerationis; quia licet remuneratio sit fauorabilis; tñ mandatum extinguitur re integra morte mandantis. Ias. *d. l. eius qui in prouincia, §. placebat, in pr. ff. si cert. pet.* † Amplia; quia mandatum procuræ, vel officialis substituti finitur morte eius, qui substituit, ex quo nomine mortui videtur gerere officium. Feder. de Sen. *consil.* 203. *Casus talis est, Papa.* Contrarium † tenet ibi Lap. *in addit. ad d. cons.* 203. *in ver. Expiret.* Declara; † quia morte procuratoris substituentis non expirat mandatum secundum * communem. Ægid. *d. cons.* 12. *nu.* 10. *in fi. ver. sed oppones*, secus in cura, vel mandato, q̃ requirit decretũ; quia ex quo decretum non potest cadere super incerto, neq; potest trahi ad futura, extinguitur. Ægid. *d. consil.* 12. *nu.* 10. † Amplia in officiali Episcopi; quia expirat officium illius morte Episcopi delegantis. Feder. de Sen. *d. consil.* 203. *circa fi.* allegat Ioan. And. *in clem. procuratorem, de procurator.* Amplia † etiam in Prælato; quia morte eius reuocatur mandatum datum ad iura ecclesiæ, *clem. fin. de procurator.* & est ratio; quia exercitium, & prosequutio procuratoris respicit administrationem, quam habet Prælatus, quæ cessat per eius mortem; ergo cessat mandatum. Roman. *consi.* 374. *Præsens est quæstio, nu.* 4. *ver. quarto ratio.* Extende; † quia multo magis reuocatur mandatum datum respectu tituli beneficialis per mortem beneficiati. Rom. *d. consil.* 374. *in fin.* † Amplia; quia semper mandatum reuocatur etiam re non integra per mortẽ mandantis quando non est aliquis, qui repræsentet in specie, vt successor personam mandantis. *l.* 1. *C. de actio. & oblig.* Rom. *d. consi.* 374. *nu.* 5. *ver. quinta ratio.* † Amplia in mandato, vel præcepto, q̃ constitit in iurisdictione; quia re integra expirat. Cald. *cons.* 77. *An mandatum, in princip.* quod est 4. *de off. delegat.* † Amplia in mandato facto per tutorem pro rebus pupilli; quia reuocatur morte tutoris re integra. Roman. *consil.* 119. *In prima consideratione, in princip.* Extende † in mandato dato ab exequutore; quia per mortem exequutoris reuocatur, quando non est ad pias causas. Rom. *d. consil.* 119. *per tot.* † Restringe, quando res non esset integra. Alexand. *consil.* 128. *lib.* 6. † Amplia; quia omne mandatum falliti, & decocti censetur reuocatum, & nõ requiritur alia intimatio. *Decis. Ianuen.* 8. *nu.* 31. *& seq.* Bald. *in l. rogasti. §. si tibi. ver. si fugitiuus.* vbi Dec. Socin. & alii, *ff. si cert. pet.* † Amplia; quia mandatũ præsumitur reuocatum lapsu quadriennii. Castrens. *cons.* 12. *Tota disputatio, nu.* 7. *ver. secunda ratio, lib.* 1. † Contrarium, quod neque lapsu 20. annorum censeatur reuocatum, tenet Alexand. *consil.* 189. *Viso statuto, in fin. nu.* 19. *ver. quoad aliud, lib.* 7. vbi reddit rationem; quia voluntas mutata non præsumitur, & probat; quia semper procurator potest acceptare mandatum, etiam si semel noluit acceptare; quia dũrat voluntas, si de contrario non constat. † Amplia; quia mandatum ad vendendum certam domum finitur facta prima venditione; ideo si procurator vendat rem duobus, secunda nõ valet, neque dominus incidit in aliquam pœnam, sed procurator solus. Angel. de Perus. *consil.* 43. *Fratres Seruorum, in princip.* † Extende, vt idem sit in mandato iudicis delegati; quia lata sententia, & semel functus officio caret omni iurisdictione. Angel. *d. consil.* 43. *in princip.* Extende, † vt procedat, etiam si prima venditio posset dici nulla per eum, qui constituit procuratorẽ, vt quia procurator habuit fidem de pretio pro ecclesia constitutus; quia sufficit, q̃ ecclesia velit ratificare. Angel. *d. consil.* 43. *per tot.* † Amplia; quia mandatum potest reuocari per mandantem, vbicunq; res est integra, & hoc est regulare in omni mandato, ẽt si quis alteri mandauit, vt soluat Titio; quia antequã Titius accepret, potest reuocari; secus post Dec. *consil.* 421. *Plene, & subtiliter, col. fi.* † Amplia; q̃ mandatum reuocatur propter superuenientẽ inimicitiam, lites, & rixas inter mandantem, & mandatarium, plene Alex. *cons.* 209. *In causa, & lite, num.* 3. *& seq. vsque in fi. lib.* 7. † Amplia; quia mandatum reuocatur morte procuratoris. † Extende; quia cura finitur morte curatoris sine dubio. Ægid. *consil.* 12. *num.* 19. *ver. ad primam quæstionem, & num.* 20. *ver. quoad primam.* † Amplia; quia per reuocationem mandati factam ab actore iudicium, in quo datus fuit procurator ad agendum, finitur. Roman. *consil.* 347. † Amplia in mandato facto à beneficiato super titulo beneficii; quia per renunciationem factam ad fauorem alterius, vel alias, reuocatur mandatum, sicut per mortem. Rom. *consil.* 374. *Præsens est quæstio, in princip. & per tot.* vbi plura cumulat, & dicit omnia post cessionem factam esse nulla, & *n.* 3. allegat text. *in l. si remunerandi, §. sicut, & §. si tibi mandauero, ff. mand.* & ibi apost. *in ver. mortuus.* † Declara; quia cessione vel renunciatione facta per beneficiatũ reuocatur mandatum, q̃n non interest cedentis, vel renunciantis, alias secus, puta si reseruabit sibi regressum, vel fructus, vel alias sua interfit, vt per Cresc. *decis. Rot. al.* 171. & ita videtur etiam intelligere Roman. *d. consil.* 374. *n.* 2. & 3. vbi considerat, q̃ reuocatur; quia sua nõ interfit; ergo à contrario sensu; secus, si interfit. † Amplia; quia licet gratia sit perpetua, quando est perfecta, & morte mandantis non reuocetur, tamen secus est in mandato ad faciendam gratiã; quia morte mandantis expirat, *cap. si super gratia, cum ibi not. de off. deleg. in* 6. † Amplia; quia curator datus vẽtri reuocatur post partum, & datus furioso reuocatur, si efficitur sanæ mentis, & datus puberi finitur, si fiat maior 25. annis, & sic de singulis. Ægid. *consil.* 12. *nu.* 2. Restringe † in tutela; quia licet cesset cessante impubertate; tñ potest tutor finita tutela velle assistere liti, & causæ minoris sui, ita Ægid. *d. consil.* 12. *nu.* 3. † Declara, dummodo viuat pupillus, alias secus, Ægid. *d. consil.* 12. *n.* 19. *ver. item non obstat.* Vide Socin. *reg.* 7. *Mandatum regulariter morte mandantis reuocatur.* vbi limitat decem modis. † Limita; q̃ mandatum non finitur morte mãdantis, q̃n procurator est effectus dominus litis, *l. nulla. C. de procurat.* Old. *consil.* 130. *nu.* 3. *ver. & mandatum ipsius*, & ideo per litis cõtestationem res non est integra, & morte mandantis non reuocatur mandatum. Ægid. *d. consil.* 12. *num.* 6. † Extende, vt idem sit, si est effectus quasi dominus litis. Old. vbi supra, & clarius Ægid. *d. cons.* 12. *n.* 6. *&* 7. vbi dicit, q̃ primus actus post litem contestatam habet vim contestationis litis. † Restringe, q̃n non esset electa industria personæ, quia morte reuocatur etiam lite contestata. Ægid. *d. cons.* 12. *n.* 8. vbi idem dicit in cura, & tutela, & procura, in quibus decretũ iudicis est necessarium. † Restringe de iure Canonico *clem. fin. de procurator.* † Limita; quia mandatum non finitur morte mandantis in negociis extraiudicialibus cœptis, *clem. procuratorem, de procurator.* Inno c. *in c. dilecti, in princ. ver. in procuratoribus autem, de for. compet.* quem refert, & sequitur relatiue Cald. *consil.* 77. *in fin.* quod est 4. *de off. deleg.* † Limita in negociis iudicialibus post litem contestatam, ex quo p̃curator efficitur dominus litis. *d. clem. procuratorem, de procurator.* Fed. de Sen. *d. cons.* 203. *ver. ité istelenon videtur.* Bald. *consil.* 340. *post med. ver. præterea, li*. 2. † Limita; quia licet mandatum finiatur morte mandantis; si tamen debitor soluit, antequam sciuerit mortẽ, tali procuratori, liberatur, *l. eius, qui in prouincia*, vbi Doct. *ff. si cert. pet. at. l. si hominem, §. si Titium.* vbi Doct. *ff. de solutio.* Abb. *in c. ex parte Decani, n.* 13. *de rescript.* Straccha *in tract. de decocto. n.* 53. Castrens. *consil.* 333. *col.* 4. *ver. hanc tamen esse ratificanda. lib.* 1. † Limita; quia mandatũ non finitur morte mandantis, quando in mandato adest clausula satisdationis, & constituens releuat procuratorem, & satisdat pro eo. Bart. *in l. si defunctus. ff. de procurator.* q̃ est notandum; quia hodie in omnibus mandatis apponitur hæc clausula. Ias. *in d. l. eius qui in prouincia, §. placebat, in* 7. *limit. ff. si cert. pet. at.* plene Ægid. *d. consil.* 12. *in princ. ver. quintũ dubium, & n.* 1. vbi reddit rationem. † Limita in substituente; quia licet decedat post substitutionẽ factam, non expirat substitutio, si viuit principalis mandans; quia vigore potestatis ab eo datę facta est dicta substitutio, & pendet à principali, & ab eo regulatur, vt per Doct. *in c.* 1. *in fi. de procurator. in* 6. Ias. *in l. q̃ quis, in* 1. *limitat. ad illũ textũ. C. de procur.* Vide, *Mandatũ substituti nõ reuocatur morte, &c. Concl.* 66. Limita, † quando expresse est dictum, q̃ procurator sit irreuocabilis. Ruin. *cons.* 115. *n.* 7. *lib.* 1. Rot. *decis.* 103. *in antiq.* † Limita, q̃n mandatum non fuit factum gratia mandantis, sed mandatarii, vt per talem modũ sibi prospiceret; quia transit ad hæredes; quia nec posset expresse reuocari; ergo nec per mortẽ. Castr. *in l. fin.* ibi, *post mortem. ff. de solut.* † Limita in iudice delegato; quia morte delegantis non finitur officiũ, quando est cœptũ cognosci, Feder. de Sen. *d. cons.* 203. *ver. item iste non videtur.* † Limita; quia si mandatũ est factũ in exequutione contractus, vel conuentionis, morte non reuocatur. Bald. *in l. si quidem, ad fin. ff. de act. empt. l. Titia. ff. de fideiuss. Instit. eod.* § *. fideiusser.* Rom. *consil.* 202. *Non est dubiũ, in fin.*

in fin. Ruin. *consil. 66. nu. 9. lib. 1.* Ægid. Bellam. *d. consil. 12. nu. 1. ver. & primo.* vbi, quod mandatū in exequutione actus, qui necessario debet fieri, & mandans potest præcise compelli, non reuocatur, neque expresse, neque tacite, neque morte; secus si non præcise posset compelli, sed causatiue. Ægid. *d. cons. 12. n. 14. ver. non obstant.*
49 Limita † in mandato exequutionis alicuius facti; quia si illud factum est necessarium ab initio, sicut mandatum factum à iudice nuncio, tunc non expirat, *§. recte. Instit. mandati.* Cald. *cons. 77.* alias *4. de offic. delegat. ver. aut in exequutione.* & est *decis. Rot. 12. in nou. de offic. delegat.* & idem in exequutione necessaria cōtractus, prout venditor, qui tenetur dare possessionem emptori ex necessitate præ-
50 cisa; secus si causatiue. Ægid. *d. cons. 12. n. 14. ver. non obstant.* † Idem in mandato ad præstandam cautionem, quæ erat necessaria præstari; quia morte mandantis non expirat. Bald. *consil. 57. Punctus*
51 *quæstionis. n. 7. ver. nec dicat. lib. 5.* † Extende; quia vbicunq; mandatum est factum circa id, ad quod mandans de necessitate tenebatur, mandatum ipsum non finitur morte mandantis. Alex. *consil.*
52 *170. Circa primum. n. 9. & 10. ver. nec posset excusari. lib. 2.* vbi apostil. *in ver. morte,* dat concord. † Idem in mandato necessario in exequutione pacti, puta si fideiussor est procurator, quatenus soluat ad vendendum bona principalis pro sua releuatione, *l. fundi. ad fin. ff. de acquir. possess. 2. §. sed si quis,* vbi gl. & Bart. *ff. de donatio.* Bald. *consil. 57.*
53 *post med. lib. 5.* † Limita in præcepto, q. semper obligat, & ad sem-
54 per. Cald. *d. consil. 77.* quod est *4. de off. deleg. ver. sic est in præcepto.* † Limita, quando ex parte mandatarii interuenit stipulatio, & eius interest morte nō finiri, *l. aliud. ff. de solutio.* Castr. *in l. vero procura-*
55 *tori, §. sed si quis. ff. cod.* Ruin. *consil. 115. col. 3. ver. quarto. lib. 1.* † Declara; quia procedit, quando duo concurrunt, alias secus; primum, q. constitutio procuratoris fiat ab ipso domino principali; secundū, quod cautio sit præstita præsente procuratore. Ægid. *d. cons. 12*
56 *n. 16. ver. præterea.* † Limita, quādo mandatum dirigitur post mortem ex natura actus, puta, quia testator aliquid mandat heredi in vltima voluntate. Bald. *consil. 186. Ad euidentiam præmittendum. lib. 2.*
57 *in pr.* Idem, † si dirigitur post mortem ratione exequutionis, vel quomodocunq; Rom. *consil. 202. Non est dubium, nu. 3. ver. respondet-*
* *ur,* vbi apostill. *in ver. probatur,* citat plurimos, & dicit * communē.
58 Idem, † si mandatum dirigitur post mortem ex natura rei, veluti
59 si mandat se sepeliri. Bald. *d. consil. 186. in princ. lib. 2.* † Idem, si mandatum confertur post mortem ex forma verborum. Bald. *d. consil. 186. in princip. lib. 2. ver. quando, mandatum confertur,* vbi, q. licet non posset testator dare curatorem suæ hæreditati futuræ; potest tamen dare procuratorem, si incœpit in vita constituentis. Ang. *d.*
60 *cons. 334. in princ.* † Idem, quando mandatū est circa ea, quæ morte confirmantur; quia non reuocatur mandatum per mortem mā-
61 dantis. Bald. *consil. 57. nu. 7. lib. 5.* † Idem, quando testator expresse constituit procuratorem etiam post mortem suam; quia si noluit morte finiri, vel voluit etiam ad hæredes transire, transibit. Bald.
consil. 334. Mandatum collatum, in princip. & est text. *in l. si vero non remu-*
* *neranti, §. fin. cum l. seq. ff. mand.* gl. Bart. & communiter * Doct. *in l. si.*
ff. de soluto. gl. in l. mortis causa, §. Titia. ff. de donat. caus. mort. Bart. *in l. 2.*
§ sed & si quis, ff. de donat. Ang. in sua *disput.* incip. *Astensis miles, col. 1.*
vbi dicit, q. Florentini hac clausula, quod duret post mortem, in-
differenter vtuntur. Ias. *in l. eius, §. placebat, in vlt. limita. ff. si cert. pet. at.*
62 Extende; † quia tale mandatum durat rum post mortem, valet etiam hæreditate iacente. Ang. *d. consil. 334. in fin.* Contrarium, vt
63 infra proxime, *num. seq.* † Declara omnes limitationes; quia licet mandatum transeat ad hæredes; tamen intelligitur adita hæreditate; quia si iacens est, non potest exerceri mandatū. Anch. *cons.*
383. *Primo, & ante omnia, n. 3.* vide alios conc. supra proxime, si con-
64 cordant, sed contrariū Ang. *d. cons. 334. in fi.* † Restringe; quia mādatum post mortē per quæcunq; verba extinguitur morte mandantis, qñ decedit sine hærede; nam facto edicto, si non reperitur, qui velit esse hæres, bona efficiuntur vacantia; & tunc mandatum extinguitur, etiam si esset in rem propriam mandatarii. Ang. *d. consil. 334. per tot.* & in sua *disput. at.* incip. *Astensis. colum. 1.* allegat
65 casum *in l. 1. C. de actio. & oblig.* dicit de facto fuisse iudicatū Florentiæ, sequitur Soc. *cons. 87. In præsenti consultatione, post princ. lib. 1.* Bal.
& Ang. *d. l. 1. C. de actio. & oblig.* Socin. *cons. 112. nu. 11. prope fin. ver. secun-*
dum est, lib. 1. & consil. 49. in princip. num. 2. ver. nam procurator, lib. 4. Ias.
late *consil. 38. lib. 4. & in l. eius qui in prouincia, §. quas vero. nu. 8. ff. si cert.*
66 *pet.* Restringe; † quia etiam cura, & tutela finitur morte pupilli decedentis sine hærede. Ægid. *d. cons. 12. n. 20. ver. in primo casu.* Re-
67 stringe; † quia hæredes, vel successores, ad quos transit mandatum, possunt illud reuocare, & facta reuocatione per hæredes expirat. Rom. *consil. 202. n. 3. ver. de secundo,* vbi apostill. *in ver. secundo,*
dat concord. † Limita, quando res mandata non est integra, sed incœpta à procuratore; quia non expirat mandatū morte mandantis, alias secus, *l. mandatum. C. mand. Inst. eo. §. ad hoc.* vbi Io. Fab. Ruin. *cons. 115. n. 12. lib. 1.* vbi exemplificat, quando res non est integra. Ægid. Bellam. *d. consil. 12. n. 5. & seq. ver. circa primum.* † Extende; 68
quia si Episcopus fecit ordinationes, seu constitutiones, & commisit exequutionē suo Vicario, qui cœperit exequi, licet Episcopus moriatur, potest tamen perficere exequutionem. Guido Pap.
decis. 491. Dec *consil. 404. Viso eleganti consilio, col. 4. ver. tertio respondetur.* vbi, quod contractus factus de mandato Papæ per Cameram
1 Apostolicam non reuocatur per obitum Papæ. Batt. & alii *in l. more. ff. de iurisdict. omn. iud.* Soc. *consil. 120. Circa primum, in fin. lib. 4.* † 69
Extende; quia si delegauit creditori meo absenti, puta mercatorem, vt pro me solueret, antequam acceptetur mandatum à meo creditore, dicitur simplex, & morte mandātis reuocatur; secus si mors interueniat post acceptationem; quia dicitur facta delegatio, & res non est integra, plene Dec. *consil. 421. Plene, & subtiliter,*
col. 2. † Extende etiam ad iudicia; quia res nō dicitur integra post 70
litem contestatam; ideo non reuocatur morte procurator dñs litis effectus, *l. nulla dubitatio. C. de procur.* & supra *nu. 2.* † Restringe 71
in instantia appellationis; quia procurator nō efficitur dominus litis. Ias. *in l. inuitus, n. 3. C. de procur.* Bald. *in l. dominus. C. de appell.* † Re- 72
stringe in curatore; quia propter decretum iudicis, q. non potest trahi ad incertum, & censetur electa industria personæ, semper morte minoris expirat cura, sicuti morte curatoris, late Ægid. *d.*
cons. 12. n. 8. & seq. maxime *n. 12. & 13. & per tot.* vbi maxime procedit, ét si minor succederet minori; quia licet transeat ius in minorē; non tñ cura, etiam si curator sit contestatus litem. † Declara li- 73
mitationē & extensiones, vt procedant, qñ res non integra manet tñ in eodem statu. Ægid. *d. cons. 12. nu. 21.* videl. dummodo mādatarius non mutet statum, vel mandans. † Limita; quia vbicun- 74
que mandatum non reuocatur, si fiat principaliter in casu, in quo durat post mortem; idē erit, si fiat in accessoriis ad casum, in quo non reuocatur. Rom. *d. cons. 202. Non est dubium, in fi. ver. tertio quia.*
† Limita; quia mandatum constituti ab administratore ciuitatis 75
durat, licet officium administratoris expiret, si res nō est integra; si vero esset res integra, expiraret. Bald. *in l. mandatum, colum. 5. ver-*
sicul. nunc venio. Cod. mand. Alexand. *consil. 128. Sentio, num. 5. lib. 6.*
vbi multa. † Extende idem in mandato facto ab antianis, & in 76
dato à tutore; quia durat finito officio antianorum, & finita tutela, si res non est integra, & quando dicatur res integra, vel non, plene Alex. *d. cons. 128. n. 5. & seq lib. 6.* & vide supra *nu. 33. & seq.* Restringe † in tutela, vel cura data minori; quia mortuo minore, 77
etiam si res non sit integra, semper expirat tutela, vel cura, & non transit ad hęredem, etiam si fuit satisdatū. Ægid. *d. cons. 12. n. 16. ver.*
nec obstant, quod sic cauens. † Et maxime restrictio est vera, si hæres 78
minoris mortui esset maior, cui non potest accommodari cura, & sic res venit ad eum casum, à quo incipere non potest. Ægid. *d.*
consil. 12. n. 20. in fi. ver. in tertio casu. † Limita; qñ mandatum est ne- 79
cessarium; quia si quis tenetur aliquid facere ex necessitate, non reuocatur mandatū morte mandantis, communem * dicit Ias. *in* *
l. eius, qui in prouincia, §. quas vero. n. 7. ver. in fin. gl. ff. si cert. pet. at. & in ea-
dem l. §. placebat, col. 2. in 8. limit. Ægid. *cons. 12. n. 1.* † Et idem, si man- 80
dans compellebatur mandare; quia morte non finitur. Roman.
cons. 202. Non est dubiū, n. 4. v. quod primo. vbi apostil. *in ver. non finitur.*
citat plurimos. Extende; † qa neq; valet expressa reuocatio talis 81
mandati re non integra. Ias. *d. l. eius, qui in prouincia, §. quas vero, n. 7.*
in fin ver. adde, quod mandatum. ff. si cert. pet. † Restringe, qñ non est 82
necessitas præcisa, sed causatiua; quia tunc reuocatur. Ias. *d. l. eius,*
qui, §. quas vero. n. 7. ver. limita. ff. si cert. pet. Ægid. *d. cons. 12. n. 14.* † Re- 83
stringe secundo, qñ necessitas nō imminet principaliter, sed ratione officii, Ias. vbi supra, *n. 7. in fi.* † Restringe, quando mandans 84
ex necessitate decessit sine hærede. Ias. vbi supra, *nu. 8.* † Limita in 85
mandato ad pias causas; quia morte mandantis re integra nō extinguitur. Ias. *in d. l. eius, qui in prouincia, §. placebat, n. 1. ff. si cert. pet.* Fel.
in c. venerabilis, de test. cogend. late Rom. *cons. 119. in prima conclusione,*
circa fin. vbi plenissima apostil. citat infinitos, & dicit omnium * * 86
communē, & *cons. 202. prope fi. n. 5. ver. secundo quia.* † Extende fauore
libertatis. Ias. vbi supra. † Extende fauore dotis. Ias. vbi supra. Ex- 87
tende in mandato † ad faciendum pacē. Ias. vbi supra. Extende, vt 88
sicut fauore † piæ causæ non reuocatur; ita neq; fauore exequu- 89
tionis, seu effectus piæ causæ. Rom. *d. cons. 202. n. 5. ver. secundo quia.*
† Limita in mandato † curæ in rem suam; quia morte mandātis 90
non reuocatur, ét re integra. Ias. *in d. l. eius qui, puincia, §. placebat, ver.*
quinto limita. ff. si cert. pet. † Extende, vt procedat ét in iis, quæ fiunt 91
ratione dignitatis, put in Episcopo, vel beneficiato circa fructus beneficii separatos à solo in vita constituentis procuratorem in
rem suam. Angel. Aretin. *consil. 53. Clarum videtur, in fine.* † Limita in 92
mandato facto, quoad reuocetur; quia morte mandantis non

re-

reuocatur. Ias. *d.l.eius, qui in prouincia, §. placebat, ver. sexto not. ff. si cert.*
93 *petat.* † Limita, quando in iudicio constituitur; quia requiritur releuatio ab onere satisdandi; quo casu non finitur morte. Ias. *in*
94 *d.l.eius, qui in prouincia, §. placebat, in 7. limit. at. ff. si cert. pet. at.* † Restringe in tutela, & cura; quia semper expirat mortuo pupillo, etiam si fuit data satisdatio; quia ex quo corruit pupillus, cessat tutela, & cura cum omnibus suis dependentibus. Ægid. *d. cons. 12. nu. 16. ver.*
95 *prædicta etiam.* Limita, † quando quis constituitur actor, vel procurator ad litem, & causam; quia morte mandantis non expirat, etiam re integra. Ægid. Bellam. *d. consil. 12. in princip. ver. quintum du-*
96 *bium.* † Extende; quia curator datus liti durat durante lite, nec
97 morte finitur. Ægid. *d. consil. 12. num. 2. & seq.* † Extende; quia licet tutela reuocetur, si pupillus fiat 14. annorum, & cura, si fiat 25. tamen potest tutor assistere liti minoris post finitam tutelam. Ægi.
98 *d. consil. 12. num. 3.* † Declara extensionem vtranque, vt procedat, si minor, cui datur curator liti, viuat; secus si moritur; quia tunc tutela, & cura morte finitur, & re non integra, de prima Ægid. *dict. consil. 12. num. 18. ver. præterea non obstat.* de secunda *num. 19. versic. item*
99 *non obstat.* † Limita, quando procurator datur à iudice; quia morte eius, cui datur procurator, nõ finitur mandatum etiam re in-
100 tegra. Ægid. *d. consil. 12. nu. 1. ver. secundo probat.* † Limita, quando aliquid vniuersale mandatur; quia non finitur morte mandantis.
☞ Ægid. Bellam. *d. consil. 12. nu. 4.* Vide *Conclusionem prox. præcedent. & plures Conclusiones prox. seq.* Vide, *Procurator reuocatur multis modis. Cõcluſio. 860.* Vide, *Reuocatio procuratoris, vel mandati quid operetur. Concl.*
101 324. † Limita; quia mandatum factum à tutore ad negocia generaliter, si procurator cœpit negocia, & res non est integra, nõ reuocatur finito officio tutoris, neque morte tutoris. Alex. *const.*
102 128. *Sentio insuper, in princip. lib. 6.* † Et dicitur cœptum negocium, quando procurator generalis ad aliquam negociationem cœpit aliquid exercere, licet nõ appoſuerit manum ad omnia. Alexan.
103 *d. consil. 128. num. 3. ver. & ex ibi notatis lib. 6.* † Extende, vt idem sit in procuratore constituto ab administratore Ciuitatis; quia non reuocatur finito officio administratoris, quando res procuratoris est cœpta, & non integra. Alexand. *d. consil. 128. nu. 5. ver. prædicta*
104 *etiam confirmantur. lib. 6.* † Extende idem esse in Prioribus, & antianis; quia si fecerunt procuratorem ad negocia, & sunt cœpta, non reuocatur, licet finitũ sit officium Priorum, & antianorum. Alex. *d. consil. 128. nu. 5. ver. dicit etiam Bald. lib. 6.* Vide plene Ant. Gabriel. *lib. 2. tit. de procurat. Concluſ. 2. Mandatum re integra expirat morte mandantis.* Vide eundem Gabriel. vt supra *Concluſ. 3. Mandatum re non integra non expirat morte mandantis.*

Mandatum substituti non reuocatur morte substituentis, vel domini, & quando secus. Concluſ. 66.

1 MANDATVM † procuræ substituti nõ reuocatur morte substituentis, quando substituens nomine domini substituit, & ab eo habebat facultatem substituendi; quia cum sit à domino substitutus, durat mandatum viuente domino etiam re integra. Feder. de Sen. *consil. 257. Venerabili viro, per tot.* qui loquitur in substituto à Thesaurario, qui mortuo Thesaurario non reuoca-
☞ 2 tur. Vide *Concluſ. prox. præced. num. 44.* † Amplia, vt dictum mandatum substitutionis nondicatur reuocatum etiam per mortem principalis constituentis, quando superuiuit substituens re non
3 integra, ita debet intelligi Federic. de Sen. *d. consil. 257. in fin.* † Amplia; quia procurator substitutus à syndico Vniuersitatis, licet syndicatus finiatur post annum; tñ durat substitutus, quãdo substitutio fuit facta à syndico post litem contestatam; ideo talis substitutus potest appellare. Alexand. *consil. 135. Ponderatis, in princip. lib.* 2. vbi, quod potest etiam prosequi appellationem; quia dicitur effectus dominus litis; & ideo nouus syndicus postea constitutus non potest prosequi, sed substitutus à primo syndico effecto
4 domino litis. † Declara secus esse in mandato particularis personæ; quia si ipse substituat post litem, & postea desinat esse procurator, substitutus non poterit prosequi appellationem etiam cõ-
☞ sentiente aduersario. Castrens. *consil. 104. lib. 1.* Vide, *Procurator simpliciter, &c. Concluſ. 838.* † Amplia; quia curator datus minori, si lite contestata substituat, vel constituat procuratorem, qui efficiatur dominus litis, vt quia fecit actus, hoc importantes, licet moriatur curator; potest tamen prosequi substitutus, & non est re-
6 uocatus, ita Ægid. *consil. 12. n. 19. ver. ad secundum, cum seq.* † Restringe; quia reuocatur mandatum substituti per mortem ipsius sub-
7 stituti. Ægid. *d. consil. 12. n. 19. versic. ad primam.* † Restringe; quia reuocatur mandatum substituti à curatore ad fauorem pupilli, si pupillus moritur. Ægid. *d. consil. 12. n. 20.*
ver. quoad secundam.

Mandatum tutoris, & administratoris quando reuocetur, vel non. Concl. 67.

MANDATVM † factum per tutorem pupilli finita tutela vi- 1
detur reuocatum; quia sublato principali, videlicet finita tutela, ad tex. *Instit. quib. mod. tutel. fin.* videtur finitum mandatum pendens à tutela, *c. accessorium, de reg. iur. in 6.* quia finito iure datoris finitur ius accipientis. † Contrarium verum est, quod man- 2
datum factum à tutore non finitur finita tutela. Bart. & Bald. *in l. si quis mancipiis, §. si impubes.* per illum text. *ff. de instit. actio.* † Declara, 3
vt plene supra, *Mandatum finitur morte, & aliis modis. Concluſ. 65.*

Mandatum quando non sit bonum, neque admittendum. Concl. 68.

MANDATVM † non dicitur legitimum, si dominus non po- 1
test compelli ad ratum habendum gesta per procuratorẽ; ideo requiritur simplex obligatio domini; per quam promittat ratum habiturum, quicquid gestum fuerit à procuratore. Roman. *consil. 60. Mandatum mihi ostensum, in princ.* vbi apostill. *in ver. gesta sunt*, dat concord. † Extende; quia non est bonum, etiam si domi- 2
nus promitteret ratum habere, quicquid per procuratorem suũ legitime gestum fuerit; nam illud verbum, *legitime*, saluat dominum, ne teneatur simpliciter habere ratum, prout requiritur, ideo non valet Rom. *d. consil. 60. in princ.*

Mandatum de manutenendo quid sit, & quibus sit concedendum, vel non. Concl. 69.

MANDATVM † de manutenendo habet naturam interdicti 1
retinendæ, & datur solum ei, qui ante litem contestatam probat possedisse. Verall. *lib. 2. decis. 198. Manutentionis.* † Et dari po- 2
test lite pendente; quia qui continuat, nihil innouat. Verall. *lib. 2. d. decis. 198. in fine.* † Datur mandatum de manutenendo Episco- 3
pum in quasi possessione exercendi iurisdictionem quoad omnes eius subditos in quacunq; parte diœcesis etiam inuitos; quia fundatam habet intentionem de iure communi, *clem. 1.* vbi gl. * communiter approbata *in ver. aut earum. de for. compet.* Veral. *libr. 2. decis 501.* Amplia; † quia Episcopus debet manutenerii in quasi 4
possessione exercendi iurisdictionem contra oẽs existentes intra fines suæ diœcesis, & ẽt contra inuitos, siue procedat per se, siue per Vicarios suos; quia ex assistentia iuris communis ex facultate exercendi iurisdictionem sibi concessa quæsita est sibi quasi possessio, Veral. *decis. 306. Episcopus, lib. 1.* † Limita; quia mandatum 5
de manutenendo non datur ei, qui se fundat in actu negatiuo in iis, quæ sunt meræ facultatis. Veral. *d. decis. 306. Episcopus, nu. 7.* † Ex- 6
tende; quia subditus non habet contra dominum manutentionem circa iurisdictionalia; quia non valet consuetudo contra Episcopum, quod non possit corrigere, vel quod obligetur tenere vicarium in loco, in quo ex facultate sibi bene visa retinuit. Veral. *d. decis. 306. n. 3. & seq. lib. 1.* † Limita; quia non datur manuten- 7
tio ei, qui non possidet, contra alium, qui occupat. Verall. *decis. 199. Manuteneri non debet, lib. 2.* † Extende; quia non datur manda- 8
tum de manutenendo, quando possessio non est clara, sed intricata. Verall. *decis. 200. d. lib. 2.* † Limita; quia non datur spoliatori 9
contra spoliatum, vt per plura pro vtraque Menoch. *in 3. rem. retinen. q. 34.* vbi distinguit nondari, si est immediatus spoliator, secus si habet causam à spoliatore, quando spolium non est de recenti. † Extende; quia magis non datur, quando spolium est de recen- 10
ti. Menoch. *d. 3. remed. retinen. q. 34. in princ.* vbi de * communi. † Li- * 11
mita; quia non datur ei, qui clam, vi, vel precario possidet. Menoch. *in d. 3. rem. retin. q. 1. num. 19.*

Mandatum superioris quando, & in quibus excuset, vel non. Concl. 70.

MANDATVM † superioris factum subdito, quod aliquem in- 1
terficiat, alias ipsum facit mori, excusat subditum à pœna; quia dicitur quasi fecisse ad necessariam sui defensionem, * com- *
munem de iure ciuili dicit Clar. *in §. fin. q. 60. num. 16. ver. sed quid in Principe.* † Extende; quia si Princeps mandet suo officiali, vt ali- 2
quem suspendi faciat sine alio processu, tenetur obedire, & non peccat, si exequitur, communẽ * dicit Cagnol. *in l. velle non creditur. num. 10. ff. de regul. iur.* & hoc tenet Clar. *d. q. 60. num. 16. ver. idem, si Princeps.* † Contrarium Carrer. *fol. 323. num. 110.* vbi, quod non 3
debet exequi tale præceptũ iniustum, sed supersedere, & rescribere, maxime si Princeps esset mot[illegible] ex iracundia, & magis * com- *
munem

munem dicit Clar. vbi supra. † Declara, vt per Clar. *d. §. fin. q. 60. nu. 16. circa fin. ver. sed certe*, vbi, quod non daret consilium amico suo, quod non exequeretur, ne sibi contingeret, quod dicit Boss. *de homicid.* euenisse prætori Varii, *num. 98. in fin.* & maxime si Princeps esset iratus. † Amplia; quia si miles, vel prætor mandat suo collaterali, vt aliquem faciat decapitari iniuste, excusatur collateralis, & minister. Catald. *tract. de syndicat. q. 120.* vbi, quod ita fuit obtentum. † Extende; quia generaliter in iis, in quibus mandatum potest esse licitum, & illicitum, semper mandatum superioris excusat. apost. ad Bart. *cons. 15. Visa accusatione, lib. 2. in ver. mandatum*, vbi ponit plura similia, & quod ita euenit in milite Potestatis Florentiæ, qui fuit excusatus; quia de mandato Potestatis fecerat. † Amplia, vt procedat; quia faciens de mandato superioris excusatur, etiam si faciat contra conscientiam, vel cõtra iuramentum, apost. ad Bart. *d. consi. 15. lib. 3. in ver. Mandatum.* † Amplia etiam in mandato priuati; quia excusat exequentem aliquid prohibitum, quando mandans est homo potens, & terribilis; quia saltem minuitur pœna exequentis. Clar. *d. §. fin. q. 60. nu. 16. ver. hæc autem de plano.* † Amplia, vt procedat in priuato mandante, quando mandat illud, quod ipse posset facere sine pœna, prout in patre mandante interfici filiam deprehensam in adulterio, quam pater posset impune interficere, communem * dicit Clar. *d. §. fin. q. 60. nu. 16. in fin.* † Amplia, quando priuatus mandat aliquid, quod de se non est prohibitum, prout quod ligna, vel sylua incidatur, quam dicit suam, & est aliena; quia si mandatarij, & laboratores bona fide incidant, non tenentur. Clar. *d. §. fin. quæst. 60. num. 16.* vbi * de communi, & declarat. † Limita; quia quæ dicuntur de præcepto, vel mandato superioris, vt excuset exequentem iniuste, procedunt quoad minuendam pœnam, sed non quoad totalem pœnam, communem * dicit Clar. *d. §. fin. quæst. 60. num. 16. ver. scias etiam.* † Limita; quia procedunt in delictis leuibus; quia in atrocibus mandatum superioris non excusat. Clar. *d. §. fin. quæst. 60. num. 16. ver. scias etiam.* Vide, *Præceptum iudicis excusat obedientem, & quando. Concluſ. 480.*

Manifestum quid sit, & multiplex. Concl. 71.

MANIFESTVM † nihil aliud est, quam verum diuulgatum in populo. Bal. *consi. 465. Visis dictis articulis, in fi. lib. 4.* † Et continet sub se duas species, videlicet notorium, & manifestum, quod in suo nomine stat. Bald. *consi. 438. Ad euidentiam, in princ. ver. ex quo dico, lib. 5.* † Imo synonyma sunt, manifestum, & euidens, & sic notorium, vt vnum importet aliud, & è contra. Bald. *d. consil. 438. in princ. ver. ex iis datur intelligi. lib. 5.* † Declara, quia manifestum est minus, quam sit notorium; ideo dicitur manifestum id, quod est notorium, sed non permanens, veluti vox præconis, & similia; & ideo debet probari id, quod dicitur manifestum; secus est in notorio, quod habet permanentiam. Bald. Bart. Castr. & alii *in l. Cuncti, C. de appellat.* † Abbas *consi. 22. Quanquam. col. 2. v. item & secundo, lib. 1.* vbi, quod manifestum est medium inter occultum, & notorium; ideo importat id, quod potest probari. † Contrarium dicit Abb. *consi. 34. Attingam. colum. 2. ver. quidam moderni, lib. 1.* vbi recitat opiniones, & tandem *in ver. ego credo.* dicit, quod manifestum est minus, quam notorium, & plus, quam fama; ideo manifestus vsurarius probatur, si concurrit probatio vsurarii, & sic delicti, & insuper fama. † Duplex manifestum esse dicit etiam Bald. *d. consil. 438. Ad euidentiam, in princ. lib. 1.* vno modo, quando per facti euidentiam ita notorium est, vt non indigeat probatione; alio modo, quando indiget probatione; sed tamen potest probari clare, & certitudinaliter per multos, & nõ per solas coniecturas, ita quod negari non potest. † Item aliud est manifestum, quod innotescit aliquibus; aliud, quod maiori parti populi propter famam publicam. Bald. *d. consi. 438. nu. 7. ver. nam manifestum. lib. 5.* † Manifestum dicitur id, quod ita patet, vt per negationem aduersarii res non efficiatur dubia, vt de manifesto iuris, quod patet omnibus habentibus notitiam iuris. Ang. de Perus. *cons. 10. In causa prædicta, in prin.* † Extende; quia instrumentum reddit rem manifestam; quia per negationem res non redditur dubia. Angel. *d. cons. 10. in princ.* † Restringe tamen, vt manifestum non dicatur ius, quod est in controuersia inter Doctores. Angel. *d. cons. 10. in princ.* † Manifestum lato sumpto vocabulo includit sub se notorium; tamen si stricte sumitur, est species separata à notorio. Calder. *cons. 513. circa fin. ver. ex quibus*, alias 15. *de vsur.* vel melius, vt dicit Abbas *consil. 2. in princip. lib. 2.* id, quod est notorium iuris, prout confessio, vel sententia iudicialis, est etiam manifestum, prout etiam notorium facti, pura, quod vsurarius tenet paratum banchum pro vsuris, dicitur etiam manifestum. † Est terminus medius inter notorium & occultum, vt dicit Abb. *cons. 22. Quanquam, col. 2. ver. item, & secundo, lib. 1.* † Vel melius Abb. *cons. 2. col. pen. ver. ego vero, lib. 2.* notorium, manifestum, occultum, & pene occultum, & ideo est medium inter notorium, & pene occultum, & sic proprie in sua specie manifestum est publica, seu famosa insinuatio, vel proclamatio & communis ex certa scientia, & certis authorib. prouenies, quod probari potest. † Dupliciter dicitur aliquid esse manifestũ; vno modo, quando aliquid est probabile per testes, vel alio, quia dicitur manifestum. Gemin. *consi. 54. nu. 3. ver. præmitto, quod manifestum*, & intellige, dum modo probetur per claras probationes, & non per coniecturas. Bald. *d. consi. 438. in princ. lib. 5.* Abb. *d. cons. 22. Quanquam. col. 2. ver. item & secundo, lib. 1.* † Item dupliciter dicitur manifestum: primo ex euidentia facti, vt quia publice, & palam, qui mutuat ad vsuras: secundo modo ex dispositione iuris, vt in condemnato, confesso, vel conuicto. Bald. *cons. 459. Visa petitione, nu. 3. lib. 4.* & latius *nu. 9. ver. secundo non est legitima.* † Secundo modo dicitur manifestum, quod est notorium, & euidens; & quod non indiget probatione, neq; vlla tergiuersatione celari potest, & ita sumitur *in c. accusatus, §. sane, de hæret. in 6.* Gemin. *d. cons. 54. nu. 3. ver. secundo modo, & nu. 4.* † Item manifestum dicitur, quod non potest excusari, neq; celari, quin ad publicam notitiam deueneret. Bald. *cons. 17. in fin. lib. 1. ver. & in summa.* & idem Bald. *d. cons. 459. n. 8. lib. 4.* vbi exemplificat, quando publice cum altari parato vsurarius mutuat ad vsuras. † Alio modo dicitur manifestum ad differentiam occulti, & ideo manifestum est id, quod pluribus patet, licet non omnibus; & ideo vox præconis, quæ paucis innotescit, inducit manifestum; citatio vero per edictum dicitur notorium inducere; quia patet omnibus. Angel. *dict. consil. 10. num. 1. in fin. & seq. ver. dicitur etiam manifestum.* † Et Abb. *cons. 99. nu. 2. ver. sed ijs non obstantibus, lib. 1. & col. 3. in princ. ver. oportet*, dicit manifestũ, quasi idem, quod publicum; quia debet fieri per famam manifestum, non omnibus, sed maiori parti viciniæ. † Restringe, quando lex desiderat aliud vltra id, quod pluribus pateat; quia tunc factum coram pluribus dicitur occultum, & non manifestum, vt in fure, quia pluribus fuit furatus; quia non est furtum manifestum, sed requiritur, quod sit deprehensus ex acclamationibus in flagranti, dum asportaret rem furatam. Ang. *d. cons. 10. n. 3.* † Idem in matrimonio contracto coram pluribus; quia dicitur occultum, ex quo lex requirit, quod fiat palam, & in magna adstantium multitudine. Angel. *d. consi. 10. n. 4.* † Idem in iis, quæ triumphaliter fieri debent, prout in Doctoratu, & similibus; quia dicuntur facta occulte, licet coram pluribus fiant. Ang. *d. cons. 10. nu. 4. ver. idem dico.* † Idem in actibus formalibus, vel requirentibus certam solemnitatem; quia si fiant sine solemnitate, licet coram pluribus sint facta, dicuntur facta in occulto. Angel. *d. cons. 10. n. 4. ver. similiter.* † Idem in meretrice, quæ licet cum pluribus habeat rem; tamen non est manifesta, nisi ea, quæ palam, & sine delectu sui corporis quæstum facit. Angel. *d. cons. 10. num. 5. ver. sic nec dicitur.* † Amplia; quia manifestum dicitur pro notorio iuris, veluti si quis confitetur publice coram sacerdote se vsurarium, & libros rationum tradit diœcesano. Bald. *d. cons. 459. num. 8. ver. alio modo.* † Idem si est condemnatus publice, vel denunciatus pro tali. Bal. *d. cons. 459. n. 8. ver. ideo dicitur etiam, lib. 4.* † Amplia; quia manifestum dicitur etiam, quod est famosum; non tamen notorium iuris, vt quia potest probari vltra consuetam probationem famosam. Bald. *d. cons. 459. nu. 8. ver. item manifestum potest, lib. 4.* † Idem, quando manifestum probatur, quia est fama, & per famam probatur. Bald. *d. cons. 459. nu. 8. ver. si vero sunt manifesti, lib. 4.* vbi, quod non habent locum pœnæ contra vsurarios, nisi post publicationem probationum factarum super fama. Vide, *Notorium publicum, & c. Concl. 104.*

Manifestum esse qualiter probetur, vel non. Conclusio 72.

SENTENTIA † facit rem manifestam; ideo si constat per sententiam de offensa, dicitur offensa manifesta. Fed. de Sen. *cons. 198. nu. 1. ver. sed opponitur.* Angel. de Perus. *consi. 10. In causa prædicta, nu. 6. ver. nec mirum*, vbi reddit rationem; quia sententia æquiparatur confessioni in iudicio. † Extende, quia si iudex præcedentibus fama, & probationibus aliquid decernit, illud dicitur manifestum. Bald. *consi. 17. num. 2. ver. circa secundum, lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando pendet appellatio à sententia; quia intelligitur, quando sententia facit rem iudicatam, secus è contra. Feder. de Sen. *d. cons. 198. in princ. ver. sed opponitur.* † Restringe; quia sententia lata non in forma iudicii, nec inter partes, inter quas agitur de manifesto probando, non facit rem manifestam. Oldr. *cons. 93. n. 9. ver. sed ad id quod.* allegat tex. *in c. venerabilibus, §. hoc ipsum, &*

5 §. *si iudex. de sent. excom. in* 6. † Restringe; quia sententia non facit rē manifestam, quando esset lata nulliter, vel inique; & dicitur iniqua, si Episcopus declararet per sententiam aliquem vsurarium manifestum sine confessione in iudicio facta, vel sine probatio-
6 nibus. Ang. de Perus. *d. cons.* 10. *In causa prædicta, n.* 6. † Amplia, vt idem sit in confessione propria, in sententia, & iudicis publicatione; quia ista omnia probant vsurarium esse manifestum. Fede. de Sen. *cons.* 8. *in princ.* quod repetitur per Cald. *cons.* 513. alias 15. *de vsur.* vbi multos ponit modos probandi manifestum, & alios modos ponit Bald. *d. cons.* 17. *num.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 1. videlicet, quod confessio sit in iudicio, vel coram persona publica, puta Notario, sacerdote, vel coram multitudine hominum, & idem Bald. *consil.* 161. *Casus, super quo, n.* 2. *vsque ad n.* 6. *lib.* 2. vbi inserit consilium Fed.
7 † Declara, quod dicitur de confessione; quia non facit vsurarium manifestum, nisi sit facta publice coram persona publica, & testibus; ideo confessio facta absente parte, non coram publica per-
8 sona, non probat. Bald. *cons.* 459. *n.* 4. *lib.* 4. † Amplia; quia respectu vsurarii probatur quis manifestus per famam, & alia adminicula
* simul secundum * communem opin. Gem. *cons.* 59. *in prin.* vbi extendit, etiamsi fama non restringatur ad tempus adminiculorū. Bald. *cons.* 465. *lib.* 4. *per tot.* Abb. *d. cons.* 22. *col.* 2. *ver. item & secundo, lib.*
9 1. † Declara, quod licet quis per famam, & adminicula probetur manifestus vsurarius; tamen si probatio etiam præteritum tempus respiciat, non erit manifestus, nisi à die declarationis. Gemin. *cons.* 59. *in fi. v. super vltimo,* vbi distinguit, & soluit contraria, idem clarius Abb. *cons.* 2. *in prin. lib.* 2. *ver. tertio dicit,* vbi, quod ex probatione per famam, & alia adminicula potest probari, & declarari
10 manifestus à die declarationis. † Extende; quia vsurarius manifestus probatur, quando est notorius, puta per rei euidentiā, vt quia publice mutuat ad vsuras cum altari parato. Bald. *d. cons.* 459. *n.* 8.
11 *ver. respondeo, lib.* 4. † Idem, quando publice in domo, in qua habitat, mutuat ad vsuras, & recipit pignora, dicitur manifestus vsu-
12 rarius. Bald. *d. cons.* 459. *n.* 8. *ver. similiter, lib.* 4. † Idem, quando potest conuinci ex libris propriis confectis super vsuraria prauitate,
☞ & exactione, Bald. *cons.* 459. *n.* 8. *ver. dicitur etiam, lib.* 4. Vide, *Notorium per quot testes, & qualiter probetur. Concl.* 109.

Mantuæ Dux, & eius facta, & priuilegia aliqua. Concl. 73.

1 DOMINVS † Mantuæ, & Marchio Ferrariæ fecerunt pacem cum Galeatio Maria Vicecomite, Comite Virtutum, Duce Mediolani; sed quia Dominus Mantuæ fecit pontem super flumine Padi ad æmulationem, potuit etiam Dux Mediolani facere super dicto flumine in suo territorio fortalitium, vt consuluit Bald. *cons.* 188. *Dicitur, quod opus.* & clarius *cons.* 195. *Laudare vos. lib.* 2.
2 † Erat Marchio tempore Alexandri, & non recognoscit superiorē de facto; ideo statur eius assertioni, prout statur assertioni Papæ, vel Imperatoris. Alex. plene *cons.* 15. *Visis narratis, in pr.* & maxi-
3 me *n.* 4. *li.* 5. † Potest in suo territorio de cōsuetudine id, quod potest Imperator, & sic de aliis Dominis, vt per Bald. *d. cons.* 195. *in pr.*
4 *lib.* 2. † Colligatus erat Dominus Mantuæ cum Communi Florentiæ, Bononiæ, & aliorum contra Ducem Mediolani colligatum cum Communi Pisarum, & Senarum. Ang. *cons.* 391. *Sub aliis quidem,* vbi per totum ponit capitula confœderationis, & ad quæ vnus alteri tenebatur, & ostendit Dominum Mantuanum mul-
5 tum obligari Florentinis. † Recognoscit superiorem Imperatorem; ideo non potest derogari iuri communi, neq; venire contra
6 factum superioris. Natt. *cons.* 402. *lib.* 2. *n.* 6. *& seq.* † Sponsalia contracta fuerunt, & deinde dissoluta inter Galeatium Mariam primogenitum filium Ducis Franciſci Sfortiæ Mediolani, & D. Susannam filiam Ludouici Marchionis Mantuæ; ideo iterum cum alia filia dicti Marchionis nomine Dorothea contracta fuerunt, sub conditione, si non redderetur gibbosa; ideo fuit controuersio inter eos super ostensione; quia ministri Ducis Mediolani volebant eam videre nudam, Marchio Mantuæ nolebat eo modo ostendere; & quia Ducis filius eam fuerat deosculatus, consuluit Aret. quod non transierunt sponsalia in matrimonium, & quod teneatur Marchio ostendere filiam nudam. Aret. *cons.* 142. *Ex facto*
7 *proponitur.* † Subiectus est legibus Dux Mantuanus, & subiectus
8 est Imperatori. Alex. *cons.* 1. *n.* 12. *ver. vel intelligas, lib.* 2. † Facta fuit liga inter Dominum Mantuæ, Dominum Paduæ, & Marchionem Estensem Ferrariæ, & cum Florentinis contra Ducem Mediolani, & vt Bononienses intrarent in liga, promiserunt omnes dare Bononiensibus Castra Nonantulæ, & Bazani, & ad hunc finem depositauit Dominus Mantuæ scut. 50. mill. Venetiis, sed Bononienses noluerunt inimicari cum Duce Mediolani; ideo multa damna passus est Dominus Mantuanus, & dicitur, quod Castra promissa sunt Ecclesiæ Romanæ; ideo contractus nō valuit. Card. Zab. *cons.* 85. *per tot.* † Ciuitas Mantuæ est in Lombardia, & æqui-
9 paratur Prouinciæ, sicut etiam Ciuitas Mutinæ, quando sunt sub diuersis Principibus. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis, n.* 5. *v. & videtur quod, lib.* 3. vbi apost. relatiua. † Bona de Casatico, & Marca Regia sunt
10 feudalia Marchionum Mantuæ, vt probat Alex. *d. cons.* 15. *Visis narratis, in princ. lib.* 5. † Est hodie dominus, & successor in Marchioatu Montisferrati ex successione filiæ Marchionis vltimi. Vide, *Monsferratus, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl.* 363. † Magni-
11 ficus Dominus Franciscus Dominus Mantuanus fuit Vicarius Imperialis; & in eius proclamatibus dicebatur, *il Magnifico Messer Francesco Signor di Mantua Vicario Imperiale,* id est, *Magnificus Dominus Franciscus, Dominus Mantuæ, Vicarius Imperialis.* Zab. *cons.* 94. vbi casus continet proclama.

Mantuæ statuta, eiusque consuetudines, & priuilegia. Concl. 74.

MANTVANA † Ciuitas est subiecta Imperio, non Ecclesiæ, vt
1 dicit Alex. *cons.* 1. *n.* 5. *li.* 2. † Sed tamen Mantuanus Episcopus
2 concessit feuda quædam Dominis Ciuitatis Mantuæ, videlicet Ludouico Gonzagæ, qui ex trib. vxoribus habuit nouem filios, quorum quinque tantum fuerunt inuestiti de feudo Episcopali, videlicet, Guido primogenitus Dominus Mantuæ ex prima vxore; item Azo, Ioannes, & Iacobus ex secunda vxore; item Philippinus filius Corradini fratris istorum trium, ex Philippino nati sunt Corradus, Ludouicus, & Guido ex Guidone primogenito Domino Mantuæ nati sunt Io. Franciscus Feltrinus, ex Feltrino Guido, & litigabant hoc feudum, super quo Castr. *cons.* 84. *per tot.* consuluit, quod filij Guidonis primogeniti, & descendentes ab eo renunciarunt, ideo totum feudum consolidatur in filios Phi-
3 lippini per mortem omnium *lib.* 2. † Aliud feudum ab Episcopo Mantuano habuerunt Federicus, & Franciscinus Gonzagæ, super quo Cast. *cons.* 191. *per tot. lib.* 2. † Castrum Reueri est in terri-
4 torio Mantuano, habet statutū, quod creditor in pecunia teneatur accipere in solutum de bonis debitoris, & qualiter intelligatur, plene Alex. *cons.* 37. *Viso & opportune. n.* 5. *& seq. ver. secundo videtur.* & iterum *n.* 19. *v. circa secundum, cum seq. lib.* 2. vbi, quod non habet locum in casu iurato secundum magis * communem, de qua *nu.* *
26. † Bellum nauale passa est Mantuana Ciuitas illatum per Du-
5 ces Mediolani tempore Baldi, vt ipse dicit *cons.* 323. *in princip. lib.* 2. incip. *Cum quidam medicus.* † De anno 1397. orta fuit guerra inter
6 Ciuitatem Mantuæ, & Veronæ, de qua per Bald. *cons.* 329. *in pr. lib.*
1. † Consuetudo est Mantuæ circa feudalia, vt possint alienari ac-
7 cedente consensu directi domini, etiamsi sint antiqua. Paris. *cons.* 14. *n.* 4. *lib.* 1. sed tamen non sufficit, quod probetur in genere, sed debet probari in specie. Bursat. *cons.* 127. *n.* 59. Rimin. iun. *cons.* 394. *n.* 94. *li.* 4. † Episcopus Mantuanus habet priuilegium, quod nul-
8 la præscriptio currat contra Ecclesiam Mantuanam concessum à Federico II. & confirmatum à Carolo Rege Bohemiæ, vt per Ang. Aret. *cons.* 72. *In casu supradicto. per tot.* vbi, quod licet resistatur priuilegium, quod nulla præscriptio currat ad centum annos, & non tollat præscriptionem immemorabilem, fallit, nisi adsit clausula, *non obstante,* prout in priuilegio Mantuanæ Ciuitatis. † Statutum est Mantuæ, quod pœna falsi puniantur testes
9 falsi, & inducentes ad deponendum falsum. Pet. de Anch. *cons.* 14. *in prin. & à n.* 7. *ver. ideo discutiendum, vsque in fin.* vbi, quod habet locum solum in falsitate vera, & punibili. † Circa successionē Man-
10 tuæ est statutum, quod sorores cum fratribus, aut nepotib. non succedant ab intestato in bonis patris; teneantur tamen fratres eas honorifice dotare, si dotatæ non sint secundum facultatē patrimonii. Bald. *cons.* 452. *Statuto Ciuitatis Mantuæ, & cons.* 453. *Viso dicto casu,* quod est Bart. de Salyc. *lib.* 1. vbi, quod tale statutum non habet locum ex testamento, quin sorores consequantur legitimę supplementum. Angel. *cons.* 359. *Præsupposito statuto, in pr.* vbi, quod etiam habet locum ab intestato, sed ex testamento non, quin alimenta consequi debeant, secus quoad legitimam. Card. Zab. *cons.*
22. *Matres, & propinqui,* vbi idem tenet, quod neptis ex filio potest petere supplementum legitimę, quando auus fecit testamentum.
11 † Contrarium de directo consuluit Ang. de Vbal. *in cons. Bald.* 466. *n. Statuto ciuitatis Mantuæ, lib.* 3. vbi, quoad legitimam cum sit exclusa, habet locum, etiamsi factum esset testamentum, quod duplicatur per Ang. *d. cons.* 359. † Vide Ang. Aret. *cons.* 76. *In iis dubitationi-*
12 *bus,* vbi, quod agnatus excludit sorores, & mater habet solam legitimam, quę est tertia pars legitimæ de iure communi, sed minuitur per existentiā sororum, & applicatur agnato sorores excludenti. Ang. Aret. *d. cons.* 76. *In iis dubitationibus. per tot.* vbi in fin.
nu. 41. *& seq. ver. venio nunc ad secundum,* declarat, quibus debeatur

ipsa

ipsa legitima, si extant sorores duæ exclusæ ab agnato, quæ concurrerent cum matre: & dicit, quod portio sororũ augetur agnato. † Alex. *consil.113. Pro declaratione, in princ. lib.3.* ponit verba statuti Mantuæ, stantib. agnatis mater non succedat, vbi dicit, quod tale statutum dicitur vocare agnatos; sed tamen admittit, quod debetur legitima matri. † Statutum Mantuæ mandans deduci tempora præscriptionis pro tempore, quo absens fuit is, contra quẽ præscriptum prætenditur, loquitur in absentia necessaria, non in voluntaria. Castr. *consil.168. Viso puncto, n.3. lib.2.* Quod † committens homicidium puniatur pœna mortis naturalis, licet simpliciter loquatur; non tamen habet locum, nisi homicidium sit dolosum, & recipit interpretationem passiuam à iure communi. Castr. *consil.277. In causa incarceratoris, in princ. lib.2.* Tutela † mandat statutum Mantuæ debere assumi intra duos menses sub pœna priuationis, & licet agnatus excludat sorores in totum, & matrem excepta legitima, quæ est tertia; tamen si extat agnatus excludens, & mater, & sorores, & mater sit negligens in assumendatutela, vel petendo tutorem intra duos menses debet priuari legitima, imo est priuata ipso iure vigore statuti, ita quod licet assumpserit tutelam post duos menses, non euitet priuationem. Angel. Aretin. *d consil.76. In iis dubitationibus. per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur. † Instrumenta habent exequutionem paratam ex statuto Mantuano; sed tamen non habet locum in instrumento rei venditæ ad pondus, vel mensuram, nisi primo fiat ponderatio, vel mensura; quia ante dicitur instrumentum conditionale. Angel. Aretin. *consil.135. Intellecto. per tot.* maxime *nu. 5. & seq. ver. nec videtur.*

Manumissio seruæ debet fieri, vt ex ea filii sint liberi. Concl. 75.

1 DOMINVS † contrahens matrimonium cum serua debet primo illam manumittere, alias filii non essent liberi. Fulg. *consil. 112. Quædam mulier, col. pen. ver. rursum secundum strictam.*

Manus appositio per superiorem, quando liget inferiorem. Concl. 76.

1 SVPERIOR † vbi apponit manum suam negotio, censetur ligare manus inferioris, ne se intromittat. Vide, *Papa. Concluſ. 61.*
2 † Amplia; quia propterea gratia semel cõcessa per Imperatorem, prout legitimatio spurii strictã non potest per Comitem Palatinum in ampliori forma concedi; quia denegatio Principis supremi inficit, ne inferior possit maiorem facere gratiam. Curt. Sen. *consil.16. per tot.* † Restringe, quando Princeps concessit gratiam strictam; quia stricta est facta supplicatio; quia Comes Palatinus poterit facere vberiorem legitimationem, quando supplicatio fit vberior, & contrarium procedit, quando Princeps restrinxit supplicata; secus si omnia supplicata concessit, & sic restrictio prouenit à supplicante, non ab ipso concedente, ita Card. *in clem. ne Romani. de electio.* Ruin. *consil.87. nu.25. lib.3.* Bero *consil.172. n.59. lib.2.* imo tunc non est necessaria mentio primæ gratiæ, de qua est facienda mentio, si restrictio prouenisset à concedente, ita Felin. *in c. veniens, de præscript. ver. sed si ipse pater.* Ruin. *consil.161. nu.33. ver. sed vbi ad patris postulationem, lib.2.* † Amplia; quia si Princeps incipit cognoscere causam per se ipsum, censetur illam auocare ad se, & de nouo inferioris tollere, *c. vt nostrum, de appellat.* Abb. post alios *in c. cum M. Ferrariensis, circa fin. de constit. c. pastoralis. §. præterea,* vbi Felin. *de offic. deleg. & in c. quoniam Abb. in fin. eod. tit.* † Extende, vt procedat, etiamsi Princeps apponat manum alteri cõmittendo causam, quia non potest alius se intromittere in ipsa causa, & etiã mortuo eo, cui princeps causam commisit, quia causa est ad Principẽ effecta. Bald. *in l. si vt proponis, la prima. col. penult. C. quomod. & quando iudex. & in c. 1. §. ad hæc, col. 3. v. ex præmissis, de pace iurament. firm.* Dec. *consil.137. col.2.* † Hinc est, quod appellatio à delegato Principis dessoluitur ad ipsum Principem, qui committat alteri, non autem ad ordinarium appellationis. Vide, *Appellatio ad quem debeat fieri. Concl. 372.* † Amplia, vt procedat, etiamsi appositio manus Papæ, vel Principis esset nulla. Ægid. Bellam. *consil.34. nu.10. & 11. ver. ad secundum,* vbi distinguit, postea dicit; caue; quia est contra distinctionem & simpliciter *num.15. circa fin. ver. ex quo infertur.* † Et quod ex sententia Principis ligentur manus inferioris. Alexan. *in addit. ad Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum, in ver. sententia autem arbitratoris. ff. pro socio.* † Restringe, quando nullitas prouenit ex falsa causa, & inferior fecit authoritate Principis; quia tunc non liganturmanus inferioris. Roman. *consil.335.* quem sequitur Grat. *consil.36. numer.12. lib.2.* † Restringe, quando aliquid induceretur ex defectu potestatis ordinariæ Principis, idem Grat. *dict. consil. 36. in fin. libr.2.* † Declara; quia si Princeps pronunciat nullitate, vt quia pars non citauit, si nullitas prouenit ex iure positiuo, non attenditur, quia non subiacet iuri positiuo; si vero nullitas prouenit de iure naturali; tunc per viam recursus, & reuisionis ad Principem recurrendum est; aliter autem inferior non potest se intromittere, vide Afflict. *decis.283.* & quando citatio sit de iure positiuo, vel naturali, vide Bald. *in l. cum quidam, C. de accusat.* vbi, quod est de iure naturali, in quantum per eam tollitur defensio, quæ est de iure naturæ; sed si non tollitur defensio, per le citatio non est de iure naturæ. † Limita; quia manus non dicitur apposita per Principem, licet pendente causa recipiat supplicationem partis, quin valeat sententia lata ante rescriptum ad preces factum; & ideo transit talis sententia in iudicatum, neq; rescriptũ post sententiam factum tollit sententiam, si de ea non loquitur. *l. fin. C. sentent. rescind. non poss. l. causas. C. de transact.* Vide, *Beneficium affectum quando dicatur per appositionem manus Papæ. Concl. 78.* Vide plenius, *Papa apponendo manum ligat manus inferiorum. Concl. 61.*

Manus abscissio quando facienda, vel non. Conclusio 77.

SI † statutum dicat, quod pro certo delicto abscindatur manus, debet intelligi de magis debili, & sic potius de sinistra, quam de dextra, communem * dicit Clar. *in §. fin. quæst. 69. num. 4.* † Extende; quia si reus habet manum inutilem, & aliam vtilem, debet abscindi inutilis, communem * dicit Io. And. *in addit. ad Spec. in rubr. de pœn. circa fi.* Clar. *d. §. fi. q. 69. n. 4.* † Declara; quia si vna manus esset omnino inutilis; tunc abscissio esset eluſoria; ideo bona deberet abscindi. Alex. *consil.104. num.4. lib.1.* Clar. vbi supra dicit, quod sibi placet mitior, sed quod deberet consuli princeps de hoc. † Amplia; quia statutum prædictum non habet locum in eo, qui habet vnicam manum, & licet sint opiniones pro vtraq; parte; tamen mitior est tenenda, ne corpus reddatur inutile omnino. Clar. *d. §. fin. q. 69. in fin.* Vide, *Pœna mitior quando eligenda, vel sequi. Concl. 219.*

Manutenere obligatus ad quid teneatur, vel non. Concluſ. 78.

MANVTENERE † obligatus intelligitur secundum statum obligationis, si res in totum non pereat, sed in illo statu, & secundũ illud tempus res in esse existat; non autẽ si casu fortuito in totum res desinat esse, vel ad impossibilem manutentionem reducatur. Bald. *consil.110. Consideratis rationibus, per tot. lib.3.* & idem Bald. plenius *consil.145. Casus talis est, per tot.* maxime *nu.4. vsque in fin. lib.3.* † Amplia, quia obligatus manutenere non obligatur de nouo facere; quia manutentio præsupponit statum manentem rei manutenendę. Bal. *d. consil.110. post mag. lib.3. ver. sed in casu thematis,* & plenius *consil.145. nu.1. in fin. cum seq. ver. item verbum manutenere, lib.3.* vbi ponit multa de obligato manutenere, vt nõ intelligitur obligatus de nouo facere. † Amplia; quia qui tenetur manutenere, non tenetur expensam incertam, & dubiam facere ad occurrendum casui fortuito, incerto, & inopinato; ideo obligatus manutenere molendinum, & cluſam, non tenetur facere ſperones ad molendinum, & considerare insolitum impetum fluminis. Bald. *d. consil.145. n.4. & 5. lib.3.* vbi multa similia adducit. † Extende; quia obligatus manutenere tectũ, non tenetur manutenere parietes subſtinentes tectũ; quia qui tenetur ad vnam expensam non obligatur vltra. Bald. *d. consil.145. nu.5. ver. tertio quia, cum seq.* vbi, quod manutentio debet fieri per se, non per aliud adiunctum à remotis. † Amplia; quia obligatus manutenere non tenetur, si res casu fortuito pereat, etiamsi sit tutor, qui promittit rem pupilli saluam fore. Bald. *d. consil.145. num.6. ver. sexto quia non tenetur quis, cum sequen. lib.3.*

Manuteneri debet possessor, & qualiter feratur sententia. Concluſ. 79.

POSSESSOR † debet semper manuteneri; & ideo existens in possessione eximendi censum debet manuteneri; quia licet per denegationem solutionis inducatur spoliatio; tamen quia etiam exigens censum retinet ciuilem, potest agere, & peteri. ante omnia manuteneri in sua possessione, & statu. Rota *in nouiss. part. 1. lib.1. decis.99. Maior pars.* † Extende, vt procedat, etiamsi proprietarius denegans, & turbans esset fiscus, vel etiam ordinarius in actu visitandi. Rot. *dict. decis.99. num.5. in 1. parte, lib.1.* † Extende, vt procedat etiam in hærede cum beneficio legis, & inuentarii, & in annua præstatione; quia licet prætendat se priorem, si denegat soluere, turbat, & spoliat, & datur manutentio, & licet sit opinio controuersa; distinguitur tamen per Rotam *d. decis.99. num.8.*

ver. non obsta. vbi quod distinguitur; quia si is, cui denegatur solutio, habet se pro spoliato, non datur: si habet se pro turbato tantum, datur manutentio. † Declara; quia est in potestate eius, qui agit, & cui denegatur solutio agere, vt manuteneatur, vel vt restituatur; quia ex quo animo retinet ciuilé, potest agere retinendæ; si vero animo ciuilem non vult retinere, potest habere se pro spoliato, & agere spolio. Rota *decis. 99. Maior pars. nu. 3. ver. est tamen in facultate, part. 1. in nouis.* † Amplia; quia existens in possessione fabricandi non potest pendente lite, vel appellatione priuari, Roman. *cons. 37. Viso puncto. in fi.* Dec. *cons. 97. In casu proposito, in 1. dubio,* & apostil. fin. ad Rom. vbi supra. † Amplia; quia fauorabilior est causa manutentionis, quã restitutionis; quia in restitutione princeps quandoq; ex causa rescribit, quod simul, & semel decidatur possessorium, & petitorium; secus in iudicio manutenendæ. Rot. *d. decis. 99. nu. 6. parte 1.* † Item manutenendæ competit contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarii etiam in annua præstatione, etiam quod hæres habeat antehora iura, in spolio secus. Rot. *d. decis. 99. nu. 8. ver. non obstat. p. 1. & n. 9.* † Et in manutentione non fertur sententia diffinitiua, sed fit decretum, à quo non datur appellatio. Beninten. *decis. 79. num. 6.* † Et est summariissimum iudicium, admittit suspensionem petitorii, & non admittit exceptionem defectus proprietatis. Rot. *d. decis. 99. nu. 2. ver. quod remedium, lib. 1. p. 1.* Vide, *Interdictum retinendæ quale, & quibus detur. Concl. 283.* Vide, *Interdictum*, vti possidetis, *cui detur, & quid contineat. Concluſ. 284.*

Marescallus Curiæ Romanæ quam iurisdictionem habeat. Concluſ. 80.

1 MARESCALLVS † Curiæ Romanæ cognoscit delicta reorum, & punit, & de consuetudine non remittit delinquentes in locis delictorum commissorum. Oldr. *cons. 124. Quod remissio.* Amplia, † quod dicitur iudex ordinarius. Old. *cons. 301. in pr.* & latius
2 *cons. 302. nu. 6. ver. non obstat.* † Et habet fiscum, & sibi ipsi applicat
3 pœnas delinquentium. Old. *d. cons. 302. n. 6. 7. & 8.* vbi etiam, quod de consuetudine ius dicit in causa applicationis pœnarum fisco suo. † Succedit Curialibus omnibus decedentibus loco fisci de-
4 ficientibus agnatis, vel cognatis, secundum Old. *cons. 303. in princ.* licet ipse prætenderet succedere etiam exclusis agnatis, & cognatis. † An habeat iurisdictionem à Papa, vel Imperatore, ita vt coram eo seruetur ius Canonicum, vel Ciuile, renet Oldr. quod à
6 Papa *in d. cons. 301. n. 3. ver. non obstat, si dicatur.* † Contrarium, quod imo ab Imperatore, tenet idem *cons. 302. n. 8. ver. & potest dici.*

Marchio, & Marchia quid importet. Concl. 81.

1 DVCATVS, † Marchia, vel Ducatus, aut Comitatus habent regalia, & funguntur iure Principis supremi in suo Ducatu.
2 Bart. *cons. 72. Ex facto, n. 3. ver. tertio probatur, lib. 1.* † Et istæ dignitates Marchiæ, Ducatus, & Comitatus non habentur, nisi à Principe, & in eis non succedunt filii, neq; datur successio aliqua, licet contrarium seruetur de consuetudine Bart. *d. cons. 72. n. 4. v. quarto probatur, lib. 1.* vbi apost. *in ver. non succederet*, dicit, quod pactum, quod non succedant fœminæ, valet; quia reducit ad ius antiquum.

Marchiæ prouinciæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 82.

1 REGIMINA † Marchiæ, & Ducatus Spoletani translata fuerunt ad manus Italorum propter extorsiones, per quas infamabatur Romana Ecclesia; vnde in pace viuitur sub gubernio Italorum, inquit Fed. de Sen. *cons. 185. Super eo, quod quæritur, in fin.*
2 † Dicitur autem Marchia; quia cara. Bal. *cons. 405. Quidam emerunt,*
3 *lib. 5. n. 2. ver. & dicitur Marchia.* † Multiplex est Marchia; quia alia
4 Anconitana, de qua Bart. *in l. pen. in fi. de aqu. pluu. arcen.* † Triuisana Marchia dicitur, vbi est Triuisium, & ideo Ciuitas Venetiarum dicitur in Marchia Triuisana. Bald. *d. cons. 405. n. 2. v. præterea patria*
5 *Venetorum, lib. 5.* † Constitutio Marchiæ inducens certam solemnitatem in contractibus minorum, & declarans iuramentum præsumi dolo extortum valet, & iuramentum non operatur aliquid; quia ex causa iusta, & naturali, ne minores decipiantur; & quia sunt confirmatæ constitutiones à Papa. Roman. *cons. 12. Viso facto, per totum.*

Marchiæ Anconitanæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 83.

1 CIVITATES † Marchiæ Anconitanæ habent cognitionem causarum primæ instantiæ, & primæ appellationis; secunda vero appellatio deuoluitur ad superiorem. Bart. *in l. pen. in fi. ff. de aqu. pluu. arcen.* † Constitutiones Marchiæ disponunt, quod statuta non
2 valeant, nisi confirmata sint Ang. *cons. 88. Item statuimus, n. 3. ver. quo*
3 *eo etiam.* † Prouincia Marchiæ Anconitanæ est in spiritualibus,
4 & temporalibus subiecta Sedi Apostolicæ, & castra Montis Sanctæ Mariæ in Cuxiano, & Montis Fani, quæ erant Pandulphi, & Caroli Malatestæ, fuerunt restituta Ecclesiæ Romanæ. Abb. *cons. 61. In causa, & quæstione. per tot. lib. 1.*

Marchiæ constitutiones habent locum in multis locis extra prouinciam. Concl. 84.

1 FABRIANI † terra regitur secundum constitutiones Marchiæ.
2 Bald. *cons. 201. In prouincia Anconitana. lib. 1.* † Fulginei ciuitas re-
3 gitur ex eisdem constitutionibus. Bald. *cons. 169. Iuncto casu, incip. Egregie pater, lib. 4.* † Anconæ ciuitas seruat constitutiones pro-
5 uinciæ Anconitanæ. Angel. de Perus. *cons. 27. Quidam Victor, nu. 3.* † Asculana ciuitas regitur eisdem constitutionibus. Angel. *consil.*
4 *88. Item statuimus.* † Hodie ex bullis Summorum Pontificum, ma-
5 xime Pauli III. & Sixti V. sunt extensæ ad totum statum Ecclesiasticum.

Marchiones Malaspinæ aliqui, & eorum facta. Concluſ. 85.

1 THOMAS † Marchio Malaspina de anno 1340. fuit inuestitus
2 pe pluribus castris à Duce, & defensore Populi Ianuæ, & à consilio 15. sapientum Antianorum dictæ ciuitatis, pro se, & descendentibus masculis, & fœminis suis hæredibus, & successorib. quibuscunq; in feudum nobile, & paternum, & auitum, & postea de anno 1381. & 1383. fecerunt nouam inuestituram Isnardo vnico descendenti Thomæ cum pacto, quod soli primogeniti succederent, exclusis aliis. † Ex Isnardo nati Thomas, & Ioannes, pa-
2 ter instituit Thomam primogenitum in istis castris, & Ioannem in aliis castris, qui ambo fecerunt fidelitatem de omnibus castris Marchioni Montisferrati, à quo etiã fuerunt inuestiti filii Thomæ, & Ioannis de consensu Ducis, & quindecim sapientum Ianuæ, Isnardus vnus ex filiis Thomæ tentauit occidere fratrem Ducis Ianuæ, & propterea Marchio Montisferrati volebat esse locum deuolutioni castrorum. Christoph. Castillion. *consi. 10. In facto proponitur.* cõsultus, an valeret primogenitura secundo creata in præiudicium aliorum, respondit, quod sic, & an castra inciderent in commissum, ibi latissime.

Mare sub cuius districtu, & iurisdictione esse dicatur. Concl. 86.

1 MARE † dicitur esse de districtu illius ciuitatis, vel loci, qui confinat cum mari, in quantum se extendit territorium terræ prope mare. Bald. *cons. 51. Quæritur, an Florentini. nu. 2. ver. si autem quæratur, lib. 4.*

Maritus & vxor quid sint. Concl. 87.

1 MARITVS † & vxor sunt copulati inuicem matrimonialiter.
† Appellatione mariti & vxoris non veniunt sponsi; & ideo
2 iura loquentia de marito & vxore, prout statuta, & similia, non habent locum in sponsis, qui per verba de futuro matrimonia contraxerunt. Signorol. *consil. 144. In quæstione, quæ vertitur*, vbi,
3 quod sponsus est futurus maritus. † Restringe; quia dicitur maritus & vxor, quando post contracta sponsalia per verba de præsenti inter minores superuenit ætas perfecta, & ipsi perseuerarunt in consensu; quia etiam ante copulam sunt maritus & vxor. Signor. *d. consil. 144. num. 2. vsque in fin.* † Declara; quia in casu re-
4 strictionis licet dicantur maritus & vxor; tamen statutum deferens lucrum marito non habet locum ante copulam, nisi vxor esset traducta ad domum viri, communem * dicit apost. ad Signor. *
d. cons. 144. Viri appellatione non venit is, qui non traduxit, neque carnaliter cognouit vxorem, nisi in certis locis de consuetudine. Abb. *cons. 1. num. 6. ver. tertio principaliter, lib. 1.* sed loquitur in iis, qui sponsalia dumtaxat contraxerunt, licet per superuenientiam ætatis in matrimonium potuerint transire. † Declara; quia
5 vir & vxor quandoque sumuntur solum, quando matrimonium est consummatum per carnalem copulam, *cap. ex publico, in fin. de conuer. coniug.* quandoque sumuntur pro iis, qui contraxerunt per verba de præsenti, licet non consummauerint per copulam, *licum*

fuerit.

fuerit. ff. de cond. & demonstr. c. fin. de sponsal. duorum. quandoque etiam vir & vxor sumitur de iis, qui sola sponsalia contraxerunt ex benigna interpretatione, *l. non sine. C. de bon. quæ liber.* & sic, quando verba stricte capiuntur, primus casus intrat; quando large, secundus, quando largissime, tertius, ita Abb. plene *consil. 79. Videtur primo, in princip. lib. 2.* Vide, *Vxor proprie quæ dicatur, vel non. Concluſ. 385.*

Maritus & vxor sunt vnum corpus, & vna caro, & quomodo. Concluſ. 88.

1 MARITVS † & vxor adeo sunt vniti, vt vnum corpus, & vna caro sint, Oldrad. *consil. 95. Ex forma istius, nu. 9. ver. & cum dominus, vsque in fin.* vbi multa de amore, communione, & vnitate mariti & vxoris, & quod in dispositione generali alterius non comprehenditur alter, & loquitur de Rege Aragonum versus
2 Reginam, vt constitutio eam non liget, neque filios. † Et talis videtur esse affectio inter virum & vxorem, qualis est inter patrem & filium. Florian. de S. Petro *quæst. 1. colum. 3. ver. hunc etiam consensum.* Bart. in sua *quæst. 7. Mulier habens, ver. contra quod, in fin. nu. 9. ver.*
3 *nono probo*, allegat *l. 1. in fin. ff. de liber. homin. exhib.* † Amplia in tantum, vt sicut pater non potest donare filio, vel filiæ in potestate sua existenti, ita nec potest donare marito filiæ, vel vxori filii, quia censetur eidem filio, vel filiæ donare. Oldrad. *consil. 245. Quidam pater familias, in princ. num. 1. & 2.* vbi, quod in tantum censeantur eadem persona, vt contemplatione filii, vel filiæ donatum, ad con-
4 firmationem requirat mortem patris & filii, vide eum. † Amplia, quia maritus & vxor dicuntur habere quandam communionem
5 inter se. Bart. *consil. 124. Punctus quæstionis, num. 1. lib. 1.* † Amplia; quia maritus & vxor sunt socii diuinæ, & humanæ domus, & vna ca-
ro. & alter alterius onera debet portare. Bald. *consil. 464. Quædam*
6 *sunt. num. 1. in fin. lib. 5.* † Extende; quia mariti & vxoris vnica est
7 domus, *l. aduersus. C. de crimin. expil. hæred.* † Extende; quia vnica de-
8 bet esse familia mariti, & vxoris. *l. 1. §. si vir. ff. ad Syllan.* † Extende,
9 quia eorum vsus debet esse promiscuus. *l. quamuis. C. de furt.* † Amplia; quia exceptio alimentorum relictorum reseruata marito
10 censetur etiam reseruata vxori. *cap. admonere. 33. quæst. 2.* † Amplia; quia maior est vnio coniugum, & maior dilectio, quando extant filii communes, quam si non extant; quia sunt filii amor inter coniuges, & pignora coniugii. Fulgos. *consil. 49. Ex facto proponitur,*
11 *num. 3.* vbi, quod vxor, quæ filios non peperit, non ita est chara marito. † Amplia; quia si maritus donat reseruatis sibi alimentis, intelligitur etiam pro vxore, & filiis reseruasse, *capit. admonere. 33.*
12 *quæst. 2.* † Extende; quia saluus conductus concessus marito comprehendit etiam vxorem, licet de ea non sit facta mentio. Bald.
☞ *consil. 409. Concessus fuit, ver. sed iis non obstantibus. lib. 1.* Vide, *Saluus*
13 *conductus. Concl. 23.* † Amplia; quia vxores pro maritis aliquando exposuerunt se periculo mortis. Florian. de S. Petro *quæst. 2. in 4.*
dub. vbi de muliere, quæ maritum carceratum ad mortem visitauit, & eum suis vestibus indutum exire fecit mane tenebroso, & ipsa cum habitu mariti remansit carcerata, tuetur, quod meretur
14 præmium propter bonum exemplum, & ita Bononiæ fuit seruatū, & dat aliqua alia exempla. † Limita; quia vxores vt plurimū de morte maritorum lætantur gloss. *in l. pater Seuerinam, §. socrus. ff.*
15 *de condit. & demonstr.* † Limita; quia imo vere maritus & vxor sunt duæ personæ distinctæ. *cap. dilectissimus. 12. quæst. 2.* & ideo alimen-
16 tare licta marito tanquam personalia non debentur vxori simul, & marito. Calder. *consil. 332. alias 3. in fin. de testam.* † Limita; quia ca-
17 stigatio leuis competit marito in vxorem. Signor. *consil. 63. Titius*
18 *calc. in princip.* † Maior est subiectio filii ad patrem, quam vxoris ad maritum, Florian. de S. Petro *quæst. 2. in 3. part. colum. 2. circa med.*
ver. quarto hoc confirmatur. Sed † parificatur vxor ad maritum, prout seruus ad dominum, idem Florian. *d. quæst. 2. in 3. part. colum. 3.*
ver. e contra. vbi excusat vxorem, quæ pro liberando marito se finxit hominem, & dedit vestes muliebres marito, vt carcerem euaderet, exemplo serui, qui se interfici passus est fingens se domi-
19 num, vt dominus liberaretur. † Item maior reuerentia pupilli versus olim tutorem, quam vxoris ad maritum; ideo valet testamentum vxoris, in quo instituit maritum blandientem; sed non valet testamentum pupilli, in quo instituit olim tutorem blandientem, si habebat sororem, & proximiores. Cast. *cons. 231.*

☞ *In quæstione, quæ vertitur. col. fin. lib. 2.* Vide, *Vxor dicitur socia mariti, & in quib. subiecta. Concluſ. 386.*

Maritata quando dicatur mulier. Concl. 89.

MVLIER † dicitur maritata, quæ contraxit matrimonium per 1
verba de præsenti, licet non sit traducta ad domum viri; ideo consequi debet legatum sibi factum, cum maritabitur, sine dubio. Alexand. *consil. 20. Viso processu, in princip. lib. 2.* † Amplia; quia 2
dos legata seruæ, quando erit maritabilis, verificatur in decimo sexto anno; quia cum primum est pubes, dicitur capax matrimonii, sed in serua sexdecim anni constituunt pubertatem, secundum * communem regionis obseruantiam, seu opinionem, * *
licet in ciuitate Mutinæ dicat prætendi consuetudinem ad viginti annos Alexand. *d. consil. 20. num. 7. & sequen. ver. secundo principaliter. lib. 1.*

Maritus est dominus dotis, & qualiter procedat. Concluſ. 90.

MARITVS † dicitur dominus dotis constante matrimonio, 1
non vxor, *l. doce ancillam*, vbi gloss. & scriben. *C. de rei vendicat.*
glo. *in l. Quintus. §. argento. ff. de auro, & argent. legat.* glo. & Doct. *in l.*
in rebus. C. de iur. dot. Alexan. *consil. 177. In causa, & lite, lib. 6. in princip.*
† Declara; quia quoad lucrum, & damnum, seu commodum, & 2
incommodum, dominium est vxoris, non mariti. Ias. *in l. de die. §.*
qui mulierem. ff. qui sat. cog. † Amplia; quia maritus non tenetur ad 3
debita, & obligationes vxoris in præiudicium dotis, donec constet matrimonium, & durat. Vide, *Dos an, & quando possit alienari.* ☞
Concl. 792. † Amplia; quia maritus habet vtiles actiones nomine 4
suo pro dote, directas nomine vxoris. Ioan. de Anan. *consil. 12. Primo ad intellectum. num. 5. ver. circa vero.* † Extende, quia maritus quo- 5
ad quid est procurator pro dote in rem suam. Io. de Anan. *cons. 12.*
num. 6. † Extende, quia in re data in dotem maritus dicitur singu- 6
laris successor in ipsa re data in dotem, ita vt possit agere ad restitutionem rei dotalis ab alio occupatæ. Alex. *d. consil. 177. In causa &*
lite, in princ. lib. 6. † Imo; quia titulus dotis dicitur titulus vniuersa- 7
lis, sicut hæreditas, peculium, & similia; ideo magis transeunt omnia iura in maritum titulo vniuersali, quam titulo particulari, ita Alex. *d. consil. 177. nu. 2. ver. & potissime, lib. 6.* vbi apostil. *in ver. quod.*
citat eundem Alex. *consil. 49. num. 7. lib. 3.* † Æquiparatur maritus 8
in re dotali filio habenti administrationem peculii. Io. de Anan.
consil. 12. nu. 6. † Limita; quia licet maritus sit dominus dotis; non 9
tamen potest alienare, vel obligare dotem in præiudicium mulieris. Vide, *Maritus non potest alienare bona vxoris. Concl. 98.* † Limi- ☞
ta, quia licet ciuiliter maritus sit dominus fundi dati in æstima- 10
tionem pro dote, & sic rei dotalis; tamen naturali iure inspecto vxor dicitur domina talis fundi; & ideo soluto matrimonio mulier potest vendicare fundum datum in dotem æstimatum; quia cum dederit in dotem, dominium penes eam remanserit naturali iure inspecto. *l. in rebus. C. de iur. dot.* ita Abb. *cons. 72. Videtur primo, in*
prin. lib. 2. † Declara, quia pro re dotali data in æstimationem mu- 11
lier soluto matrimonio, licet habeat vtilem rei vendicationem; tamen non compellitur vendicare; quia potest etiam agere hypothecaria aduersus alia bona mariti; itē potest agere personali aduersus maritum, vel hæredes mariti. Abb. *consil. 72. col. fi. n. 2. v. ad*
contraria, lib. 2. Vide, *Dos est patrimonium mulieris. Concluſ. 736.* Vide, ☞
Vxor qualiter sit domina bonorum dæorum in dotem. Concl. 389.

Maritus possidet bona vxoris, & qualiter. Concluſio 91.

POTEST † maritus ire ad habitandum cum vxore ad domum, 1
in qua vxor habitat, & vti bonis vxoris de eius voluntate, non obstante, quod alii sint in possessione vna cum ea, & non permittens tenetur mulieri de vi turbatiua. Bald. *cons. 215. Emphyteusis, ver.*
item maritus, vsque in finem, lib. 4. † Limita; quia maritus non potest 2
esse tutor, vel curator vxoris. Bar. *in quæst. 16. in fin. princ. ver. septimo.*
† Extende, quia neq; pater, vel auus sponsi possunt esse tutores, 3
vel curatores sponsæ filii. Bar. *d. q. 16. in ver. solutio, col. 2. circa med. v.*
non tamen dico, allegat *l. 1. circa fi. de suspect. tutor.*

Maritus acquirens pro vxore quando vxori acquirat, & qualiter vxori debeatur. Concluſ. 92.

MARITVS † emens pro se, & vxore de pecuniis propriis, li- 1
cet pro medietate acquirat vxori dominium; tamen tenetur vxor, si maritus velit bona, reficere pretium pro sua rata. Bart.
in l. si audiat, in fi. ff. de publica. & in l. 2. C. pro socio. Dec. *cons. 58. Pro tenui,*
in princ. & per tot. plene Abb. *cons. 46. Tria mihi, in fi. ver. circa tertium*
dubium, lib. 1. † Extende, etiamsi non exprimat, ex cuius pecuniis 2
emat nomine vxoris; quia in dubio de propriis præsumitur acqui-

rere, nisi contrarium dicatur. Bart. & Doct. *in l. si patruus, nu. 4. ver. aut dubitatur, C. commun. vtriusque iudic. & in l. cum proponas.* per illum tex. *ver. est multum notandum, C. pro socio.* vbi Bald. *ver. nam in dubio. & in l. qui alienа, C. si quis alteri, vel sibi.* Alex. *consi. 78. nu. 2. ver. tamen in proposito. lib. 2.* Corn. *consi. 79. nu. 4. ver. ad hoc, lib. 1.* Dec. *consi. 21. num. 10. ver. nam in dubio, & consi. 99. nu. 2. ver. præterea, & cons. 348. ver. quia licet conclusio.* Natt. *consi. 94. num. 10.* ideo dominium erit vxoris licet ad pretii solutionem teneatur per prædicta. Bartol. *in l. instrumenta, ad fin. C. de fid. instrum. lib. 10.* Bald. *consil. 67. Punctus talis est, d.*
13 *Mag. lib. 5.* † Declara tamen, vt prædicta procedant sequuta traditione vera, vel ficta, vt dicit Bald. *d. consi. 67. lib. 5.* & satis dicitur tradita per constitutum, vt per Socin. *cons. 91. col. pen. ver. quinimo,*
4 *lib. 4.* licet ipse ibi contrarium teneat propter filiationem. † Extende; quia si maritus acquirit nomine vxoris ex propria pecunia, dominium rei efficitur vxoris, non mariti, *l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.* Bald. *d. consi. 67. Punctus talis est, rei, primo casus maritus, lib. 5.* Ripa *lib. 3. respons. c. 4. col. fin.* Alciat. *regul. 3. præsumptio. 26. num. 14.* Signor. *consi. 122. Factum sic præsupponitur, col. fin. ver. præterea casus,* & ideo licet pecunia sit viri; tamen res empta efficitur eius, cuius nomine acquiritur, *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi.* Lopez. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. n. 20. ver. sed in casu, de quo agitur. l. si instrumenta,* vbi Bart. & Ioan. de Plate. *C. de fid. instrum. & iure ha-*
5 *stæ fiscal. lib. 10.* † Declara; quia competit actio personalis marito ad pretium rei emptæ, vel realis ad ipsam rem ære suo emptam in subsidium duntaxat, *l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bald.
6 *d. consi. 67. lib. 5.* Rip. & Alciat. in locis prædictis. † Extende; quia etiam competit hæc actio marito, & hæredibus ad pretium, licet in emptione maritus dixerit emere nomine vxoris, & de pecuniis vxoris, quando reuera contrarium posset iustificari, vel coniecturari; quia non valet hæc confessio cõstante matrimonio ad fauorem vxoris, & in fraudem legis facta præsumitur. *l. qui testa. ff. de probat.* Ang. *consi. 5. n. 5.* Rom. *consi. 293. Præsupposito. col. fi. in fi.* Soc. *consi. 63. nu. 4. & consi. 61. col. 2. ver. concludo, lib. 1.* Ias. *consi. 32. lib. 3.* Parisi. *consi. 62. nu. 14. lib. 1.* Alex. *consi. 142. Viso processu causæ, nu. 4. lib. 5.* vbi dicit procedere tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & esse
* communem, *idem tenet Castrens. *consi. 86. Visis, & consideratis,*
7 *lib. 1.* Ias. *d. consi. 32. lib.* . † Extende, etiamsi confessio esset iurata. Rom. *consi. 44. nu. 4. & consi. 293. prope fin.* Soc. *d. consi. 61. nu. 4. & consi. 65. n. 4. lib. 1.* Ruin. *consi. 70. n. 7. li. 3.* Lopez. *d. rubr. de donat. inter vir. &*
8 *vxor. §. fin. n. 4.* † Restringe, quando maritus acquirit nomine vxoris de pecuniis mariti, & ipsi marito fuit tradita possessio, & toto tempore vitæ suæ possedit; quia acquiritur soli viro, & nomen vxoris censetur simulate appositum in instrumento. Bald. Salyc. & alii *in l. multum interest, C. si quis alter. vel sibi.* Dec. *consi. 343. n. 16. & seq.* Alex. *consi. 18. nu. 4. lib. 3.* Soc. *consi. 65. nu. 8. lib. 1.* Capic. *decis. 203. n. 18.* secus, si vxor emeret interueniente marito in contractu cum as-
9 sertione de pecuniis vxoris, vt in iuribus prælegatis. † Imo videtur, quod restrictio procedat etiam simpliciter; quia maritus emens de pecuniis suis nomine vxoris cõstante matrimonio, videtur donare, & consequenter non valet donatio, *l. cum hic status, §. si quis sponsam, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & ibi Bald. Soc. *consi. 65. Circa primam. ver. secundo probatur,* vbi plus dicit, quod neq; staretur assertioni mariti acquirentis nomine vxoris absentis, licet dicat de pecuniis vxoris, nisi constet verisimiliter, quod vxoris esse pos-
☞ sint. Vide, *Assertioni gerentis actum ex causa permissum an credatur. Con-*
10 *clus. 535.* † Et quod non stetur assertioni mariti ementis nomine vxoris constante matrimonio, licet dicat emere de pecuniis vxoris. Salyc. *in l. mater, C. de contrah. empt.* quia sumus in prohibitis, *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cum propria, C. eod. tit.* sequitur Alex. *consi.*
18. *col. 1. lib. 3.* Soc. *consi. 65. col. 3. lib. 1.* Dec. *consi. 69. colum. 2. & consi. 543.*
11 † Declara, nisi aliunde, quam ex confessione mariti posset con-
12 stare, quod essent pecuniæ vxoris, vt in dictis iuribus. † Restringe; quia talis assertio mariti, quod emisset ex pecuniis, & nomine vxoris, valeret, si maritus esset vxori præmortuus; quia valeret in vim donationis, quæ morte confirmatur. Salyc. *in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nupt.* Fulg. *consi. 198. In quæstione, col. 2.* & pretium etiam, quod esset mariti, censeretur donatum vxori, & traditum pro ea venditoribus, & propterea non posset mulier molestari,
☞ nec in re, nec in pretio, vt in terminis Bald. *dict. cons. 67. lib. 5.* Vide Mascard. *Conclus. 446. Contractus simulatus an præsumatur inter coniuges,* vbi, quod siue maritus emat pro vxore, & possideat, siue emat nomine vxoris, & confiteatur de pecuniis vxoris, præsumitur simulatus contractus, nisi appareat veritas, vel sit verisimile; quia
13 est inter personas prohibitas. † Amplia, quia si vxor acquirit nomine suo ex pecunia sibi tradita à marito, & donata, bona empta sunt vxoris, sed debet restituere marito pecuniam, *l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi.* Roman. *consi. 291. Cum isti fratres, col. fin. n. 11. ver. quo autem.* † Restringe, quando maritus emit simulate nomi- 14
ne vxoris; quia non valet, & dominium est mariti, & tenetur cõmunicare socio omnium bonorum. Rom. *consi. 291. in fin. ver. si vero emit.* † Restringe, quando maritus ex sua pecunia nomine vxoris 15
acquirit; quia sibi non acquirit; quia non voluit; vxori non acquirit; quia non potuit, Roman. *dict. consi. 291. in fine, ver. si vero maritus.*
† Amplia; quia vxor emens ex pecunia mariti sibi acquirit, non 16
marito, licet teneatur restituere pecunias marito. Bar. *in l. instrumenta, C. de fid. instrum. & iure hastæ, lib. 10.* Vide, *Vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, &c. Concl. 394. ver. declara,* vbi latissime. Vide Mascard. *Concl. 363. Confessio mariti dicentis se emisse de pecunia vxoris,* vbi, quod acquirit vxori actionem, si est verisimile, & è con-
uerso, vide eum. † Limita, quando maritus acquirit nomine suo, 17
& vxoris, & dicit acquirere de pecuniis communibus vxoris, & propriis; quia si mulier habet bona extra dotalia, talis emptio spectat libere pro sua medietate vxori. Salycet. & alii *in l. si mater. C. de contrahen. empt.* Dec. alios allegans *consi. 96. col. 2. ver. nec obstat talis confessio.* Alciat. *regul. 3. præsumpt. 26. in 6. declarat.* Riminal. qui plures allegat *Instit. per quas personas nobis acquir. §. 1. nu. 30. & seq.* Crau.
consi. 61. nu. 7. † Extende, quia imo etiam si maritus acquireret ab- 18
solute pro vxore, & dicat de pecuniis vxoris, si vxor habet bona extra dotalia, & aduentitia, ex quibus possit pecunia talis verisimiliter percipi; tunc cessat omnis suspicio, & acquiritur libere vxori. Angel. *consi. 341.* Salyc. *d. l. si mater. C. de contrah. empt.* Dec. *in l. si donatione. col. 6. C. de collatio. & consi. 96. ver. non obstat.* Crau. *consi. 40.*
nu. 5. Marsil. *sing. 610.* † Restringe, quando mulier non habet alia 19
bona extra dotem; quia tunc præsumitur simulata, & in fraudem acquisitio facta pro vxore, vel nomine vxoris, iuxta not. *in l. si filiq. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi.* † Restringe, quando maritus acquisiuit ex pecuniis dotali- 20
bus; quia in subsidium acquirit vxori. Vide, *Emens ex pecunia aliena quando sibi acquirat, vel domino pecuniæ. Concl. 138.* † Limita, quando 21
maritus acquirit ex pecunia dotali; quia acquirit vxori, si expedit vxori. Vide, *Vxori si maritus acquirat, præsumitur in fraudem. Con-*
clus. 392.

Maritus & vxor in quibus possint contrahere inter se, vel non. Concl. 93.

MARITVS † & vxor possunt inter se libere contrahere, sic- 1
ut extranei, & excepta donatione possunt omnes alios contractus inter se celebrare valide. Bald. *consi. 29. Casus, vir donauit vxori, num. 4. ver. secunda quæstio, lib. 1.* & quod possint contrahere, &
valeat confessio vxoris, quod habeat certa bona mariti penes se. Bald. *consi. 190. Casus talis est, quidam condidit. lib. 1.* Alexand. *cons. 86. Super dictis duobus, col. 1. lib. 5.* vbi ponit exempla plurima contractuum, & ibi apostill. *in ver. permissi,* dat plurimos concord. † Ex- 2
tende; quia valet instrumentum liberationis factæ per vxorem marito de pecuniis, quas maritus debebat patri vxoris, & quas ipsa recepit nomine fraterno hærede patris, tanquam procuratrix. Bald. *consi. 421. Quæritur, vtrum vxor. lib. 1.* † Idem in instrumen- 3
to cessionis. Alexand. *d. consi. 86. in princ. lib. 5.* † Idem in contractu 4
societatis; quia valet inter virum & vxorem, Alexand. *d. consil. 86. in princ. lib. 5.* † Idem in contractu mutui, & pignoris. Alexand. *d.* 5
consi. 86. in princ. lib. 5. † Amplia; quia possunt inuicem litigare, & 6
iudicialiter vnus contra alium agere. Bald. *d. consi. 29. num. 4. præsc. item inter virum, libr. 1.* † Amplia; quia possunt compromitte- 7
re, transigere, & concordare inter se. Bald. *d. consi. 29. num. 4. lib. 1.*
† Amplia, vt possint vendere vera venditione; & tunc valet ven- 8
ditio, etiam si insequelam veniat aliquid ex natura venditionis donatum Bald. *consi. 66. Inter vir. & vxor. lib. 1.* Alexand. *d. consil. 86. in princ. lib. 5.* † Amplia; quia maritus legando certa bona certi va- 9
loris expressi, quæ dicit esse penes suam vxorem, & ipsa hoc confiteatur, ex tali confessione obligatur, & conueniri possit ab hærede, vel legatario, nisi ipsa probet contrarium. Bald. *consi. 190. per tot. lib. 1.* dicit tamen, quod ex tali confessione non probatur valor. † Amplia; quia maritus & vxor litigantes inter se possunt vti 10
compensatione inter se, & admittitur eo modo, quo inter alios, dummodo sint materiæ compensabiles; secus si de specie ad quantitatem, vel in casibus prohibitis. Alexand. *consi. 86. Super dictis, nu.*
2. ver. quantum ad secundum, lib. 5. † Limita, nisi extaret statutum, 11
quod vxor marito, vel maritus vxori nihil dare, aut alienare possent; quia statutum est seruandum. Bald. *in consi. 128. Verus maritus, in fin. lib. 4.* † Limita; quia non possunt sibi inuicem donare nisi in 12
tali donatione, quæ morte confirmetur. Bald. *dict. consil. 29. per tot.*
vbi, quod neque firmatur iuramento. *lib. 5.* Alexand. *dict. consi. 86. Super dictis, in princip.* vbi, quod non possunt donare, neque alios
contractus facere, qui saperent donationem. † Extende, quod 13
neque

neque super donatione prohibita possunt alios contractus facere; quia quod prohibetur principaliter, prohibetur etiam omni alia via. Bald. *d.consi.29.num.4.ver.2.quæst.lib.1.vsque in fin.* † Declara extensionem, vt procedat, quando sit animo conualidandi donationem, quæ est prohibita; secus esset, si donatio secundario veniret ex natura contractus venditionis. Bald. *consi.66.in princ.lib.1.* vbi quod bene prohibetur etiam in venditione donatio, quando fieret alias non empturo; secus si ex natura venditionis veniat secundario. † Declara, quia in dubio, an sit donatio, vel alius contractus permissus, statur coniecturis, etsi appareat res vendita pro pretio iusto soluto reuera, præsumitur venditio; si vero pretium esset solum confessatum, nec adminicularetur, quod fuerit solutum, præsumitur donatio in fraudem concepta ex venditione. Bald. *consil.66.in princip.ver.si autem dubitatur.lib.1.* Vide, *Donatio inter virum, &c. Conclus.690.* Vide, *Vxor quibus casibus, &c. Conclus.390.*

Maritus tenetur ad expensas necessarias suæ vxori. Concl.94.

nere.lib.2. plenius Alex.*conſ.144.num.5.& 6.ver. circa ſecundum.lib.5.*
Franc. Alberg.*conſ.inſerto ad Bart. conſ.125.lib.1.* † Et in dubio non
79 præſumitur conſenſiſſe, neq; permiſiſſe, neq; donaſſe. Ang. Aret. *conſ.57.n.4.* vbi de * communi. *

Maritus non poteſt alienare bona vxoris. Concl. 98.

MARITVS † non poteſt alienare bona vxoris; ideo vxor poteſt 1
bona vendicare ab emptorib. eorundem à marito ſuo Bald.
conſ.63. Hæres Gabrielæ, ver. ſuper ſecundo. lib.2. † Extende; quia licet 2
maritus ſit legitimus adminiſtrator, imo dominus bonorũ dotalium vxoris *l.doce ancillam, C.de rei vend.* tamen non poteſt maritus facere, vel paciſci aliquid in præiudicium vxoris, neq; conditionem illius poteſt facere deteriorem abſq; vxoris conſenſu. *l. ita*
conſtante.ff.de iur.dot.l.ſi mulier dotis.l.cum maritus.l.de die.& l. Attilicinus.ff.de pact.dot al. † Imo neq; de conſenſu mulieris poteſt aliena- 3
re, vel obligare bona dotalia, niſi cedat in vtilitatem vxoris. Bald.
nouell. *de dote in 7.parte, priuil.1.in 3.colum.ver.poteſt.* vbi, quod poterit vxor alienata dotalia recuperare mortuo marito. † Amplia 4
multo magis in bonis extradotalibus, in quibus maritus nullum habet dominium, neque adminiſtrationem, niſi conſentiente vxore. *l.maritus.C.de procurat.* vbi Doctor. faciunt regulam. *quod noſtrum.ff.de reg. iur.* faciunt not. per Corn. *conſil.272.lib.4.* Dec. *conſil.*
57.num.3. vbi, quod maritus non poteſt præiudicare vxori in iure quæſito, ita in terminis Soc. Iun. *conſ.105.in 2.q.lib.1.* † Amplia; 5
quia ſi maritus conuenit cum ſocero, quod poſtquam traduxiſſet vxorem ſuam ad domum, feciſſet illam renunciare hæreditati pater-

paternæ, non nocet vxori ratum non habenti, quin possit hæreditatem paternam obtinere, si ad eam spectat. Cast. *cons.* 278. *in fin.*
6 *n.* 3. *lib.* 2. † Extende, quia neq; maritus ex tali conuentione potest molestari. Castr. *d. cons.* 278. *in fi. lib.* 2. quia factum alienum non seruatum non obligat promittentem. † Limita; quia valet alienatio
7 facta per maritum de bonis dotalibus suæ vxoris quoad præiudicium mariti, & eius hæredum; ideo poterit habens hypothecam, vel emptionem agere contra maritum, & hæredes. Bald. *cons.* 422.
8 *Res dotalis, lib.* 2. † Limita; quia si maritus, & vxor simul vendant valide prædium vxoris, & ambo in solidum confiteantur habuisse pretium; quia est impossibile, quod pretium sit integrum apud ambos, præsumitur, quod medietas peruenerit ad maritum, & alia medietas ad vxorem; ideo soluto matrimonio vxor non repetit, nisi medietatem pretii, quod ad marirũ peruenit, actione pro dote. Bart. *cons.* 124. *Punctus quæstionis, lib.* 1. sequitur Castr. *cons.* 361. Bart. *cons. In quodam, lib.* 1. *& cons.* 362. *Super primo, in fi. lib.* 2. Roman. *cons.* 201. *Pro decisione, in pr.* Curt. Sen. *cons.* 9. *circa med.* pro qua parte
9 Castr. in simili *cons.* 297. *Visis actis, in prin. lib.* 1. † Contrarium tenent multi, quos allegat apostil. ad Bartol. *d. cons.* 124. *lib.* 1. quia dicunt, quod experientia docet, quod pro cautela emptorũ faciunt mariti interuenire vxores, & vltra prædictos Bald. *in auth. si qua mulier, col.* 2. *ver. pone ergo, quod vir. C. ad Velleian.* vbi, quod mulier prohibetur, & ideo ad eam nihil præsumitur peruenisse. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, n.* 5. vbi citat Panor. *cons.* 44. *In præsenti quæstione, lib.* 1. *col.* 1. Soc. *cons.* 15. *Visis prædictis, col.* 6. *v. est ergo aduertendum, lib.* 1. Bertran. *cons.* 236. *Multa sunt, nu.* 22. *lib.* 1. late pro vtraq; Afflict. *decis.* 209. & quod pro ista parte fuit iudicatum; quia ad vxorem non præsumitur aliquid peruenisse, & sequitur Rol. à Vall. *consil.* 64. *per tot. li.* 1. vbi plures allegat, & dicit, q; consilũ Bar. procedit
10 in iis, qui possunt se obligare. Crau. *cons.* 91. † Declara igitur; quia *cons. Bart.* 124. *lib.* 1. procedit in aliis, qui non prohibentur obligari,
11 secus in viro, & vxore. Rol. à Val. *d. cons.* 64. *lib.* 1. † Declara; quia non habet locum *cons. Bar.* 124. *lib.* 1. quando de contrario apparet, vt quia maritus recepit totum pretium, postea fecit fieri confessionem in solidum. Bald. *in l. mater, col.* 4. *ver. modo quæritur, C. de rei vend.* quem sequitur Tiraq. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, nu.* 4. Alex.
12 *cons.* 38. *n.* 2. *lib.* 2. † Et idem, si ex libris constaret, quod postea ma-
13 ritus exegerit. Castr *d. cons.* 297. *Visis actis, in pr. lib.* 1. † Declara tribus modis per Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 31. *gl. vnica, nu.* 5. quia non procedit dictum *cons. Bart.* 124. *lib.* 1. quod medietatem receperit maritus, & medietatem vxor, quando primo loco se obligat maritus, secundo loco vxor, vel prius vnus, quam alter nominatur; secundo, nisi simus in personis prohibitis, prout vir, & vxor; tertio etiam in permissis, quando tota pecunia, vel res peruenit ad v-
14 num tantum. † Declarat etiam Natt. *cons.* 552. *per tot.* quia si vxor venderet rem mariti consentiente marito; quia præsumitur pretium ad maritum peruenisse, licet vxor confiteatur, quia ex fraude præsumitur id factum.

Maritus agit ad recuperationem vxoris multis casibus. Concl. 99.

1 MARITVS † potest agere petitorio vendicando vxorem nolentem reuerti ad se, sicut pater agit contra filium. Cuman. *cons.* 1. *Certissimi iuris. in prin.* quod est subscriptum à Cumano, Fulgosio, & Prosdocimo de Padua. † Amplia; quia agit etiam possessorio, & spolio; quia dicitur spoliatus, eo, quod vxor recuset velle
2 reuerti ad maritum, & tunc non admittuntur exceptiones requirentes petitorii cognitionem. Cuman. *d. cons.* 1. *in princip. & per tot.*
3 † Declara; quia debet probare prius titulum matrimonii, & consummationem, alias non agit spolio. Abb. in sua *quæstio.* 4. *in princ. & col.* 7. *nu.* 8. *ver. nunc respondeo.* † Restringe; quia admittitur exceptio nimiæ sæuitiæ viri, & hæc exceptio tanquam incidens, vel emergens ad impediendum processum in restitutione debet summarie cognosci, & probari, & ideo sufficit summaria probatio, hoc est, semiplena. Card. Zabar. *cons.* 9. *Primo præsuppono. per tot.* vbi, quod sufficit probatio sæuitiæ de præterito, nisi probetur ex ad-
5 uerso emendatio. † Declara; quia sæuitia debet esse capitalis ad hoc, vt negetur restitutio marito, etiamsi velit cauere de non offendendo. Card. Zab. *d. cons.* 9. *in prin.* Vide omnino Soc. *reg.* 16. *Restitutio ad quasi possessionem matrimonij petenti concedenda.* vbi relatiue restringit 14. modis, quinq; dicit poni per gl. *in cap.* 1. *vt lite non con-*
6 *test.* & ibi Ioan. And. addit octo, & alium ponit ibi Soc. † Amplia; quia etiam potest maritus implorare officium iudicis, vt restituatur vxor nolens reuerti. Cuma. *d. cons.* 1. *in prin.* † Extende, vt procedant prædicta, etiamsi vxor post consummatum matrimoniũ afferat se velle agere vitam spiritualem, & monachalem; quia debet marito restitui. Cuman. *d. cons.* 1. *n.* 3. *ver. nec iusta allegatio.* † Extende; quia potest vxor excommunicari, & compelli per excommunicationem, vt redeat ad virum suum. Cuman. *d. cons.* 1. *num.* 4. *ver. & si renuerit.*

Maritus ex quib. causis possit expellere vxorem. Concl. 100.

MARITVS † potest expellere vxorem de domo, si non soluit dotem promissam. Abb. *cons.* 85. *Videtur primo, col.* 2. *num.* 1. *ver. nam quandocunque, lib.* 2. idem tenet Rom. *cons.* 517. *In casu proposito, num.* 2. *col.* 2. *in princ. ver. aut est indotata,* vbi plenissima apostil. *in ver. potest,* citat plurimos concord. citat etiam tenentes contrarium; sed dicit hanc * communem, & veram Alex. *cons.* 56. *In præsenti, nu.* * 10. *ver. tamen propter non solutam dotem, lib.* 4. vbi apost. *in ver. expelle.* citat pro vtraque parte Alex. *cons.* 123. *Viso processu, n.* 6. *ver. posset etiam. lib.* 7. † Contrarium tenent aliqui; quia esset contra iuis Diui-
2 num, vt *in Euangel. Matth. cap.* 10. *&* 19. Beat. Paul. *ad Ephes. cap.* 5. & plures citat apostil. ad Alex. *d. cons.* 56. *n.* 10. *lib.* 4. *in ver. expellere.* Declarat † apostill. ad Rom. *d. cons.* 517. *in ver. potest,* quod ius diuinum
3 prohibet separationẽ matrimonii, non separationem thori, prout hic tractatur; & ideo dicit, quod potest expelli; quia qui non tenetur alere, neq; tenetur in domo retinere; quia venit habitatio appellatione alimentorum; tamen dicit, quod licet sit * com- *
munis opin. quod possit expelli, melius facit, qui non expellit.
4 † Declara; quia si dos promissa est ab vxore, debentur alimenta absq; alia interpellatione, si ab extraneo, necessaria est interpellatio; ideo non posset expellere, nisi facta interpellatione, quando
5 extraneus promisit. Alex. *d. cons.* 56. *n.* 12. *lib.* 4. † Extende, quia non tenetur maritus alere vxorem, quæ stat separata à marito culpa
vxoris, puta quia non soluit dotem promissam. Rom. *d. cons.* 517. *col.* 2. *circa med. ver. aut non est in seruitio,* vbi apost. dicit, etiamsi ex alia culpa, *in ver. non vult,* vbi dicit * communem, & citat Grat. *cons.* * 57. *Visa, in fi. lib.* 1. † Restringe; quia si maritus non repellit, sed re-
6 quirit illam, quæ præstitit operas obsequiales, teneturalere, ex quo præstitit seruitia; quia seruientibus nobis impendia præstare tenemur. *l. in rebus, §. possunt. ff. mand.* Rom. *d. cons.* 517. *nu.* 2. *col.* 2. *in pr. ver. sin autem non expellit,* vbi apostil. *in ver. impendamus,* citat eundem Roman. *cons.* 440. *Non est dubium, in princ.* † Amplia; quia imo
7 sufficit, quod non probetur solutio dotis plene, ad hoc, vt maritus habeat intentionem fundatam super expulsione. Alex. *d. cons.* 123. *n.* 6. *lib.* 7. † Limita; quia si pater vxoris promisit dotem, & non
8 soluit; quia non possit; & quia conueniri non potest, nisi in quantum facere possit, vt *in ver. Obligatio, &c. Concl.* 44. tamen ex hac causa vxor non potest expelli; quia inopia patris non debet nocere filiæ. Alexan. *in l. si quis. ff. de cond. ob caus.* Aret. *cons.* 17. *Considerato.*
9 † Extende idem in ipsa vxore; quia & ipsa non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, *l. cum post mortem. ff. de administr. tut.*
Vide plene Soc. *reg.* 11. *Maritus vxorem alere non tenetur, si dos promissa* *
10 *non detur. & quando secus,* vbi ponit tres limitationes, quando vxor, vel pater eius fecit, quod potuit. † Limita; quia è conuerso si maritus iniuste expellit vxorem, compellitur restituere dotẽ vxori. Alex. *d. cons.* 56. *n.* 11. *v. illud tamen, lib.* 4. & ibi apost. *in ver. dotem,* allegat eundem Alex. *cons.* 78. *lib.* 5. † Limita, quando nulla dos fuit
11 promissa marito; quia tenetur alere vxorem, & non potest illam expellere. Soc. *d. reg.* 11. *Maritus vxorem, in* 3 *fallen.*

Masculinum concipit fœmininum, & quando secus. Concl. 101.

REGVLA † est, quod in dispositione legis, vel testatoris, quando materia est fauorabilis, masculinum concipit fœmininũ. Castr. *cons.* 428. *Inhærendo, n.* 4. vbi apostil. dat conc. *lib.* 1. Rom. *cons.* 1
98. n. 3. *v. tertio ex eo.* Alex. *cons.* 17. *Circumspectis, n.* 9. *v. quarto quia, li.* 7. vbi apost. *in ver. concipit.* † Et dicitur agi de fauore, quando fauetur debito iuri naturæ, & voto parentũ, vt filii nõ excludantur. Alex. *d. cons.* 17. *n.* 9. *lib.* 7. † Masculinum cõcipit fœmininum in materia indifferenti; vnde statutũ loquens, si quis interfecerit hominem, puniatur sic, haber locum ẽt in fœmina. Bald. *cons.* 47. *Factũ tale est, in fi. lib.* 5. & procedit ẽt in materia odiosa odio indifferenti. Castr. *cons.* 428. *n.* 4. *lib.* 1. & in materia successionis excludentis fœminas propter masculos. Cast. *cons.* 340. *n.* 3. *lib.* 2. Rom. *d. cons.* 98. *Quoad li, n.* 3. *v. secundo idem probatur,* vbi plena apost. *in ver. differenti,* dat concor. & *cons.* 148. *in fi.* vbi apost. *in ver. fœmininũ.* † Maxime, quando
4 materia est indifferens, & non tractatur de odio irrationabili. Alex. *cons.* 61. *Super eo, de quo. n.* 3. *lib.* 1. † Et quod masculinum semper
5 concipiat fœmininum in materia indifferenti, Roman. *cons.* 98. *Quoad. num.* 3. vbi plena apost. *in cons.* 148 *Viso themate, nu.* 2. Alex. *consil.* 125. *Viso processu, num.* 13. *versic. non obstat, libr.* 7. vbi, quod in indif-

6 indifferentibus par ratio est. † Extẽde in materia fauorabili. Ro-
7 man. *d. cons. 98. in fin.* Alex. *cons. 125. nu. 14. lib. 7.* † Extende, quando
negatiue loquitur, puta nullus vadat de nocte; quia comprehen-
8 dit etiam fœminam. Alex. *d. cons. 125. num. 13. lib. 7.* † Declara to-
tam istam materiam, vt plene per Cyn. *in l. quicunq; C. de seru. fugit. n. 11.* vbi distinguit inter dispositionem legis, vel hominis; itẽ
inter fauorem & odium; item in materia indifferenti, vel differẽ-
9 tis item inter proportionabilia & non proportionabilia. Alex. cõ-
fil. 135. Circa primum. col. 3. in fi. num. 4. & sequen. lib. 1. † Restringe in
dispositione testatoris per verba masculini generis, quando agi-
tur de odio, vel grauamine; quia masculinum non concipit, ne-
que refertur, vt comprehendat fœmininum, seu fœminas. Bart.
consil. 54. Ang. num. 2. ver. præterea, lib. 1. vbi apost. *in ver. in casu odii*, dat
10 concord. † Restringe in dispositione legis, vel statuti; quia si cõ-
tinet odium irrationabile, puta, quod quis pro eadem re in duo-
bus locis grauetur, & sic duplici onere, si lex loquitur, *si quis*, & sic
in masculino, non habet locum in fœminino. Alex. *consil. 148. Vi-
sis, qua. num. 9. ver. præterea si diceremus, lib. 6. & cons. 125. num. 14. lib. 7.*
11 vbi Apostil. *in ver. odio.* † Declara plenius; quia si statutum loqui-
tur per adiectiuum, seu terminum communem, semper masculi-
num continet fœmininum; si vero loquitur per substantiuum;
tunc masculinum non comprehendit fœminam, & ita se habet
* magis communis * opinio, de qua Alex. *d. consil. 125. Viso processu,
n. 16. ver. sed attento, lib. 7.* vbi in fine dicit procedere, etiam si illud
statutum in principio, quando voluit comprehendere fœminã,
expressit; quia adhuc in sequentibus verbis per nomina adiecti-
ua, vel communia disponens masculinum concipiet fœmininũ.
12 † Declara nõ esse hoc ex propria significatione, sed per interpre-
tationem extensiuam ex mente. Fulg. *cons. 18. Solomutia fecit testa-
mentum. in pr.* plenius *cons. 34.* vbi; quod propterea in statutis ma-
sculinum non concipit fœmininum, & *cons. 38. In proposita quæstio-
ne, in princip.* Alex. *cons. 61. num. 1. lib. 1.* Zabar. *consil. 234. Puto, num. 3.*
13 *lib. 6.* † Imo ex interpretatione comprehensiua, non extensiua.
14 Anchar. *consil. 112. Superstite domina.* † Amplia; quia in dispositione
fauorabili hominis masculinum concipit fœmininum, secundũ
* * communem. Cuman. *cons. 166. Visa copia, in pr.* Alexand. *cons. 61.
num. 2. in fin. ver. non obstat, lib. 1.* vbi dicit * communem. Anch. *cons.*
15 *112. in princip.* qui loquitur in statuto fauorabili. † Extende in be-
neficio Principis, vel concessione liberali, & fauorabili; quia ma-
sculinum continet fœmininum. Alex. *d. cons. 61. n. 2. in fi. ver. nõ ob-*
* 16 *stat id, quod habetur, lib. 1.* vbi dicit * communem. † Extende in in-
uestitura Principis de re feudali, quæ ad primogenitum spectet;
quia etiam ad fœminam primogenitam spectabit; quia materia
est fauorabilis, & indifferens. Rom. *cons. 98. Quoad id, num. 2. & per
totum.* vbi apostill. maxime in *ver. indifferenti*, & alia *in ver. existente.*
17 † Amplia; quia nomina, quę sunt generis omnis, vel communis,
comprehendunt fœmininum; nam licet Abbas, & Prior non cõ-
prehendant Abbatissam, & Priorissam; tamen Prælatus, & Ca-
pitulum comprehendunt etiam fœminas, & moniales; quia non
reperitur Prælatissa, neq; Capitulum fœminarum alio nomine
18 appellatum. Fulgos. *cons. 120 in princip* † Extende, quando termi-
nus masculinus copulatur termino communi; quia tunc etiam
in contractibus masculinum concipit fœmininum, prout quan-
do dicitur; quod filii, & hæredes, vel filii, & descendentes, tunc
veniunt fœminæ. Alexand. *cons. 80. col. fin. n. 14. ver. fortificatur, lib. 1.*
19 † Extende; quia verbum commune, videlicet, *collaterales*, in statu-
to comprehendit masculum & fœminam. Anchar. *cons. 112. nu. 5.*
20 † Extende idem, quando sunt nomina collectiua, prout *hæredes*,
21 masculos & fœminas complectitur. Dec. *cons 208. n. 4.* † Contra-
riũ tenet Ale. *cons. 9. n. 4. & 5. li. 5.* in simili, vbi, quod paria sunt, *quod
testator recipiat emphyteusim pro se, & filiis masculis, & fœminis*, vt sit lo-
cus statuto, vt primo masculi, postea fœminæ succedant, vel dixe-
22 rit *pro se, & hæredibus masculis, & fœminis.* † Amplia; quia appellatio-
ne fratris venit soror, & masculinum concipit fœmininum, vbi
materia congruens masculino etiam congruit fœmininо. Bald.
d. cons. 47. num. 2. & per tot. lib. 5. Cuman. *consil. 118. An in testamento, in
princip.* Fulgos. *consil. 34. D. Catharina, in princip.* vbi dicit hoc de iu-
re communi procedere, Ias. qui plene examinat *l. si quis id, quod in*
23 *pr. ff. de iurisd. omn. iud.* Signo. *cons. 172. n. 9.* † Et idem in materia in-
differenti appellatione fratris venit soror. Fulg. *cons. 120. numer. 3.*
24 † Extende etiam in statuto correctorio excludẽte sorores ab hę-
reditate fratris; quia habebit locum etiam in hæreditate sororis,
quando illud est statutum disponit, quod masculinum cõcipiat
25 fœmininum. Curt. *cons. 9. Ticinensi statuto.* † Contrarium Soc. Iun.
26 *consil. 23. num. 57. & 58. lib. 1.* † Extende; quia procedit etiam in sta-
tuto correctorio iuris communis; quia statutum excludens ma-
trem stantibus fratre, vel sorore, aut filiis eorum, vel patruo, aut
fratrib. patruelibus, habet locum etiam in sorore patruele, quã-
do extat statutum, quod masculinum concipiat fœmininum, vbi
congruit materia, prout de statuto Aretino plene Bald. *d. cons.*
per tot. lib. 5. † Restringe, quando extant coniecturæ in contrariũ; 27
quia si testator instituit Titium filium, & si decesserit sine filiis
masculis, vel nepotibus ex fratre suo, non veniunt nepotes ex sõ-
rore; quia constat, quod erga masculos habuit affectionem. Cu-
man. *consil. 118.* vbi late. † Amplia; quia in statuto puniente delicta, 28
mandante, quod homicida non possit absolui, nisi citatis proxi-
mioribus defuncti, habet locum tam in masculis, quam in fœmi-
nis. Angel. *consil. 289. Viso facto, in princip.* † Amplia in statuto etiam 29
odioso; odio tamen rationabili, quando tractat de successione,
vel alia materia indifferenti; quia si disponit per nomina appella-
tiua, prout *filius*, semper masculinum concipit fœmininum. Hie-
ron. Gabriel. *consil. 14. numer. 24.* vbi dicit magis * communem. *
Alexand. *consil. 134. Animaduersis numer. 6. ver. secundo pro hoc, lib. 6.*
† Amplia in sententia iudicis, & laudo arbitri; quia masculinum 30
concipit fœmininum. Alexand. *cons. 1. Ponderatis, n. 23. ver. plus etiam
attentari, lib. 5.* vbi etiam adducit pro contrario Io. de Imol. vt ibi.
† Amplia in dispositione testatoris. Cuman. *consil. 118.* quia appel- 31
latione filii, vel filiorum veniunt fœminæ, & appellatione fra-
trum veniunt sorores, nisi constet de mente contraria ex conie-
cturis. Fulgos. *consil. 31. Ex facto proponitur. in fin. ver. ad secundum.* &
quod de iure communi appellatione filiorum veniant fœminæ.
Fulgos. *consil. 34. in princip.* Iason *dict. l. si quis id, quod, numer. 4. ff. de iu-
risd. omn. iudic.* & quod in vltimis voluntatibus, in quibus latior
fit interpretatio, masculinum concipiat fœmininum. Alexand.
cons. 61. num. 2. ver. non obstat. lib. 1. † Extende, etiam si sermo mascu- 32
linus sit geminatus. Signor. *cons. 172. n. 17. & cons. 173. num. 15.* † Ex- 33
tende, vt idem sit, si statutum disponat, quod maritus lucretur
medietatẽ dotis, si vxor præmoriatur sine filiis; quia si relinquat
vnam filiam, statutum etiam habet locum, & masculinum cõci-
pit fœmininum. Fulgos. *consil 63. Blasius quondam, num. 2. ver. super-
est nunc.* vbi in statuto Vicentino, & idem plenius *consil. 203. Visis
instrumento. per totum.* vbi, quod licet statutum loquatur de filiis, &
in plurali; tamen habet locum in vnica fœmina, & loquitur de
statuto Pisauri, quod non restituatur dos, si supersunt filii. † Ex- 34
tende; quia statutum, quod mulier habens filios non possit vltra
quartam partem disponere, est fauorabile, & comprehendit fœ-
minas. Anchar. *consil. 112. per tot.* † Extende idem in bulla Papæ 35
super subsidio charitatiuo; quia masculinum concipit fœmini-
num. Fulg. *cons. 120. Suppositabulla.* † Extende in legatis; quia ma- 36
sculinum concipit fœmininum secundum * communem, de *
qua Abbas *cons. 36. Videtur primo, in princip. lib. 1.* vbi, quod legatis
mulis veniunt mulæ, & legatis seruis veniunt ancillæ. † Exten- 37
de in legibus. *l. pronunciatio, in pr. ff. de verbor. signif.* & hanc esse re-
gulam dicit Fulgos. *d. cons. 120. in pr.* † Extende; quia statutum fa- 38
ciens mentionem de filiis, vt succedant in virilibus, intelligitur
tam de masculis, quam de fœminis. Petr. Anch. *cons. 80. Retẽto or-
dine, in pr.* † Imo procedit hæc extensio non obstante alio statuto 39
nouo, per quod disponitur in dote matris solos masculos succe-
dere; quia adhuc statutum antiquum loquens de successione fi-
liorum comprehendit masculos, & fœminas. Anch. *d. cons. 80. nu.
2. ver. non obstat. si dicatur.* † Extende; quia in vltimis voluntatibus 40
appellatione collateralium veniunt sorores. Alex. *cons. 61. in prin.
ver. secundo probatur, lib. 1.* † Extende; quia in substitutionibus ve- 41
niunt tam fœminæ, quam masculi; quia intentio testatoris in du-
bio est referenda ad ius commune. Anch. *cons. 120. P. o clarissimi, in
fi.* † Maxime procedit, quando in eadẽ dispositione, quando vo- 42
luit de masculis solis intelligere, hoc expressit. Anch. *d. cons. 120. in
fi.* qui loquitur, etiam si pia causa sit substituta. Io. de Anan *cons. 22.*
Curt. Sen. *cons. 62. n. 10. & seq.* vbi dicit magis * communem, ma- *
xime, quando substituti sunt transuersales. † Restringe, quando 43
pater instituit filios vniuersaliter masculos, fœminas in re certa,
postea subiungit, *& si dicti omnes filii mei decesserint sine filis, substituo,
&c.* filiabus in re certa institutis non est facta substitutio; quia nõ
veniunt appellatione filiorum, & masculinum hoc casu contra
mentem non concipit fœmininum, Corne. *consil. 146. In hac con-
sultatione, num. 8. & 9. lib. 2.* † Item neque masculinum concipit 44
fœmininum, si testatrix instituit duos filios masculos, & fœmi-
nas excluſit, postea substituit ipsos filios, si sine filiis; certe si vnus
relinquat filiam, non dicitur relinquere filium; quia intellexit
de masculis ex mente Fulgos. *consil. 18. Solomucia fecit testamentum*,
alias magis dilexisset neptem, quam filiam, quod est absurdum;
& idem repetit *consil. 38. In proposita quæstione, per totum.* vbi late.
† Amplia, quando ratione frequentioris vsus lex, vel statutum 45
loquitur de habente tutorem; quia habebit locum etiam in ha-

bente tutricem. Alex. *cons.* 119. *Quoniam, in fi. lib.* 6. vbi apost. in *ver.*
46 *maioris.* † Amplia in materia legali, & dispositione legali. Ias *in l. si*
47 *quis id, quod. in pr. ff. de iurisd. omn. iud.* Alex. *consil.* 61. *nu.* 3. *lib.* 1. † Amplia in successione agnatorum vsq; ad quartum gradum exclusis matre, & fœminis; quia statutum *si quis decesserit ab intestato, &c.* habet locum, tam in masculo, quam in fœmina propter vtilitatem publicam. Castr. plene *consil.* 340. *n.* 3. *lib.* 2. vbi reprobat Ant. de Butr. qui dicebatur consuluisse contrarium, & plenius *consil.* 276. *Puto sine dubio. in pr. lib.* 2. vbi dicit esse sine dubio, & in allegationibus, quæ præcedunt dictum consilium, incip. *Ex facto propo-*
48 *nitur.* in fine, vbi dicit, quod est cõprehensio, non extensio. † Amplia in testamentis; quia si pater instituat in re certa filias fœminas, & fratrem testatoris, postea instituat hæredes vniuersales filios, si tempore mortis nullos habuit masculos, intelligitur instituisse etiam fœminas, & masculinum concipiet fœmininum. Situ-
49 gnorol. *cons.* 181. *n.* 5. *& seq. ver. venio ad secundum.* † Extende, vt procedat, etiam si extet statutũ (prout Tarui sii) quod stantib. masculis fœminæ non succedant; quia operabitur statutum, quod masculinum prolatum à testatore non concipiet fœmininum, & intelligetur, quando extant masculi, alias secus. Signorol. *d. cons.* 181.
50 *n.* 8. † Restringe, quando ex mente coniecturata apparet, quod de masculis tantum intellexit; quia ex verbis viuentium habetur mens morientium eorundem. Sign. *d. cons.* 181. *n.* 9. vbi hoc procedit, si interpretati sunt viuentes instrumenta, vel testamenta similia, quod omnes institutiin re particulari sint vniuersaliter in-
51 stituti, & diuidant etiam cum fratre defuncti. † Amplia; quia si testator in primo gradu instituit filios masculos, & eis decedentibus sine filiis substituit nepotes masculos, & fœminas, quib. decedentibus voluit, quod ad descendentes abiaticos hæreditas spectaret, licet in primo gradu masculinum non concipiat fœmininum; quia de fœminis fecit mentionem, bene sequens masculinum concipit fœmininum, licet non repetat fœminas, prout in primo gradu fecit. Signor. plene *cons.* 172. *&* 173. vbi latissime per
☞ duas quæstiones, vbi pro vtraq; parte, & ita concludit. Vide Soc. *reg.* 8. *Masculinum regulariter fœmininum concipit*, vbi ponit hanc re-
52 gulam, & illam limitat nouem modis. † Limita; quia licet appellatione filii veniat masculus, & fœmina, maxime, quando cõcurrit eadem, vel maior ratio in fœmina, quam in masculo, etiam si materia sit fauorabilis; tamen secus est, si testator expressit nomẽ filii, vel si expresserit qualitatem, puta filii masculi; quia nunquã veniunt fœminæ. Abb. *consil.* 36. *Videtur primo, lib.* 1. vbi, si pater instituat filios, & quatenus vnus solus filius masculus supersit, facit legatum pium, si supereſt vnica filia, legatum pium non debetur,
53 licet maior ratio concurrat propter verba clara. † Limita igitur, quod masculinum nunquam concipiat fœmininum, quando de vtroq; testator fecit mentionem. Signor. *d. cons.* 172. *num.* 2. *& cons.* 173. *n.* 4. ꝙ declara in illa dispositione, in qua vtrumq; exprimitur; secus si procedat vlterius disponendo per verba masculum importantia; quia continebit fœmininum ex præsumpta mente.
54 † Declarat Deci. *cons.* 338. *Consultis, n.* 2. *ver. non obst. at, quod statutum*, vt non procedat, quando statutum loquitur per terminum communis generis, vel quãdo etiam fœmininum exprimitur ad maiorem declarationem, vel si ad alium finem, in quo diuersa sit ra-
55 tio, allegat Captam *cons.* 62. *Cũ viso.* † Limita in materia differẽti, ꝙ non ita congruit fœminæ, sicut masculo; quia masculinũ non concipit fœmininum. Hippol. Marsil. *singul.* 20. *Masculinum genus.* Castr. *cons* 123. *Viso testamento, in fin. li* 1. vbi apost. citat Soc. *cons.* 90.
56 *Abunde, circa pr. lib.* 1. Bald. *cons.* 200. *lib.* 1. † Declara totam hanc materiam, quam dicit Brocardicam Rom. *cons.* 98. *Quoad id.* in fine, vt attendatur primo loco consuetudo loci, & secundum consuetudinem comprehendat, vel non. Secundo loco aut materia fauorabilis, vel indifferens, & masculinum concipit fœmininum; aut materia est odiosa, vel differens, & secus. Rom. *d. cons.* 98. *num.*
57 2. *& per tot.* † Limita in statuto correctorio iuris communis; quia masculinum non concipit fœmininum. Socin Iun. *cons.* 23. *nu.* 43.
*58 *& seq. lib.* 1. vbi de * communi. † Extende, etiam si loquatur statutum per genus masculinum, quando est exorbitans, puta, quod domestici testes admittantur; non habet locum in fœminis. A-
59 le. *cons.* 24. *Animaduersis, in pr. n.* 4. *ver. nec stat. utum, li.* 2. † Extende; qa statutum, quod liceat interficere ingredientem de nocte domũ alienam sine consensu habitatoris, intelligitur de masculo, non de fœmina; & ideo licet aliquis habuerit licentiam à filia introducendi amasium, & pater, vel frater interfecerit, talis licentia non releuat; quia masculinum nõ concipit fœmininũ; & quia custodia domus non conuenit fœminis, sed masculis. Alexand. *d. cons* 24. *n.* 31. *vers. non obstat, etiam si dicatur, lib.* 2. quia vbi non est eadem ratio in exorbitantibus, masculinum non concipit fœminum. † Extende; quia statutum excludens matrem simpliciter 60
à successione filiorum non excludit à successione filiarum; quia
cum sit correctorium, non concipit fœmininum. Soc. Iun. *d. cons.* 61
23. *n.* 42. *li.* 1. & latius *n.* 51. † Idẽ in statuto excludente auum mater- 62
num; quia non excludit auiam maternam. Socin. Iun. *d. cons.* 23. *n.*
47. *li.* 1. † Item, si filia excluditur à successione ascendentium pro- 63
pter masculos non excluditur à successione matris. Socin. Iun.
d. consil. 23. *num.* 50. *lib.* 1. † Extende; quia generaliter statutum ex- 64
cludens fœminas à successione agnatorum disponẽs per verbũ,
si quis decesserit, non habet locum, quando fœmina moritur. Soc.
Iun. *d. cons.* 23. *nu.* 53. *& seq. lib.* 1. † Contra extensionem, quod imo 65
statutum correctorium comprehendat fœminam, & masculum,
quando vtitur verbis pluralibus, *si qui*, vel *aliqui*, vel quando est
fauore agnationis; tenet Curt. *consil.* 9. *Ticinensi statuto.* † Et proce- 66
dit contrarium etiam, quando sumus in correctoriis, & pœnalibus, licet masculinum ponatur in singulari, quando agitur de fauore publico. Alex. *d. consil.* 119. *num.* 43. *& seq. ver. ad octauum, lib.* 6.
† Declara per Socin. Iun. *d. cons.* 23. *n.* 57. *& seq. lib.* 1. † Declarat A- 68
lex. *cons.* 24. *Animaduersis, n.* 13. *ver. nec obstat, quod statutum; lib.* 2. vbi, 67
quod si masculinum ponitur pro adiectiuo; tunc si substantiuũ
eius est terminus communis comprehendens marem, & fœmi-
nam, non consideratur adiectiuum, veluti si statutum dicat, *quis-*
quis homo, vel *quicunq;*; quia enim substantiuum est commune ad
masculum, & fœminam, vtrumq; comprehendit, allegat *Idinus,*
ff. de iur. fisci, & l. 1. & ibi Bartol. *ff. de verb signif. cum aliis.* † Et ideo se- 68
cundum declarationem si statutum dicat, quod in criminalibus
admittantur testes domestici, non admitterentur fœminę de iu-
re Canonico, & in terris Ecclesiæ; quia materia est differens, &
masculinum non concipit fœmininum. Alex. *d. cons.* 24. *nu.* 4. *ver.*
quarto quia. sed tamen quia illud adiectiuum, *domestici*, habet sub-
stantiuum suum commune; quia domesticus dicitur tam mascu-
lus, quam fœmina, comprehendit vtrumq;, vt ibid. *num.* 13. *lib.* 2.
† Limita; quia non de propria significatione, sed per extensionẽ 69
masculinum comprehendit fœmininum. Cuman. *d. cons.* 166. *in*
pr. Fulgos. *cons.* 18. *in pr. & cons.* 34. *&* 38. Zabar. *d. cons.* 135. *in pr.* maxime, quando est verbum substantiuũ, *filios*; quia nõ continet filias,
nisi per extensionem. Alex. *cons.* 29. *Præclare*, *n.* 10. *lib.* 3. † Extende 70
maxime, vbi agitur de fauore publico, & militat diuersa ratio,
puta, quia agitur de oneribus personalibus substinendis. Zab. *d.*
cons. 135. *per tot.* † Limita, quando testator diuersimode disposuit 71
circa filios, & filias, & quando sermonem habuit de omnibus,
& diuisim loquutus est de eis; quia tunc appellatione filiorum
positorum in conditione ex coniecturis non veniunt fœminæ; i-
dem Fulg. plene *d. cons.* 18. *&* 38. *per tot.* Castr. *cons.* 123. *Viso testamento. per tot.* maxime *in fi. lib.* 1. † Limita, quando sequeretur absur- 72
dum; quia masculinum concipit fœmininum. Alex. *cons.* 80. *n.* 14.
ver. pro hoc etiam, li. 1. † Limita in contractibus; quia imputandum 73
est ei, qui potuit apertius loqui. Cuman. *d. cons.* 166. *in prin.* vbi loquitur in emphyteusi recepta ab Ecclesia pro se, filiis, & nepotibus, vt non veniant filiæ, & neptes fœminæ. Alex. *cons.* 61. *n.* 1. *ver.*
sed in contractibus. Ioan. de Imol. *cons.* 38. *In casu præmisso*, *num.* 2. Ro-
man. *cons.* 35. *Visa facti serie, n.* 2. *& seq. ver. secunda dubitatio*, vbi apost.
in *ver. contrarium.* citat infinitos. Dec. *cons.* 235. *Non parua. n.* 5. *ver. nõ*
videmus. † Et quod in contractibus masculinum non concipiat 74
fœmininum, plures citat Alex. *cons.* 1. *nu.* 16. *lib.* 5. & communem * *
dicit idem Alex. *consil.* 87. *Accurate, num.* 9. *ver. nec etiam obstat, lib.* 6.
Vide, *Contractus verba qualiter interpretand. Conclusio.* 1001. † Extẽ- 75
de etiam in contractu pacis, vel treugæ. Alex. *cons.* 113. *Viso instru-*
mento, n. 8. *ver. & constat, lib.* 2. vbi *n.* 5. quod ex quo potuit legem apertius dicere, contra eum fit interpretatio, qui se fundat. † Ex- 76
tende; quia procedit limitatio in omnibus contractibus, apost.
ad Rom. *d. cons.* 135. *in ver. contrarium, in fin.* vbi citat plures. † Con- 77
trarium tenet Apost. ad Deci. *d. cons.* 235. *n.* 5. *in ver. contractibus.* ple-
ne Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, lib.* 5. *nu.* 23. *ver. tamen.* Bart. vbi allegat plures, maxime Ang. *cons.* 118. *Super puncto. in pr.* & ibidem apost. in *ver.*
concipiat. Alex. *cons.* 87. *n.* 10. *ver. quia ad hoc respondeo, lib.* 6. † Declara; 78
quia opinio est multum controuersa, an in contractibus, in quibus filiis acquiritur, veniant soli masculi, vel etiam fœminæ; quia
cum contractus sint stricti iuris, masculinum non concipit fœmininum; ideo distinguunt aliqui; aut vocantur filii vt hęredes,
& tam masculi, quam fœminæ veniunt, vtraq; communis * est, *
vt supr. apost. ad Alexand. *d. consil.* 87. *n.* 10. *in ver. vt hæredes*, dicit verius, quod quando dicitur, *filios, & hæredes*, de masculis, & fœminis intelligitur in iis, quæ sunt indifferentia; imo dicit, quod
quando fit mẽtio de filiis, semper intelligitur, & *hæredibus*, nisi dicatur de masculis, vel de certis filiis primi, vel secundi matrimonii, & hoc cõprobat Alex. *n.* 10. *& seq.* vbi adducit rationẽ; quia
in iis,

in iis, quæ sunt indifferentia, & transitoria, verbũ, *hæredes*, importat, tam masculum, quam fœminam; & ideo cum copula coniungat, vt nõ sufficiat, quod sit filius, nisi simul sit hæres; ergo de masculo, & fœmina; secus si materia esset differens, & non transito-
79 ria, maxime quia copula auget. † Restringe; quia appellatione liberorum bene veniunt etiam fœminæ in contractib. Dec. *d. cons.*
80 235. *nu.5. ver. nam videmus.* † Declara; quia in emphyteusi Ecclesiæ concessa pro se, & filiis, & nepotibus, licet non veniant fœminæ; tamen finita linea masculorum fœmina descendens ex æquitate inuestiri debet, si offerat idẽ, quod nouus emphyteuta. Io. de Im.
81 *d. cons.* 38. *per tot.* † Restringe in conditione, *si sine filiis decesserit*, quãdo in contractu inducitur fideicõmissum, plene Franc. Marzar. in motiuis 11. Septembris 1567. In causa inter D. Alexandrum.
82 * Limita, quando extaret statutum, prout Forliuii, quo soli masculi, & agnati succederent exclusis fœminis; quia ex quo testator censetur conformasse cum statuto, & consuetudine appellatione fratris non venit soror, neq; appellatione filiorum veniunt fœminæ. Fulg. *cons.* 34. *Domina Catharina, per tot.* Ias. *in d. l. si quis id. quod*
83 *nu.* 18. *in 8. limit ff. de iurisd. omn. iud.* † Extende; quia tale statutum vocans agnatos non habet locum in fœminis agnatis; quia masculinum non concipit fœmininum in statuto, maxime, quando continet odium irrationabile, prout est exclusio fœminarũ, cõ-
manent * dicit Sign. *cons.* 153. *n.* 10. Io. de An. *cons.* 4. *nu.* 2. vbi, quod statutum excludens lineam maternam, & vocans agnatos non vocat fœminas, licet sint agnatæ; quia masculinum non cõcipit
84 fœmininum in statuto odioso, vbi plene Bologn. *n.* 7. *ver. successiue.* † Limita in statutis, in quib. propria significatio attenditur. Ful-
85 gos. *d. cons.* 34. *in pr.* Sign. *cons.* 220. *n.* 4. vbi dicit * communem. Cafir. *cons.* 428. *Inhærendo, n.* 4. *lib.* 4. † Extende, quia extensio non habet locum in statuto de masculo ad fœminam; quia masculus
86 continet fœminam non vere, sed ex interpretatione. Sign. *consil.* 153. *n.* 9. vbi de * communi. † Extende in statuto Senarum, quod filiusfamilias non possit obligari ex contractu, vel quasi, sine patre; quia non habet locum in filiafamilias hærede ad exequendũ
87 ad piam causam sine consensu patris; quia statutum de masculo non habet locum in fœmina; quia non ita frequentatur obligatio in fœminis, sicut in masculis. Fulg *cõs.* 75. *n.* 3. *Ex facto proponitur.* & de eodem statuto Senarum Alex. *cons.* 29. *Præclare, n.* 9. *& seq. ver.*
88 *non obstat etiam, lib.* 3. & plenius *cons.* 234. *Puto circa dubium, lib.* 6. *n.* 3. *& seq.* † Declara tamen; quia si statuentes loquuti essent distincte à principio, *si quis, vel si qua, &c.* postea in sequentibus dicerent aliquando, *si quis*, vel per nomen masculinum, magis clarum esset, quod masculinum non concipit fœmininum. Alex. *d. cons.* 234. *nu.*
89 5. *n. & quod statutum, li.* 6. & plenius in statuto Papiensi. Alex. *cons.* 45. *Habita pro viribus, n.* 9. *ver. quarto comprobatur, li.* 7. † Idẽ in statuto excludente matrem, vt non succedat filio; quia non habet locum in successione matris filiæ fœminæ. Alex. *d. cons.* 234. *n.* 4. *ver.*
90 *ideo per prædicta, lib.* 6. vbi apost. *in ver. filiæ*, dat concord. & Alex. *d. cons.* 45 *n.* 5. *ver. secundo principaliter, li.* 7. vbi apost. *in ver. filia*, dat cõcord. † Extende maxime, quando statutum loquitur per verba masculini generis, & in correctoriis, & ex alio statuto esset specialiter prouisum in fœminis. Alex. *d. cons.* 234. *n.* 6. *ver. vnde succedit*
91 *illud. lib.* 6. † Declara; quia statutum correctorium iuris communis, & pœnale; quia annullat testamenta non registrata intra sex menses, disponat, si quod habeat locum etiam contra infantes, &
92 furiosos habentes tutorem, vel curatorem, habebit locum etiam in habente tutricem, quando statutum respicit publicam vtilitatem; quia masculinum censetur expressum ratione frequentiorius, & cõcipit fœmininũ. Alex. *cons.* 119. *Quoniã, in fi. n.* 43. *& seq.*
93 *ver. ad octauum, li.* 6. vbi apost. *in ver. maioris*, dat concord. † Restringe, quando constat de contraria mente statuentium, vt quia in proœmio, vel alibi hoc constet. Castr. *cons.* 428. *col. fi. ver. breuiter, li.*
94 1. † Restringe, quando statutum loqueretur per nomen commune, vt est *homo*, vel per signum vniuersale, *si quis existens in potestate patris*; quia tunc subintelligitur terminus cõmunis, prout si quis homo, vel si quis masculus, vel fœmina. Alex. *d. cons.* 234. *n.* 3. *lib.* 6.
95 & plenius *cons.* 125. *Viso processu, n.* 13. *ver. non obstat, lib.* 7. vbi apost. *in ver. fœmina.* vbi dicit Alex. quod procedit etiã stante relatiue, quia
96 materia est indifferens. † Restringe, quando statutum diceret expresse, quod masculinum concipiat fœmininum; quia tunc procedit etiam in statuto. † Restringe, quãdo statutum est correcto-
97 rium, & odiosum, quod masculus excludat fœminam à successione aui; habet locum etiam in successione auiæ; quia masculinum concipit fœmininum, quando statutum est odiosum odio ratio-
98 nabili. Alex. *d. cons.* 134. *n.* 6. *ver. secundo pro hoc, lib.* 6. † Declara restrictionem, vt non procedat, quãdo idem statutum in materia successionis facit differentiam inter masculos, & fœminas; quia tũc

non habet locum, vt masculinum concipiat fœmininum, maxime si diuersa ratio, vel sit materia odiosa, vel exorbitans. Alex. *cõsil.* 80. *Viso, nu.* 2. *& 3. lib.* 1. † Contrarium tamen tenet Alex. *d. cons.* 96
80. *n.* 4. *& seq. lib.* 1. quando potest fieri conciliatio statuti. † Limi- 97
ta, quando materia esset odiosa odio irrationabili, vel etiam differens esset materia, vt quia non ita fœminæ, sicut masculo congruat. Fulg. *cons.* 120. *n.* 3. Sign. *cons.* 153. *n.* 9. & 10. vbi dicit * com- *
munem. Alex. *d. cons.* 80. *Viso, & opportune, n.* 3. *li.* 1. Sign. *cons.* 184. *per*
tot. † Cognoscitur ex proœmio, an materia sit fauorabilis, vel o- 98
diosa. Fulg. *d. cons.* 120. *n.* 3. † Limita in facultate legitimandi; quia 99
odiosa non comprehendit fœminas, si loquitur de masculis. Sign. *d. cons.* 219. *n.* 15. & vbicunq; disparatio militat in masculo, & fœmina, prout si legitimatio fiat ad honores, vel feuda, vel similia; quia fœminæ, cum sint deterioris conditionis, non veniunt. Sign. *cons.* 184. *per tot.* † Limita multis modis, de quib. per Ias. *in d.* 100
l si quis id quod, n. 11. *& seq.* vbi ponit 13. limitationes. *ff. de iurisd. omn.*
iud. quinq; ponit Sign. *cons.* 172. *n.* 10. in dispositione hominis; videl. quãdo tractatur de odio irrationabili, quãdo agitur de publico munere, vel vtilitate in materia differenti, & nõ cõgruenti fœminis, vbi diuersa ratio militat, & quando de mente disponentis constat; & repetit *cons.* 173. *nu.* 12. † Limita, quando diuersa ratio 101
militat inter masculum, & fœminam; quia tunc non concipit fœmininum. Alex. *cons.* 80. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 234. *Puto, nu.* 7. *lib.* 6. † Ex- 102
tende in facultate legitimandi, etiam ad honores, & officia. Sign. *cons.* 219. *n.* 15. & maxime in facultate legitimandi spurios. Signor. *cons.* 184. *per tot.* † E conuerso regula est, quod appellatione fœmi- 103
narum masculi non continentur, Ias. *in d. l. si quis id quod, n.* 24. *ff. de*
iurisdict. omn. iud. † Limita in statuto Brixiæ puniente furem in pœ- 104
na furcarum, vt non habeat locum in fœmina, quando masculinum præfertur à iure qualificatum, prout si dicatur, *quicunq; Doctor, vel, Religiosus*, non venit fœmina Doctor, vel religiosa, *clement. eos, de consanguin. & affinit.* Alex. *cons.* 135. *Circa primum, n.* 4. *versic. quia*
quando, lib. 1. vbi, quod dubia est conclusio; ideo transit ad alias sequentes rationes. † Extende, quando adiectiuum cum suo sub- 105
stantiuo sonat in masculino tantum, prout, *quilibet filius, quicunq; laboratur*, non comprehendit fœminam. Alex. *d. cons.* 135. *col. pen. in*
pr. n. 4. *ver. alia ratio. lib.* 1. † Extende, quia in odiosis, & pœnalibus 106
masculinum non concipit fœmininum. Ale. *d. cons.* 135. *col. pen. n.* 4.
in fi. li. 1. vbi apost. *in ver. pœnalibus.* dat concord. † Extende, quãdo 107
lex, vel statutum profertur super materia differenti, quæ non cõuenit vtriq; sexui. Alex. *d. cons.* 135. *col. pen. nume.* 5. *ver. tertia ratio, lib.*
1. vbi apost. in *ver. differentia.* † Extende in statuto correctorio iu- 108
ris communis, quod succedant consobrini, non habet locum in fœminis; quia profertur in masculino. Ale. *cons.* 153. *Viso themate. n.*
5. *ver. præterea dictum statutum. li.* 7. & plenius *cons.* 29. *Præclare, & subtiliter, n.* 10. *ver. quia respondeo, lib.* 3. vbi, quod masculinum concipit fœmininum ex interpretatione extensiua, quæ non habet locum in correctoriis. † Contrarium dicit apost. ad Alex. *d. cons.* 29. *n.* 10. 109
ver. in fœmina, lib. 3. *& in cons.* 153. *nu.* 5. *lib.* 7. *in ver. Fœminas*, sed male; quia supponit hoc, ex quo nomina sunt appellatiua. † Declara, qa 110
extensio est vera, quia nomen consobrini non est appellatiuum, & sic naturale, quod extendatur, sed est nomen iuris. Alex. *cons.*
144. *n.* 2 *& seq. lib.* 7. clarius *cons.* 153. *n.* 2. *ver. nam consobrini*, sed bene verũ est, quod ista nomina naturalia, & appellatiua in plurali habent effectum verborum collectiuorum. Crau. *cons.* 22. *nu.* 4. vbi idem dicit, quod appellatiuum potest esse collectiuum, & appel-
latiuum. † Limita in statuto Papiensi disponente, quod fratres, & 111
fratrum filii excludant matrem, & quod intelligatur ad litteram, prout iacet, non habebit locum in sorore, quia licet appellatione fratris in materia fauorabili veniat soror, secus in materia correctoria; & vbi statutum mandat intelligi ad litteram prout iacet; quia intelligitur de oculo corporali, nõ intellectuali, & quia masculinum concipit fœmininum ex quadam extensione, quæ est sublata per statutum. Alex. plene *cons.* 45. *Habita. in pr. & per tot. lib.*
7. vbi multa similia cumulat. † Limita in dicto testium; quia pro 112
producente dictum dubium interpretatur contra eum; igitur si testis deponit, quod testator dicebat non habere consanguineos, non comprehendit consanguineas, quia masculinum non continet fœmininum in dicto testis pro producente. Alex. *cons.* 181. *nu.*
10. *in fin. ver. item Ser. Andreas dicebat, lib.* 7. Vide, Dictio, *quis*, vel *qui*, quid importet. *Conclus.* 353. Vide, *Verba masculini generis comprehendunt fœmininum, & quando non. Conclus.* 117.

Masculorum appellatio de quibus intelligatur. Concl.102.

1 REGVLARITER,† quando masculi descendentes vocantur ad fideicommissum,vel aliam dispositionem, excluduntur fœ-
* minæ.*l.Gallus,§.nunc de lege*, vbi * omnes.*ff.de liber.& posthum.* Rimin.Iun.*cons.371.n.6.& seq.ver.quinto succedit*.vbi in dubio mentio masculorum maxime pluries facta inducit fauorem agnationis conseruandæ, & quod fœmina nullo modo contineatur in dispositione, quando dictum est de descendentibus masculis.Dec.
* *cons.238.Primo non videtur,col.3.n.5.*vbi dicit * communem,plenis-
* sime Decian.*cons.127.n.15.li.3.*vbi,quod est opinio * ab omnibus
2 approbata, & intelligitur de masculis ex linea masculina. † Extende; quia masculi vocati in dubio censentur fauore conseruandæ agnationis,quando fœminæ etiã sunt excluſæ.Rim.Iun.*cons.457.*
3 *num.9 lib.4.*† Extende, quando pluries vocauit masculos,vel expressit masculinitatem; quia videtur fauore agnationis.Soc.Iun.
4 *cons.168 lib.2.*† Extende,quia quando testator excludit fœminas, censetur vocare masculos, & è contra vocando masculos censetur excludere fœminas.Crau.*cons.130.n.4.& nu.9.*vbi alios allegat,sequitur Rim.Iun.*cons.21.n.42.*† Restringe; quia fauor agnationis restringitur ad personas expressas, non autem extenditur extra personas expressas.Rim.Iun.*d.cons.457.num.43.& seq.lib.4.*
6 † Restringe, quando constat,quod non ratione agnationis, vt si masculos ex marito, vel vxore,vel filiarum vocauit testator; quia vbi non cadit agnatio, cessat ratio agnationis ex masculinitate.
7 Rim.Iun.*cons.347.n.27.& 28.*† Restringe;quia si constat de contraria mente, non præsumitur masculinitas, causa conseruandæ agnationis.Rim.Iun.*cons.390.n.38.*allegat Paris.*cons.24.n.78.li.2.*
8 & alios.† Amplia; quia etiam excluduntur filii masculi ex descẽdentibus fœminis.Crau.*cons.22.n.10.*vbi plures allegat,& est cõ-
* munis * opinio,vt per Alex.*in l.ex facto,§.fin.ver.sed bene est dubium, ff.ad Trebell.*plures citat Soc.Iun.*cons.2.lib.3.n.5.*vbi de * communi,
* licet ipse limitet ibi,Decian.*d.cons.127.n.15.li.3.*vbi dicit * communem,& probat efficaci ratione;quia nepos ex fœmina excluderet
9 matrem.† Extẽde; quia si simpliciter vocantur masculi, vel linea masculina non venit natus ex fœmina,licet sit masculus.Decian.
10 *d.cons.127.n.17.& seq.*vbi latissime citat alios, *li.3.*† Restringe, qñ constat,quod testator non vocauit masculos ratione agnationis, sed tatione masculinitatis, vt quia vocauit primo filias fœminas, & postea descendentes ex fœminis.Soc.Iun.*cons.2.n.11.& n.26.li.*
11 3.Rim.Iun.*cons.347.nu.27.& 28.*† Declara restrictionem non procedere, qñ vocauit testator masculos ex fœmina filia, si assumant nomen,cognomen,& insignia;quia tunc bene causa conseruandæ agnationis,& fœminæ omnino excludũtur.Soc.Iun. *cons.69.*
12 *lib.3.per tot.*† Restringe, quando masculi ex fœminis de iure communi,vel municipali admitterentur ad illam dispositionem;quia
13 ẽt includuntur.Crau.*d.cons.22 in fin.*† Declara restrictionem,vt procedat, qñ testator motus fuit, vel disponens contemplatione masculorũ; secus si contemplatione agnationis; quia masculi ex fœminis non dicuntur agnati, & non veniunt ex mente,ita Ant.
14 de Butr.*cons.46.Recte decisum,in pr.*† Amplia: quia statutum vocãs descendentes masculos pro conseruatione agnationis, censetur vocare solos masculos ex masculis, nõ a masculos ex fœminis; qa in ipsis non potest accõmodari ratio agnationis,plene Ruin.*cons.*
15 *18.Circa casum,n.4.& seq.li.3.*† Extende multo magis, qñ statutum vocat omnes masculos descendentes ex masculis; quia nedum fœminæ excludũtur, sed masculi ex fœminis sine dubio sunt exclusi.Ruin.*d cons.18.n 8.li.3.*vbi, quod licet verba sint vniuersalia;
16 tamen fit restrictio per illa verba,*ex masculo.*†Restringe;quia cessante ratione agnationis in successione mulieris, si vocantur omnes masculi,bene venirent masculi ex muliere.Ruin.*d.cons.18.in pr.lib.3.*plene apost.magna ad *singul.Matthesil.129.in fin.*vbi allegat
17 Brun.*cons.9.Dominus Ioannes,col.3.*† Amplia:quia si facta est mentio de filiis,& descendentibus masculis in principio,& subsequẽter dicatur de filiis, & descendentibus,censetur reperita qualitas
☞ masculinitatis tacite.Vide, *Repetitio verborum, & qualitatum præce-*
18 *dentium.Concl.187.*†Masculorum inclusio in substitutione,vel institutione est expressa exclusio fœminarum,licet nihil sit dictum. Bart.*in l.cum auus,ff.de cond.& demonstr.in 4.quæst.*cuius opinionem
* * comm.& à nemine reprobatam dicit Soc.Iun.*cons.69.li.3.n.10.* Soc.*d.l.cum auus, nu.76.*vbi dicit * communem,& plures allegat, vbi *num.77.* quod in iudicando non est ab ea recedendum;quia à nemine reprobatur Bart.plenius Michael de Graff.*§.fideicommissum,q.35.n.2.*vbi plures allegat de * communiatte stantes.

Massa Terra,& Massa Ciuitas,earum statuta,consuetudines,& priuilegia. Concl.103.

MASSA † in territorio Imolæ in Romandiola est Abbatiæ S.1
Mariæ Cosmedin alienata in emphyteusim perpetuam cõmunitati Imolæ, super qua consuluere plurimi Doct. de quibus Anch.*cons.fi.*vbi,quod fortalitium fuit ibi ædificatum à Communi Imol.propter armigeros deprædantes.*n.11.*† Massa terra est de2
districtu Ferrariæ,sed habet ex consuetudine priuilegium,quod non teneantur illi de Massa conducere blada, & granum ad ciuitatem Ferrariæ, etiam quod fiant bannimenta, & intelligũtur in tali priuilegio cõprehensi nedum originarii, sed habitãtes et forenses,& Iudæi in loco commorantes.Alex.plene *cons.75.Videtur in præsenti, lib.5.* vbi consuluit ad fauorem Hebræi d.loci.† Ista3
Massa cum habeat superiorem Marchionem, apud quẽ est iurisdictio, non potest condere statuta, neq; habere cõsuetudinem à se introductam; quia consuetudo est lex, & actus iurisdictionis. Alex.*cons.173.Viso,n.12.ver.vltra prædicta,li.6.* vbi per totum consilium,quod non est probata consuetudo iuris congrui,vt quis teneatur vendere consorti,vel vicino,aut consanguineo.† Archi-4
11 † Limita; quia si maritus profert verba apta ad contrahendum matrimonium, quæ mulier alienigena non intelligit; tamen si parat manum non contradicendo, sed annuendo, & recipit annulum, dicitur contractum matrimonium. Host. *in cap. ex litteris, de sponsa. il primo, in princ.* vbi tamen concurrunt multa, quod videlicet contrahitur in ecclesia. Lap. *d. allegat.* 57. *num.* 13. qui ita debet intelligi, vel prout ipse loquitur in fin. sub *num.* 17. quando matrimonium fuerat tractatum prius. † Limita, quando verba apertain 11
terueneruntex vna parte cum actibus matrimonium denotantibus, & altera pars facto consensit, puta non contradicendo, quo casu consensus dignosci potest. Lap. *d. allegat.* 57. *nu* 16. *ver. licet annuli immissio, & n.* 17. *ver. in contrarium allegata.* † Limita, quando verba 12
de matrimonio contrahendo, & sic de futuro habent in sequelam carnalem copulam; nam si illi, qui sola sponsalia contraxerunt de futuro, habitent simul, & se cognoscant carnaliter, sponsalia transeunt in matrimonium absque verbis de præsenti, *c. is qui, de sponsal.* Federic. de Sen. *cons.* 194. *ver. item cohabitando, circa med.* Calder. *cons.* 459. alias 2. *de sponsal.* Gemin. late *cons.* 61. *num.* 4. *in fin. ver. quoad secundum, & n.* 5. & 6. † Declara, quod sola cohabitatio, oscula, & 14
similia inter sponsos sine copula carnali non inducunt matrimonium sine alio consensu. Calder. *d. cons.* 459. alias 2. *de sponsal.* † Re- 15
stringe declarationem, vt non procedat, si inter impuberes matrimonium esset contractum per verba de præsenti; quia eo ipso, quod peruenium ad ætatem legitimam, matrimonium conualescit, si non reuocauerint voluntatem. Calder. *cons.* 461. alias 4. *de sponsal.* † Limita; quia matrimonium nulliter contractum eum 16
verbis, vel sine verbis, conualidatur solo consensu, & sine verbis. Franc. Aret. *cons.* 13. *Viso diligenter, nu.* 3. *ver. præterea si matrimonium.* allegat text. *in cap. fin. & in cap. proposuit, de coniug. seruor.* & dicit *
communem, vbi vtitur hoc argumento ad comprobandum, quod matrimonium necessario non requirit verba; quia si eadem solemnitas, quæ requiritur in primo actu, vel contractu, etiam requiritur in ratificatione; ergo sicuti valet conualidatio, & ratificatio matrimonii sine verbis; ita idem erit in contractu matrimonii à principio. † Limita, nisi esset prius præmissus tractatus 17
de contrahendo matrimonio per verba de præsenti; quia tunc etiam tacitus consensus sufficeret. Calder. *cons.* 462. *in fin.* alias 5. *de sponsal.*

Matrimonium quando per verba de præsenti, vel futuro dicatur contractum. Concl. 122.

MATRIMONIVM † per verba de futuro non dicitur contra- 1
ctum, si contrahens dicat: *volo contrahere*; quia aliud est contrahere, aliud velle contrahere. Lap. *allegat.* 57. *nu.* 9. *ver. item per ista.* † Et si dicatur, *placet mihi tecum sponsare*, vel, *contrahere matrimonium*, 2
non erit matrimonium, licet mulier idem respondeat, secus, si esset, *te accipio in vxorem.* Alexand. *cons.* 153. *Visis narratis, nu.* 7. *ver. vbi concludunt, lib.* 5. † Amplia, vt matrimonium non dicatur contra- 3
ctum etiam per verba de præsenti, & apta comprehendere matrimonium, quando intentio esset contrahentium solum contrahendi sponsalia; quia intentio attenditur, *cap. iis, de sponsal.* Gemin. *cons.* 130. *ver. & pro hac parte.* † Amplia; quia matrimonium requirit 4
verba, & consensum purum, vt dicatur contractum de præsenti, alias si vnus pure, alter sub conditione contraheret, non esset matrimoniu purum, neq; de præsenti. Bald. *cons.* 166. *in princ. lib.* 2.
† Amplia; quia maxime matrimonium dicitur de futuro, & non 5
obligat, quando fuit ab vno contractum sub conditione, si frater mulieris voluerit. Bald. *cons* 165. *n.* 2. *ver. iis præmissis, lib.* 2. † Amplia, 6
quia contrahentes matrimonium per verba de præsenti dicuntur contrahere de futuro, quando alter ex contrahentibus est impubes, licet alius sit pubes. Ang. de Perus. *cons.* 16. *Anselmus de Mediolano. per tot.* † Amplia; quia dicitur de futuro, quando contrahitur 7
cum hoc, quod mittet, vel veniet ad desponsandum; quia desponsatio de consuetudine Italiæ fit, quando contrahitur matrimonium. Card. Zab. *cons.* 24. *Caius Seius.* † Amplia; quia verba de futu- 8
ro non inducunt matrimoniu de præsenti, veluti si dicat, *promitto tibi, quod nunquam accipiam aliam in vxorem, nisi te*; quia licet dictio, *nisi*, post negatiuam affirmet; tamen quando negatiua præcedens est de futuro, dictio, *nisi*, affirmat solum de futuro. Alex. *cons.* 152. *Viso processu, n.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 5. vbi apostill. citat Cæpoll. *cons. ciuil.* 1. Alex. *cons.* 156. *Viso processu, n.* 21. *ver. nec verba, lib.* 5. † Extende, 9
quia imo talia verba non important etiam matrimoniu de futuro, sed potius matrimonium sub conditione de futuro, vt, *si aliam voluero ducere, ducam te.* Alex. *d. cons.* 152. *n.* 3. *lib.* 5. † Extende; quia et- 10
iam si vir dixisset mulieri animo decipiendi eam, *tenebo te in vxorē, donec mihi ponatur terra super oculos*, non est matrimonium de præsenti. Alexand. *d. cons.* 152. *n.* 17. *ver. vbi quærit, lib.* 5. vbi, quod præsumitur dixisse ad decipiendum; quando constat, quod ista dicebat, vt haberet rem cum ea, & postea propalabat toties habuisse rem cum ea; quia est cautela, quod ponat terram super oculos, & erit liberatus. † Declara; quia si alia verba præcederent de futu- 11
ro, quæ denotarent sponsalia, tunc illa verba, *promitto, quod habebo te in vxorem*; *vel ducam te in vxorem*, *vel habebo*, *& tenebo te*

pro

pro legitima vxore; non inducunt matrimonium de præsenti; secus, si essent absolute dicta, & non præcederent alia verba de futuro denotantia sponsalia; ita Alex. *d. cons. 152. nu. 4. ver. ad quod facit. lib. 5.* & plenius *cons. 153. Visis narratis. num. 3. ver. nam ibi concludunt. lib. 5.* † Declara; quia in omnem casum, in quo verba sunt de futuro, & non inducunt matrimonium de præsenti, sed de futuro; si tamen copula carnalis sequitur inter eos post verba, & cõstet, inducitur matrimonium. Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. nec prædictis obstat, lib. 5.* † Restringe, quando dixisset; *promitto, quod non habeo in vxorem, nisi te*; quia sicut verba negatiua sunt de præsenti, & dictio, *nisi*, inducit affirmatiuam de præsenti, videtur affirmare, quod habet illam in vxorem. Alexand. *d. cons. 152. num. 4. ver. sed quando verba. lib. 5.* † Restringe, quando verba de futuro sonant; *promitto, quod habebo te in vxorem, seu pro legitima vxore*; quia non possum habere te in vxorẽ, vel pro legitima vxore, nisi mediante matrimonio; ergo inducitur matrimonium. Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. sed verba. lib. 5.* & plenius *n. 17. ver. & si dixisset.* † Restringe; quia etiam si dicat de futuro; *promitto, quod non habebo aliam in vxorem, nisi te.* Abbas *in cap. ex parte, de sponsal.* Alexand. *d. cons. 152. n. 4. ver. vnde dominus Abb. lib. 5.* † Contra restrictionem apost. ad Alexand. *d. cons. 152. n. 4. lib. 5. in ver. Habebo*, citat Cæpoll. *cons. 1. ciuili.* Alciat. *in l. actione, in ver. nisi. Cod. de transact.*

† Amplia; quia verba de præterito non inducunt matrimonium de præsenti, neq; disponunt, veluti si pater dicat filiæ: *Io ti ho dato Carlo qui presente per tuo marito, sei contenta?* id est, *ego tibi dedi Carolum hic præsentem pro tuo marito, es ne contenta?* & dicat, quod sic, & vice versa dicat Carolo, *& à te ho dato mia figliuola per moglie, sei contento*: id est, *& tibi dedi filiam meam pro vxore, es ne contentus?* & dicat, quod sic, talia verba non disponunt. Alexand. *cons. 153. Visis narratis, per tot. lib. 5.* † Extende, etiam si alia verba adiunxerit pater, *& voglio, che habbiate à viuere, & morire insieme come conuiene à marito, è moglie*, id est, *& volo, vt viuatis, & moriamini simul, sicut conuenit marito & vxori*, quia habent relationem ad verba præcedentia de præterito, maxime, quando inter eos fuerant contracta sponsalia. Alexand. *d. cons. 153. n. 2. ver. nec obstant illa alia verba, lib. 5.* † Limita; seu declara, quando verba de futuro respiciunt exequutionem matrimonii; quia contrahitur de præsenti, vt si dico: *promitto tibi, quod habebo te in futurum pro vxore, vel tractabo vt vxorem*; quia supponit matrimonium tunc esse, vide plene Abb. *in c. ex parte, n. 3. 6. & 7. de sponsal.* vbi dicit secus esse, si verba respiciunt matrimonium, & ibi apost. citat Franc. Aretin. *cons. 144.* † Limita; quando dixit; *promitto tibi, quod non habebo aliam vxorem, nisi te*; quia est matrimonium secundũ communem, *de qua apost. ad Abb. d. c. ex parte, de sponsal. in ver. tenebo.* † Limita; nisi ista verba, *volo contrahere*, sint coniuncta cum actu accumulationis de præsenti, vt si dico, *volo contrahere.* & statim immitto, vel recipio annulum. Lap. *allegat. 57. n. 16. ver. vnde licet.* † Limita; quia verba de futuro efficiuntur de præsenti, si carnalis copula subsequitur; ideo si illi, qui contraxerunt sponsalia, inuicem habitent, & habeant rem carnalem simul, sponsalia transeunt in matrimonium de præsenti. Feder. de Sen. *cons. 194. circa med. v. item habitando*, allegat *cap. is qui, de sponsal.* † Declara, vt plene Ruin. *cons. 203. lib. 1. per tot.* qui dicit idem per oscula, licet declaret. † Limita; quia si pater promittit filiam in vxorem tali præsenti, & accepanti, & filia consentiat, matrimonium dicitur per verba de præsenti contractum, ita vt dirimat secundum matrimonium postea contractum. Bald. *cons. 164. Casus, Arancus, lib. 2.* quod duplicatur *cons. 78. lib. 5.* † Limita; quia matrimonium dicitur contractum per verba de præsenti, hoc modo, videlicet, *promitto te tenere vt vxorem.* Gemin. *cons. 61. in princ. n. 4. ver. item verba postea.* Vide Conclusionem prox. seq.

Matrimonium non dicitur contractum ex verbis sequentibus. Concl. 123.

1 MATRIMONIVM † non dicitur contractum per hæc verba, *volo, quod tu sis amasia mea*; quia ista verba potius arguunt concubinatum, quam matrimonium. Gemin. *cons. 61. in princ. nu. 2. ver.* 2 *in præmissis.* † Extende, vt procedat, etiam si post dicta verba sequatur copula carnalis; quia adhuc non est matrimonium; quia verba non sunt apta, nec copula aliquid operatur hoc casu. Gemin. *d.* 3 *cons. 61. n. 3. ver. nec copula carnalis.* † Extende; vt procedat, etiam si dixisset vir mulieri vltra præmissa hæc verba, *tu posses taliter facere, vel circa me promereri, quod te tenerem, & taliter facere, quod te non tenerem*; quia talia verba ex præcedentibus concludunt ad cõcubinatum, & non ad matrimonium. Gemin. *d. cons. 61. nu. 4. ver. item verba post-* 4 *ea.* † Amplia; quia verba enunciatiua non probant matrimonium, quando propter aliud sunt emissa. Alexand. *cons. 155. Alias consultus,* 5 *nu. 2. ver. item quia dicta verba, lib. 5.* † Amplia; quia verba de futuro non inducunt contractum matrimonii de præsenti, sed sponsalia, quando copula non interuenit, nec subsequuta est. Lap. *alleg. 57. n. 9. ver. item per ista. & nu. 16. ver. vnde licet.* Vide, *Matrimonium quando per verba de præsenti, vel futuro dicatur contractum. Concluſ. 122.* † Amplia; quia neq; verba de præsenti, & habilia ad contrahendum matrimonium inducunt matrimoniũ, quando intentio contrahentium erat solum contrahendi sponsalia, quia attenditur intentio. Gemin. *cons. 130. circa fin. ver. sic. & pro hac parte.* † Amplia; quia matrimonium non dicitur contractum ex verbis conditionalibus, puta, *volo te, si frater meus voluerit.* Bald. *cons. 165. Casus est talis, n. 2. ver. iis præmissis, lib. 2.* † Amplia; quia matrimonium non contrahitur per verba prolata à patre versus filiam, *Isabetta figliuola mia questo è Carlo, qui tel' ho dato per tuo marito, & voglio, che tu habbi à viuere, & morire, & stare insieme come marito, è moglie*, id est, *Isabetta filia mea hic est Carolus, quem tibi dedi pro marito, & volo, vt viuas & moriaris, & simul habitetis, sicut maritus & vxor.* & ipsa dixit, *Misser sì*, id est, *sic Domine.* etiam si sint replicata Carolo, qui consensit; quia sunt de futuro. Ferret. *cons. 86. n. 3. lib. 1.* Alexand. *cons. 153. Visis narratis, lib. 5.* † Amplia; quia verba, *non sei tu mia moglie? io non ti ho tolta per altro, se non per hauerti à miei bisogni*, id est, *es ne tu mea vxor? ego te non sumpsi in alium finem, nisi ad habendum te in meos vsus.* & ipsa respondens ad interrogata, *E vero, che io sono tua moglie, ma tu sai come stanno li fatti miei, prouedegli*, id est, *verum est, quod sim tua vxor, sed an nescis, quomodo res mea habeant, prouideas.* non inducunt matrimonium. Dec. *cons. 310. col. 2.* Ferret. *cons. 86. n. 4.* † Amplia; quia verba confessionis absente parte facta non probant matrimonium, licet vxorem suam esse dixerit. Alexand. *cons. 155. n. 2. & 3. lib. 5.* † Extende; quia imo si dicta confessio sit facta in præsentia, *Lauatemi ancor voi mia moglie*, id est, *lauato etiam mihi mea vxor.* aut quid simile, non probat matrimonium contractum. Alexand. *cons. 150. n. 17. ver. Marietta, lib. 5.* Vide, *Matrimonium quando per verba de præsenti, vel futuro dicatur contractum. Concluſ. 122.*

Matrimonium potest contrahi inter absentes, & quando valeat, vel non. Concl. 124.

MATRIMONIVM † potest contrahi per procuratorem, & sic inter absentes, sed tamen mandatum requiritur speciale ad contrahendum matrimonium cum Berta; adeo, quod non sufficeret ad contrahendum cum quacunque muliere. Alex. *cons. 146. In causa & lite, in pr. lib. 5.* † Amplia; quia valet matrimonium contractum cum tali procuratore generali, licet mandatum non sit bonum, imo etiam cum eo, qui nullum habebat mandatum, si tamen is, qui est absens, ratum habeat, & dicitur ratum habere, si constituit eundem, qui contraxit nomine suo ad contrahendum cum tali; quia inducitur ratificatio. Alex. *d. cons. 146. nu. 2. & seq.* & maxime *n. 9. & seq. ver. fortificantur, lib. 5.* † Extende, vt procedat, etiam si is, qui dedit mandatum ad contrahendum, ignorabat fuisse contractum, puta; quia erat in Hispania, & matrimonium fuit cõtractum in Italia; quia sufficit cogitatus in genere, maxime; quia in mandato post contractum matrimonium specificat personã, cum qua volebat contrahere. Alex. *d. cons. 146. nu. 12. ver. nec prædictis obstat, lib. 5.* † Extende; vt procedat, etiam si mulier, cum qua contractum fuit matrimonium sine mandato legitimo, pœnituerit, antequam habuerit scientiam ratificationis mariti; quia sufficit, & antequam pœnituerit, maritus ratificauerit, seu mandatum dederit bonum, & speciale, per quod inducitur ratificatio. Alex. *d. cons. 146. n. 15. & seq. ver. nec obstat etiam, lib. 5.* vbi *n. 17.* dicit; quod mutuus consensus non requiritur de nouo, nisi quando interceſſisset in primo consensu error, sed si quis consensit per Nuncium, & Nuncius offert litteras absenti, & absens acceptat, perficitur matrimonium, & non potest resiliri ab eo. † Amplia; quia nedum valet matrimonium contractum cum procuratore, sed etiam contractus matrimonii non habet aliquã necessitatem, vt verba concipiantur in personam domini; quia quomodocunq; verba concipiantur in personam domini; vel procuratoris dummodo nomine domini faciat, sufficit. Alex. *cons. 149. Viso processu, n. 13. & seq. ver. nec vitiatur, lib. 5.* vbi reddit rationem; quia in iis, in quibus non potest acquiri procuratori, non curamus, in quem verba concipiantur, prout etiam iuramento. † Amplia; quia quicquid sit, an mandatũ possit probari per testes, tamen in causa matrimoniali probatur. Alex. *d. cons. 149. n. 15. ver. nec dicatur, lib. 5.* vbi dicit * communem. *

Matrimonium ad hoc, vt possit contrahi, quam ætatem requirat. Concl. 125.

MATRIMONIVM † ad hoc, vt possit contrahi, requirit, quod saltem fœmina compleuerit duodecimum annum, & masculus decimumquartum. † Amplia, vt idem sit in matrimonio spirituali; quia masculus minor 14. annis, & fœmina minor 12. non possunt emittere professionem, de masculo Fed. de Sen. *cons. 237.*

3 *in princ.* † Declara: quia in matrimonio carnali non sufficit sola ætas 12. annorum in muliere, & 14. in masculo, sed attenditur potentia generandi, *c. puberes de desponsat. impub.* Gemin. *cons.* 24. *nu.* 4.
4 *& 5. versic. ad tertium.* † Signa potentiæ generandi sunt tria. Primum est pilositas in loco verecundo, & istud est fallax, & per se
5 non sufficit. Gemin. *d. cons.* 24. *n.* 6. † Secundum est ætas, ex qua in dubio præsumitur potentia coeundi, si contrarium non proba-
6 tur. Gemin. *cons.* 24. *n.* 6. *in fi. ver. aut.* † Tertium est potentia coeundi, & si de ea constat, hæc sola sufficit. Gemin. *cons.* 24. *n.* 6. vbi allegat Beatum Gregorium attestantem, quod puer nouem annorum
7 matrem reddidit grauidam. † Amplia in tantum requiri ætatem completam ad inducendam præsumptionem carnalis copulæ, & licet masculus haberet 13. annos, & menses decem, tamen non
8 præsumitur potentia coeundi. Gemin. *d cons.* 24. *n.* 7. *&* 8. † Secus, si esset in fine pubertatis per duos, vel tres dies ante complementum; quia tunc præsumeretur potens propter modicitatem tem-
9 poris. Gemin. *d. cons.* 24. *n.* 8. *ver. nec obstat.* † Extende, vt nec probetur potentia ante pubertatem, licet medici deponant, quod sit complexionis viuæ, & quod propterea sit calidior, & posset esse potens; quia non concluditur necessario. Gemin. *d. cons.* 24. *n.* 9. *in*
10 *fin. ver. & licet forte, & n.* 10. *& seq.* † Limita; quia masculus minor quatuordecim annis contrahit valide matrimonium, si malitia supplet ætatem. Feder. de Sen. *cons.* 237. *Factum tale est. quidam nomine, in princip.* Card. Zab, *cons.* 4. *Lagia ætatis.* Angel. *cons.* 251. *Domina Masina, in pr. & fi. & cons.* 253. *in fi.* vbi cõmemorat de puero nouem
11 annorum, qui grauidã reddidit nutricem. † Declara, vt is, qui allegat potentiam ante annum decimumquartum completum in masculo, & duodecimum completum in fœmina, debeat eam
12 probare. Gemin. *d. cons.* 24. *n.* 7. † Limita; quia impuberes si contrahant matrimonium per verba de præsenti, licet non teneat, vt tunc; tamen si vterque peruenerit ad ætatem legitimam, conualescit absque alio consensu, si non reuocauerint consensum. Cald.
13 *cons.* 461. alias 4. *desponsal.* † Limita; quia sufficit etiam in muliere, quod sit proxima pubertati; videlicet si habet annos vndecim cum dimidio, & idem in masculo, si habet annos 13. cum dimidio, si habent magnitudinem vitæ. Cardin. Zabarell. *cons.* 4. *Lagia ætatis, per tot.* † Extende; vt procedat in tantum, quod tale matrimo-
14 nium contractum inter proximos pubertati impediat, & dirimat secundo loco contractum in plena pubertate cum alio. Cardin.
15 Zabar. *d. cons.* 4. *per tot.* † Extende, vt procedat, etiam si inter eos non sit secuta copula carnalis; quia ætas proxima pubertati per sex menses cum magnitudine corporis est sufficiens sine copula. Card. *d. cons.* 4 vbi dicit hanc veriorem, reprobato Hostiense, & antiquioribus.

Matrimonium contrahere promittens quando compellatur. Concl. 126.

1 PROMITTENS † contrahere matrimonium cum iuramento compellitur, nisi ex causa legitima, puta propter inimicitias superuentas recusaret, & huiusmodi causa, an sit legitima, vel ne,
* 2 statur arbitrio iudicis. *c. ex litteris, il secondo, de sponsal.* vbi * omnes, *c. requisisti, eod. tit.* † Extende multo magis, si deflorauit puellam, quam cum iuramento promiserat ducere in vxorem. Rota *in nouiss. tom.* 1. *decis.* 497. in vna Valentina coram Reuerendissimo Aldobrandino nunc Sanctissimo Domino Nostro Clemente Octa-
3 uo. Abb. *c. ex litteris. il secondo. num.* 8. *de sponsal.* † Declara, vt plene
4 Ruin. *cons.* 203. *lib.* 1. *per tot.* † Amplia; quia imo ex simplici promissione compellitur contrahere, si non habet legitimam causam recusandi, quæ est arbitraria iudici. Abb. *d. c. ex litteris, il secondo, n.* 3.
5 *& seq. de sponsal.* † Limita, quando sponsus, vel sponsa cõmitterent aliquid in legem sponsalium, vt quia, vel mulier fornicaretur, vel sponsus; quia tunc liberatur alter, etiam si interuenisset iuramentum, *c. quemadmodum, de iureiur.* Abb. plene *cons.* 48. *Attingam, col.* 1.
6 *circa fin. ver. sed iis non obstantibus, lib.* 1. † Limita; quando aliquid peius accidisset, vt si alter effectus esset leprosus, vel perdidisset na-
7 sum, aut quid simile. Abb. *d. cons.* 48. *col.* 1. *in fin. ver. nec obstat, lib.* 1. † Limita; quando sponsus, vel sponsa post ætatem legitimam expectasset alium per biennium, & alter distulisset contrahere; quia poterit cum alio contrahere matrimonium, & si contraxit, liberatur. *l.* 2. *C. de sponsal.* vbi Cyn. sed Abb. hoc declarat *d. consil.* 48. *in princ. ver. venio igitur, lib.* 1. quod procedat, quando contraxit; quia liberatur, si res est integra, alias non liberatur.

***

Matrimonium non potest stare in pendenti; & qualiter procedat. Concl. 127.

MATRIMONIVM † non potest stare in pendenti; quia non re- 1
cipit conditionem, sed aut statim valet, aut nullo modo valet. Cald. *cons.* 460. *in princ.* alias 3. *de sponsal.* † Amplia; quia dispen- 2
satio conditionalis inter maritum & vxorem concessa super impedimento annullante matrimoniũ sub certa conditione, quod certam pœnitentiam perficerent, impedit, ne matrimonium dici possit, donec conditionem impedientẽ impleuerint. Cald. *d. cons.* 460. alias 3. *de sponsal.* ratio est; quia matrimonium non potest stare in suspenso. † Declara, vt non procedat, qñ conditio non esset 3
implenda ante, sed post; quia tunc matrimonium non impeditur, quin contractum valeat. Cald. *d. cons.* 460. alias 3. *de sponsal. ver. si vero fuit intentio.* † Extende declarationem, vt imo omnis conditio, 4
per quam matrimonium staret in pendenti, habeatur pro non apposita, quando non est talis, quæ reddat inhabiles contrahentes. Calder. *d. cons.* 460. *circa med. ver. nec obstat clausula*, alias 3. *de sponsal.* 5
† Amplia; quia matrimonium potest contrahi sub conditione, quæ non sit contra substantiam matrimonii; & ideo valet conditio, quod non contrahatur, nisi dos soluatur. Castr. *cons.* 45. *n.* 2. *ver.* 6
constat autem, lib. 1. † Extende, vt talis conditio suspendat matrimonium, donec impleatur, etiam quando consummatum esset; quia in contractu, & consummatione conditio ex iusta causa vestita censetur repetita, Castr. *d. cons.* 45. *per tot. lib.* 1. vbi est casus, sed loquitur, quando aliud matrimonium fuit postea valide, & solemniter contractum. † Extende idem in matrimonio spirituali, 7
prout in professione; quia si adiiciatur conditio substantiæ professionis; tunc vitiatur professio, si repugnat; si vero per viam modi, pacti, vel reseruationis, secus est; quia vitiantur reseruatio, pactum, & modus. Castrens. *cons.* 69. *per tot. lib.* 1. † Amplia; quia licet 8
conditio contra substantiam matrimonii vitiet matrimonium; tamen quando non est contra substantiam matrimonii, valet matrimonium, & conditio habetur pro non apposita, *ca. fin. de condit. apposit.* † Limita; quia matrimonium contractum inter impuberes 9
per verba de præsenti, quod non valet, conualescit, si perueniant ad ætatem legitimã, & non recesserint ab eadem voluntate. Cald. *cons.* 461. alias 4. *de sponsal.* † Extende; quia imo matrimonium con- 10
tractum sub conditione conualescit existente conditione. Bald. *cons.* 165. *n.* 2. *versic. in præmissis, lib.* 2. † Limita; quia matrimonium, & 11
sponsalia non possunt contrahi inter prohibitos impedimento perpetuo, prout est consanguinitatis, & contracta sub conditione, si Papa dispensauerit, non valent; quia hæc conditio videtur impossibilis; quia pendet à sola voluntate Papæ, non autem partium, ita Aretin. *cons.* 142. *n.* 1. *ver. sed est aduertendum.* † Extende in 12
tantum esse verum; quia si superueniat dispensatio, non conualidantur matrimonium, & sponsalia ex primo consensu conditionali, sed nouo consensu debent contrahi. Aretin. *d. cons.* 142. *num.* 2. qui dicit in hoc differre matrimonium spirituale à carnali; quia spirituale sub conditione pendente à Papa conualidatur purificata conditione. † Declara tamen; quia si impossibilitas, & difficul- 13
tas exprimitur, tunc vera sit limitatio, & extensio in fauorabili materia; si vero verbis generalibus, vel velate hoc disponatur, tunc secus est; quia potest valere ex primo consensu, ita est de mente Aretin. *dict. consil.* 142. *num.* 3. vbi allegat contraria, & soluit hoc modo.

Matrimonium non præsumitur, nisi probetur. Concl. 128.

MATRIMONIVM † est quid facti; ideo non præsumitur, nisi 1
probetur, *cap. aliter*, 30. *quæst.* 5. vbi, quod præsumuntur adulteria ex cohabitatione, nisi probetur voluntas matrimonii, vel solemnia matrimonii. Corn. *cons.* 68. *num.* 14. *lib.* 1. vbi, quod patria potestas non præsumitur, nisi probetur matrimonium, quod etiam non præsumitur. Alciat. *de præsumptio. reg.* 2. *præsumpt.* 2. *num.* 5. Bartol. *cons.* 42. *Visa inquisitione, num.* 1. vbi apostil. *in ver. semper præsumitur, lib.* 1. Nat. plene *cons.* 473. *num.* 32. Mascard. *Conclus.* 1019. *in princ.* Menoch. plene *cons.* 199. *num.* 2. *& seq. per tot.* Paris. *cons.* 61. *in princ. lib.* 4. † Extende, vt procedat, etiam si testator appellet filium 2
suum aliquem, vel testes deponant eum esse filium talis; quia non præsumitur legitimus, nisi dicatur; quia non præsumitur matrimonium. Alciat. *d. reg.* 2. *præsumpt.* 2. *in fin.* † Contrarium Dec. *con-* 3
sil. 54. *In causa Domini Antonii.* † Vide omnino Rot. *decis.* 470. *lib.* 1. 4
in nou. coram Domino de Grassis, vbi plurima adducit, quod præsumatur quis legitimus secundũ magis receptam * opinionem, & *
late

late diſtinguit.†Extende;quia licet pro matrimonio ſit pronunciandum in dubio;tamen intelligitur,quando agitur de non matrimonio,puta,vt diſſoluatur, vel non, quod procedit; quia iam eſt probatum,ſecus ſi ab initio non eſt probatum; quia non præſumitur. Socin.Iun.*conſ.*88.*num.*32.*lib.*2.Pariſ.*conſ.*15.*num.*39.*lib.*2.

†Reſtringe,quando pater vocando filium legaret pro legitima, quæ non debetur niſi legitimo; ideo tunc præſumitur legitimus.Alciat.*d.regul.*2 *præſumpt.*2.*n.*6.† Reſtringe, niſi extent præſumptiones contrariæ de matrimonio, prout tractatus, communis opinio,quaſi poſſeſſio.†Amplia;quia legitimus nemo præſumitur,niſi probetur. Alciat.*regul.*2.*præſumpt.*2.*nu.*6.*&* 7.Alexand. *conſ.*24.*n.*4 *lib.*3.communem* dicit Nat. *conſ.* 473.*nu.*32.*&* 33.Iaſ. plene *conſ.*106.*Spectabilis.verſ.quarto principaliter.lib.*1.Vide,*Legitimus an in dubio,&c. Concluſ.*247. † Extende;quia non poteſt quis probari legitimus,niſi probetur matrimonium.Natt.*d conſ.* 473. *10 *n.*33.vbi dicit*communem.† Bene verum eſt, quod probato matrimonio excluditur omnis defectus,& præſumptio illegitimitatis.Rota *deciſ.*1353.*in* 3.*part.lib.*3.vbi extendit, etiam ſi extet imparitas,quando pulchritudo, amor,& alia in contrarium præponderant. † Declara; quia ſufficit probatio vera, vel præſumptiua matrimonii.Alexand.*conſ.*74.*in princip.lib.*2. † Limita; quia in dubio pro matrimonio pronunciandum eſt, quando probatum eſt; quia res eſt fauorabilis. Maſcard. *Concluſ.*1023.*per totam.* vbi declarat multis modis.Caſſador.*deciſ.vnica,de ſponſal.*vbi, quod inter dubias opiniones pro matrimonio. † Extende; quia in matrimonio ineſt fauor publicus,ideo ſtatutum etiam pœnale fauore matrimonii dicitur fauorabile.Rota *deciſ.*117.*lib.*1.

Matrimonium ex quibus præſumatur. Concl. 129.

MATRIMONIVM† præſumitur per traditionem,vel donationem annuli,imo probatur, ſi conſuetudo adeſſet, quod ſolum in matrimonio tradatur annulus.Lap.*alleg.* 57.*num.* 13. *ver. inter prædictos.* Vide, *Matrimonium quam probationem requirat. Concluſ.*130.†Contrarium,quando annulus eſſet æquiuocus actus, vt quia portatur etiam à non exiſtentibus in matrimonio. Socin. *conſil.*39.*Viſis,num.*3.*lib.*1.allegat Oldrad.*conſil.*159.†Declara multis modis,vt per Maſc. *concluſ.*1020. vbi facit regulam cum limitationibus.†Declara;quia per immiſſionem annuli factam præſumitur matrimonium; imo probatur, quando præceſſit inualidum matrimonium,vel quando non præceſſit matrimonium inualidum,quando immiſſio annuli fit in eccleſia,vel in domo mariti,item,quando extat conſuetudo,prout in Italia, quod ex ſubarrhatione,& immiſſione annuli inducatur matrimonium:item, quando præceſſerunt ſponſalia, in quibus non datur annulus, ſi poſtea immittatur annulus,præſumitur matrimonium, non ſic ex ſola datione,vel geſtatione annuli; quia eſt actus æquiuocus, ita Franc.Aretin.*conſil.*13.*Viſo diligenter, num.* 4.*ver. circa ſecundum, cum ſequen.*vbi *num.*5.quod ſola ſubarrhatio etiam ſine verbis ſufficit,& concordat Alexand.*conſil.*150.*In cauſa,& lite,num.* 18.*in fin. & num.*19.*ver.quod ipſa vidit. lib.* 5. Vide, *Annulus ad quid inuentus, & an probet matrimonium. Concluſ.*343.† Amplia, vt ſemper præſumatur matrimonium, donec contrarium probetur, quando interuenit ſubarrhatio,ſiue conſenſus ſit expreſſus, ſiue tacitus in matrimonio.Lap.*alleg.* 57.*num.*14.vbi,quod contrarium probaretur, ſi in animo non habuiſſet voluntatem contrahendi. † Amplia; quia matrimonium præſumitur ex copula carnali ſubſequuta abſque alio conſenſu inter eos, qui contraxerant ſponſalia, vel matrimonium de futuro. Feder. de Sen. *conſil.* 194.*circa med. ver. item cohabitando.*Calder.*conſil.*459.alias 2. *deſponſal.* Alexand. *conſil.* 190.*In cauſa,& lite,num.*23.*& ſequent.ver.& dico, quod non, libr.* 5.† Extende,quia imo præſumitur ex traductione ad domum mariti, quando præceſſerant ſponſalia, & ſequuta traductione tranſeunt ſponſalia in matrimonium,& præſumitur copula carnalis ſubſequuta,quando alter allegat,Alex.*conſil.*149.*Viſo proceſſu, num.* 11.*& ſequent.ver.vel poſito.lib.*5.† Amplia, quia ad effectum legitimitatis filiorum, præſumitur matrimonium ex nominatione inter coniuges,& ſi mulier deferebat annulum tanquam vxor, & pro tali tractabatur,alias præſumeretur concubina ex ſola cohabitatione. Bald.*conſil.*195.*In hac cauſa.lib.*3.*in princip.* Vide omnino Maſcard. *Concluſ.*1021.*in princip.* Vide, *Filiatio ex quibus probetur, vel præſumatur legitima,vel non,& quomodo articulanda. Concluſ.* 347.† Contrarium, quod ſola nominatio, vel confeſſio mariti non inducat probationem præſumpti matrimonii, niſi in præiudicium confitentis,ſecus eſt quoad præiudicium tertii.Soc.*conſil.*39.*num.*5.*ver. nec obſtat,*& plenius *num.*10.*ver.nec coadiuuatur,lib.*1. Ruin. *conſ.* 92 *num.*9.*lib.*3. Iaſ. *conſil.* 106.*in princip.lib.*1.vbi, quod confeſſio tanquam res inter alios non probat contra tertium, plene Maſcar. qui alios citat *Concluſ.*1022.*in fi.*Alexand.*conſ.*150.*n.*8.*& ſeq.lib.*5. vbi *num.*9.quod vocant ſe coniuges in fraudem aliquando.† Declara,vt per Socin.*conſ.*39.*lib.*1.vbi videtur ex*communi concludere inter varias opiniones,quod non ſufficiat, niſi in antiquis, ſecus de recenti,quia requiritur cohabitatio per decem annos,& fama cum tractatu, ita quod non ſufficeret tractatus in genere, niſi teſtes deponant de actibus ſpecifice, vide quæ poſui ad Bart.*in l.filium.ff.de iis,qui ſunt ſui,vel alien.iur.* & Socin.*conſ.*39.*n.*6. *& ſeq.lib.*1.plenius Alexand.*d.conſ.*150.*In cauſa,& lite, nu.*8.*ver.imo longe ua.cum ſequen.lib.*5.maxime *num.* 10.*& in fin.conſilii,*vbi dicit* communem,*& conſ.*153.*Viſis,in fin.n.*15 *& conſ.*155.*in fin.n.*7.*ver.prætereà,lib.*5. † Contrarium,quod imo non ſit neceſſarium tempus decem annorum.vide infra *n.*53. † Declara; quod imo neque tractatus,neque fama in vicinia ſufficiat, etiam ſi vocabant ſe maritum & vxorem,manducabant ad eandem menſam, dormiebant in eodem lecto; quia quaſi poſſeſſio non inducit veritatem, & quia matrimonium maximum eſt ſacramentum, ex leuibus non debet iudicari,niſi ſit longum tempus.Alexand.*d.conſ.* 150.*n.*8.*& ſequen.*maxime *nu.*10.*lib.*5.vbi *num.* 9.quod ſe vocant coniuges in fraudem,& apoſtill.ibi in *ver.al.ud* requirit inſtrumentum dotis, famam, vel tractatum, & Alex. in fine d. conſilii dicit* communem. †Extende;quia matrimonium ad effectum legitimationis filiorum præſumitur ex cohabitatione maſculi, & fœminæ, licet quoad eos ſecus ſit; quia præſumuntur viuere in fornicatione. Roland.à Vall.*conſil.*92.*num.*21.*lib.*3 Dec. plene *in reg. nuptias,nu.*3. *ff.de regul.iur.& in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ.num.*39. *de conſtitut.* vbi, quod ex cohabitatione longa decem annorum, licet non præſumatur matrimonium quoad virum & mulierem, bene quoad legitimationem filiorum præſumitur.Geminian.*conſ.*16.*n.*5.*&* 6.*& conſ.* 27.*nu.*8.*& ſequen.*Dec.*conſ.*153.*num.*3.Curt.Iun.*conſ.*52.*num.*3. Pariſ.*conſil.*13.*num.*22.*lib.*2.*& conſil.*57.*num.*41.*& ſequen.* vbi *nu.* 46. dicit communem,*lib.*4.Palæott.*tract.de ſpur.cap.*19 *n.*10. vbi de *communi.Ferret.*conſil.*353.*num.*4.*& per tot.& conſil.*364.*num.*9. Cotta *deciſ.*22.apoſtilla ad Alexand.*conſil.*150.*n.*8 *lib.*5.*in ver. aliud.* Vide, *Legitimus an in dubio quis præſumatur,vel ſecus.Concl.*247.*nu.*16. *& ſeq.*†Extende;quia fama cum adminiculis, puta tractatus inuicem pro viro,& vxore probat ad effectum legitimitatis.Put.*deciſ.* 173.*lib.*2.† Amplia;quia quando agitur de probãdo matrimonio incidenter,& ſecundario,videlicet,quia non agitur de matrimonio principaliter,ſed de legitimitate, tunc probatur leuiori probatione.Rota *deciſ.*34.*lib.*2.*n.*19.In cauſa Roman. Domus 8. Iunii 1576.coram D.Cantuccio,vbi *nu.* 15. ponit exemplum in Saluiano,quod principaliter tractat de poſſeſſione, ſecundario de credito,vt leuis probatio crediti ſufficiat,idem in interdictis *quorum legatorum,& quorum bonorum*, in quibus agens incidenter probat ſe hæredem principaliter cauſa poſſeſſionis, & idem in dominio, quando incidenter agitur de eo,& quod matrimonium incidenter deductum ad effectum legitimitatis probetur faciliori probatione.Vide Rot.*deciſ.*357.*in prima parte.* † Extende; quia ad effectum legitimitatis ſola fama probat matrimonium.Palæot.*de ſpur.* 6.23.*n.*3.vbi de*comuni,ſequitur Rota *deciſ.*357.coram D. Graſſo in cauſa Valentina 18.Mart.1577.*lib.*1.vbi maxime dicit verũ concurrentibus coniecturis.†Imo,quod ſola fama ſine coniecturis probet ad effectum legitimitatis in antiquis eadem *deciſ.*357.*lib.*1. vbi in fi.dicit,quod antiquum dicitur in hac materia tempus 20. annorum.†Extende;quia fama, & aſſertio parentum, ſeu ſolius patris,qui fatetur in teſtamento matrimonium,& filiationẽ,probat.Ferret.*conſ.*353.*in prin.*†Extende maxime mortuis parentibus, vel altero eorum; quia ſufficit probatio communis reputationis, & quod ſit filius eorum, qui iugales reputabantur. Ferret.*d. conſ.* 353.*n.*4 *& ſeq.ver.quarto comprobo,*vbi,quod procedit, etiã ſi agatur de bonis fideicomiſſi;quia filiis non poteſt imputari, quare cautius ſibi non prouiderunt.†Extende;quia leuior probatio ad effectum filiationis ſufficit,etiam ſi per teſtes affines;quia non poteſt imputari filiis,ſicut imputaretur contrahentibus.Ferret.*conſ.* 346.*n.*9.†Reſtringe,ſi agatur ad effectum pœnæ, puta, vt puniatur quis,vt adulter; quia licet teſtes probent vidiſſe Seium commiſceri carnaliter cum Berta vxore Titii,& quod eſt publica vox, & fama, tamen non probatur adulterium; quia non probatur matrimonium inter Bertam, & Titium ex verbis enunciatiuis, neque per famam,licet agatur ſecundario de matrimonio. Barto. plene *conſ.*113.*Proceſſum eſt,lib.*1 *per tot.* † Amplia;quia matrimonium, & matrimonii cauſa dicitur fauorabilis, plene Maſcard. *Concluſ.*1023.†Extende;qa publicatis atteſtationibus poſſunt adhuc teſtes pro matrimonio examinari.Maſcard. *Concluſ.*1024.*per totam,*vt declarat.†Reſtringe,vt ibi per eum primo, quando non poteſt

poteſt habere effectum; ſecundo, quando non eſſet plene probatum, & obſtarent contra probationem imperfectã præſumptiones; tertio, quando impedimentum adeſſet; quarto, quando concurrit inæqualitas perſonarum; quinto, ſi contractũ eſt lite pendente; vltimo, ſi eſt clandeſtinum, ſed hanc vltimam declara vt infra *Concl.*152. † Amplia, quando lex inducit præſumptionem ad alium effectum, puta, quod pater appellãdo filium ſuum eum, qui non eſt legitimus, cenſeatur illum legitimare. Bartol. *in q.*11. incip. *Habeo filiũ, ver. ſecundo probatur. in print.* † Reſtringe; quia quicquid ſit de iure ciuili, de iure Canonico matrimoniũ non præſumitur, niſi probetur. Bartol. *conſ.*120. *Verucius, in fin. lib.*1. vbi, quod in ſtatu Eccleſiæ non eſſet legitimatus hoc modo. † Limita; quia non probatur matrimonium etiam ad effectum legitimitatis per cohabitationem 40. annorum, etiam ſi coram amicis, quando adeſt impedimentum profeſſionis, & non ſunt propoſita edicta, quando ſumus in loco, in quo ſolent proponi. Put. *decif.*139. *In vna Colonien. lib.*3. vbi dicit, quod licet diſpenſatio Papæ lapſu 30. annorum præſumatur, debet intelligi in iis, in quibus ſolet cõcedi, non in profeſſione, & repetit *decif.*257. *lib.*3. † Limita; quia non ita de facili præſumitur matrimonium, qñ non adeſt paritas, vt quia vnus nobilis, & diues; alter vero pauper eſt, & ignobilis. Ruin. *conſ.*51. *n.*8. *lib.*5. latiſſime Menoch. *conſ.*199. *li.*2. *in fi.* vbi plus dicit, quod etiam probato matrimonio non ſuccedunt, qñ non adſunt dotalia inſtrumenta propter inæqualitatem; & ideo filii non ſuccedunt, allegat ſe in *conſ.*16. vbi, quod quindecim Iureconſulti hoc tenuerunt. Bart. *d. conſ.*120. *Verucius, nu.*3. *& ſeq. lib.*1. *& q.*11. *Habeo filium, ver. ſolutio.* † Contrarium de iure Canonico, quod etiam cum publica meretrice valet matrimonium, plene Caſſad. *decif. vnica. de ſponſal.* plenius Syluan. *conſ.*2. *n.*73. *& ſeq.* vbi dicit* communem, & magis* communem etiam in terris Imperii, & quod non requiruntur dotalia inſtrumenta ad validitatem, reprobato Curt. Iun. *conſ.*136. Caſtr. *conſ.*429. *lib.*2. *n.*1. *col.*2. *in princ. ver. ſecundo dicit Bart.* †Extende; quia vbi non eſt æqualitas ſanguinis, & facultatum inter virum & mulierem cohabitantes, non præſumitur matrimonium. *l. quæro. ff. de rit. nuptiar.* Cagnol. *in l. ſi qua illuſtris, n.* 12. *Cod. ad Orficia.* Tiraq. *in l.*5. *connubial. n.*31. Ruin. *conſ.*63. *n.*12. *verſic. ſecus autem, lib.*2. †Extende; quia tunc etiam difficilior efficitur probatio; quia pater, & mater, qui alias ſunt idonei, & alii conſanguinei non admittantur, *c. ſuper eo, il ſecondo, de teſtib.* vbi gloſſ. *in ver. cum mater,* quam ibi omnes* ſequuntur, vt dicit Felin. *nu.*7. qui diſtinguit, niſi eſſet modicus exceſſus, & hoc in arbitrio iudicis eſſe debet, vt ibi Felin. Couarruu. *ſuper quarto decret. part.*2. *cap.*8. *num.*8. *ver. nam in hac coniugali.* vbi plures citat, maxime Pariſ. optime declarantem *conſ.*55. *n.*28. *& conſ.*58. *col.*1. *lib.*4. † Declara tamen, quando adeſſent alii teſtes vltra numerum iſtorum, prout duo, vel tres, vel quatuor in totum. Dec. *d. conſil.*162. *num.*27. †Idem, ſi adeſſent aliæ præſumptiones. Gabriel. *d. concluſ.*9. *de teſtib. num.*15. † Imo etiam ſtante diſparitate admittuntur parentes, fratres, & conſanguinei, quando eſt probatum, quod ſunt honeſtæ perſonæ. Vide plene Gabriel. *concluſ.*9. *de teſtib. nu.*17. *verſ. ſecundo ſublimita. & in fin.* †Reſtringe, niſi eſſet æqualitas ex alio, vt quia diues, & nobilis eſſet ſenex, alter vero iuuenis, ita Ruin. *d. conſ.*51. *nu.*21. *lib.*5. Felin. *cap. ſuper eo, il* 2. *num.*7. *in fin. de teſtib.* Dec. plene *conſ.*162. *nu.*26. vbi, quod etiam attenditur amor excedentis ad inducendum æqualitatem, & veriſimilitudinem, item, quod fiat compenſatio, ibi declarat Gabriel. *de teſtib. concluſ.*9. *num.*21. *ver. ſublimita quinto.* † Idem, ſi amor, pulchritudo, vel quid aliud præponderat. Rota *decif.*1353. *lib.*3. *in tertia parte.* Dec. *dict. conſ.*162. *num.*26. plene Anton. de Butr. *dict. ca. ſuper eo, il ſecondo, num.*9. *ver. oppono quod pater, de teſtib.* vbi, quod ſi nobilis valde diligeret plebeiam, æqualitas inducitur. † Limita; quia imo confeſſio amborum coniugum non probaret matrimoniũ, quando ageretur de re ſpectante ad alium, prout de feudo, fideicommiſſo, & ſimilibus. Alexand. & Boich. *in cap. per tuas, qui filii ſint legit.* Socin. Sen. *conſ.*39. *n.*5. *lib.*1. Aretin. *conſ.*13. *col.*5. Couarruu. *de ſponſ. part.*1. *cap.*4. §.1. *num.*4. *in fine.* † Extende maxime, quando confeſſio eſſet abſente parte facta. Franc. Ven. *inter conſilia matrim.* 61. *nu.*14. Paul. Merend. *conſil.*86. *nu.*36. & Anton. Galeat. Maluaſ. *inter conſilia eadem,* 84. *num.*10. † Limita; quia in matrimonio de recenti præſumpto ſolus annulus non probat matrimonium, quando non extat conſuetudo; ideo ex ſolo annulo non præſumitur matrimonium. Socin. *conſil.*39. *num.*3. *lib.*1. declara, vt per Maſcard. *concluſ.*1020. †Declara, vt plene per Maſcard. *d. Concluſ.* 1020. vbi limitat quoad ſponſalia: ſecundo, quando probatur delatio annuli, tanquam vxor, & immiſſio annuli in digitum, non traditio, & mulier eſt in ætate, alias ſecus. † Item ſola fama non probat matrimoniũ. Soc. *d. conſ.*39. *n.*3. *lib.*1. †Idem reputatio probata, quod eſſent coniuges nihil releuat, niſi ſit communis reputatio. Alex. *conſ.*153. *Viſis narratis. n.*12. *ver. non obſtat etiam, lib.*5. †Imo fama cum cohabitatione non probat matrimonium ſecundum* communem, de qua Soc. *d. conſ.*39. *n.*4. *lib.*1. † Item tractatus nihil releuat, neq; ſumi poteſt ex eo, quod ſimul conuerſantur, quando non habitant in eadem domo ad eandem menſam. Alex. *conſ.*153. *in fin. lib.*5. imo neq; ſi in eadem domo, eadem menſa, in eodem lecto verſentur, etiam cum donariis. Alex. *d. conſ.*155. *in fi. lib.*5. †Item nominatio in inſtrumento dotali, vel donatione propter nuptias non probat matrimonium. Soc. *d. conſ.*39. *n.*5. *lib.*1. † Item ſola eo- habitatio longa de iure Canonico non probat matrimoniũ. Soc. *d. conſ.*39. *n.*5. vbi dicit* communem etiam de iure ciuili hodie, *lib.* 1. Declara, vt per Maſc. *Concl.*1021. *n.*4 *& ſeq.* † Extende maxime, quando conſtat de initio concubinatus Caputaq. *de. iſ.*210. *in impreſſ. par.*2. †Declara, & limita multis modis per Maſc. *d. Concluſ.* 1021. vbi pro vtraq; parte, & diſtinguit, quod ſufficit cohabitatio per decem annos, quãdo non agitur contra aliud matrimonium, & quando extant coniecturæ aliæ pro matrimonio, alias ſecus. Vide Decian. *conſ.*470. *lib.*1. *n.*4. vbi ad effectum legitimitatis probatur. †Item tractatus inter virum & vxorem non probat matrimonium de recenti; quia alia etiam requiruntur. Soc. *d. conſ.*39. *n.*5. *ver. Bart. tamen. lib.*1. † Item inſtrumentum dotale non probat matrimonium, niſi alia cõcurrant, prout honeſtas matronæ, perſonarum æqualitas, ſanguinis dignitas, & alia veriſimilia, quod habitauerint ſimul continuo, quod ſe tractauerint vt tales, & à vicinis habiti fuerint tales, alias non probatur. Soc. *d. conſ.*39. *nu.*5. *in fi. lib.*1. vbi loquitur in præiudiciũ tertii. † Declara, vt per Maſc. *concluſ.*122. vt probet ſemiplene, & aliis concurrentibus plene, & quoad contrahentes, non in præiudicium tertii. †Quatuor igitur ſunt neceſſaria ad probandum matrimonium de recenti; primo diuturna habitatio in ſimul per decem annos; ſecundo tractatus ad inuicem pro viro & vxore; tertio, quod ſpecificentur actus ſpecifici tractatus, quia in genere non ſufficeret; quarto, quod vicini ſciebant, & iis concurrentibus communis eſt* opinio, quod probetur matrimonium, vel præſumatur. Socin. *d. conſ.*39. *Viſis. n.*6. *& ſequen. lib.*1. ſequitur Menoch. *conſ.*199. *n.*47. *lib.*2. Ferret. *conſ.*346. *n.*7. Pariſ. *conſ.*13. *n.*16. *lib.*2. Alexand. *conſ.*150. *num.*10. *& conſ.*153. *in fin. & conſ.*155. *in fin. lib.*5. Ruin. *conſil.*128. *num.*6. *lib.* 4. Celſus Hugo *conſ.*73. *nu.* 6. apoſtill. ad Bart. *conſ.*113. *in ver. per famam, in fin. lib.*1. † Contrarium tenet Rota, quod non requiratur decennium, & communis* opinio eſt contra Socin. ſi bene numerentur Doctores, vt tenet Rota *in decif.*66. *in tertia parte,* quæ allegat Pariſ. *conſil.* 57. *n.*45. *lib.*4. *& nu.*46. vbi reſpondet ad omnia allegata per Socinum *d. conſ.*39. *lib.*1. †Reſtringe; quia quando ſumus in matrimonio antiquo probando, vel præſumendo, magis de facili præſumitur ex nominatione, vel tractatu. Socin. *d. conſ.*39. *n.*2. *lib.*1. † Reſtringe multis modis, de quibus Maſcard. *Concluſ* 1021. vbi limitat quinq; modis. †Item confeſſio vnius ex coniugibus non probat. Abb. *in c. per tuas, in fin. qui filii ſint legit.* Natt. *conſ.*473. *n.*24. *ver. ſed quid plura.* † Declara; quia iſta ſingula non releuant, quando adeſt diſparitas, vt de cohabitatione longa Bald. *in l. in libera. ff. de rit. nupt.* Soc. *d. conſ.*39. *n.*2. *& 5. lib.*1. Celſus Hugo *conſ.*73. *nu.*5. Menoch. *conſ.*199. *num.*49. *lib.*2. † Declara ſecundo: quia ſi probant quoad contrahentes, non quoad præiudicium tertii. Ruin. *conſil.* 149. *n.*42. *ver. non obſtat, lib.*5. Pariſ. *conſ.*59. *n.*7. *&* 17. *lib.*4. Menoch. *d. conſ.*199. *n.*51. Natt. *conſ.*473. *num.*24. *in fin.* † Declara; quia quoad bona patris & matris procedunt præſumptiones; ſecus ſi agatur de feudo, fideicommiſſo, & ſimili præiudicio tertii. Nat. *conſ.*473. *n.*29. Iaſ. *conſ.*106. *col.*2. *lib.*1. Grat. *conſ.*62. *n.*10. *lib.*2. Vide ad prædicta omnia plene per Maſcardum *Concl.*342. *Concubinatus an probetur per longam habitationem.*

Matrimonium quam probationem requirat. Concluſ. 130.

MATRIMONIVM† probatur per famam communem, & tractatum, & nominationem, & ſic per non veram probationem. Gemin. *conſ.*27. *Super dubiis formatis, in princ.* Dec. *conſ.*15. *& ſeq.* Alex. *conſ.*88. *lib.*7. Grammatic. *conſ.*56. vbi dicunt, quod per famã communem, habitum, & tractatum, cohabitationem, & conuerſationem mutuam, vt vir, & vxor, probetur matrimonium. †Contrarium, quod matrimonium non probatur per publicã vocem, & famam. Bart. *conſ.*113. *Proceſſum eſt, n.*3. *ver. ſed per ea, quæ oſtenſa ſunt lib.*1. vbi apoſt. dat concord. *in ver. per famam,* quod non probatur, etiam ſi cum fama concurrat cohabitatio, & dicit, quod licet Innocent. *in c. illud, de præſumpt.* videatur tenere contrarium, tamen in fine tenet hanc partem. †Declara; quia probatur per famam cõcurrentibus aliis adminiculis, cõmunem* dicit Maſc. *Concl.*1025. vbi dicit, quod fama cum vno teſte probat matrimonium, quando non

do non agitur de dirimendo alio matrimonio, alias ſecus, & pro-
4 cedit tam in matrimonio carnali, quam ſpirituali. † Et quod ſola fama, & communis reputatio probet matrimonium, quando agitur ſolum de legitimatione. Dec. *conſil.* 152. *In effectu.* vbi late.
5 † Amplia, vt procedat etiam in concurſu cum alio matrimonio, quando in vtroque ſolum eſt facta probatio præſumptiua; quia pro primo matrimonio fertur ſententia etiam in concurſu. Ge-
6 min. *d. conſil.* 27. *num.* 4. *ver pro declaratione.* † Extende, vt idem ſit, ſi hinc inde plena probatio interueniret; quia pro primo matrimonio ſemper eſt iudicandum in pari probatione. Gemin. *d. conſ.* 27.
7 *num.* 6. † Amplia; quia vbi eſt paritas, vel modica diſparitas inter coniuges, matrimonium probatur per parentes mulieris, vel maritj. Franc. Aretin. *conſil.* 13. *Viſo diligenter, num.* 10. *ver. iis præmiſſis,* vbi idem, quod etiam fratres, & ſorores probant matrimonium eo caſu. Alexand. *conſil.* 143. *Quoniam abunde, num.* 5. *ver. præterea non*
8 *eſt probata, lib.* 2. † Extende; quia imo etiam colonus partiarius admittitur in teſtem pro matrimonio etiam clandeſtino, etiam contra aliud matrimonium publicum probatum per ſolos parentes, & conſanguineos; quia vere non dicitur domeſticus, ſed potius ſocius, & etiam admittitur, licet ſit pauper, dummodo ſit honeſta perſona, & maxime in ſubſidium licet in aliquo diminuatur de fide. Franc. Aretin. *conſil.* 13. *Viſo diligenter, num.* 14. *&* 15. *ver. venio*
9 *nunc ad quartum.* † Reſtringe; niſi iudex cognoſcat parentes, & conſanguineos nimis affectare matrimonium, & eſſe ſuſpectos; quia poſſet eos repellere. Franc. Aretin. *d. conſil.* 13. *num.* 10. *ver. iis*
10 *præmiſſis.* vbi, quod non repelluntur conſanguinei, qui in aliis admittendi eſſent, prout ſunt extra fratres, & ſorores; quia eo modo admittuntur in matrimonio probando. Alexand. *conſil.* 153. *Viſis narratis, num.* 6. *ver. quia licet teſtimonium. lib.* 5. † Et quod ſit arbitrarium iudici parentes, ac fratres repellere ex iuſta cauſa, ſicuti ſi ſine cauſa repelleret, eſſet iniquum, idem Aretin. *d. conſil.* 13. *num.* 11.
11 † Reſtringe; quia pater, & mater, & fratres, & ſorores mulieris in poteſtate patris exiſtentes repelluntur, quando dolo ſaltem præſumpto induxerunt ipſi contra proteſtationem ſibi factam ad contrahendum ſecundum matrimonium; quia cum fuerint ipſi affectantes, repelluntur. Franc. Aretin. *d. conſil.* 13. *num.* 10. *ver. ſed in*
12 *alio ſit diſtinctio.* † Reſtringe; quando agitur de dedecore; vt quia cognitio carnalis interuenit; nam tunc magis ſuſpecti ſunt conſanguinei, & mater, & fratres. Franc. Aretin. *d. conſil.* 13. *num.* 10. *in*
13 *fin ver. oſtendo etiam ex alio.* † Reſtringe, quando deponerent parentes, & fratres pro ſecundo matrimonio, quando extabat fama de primo matrimonio clandeſtino. Franc. Aret. *d. conſil.* 13. *n.* 11.
14 *ver. nam etiam.* † Reſtringe, quando plurimi alii aſſeruntur interfuiſſe matrimonio, & ſoli parentes, & fratres examinantur, ſunt ſuſpecti. Franc. Aretin. *d. conſil.* 13. *num.* 11. *ver. præterea cum in matri-*
15 *monio.* † Declara; quia ad probandum matrimonium, quando principaliter agitur de eo, requiritur probatio verborum vltra conſenſum; quia ad eſſentiam matrimonii requiruntur verba.
16 Bald. *conſil.* 195. *In hac cauſa, in princip. lib.* 3. † Declara totam iſtam materiam, vt pleniſſime declarat idem Franc. Aretin. *d. conſil.* 13. *Viſo diligenter, col. pen. num.* 22. *& quia audio.* maxime in *ver. nec obſtat*
text. in cap. ſuper eo, de teſtib. vbi dicit, quod in probando matrimonio admittuntur parentes, ſi inter contrahentes eſt æqualitas, vel modica inæqualitas, etiam ſi alii ſcirent; quia parentes præſumuntur magis informati; ſi vero alii extranei ignorarent, ſtat regula, quod in ſubſidium domeſtici, & parentes, & cohabitantes admittantur; ſecundo modo declarat, quod ad probandum matrimonium ſimpliciter admittantur domeſtici iuxta regulã, quod facta in domõ, &c. eo excepto, quod ſi iſti domeſtici ſunt etiam conſanguinei, vel parentes, quod eſt maximum vinculum, non admittantur, niſi adſit æqualitas inter contrahentes, vel modica inæqualitas; tertio modo declarat; quia ſit ſpeciale in probando matrimonio, quod poteſt ab aliis probari, vt parentes, & domeſtici, conſanguinei admittantur, quando inter contrahentes eſt æqualitas, vel modica diſparitas; ſi vero non poteſt ab aliis probari, prout matrimonium clandeſtinum; tunc admittantur, prout in probanda conſanguinitate ſimpliciter admittuntur, tanquam melius informati, & ſit ſpeciale fauore matrimonii, vt ad-
* mittantur ſimpliciter, quando ab aliis non poteſt probari, licet dicat* communem in contrarium, quod ſemper diſtinguatur an contrahentes ſint paris conditionis, & admittuntur; aut diſparis, & non admittuntur parentes; cum communi concurro; quia vbi eſt magna diſparitas, inſurgit præſumptio, quod non ſit contractum matrimonium, & ſaltem, quando probatio fit contra præſumptionem iuris, requiritur maior probatio, & integritas teſtium, vt in *ver. Præſumptio operatur multa, & quæ. Concluſ.* 734. vbi
17 late habes cumulata. † Amplia, quando ageretur de probando matrimonio non principaliter, ſed ad effectum prolis legitimæ, & ſucceſſionis; quia ſufficit probare, quod ita ſe nominabant, & tractabant, & quod mulier tanquam vxor deferebat annulum, & alia ſigna erunt ſufficientia, ſine quibus præſumeretur concubina. Bald. *d. conſil.* 195. *in princip. lib.* 3. Gemin. *d. conſil.* 27. *num.* 7. *ver. quandoque agitur.* & Rota ita tenuit coram R. P. D. Ioan. Baptiſta de Rubeis in cauſa Mediolanen. illegitimitatis, vt per Cott. *deciſ.* 22. plene Pariſ. *conſil.* 57. *num.* 41. *& ſeq. ver. ad aliud pro reſolutione, lib.* 4. vbi dicit communem*. Pariſ. *conſil.* 13. *num.* 22. *lib.* 2. Ruin. * *conſil.* 92. *num.* 3. *lib.* 3. Extende; etiam ſi ageretur de præiudicio tertii; quia non intelligitur de præiudicio reſultante ex ſucceſſione, ita Pariſ. *conſil.* 57. *num.* 46 *lib.* 4. & dicit* communem, allegat * Gemin. *d. conſil.* 27. Dec. *conſil.* 154. *In effectu.* vbi concludit, quod præſumptum matrimonium ſufficit quoad legitimationem filiorum, & ſucceſſionem, & Gabr. *conſil.* 21. *num.* 43. vbi de* commu- * ni. † Extende; quia quando agitur ſolum de legitimatione pro- 18
lis, matrimonium, ſola opinione matrimonii probata, dicitur ſufficienter probatum. Pariſ. *conſil.* 15. *num.* 45. *& ſeq. lib.* 2. & idem tenet Dec. *conſil.* 152. *In effectu.* † Extende; quia imo ſola quaſi poſ- 19
ſeſſio matrimonii ſufficit ad effectum legitimæ prolis, & vt ſuccedat; quia quaſi poſſeſſio transfert onus probandi contrarium. Ruin. *d. conſil.* 128. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 4. *& conſil.* 51. *num.* 18. *lib.* 5. † Ex- 20
tende; quia filius ex putatiuo, vel præſumpto matrimonio excludit ſubſtitutum. Socin. *conſil.* 59. *num.* 17. *lib.* 3. Rip. *in l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus. num.* 50. *ff. ad Trebellian.* Dec. *conſil.* 152. *In effectu, per tot.* maxime *in fin.* 1. *col.* allegat Dyn. *conſil.* 6. Capram *conſil.* 116. *Et ſi prima facie.* † Extende, quia ad effectum inducendi legitimationem 21
filii, qui non eſt legitimus, ſed naturalis, vel ſpurius, ſufficit, quod pater nominet illum in teſtamento filium ſuum; quia efficitur legitimus, *auth. ſi quis. C. de natur. liber.* † Reſtringe de iure Canoni- 22
co; quia non præſumitur matrimonium, niſi probetur. Bart. *d. conſil.* 120. *in fin. lib.* 1. † Reſtringe, vt non procedant, quando verba 23
eſſent aſſertiua, vel enunciatiua propter aliud, plene Bart. *quæſt.* 11. *Habeo filiam, in ver. ſolutio, ver. tertio eſt ſciendum,* vbi apoſtill. in *ver. principaliter, & in ver. quod probo.* dat concordant. & ſimilia. † Re- 24
ſtringe, quando matrimonium non poſſet honeſte ſecundum bonos mores contrahi, vel quando extarent filii legitimi. Bart. *d. q* 11. *ver. ſolutio,* vel ſi mulier non poſſet eſſe vxor, & idem repetit *conſil.* 120. *Verucius, num.* 3. *& ſeq. lib.* 1. vbi apoſtill. in *ver. nobilitatem,* dat concord. pro vtraque parte. † Amplia; quia ſententia lata pro 25
matrimonio, quæ tranſiuit in iudicatum, probat matrimonium, ita vt is, contra quem eſt lata, non appellans teneatur adhærere tali matrimonio. Rom. *conſil.* 367. *Circa primum, in princ.* vbi dicit communem*. † Extende ampliationem, vt procedat, quod ſen- *26
tentia, quæ tranſiuit in iudicatum, pro matrimonio lata probet matrimonium etiam ad effectum impediendi legitimationem per ſubſequens matrimonium factam de eo, qui natus eſt pendente tali matrimonio, vt non valeat talis legitimatio. Rom. *d. conſil.* 367. *Circa primum, per tot.* vbi eſt caſus. † Extende, vt nec valeat 27
renunciatio facta rei iudicatæ per eum, qui ſtat pro matrimonio ad tollendam probationem matrimonii, pro quo eſt lata ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum. Rom. *d. conſil.* 367. *num.* 3. *& ſeq. ver. quoad ſecundum.* † Extende, vt imo neque admittatur probatio 28
per confeſſionem amborum coniugum contra matrimonium, quando lata eſt ſententia pro matrimonio, quæ tranſiuit in iudicatum. Rom. *d. conſil.* 367. *num.* 5. *ver. iis tamen non obſtantibus.* † Re- 29
ſtringe, quando confeſſio eius, qui ſtat pro matrimonio, fieret contra matrimonium, antequam ſit lata ſententia, & ſic dum res eſt dubia. Rom. *d. conſil.* 367. *num.* 3. *& ſeq.* † Amplia; quia matri- 30
monium probatur iuramento, quando adeſt ſemiplena probatio pro matrimonio, & pars, quæ eſt contra matrimonium, defert iuramentum ei, qui ſtat pro matrimonio, & iurat. Rom. *d. conſil.* 367. *num.* 2. † Declara plene per Maſcard. *Concluſ.* 1030. vbi, quod de- 31
fertur iuramentum in ſupplementum, quando plus quam ſemiplene fuit probatum matrimonium, quando non extant coniecturæ contra matrimonium, perſona iurans eſt æqualis, & non agitur de dirimendo alio matrimonio, alias ſecus. † Amplia; quia 32
confeſſione coniugum probatur matrimonium dubium. Rom. *d. conſil.* 367. *nu.* 2. *ver. idem etiam videmus.* Abb. *in cap.* 2. *in* 2. *not. de clandeſt. deſponſat.* vbi apoſtill. in *ver. debet.* dicit hoc verum quoad contrahentes, & confitentes; ideo repertus dormire cũ muliere non punitur, ſi ambo fatentur contraxiſſe matrimonium. Bart. & Bald. *in l.* 1. *C. de confeſſ.* Alex. *conſil.* 1. *colum.* 5. *lib.* 3. & plene Pariſ. *conſil.* 13. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 2. vbi, quod in dependentibus à mera voluntate, prout eſt matrimonium, ſola confeſſio coniugum probat. † Reſtringe ſecus eſſe, quando ageretur de præiudicio tertii; 33
quia ſola confeſſio coniugum non præiudicat. Roman. *ſing.* 618.

Tu audiuisti, sed solum præiudicat confitentibus, & hæreditati eorum, Præpos. & Alex. *in cap per tuas, col. 2. & 4. qui fil. sint legit.* vbi Io. And. & Boich. Aret. *consil. 17. & consil. 36.* Ruin. *consil. 92. n. 9. lib. 3.* Socin. *consil. 39. n. 7. lib. 1.* Menoch. *cons. 16. n. 20.* vbi loquitur etiam in matrimonio subsecuto post prolem, vt ad feuda non succedant
* filii in præiudicium tertii, & dicit magis * communem, quando à principio debent esse legitimi. Franc. Aret. *consil. 13. Viso diligenter, num. 9. ver. de confessione*, vbi dat simile de debitore, vt non sua
34 confessio nó præiudicet creditori. † Imo neque præiudicat confessio coniugum sola filiis primi, vel alterius matrimonii. Boich.
35 *in d. cap. per tuas*, post Ioan. Andr. *qui filii sint legit.* † Contrarium, quod imo matrimonium confessione coniugum probetur, & sufficiat in præiudicium tertii, dummodo non in præiudicium
* alterius matrimonii. Gabr. *consil. 21. num. 43.* vbi dicit * commu-
36 nem. † Et quod filius ex putatiuo excludat substitutum. Socin. *consil. 59. num. 17. lib. 3.* Ripa *in l. ex facto §. sequis rogatus. num. 50. ff. ad*
37 *Trebellian.* † Declara; quia contrarium procedit mortuis coniugibus, qui steterunt simul, quia facilius præsumitur matrimonium, quam si viuerent. Cæpol. *consil. 5. num. 16.* Abb. in *cap. illud, num. 7. iuncto num. 14. de præsumptio.* & quando agitur de filiatione principaliter, & matrimonio incidenter. Paris. *consil. 13. num. 22.*
38 *lib. 2.* & supra in *ver. Amplia, quando. num 17.* † Vide omnino Masc. *conclus. 1026.* vbi, quod probat confessio coniugum præsente parte; secus absente parte, nisi sit geminata; secus est, quando ageretur de dirimendo alio matrimonio; quia non creditur tali con-
39 fessioni, sicuti neque confitenti, vel confessori peccatorũ. † Contrarium, quod etiam confessio geminata non probet secun-
*40 dum * communem. Crauett. *consil. 281. n. 6. ver. similiter.* † Amplia; quia secundum aliquos instrumentum dotis probat matrimonium quoad contrahentes, & quoad alios inducit semiplenam probationem. Rom. *sing. 451. Nunquid per instrumentum.* vbi apostilla. † Contrarium, quod instrumentum dotis non probet matri-
41 * monium in præiudicium tertii, est communis * opinio. Socin. *d. consil. 39. n. 7. lib. 1.* Riminald. *consil 446.* & ibi additio Alex *in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat.* Florian. in *l. & si cui. §. & horam, in 2. not. ff. si ser-*
42 *uit. vendic.* † Declara; quia instrumentum dotis non probaret matrimonium in præiudicium tertii. Bald. in *authent. si quis, num. 6. C. de eden. & in l. 2. num. 8. C. de execut. rei iudic.* Alex. *consil. 21. lib. 1.* Ruin.
43 *consil. 92. num. 9. lib. 3.* vide Iaf. *consil. 168. num. 8. lib. 4.* † Restringe ampliationem; quia fides gabellæ solutæ pro matrimonio bene probat solutionem, sed non matrimonium. Socin. *consil. 20. lib. 2.*
44 † Limita; nisi contraria probatio fortior alterius matrimonii concurrat; quia probatio fortior vincit minorem. Gemin. *d. consil. 27. in princ.* & vera probatio excludit præsumptam, vt ibi *num. 2. & 3.* vbi quod tunc non statur præsumptæ probationi, sed vere, & iudicatur pro secundo matrimonio plene probato, si primum est probatum solum ex præsumptione; quia licet non deficiat ius,
45 deficit tamen probatio. † Restringe hanc limitationem, vt non procedat respectu legitimationis, & successionis filiorum; quia si agatur de succedendo patri, & filii primi matrimonii, probant matrimonium per præsumptam probationem, filii vero alterius matrimonii probent plenissime de alio secundo matrimonio, non excludent filios ex primo; quia istæ probationes se non confundunt, sed omnes succedent. Gem. *d. consil. 27. n. 7. ver. quandoque*
46 *agitur.* † Extende hanc restrictionem, etiam si matrimonia prædicta inuicem stare non possent; quia eodem tempore essent durata; quia sufficit credulitas matris hinc inde. Gem. *d. consil. 27. n. 10.*
47 † Limita; quia testes interessati non probant matrimonium, vt quia affines consanguinei, & domestici, plene Paris. *consil. 15. n. 13. & seq. & per tot. lib. 2.* vbi, quod non valet argumentum, quod fauore matrimonii, quod in subsidium, &c. quia non procedunt i-
48 sta, vt ibi, maxime *num. 39.* † Extende maxime, quando agitur de dirimendo alio matrimonio; quia probatio clara requiritur. Paris. *consil. 59. num. 9. & seq. lib. 4* allegat Alex. *consil. 150. & 151. lib. 5.* &
49 idem Paris. *d. consil. 59. n. 32. & seq. lib. 4.* † Extende idem, quando matrimonium fuit clandestinum; quia etiam Sacerdos, qui interuenit in tali matrimonio, non facit semiplenam probationem.
50 Paris. *consil. 57. n. 37. & seq. lib. 4.* † Extende, quando esset contractum in actu venereo, & sic dum res turpis fieret; quia difficilius præsumitur, & difficilius probatur. Paris. *consil. 59. n. 22. & seq. lib. 4.*
51 † Limita; quia testes nõ probant matrimonium, licet deponant, quod Seius adulterauit Bertam vxorem Titii; quia illa verba, *vxorem Titii*, sunt enunciatiua; neque refert, quod adulterium non cadat, nisi extet matrimoniũ; quia testis non probat ea, quæ sunt iuris. Bart. *consil. 113. Processum est. n. 5. ver. non obstat, vsque in fin. lib. 1.*
52 † Limita; quia testes duo non iunguntur singulares ad probandum matrimonium. Alex. *d. consil. 143. Quoniam abunde, in prin. lib. 2.* & maxime, quando agitur de matrimonio probando, per quod aliud matrimonium dirimitur. † Extende maxime, quando sin- 53
gularitas est obstatiua; quia vnus de vno loco, alius de alio depo-
nat. Alex. *consil. 143. in princ. lib. 2.* † Limita; quia confessio alterius 54
coniugum, quod sit maritus, vel vxor non releuat, neque probat
matrimonium. Abb. *in cap. per tuas. qui fil. sint legit.* Natt. *consil. 473.*
n 24. & 25. † Limita; quia matrimonium clandestinum primum 55
non probatur contra secundum matrimonium publicum per v-
num testem, & per famam, & per confessionem coniugum, &
communem * dicit Fran. Aret. *consil. 13. Viso diligenter, n. 6. ver. secun-* *
do, & fortius. & est ratio; quia semiplena probatio vera cum semi-
plena probatione præsumpta non iungitur ad plenam probatio-
nem, & confessio coniugum in præiudicium tertii nihil relenat.
† Declara; quia in probando matrimonio clandestino requiritur 56
probatio clarior, prout in criminalibus; ideo licet semiplena pro-
batio vera, & semiplena præsumpta non iungantur; tamen iungi-
tur semiplena probatio vera, & plena probatio præsumpta, prout
immissio annuli plene probata, quæ inducit præsumptum matri-
monium probatum cum vno teste de matrimonio, & etiam pro-
baretur cum semiplena vera, & semiplena præsumpta, prout fama
adminiculata aliis probationibus, & adminiculis. Franc. Aret. *d.*
consil. 13. n. 8. in fin. ver. ad secundum, & n. 9. vbi late. † Et procedit de- 57
claratio, maxime, quando secundum matrimonium non esset
plene probatum, sed per testes suspectos, prout mater, fratres, &
sorores mulieris. Aret. *d. consil. 13. nu. 9. in fin. ver. ostendo, & num. 10.*
† Restringe; quia mezzadrus, & sic colonus partiarius admittitur 58
ad probandum matrimonium clandestinum, etiam si sit pauper,
dummodo sit honesta persona, & maxime, si esset solitus verlari
in domo, & verisimiliter informatus; quia in subsidium admitti
debet, licet diminuatur in aliquo de fide. Franc. Aret. *consil. 13. Viso*
diligenter. n. 14. & 15. ver. venio nunc ad quartum. † Imo, quod dome- 59
sticus, & familiaris admittatur ad probandum matrimoniũ clan-
destinũ; quia de sui natura est difficilis probationis, & de iis, quæ
geruntur in domo, & non est de genere prohibitorum, prout co-
pula carnalis cum consanguinea vxoris, *cap. in litteris, de testib.* ita
plene Franc. Aretin. *consil. 13. n. 17. ver. venio ad quintum.* vbi latissime
de intellectu *d. c. in litteris.* † Limita; quia solutio gabellæ dotis 60
non probat matrimonium. Socin. *consil. 208. col. 2. lib. 2.* † Limita, si 61
testes discordant, vt quia aliqui dicunt, quod primo fuit interro-
gatus sponsus, postea sponsa, alii contrarium, quod primo sponsa,
postea sponsus, non probatur matrimonium. Alex. *consil. 150. In*
causa. & lite, in princ. lib. 5. † Extende, quando testes interrogati de 62
verbis formalibus sunt diuersi in recitandis verbis, licet concor-
dent in substantia; quia non probant. Alex. *d. consil. 150. n. 2. ver. alia,*
& secunda, lib. 5. vbi apostill. dat concord. † Extende, quando testes 63
inducti à parte cõtradicunt confessioni partis; nam si pars dicat,
quod maritus iurauit matrimonium super imagine Crucifixi pi-
cti in charta, & papyro, & testes dicant, quod iurauit super imagi-
ne Crucifixi picti in tela lini, nõ probant; quia contradicunt con-
fessioni iuratæ partis in positionibus, quæ fuit præsens actui. A-
lex. *consil. 151. Repetitus, in princ. lib. 5.* vbi, quod procedit, etiam si pars
velit reuocare suam confessionem vti erroneam. † Contrarium 64
dicit ibi apostill. ad Alex. *d. consil. 151. in princ. lib. 5. in ver. papyro*, quæ
licet nihil alleget, certe pictura, siue in charta papyri, siue lini, non
diuersificatur, cum sit eadem, & error in similibus est facilis. † Li- 65
mita; quia causa matrimonialis dicitur grauis, & æquiparatur cri-
minali; ideo requirit clariores probationes, Mascard. *concl. 1030.*
n. 19. & seq. & est ratio; quia dicitur causa status secundum * com- *
munem, vt ibi, *n. 22.* Alex. *consil. 143. Quoniam abunde, n. 4. lib. 2.* vbi
reddit rationem; quia agitur de statu hominis. † Extende; quia 66
propterea imperfectæ probationes non iunguntur, vt ibi, *nu. 20.*
vbi dicit * communem. Alex. *consil. 143. in princ.* † Contrarium, */
quod iungantur, tenet Rota, vt per Caputaq. *decis. 206. num. 2.* vbi
dicit * communem, quod adminiculantur. † Restringe, quando */
agitur de matrimonio probando; secus si de dissoluendo, vel con-
tra aliud matrimonium. Mascard. *d. conclus. 1030. n. 21. & seq.* † Re- 69
stringe in matrimonio clandestino propter difficultatem proban-
di; quia iunguntur imperfectæ probationes, vt ibi, *num. 24.* quod
tamen declara, vt per Crauett. *consil. 271. col. penul. ver. non obstat.* vbi
dicit procedere, quando non potuit aliter contrahi, alias secus.
† Declara; quia quando agitur de annullando matrimonio, vel 70
contra aliud matrimonium; tunc dicitur causa status, & grauis, &
imperfectæ probationes non admittuntur; item si admittuntur,
debent esse in suo esse perfectæ, ita Mascard. *d. conclus. 1030. nu. 23.*
vsque in fin. vbi videas, plene Crauett. *consil. 281. num. 6. ver. secundo*
respondeo. † Limita; quia licet fama in ciuilibus semiplene probet, 71
& suppleat aliam semiplenam probationem; tamen secus est in
causa

causa matrimoniali, & maxime, quando agitur de probando matrimonio, per quod aliud matrimonium dirimitur. Alex. *cons.* 143.
72 *num.* 3. *in fin. & n.* 4. *ver. secundo non est tractandum, lib.* 2. † Extende; quia fama non probatur per testes consanguineos, & affines mulieris pro matrimonio, quando maritus est nobilis, mulier ignobilis. Item, quando agitur de probando matrimonio, per quod aliud matrimonium dissolueretur. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 5. *ver.*
73 *praeterea etiam, lib.* 2. † Idem si testes sunt compatres, vel cognatione spirituali coniuncti. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 6. *ver. quidam etiam,*
74 *lib.* 2. † Limita; quia in causa matrimoniali non est locus probationi per iuramentum in supplementum. Alex. *d. consil.* 143. *num.* 4.
75 *lib.* 2. † Limita; quia testes contra matrimonium, vt probent, debent esse omni exceptione maiores, *cap.* 1. *de consanguinit. & affinit.*
76 † Restringe, quando testis consanguineus esset vtriq; parti. Alex.
77 *consil.* 156. *Viso processu, num.* 7. & 8. *ver. quia respondeo, lib.* 5. † Restringe, quando sumus in iis, quæ communiter accidunt fieri secrete, prout si matrimonium esset clandestinum; quia tunc testes admittuntur, quales interuenire potuerunt, in subsidium. Alexand.
consil. 156. *num.* 10. *ver. posset etiam responderi, lib.* 5.

Matrimonium qualem probationem requirat. Conclus. 131.

1 TESTES † debent esse omni exceptione maiores, quando agitur de matrimonio contracto dirimendo gloss. *in cap.* 1. per illum text. vbi Abb. & cæteri in 3. *not. de consanguinit. & affinit.* sequitur Dec. *consil.* 310. *Visis diligenter.* vbi alleg. Barba. *consil.* 45. & *con-*
2 *sil.* 54. *lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam, quando agitur simpliciter de matrimonio probando; quia testes debent esse omni exceptione maiores. Barb. *d. consil.* 45. & *consil.* 54. *lib.* 1. alleg. gloss. fin. in *cap. in literis de testib.* q̃ dicit loqui, si agitur de primo matrimonio dirimendo præcipue, quod importat idem, quod maxime,
3 † Contrarium verius est; quia quando agitur solum de probando matrimonio non in præiudicium alterius matrimonii; tunc fauore matrimonii admittuntur testes nedum, qui non sunt omni exceptione maiores, sed domestici, & sufficit, quod sint probatæ vitæ, & bonæ opinionis, ita loquitur illa gloss. fin. in *cap. in literis, de testib.* quam male intellexit Barb. & pro hoc sunt iura apertissima.
4 † Regulam facias secundum Mascard. *conclus.* 1019. quod ex quo matrimonium non præsumitur, incumbat onus probandi asserenti, quod testes debent esse omni exceptione maiores ad probandum matrimonium; quia quando probatio habet præsumptionem contra se, testes debent esse omni exceptione maiores, vbi citat infinitos, & *num.* 5. dicit eos omni exceptione maiores, contra quos nihil potest opponi. Gabriel. *de testib. conclus.* 8. *in princip.* & citat infinitos. Curt. Iun. *consil.* 289. plene Menoch. *de arbitr. lib.* 1.
5 *quæst.* 27. *num.* 9. & *seq.* Aretin. *consil.* 13. *num.* 8. *in fin.* & 10. † Et dicit Dec. *consil.* 133. *num.* 4. *ver. Lucia pedissequa,* hoc procedere, quando
6 testes sunt suspecti. † Contrarium, quod imo mulieres etiam patentes, & affines admittantur; & tamen non sunt omni exceptio-
* ne maiores, communem * dicit idem Mascard. *num.* 7. & *seq. d. con-*
clus. 1019. Gabr. *d. concl.* 8. *de testib. ver. contrarium,* & plenius *concl.* 9.
* *in princ.* vbi dicit * communem, quod parentes, & filii, fratres, & sorores admittuntur pro matrimonio, vbi declarat, quando, &
* quomodo procedat, & hanc veriorem, & * communem ait Ferret.
* *consil.* 48. *in pr.* sequitur Rota *decis.* 209. *num.* 7. vbi de * communi
7 † *p. diuer. in nou.* † Declara, quando adsunt suspiciones contra probationes pro matrimonio. Rota *lib.* 1. *decis.* 26. *num* 5. *ver. non obstat.*
8 † Declara; quia vt admittantur, vel non, residet in arbitrio iusti iudicis, plene Couar. *de matrim.* 2. *p. c.* 8. *num.* 8. Gabr. plene *de testib.*
9 *concl.* 9. *num.* 28. *in* 5. *limit.* † Declara; quia si vrgent præsumptiones contra matrimonium, requiruntur omni exceptione maiores testes; si pro matrimonio, admittuntur faciliores probationes, & testes non omni exceptione maiores, ita conciliat Mascard. *d. con-*
10 *clus.* 1019. *num.* 11. & *seq.* Gabriel. *d. conclus.* 8. *de testib. num.* 3. Ferret.
11 *cons.* 364. *num.* 5. & *seq.* † Contra declarationem Gabriel. vbi supra, *num.* 3. *ver. contrarium.* † Declara, vt si agatur de probando matrimonio, testes ordinarii sufficiant, & non requiratur qualitas, quod omni exceptione sint maiores; si vero de dissoluendo,
* secus est, propter periculum scandali, communem * dicit Socin.
consil. 29. *Circa præsentem consultationem. num.* 8. & *seq. ver. non obstant*
allegata, lib. 2. sequitur confirmando idem Mascard. *d. conclus.* 1019.
num. 15. & *seq.* Dec. *consil.* 162. *In causa, num.* 12. & *seq.* & hanc partem tenet Rota Romana in causa Tullen. matrimonii 14. Ianuarii 1568. & iterum 14. Nouembris 1575. *diuers. p.* 1. *decis.* 26. Caputaq.
12 *decis.* 205. *impress.* † Declara, quando duo testes soli sunt, secus si plures sint. Dec. *d. consil.* 162. *num.* 14. vbi, quod supplentur ex nu-
13 mero, & communem dicit * Ferret. *consil.* 48. *num.* 15. † Contrarium Crauett. plene *consil.* 281. *col. antepen. ver. nec dicatur istos testes.*
† Extende; quia requiritur, quod hæc qualitas testium probetur, 14
& communem * dicit idem Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 16. † Ex- * 15
tende; quia debent esse iurati, nec sufficit remissio iuramenti, vbi
supr. *num.* 19. vbi de * communi. † Extende in matrimonio clan- * 16
destino. Curt. Iun. *consil.* 289. *num.* 34. Oradin. *decis.* 63. & 65. Cotta
decis. 280. † Contrarium tenet Rota *d. decis.* 209. *num.* 7. *p.* 1. vbi de 17
communi *. † Restringe in mediatore; quia idoneus est pro ma- * 18
trimonio. Vide Mascard. pro vtraque parte. *d. conclus.* 1019. *num.* 20.
& seq. † Restringe; quia parentes, & consanguinei sunt idonei 19
pro matrimonio filiæ, & consanguineæ, communem * Mascard. *
dicit ibi *num.* 23. *& seq.* & communem Gabr. *de testib. conclus.* 9. *in*
princip. † Idem in filiis pro parentibus; item in fratribus, & so- 20
roribus, & in quocunque alio coniuncto. Gabriel. *d. conclus.* 9. *de*
testib. in princ. & num. 5. vbi *num.* 8. extendit, etiam si adsit inter
contrahentes modica inæqualitas. † Declara, quando parentes, 21
& consanguinei non essent bonæ opinionis, vel si essent nimis appassionati, vel nisi filia, & consanguinea esset carnaliter cognita,
vt idem Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 25. & *seq.* & Gabriel. *conclus.* 9.
de testib. num. 15. & *seq.* vbi plene. † Declara; quia parentes, & con- 22
sanguinei non admittuntur, quando adesset disparitas inter contrahentes. Gabriel. *de testib. conclus.* 9. *num.* 10. & *seq.* vbi plene declarat extendendo, & restringendo multis modis, quos videas, vbi
quod fit compensatio in disparitate, & statur arbitrio iudicis, veluti si vnus magis sit nobilis, sed pauper, vel senex, alter ignobilis,
sed iuuenis, & pulcher. Alexand. *consil.* 150. *num.* 5. *ver.* & *licet. lib.* 5.
vbi tamen vult Alexand. quod ista probentur, & de eis constet,
vt intret arbitrium iudicis. † Restringe in familiaribus bonæ 23
conditionis, vt ibi *num.* 28. *ver. quarto limita.* † Restringe in ma- 24
trimonio clandestino, vide pro vtraque parte eundem, *num.* 29.
& seq. † Restringe, quando extant præsumptiones pro matrimo- 25
nio, vt supra in prima declaratione, & Mascard. etiam *d. con-*
clus. 1019. *num.* 32. *ver. sexto limita.* † Amplia etiam si agatur de ma- 26
trimonio clandestino; quia si agitur de dirimendo ipso matrimonio clandestino, vel ad impugnandum aliud matrimonium; tunc
requiruntur testes omni exceptione maiores, ita Rota in causa
Tullen. matrimonii coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Auditore Aldobrandino 14. Iunii 1568. *in nouis decis.* 209. *lib.* 1. vbi distinguit tres casus; primus est, quando agitur de dirimendo eodem,
vel alio matrimonio; secundus, quando de sola probatione matrimonii clandestini agitur; quia fauorabile dicitur quoad probationem; tertius, quando extarent coniecturæ contra matrimonium. † Restringe secus esse, si agatur simpliciter de matri- 27
monio clandestino probando; quia magis communis opinio est,
quod sufficiant testes regulares, & probatio regularis, & est magis * communis, & magis recepta, vt in eadem *decis.* 209. *lib.* 1. *per* *
totam. quæ reddit multas rationes, & maxime; quia agitur de peccato tollendo, vt clandestinum fiat solemne, & idem per omnia
Dec. *consil.* 162. *num.* 13. † Imo, quod probetur per famam, & v- 28
num testem, tenet eadem *decis.* 209. *lib.* 1. *num.* 7. & *seq.* vbi respondet ad contraria. † Amplia; quia si agatur contra matrimonium, 29
bene testes omni exceptione maiores requiruntur. Mascard. *d.*
conclus. 1019. *num.* 10. vbi communem, & magis communem. * *
† Contrarium Cæpol. *consil. ciuil.* 2. *num.* 2. vbi dicit * communem, 30 *
& *consil.* 3. *num.* 7. & *consil.* 4. *num.* 2. *in fin.* vbi dicit * communem, *
maxime, quando sunt vocati, licet non rogati. † Amplia; quia 31
testes ad probandum matrimonium debent concordare, nedum
circa factum principale, sed etiam circa circumstantias, ad hoc,
vt probent, plura Mascard. *d. conclus.* 1019. *num.* 34. † Contrarium, 32
quod sufficiat, si concordetur in facto principali, tenet idem
Mascard. vbi supra, *num.* 33. vbi plures allegat, Rot. *decis.* 430. *nu.* 3.
lib. 1. *in nouiss.* † Declarat; quia si duo testes concordant, & alii su- 33
perabundent, qui in qualitatibus discordent, probatur matrimonium; secus si duo soli, & discordes essent, ibi *num.* 35. † Declarat 34
etiam duobus aliis modis, ibi *num.* 36. videlicet si agatur de alio
matrimonio dirimendo, & *n.* 37. si discordent de directo procedit
ampliatio, alias secus. † Restringe, quando vnus, & idem testis 35
plus dixit in vno, quam in alio examine, si virtualiter eadem sunt
in vtroque examine, alias secus; & idem, si vnus plus dicat alio circa circumstantias, probant. Rot. *decis.* 196. *in* 3. *p. lib.* 3. *in nouiss.*
† Amplia; quia testes affectionati, & qui sunt suspecti, repellun- 36
tur, late Crauett. *consil.* 281. *n.* 3. *ver. sed præmissis. & per totum.* † Ex- 37
tende; quia pluralitas testium imperfectorum non supplet, quando omnes patiuntur in causa criminali. Crauett. *consil.* 281. *ver. nec*
dicatur, n. 6. vbi latissime. † Limita; quia valet examen relatiuum 38
ad primum examen in causa matrimoniali. Rota *decis.* 430. *in fin.*
lib. 1. coram Domino Seraphino. † Limita; quia vnus testis cum 39

fama

fama plene probat secundum communem, vt per Cæpoll. *consil. ciuil. 3. per tot.* vbi *num.* 10. dicit * communem maxime iunctis adminiculis de confessione, etiam per testes singulares, & absente parte facta, & idem dicit Capell. Tholos. *decis.* 172. quæ secus dicit ad dissoluendum, quando est solus vnus testis, & fama. † Extende, etiam si agatur de dissoluendo matrimonio, sufficit vnus testis cum fama, si alia concurrant adminicula. Caputaquen. *decis.* 206. *num.* 2. vbi de communi *. † Limita; quia in causa matrimoniali parentes admittuntur pro matrimonio. Io. de Im. *consil.* 135. † Extende multo magis, si sint consanguinei, & affines. Alex. *cons.* 149. *num.* 3. *lib.* 5. † Extende idem in causa dependenti à matrimoniali, prout est causa dotis. Ioan. de Anan. *consil.* 52. *ver. sed iis non obstanti-bus.* † Declara, vt procedat, quando non est disparitas inter personas matrimonio coniunctas, alias secus; quia parentes, & consanguinei eius, qui est disparis conditionis, non sunt idonei. Alex. *consil.* 149. *Viso processu, num.* 3. *ver. quia respondeo, lib.* 5. & iterum *consil.* 150. *In causa, & lite. num.* 4. *ver. capio nunc secundum. lib.* 5.

Matrimonium inter dispares conditione, quomodo probetur, vel non. Concluſ. 132.

1 MATRIMONIVM † non probatur, si iuuenis amore captus promisit aliquam in vxorem accipere multo disparis conditionis, licet iuuenis confessus fuerit eam carnaliter cognouisse, sed non animo contrahendi matrimonium; quia si aliunde non potest probari copula carnalis, talis confessio non præiudicat; quia debet in totum acceptari, Alexand. *consil.* 80. *In causa, & lite.* 2 *lib.* 7. † Extende, etiam si prima sententia sit lata contra confitentem, & non appellauerit; quia si est minor, potest petere restitutionem in integrum, tam aduersus confessionem, quam aduersus omissam appellationem. Alex. *d. consil.* 80. *In causa & lite verten-* 3 *te. lib.* 7. † Amplia; quia in foro conscientiæ non obstante desponsatione facta per iuuenem de puella, & carnali copula subsecuta eidem dicenti, quod non animo contrahendi matrimonium, sed explendi desiderium carnale cognoscebat, creditur, & propterea non esse matrimoniũ in foro conscientiæ, inquit Socin. *consil.* 119. 4 *Circa primum, lib.* 3. † Extende; quia is, qui contraxit matrimonium non animo consentiendi in eam, tanquam in vxorem propter gradus disparitatem, sed vt libidinem expleret, & cum ea rem carnalem habuit, vt retraheretur ab alio corriuali, licet tale matrimonium teneat quoad forum iudiciale, & contentiosum; tamen non tenet quoad forum pœnitentiæ; ideo Papa potest super eo dispensare, vt non sit impedimento alteri matrimonio, quod iuuenis vellet contrahere. Socin. *consil.* 28. *Circa primum quæsitum. lib.* 1. Vide duas Conclusiones prox. præcedentes.

Matrimonium debet esse liberum, & voluntarium. Concluſ. 133.

1 MATRIMONIVM † debet esse liberum, & voluntarium; ideo non valet stipulatio pœnæ, si non sequatur matrimonium. Hostiens. *in cap. Gemma, de sponsal.* Federic. de Sen. *consil.* 169. *Domino Corrado, per tot.* vbi reddit rationem, quare valeant arrhæ, & non pœna; quia inquit, magis de facili permittitur pœna, quæ solo verbo stipulatur, quam dentur arrhæ, & dicit ibi Feder. in princip. * quod est * communis opinio, quod non valeat stipulatio pœnæ, sed bene datio arrharum, & idem Feder. *consil.* 194. *In dubiis matrimonialibus, in princ.* vbi idem repetit Ang. *consil.* 234. *Punctus est, statuto Communis, num.* 2. *in fin. ver. contrarium puto.* Vide, *Arrha data quando perdatur, vel restituatur duplicata. Concluſ.* 445. *num.* 14. *& seq.* 2 † Extende, etiam si pœna esset in consequentiam, puta super arrhis datis, quod duplicentur, vel triplicentur. Angel. *d. consil.* 234. 3 *num.* 3. *ver. non tamen.* † Amplia, vt matrimonium debeat in tantum esse liberum, quod non valet statutum, neque lex prohibens filiosfamilias posse contrahere matrimonium sine consensu patris, & matris; quia licet hoc sit de iure ciuili, tamen ius Canonicum est seruandum, quod admittit consensum, & placitum parentum ex vrbanitate, non ex necessitate. Petr. de Anchar. *consil.* 21. *Pro solutione, num.* 3. *& seq. ver. ad secundum dubium.* vbi, quod tale statutum non valet. Abb. *consil.* 65. *in fin. lib.* 2. Alex. *consil.* 1. *nu.* 19. * *& seq. lib.* 3. vbi *num.* 21. dicit magis * communem. Alex. *consil.* 209. 4 *Ponderatis, num.* 14. vbi apost. in *ver. pœnam*, dat concord. *lib.* 6. † Extende in tantum non valere huiusmodi statutum, quod filiusfamilias non possit contrahere matrimonium sine patre, vel consensu alieno, vt nec possit imponere pœnam exhæredationis, vel priuationis filio contrafacienti. Petr. de Anch. *consil.* 21. *num.* 6. *ver.* 5 *& si dicatur statutum.* † Extende; quia neque valet dispositio testatoris, quod filia non possit contrahere matrimonium, nisi de consensu patris, vel alterius personæ, & non valet exhæredatio, si contrarium fiat. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem, in princip. lib.* 2. † Extende, & vt procedat etiam in filia fœmina minore, quia nedum potest contrahere matrimonium sine patre, *c. fi. de iud. in* 6. sed etiam ab inuito patre consequi debet suam dotem. Rom. *consil.* 486. *In casu, num.* 4. *ver. præterea.* vbi apostill. citat Boer. *decis.* 130. *Ista quæstio. n.* 7. † Declara; quia de iure Ciuili valet prohibitio, quod mulier non 7 nubat, vel non possit nubere sine consensu patris, licet si pater indigno copulare vellet, possit filia spernere patrem; de iure autem Canonico contrarium est; quia solum ex honestate, non ex necessitate consensus patris requiritur, vt not. *in cap.* 1. *de desponsat. impub. lib.* 6. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem in princip. ver. sed iis non obstantibus. lib.* 2. Angel. Aretin. *consil.* 74. *In casu prædicto, in princ.* † Restringe; 8 quia possunt parentes maritare eorum filios, & inducere eos ad consentiendum tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 1 *in fin. ver. aut quæritur, lib.* 2. † Imo procedit restric- 9 tio, etiam si filia inducta est à patre ad consentiendum in eum, in quem non consensisset, si fuisset sui arbitrii. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 1. *in fin. ver. aut quæritur, lib.* 2. † Et prædicta procedunt etiam in matri- 10 monio spirituali, vt parentes possint filios monasterio offerre, & ipsi debent consentire de honestate. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † Quin etiam pater, & auus possunt in morte eligere execu- 11 tores, qui prouideant, quod filia certam, vel incertam personam de familia accipiat in virum, & sic hæc patria potestas potest alteri committi post mortem patris, sicut tutela. Abb. *d. consil.* 65. *col.* 2. *in princip. ver. concludendum est ergo. lib.* 2. † Declara tamen; quia va- 12 leret statutum imponens pœnam filio nubenti personæ infami, vt pater, vel mater possint exhæredare, si contraxerit cum infami sine licentia eorum. Petr. de Anchar. *consil.* 21. *num.* 9. *& seq. ver. vel si dicamus.* † Imo valeret pœna imposita tutoribus, vel aliis con- 13 sentientibus in casu prohibito. Ang. *consil.* 92. *colum.* 2. *ver. de quinto.* qui loquitur in statuto Lucano. † Amplia; quia pater, mater, & 14 frater non possunt contrahere matrimonium pro filia, vel sorore; quia requiritur consensus contrahentis. Cardin. Zab. *consil.* 24. *Caius Seius.* † Extende; quia quicquid pater, & mater dicant, vel 15 promittant, non præiudicat filiæ, si ipsa non consensit. Castrens. *consil.* 45. *in princ. lib.* 1. allegat *cap.* 1. *de desponsat. impub. lib.* 6. *in fi.* Vide supra *num.* 8. *ver. Restringe.* vbi declaratur. † Declara tamen; quia 16 filia præsumitur habuisse notitiam de ratiociniis parentũ. Castr. *d. consil.* 45 *num.* 2. *ver. item dicta filia. lib.* 1. † Amplia; quia omnes, qui 17 possunt præstare impedimentum matrimonio, non possunt obligari ad pœnam pro matrimonio, vel cõtra matrimonium. Bald. *consil.* 165. *Casus est talis, num.* 5. *ver. item dictus Ioannonus. lib.* 2. † Am- 18 plia; quia matrimonium non valet, si est contractum per metum, qui probatur, si mulier ante protestata fuit. Bald. *d. consil.* 165. *n.* 6. *vsque in fin. ver. sed ponamus. quod verba, lib.* 2. vbi, qualis debeat esse protestatio, & quod non valeat matrimonium metu contractum. Boer. *consil.* 21. *num.* 42. *& seq.* vbi dicit * communem. Alexand. * *consil.* 80. *In casu, & lite, num.* 6. *ver. & per prox. dicta. lib.* 7. † Extende; 19 quia matrimonium dicitur contractum, quando aliter non probatur, quam per confessionem minoris, qui dicit per metum contraxisse; quia non diuiditur confessio. Alex. *d. consil.* 80. *In causa, & lite, num.* 5. *ver. posset etiam, lib.* 7. vbi apost. † Extende etiam si inter- 20 uenerit iuramentum. Grammat. *decis.* 103. *num.* 69. *& seq.* † Exten- 21 de; quia matrimonium debet in tantum esse liberum, vt contractum per metum, qui cadit in constantem virum, nõ valeat. Alex. *consil.* 156. *Viso processu. num.* 6. *ver. quarto præsuppono, lib.* 5. † Extende; 22 quia matrimonium dicitur per metum contractum, & non valet, si est repertus in domo, vel lecto cum muliere, & consanguinei mulieris armati superuenientes obtinuerunt, quod eadem nocte contractum fuit matrimonium, etiam si non interuenisset percussio, vel admenatio; quia sufficit terror armorum, & tale matrimonium debet rescindi, plene Alexand. *consil.* 98. *Quoniam, lib.* 3. *per tot. & consil.* 99. *eod. lib. per tot.* quod est Alexand. de Næuo. † Ex- 23 tende, vt procedat, etiam si is; qui passus est metum in matrimonio, fuit ipse in culpa, vt quia iuit in domum mulieris honestæ, penes quam fuit repertus. Alexand. *consil.* 99. *In casu prædicto, in prin. lib.* 3. quod est Alexand. de Næuo, allegat text. *in cap. veniens, el secondo, de sponsal.* † Amplia; quia pœna promissa per tutorem pro ma- 24 trimonio futuro pupillæ non valet, neque tenet. Bald. *consil.* 41. *Matrimonia debent esse libera, lib.* 4. *per tot.* Bart. *consil.* 45. *Vannes, in fin. lib.* 1. vbi, quod licet habeat tutor ius in persona pupillæ; tamen non potest pro ea contrahere matrimonium; quia impediretur per indirectum libertas matrimonii. † Amplia; quia non valet 25 exhæredatio patris de filia, etiam si nupsit indigno, & contra voluntatem patris. Dec. *consil.* 231 & communem * dicit Decian. *con-* * *sil.* 13. *num.* 17. *lib.* 1. † Contrarium tenet Paris. *consil.* 29. *Esto. vol.* 3. 26 Anchar. *consil.* 21. Alexand. *consil.* 97. *num.* 4. *lib.* 1. † Amplia; quia 27

non va-

non valet matrimonium contractum per procuratorem reuocatum, etiam ſi ignoret reuocationem. Cardin. Zabarell. *conſil.24.in fine.* † Amplia; quia non valet prohibitio, vel mandatum patris, quod filia non nubat, niſi cum conſenſu certæ perſonæ. Alexand. *conſil.209.num.18. ver.fortius. lib.6.* † Amplia; quia non valet lex, neque ſtatutum, per quod impeditur, vel reſtringitur libera libertas matrimonii contrahendi. Crauett. *conſil.461.num.47.* allegat Curt. *conſil.27.col.3.* qui *num.3.* dicit * communem, & alios. Cephal. *conſil.319.* vbi, *num.18.* alios allegat, videlicet Calcan. *conſil.30.* Riminal. *conſil.427.num.10.* allegat Rom. & Alex. *in rubric. ff. ſolut. matrim.* qui dicit * communem, *conſil.455.num.36. & ſeq.* vbi idem * repetit, & communem, & magis * communem Iul. Clar. *in § fin. ſupraxi, quæſt.82. in ver. ſtatutum, el terzo.* † Extende; quia non valet ſtatutum Mutinæ prohibens bona poſſe dari in ſolutum forenſi; quia non comprehendit caſum reſtitutionis dotis, ex quo in conſequentiam impediret matrimonium, quod ſine dote non fit ita facile. Anton. de Butr. *conſil.35.nu.2. & ſeq.* † Extende; quia non valet ſtatutum, quod agnati inter ſe non poſſint contrahere matrimonium ſub pœna. Corſett. *ſingul.9.in ver. ſtatutum.* † Extende; quia non valet prouiſio Bononiæ reſtringens dotes; quia tollit liberam facultatem, & libertatem matrimonii cõtrahendi. Marſil. *ſing.589. Alias de anno.* † Extende; quia non valet ſtatutum auferens lucrum à muliere, ſi nubat cum raptore. Cephal. *conſil.319. num.14.* Abb. *conſil.12.num.3.lib.1.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel lex ciuilis prohibens contrahi matrimonium cum tutore, vel illius filio, Cephal. *conſil.319.num.15.* † Idem, quod Rector Prouinciæ non poſſit matrimonium contrahere; quia non valet. Abb. *conſil.12.nu.3.lib.1.* † Extende; quia ſicuti non valet ſtatutum; ita neque valet voluntas teſtatoris. Cephal. *conſil.319.nu.20. & ſeq.* † Et generaliter non valet vllo modo ſtatutum, vel lex laicorum prohibens, vel reſtringens matrimonium; quia ſunt ſublatæ. Cephal. *conſil.319.num.12. & num.22.* † Extende; quia non valet ſtatutum, quod non valeat matrimonium contractum ſine conſenſu patris ſecundum * communem. Decian. *conſil.13. num.9. lib.1.* vbi *num.12.* quod multo magis non valet ſtatutum, vel prohibitio teſtatoris, ne nubat ſine conſenſu alterius. Abb. *conſil.12.num.3.lib.1.* & communem * dicit Dec. *conſil.230. Vi, o caſu, in princ.* & communem * dicit in filio Rimin. Iun. *conſil.133.n.14. & ſeq.* Angel. Aretin. *conſil.74. per tot.* † Extende; quia imo ſi nupſit filia contra expreſſam prohibitionem patris, ne nuberet tali, vel patre viuente contra illius prohibitionem ſub pœna priuationis, adhuc non poſſet priuari. Decian. *d.conſil.13.num.13. & ſeq.lib.1.* vbi alios allegat, maxime Abb. *conſil.12.num.3. ver. quid plura, lib.1.* vbi limitat, niſi filia ſine dote nupta eſſet; quia tunc pater non tenetur dotare, & vide Riminald. *conſil.133.num.17.* vbi dicit * communem, quod non poteſt filius exhæredari, ſi nupſit perſonæ honeſtæ, alias ſecus. Ruin. *conſil.8.in fin.lib.3.* † Et quod non valeat exhæredatio facta per patrem contra filiam; quia nupſit contra conſenſum, & præceptum patris, communem * dicit Dec. *conſil.230.col.pen.* & idem in ſtatuto priuante filiam, ſi nubat ſine conſenſu patris, & matris. Alex. *conſil.97.in fine.lib.1. per tot.* Anch. *conſil.21.* & magis cõmunem * dicit Alex. *d.conſil.97.in fin.lib.1.* & magis communem * Iul. Clar. *d. §. fin.quæſt.82.nu.3. ver ſtatutum, il terzo.* Alex. *conſil.209. Ponderatis, in princ.* maxime *nu.13. & 14. lib.6. & n.16.* vbi, quod hodie non valet; quia non eſt inter cauſas expreſſas. † Contrarium tenet apoſtill. ad Dec. *d.conſil.230. in ver. puniatur, & in ver. contrarium,* & apoſtilla ad Alex. *conſil.97.lib.1. in ver. valere.* vbi, quod datum eſt arreſtum in Francia, quod non nubat ſub pœna capitis. Pariſ. *conſ.29.n.42.lib.3.* dicit * communem, & refert Iul. Clar. *in §. fin.quæſt.82. ver. ſtatutum, terzo, n.3.* qui dicit * communem; & hæc fundatur in opin. Bart. *in l. ſi cum.* C. *de nuptiis. g.lib.11.* † Declara; quia ſi nuberet perſonæ infami, & indignæ, ex qua dehonoraretur familia; tunc poteſt exhæredari. Anchar. *conſil.21.* ſequitur Alex. *conſil.97.num.4. ver. vnde concludit. lib.1.* & ita declarat Angel. Aretin. *conſil.74. In caſu prædicto. nu.10. & ſeq. ver. ſed iis non obſtantibus.* † Et procedit declaratio, etiam ſi filia nobilis mortuo patre nupſiſſet vili perſonæ, & ſpurio; quia licet matrimonium valeat; tamen, quia conturbat honorem patris mortui, ſicuti ſi hoc feciſſet viuente patre poſſet exhæredari; ita eo mortuo priuatur dote, vt ſolum habeat dotem conuenientem conditioni mariti, etiam ſi extaret ſtatutum, quod mulier, quæ non fuit dotata per patrem, debeat habere eandem dotem, quam habuerunt ſorores. Angel. Aretin. *d. conſil.74. In caſu prædicto, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contra. † Contrarium tenet Alex. *d.conſil.209. in princ.* & ibi apoſtill. *num.3. in ver. indigno,* quæ citat pro vtraque parte, *lib.6.* & maxime *num.13. & 14.* vbi, quod matrimonium debet eſſe liberum, & non valet ſtatutum, quod non poſſit nubere ſine conſenſu patris, vbi *num.15. ver. præterea,* dicit, quod ſi filia viuente patre nubit indigno; tunc pater non tenetur dare dotem, niſi condignam viro; ſed ſi eam dedit, vel legauit, & nupſit poſt mortem patris indigno, non habet locum, vt minuatur. † Declara; quia ſi poſt mortem patris non minuitur legatum dotis, licet indigno nupſerit; quia quicquid ſit in legato, quod perdatur, ſi fiat iniuria patri leganti, quod perdatur, applicatur fiſco, non hæredibus patris, qui non poſſunt opponere de iure fiſci, & non habet locum, quando legatum eſt pro dote, quæ ſuccedit loco legitimæ. Alex. plene *d.conſil.209. num.18. in fin. cum ſeq. ver. non obſtat 4.lib.6.* vbi apoſt. *in ver. loco.* dat concord. † Declara; quia ſi ſtatutum eſſet cum participatione Cleri, quod conſenſus patris requiratur, valeret. Celſus Vgo *conſil.38.* ſequitur Rim. Iun. *conſil.133.num.17.lib.2.* † Declara; quia ſi opinio Bart. eſt in vſu, & de conſuetudine, illa ſeruatur, alias non, ita Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt.82.* † Extende; quia non valet ſtatutum pœnale in permiſſis, vt mulier non nubat ſine certo conſenſu ſub pœna. Alex. *conſil.97.num.2.* vbi apoſtill. *in ver. nec etiam,* quæ allegat plurimos, *lib.1.* & in fine dicit communem *, & magis communem, ſequitur Marſ. *ſing.589. alias de anno.* vbi plurima, Iul. Clar. *d. §. fin. in ver. ſtatutum, il terzo, q.82.num.4.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel lex laicalis, quæ interdicit matrimonium ad tempus; ideo ſtatutum, quod ſeruetur ius Ciuile, non poteſt facere reuiuiſcere leges abrogatas de pœna nubentis intra annum luctus. Capra *conſil.70. per tot.* maxime *n.12. vſque in fin.* † Declara reſtrictionem; quia non habet locũ ſtatutum, ſi nubat Ciui, vel habenti derogationem ſtatuti; quia derogatio eſt fauorabilis, quæ reducit ad ius commune; ideo ſufficit clauſula generalis, *non obſtantibus.* Crauett. *d.conſil.610. & per tot.* allegat Curt. Sen. *conſil.35.n.36.* Guido Pap. *conſil.65.n.16.* Iaſ. *conſil.73.col.1. in fin.lib.1.* Ruin. *conſil.126. col fin.lib.5.* † Extende; quia non valet ſtatutum, vel voluntas teſtatoris prohibens filiam nubere ante ætatem 17. annorum. Cephal. *conſil.319. per tot.* Abb. *conſil.12.n.4.lib.1.* † Contrarium dicit Aretin. *conſil.67. in princip.* quando non ſit fraus matrimonio, vt quia dilatio eſt honeſta, non talis, per quam non reperiret maritum. † Declarat Cephal. non procedere prohibitionem matrimonii ſub pœna, ſed bene procedit inuitatio, vt non contrahat cum certis perſonis ſub pœna. *conſil.319. num.25. & ſeq.* † Declara, quod dicitur valere ſtatutum prohibens mulierem poſſe contrahere matrimonium ante 25. annum ſine licentia patris, procedere, quando eſt cum conſenſu Epiſcopi; quia tendit ad honeſtatem. Rim. Iun. *conſil.133. num.17.* vbi allegat Celſum Vgonem *conſil.38.* vbi dicit idem, ſtatutum eſt cum participatione Cleri. † Reſtringe; quia valet ſtatutum, quod filia ab inteſtato non ſuccedat patri, ſi nubat forenſi; quia cum hæreditas deferatur ab inteſtato à lege, poteſt etiam per legem tolli Crauett. *conſil.610. Lege municipali, in princ.* † Contrarium, quod imo non valeat. Cephal. *conſil.319. num.18.* vbi alios allegat, & *num.10. & ſeq.* dicit leges ciuiles non eſſe attendendas, & laicos non poſſe aliquid ſtatuere. Capra *conſil.70. in fin.* vbi, ꝙ non agitur de ſucceſſione, ſed de pœna, & eſt * communis opinio, quod non valet. Curt. Sen. *conſil.27.nu.3.* Iul. Clar. *in prax. in §. fin. quæſtio.82. in ver. ſtatutum, il terzo,* vbi, quod eſt communis, & magis * communis, quod non valet etiam quoad pœnam. † Ex teſtamento autem, an valeat ſtatutum auferens hæreditatem ex teſtamento, dubium eſſe, inquit Crauet. *d.conſil.610. in princip.* † Amplia; quia etiam dicitur impediri matrimonium, ſi teſtator pater prohibeat ſub pœna, ne filia ſua nubat, niſi habeat 17. annos. Cephal. *conſil.319. Magnificus dominus, per tot.* † Contrarium, quod imo valeat legatum factum mulieri, ſi non nupſerit intra viginti annos, & non debeatur, ſi primo nubat. Aretin. *conſil.67. Diligenter, & mature, colum.1. ver. vento ad primum.* † Declara; quia non valeret etiam dilatio facta in fraudem matrimonii, puta ſi eſſet talis dilatio, per quam non inueniret maritum. Aretin. *d conſil.67. colum.1.* † Declara ſecundum Cephal. quia non valet etiam prohibitio ad tempus ſub pœna, etiam ſi agatur de perdendo lucro radicato; quia dicitur pati damnum; ſed bene valet pœna, & priuatur legato, quando factum eſt legatum, ſi nubat tali; quia poteſt inuitari ad contrahendum cum certa perſona. Cephal. *d.conſil.319. num.25. & ſeq.* † Extende; quia non valet etiam priuatio ſucceſſionis facta per partem filiæ, ſi non nupſerit intra vigeſimum annum; quia iſtud præceptum, & pœna compellit matrimonium neceſſario; ideo non valet. Cephal. *conſ.455. num.36. & ſeq.* allegat Cæpoll. *conſil.ciuili 2.* Bero. *q.84.num.6.* † Extende; quia licet valeat legatum factum pro dote, vt nubat cum conſenſu talis; tamen reiicitur conditio de conſenſu talis, communem * dicit Decian. *d.conſil.13.num.16.lib.1.* † Amplia, quia de iure ciuili etiam nepos non poteſt ducere vxorem cum conſenſu aui, niſi etiam adſit conſenſus patris in poteſtate aui exiſtentis. *l.*

oratio-

oratione. §. 1. *de ritu nupt.* de quo Rom. *consil.* 512. *Quoad primum. num.* 6. *ver. nec huic conclusioni.* vbi reddit rationem specialitatis, ne pater possit conqueri, quod habeat hæredem filium filii, quem non vellet habere; secus si nepos ex filio ducat neptem ex alio filio in vxorem de iure Ciuili; quia solus consensus aui sine patre sufficit. *l. si nepotem. ff. de rit. nupt.* sed hæc omnia sunt correcta de iure
65 Canonico. † Amplia; quia licet lex Ciuilis mandet fœminas non posse nubere ante vigesimumquintum annũ sine licentia patris, & si contrarium faciant, possunt exhæredari tanquam ingratæ, *auth. & si post. C. de inoff. testam.* tamen; quia matrimonium debet esse liberum, correcta est lex Ciuilis, & attenditur ius Canonicum circa Sacramenta, late Abb. *consil.* 12. *Vt clare materia, in princip. lib.* 1.
66 vbi tollit omnia contraria. † Extende; quia non valent leges Ciuiles, quod Rector Prouinciæ non possit contrahere cum subdita, neque statutum, vel lex, quod tutor non possit contrahere cum pupilla facta adulta, vel quod raptor non possit contrahere cum rapta; quia alias matrimonium, quod debet esse liberum, impediretur; ideo leges correctas esse, quod intra annum non nubat à die mortis viri, plura Abb. *d. consil.* 12. *num.* 3. *lib.* 1. vbi, quod *c. hortamur.* 32. *quæst.* 2. quod videtur comprobare leges, ne puella sine patre contrahat, sint de honestate; & ideo tenetur pater dotare fi-
67 liam contrahentem sine sui licentia. † Declara; quia si filia sibi reperisset sine patre virum, qui eam desponsauit sine dote; tunc non tenetur pater dotare; secus si cum dote; quia tenetur dotare, vel post mortem patris debet consequi legitimam, vel si pater præteriit eam, potest dicere testamentum nullum, & succedere, pleне Abb. *d consil.* 12 *num* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia non valet statutum,
68 per quod impeditur matrimonium, etiam per indirectum, puta, quod mulier non possit disponere, neque alienare, nisi quartam partem bonorum suorum, (prout Senis) vbi debet reseruari filiis; quia non habet locum in dote, si non vult nubere secundo, vel tertio; quia per indirectum impediretur matrimonium. Anchar. *consil.* 380. *Cum ex dispositione, nu.* 3. vbi loquitur in statuto Senensi,
69 & in *consil.* 381. quod est Franc. de Rampo. † Extende; quia statutum aliud Senarum, quod nulla persona possit contrahere matrimonium, vel sponsalia cum aliquo Ciue Senarum sine consensu patris, vel aui paterni; aut si nõ extant sine consensu trium proximiorum consanguineorum, non valet, cum sit impeditiuum matrimonii. Abb. *consil.* 65. *Ad decisionem, in fin. lib.* 2. licet in prin. dicat, quod bene de honestate debent filii, & filiæ habere consen-
70 sum parentum in contrahendo matrimonio. † Amplia; quia non valet decretum iudicis, quod pupilla sponsa educetur penes sponsum, quando est suspicio, quod insidietur pudicitiæ; quia per indirectum prohiberetur matrimonium liberum, ne posset puella reclamare à sponsalibus, & quicquid sit, per quod libera facultas contrahendi matrimonium expresse, vel tacite impeditur, non
71 valet. Bart. in sua *quæstio.* 16. *Quæritur, vtrum, in princip.* † Extende in tantum, vt neque spes futuri matrimonii dehonestari possit,
72 Bart. *d. quæst.* 56. *in princip. ver. quarto sic.* † Amplia; quia licet de iure Ciuili pater possit contrahere sponsalia, & matrimonium pro filia, quæ non debet, nec potest contradicere patri, nisi daret pro marito turpem personam, vel moribus indignam. *l. sed ea, quæ patris. ff. de sponsal.* tamen secus est de iure Canonico, *c. sufficiat* 27. *q.* 2. gloss. & Abb. *in c.* 1. *de desponsa. impub.* vbi etiam, quod attendi debet
73 ius Canonicum, non ius Ciuile in hac materia. † Limita; quia licet non valeat statutum laicorum impediens matrimonium; tamen statutum quoad qualitatem valet; ideo si statutum dicat, quod Guelphus non nubat Gebellino sub pœna capitis, & contra fiat matrimonium, valet, sed pœna habebit locum; quia qualitas puniri potest. Corset. *sing.* 9. *in ver. statutum.* vbi latissime distinguit, quod si honeste possunt nubere seruato statuto, pœna
74 habet locum, alias non. † Extende; quia valet statutum, quod personæ diuersarum terrarum nõ contrahant matrimonium sub pœna; quia licet matrimonium sit validum; tamen pœna committi potest. Bart. per illum text. *in l. edicimus. C. de murileg. lib.* 11. sequitur Felin. *in c.* 1. *de sponsal. num.* 20. vbi concord. allegat; sed ta-
75 men videtur reprobare, quasi impediatur matrimonium. † Extende; quia valet dispositio testatoris, quod filia sit instituta, si maritaretur in certum genus personarum de agnatione, & licet non possit compelli de honestate; tamen tenetur, & valet dispositio testatoris, & potest induci puella ad consentiendum, licet non compelli. Abb. *consil.* 65. *Et primo, an dispositio, lib.* 2. *in princ.* alias
76 incipit, *Ad decisionem.* † Extende octo modis, de quibus per Felin. in *d. cap.* 1. *de sponsal.* vbi ponit regulam cum quatuor declarationibus, seu ampliationibus, & octo limitationibus, vide omnino
77 eum. † Extende; quia valet dispositio, & pœna, quod maritus te-
* neatur cum vxore in terra sua habitare, communem* dicit Capic. *decis.* 135. *in princip.* vel in certo loco, vel certa domo. Franc. Marc. *decis.* 740. *per totam. lib.* 2. Capel. Tholos. *decis.* 87. item fuit quæsitum, allegant Doct. *in c.* 1. *qui matrim. accus. poss.* † Extende, vt proce-78 dat, etiam si in certa domo fuerit conuentum semper habitare per maritum, vel alium sub pœna, nõ obstante, quod sapiat quandam seruitutem, per quam perditur libertas, ita Capic. *d. decis.* 135. *in fin.* vbi allegat Roman. dicentem, ita obtinuisse, & hanc partem tenet Franc. Marc. *decis.* 740. *lib.* 2. *num.* 2. vbi, quod ista pars conuenit 79 matrimonio, & non est contraria. † Contrarium, quod imo non valeat dispositio testatoris, neque partium, per quam homo liber se obliget ad seruitutem perpetuam; quia est quædam amissio libertatis, & ita consuluisse Aduocatos Romæ dicit Capic. *d. decis.* 135. *num.* 4. per text. *in l. Titio centum.* §. *Titio centum relicta sunt.* ita vt à monumento non recedat. *ff. de verb. oblig.* † Declara; quia valet 80 talis obligatio, si fiat per modum conditionis, vel quando imponitur tale onus libertæ. Capic. *d. decis.* 135. *in fin.* & etiam *num.* 4. † Restringe, nisi ex necessitate teneretur recedere, vel non posset 81 implere dispositionem promissam. Capic. *d. decis.* 135. *in pr.* veluti propter inimicitias, vel aliud impedimentum; quia tunc vxor tenetur illum sequi. Franc. Marc. *d. decis.* 740. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. † Veluti quando ex intemperie aeris, vel ex inimicitia expediret 82 recessus. Capel. Tholos. *d. decis.* 87. *Item fuit quæsitum.* † Limita; quia dari possunt arrhæ, & promitti duplicatæ in euentum, quod non sequatur matrimonium, nec propterea matrimonium dici potest esse coactum. Federic. de Sen. *d. consil.* 169. *in fin.* vbi ponit rationem 83 diuersitatis. † Declara; quia si arrhæ non essent datæ vere, & actualiter, non valeret confessio sola. Feder. de Sen. *d. consil.* 169. *ver. præterea, num.* 2. vbi, quod quando sunt confessatæ arrhæ in fraudem pœnæ, non valet talis confessio, & idem tenet *consil.* 194. *circa med.* vbi, quod huius opinionis erat D. Vgolius Episcopus Perusinus. Anton. de Butr. *consil.* 70. *num.* 2. *& per tot.* vbi apostill. 84 dat concord. *in ver. confessio.* Bart. plene *consil.* 45. *Vannes Pauli, lib.* 1. vbi apost. in *ver. & non data*, allegat concord. & Bart. *in d. consil.* sequitur Ias. *in d. l. Titia. num.* 24. *ff. de verb. obligat.* † Extende in tan-85 tum prohiberi confessionem arrharum etiam hinc inde factam per vtramq; partem, vt nullo modo probet, vel attendatur; quia omnes pœnales conuentiones sunt à iure reprobatæ, nisi quatenus reperiantur permissæ. Anton. de Butr. *d. consil.* 70. *num.* 2. & 3. vbi plena apostill. in *ver. confessio.* inter alios citat Tiraquell. *de retract. conuentio.* §. 7. *num.* 55. & Bart. *d. consil.* 45. *Vannes, per tot. lib.* 1. † Extende, vt neque consuetudo possit approbare, hanc confes-86 sionem arrharum hinc inde factam probare, vt ei detur executio; quia cum sit prohibita à iure, non substinetur; imo consuetudo, quod confessio fiat de non recepto, probat non receptum; item quia consuetudo, licet approbet modum contrahendi cum pœna confessata; non tamen approbat talem pœnam posse exigi. Anton. de Butr. *d. consil.* 70. *num.* 3 *vsque in fin.* & ita etiam consuluit Io. Petrutius, vt ibi in fin. † Restringe; quia bene valeret confes-87 sio arrharum ex parte illius, qui dicit arrhas recepisse, dummodo contrarium non probetur; secus, quando hinc inde essent datæ. Couarr. *in epitom. de sponsal. in* 2 *p. cap.* 3. §. 7. *num.* 10. quem etiam sequitur apostill. ad Ant. *d. consil.* 70. † Restringe, nisi extaret sta-88 tutum (prout Florentiæ) quod instrumenta guarentigiata exequi debeant, non obstante aliqua exceptione etiam doli, & fraudis; quia poterit exequi instrumentum super confessione arrharum, & obligatione de restituendo. Angel. *consil.* 234. *Punctus est, statuto Communis, per tot.* † Contrarium, & melius tenet Anton. Butr. 89 *d. consil.* 70. *circa fin. ver. nec obstat.* vbi, quod guarentigia non extenditur ad illud, quod est à lege improbatum; quia esset erroneum. † Limita; quia pœna potest promitti, & committi inter alios, vi-90 delicet, quod Berta contrahet matrimonium cum Titio. Federic. de Sen. *consil.* 122. Et fidem non seruando potest exigi pœna. Bero. *consil.* 165. *in fine, ver. non obstat primum, lib.* 3. † Extende; quia 91 pœna imposita à lege, vel statuto, prout in tutore nubente pupillam filio suo, committitur. Angel. *consil.* 92. *num.* 3. *ver. concludo, vsque in fin.* † Contrarium, quod pœna promissa per contrahere 92 debentes matrimonium, vel per parentes eorum, non committatur; quia matrimonium debet esse liberum. Abb. *consil.* 48. *attingam. in fin lib.* 1. † Imo neque consanguinei tenentur ad pœnam 93 promissam, quando per eam inducerentur ad contrahendum, & matrimonium non esset liberum; quia eadem est ratio. Abb. *d. cons.* 48. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia contractis sponsalibus inter ma-94 iores septennio potest dari pignus, vt per Innoc. & Hostien. *in cap. Gemma, de sponsal.* quos declarat Feder. *d. cons.* 194. *In dubiis matrimonialibus. circa fi. ver secus si à principio*, vt procedat, si hocagatur, quod pignus cum fructibus lucretur, vel restituatur duplicatum loco arrharum. † Limita secundum Feder. *d. consil.* 194. *in fin.* qui dat 95 caute-

cautelam, vt ambæ partes se obligent tertio ex alia causa, de quo confidant, qui ce dat iura illa parti obseruanti; sed tamen dicit esse
96 periculosum.† Limita; quia valet præceptū, seu legatum factum, si nubat cum consilio talis, & talis, alias priuetur; quia si nubat sine requisitione consilii, priuatur, sed istud est; quia consilium non obligat, ideo requisito consilio, si non sequatur consiliū, non priuatur. Ceph. *d. cons.* 319. *n.* 28. *versic. deuenio ad tertium.* Decian. *consil.* 33. *nu.* 16. *lib.* 1. vide omnino Io. de Anan. *cons.* 15. qui idem dicit, sed cum distinctione, vt secus, si processit vlterius testator, & in hære-
97 de.† Extende; quia imo de honestate filia non debet nubere sine consensu, & voluntate patris, & patrui deficiente patre, licet hoc
98 non sit necessarium. Ceph. *cons.* 712. *per tot.*† Limita; quia causatiue potest prohiberi auferendo vtilitatem, quia non est præcisa com-
99 pulsio. Crauett. *cons.* 785. *n.* 17.† Limita; quia potest quis inuitari, & allici ad contrahendum matrimonium spe præmii, & vtilita-
100 tis, & quando secus. Vide incertum authorem post Regulas Socin. *Reg.* 1. *matrimonium contrahere*, vbi ponit quatuor fallentias.† Limita; quia licet in virgine non valeat legati onus, si sterterit sine matrimonio; quia valet legatum. & reiicitur onus; tamen secus est
101 in vidua. Bero. *cons.* 31. *Quid iuris in præsenti, lib.* 2. *n.* 9.† Extende; quia etiam vidua, cui relictum est legatum, si in viduitate permanserit, non priuatur, licet sponsalia de futuro contraxerit. Bero. *d. cons.* 31.
102 *per tot. lib.* 2. † Limita; quia filia nubens se ipsam viro non condigno licet debeat dotari a patre; tamen secundum ius ciuile pater non cogitur dotare, vel saltem minorem dotem dare potest; quia tunc secundum qualitatem viri debet dotari, & dicitur indigno
103 nubere, quando non conuenit maritus conditioni mulieris. Alexand. *cons.* 209. *Ponderatis iis, lib.* 6. *in princ.*† Extende; quia filia nubens sine patre, & indigno, non potest exhæredari a patre; quia non est inter causas exhæredationis comprehensa. Alexand. *dict. cons.* 209. *in princ. & n.* 19. *vers. nam licet pater, lib.* 6. apost. ibi in *ver. in-*
104 *digno*, dat concord. pro vtraque.† Contra extensionem tenet Bald. quem citat Alexand. *d. cons.* 209. *n.* 3. *versic. secundo, quia imo, lib.* 6. vbi
105 apostill. in *versic. indigno*, citat pro vtraque. † Restringe; quia si pater legauit dotem filiæ, ipsa potest nubere cui vult, & ipsi non potest auferri, vel minui legatum prætextu, quod nupserit indigno, ex quo non nupsit æquali in nobilitate, vel diuitiis; quia de iure canonico potest nubere, cui vult libere, Alexand. *d. cons.* 209. *n.* 5. *& seq. versic. sed præmissis non obstantibus, per tot.* maxime *nu.* 13. *&* 14. *ver. nec etiam inuriam, lib.* 6.

Matrimonium quando dicatur impediri, vel non ex dispositione testatoris. Concl. 134.

1 NOs† dicitur impediri matrimonium, si pater inhibet filiis, vel filiabus suis, ne contrahant matrimonium, nisi cum certis de certa familia, vel certa professione, & valet voluntas testatoris, si priuat filios hæreditate sua, quatenus aliter faciant, dumodo relinquat id, quod debet iure naturæ. Oldrad. *cons.* 16. *Thema tale est, in prima quæstione*; quia licet matrimonia debeant esse libera; tamen, sub spe lucri potest quis inuitari ad certas nuptias, sequitur Crauet. *cons.* 796. *Die decima Septembris, n.* 6. *& per tot. & cons.* 1. *n.* 3. *&*
2 *seq.* vbi sequitur Oldrad. & alios allegat.† Et declara; quia licet generalis prohibitio de non nubendo non valeat, tamē valet, quod nubat tali, quando licite ei nubere potest. Castr. *cons.* 366. *Super pri-*
3 *mo. col.* 2. *versic. præterea, lib.* 1.† Extende, vt idem sit in marito, qui requirit vxorem sub conditione, si vitam vidualē seruauerit, & castam, vel si nubat æquali cum testatore; quia non seruando mentem testatoris admittur legatum. Crauet. *d. cons.* 796. *per tot.* vbi, quod va-
4 let prohibitio causatiua, sed non præcisa.† Extende; quia pater potest legando dotes filiabus eas instituere sub conditione, si nubant in certa familia, & tenentur causatiue obedire, alias non
5 sunt hæredes. Crauet. *cons.* 785. *per tot.* maxime *num.* 17.† Declara, super Alexand. *cons.* 97. *Principalis dubitatio. lib.* 1. *nu.* 3. *vers. hanc et-*
iam opinionem, iuncto versic. in fin. secundo respondeo; quia si imponitur pœna, priuando filium, vel filiam ab eo, quod sibi debetur, dicitur impediri matrimoniū, & non valet; si vero priuatur lucro, quod sibi conceditur, si hoc faciat, valet; quia nihil aufert, sed dat ex cau-
6 sa, vide causatiue, non simpliciter prohibetur, vel inducitur. Vide, *Causatiue multa fiunt. Concluſ.* 161. Vide, *Matrimonium spirituale, & vita contemplatiua quando dicatur impediri, vel non. Concluſ.* 135.† Amplia, vt procedat, siue à principio sub conditione relictum fuit, siue etiam pure legetur, & legatum in casu contrauentionis
7 admittur. Oldrad. *d. cons.* 16. *ver. nec refert.* † Amplia; quia omnes pœnæ possunt stipulari pro matrimonio contrahendo; secus est, si ad effectum, ne matrimonium contrahatur, & ideo valet depositum pro dote mulieris, si tali nupserit, neque dicitur in fraudem

pœnæ, vel impeditiuum matrimonii. Castr. *consil.* 434. *Visis, in fin. lib.* 1.† Amplia, vt quod dicitur de matrimonio temporali, procedat in matrimonio spirituali; quia potest habens collationem beneficii, si alteri concedat, apponere legem, quod conferatur certæ personæ, & alias collatio facta non valebit; quia in traditione rei suæ potest quilibet apponere legem honestam. Castr. *d. cons.* 8
366. *col.* 2. *ver. præterea, lib.* 1.† Amplia; quia sicuti non possunt laici 9
directe impedire matrimonium, prout est * communis opin. ita * neque per indirectum etiam velamine honestatis possunt imponere pœnam ex statuto, quod filiæ sine consensu patris, vel fratris non possint nubere sub pœna; quia est impeditiuum matrimonii, & licet multi teneant contrarium; quia respicit honestatem, & bonos mores, tamen magis * communis est in contrarium, vt ple- *
ne Alex. *cons.* 97. *Principalis dubitatio, lib.* 1. vbi videtur admittere, si causa respiceret infamiā; quia non nubat sine consensu patris indigno, & infami.† Amplia; quod valet legatum factum, donec fi- 10
lia nubat, vt postquā nupta fuerit, non debeatur, qñ testator non in odium nuptiarum ademit legatum, neque ad impediendum matrimonium fecit, sed ob rationabilem causam, quæ cessaret sequuto matrimonio, vt puta; quia dixit ad effectum alimoniæ, vel alias, ex quo sequuto matrimonio maritus tenetur alere; tunc valet legatum, prout est factum. Oldr. *cons.* 162. *Thema tale est, P. condidit, ver. verius ergo.*† Amplia; quia matrimonium, & religio non di- 11
cuntur impediri, licet Papa, vel superior reddat inhabiles aliquos ad contrahendum, vel profitendū sine certa qualitate. Lap. *alleg.* 87. *n.* 5. *ver. nec dicat.*† Amplia; quia valet priuatio hæredis facta, si 12
nubat sine consilio patris hæredis; quia conditio illa, *sine consilio*, non est impeditiua matrimonii, Crau. plene *cons.* 1. *in prin.* maxime *n.* 3. *ver. solum superest*, vbi, quod non tenetur sequi consilium. Castr. *cons.* 301. *Videtur dicendum, lib.* 1.† Extende: quia valet etiam priua- 13
tio hæredis instituti, qñ contraueniret dispositioni testatoris de non nubendo sine arbitrio, & consensu certæ personæ, quādo est honestum arbitrium, & agitur de auferendo lucro. Crau. *d. cons.* 1. *n.* 3. *ver. amplius voluit*, licet *n.* 5. *ver. aduertendum tamen*, dicat contrarium; quia debet sequi arbitrium, ideo impedit matrimonium.† 14
Extende etiam, qñ pater, vel testator prohibuit, ne filius, vel filia nubat ante completum 15. annum; quia fauore filii dicitur facere, non in odium matrimonii. Aret. *cons.* 67. *Diligenter, & mature, in pr.*
†Extende, etiamsi priuatio sit, si nubat sine voluntate & consilio 15
alterius, quia licet quoad voluntatem non valeat conditio, bene quoad consilium, & fit diuisio dispositionis. Crau. *d. cons.* 1. *nu.* 3. *&* 4. *ver. & si dicatur.*†Extende; quia valet conditio, quod legat, vel 16
instituit, si nubat tali; quia inuitatur ad matrimonium, non autem impeditur. Crau. *d. cons.* 1. *num.* 5. *ver. aduertendum est.*†Extende; quia 17
valet etiam conditio negatiua legati, si non nubat certis personis, dummodo aliæ supersint, quibus condigne possit nubere, alias non. Crau. *d. cons.* 1. *n.* 5. *ver. similiter.*† Amplia; quia procedit, etiam 18
si is, cui debet applicari hæreditas, tacuerit per plures annos; quia si non est præscripta actio, ipsi non præiudicat. Castr. *d. cons.* 301. *n.* 2. *ver. nec habet obstare, lib.* 1. † Extende; quia procedit eadem pœna 19
etiam contra hæredes contrauenientis. Castr. *d. cons.* 301. *in fin. ver. item non habet obstare. lib.* 1.†Extende; quia etiam si is, qui petit pœ- 20
nam, sit in casu in obseruantiæ, quando vel ignorauit, vel erat minor. Castr. *d. cons.* 301. *n* 2. *vsque in fin. lib.* 1.†Limita, nisi præceptum 21
testatoris esset in honestum, illicitum, vel alias dedecori ipsius nubere debentis secundum conditionem status sui; quia tunc potest contemni. Oldrad. *cons.* 16. *in 1. q. versic. solum igitur*, vbi etiam in fine dicit remedium esse, quod iudex super hoc ordinarius pronunciet; quia tunc tutus erit, vel alii vocati, quos spes emolumēti tangit, consentiant.† Limita, nisi præceptū testatoris esset pœna- 22
le; vt quia proprium eius, qui est iussus nubere abesset, vel perderetur; quia tunc non valeret. Oldrad. *d. cons.* 16. *Prima quæstio, versic. ad primam*, vbi ampliat idem, si fraus etiam inter alios ad hunc finem intercederet.† Limita, si testator legaret, & in euentum nu- 23
ptiarum legatarii, legatū, ac si ex toto à principio non esset, adimeret; quia in odium matrimonii, seu nuptiarum videtur fecisse, & tunc quia repugnat publicæ vtilitati, debetur nihilominus etiam post nuptias. Oldrad. *cons.* 162. *Thema tale est, P. condidit, in princip.*† 24
Extende idem esse, si fiat legatum, si non nubat; quia nihilominus debetur legatum, etiam si nubat; quia esset impeditiuum matrimonii. Alexand. *consil.* 121. *Viso themate, num.* 8. *versic. sexto probatur, lib.* 2.† Limita; quia conditio in personam mulieris, quæ potest 25
inducere viduitatem, vel impedire matrimonium, veluti, quod non possit nubere, nisi in personam talis, non valet, vel de consensu talis. *l. cum tale. § si arbitrio. ff. de cond. & demonstrat.* & ideo si priuatur eo casu, quo conditio respicit matrimonium, non valet priuatio. Ioann. de Anan. *consil.* 15. *Circa testamentum, per tot.* &

multo magis, si legatur cum onere, quod non nubat, vt ibi *num.* 4.
26 † Extende, vt procedat, etiam si legetur pure, & postea rogetur, quod non nubat, nisi de consensu alterius; quia legatum purum valet, rogatus euanescit. Ioan. de Anan. *d. cons.* 15. *n.* 2. *versic. sed in hoc.*
27 † Extende, quando præceptum esset negatiuum, quod non nuberet, nisi cum voluntate, aut consensu patris, vel alterius, ex quo tenetur sequi voluntatem, vel consensum, non valet conditio; quia est impeditiua matrimonii. Cranet. *cons.* 1. *nu.* 3. vbi plures allegat.
28 † Extende idem, quando diceretur, quod teneretur cum arbitrio tertii nubere; quia non valet, ex quo tenetur sequi arbitrium. Cra-
29 uet. *d. cons.* 1. *n.* 5. *versic. aduertendum tamen.* † Restringe, quando non impeditur matrimonium, veluti si pater legat dotem simpliciter filiæ, postea grauat hæredes, quod non debeant filiam maritare sine consilio Seii, alias priuat eos hæreditate, & in ea instituit filiam, valet conditio ista; quia non est in personam filiæ, neque impedit matrimonium, neque est in odium filiæ, sed ad fauorem, ideo si nupserunt sine consensu, priuantur hæreditate, quæ applicatur filiæ, ita Ioan. de Anan. *d. cons.* 15. *Circa testamentum*, vbi est casus, &
30 ibi Bologn. late. † Restringe; quia licet matrimonium non possit poni in conditione, vt nubat ad voluntatē alterius; tamen potest qualificari nubendi modus, vt nubat cum consilio alterius; quia non impeditur matrimonium, maxime, quando legatum dotis fuit purum. Ioan. de Anan. *d. cons.* 15. *nu.* 4. *versic. alius est ergo*, vbi Bologn. in apostill. *num.* 6. vbi, quod quando substantia matrimonii non ponitur in conditione, vel modo, sed qualitas, vt cum consilio alterius, valet conditio, & præceptum. Cephal. *consil.* 319. *num.* 28. Cranet. *consil.* 1. *in princip.* Aretin. *consil.* 67. *Diligenter, & mature,*
31 *in princ.* † Limita; quia minor, quæ passa est nubi sine consilio, non priuatur Castrens. *consil.* 301. *Videtur dicendum. num.* 2. *vers. præterea*
32 *nullo modo. lib.* 1. † Limita, quando is, qui contrauenit, ignorauit, & in dubio ignorantia præsumitur. Castrens. *cons.* 301. *Videtur dicendum, num.* 2. *lib.* 1. Vide, *Matrimonium spirituale, vel vita contemplatiua quando dicatur impedire. Concluſ.* 135. Vide, *Matrimonium debet esse liberum, & voluntarium. Concluſ. prox. præced.*

Matrimonium spirituale, vel vita contemplatiua quando dicatur impediri, vel non. Concl. 135.

1 OMNIS † conditio, modus, & pœna, per quas impeditur quouis modo matrimonium spirituale, vel vita contemplatiua, reiicitur, & pro non adiecta habetur, *authent. de sanct. Episcop. §. sed & hoc præsenti. coll. at.* 9. & hoc, siue impedimentum fiat tacite, vel expresse, directe, vel per obliquum, *l. hoc modo, & l. hæres meus, in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Angel. *cons.* 80. *Ioannes, num.* 4 *versic. non obstat. si dicatur*, plene Bart. *cons.* 1. *Parmensis, lib.* 1. *per totum.* Vide, *Conditio impediens matrimonium quando vitiet dispositionem, vel habeatur pro non apposita. Concluſ.* 592. Vide, *Matrimonium quando dicatur impediri, vel*
2 *non ex dispositione testatoris. Concluſ.* 134. † Amplia, vt propterea conditio in substitutione apposita, *si sine filiis decesserit*, etiam si dicatur, *ex proprio corpore nascituris*, censeatur expirasse per ingressum monasterii, & professionem; quia alias impediretur vita contemplatiua; quia scientes se debere restituere bona, non intrarent Monasteria. Bartol. *d. cons.* 1. *Parmensis quidam, versic. secundo hoc tenet, lib.* 1. *& in l. si ita quis. & fin. in princ. ff. de leg.* 1. *& cons.* 104. *Punctus, quæstio talis est, in fin. lib.* 2. late Angel. *d. cons.* 80. *n.* 3. *in fin. versic. iis autem non obstantibus*, qui dicit hanc esse solam rationem, propter quam deficit conditio; quia per indirectum tollitur vita contemplatiua, & hanc dicit Corn. esse veram rationē, propter quam fideicommissum euanescit, *cons.* 18. *col.* 3. *num.* 6. *& seq. versic. nec videtur, lib.* 4. vbi multos allegat *num.* 7. & 8. licet ipse contrarium teneat. Alexand.
* *cons.* 121. *Viso themate, lib.* 2. *per tot.* vbi *n.* 11. dicit magis *communem.
3 † Extende; quia si dos relinquitur, quæ in dubio intelligitur pro matrimonio carnali; quia dos non potest esse sine matrimonio, tamen debetur, etiam si mulier ingrediatur Monasterium. Alexand. *d. cons.* 121. *n.* 6. *versic. quarto probatur, lib.* 2. ne impediatur vita
4 religiosa. † Extende; quia licet inter Monachum & Monasterium non dicatur contrahi matrimonium, sed solum inter Abbatem & Monasterium, & tamen si alicui fiat relictum, si contraxerit matrimonium, habebit relictum, si ingreditur Monasterium, non ex eo, quod dicatur contrahere matrimonium, sed ne conditio remoueat à vita religiosa. Alexand. *d. cons.* 121. *n.* 7. *versic. quinto quia,*
5 *lib.* 2. † Contrarium tenet Corne. *consil* 18. *Circa hanc consultationem. col. pen. num.* 21. *ver. nec etiam obstat, cum seq. vsque in fin. lib.* 4. *& consil.* 253. *Ardua est, col. fin. num.* 8. *& seq. lib.* 4. apostill. ad Alexand. *d. consil.*
6 121. *versic nec contrarium, lib.* 2. † Declara, prout videtur de mente Corne. *d. cons.* 253. *num.* 3. *in fin. lib.* 4. vt prima opinio procedat de
7 iure ciuili, & sit seruanda in terris Imperii. † Amplia; quia etiam dicitur impediri vita contemplatiua si plus legat pater filiæ in se-
culo nubenti, & minus, si ingrediatur religionem, sed est opinio controuersa; quia minores dantur dotes monialibus. Vide pro vtraque, *Matrimonium spirituale, & carnale in quibus differant. Consil.* 120. † Amplia in legato facto ex causa dotis; quia licet intelligatur pro matrimonio carnali; tamen etiam debetur in matrimonio spirituali, vel in ingressu Monasterii ex eadem causa, ne vita contemplatiua impediatur. Bartol. *dict. consil.* 1. *num.* 2. *versic. tertio ego sic probo.* Corne. *consil.* 253. *num.* 2. *versic. adducens, lib.* 4. vbi *num.* 3. *in fin.* dicit hanc *veriorem, licet ipse ibi teneat contrarium, quando fuit* dictum, *sine filiis legitimis & naturalibus.* Alexand. plene *consil.* 121. *num.* 7. *versic. quinto. lib.* 2. † Extende, vt idem sit in relicto causa dotionationis propter nuptias; quia debetur, si quis ingrediatur Monasterium. Bartol. *d. cons.* 1. *lib.* 1. *num.* 3. *versic. idem potest.* † Amplia, vt idem sit in legato fideicommissi negatiuo facto à me, vt si nuptias non contraxerim, teneat restituere; quia sufficit, quod ingrediar Monasterium. Bartol. *d. cons.* 1. *n.* 4. *versic. quarto inter monachum, lib.* 1. Corne. *d. cons.* 253. *n.* 2. *versic. præterea substitutio, lib.* 4. vbi, quod illa verior de iure ciuili. Alexand. *d. cons.* 121. *n.* 8. *versic. sexto probatur, lib.* 2. † Extende idem esse, si relinquitur, si nuptiæ non sequantur; quia etiam intelligitur, si non ingrediatur Monasterium. Bart. *d. cons.* 1. *in fin. lib.* 1. † Amplia, vt procedat in tantum, quod sicuti habebat locum in ingressu monasterii, & ecclesiæ, vt si quis dedicet se, & bona sua ecclesiæ, vel monasterio, expiret fideicommissum; sed etiam si fiat dedicatio monasterio incapaci, puta Mendicanti, prout in ordine Minorum; quia adhuc incapacitas non operatur, quin conditio sit sublata, ita à maiori tenet Angel. *consil.* 80. vbi est casus, maxime à *versic. iis autem non obstantibus, n.* 3. *vsque ad num.* 5. † Contrarium de directo tenet Alexand. *cons.* 13. *Circa primum dubium, in princ. lib.* 3. qui multa allegat, & *n.* 3. *in fin. versic. præterea, & n.* 4. dicit bis esse communem *opin. vbi apostill. in *versic. concludo*, in *specie reprobat Ange. contrarium tenentem *d. cons.* 80. † Extende ampliationem, vt in tantum procedat, quod valeat dispositio facta per grauatum ad restituendum fideicommissum ante ingressum ordinis incapacis bonorum, qui saltem interest ingressi, quod sua voluntas substineatur, alias retraheretur ab ingressu. Angel. *d. cons.* 80. *n.* 4. *col. penul. in fin. versic. nec dicat quis.* † Amplia; quia si pater relinquat filiæ centum, si nupserit, & quinquaginta, si monasterium ingrediatur, habebit centum, etiam si ingrediatur monasterium, plures adducit Alexand. *d. cons.* 121. *n.* 8. *& 9. versic. septima pro hac parte, lib.* 2. vbi tamen fatetur adesse tenentes contrarium, tamen dicit in dubiis opinionibus religioni fauendum esse *n.* 10. † Limita in bigamo ingrediente religionem, vel ordinem quemcunque; quia de eorum continentia ecclesia suspicatur; ideo de eo non curat, & propterea est locus fideicommisso. Angel. *d. cons.* 80. *in fin. n.* 5. *versic. quod autem dixi.* † Limita, quando ingressus esset in ordine incapaci bonorum etiam in communi; quia monasterium non euertit fideicommissum, secundum opinion. Alexand. *d. cons.* 13. *lib.* 3. *in princ.* † Limita; quia testator potest substituionem, & fideicommissum facere sub conditione, & alicui legare, si non efficiatur mouachus, vel monialis, & valet hæc conditio. Deci. *consil.* 419. vbi dicit *magis communem. † Limita, quando fideicommissum debet restitui ad pias causas, si sine filiis decesserit; quia tunc ingrediens religionem, vel profitens non dicitur impediri, nec euanescit fideicommissum. Corn. *cons.* 180. *Circa hanc consultationem, n.* 9. *vers. iis tamen non obstantibus, lib.* 4. vbi dicit *communiter* omnes in hoc concordare, & idem Corne. *cons.* 253. *Ardua, in fin. n.* 9. *ver. præterea, lib.* 4. vbi dicit *communem. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si pia causa esset in parte vocata, & non pia causa pro alia parte; quia tunc si sunt coniunctim substituti, pia causa per ius accrescendi in totum admittitur etiam in portione alterius substituti, vel saltem pro sua rata procedit, si non sunt coniuncti. Corne. *d. cons.* 18. *per tot.* vbi est casus, *lib.* 4. maxime *col.* 3. *n.* 10. *versic. & si pro parte.* † Limita, vbicunque casus non euenit, vt si quis instituatur, & grauetur onere restituendi, si Monasterium non sit ingressus, & professus; quia non potest dicere conditionem turpem, & velle alienare, nisi in casu, in quo est ingressus monasterium, non ante, & ideo non potest allegare, quod talis conditio impediat, nisi postquam fuerit ingressus. Calder. *consil.* 331. *circa fin. ver. nec sequitur*, alias 2. *de test.* Vide Conclusionem præcedent. Vide, *Conditio impediens matrimonium quando vitiet, vel vitietur, Concluſ.* 592. Vide, *Matrimonium debet esse, &c. Concluſ.* 133.

Matrimonium quando poſſit per Papam impediri, & an contractum dirimatur, vel non. Concl. 136.

SIper ſuperiorem impeditur matrimonium contrahi, non dicitur nullum, ſi contrahatur, ex ſolo impedimento. Rota *deciſ.* 429. *in 1. parte.* † Reſtringe, niſi inducatur per ſuperiorem, videlicet Papam, & ſeu Concilium inhabilitas ad contrahendum, vt in *Concil. Trid ſeſſ. 24. cap. 1.* † Declara tamen, quia ante publicationem Concilii non annullantur matrimonia taliter contracta. Rota *d. deciſ. 429. in fin. in prima parte.* † Declara plenius, vt infra, *Matrimonium an poſſit per Papam diſſolui, vel impediri, &c. Concluſ. 153.* Vide, *Inhabilitas inducta à lege, vel ſtatuto quid operetur. Concluſ. 138.* Vide, *Papa quid poſſit circa matrimonia. Concluſ. 54.*

Matrimonium quando impediatur contrahi, & contractum dirimatur, vel non, propter conſanguinitatem, vel affinitatem. Concl. 137.

IMPEDITVR † matrimonium contrahi, & contractum dirimitur inter conſanguineos coniunctos quarto gradu conſanguinitatis, *c. non debet, de conſanguinit. & affinit. clem. 1. eod. tit.* † Amplia, vt idem ſit, ſi ſunt coniuncti quarto gradu affinitatis, quia adhuc impeditur matrimoniũ, & dirimitur prout inter conſanguineos, *d. clem. 1. de conſanguinit. & affinit.* † Declara tamen, vt procedat ampliatio, ſi affinitas eſt contracta ratione matrimonii conſummati, quia tunc bene impeditur, & dirimit matrimonium; ſi vero eſt ratione matrimonii contracti, & non conſummati ſolum impedit ſed non dirimit. Vide, *Matrimonium quando impediatur propter publicam honeſtatis iuſtitiam. Concl. 140.* † Declara ſecundo, quia affinitas proueniens ex illicito coitu bene impedit matrimonium, ſed non dirimit contractum. † Amplia, quia de iure diuino matrimonium impeditur in ſecundo gradu diſpari, puta inter patruum & neptẽ, ſecus ſi ſunt in ſecundo pari. Io. de Imol. *conſ. 3.* vbi, quod Iudæi etiam ſecundum legem Moyſis prohibentur, licet ante legem Iacob habuerit filiam fratris. † Limita in Iudæis, quia bene prohibentur contrahere matrimonium ſecundum prohibitionem diuinam, puta in ſecundo inæquali gradu, & etiam in gradibus prohibitis de iure ciuili, ſed tamen non prohibentur in gradibus iuris Canonici. Io. de Imol. plene *d. conſ. 3. per tot.*

Matrimonium quando impediatur, vel non propter machinationem tempore primi matrimonii. Concluſ. 138.

MATRIMONIVM † prohibetur contrahi inter eos, qui habuerunt carnalem copulam inſimul tempore alterius matrimonii, & promiſſionem ſibi fecerunt de contrahendo, ſi primũ mortalterius coniugum ſolueretur, vt per Gem. *conſ. 110. in princ. ver. ſi vero intelligamus.* † Amplia; vt procedat, etiam ſi non interuenit carnalis copula, dummodo interuenerit machinatio contra defunctum primum coniugem, quia non poſſunt contrahere. Gemin. *d. conſ. 110. in princ. ver. ſi vero intelligamus.* † Limita, quando interuenit ſola cohabitatio etiam cum copula carnali, quia ſi non ſunt machinati in defunctum, nec promiſſionem ſibi fecerint de contrahendo, poſſunt contrahere, neq; impediuntur, quia edictũ matrimonii eſt permiſſorium. Gemin. *d. conſ. 110. Super iſta, in princ. & conſ. 130. in princ.* † Extende in tantum; vt nec abſolutio ſit neceſſaria eo caſu. Gemin. *conſ. 130. in princ.* † Contrarium, quod non ſit licitum contrahere cum ea, quam quis polluit per adulterium, videtur tenere Ang. de Peruſ. *conſ. 20. Simon. de Quarara, in princ.* & idem tenet Caſtr. *conſ. 355. Videretur in princ. lib. 1.* allegat *cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim.* quam polluit per adulterium. † Limita; quia ſi mulier habens maritum obtinuit ſeparationem thori, & ſententiam ſuper nullitate matrimonii, & maritus appellauit, mulier contraxit cum ſecundo viro pendente lite, mortuo primo marito, dato, quod ſecundum eſſet nullum, & ſecundus maritus habuiſſet rem cum ea viuente primo marito, reconualeſcit ſecundum matrimonium, & non obſtat *d. c. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. quam poll.* quaſi polluerit eam per adulterium; quia non oritur impedimentum eo caſu propter authoritatem ſententiæ. Caſtr. *conſ. 355. n. 2 ver. item, lib. 1.* † Extende; quia vbicunque adeſt bona fides contrahentium, vt quia vel iuſte crediderunt primum maritum mortuum, non oritur impedimentum, quaſi polluerit per adulterium, licet primus viuat; ideo eo poſtea mortuo licet eis contrahere. Caſtr. *d. conſ. 355. num. 3. lib. 1.*

Matrimonium impeditur propter cognationem ſpiritualem. Concl. 139.

COGNATIO † ſpiritualis impedit matrimonium, & dirimit contractum inter leuatum de ſacro fonte, & filios leuantis, *c. 1. & c. ſuper eo, de cognatio. ſpirituali.* Gemin. *conſ. 33. Pro examinatione, n. 5. ver. dixi ſecundo.* † Ratio huius cognationis ſpiritualis eſt; quia leuans de fonte, vel tenens puerum promittit credulitatem in Deum pro puero, ex qua ſurgit cognatio ſpiritualis. Gemin. *d. conſil. 33. n. 6. ver. nam compaternitas, quæ inducitur.* † Amplia; quia cognatio ſpiritualis etiam contrahitur in ſolo catechiſmo, vt ſi filius in caſu neceſſitatis fuiſſet baptizatus; quo caſu non iterum poteſt baptizari, ſed tamen debent ſolemnia baptiſmi fieri in eccleſia; ideo in iſtis ſolemnitatibus etiam contrahitur cognatio ſpiritualis, prout in caſibus baptiſmi, ſed iſta impedit matrimonium ſolum contrahi, ſed non dirimit contractum, prout illa, quę contrahitur in baptiſmo. Gemin. *d. conſ. 33. num. 5. ver. ſed ad præmiſſa.* † Amplia, vt procedat etiam in confirmatione, quæ fit in fronte; quia etiam contrahitur cognatio ſpiritualis impediens matrimonium, ſed non dirimens. Gem. *d. conſ. 33. n. 5. ver. vnde mater Berta.* † Extende, vt in omnibus caſibus, in quibus cognatio ſpiritualis contrahitur, ita contrahatur, ſi baptiſmus, vel confirmatio, vel catechiſmus ſit inualidus, quemadmodum ſi eſſet validus, ita Gemin. *dict. conſ. 33. n. 5. in fin. ver. aut ſacerdos omnia ſeruauit.*

Matrimonium impeditur propter publicam honeſtatis iuſtitiam. Concluſ. 140.

PVBLICA † honeſtas, quæ oritur ex eo ſolo, quod ſponſalia, vel matrimonium fuerunt contracta, licet carnalis copula nõ fuerit ſubſequuta, tamen inter contrahentẽ, & affines vſq; ad quartũ gradum, vel qui ſunt conſanguinei alterius contrahentis, oritur publica honeſtas, quæ impedit matrimonium, *ca. ad audientiam, & c. ſponſam, de ſponſal.* Angel. de Peruſ. *conſ. 16. Anſelmus de Mediolano, in princ.* † Extende; quia nedum publica honeſtas iuſtitiæ impedit matrimonium, ſed etiam ſponſalia, quæ non poſſunt contrahi ſine diſpenſatione Papæ. Aretin. *conſ. 142. n. 1. ver. ſed eſt aduertendum.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi matrimonium, vel ſponſalia ſecundum effectum iuris non valuiſſent; quia conſideratur effectus facti, & non iuris. Gemin. *conſ. 33. n. 5. in fin. ver. vnde ſufficit, & num. 6.* allegat *d. c. ad audientiam, de ſponſal.* † Amplia, vt idem ſit, contractum eſſet matrimonium inter coniunctos quarto gradu conſanguinitatis; quia licet non ſit matrimonium, tamen ex eo oritur impedimentum publicæ honeſtatis. Bald. *conſ. 60. Tractatur parentela, lib. 2. in fin.*

Matrimonium contrahentes in gradu prohibito qua pœna puniantur. Concluſ. 141.

PRIMA † pœna eſt, quod contrahentes matrimonium ſcienter in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito, incurrunt pœnam excommunicationis, *clem. 1. de conſanguinit. & affinit.* Gemin. *conſ. 71. in princ.* † Amplia, vt procedat etiam contra ignorantes ius; quia ſufficit, quod ſciant factum, videlicet conſanguinitatem, vel gradum prohibitum. Zabar. *in d. clem. in pr. de conſanguinit. & affinit.* † Amplia; quia contrahentes ſcienter in gradu prohibito, videlic. in quarto affinitatis, vel conſanguinitatis incurrunt pœnam amiſſionis dotis, ſi non extant liberi, quæ confiſcatur. Bald. *conſ. 118. Verba matrimonii, in princ.* † Reſtringe, vt talis pœna non procedat in eo, qui eſt conſtitutus in 15. anno. Bald. *d. conſ. 118. lib. 1. incip. Verba matrimonii.* † Limita, vt non procedat dicta excõmunicatio contra contrahentes ignoranter, etiam ſi poſtea ſciant, & nihilominus carnalem copulam habeant. Gemin. *d. conſ. 71. in pr.* vbi reddit rationem; quia *d. clem. 1. de conſang. & affinit.* punit contractum, non autem inceſtum. † Declara tamen, quod licet non incurrant excommunicationem, tamen peccant moraliter, ſi ſe cognoſcunt, poſtquam ſciuerunt impedimentum. Gem. *d. conſ. 71. in princ. ver. fatendum tamen.* † Declara ſecundo; quia contrahentes ignoranter, poſt quam ſciuerunt impedimentũ, ſi ſe cognoſcunt carnaliter, vltra peccatum ſunt excommunicandi, niſi ſeparentur, & abſtineant ab inceſtu. Gemin. *d. conſ. 71. n. 1. ver. ad aliud.* † Secunda pœna; quia contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis de iure ciuili, videlicet inter fratrem & ſororem, ac patrem & filiam, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, dummodo poſtea ſciuerint, & perſeuerent in copula, incurrunt pœnam confiſcationis omnium bonorum. *l. qui contra, C. de incaſt. nupt.* † Limita; quia licet incurrant pœnam confiſcationis bonorum in caſibus expreſſis à lege ciuili

ciuili etiam de iure Canonico; tamen extra casus legis ciuilis in aliis casibus prohibitis à iure Canonico non incurrunt eandem confiscationem, licet *d. clemen. 1. de consanguinit. & affinit.* approbet pœnas iuris ciuilis; quia intelligitur in casibus, in quibus loquitur ipsa lex. Io. Calder. *cons.* 465. alias 2. *de consanguinit. & affinit.* quem sequitur Gemin. *d. cons. 71. n. 2. ver. ad vltimum, vsque in fin.* † Tertia pœna est; quia non valet matrimonium, & possunt etiam sine licentia separari. Vide Conclusionem prox. seq. † Declara tamen, quia si impedimentum non potest probari, licet contrahens sciat, non potest tamen cum alio contrahere, & potius debet substinere excommunicationem. Ioan. de Imol. *cons. 125. in fin.* † Quarta pœna est; quia non valet legatum factum per vxorem marito, qui erat coniunctus in gradu prohibito, etiam si habuissent bonam fidem; quia error vitiat. Bald. *cons. 439. Factum super quo, n. 2. ver. secundo præmittendum, lib. 4.* † Quinta pœna est; quia filii ex tali matrimonio scienter contracto non sunt legitimi, & non succedunt. Roland. à Vall. *con. 93. n. 26. lib. 3.* † Filii igitur nati ex matrimonio incestuoso, vel in gradu prohibito contracto non sunt legitimi, & non succedunt. Rolan. à Vall. *d. cons. 93. n. 26. lib. 3.* qui plures allegat. † Restringe, quando matrimonium fuit publice contractum secundum consuetudinem patriæ, & in faciem Ecclesiæ; quia propter errorem, seu ignorantiam parentum, vel alterius eorum valet, & filii succedunt. Ias. *cons. 156. in primo dubio. lib. 4.* & latius *cons. 168. eod. lib. 4.* vbi, quod quando est publice contractum, & in faciem Ecclesiæ præsumitur error, & non nocet filiis.

Matrimonium contractum in gradibus prohibitis non valet, & quando præsumatur dispensatio, vel non. Concl. 142.

1 MATRIMONIVM † contractum in gradibus prohibitis, videlicet inter consanguineos, vel affines vsque ad quartum gradum inclusiue non valet; & ideo verba, & consensus nihil operatur, quando in solo consensu, & verbis partes steterunt. Bald. *cons.* 2 118. *Verba matrimonii, in princ. lib. 1.* † Amplia in tantum, vt si est sequuta carnalis copula inter contrahentes scienter in gradib. prohibitis, nedum non valet matrimonium, sed si extant liberi dos 3 confiscatur. Bald. *d. cons. 118. in princ. ver. si autem interuenit, lib. 1.* † Extende ampliationem, vt procedat tam in viro, quam in muliere maioribus, nulla habita differentia sexus. Bald. *d. cons. 118. in pr. ver.* 4 *sed mulier, lib. 1. il primo*, incip. *Verba matrimonii.* † Restringe in minore, siue masculo, siue fœmina; quia non incurrit aliquas pœnas, ex quo error iuris excusat minorem. Bald. *d. cons. 118. in princ. ver. si autem errore iuris, lib. 1. il primo*, incip. *Verba matrimonii.* † Amplia in tantum matrimonium esse nullum in gradibus prohibitis, vt etiam post contractum, & consummatum, liceat sine iudicio Ecclesiæ recedere à matrimonio, & aliud matrimonium licitum contra- 6 here. Bald. *d. cons. 118. n. 2. vers. modo vlterius quæritur, lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiã si alter supplicauit Papæ pro dispensatione; quia alter poterit nolle expectare. Bald. *cons. 60. Tractatur parentela, lib.* 7 *2.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons. 95. Puncti dubii, in princ. lib. 2.* vbi videtur velle, quod ad hoc, vt qui contraxerunt matrimoniũ in gradu prohibito, possint aliud matrimonium contrahere, requiritur, quod primum sit ipso iure nullum, & hoc constet Eccle- 8 siæ. † Extende, vt contrahentes in gradu prohibito possint contrahere aliud matrimonium, non obstante dispensatione Papæ, quando dispensatio esset declarata subreptitia per ordinarium, & lata sententia super nullitate matrimonii, & subreptione dispensationis. Bald. *d. cons. 95. in fi. ver. secundum dubium, lib. 2.* vbi dicit hoc procedere, etiam si dispensatio Papæ esset directa alteri, quando Episcopus cognosceret de fœdere matrimonii principaliter, & incidenter de dispensatione, quę esset notorie subreptitia, al. as non. 9 † Restringe, qñ impedimentum non potest probari; quia licet contrahens sciat, debet potius pati excommunicationem, quam 10 aliud matrimonium contrahere. Io. de Im. *cons. 125. in fi.* † Restringe, vt non procedat, quando per Papam esset dispensatum super validitate matrimonii nullius in gradu prohibito; quia tunc va- 11 let, & non potest contrahi cum aliis. Bald. *d. cons. 95. lib. 2.* † Amplia; quia etiam bona fides sola contrahentiũ, & error; quia credebant sibi licere, non facit matrimonium valere. Bald. *consil. 439. Factum* 12 *super quo, in pr. lib. 4.* † Amplia; quia contrahens matrimonium in gradu prohibito dicitur incæstas nuptias contrahere, & perdit feudum, & confiscantur bona illius. Boer. *decis. 264. num. 13. & seq.* 13 quæ pœna procedit in scienter contrahentibus. † Extende; quia feudum amissum non recuperat priuatus, licet dispensatio Papæ superueniat. Boer. *d. decis. 264. nu. 25.* vbi allegat Bald. *in l. 1. ff. de rer.* *diuis. q. 51.* † Limita; quia matrimonium in gradu prohibito per- 14 psum temporis annorum 20. præsumitur dispensatum, & proles censetur legitima. Barb. *cons. 9. versic secundo præmitto, lib. 2.* sequitur Boer. *d. decis. 264. n. 25. ver. quare ex tali.* per text. aureũ in *l. quisquis præuincia, in ver. temporis diuturnitate, ff. de rit. nupt.* † Extende; qa imoper 15 triennium cum dimidio præsumitur dispensatio, qñ suscepta est proles, vnde arguitur Paulus II. qui separauit non habita ratione 16 prolis susceptæ, vt Barbat. *d. cons. 9. lib. 2.* sequitur Boer. *d. decis. 264. n. 25.* † Declara tamen limitationem, & extensionem, vt procedat, 17 quando iusto errore contractum est inter prohibitos, & proles susceptæ; quia istis duobus concurrentibus proles erit legitima, & lapsus temporis operatur, secus si sciuissent, ita Boer. *d. decis. 264. n.* 18 *25.* Dec. plene *cons. 153. per tot.* † Limita, quando Papa dispensaret, 19 quia cõualidatur matrimonium, prolesq; efficitur legitima. Boer. *d. decis. 264. n. 26.* † Extende, vt valeat talis dispensatio Papæ etiam post mortem coniugum, & proles sit legitima. Anch. *cons. 409.* sequitur Boer. *d. decis. 264. n. 26.* † Extende, vt procedat, etiam si matrimonium fuisset contractum sub conditione, si Papa dispensaret; quia sequuta dispensatione valebit matrimonium, & proles erit legitima. Boer. *d. decis. 264. n. 27.*

Matrimonium quando recipiat separationem thori, & copulæ, vel non. Concl. 143.

MATRIMONIVM † quando non est contractum in faciem Ec- 1 clesiæ, debet separari quoad thorum, & copulam carnalem, quando opponitur de alio matrimonio, & pendet lis; quia licet mulier sit penes vnum maritum, tamen non dicitur habere quasi possessionem maritus, ex quo in faciem Ecclesiæ non est contractum matrimonium, alias secus. Gemin. *cons. 76. in pr.* † Imo sepa- 2 ratio thori debet fieri ex officio, si non constat de matrimonio, & donec tollatur clandestinitas. Alex. *cons. 150. In causa, & lite, nu. 22. ver. & posito, quod, lib. 5.* † Et idem, quando est in gradu prohibito; 3 quia ex officio iudex potest, pcedere ad separationem, extra istos casus iudex non impartitur officium suum, nisi petatur. Alex. *cons.* *155. Alias consultus, in pr. lib. 5.* † Amplia, vt in tantum separatio thori 4 debeat fieri, vt etiam parte non petente iudex debeat à se ipso hoc facere ad tollendum peccatum, quod posset subesse. Gemin. *d. consil 76. in pr. ver. imo, quod plus est.* † Amplia; quia separatio thori po- 5 test fieri, si maritus vtitur sæuitia contra vxorem verberando, & vulnerando eam; quia ex præmissis oritur inimicitia. Anch. *consil.* *408. Probata tanti viri, in princ.* † Amplia; quia matrimonium potest 6 separari, si vxor sit adultera, vel maritus adulter, quæ separatio licet sit pœna adulteri vltra alias pœnas, tamen non potest fieri, nisi ab Ecclesia, licet adulterii causa sit mixti fori. Clar. in *§. adulterium, n. 12.* vbi de* communi. † Declara tamen; quia si adulterum sit cõ- 7 missum ab vxore, perdit dotem, & donationem propter nuptias, item perdit bona paraphernalia quæ lucratur maritus, si vero ex parte mariti sit commissum adulterium, ipse tenetur restituere vxori dotem, & perdit ipsa donationem propter nuptias. Clar. *d. §. adulterium, n. 12. & seq.* vbi de* communi. † Extende ampliationem; qa 8 si adulterium est publicum, maritus potest propria authoritate dimittere vxorem secundum* communem, non expectata sepa- 9 ratione ab Ecclesia, ita Clar. *d. §. adulterium, n. 12.* † Declara etiam; quia separatio thori non tollit matrimonium, & ideo maritus tenetur alere vxorem separatam, communem* dicit Clar. *d. §. adul-* 10 *terium, n. 17. ver. facta autem*, & tenetur maritus castitatem seruare, alias compelleretur recipere vxorem, tam ad instantiam adulteri, quam ex officio, communem* dicit Clar. vbi sup. † Amplia; quia 11 fit separatio matrimonii propter crimen hæresis; ideo si vxor separati petit à viro hæretico, debet iudicio Ecclesiæ separari; imo etiam propria authoritate potest recedere. Clar. in *§. hæresis, nu. 15.* 12 *ver. item propter.* † Extende; quia imo ista separatio propter hęresim est tantæ potentiæ, quod si iudicio ecclesiæ fuit facta, etiam quod maritus pœniteat, potest vxor ingredi monasterium perpetuo, & nolle amplius reuerti cum marito, & sic est separatio matrimonii, non thori, & hanc opin. Abb. *in c. de illa, circa fi. de diuor.* dicit* 13 communem. Clar. *d. §. hæresis, n. 15.* vbi de* comuni. † Limita; quia 14 periculosum est procedere ad dissolutionem matrimonii. Innoc. in *c. licet ex quadam, de testib. in fin.* vbi dicit, quod tolerabilius est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam legitime coniunctos contra statuta domini separare; quia statuta hominum intelliguntur statuta Papæ, & Concilii, vt ibi per Abb. & est ratio; quia ius diuinum magis arctat, quam ius humanum, *coll.* 15 *cet, & c. literas, de restit. spoliat.* gl. in *clem. 1. in ver. humana, de vsur.* & ibi Card. in 2. *notabili*, quę gl. pro iure humano intelligit ius canonicũ; vult igitur Innoc. vbi sup. q̃ si constat de legitima coniunctione 16 viri, &

viri & vxoris, hoc eſt de legitimo, id eſt, libero, & ſpontaneo conſenſu vtriuſq; quia ſolus conſenſus perficit matrimonium, *c. ſufficiat. 27. q. 7.* licet tale matrimonium poſſit de iure poſitiuo infringi, & tolerabilius eſt contra diſpoſitionem iuris poſitiui dimittere copulatos, quam coniunctos iure diuino ſeparare.

Matrimonium cum duobus contrahi non poteſt, & eius pœna. Concluſ. 144.

1 MATRIMONIVM † eodem tempore non poteſt eſſe in eadem perſona cum pluribus, & contrahens illud cum pluribus eodem tempore viuentibus punitur pœna corporali, *l. eum, qui duas. C. de adulter.* Flor. de S. Petro *conſ. 18. n. 4. ver. hoc præmiſſo.* Abb. 2 *q. 1. c. Epiſcopus, n. 8, ver. item non poteſt.* † Imo mulier contrahens cum ſecundo, viuente primo, punitur, vt adultera, in tantum, quod etiam mortuo primo marito non poterit contrahere cum eodem ſecundo, cum quo per adulterium polluta eſt. Caſtr. *conſ. 355. Videretur dicendum, in princ. lib. 1.* † Et contra contrahentem matrimonium cum duabus vxoribus, vel duobus viris poteſt procedi tanquam contra hæreticum; qtia videtur male ſentire de ſacramentis eccleſiæ. Io. Hiſp. in *tractat. de matrim. chart. 3.* allegat text. in *cap. accuſatus, § cum vero, de hæret. in 6.* vbi Doct. quod talis iudicandus 4 eſt tanquam hæreticus. † Pœna contrahentium matrimonium cum pluribus eſt pœna ſtupri, & quandoq; arbitraria etiam vlti- 5 mi ſupplicii. Clar. § *fornicatio. num. 31. & ſeq.* † Imo, quod ſit ſolum pœna ſtupri voluntarii in eo, qui eodem tempore contraxit cum duabus puellis, tenet Alex. *conſ. 165. Viſis, & ponderatis, lib. 7.* & ſic, quod ſit pœna publicationis medietatis bonorũ, & ita etiam tenet Angel. Aretin. *de maleſic. in gl. che hai adulterato, n. 65.* & ibi Ariminen. in apoſtill. vbi, quod multi errant tenentes contrarium. 6 Carrer. & alii, quos apoſt. ad Rom. *ſingul. 537. Tu ſcis.* † Contrariũ, quod imo ſit pœna mortis; quia fraudulenter, & doloſe, & præceſſit factum viri, quod æquiparatur violentiæ, & ſeductioni; & quia non eſt ſtuprum ſimplex, tenet apoſtil. ad Alex. *d. conſ. 165. n. 1. in ver. Puto, lib. 7.* vbi, quod Alex. eſt mollis in pœnis infligendis, & ita tenet Rom. *d. ſingul. 537. Tu ſcis*, & ita tenuit conſilium Neapolis, vt refert Grammat. *conſ. 17.* allegatus ab apoſt. ad Rom. *d. ſingul.* 7 † Declara; quia forte Alexan. recte conſuluit *d. conſ. 165. lib. 7.* quia aderat ſtatutum Regii prohibens poſſe imponi pœnam capitalem 8 pro delicto, niſi per ſtatutum diſponatur. † Declara; quia eſſet diſtinguendum, an ex dolo, an ex culpa motus ſit, vt quia credidit ſine diligentia, quod alia eſſet mortua, & ſine dolo pœna capitalis non imponitur, ſed ex culpa poteſt habere locum extraordinaria 9 pœna, vt in ſimili. Alex. *conſ. 160. Viſis narratis, n. 3. & ſeq. lib. 7.* † Declara; quia de iure ciuili prædicta procedunt, de iure Canonico mulieri debent incidi capilli, & panni, ante, & poſt. *ca. de Benedicto.* 10 *32. q. 1.* quem ſingularem dicit Rom. *d. ſing. 537.* † Amplia; quia non valet matrimoniũ vxoris contractum cum ſecundo viro viuente primo, etiam ſi primus reputabatur mortuus; quia licet mulier excuſetur à pœna; tamen matrimonium ſecundum eſt nullum. 11 Bald. *conſ. 488. Sequens queſtio, n. 3. ver. tertio quæritur, lib. 1.* † Extende idem in caſu conuerſo; quia non valet matrimonium cõtractum per maritum cum ſecunda vxore viuente prima, quando etiam concurrebat fama mortis primæ, ſi non ſit contractum ſecundũ in faciem eccleſiæ. Anch. *conſ. 401. Stipoſius*, vbi, quod neque filii 12 ſunt legitimi. † Extende; quia filii ex ſecundo matrimonio viuente vxore prima non ſunt legitimi, neque poſſunt ſuccedere etiam ſi adfuiſſet fama mortis primæ vxoris, & licentia Epiſcopi, quando vnum de duobus concurrit, vel quod ſecundum non eſt in faciem eccleſiæ contractum, vel quando maritus ſciuit primã vxo- 13 rem viuere poſtea; quia debuit abſtinere, quia filii non ſunt legitimi. Petr. de Anch. *conſ. 401 per tot.* vbi eſt caſus. † Extende; quia ſola fama mortis primæ vxoris non eſt ſufficiens cauſa contrahendi cum ſecunda, niſi aliæ coniecturæ concurrant; quia præſumitur 14 vita vſq; ad centum annos. Petr. de Anch. *d. conſ. 401. per tot.* † Extende; quia filii ſunt ſpurii, quando nati ſunt ex ſecundo matrimonio, viuente prima vxore, quando maritus ſciuit viuere primam; quia licet à principio ignoraſſet, imo adeſſet fama mortis, & licentia nubendi ab Epiſcopo conceſſa, ſi ſuperuenit ſcientia tunc, filii concepti, & nati poſt ſcientiam ſunt ſpurii. Pet. de Anch. *d. con-* 15 *ſil. 401. per tot.* † Contra dictas extenſiones, quod imo, quando adeſt ſententia, vel bona fides parentum; imo vnius ex eis, vt quia credidit poſſe contrahere, vel ignorauit primum maritum, vel primam vxorem viuere, ſemper filii ſunt legitimi. Caſt. *conſ. 355. n.* 16 *3. & per tot. lib. 1.* † Bene excuſatur à pœna, quando erat fama de 17 morte viri. Clar. *in § fornicatio, n. 32.* † Amplia; quia matrimonium primum contractum per verba de præſenti præualet ſecundo matrimonio; ideo primus debet obtinere. Bald. *conſil. 164. Caſus*

Arancus, lib. 2. quod duplicatur *conſ. 78. lib. 5.* qui loquitur, etiam ſi matrimonium eſſet contractum ſolum per verba patris de præſenti filia conſentiente. † Extende in tantum impediri, vt mulier 18 contrahens cum ſecundo viro ignorante perdat dotem, ſi maritus putatiuus, & ignorans, ac bona fide recipiens hoc allegaret in præiudicium vxoris ſcientis, niſi obſtet ſtatutum. Bald. *conſ. 128. lib. 4. per tot.* † Imo ſi aliquid putatiuo marito bona fide eſt ſolu- 19 tum, illud facit ſuum in odium vxoris ſcientis, niſi adſit ſtatutum prohibens mulierem poſſe alienare; quia ſeruari debet. Bal. *d. conſ. 128. Verus maritus, in fin. lib. 4.* † Amplia; quia matrimonium non 20 valet contractum etiam cum ſclaua, vel ſerua habente primum maritum, & filii ex tali ſecundo matrimonio nati non ſunt legitimi. Fulg. *conſ. 212. Quædam mulier. col. 4. ver. ſupereſt ſecundum.* † Ex- 21 tende; quia etiam ſi eſſet dubium, an primus viueret, ſola reputatio vitæ, vel quod ita præſumatur eum viuere, ſufficit. Fulg. *d. conſ. 212. col. 4. ver. ſupereſt.* † Amplia; quia procedit etiam in Iudæis, *l. ne-* 22 *mo Iudæorum, in fin. C. de Iudæis*, & quia ſunt ſubiecti Imperio. Florian. *conſ. 18. n. 4.* † Amplia; quia omnes ſubiecti Imperio Romano 23 prohibentur habere duas vxores eodem tempore. Floria. *d. conſil. 18. n. 4.* † Limita; niſi primum matrimonium eſſet nullum, puta 24 contractum inter coniunctos intra quartum gradum affinitatis, vel conſanguinitatis; quia tunc contrahens cum alio non punitur, etiam ſi faciat ſine iudicio eccleſiæ. Bald. *conſ. 118. Verba matrimonii, n. 2. ver. modo vlterius, lib. 1. & conſ. 90. Tractatur parentela, lib. 2.* † Reſtringe limitationem, niſi contrahens etiam perſeueraret in 25 carnali copula cum alia; quia tunc puniretur tanquã habens duas vxores, licet coniuncta gradu prohibito nõ ſit vxor, nec eſſe poſſit; quia in delictis conſummatio facti, non animi attenditur. Bal. 26 *d. conſ. 118. circa fin. ver. cæterum Iuuenis, lib. 1.* † Limita, niſi primum matrimonium eſſet contractum per verba de futuro, ſecundum vero eſſet per verba de præſenti. Bal. *d. conſ. 164. lib. 2.* quod duplicatur *conſ. 78. lib. 5.* † Limita, quando primum matrimonium fuit 27 per ſententiam iudicis competentis declaratũ nullum; quia poſtquam ſententia tranſiuit in iudicatum, potuit mulier habens ſententiam pro ſe contrahere cum alio; quia licet ſentẽtia ſuper nullitate matrimonii nunquam tranſeat in iudicatum, intelligitur ad effectũ, vt ſemper poſſit contrariũ probari; tamen interim exequi poteſt, donec retractetur. Caſt. *conſ. 355. Videretur, ver. iis non obſtantibus, lib. 1.* † Extende, etiam ſi ſecundum matrimonium ſit contra- 28 ctum pendente lite, quando nulla ſententia eſt lata contra primum matrimonium; multo magis, quando eſt lata ſententia. Caſtr. *d. conſ. 355. verſic. nec obſtat pendentia litis, lib. 1.* Vide Concl. prox. ſeq. Vide, *Coitus carnales qui punibiles, & qui non. Concl. 413.*

Matrimonium primum præualet ſecundo, & quando ſecus. Concl. 145.

MATRIMONIVM † primum ſolemne primo contractum 1 præualet ſecundo quomodocunque contracto; quia ſecundum eſt omnino prohibitum. Vide, *Matrimonium cum duobus, &c. Concluſ. 144.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi in ſecundo interuenit 2 copula, in primo non interuenit. Alex. *conſ. 149. Viſo proceſſu, in pr. lib. 5.* vbi, quod mulier debet ſeparari à ſecundo viro, & primum matrimonium validum manet. † Extende, vt procedat etiam in 3 matrimonio contracto præſumptiue, vt quia ſponſalia fuerunt contracta, quæ tranſiuerunt in matrimonium; quia facti maiores continuarunt; & traduxit maritus ad domum; quia etiam præſumitur ſequuta copula carnalis. Alex. *d. conſ. 49. n. 11. & ſeq. verſic. vel poſito, lib. 5.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi primum ſit contractum inter proximos pubertati per 6. menſes, quando habent magni- 4 tudinem corporis; quia licet non ſit conſummatum, tamen impedit ſecundum poſtea contractum cum alio per mulierem in plena pubertate conſtitutam. Zabar. *conſ. 4. per tot.* † Limita; quando pri- 5 mum matrimonium fuit ſeparatum, & declaratum nullum; quia mulier habens ſententiam pro ſe, ſi contrahit cum ſecundo, & habeat filios, ſecundum eſt validum, & filii ſunt legitimi; quia licet ſententia matrimonii nunquam tranſeat in iudicatum, non debet intelligi ad effectum, vt ex nouis non poſſit reuocari, ſed antequam reuocetur, poteſt effectum ſortiri, & exequtioni mandari poſt appellationem deſertam. Caſtr. *conſil. 355. Videtur dicen-* 6 *dum, per tot. lib. 1.* † Limita; quia matrimonium ſecundum præualet ſponſalibus primo cum alia contractis. Alex. *conſ. 153. Viſis narratis, lib. 5. in princ.* † Limita; quia ſecundum matrimonium ſolemne 7 præfertur primo matrimonio clandeſtino, quod non poteſt plene probari; quia non ſtatur dicto mulieris, etiam cum vno teſte in præiudicium matrimonii ſolemnis. Bald. *conſil. 48. Quidam nomine Dominicus, lib. 4.* qui loquitur, etiam ſi in primo interuenit copula carnalis. † Declara tamen; quia ſi primum matrimonium 8

esset clandestinum, & secundum solemne, & penderet lis super primo clandestino, si contrahat secundum solemne pendente lite, fit sequestratio contrahentis, & separatio secundi propter litis
9 pendentiam. Io. de Imol. *cons. 125. in fin.* † Declara, vt non procedat limitatio, quando secundus maritus recusat velle mulierem prægnantem, & primus clandestinus est paratus contrahere solemniter; quia primo est concedenda, secundum Bald. *d. cons. 48. in fi. lib.*
10 4. † Contra hanc declarationem facit hodie sactum Concilium Tridentinum, per quod omnia matrimonia clandestina sunt in totum sublata. Vide Concl. prox. præced.

Matrimonium carnale dirimit spirituale, & idem in sponsalibus. Concl. 146.

1 MATRIMONIVM † carnale dirimit spirituale posterius, etiam cum iuramento; ideo habens vxorem si offerat se, & sua bona religioni, etiam cum iuramento non obligatur. Feder. de Sen.
2 *cons. 237. Factum tale est. per tot.* † Amplia, vt idem sit in sponsalibus; quia sponsalia carnalia contracta inter impuberes impediunt votum, vel oblationem, seu religionis ingressum per eundem impuberem carnaliter iam obligatum. Feder. de Sen. *d. cons. 237. in princ.*
3 *ver. si vero tempore oblationis.* † Amplia in tantum matrimonium carnale consummatum impedire spirituale, vt maritus possit agere ad recuperandum vxorem suam volentem monachari, rei vendicatione, & spolio, & implorare officium iudicis, & debet compelli redire etiam per excommunicationem. Cuma. *cons. 1. Notissimi iuris.* quod est Raphael. Fulg. Cuma. & Prosdocimi de Comitibus de Padua. † Amplia; quia clericus beneficiatus contrahens
4 matrimonium per verba de præsenti incurrit priuationem beneficiorum, quę obtinet. Abb. *cons. 62. In controuersia. n. 18. ver. ad idem, lib. 2.* Vide Conclusionem prox. seq. Vide, *Vota plura si concurrant, &c. Concl. 292.*

Matrimonium spirituale quando dirimat carnale, vel non. Concl. 147.

1 MATRIMONIVM † spirituale prius contractum dirimat carnale; quia sicuti sponsata alteri viro non potest contrahere secundum matrimonium, ita sponsata Christo. Bologn. in *addit. ad*
2 *cons. 10. de Anan. 1.* † Amplia, vt procedat, etiam si spirituale fuerit tacite contractum, & non expresse, sicut carnale; quia professio tacita dirimit matrimonium carnale postea expresse contractum.
3 Lap. *alleg. 130. n. 15. in fin. ver. item si professio.* † Et ideo si monialis tanto tempore stetit in monasterio, quod inducatur professio tacita, non potest contrahere matrimonium, & contractum dirimitur, & filii non sunt legitimi, neq; succedunt. Io. de Ana. *cons. 91. per tot.*
4 vbi Bologn. in apost. † Extende, vt procedat, etiam si talis professa de licentia superioris contraheret matrimonium carnale; quia remanet meretrix, filii non sunt legitimi, neq; succedunt, neq; mater succedit filio hoc casu. Io. de An. *d. cons. 91. per tot.* vbi Bolog. in apostill. vbi, quod neq; filii tales possunt legitimari, neq; hæredes instituti, imo neq; alendi, imo mulier professa est excõmunicata, & contrahens cum ea capite punitur. Amplia in casu conuerso, vt
5 Concl. prox. præc. † Amplia; quia mulier contracto matrimonio, & nondum consumato potest ingredi monasterium, & profiteri
6 etiam inuito marito. Anch. *cons. 209. Quæstio super qua.* † Extende, vt procedat, etiã si per quindecim dies simul cohabitauerint, qñ mulier aufugit, & ambo fatentur non habuisse rem carnalem simul. Anch. *d. cons. 209.* vbi est casus, & onerat cõscientias eorum,
7 qui asserunt se non consumasse. † Limita, si quis coniugatus profiteretur religionem etiam de consensu alterius coniugati; quia licet obligetur religioni, quando de consensu amborum profitetur; tamen vxor non desinit esse vxor quoad titulum matrimonii,
8 vsq; ad mortem naturalem. Lap. *alleg. 130. nu. 6. ver. item facit.* † Declara hanc limitationẽ, vt quatuor requirantur ad hoc, vt coniugatus possit profiteri: primo licentia Episcopi, seu Vicarii: secundo, quod detur legitima ab altero cõiuge: tertio, quod voueat, & contineat: quarto, quod etiam alter ingrediatur religionem, si est suspectus. Feder. de Sen. *cons. 37. Casus talis est,* vbi, quod primum, & vltimum est de honestate, non de necessitate, & quod professus de licentia vxoris non potest reuocari ab vxore, etiam si sit suspecta de incontinentia, neq; ab ordinario. Vide Concl. prox. præc.

Matrimonium prohibentur contrahere multi. Concl. 148.

1 CLERICVS † in sacris constitutus prohibetur contrahere matrimonium; quia obligatur ex voto solemni castitatis, prout etiam religiosi omnes professi, licet ex magna causa possit Papa cum eis dispensare. Felin. plene in *c. si quando, nu. 5. & seq. de rescript.*
† Amplia; quia etiam clericus simplex beneficiatus prohibetur causatiue contrahere matrimonium; quia si contrahit, perdit beneficium, & pensionem ecclesiasticam, ac regressum, & omnia iura competentia ad beneficium ecclesiasticum, quod declara, vt plene Clar. in § *fi. q. 73. n. 5.* vbi de *communi. Vide, Clericus beneficiatus quando perdat beneficium, vel non. Concl. 392.* Vide plenius, *Prinationis pœna quando habeat locum, & in quibus. Concl. 717.* † Amplia; quia matrimonium requirit consensum; ideo furiosus, mente captus, minor, impubes, qui non habent consensum, non possunt contrahere matrimonium. Vide, *Matrimonium carnale requirit consensum. Concl. 117.* Amplia multis casibus, de quibus in quatuor
4 conclusionibus præcedentibus. † Amplia; quia impotentes ad coeundum, & ad copulam carnalem, non possunt contrahere matrimonium, prout sunt impuberes. Vide, *Matrimonium ad hoc, vt possit contrahi, quam ætatem requirat. Concl. 125.* † Amplia; quia impo-
5 tentia coeundi perpetua nedum impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit iam contractum, & quomodo. Vide Masc. plene *Concl. 888. Quo pacto probetur impotentia.* † Amplia aliis
6 modis, de quibus, *Matrimonium contrahere promittens quando compellatur. Concl. 126.* & supra, *Matrimonium quando possit per Papam impediri. Conclus. 136. cum multis Conclus. ibi seq.*

Matrimonium inter raptam, & rapientem non valet. Concl. 149.

1 MATRIMONIVM † est nullum, si mulier rapta, cum primum potuit, aufugit, & reclamauit etiam si per verba de præsenti consenserit, & etiam carnali copula illud consummauerit per vim, & metum, qui cadere poterat in constantem virum; secus si non aufugisset, cum potuerit; quia metum purgare censetur. Old.
cons. 35. Factum tale est, quidam, c. ad id quod. de sponsal. vbi gloss. ponit hos versus:

Effuge cum poteris, ne consensisse puteris,
Quod nisi præstiteris, tunc sua semper eris.

† Et rapta, quæ lucratur certam partem bonorum raptoris, si con-2 sentiat matrimonio cum ea non perdit ratam lucratam. Feder. de Sen. *cons. 36. Casus talis, in fin.*

Matrimonium quando errore vitietur, & nouo consensu perficiatur. Conclus. 150.

1 MATRIMONIVM † contractum per procuratorem reuocatum, constitutum ad contrahendum cum A. quã constituens credidit minorem natu, & erat maior natu, si reuocauit procuratorem, ante contractum propter errorem non erit matrimonium.
Anch. *cons. 228. Ad duas filias. per tot.* vbi, quod procedit etiam si procurator ignorasset reuocationem, & idem tenet *cons. 229.* quod est Anton. de Butr. & *cons. 230.* & inter consilia Ant. de Butr. *cons. 64.* vbi in fin. dicit, quod postea sciuit hanc quæstionem fuisse cum Regẽ Cypri. † Extende igitur, quia reuocatio procuratoris ad cõ-2 trahendum matrimonium impedit matrimonium, si reuocetur, a ntequam contrahat, licet de reuocatione notitiã non habuerit.
Anch. *d. cons. 228. in princ.* & est text. in *cap. procurator, de procurator. in 6.* Anch. *cons. 214. n. 10. vers. sexto inducitur.* & idem Anch. *cons. 229.* quod est Anton. de Butr. vbi, quod requiritur mutuus consensus amborum, & *cons. 230. n. 2. in fin. & n. 3.* † Amplia; quia non erit ma-3 trimonium, etiam si constituens procuratorem, quem reuocauit, postea ratum habuit; quia requiritur nouus consensus amborum; nam consensus mulieris errantis; quia ignorauit reuocationem procuratoris, est necessarius de nouo; quia perseuerantia non q-peratur, nisi constet, quod habuit notam ratificationem. Anch. *d. cons. 228. in pr.* & idem dicit *cons. 229.* quod est Anton. de Butr. qui reddit rationem; quia cum requiratur in matrimonio mutuus cõsensus, ex primo non est matrimonium; quia deficit consensus viri, sequuta ratificatione deficit consensus mulieris; quia credit ex primo consensu contraxisse; vnde non conueniunt; & ideo nouus consensus requiritur, & idem tenet *consil. 230.* & Anton. de Butr. *d. cons. 64. n. 3. & seq. per tot.* † Extende; quia matrimonium ex 4 nouo consensu valet, vt nunc tempore noui consensus, non autem vt tunc tempore primi consensus. Anchar. *d. cons. 228. nu. 2. & cons. 229.* quod est Anton. de Butr. cum *cons. seq. 230.* & Anton. de Butr. *d. cons. 64. per tot.* † Amplia; quia si ego constitui procurato-5 rem ad contrahendum cum A. postea reuocato dicto procuratore, antequam habuerit notitiam reuocationis, contraxit matrimonium; non tamen tenet, in tantum, quod si ego ratificopostea

matri-

matrimonium, quoad mulierem non eſt matrimonium, imo poteſt cum alio contrahere medio tempore, videlicet antequam ſciuerit ratificationem meam, vel etiam ſi ſciuit, & nõ ratificauit tacite, neq; expreſſe. Anch. *d. conſ. 228. in fin. ver. tertio vtrũ, & conſ. 229.* 6 *& 230.* vbi eadem materia, & Ant. de Butr. *d. conſ. 64. per tot.* † Amplia; quia error contrahentis matrimoniũ vitiat matrimonium, vt ſi credo contrahere cum fœmina, contraho cũ maſculo. Gemi. 7 *conſ. 52. in fi.* quod duplicatur *conſil. 119.* † Idem, quando error eſt circa conditionem, vt ſi credo contrahere cum libera, & contraho 8 cum ſerua. Gemi. *d. conſ. 52. n. 3.* quod duplicatur *conſ. 119.* † Idem, ſi contraho cum ſorore ſeniori credens contrahere cũ iuniori. Anchar. *d. conſ. 228. & 229.* & eſt Ant. de Butr. & *conſ. 230.* vbi latiſſime, 9 & Ant. de Butr. *d. conſ. 64. n. 2. ver. non obſtan. prædictis.* † Et vbicunq; matrimonium contrahitur per errorem perſonæ, vel conditionis non valet, *cap. 1. 29. q 1.* ideo contrahens cum Maria credens eſſe Catharinam non contrahit, *cap. 2. de coniug. ſeruo.* ita Caballin. in 10 apoſtill. ad Anton. de Butr. *d. conſil. 64. in ver. Ad primum.* † Limita, quia error in qualitate perſonæ non vitiat matrimonium. Anton. de Butr. *d. conſil. 64. n. 1.* & ibi apoſtill. in *ver. ad primum*, quod conſilium duplicatur per Anch. *conſil. 229.* & plures citat dict. apoſtill. & dat exemplum, ſi credo contrahere cum Maria diuite, ſed eſt pauper, allegat *d. cap. 1. 29. q. 1.* & alias authoritates, quia talis error non eſt circa ſubſtantiam perſonæ, cum qua contrahere intendo.

Matrimonium ſpirituale inter quos contrahatur, vel non. Concluſ. 151.

1 MATRIMONIVM † ſpirituale dicitur contractum inter Epiſcopum, & ſuam eccleſiam Epiſcopalem, in tantum, quod non poteſt tanquam maritus ab ea diſcedere ſine licentia Papæ. Feder. de Sen. *conſil. 20. n. 4. ver. preterea dixi in parte affirmatiua, col. 3.* allegat totum tit. *de transl. Epiſcop.* Ægid. Bellam. *conſil. 20. n. 12.* Abb. *conſil. 1. Videtur primo, col. fi. lib. 2. & in prima quæſt. n. 13. in fi. ver. venio ad ſecundum, & n. 15. col. 10. in princ.* vbi, quod magis proprie dicitur matrimonium inter Epiſcopum, & eccleſiam ſuam, quam inter alios beneficiatos, quia propterea Epiſcopus annulum portat. Rom. 2 *conſil. 467. Vt clara, n. 5. & 6. ver. quod autem.* † Declara; quia matrimonium inter Epiſcopum, & eccleſiam non contrahitur ſumpto vocabulo eccleſiæ pro loco materiali; quia conſtat ex cæmentis, quibus non congruit matrimonium, ſed ſecundum eſſentiam eccleſiæ, quæ ſignificat collectionem fidelium; quia iſta materialis bene datur in ſeruitium Epiſcopi, & in ſignum, & repræſentationem ſponſæ, ſed non eſt ipſa materia ſponſa. Ægid. Bellam. *d. con-* 3 *ſil. 20. n. 10. & 11. & 12.* † Amplia; quia propterea Epiſcopus dicitur perſona eccleſiaſtica ſpiritualiter eccleſiæ ſuæ matrimonio collocata; & ideo, vt promoueatur ad aliam eccleſiam Epiſcopalem, requiritur neceſſario, quod Papa illum abſoluat à vinculo eccleſiæ, quam habet, alias ſi non obtenta abſolutione à prima ſecundam acceptaret, committeret adulterium ſpirituale, quod non contingit in aliis beneficiis ita ſtricte, ita plene Abb. *d. conſil. 101. col. fin. ver. preterea in minoribus, lib. 2. & in 1. quæſt. n. 13. in fin. ver. venio ad ſecun-* 4 *dum caſum.* † Amplia inter Abbatem, & ſuam eccleſiam, quæ per mortem Abbatis dicitur viduata, *cap. ſicut, de election. & cap. ne pro* 5 *deſpectu.* Abb. *d. q. 1. col 10. in princ. n. 15.* † Amplia; quia ſi Epiſcopus abſoluitur per Papam à vinculo, quo tenetur eccleſiæ cathedrali; tunc eccleſia cathedralis (ſicuti per mortem Epiſcopi) poteſt alteri nubere libere. Abb. *d. conſil. 101. Videtur primo, col. pen. n. 5. in fin. ver. vltimo pro domino Adolfo, lib. 2.* vbi idem, ſi Epiſcopus aliam eccleſiam adipiſcitur Epiſcopalem; quia non poteſt habere matrimonium cum duabus eccleſiis, niſi Papa diſpenſaret, vt ibi *num. 6.* 6 & plenius *col. fin.* † Extende, quia propterea Epiſcopus defert annulum in ſignum ſpiritualis matrimonii. Abb. *d. conſil. 101. col. pen.* 7 *ver. vltimo pro domino, lib. 2.* † Amplia in tantum eſſe matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum, & eccleſiam, vt Papa ſine cauſa iuſta non poſſit huiuſmodi matrimonium diſſoluere, *c. ſicut alterius, 7. q. 1.* quem ad hoc adducit Rom. *conſil. 345. n. 5. cum ſeq.* & apoſtill. ibi *in ver. non poſſit*, dicit magis *communem, & idem Rom. *conſ. 467.* 8 *n. 5. & 6.* † Extende in tantum eſſe verum, vt licet ex vtilitate, vel neceſſitate poſſit Papa transferre, & ſic matrimonium ſpirituale diſſoluere; tamen Papa nomine Dei facit, non tanquam homo, *cap. quanto, de translat. Epiſc.* & Rom. *d. conſil. 345. n. 6.* vbi ſubiungit, quod eatenus manet in Romano Pontifice Petri priuilegium, quatenus ex iuſta æquitate fertur eius iudicium, & repetit *conſ.* 9 *fil. 467. Vt clara, num. 5. & 6.* † Extende; quia cauſa debet eſſe nota exemplo. Vnde quem Dominus noſter permiſit cum aliis prædicare, licet adeſſet cauſa remouendi; ſed quia aliis non erat cognita, permiſit eum. Rom. *d. conſil. 467. n. 6. ver. tertio demonſtratur*, ideo apoſtill. ibi *n. 7. in ver. ſine cauſa*, dicit, quod non præſumitur cauſa. † Amplia; quia ſicuti committitur adulterium inter coniuges, quando alter coniugatus aliã perſonam cognoſcit, ita Epiſcopus volens retinere aliam eccleſiam cũ prima Epiſcopali dicitur committere ſpirituale adulterium. Abb. *d. conſil. 101. col. pen. ver. vltimo pro D. Adolpho, & n. 6. lib. 2.* † Amplia; quia ſicuti diſſoluto matri- 11 monio carnali, (vt quia ſponſus ante conſummatũ matrimonium ingreſſus religionem emiſſa profeſſione liberauit ſponſam, quæ alteri nupſit, dato, quod ſponſus eiiciatur de religione, non habet regreſſum ad ſponſam liberatam,) ita neque Epiſcopus liberatus ab eccleſia Epiſcopali, vt aliam obtineat, ſi expellatur de ſecunda, non habet regreſſum ad primam alteri collatam. Abb. *d. conſil. 101. col. fi. lib. 2.* † Declara totam hanc materiam; quia duo ſunt matri- 12 monia ſpiritualia; vnum contrahitur cũ eccleſia vniuerſali, quando Epiſcopus conſecratur, & iſtud matrimonium reſpicit characterem, & nõ diſſoluitur vnquam, & eſt fortius matrimonio carnali; aliud contrahitur cum eccleſia particulari, & iſtud poteſt ex cauſa diſſolui, & eſt minus potens, quam carnale. Abb. *d. q. 1. n. 17. col. 11. in fine, cum ſeq. ver. & aduerte circa hoc coniugium.* † Limita in 13 Cardinalibus; quia ipſi non efficiuntur ſponſi alicuius eccleſiæ. Calderin. *conſil. 56. num. 3. ver. præterea*; quod eſt 1. primum *de transl. Prælat.* † Limita in beneficiis minoribus, in quibus non ita ſtricte 14 contrahitur matrimonium. Abb. *conſil. 101. col. fi. in princ. lib. 2.* ſed tamen contrahitur largo modo. Abb. in 1. *q. n. 15. col. 10. in princ. ver. pro ſacerdotibus vero.* † Declara; quia in iſtis minoribus contrahitur 15 quædam filiatio adoptiua ſpiritualis, quæ eſt perpetua, prout adoptio non poteſt eſſe temporalis, ita Rom. *conſil. 345. Circa primum, n. 12. ver. primum quia.* † Limita; quia matrimonium, coniunctio, vel ligamen non poteſt eſſe inter habentem aliquod officiũ, 16 & ipſum officium, quando non eſt perpetuum, & habeat ſucceſſorem, & habeat tale officium adminiſtrationem ſeparatam de ſe; quia tunc tali officio non acquiritur. Feder. de Sen. *conſil. 20. n. 4. in fin. & n. 5. & 6. & n. 7. ver. non obſtant iura, quæ innuunt, quod acquiratur officio.* † Limita, quod inter Monachum & Monaſterium non eſt 17 matrimonium ſpirituale, quia Monachus non dicitur ſponſus, ſed filius, & acquirit Monaſterio tanquam filius, vel ſeruus, ita Fed. *conſil. 4. n. 2. ver. in contrarium*, concord. Bart. *conſ. 1. Parmenſis quidam, n. 4. ver. quarto, lib. 1.* vbi, quod inter ſolum Abbatem & Monaſterium eſt matrimonium ſpirituale. Alex. *conſil. 121. Viſo themate, n. 7. ver. quinto lib. 2.* † Contrarium in moniali tenet Abb. *conſil. 111. In* 18 *cauſa Catherine, in princ. lib. 2.* vbi, quod cognoſcens carnaliter monialem committit adulteriũ, & punitur de adulterio; quia dicitur maritata, licet impropriè, & fictè; ideo ſtatutum excludens maritatas ſtantibus maſculis nõ excludit monialem; quia eſt odioſum, & propriè, & ſtrictè ſumitur. † Declara tamen; quia licet inter 19 monachum profeſſum, & Monaſterium non contrahatur matrimonium; tamen ſi fiat legatum, vel inſtitutio de aliquo, ſi contrahat matrimonium, & ingrediatur Monaſterium, habebit legatum & ſeu inſtitutionem; non quia contraxiſſe dicatur matrimonium, ſed ex eo, ne impediatur vitã contemplatiua. Alex. *d. conſil. 121. num. 7. ver. quinto quia, lib. 2.* † Limita in commendatario ec- 20 cleſiæ, quia non dicitur vere Prælatus eccleſiæ; ideo non eſt maritus, neque inter commendatarium & eccleſiam contrahitur matrimonium. Gemin. *conſil. 8. nu. 5. & nu. 8.* & Oldrad. *conſil. 179.*

Matrimonium clandeſtinum quid ſit, & quid operetur, & qualiter probetur. Concluſ. 152.

MATRIMONIVM † clandeſtinum dicitur fornicatio, adulte- 1 rium, & delictum; ideo licet valeat quoad Deum, non valet quoad mundum, niſi probetur conſenſus; ideo non legitimat filios, vide plura, quæ congerit Ceph. *conſil. 82. n. 24. & ſeq. lib. 1.* † Et 2 nõ præſumitur pro eo, vt plene Curt. Iun. *conſ. 289. in princ.* † Con- 3 trarium, quod matrimonium clandeſtinum, licet ſit prohibitum, & pœna imponatur, tamen actus non dicitur illicitus, & ideo licet copula carnalis non poſſit per illos de familia probari cũ conſanguinea vxoris ad impediendum, vel dirimendum matrimonium, bene poteſt matrimonium clandeſtinum per domeſticos probari. Franc. Aret. *conſ. 13. Viſo diligenter, n. 17. ver. venio ad quintum.* † Et dicitur clandeſtinum, ſi non eſt ſeruata forma, *cap. cum inhibitio, de clandeſtin. deſponſ.* Soc. Iun. *conſil. 46. n. 48. lib. 2.* vbi de * com- 4 * muni, & quia in faciem eccleſiæ non dicitur contractum, etiam ſi conuocatis amicis, & nemine excluſo. Ruin. *conſ. 14. n. 10. lib. 3.* Socin. Sen. *conſ. 17. n. 5. lib. 1.* † Contrarium, quod illa non ſint de ſubſtantia matrimonii, quod fiant denunciationes in eccleſia, ſed eſt 5 quædam ceremonia; quia ſatis eſt in faciem eccleſiæ, ſi coram amicis nemine excluſo fiat. Rol. à Vall. *conſil. 93. num. 25. lib. 3.* Grammat. *conſil. ciuil. 168. per totum*, & hanc veram, & communem, * & * obſeruandam dicit Maſcard. *Concluſ. 1032. num. 4.* vbi plurimos de

* * communi attestantes allegat, & dicit; quia fauet matrimonio,
6 debere teneri. † Declara, quando fuerunt vocati amici, & ita erat
consuetudo in loco. Capra *consil. 116. per tot.* & maxime *n. 6. & seq.*
vbi per totam probat, quod nõ est clandestinum, si interuenerunt
testes etiam secreti, secuta est immissio annuli, copula, & scientia
7 apud vicinos. † Declara; quia bene dicitur clandestinum, si coram
duobus; vel pluribus testibus sit contractum, nisi saltem adsint
quinque testes, & rogati à partibus, ita Masc. *d. concl. 1032. in fin.* al-
8 legat Ceph. *cons. 503. n. 15.* † Et quod non requiratur publicatio in
ecclesia, neque edictum in matrimonio. Caputaq. *decis. 204. n. 2. &*
9 *seq. in impreſs. lib. 2.* † Et dicitur clandestinum, quando retinetur
occultum, ne ad notitiam aliorum deueniat. Ceph. *consil. 435. n. 96.*
10 † Et ideo fiunt nuptiæ solemnes conuocatis consanguineis, & a-
micis, ne sit clandestinum. Franc. Aret. *consil. 13. Viso, n. 8. ver. ad pri-*
11 *mum.* † Non tamen dicitur clandestinũ ex eo, quod testes secreti
12 sunt adhibiti. Caputaq. *decis. 204. in fin. in impreſs.* † Probatur ma-
trimonium etiã clandestinum de præterito ad fauorem filiorum,
& ad effectum legitimitatis ex confessione parentum. Curt. Iun.
* *consil. 27. in princ. num. 2.* vbi dicit * communem. sequitur Collect.
commun. opin. tit. de nupt. part. 1. num. 66. Rom. *singul. 619. Tu audiuiſti,*
vbi apostilla dat concordant. & distinguit, quando pro matrimo-
nio confitentur, secus si contra matrimonium, vel si obstaret aliud
matrimonium, & ita etiam loquitur Cappel. Tholos. *decis. 172.*
item fuit quæsitum. Rom. *cons. 367. Circa primum, n. 2. ver. idem etiam in*
confeſsione, qui allegat text. in *cap. 2. de clandestin. desponſ. impub.* & plu-
res adducit Hier. Gabriel. *consil. 21. nu. 43. & seq.* vbi admittit con-
currentibus aliis præsumptionibus, vel quando cessat suspicio,
quando non ex fraude, vel vbi non præiudicatur alteri matrimo-
nio, plene Barb. *consil. 41. n. 13. & seq.* vbi *n. 15.* in fine dicit conclusio-
nem firmam, sicut lapis quadratus, *lib. 3.* & quod magnum sit fun-
13 damentum confessio. Caputaq. *decis. 206. n. 3. in impreſs.* † Exten-
dit, & declarat Dec. *consil. 133. Viso processu, in princ. & in fin. ver. non*
obstant allegata, vt procedat, siue confessio sit coniugum, siue etiam
probetur per testes non suspectos, & quando est amborum coni-
ugum, probat matrimonium. Ceph. *consil. 535. n. 57. & seq. ver. sexta*
coniectura, vbi, quod probat etiam facta parte absente, maxime,
14 quando geminata est, si ab vno tamen facit adminiculum. † De-
clara etiam per Felin. *c. 1. in fin. de præsumptio.* vbi an excusetur deli-
ctum ex confessione eius, qui passus est, & sic ex confessione coni-
ugum dicentium se coniuges, stetur coniecturis, & verisimilitu-
15 dinibus. † Contrarium, quod clandestinum nõ probetur ex con-
16 fessione coniugum. Curt. Iun. *consil. 289.* † Extende; quia confes-
sio coniugum, nedum probat matrimonium clandestinum, sed
facta ad positiones non potest reuocari, plene Caputaq. *decis. 208.*
17 *in impreſs. n. 3. lib. 2.* † Amplia; quia matrimonium clandestinum
habet præsumptionem contra se; ideo requiruntur testes omni
exceptione maiores, prout in criminali, late Curt. Iun. *consil. 289.*
n. 34. sequitur Collect. *communium opin. lib. 1. tit. de nupt. n. 44.* & dicit
Curt. ibi, quod requiruntur tres testes, quando præsumptio iuris
est contraria, ibi circa princip. & ita Rota. coram Oradino in causa
18 Vicentina matrimonii. *decis. 63. & 65.* † Contrarium in clandesti-
no, quod imo probatio regularis sufficiat. Dec. *consil. 162. num. 12.*
& 13. & 14. vbi late Rota *decis. 26. n. 5. & 209. per totam. part. 1.* quæ
* 19 dicit * cõmunem, & allegat plures. † Extende; quia testes inhabi-
les non supplentur numero plurium in causa simili. Dec. *cons. 133.*
n. 4. ver. nec prædictis. Curt. Iun. *d. cõs. 289.* Crau. *cons. 281. col. antepenul.*
20 † Contrariũ Deci. *d. cons. 162. n. 11.* vbi fallit, quando extant plures
coniecturæ, & probationes adiuuantes, & *n. 14.* quando sunt plu-
res testes, vbi *n. 13.* dicit, quod disposita in aliis matrimoniis quoad
21 probationem procedunt etiam in clandestino, & idem dicit Rota
lib. 1. decis. 209. per tot. † Extẽde maxime, quando sunt disparis con-
22 ditionis. † Declara; quia non habet locum, quando vnus excedit
alterum in vna, puta in nobilitate, & diuitiis, sed alter in virtute,
iuuentute, & similibus; quia reducuntur ad paritatem. Dec. *d. con-*
23 *sil. 162. n. 26. ver. sed ad hoc respondetur.* † Extẽde; quia ad effectũ legi-
timitatis præsumptiones debent in clandestino probari per testes
omni exceptione maiores. Cotta *decis. 280. In vna Mediol. anen.* vbi
24 late. † Declara; quia matrimoniũ clandestinum non probatur, si
maritus illud confiteatur, & vxor neget; quia quoad forũ fori non
probatur; quia ecclesia non iudicat de occultis, sed bene in foro
poli, & sic in confessione sacramentali probatur quoad confiten-
tem; quia illi standum est. Rom. *consil. 506. In re præsenti, n. 10. ver. sed*
25 *aduertendum.* † Amplia; quia matrimonium clandestinum non le-
gitimat filios ante natos, qui legitimari solent per subsequens ma-
trimonium. Hostiens. in *summa qui fil. sint legit. & in tit. de clandest. de-*
sponſ. Io. Fabr. *Instit. de nupt. in fin.* sequitur Bero. *q. 107. in princ.* Mar-
26 cabrun. *cons. 73. n. 5.* allegat Bero. *q. 103.* † Contrarium Ceph. *con-*
sil. 435. n. 92. lib. 3. vbi reprobat Bero. vbi sup. quia Hostiens. & alii
loquuntur stante impedimento matrimonii, maxime *num. 95.* vbi
plures citat. † Declara; quia matrimonium clandestinum contra- 27
ctum in gradu prohibito, non seruata forma *cap. cum inhibitio,* non
legitimat filios; secus, si cessat impedimentũ, ita Masc. *Concl. 1032.*
in princ. vbi, quod tunc non releuat vocasse amicos, nullo excluso,
& est magis * cõmunis, vt per Soc. Iun. quem ibi citat *cons. 86. n. 53.* *
lib. 2. † Contrarium, quod non requiratur solemnitas dicti *cap. cum* 28
inhibitio. de clandestin. desponſat. quod scilicet fiat proclama, vel de-
nunciatio, sed sufficiat publice amicos conuocasse nemine exclu-
so, dicit veriorem, & * communem idem Masc. *d. Concl. 1032. n. 4.* *
† Declara; quia imo matrimonium clandestinum etiam in casu 29
prohibito legitimat prolem susceptam, quando superueniente
dispensatione fuit postea contractũ publice, seruata forma *d. cap.*
cum inhibitio, si modo ambo, vel alter ignorauit impedimentum,
plene Cassad. *decis. vnic. de sponsal.* † Extende; quia imo rusticus, & 30
alii, quibus parceretur ob ignorantiam, non excusantur, si clan-
destinum contrahant in casu prohibito, & non statur illis, si con-
trarium dicant, plene Rom. *cons. 506. In re præsenti, n. 4. & seq. per tot.*
† Extende; quia neque legitimat nascituros, stante impedimento 31
inter eos, licet alter, vel ambo ignorauerint impedimentum. Soc.
Iun. *consil. 86. n. 53. lib. 2.* vbi de magis * communi, & quod non ha- *
bet dubitationem, & ita distinguit Ceph. *consil. 503. lib. 4. col. penult.*
† Contrarium, quod etiam stante impedimento nascituri sint le- 32
gitimi, quando coram amicis nemine excluso; quia non dicitur
clandestinum esse contractũ. Rol. *d. cons. 93. n. 25. lib. 3.* vbi reprobat
distinctionem Ceph. *d. consil. 503.* † Declara; quia quoad natos 33
post matrimonium clandestinum, si constat aliter, quam ex sola
confessione coniugum; quia confessioni eorum nõ statur, ex quo
esset aperta via malitiis, si illis crederetur. Gabriel. *consil. 21. in fin.*
vbi reprobat Curt. *consil. 27.* de quo ibi. † Restringe; quia filii nati 34
ex matrimonio clandestino etiam ante publicationem sunt legiti-
mi, Abb. *c. 2, in 2. not. n. 4. de clandest. desponſat. & in c. qui nobis,* vbi Io.
Andr. & Præpos. Alex. *qui filii sint legit.* Ceph. *d. cons. 435. n. 92. ver. ad*
quintum, lib. 3. quia licet clandestinum matrimonium contrahens
sit in peccato mortali; tamen valet quoad Deum, neque clande-
stinitas vitiat, *cap. si quis diuinis, 35. quæst. 5.* & filii ex tali matrimonio
clandestino, cessante alio impedimento, sunt legitimi. Io. And. in
c. per tuas, col 1. ver. de futuro, qui fil. sint legit. Præpos. in *rubr. de clandest.*
desponſ. Deci. *consil. 163. in princ. & consil. 231. num. 6.* Couarr. in *epitom.*
in 4. decret. tit. de sponsal. cap. 6. num. 7. & Ceph. *consil. 435. n. 92.* † Et 35
clandestinitas non nocet matrimonio, quin sit verum matrimo-
nium, si potest probari. Deci. *consil. 162. In causa, in princ.* † Et licet sit 36
prohibitum, & interuenientes sint in peccato, tamen admittun-
tur in testes. Deci. *d. consil. 162. in princip.* vbi saltem admittuntur,
quando clandestinum non est in gradu prohibito, & per totum
consilium, vide, quæ probatio requiratur. † Et idem, si ante pu- 37
blicationem Concilii fuit contractum, vel vbi sacrum Concilium
Tridentinum non est receptum, neque publicatum, ita Rot. Ro-
man. in *decis. diuers. 429. lib. 1. seu part. 1.* coram D. Seraphino. † Am- 38
plia; quia matrimonium clandestinum est odiosum, & non fauo-
rabile. Masc. *Conclus. 1023. nu. 10. & seq.* & non præsumitur pro eo.
Curt. Iun. *consil. 289. in princ.* † Declara, vt non procedat quoad 39
probationem, quia imo est fauorabile, ratio; quia agitur de tol-
lendo peccato, *decis. diuers. 209. lib. 1. in nouiss. nu. 6.* Deci. *d. consil. 162.*
num. 13. incip. *In causa matrimoniali.* † Imo magis de facili admitti- 40
tur probatio in clandestino propter difficultatem probandi, in
quo imperfectæ probationes iunguntur, vt per Masc. *Concl. 1030.*
n. 24. allegat Iacob. Leon. *cons. matrim. 51. n. 19.* Vide tamen Crau.
consil. 281. num. 6. ver. non obstat, qui dicit contrarium. Aret. *consil. 13.*
n. 17. Barb. *consil. 41. n. 13. & seq. lib. 3.* † Extende; quia matrimonium 41
clandestinum hodie est sublatum per Concilium Trident. Masc.
concl. 1023. in fin. † Contrarium Rot. Rom. vt in *decis. vltimus diuers.* 42
lib. 1. decis. 429. † Amplia; quia clandestinum matrimonium non 43
habet restitutionem in spolio; quia imo si essent simul, deberent
separari; ideo licet detur restitutio spoliato in matrimonio, illud
est verum, quando constat de consensu, & excluditur clandestini-
tas. Alex. *consil. 150. In causa, & lite. n. 22. ver. & posito quod, lib. 5.* † Li- 44
mita; quia in clandestino iunguntur plures probationes etiam di-
uersæ speciei ad faciendam vnam perfectam, communem * dicit
Barb. *d consil. 41. n. 30. lib. 3.* vbi iungit confessionem coniugum, &
alias præsumptiones cum testibus. † Limita; quia imo magis de 45
facili probatur matrimonium clandestinum, maxime quando de
nocte, vel in domo coram solis amicis est contractum, & coram
familiaribus. Dec. *d. consil. 162. n. 14. ver. quarto potest.* Aret in *cons. 13.*
n. 17. vbi, quod admittuntur domestici, qui alias non admitterentur, & Barb. *consil. 41. num. 13. & seq. lib. 3.* † Contrarium apostill. 46
ibi in

ibi in *ver. admitti*; quia est actus, in quo potuerunt adhiberi testes; ideo imputandum est, si non sunt adhibiti. Deci. *consil.* 133. *num.* 6. *ver. vltimo non obstat*, plenissime Grauet. *consil.* 281. *num.* 6. *col. pen. ver. non obstat, quod hic agitur.* Curt. Iun. *consil.* 289. *num.* 34.

Matrimonium an possit per Papam dissolui, vel impediri, ne contrahatur. Concluſ. 153.

1 MATRIMONIVM † contractum, & nondum consummatum potest per Papam dissolui, siue per statutum, siue per approbationem consuetudinis. Henric. Boich *in cap. tuas*, quod est fin. *de spons. duorum. n.* 4. Anch. *consil.* 409. *Viso, & diligenter inspecto, n.* 3. *& in* * *cap.* 2. *de vot. in* 6. *n.* 2. *in fin.* vbi * omnes, gl. fin. in *cap. ex publico, de con-* * *ser. coniug.* vbi * omnes, Felin. in *cap. quæ in ecclesiarum, n.* 20. *de constit.* * vbi latissime, * communem dicit Soc. *consil.* 28. *n.* 6. *lib.* 1. vbi, quod sine causa Papa hoc potest de absoluta, & cum causa potest de ordinaria potestate, & eandem cõmunem* dicit gl. in *d. c.* 1. *de vot. in* 6. 2 *in* 1. *not.* † Extende, vt idem sit per viam particularis dispensationis; quia Papa potest dirimere matrimonium contractum, & nondum consummatum. Boich *d. c. fin. de sponsa. duor. num.* 5. Anch. *consil.* 409. & idem repetit *consil.* 239. *&* 373. Boer. *consil.* 20. *per tot.* 3 Abb. in *c. per venerabilem, n.* 22. *qui fil. sint legit.* † Extende, etiam si Papa dispensasset; quia potest adhuc iniicere impedimentũ, quando nondum est consummatum. Anch. *d. consil.* 239. *&* 373. † Extende; quia etiam consensu partium potest matrimoniũ non consummatum dissolui, puta si alter ingrediatur religionem. Boich *d. c. fin de spons. duorum, num.* 7. & est text. in *c. ex publico, de conuer. coniug.* 4 † vbi * omnes. † Extende; quia hoc potest Papa etiam post mortem coniugum ad effectũ legitimationis filiorum. Anch. *d. consil.* 409. 6 † Amplia; quia Papa potest à principio inhabilitare cõtrahentes, ne contrahant, ita quod talis inhabilitas dirimat matrimonium postea contractum. Petr. de Anch. in *c.* 1. *n.* 2. *in fin. de voto, in* 6. vbi 7 Io. Andr. & alii, maxime Franc. in 3. *not.* † Amplia; quia Papa circa matrimonia contrahenda potest prohibere, & inhibere per constitutionem, & alias, ne certis casibus contrahantur, & impedit talis prohibitio contrahendum, & dirimit contractum; quia Papa in contrahendis matrimoniis habet plenissimã facultatem. Petr. de Anch. *d. consil.* 409. *n.* 3. *ver. sed in oppositum*, sequitur apostill. ad 8 Abb. in *d. cap. fi. d. spons. duor. in ver. Potestas Papæ.* † Extende; quia simplex prohibitio Papæ impedit matrimonium contrahendum interprohibitos, & dirimit contractum; quia sicuti potest per constitutionem, ita per viuam vocem, quæ magis operatur. Hostiens. in *c. ad dissoluendum, in fin. de despons. impub.* sequitur Io. Andr. ibi in 9 fin. † Contrarium, quod simplex prohibitio Papæ non dirimat matrimonium; quia potentius est matrimonium, quam prohibitio Papæ, tenet gl. in *d. cap. ad dissoluendum in ver. irritum*, vbi etiam 10 Inno. *in fin. de despons. impub.* † Declara; quia si causa prohibitionis ecclesiæ est perpetua; vt quia non est restricta ad tempus, matrimonium est nullum; si vero temporalis, non est nullũ, sed iniungenda pœnitentia, gl. in *c. tua, in ver. poteris, de spons. duorum*, vbi Abb. & alii. Felin in *c. ex parte, n.* 6. *ver. quartus casus, de constit.* vbi alios allegat, & loquitur, etiam si non extet decretum irritans, vel inhabilitatio. † Contra declarationem tenent ibi Hostien. & in *d. cap.* 11 *ad dissoluendum, in fi. de despons. impub.* qui dicit gl. in *c. tua, de spons. duorum*, intelligi de interdicto ecclesiæ, videlicet Episcopi, & infe-12 rioris, & eum sequitur Io. Andr. ibi in fi. † Declara secundo; quia, si constat de mente Papæ, vt quia adest decretũ irritans, per quod inducitur annullatio matrimonii, vel inhabilitas contrahendi, procedit prædicta opinio Hostiens. Anton. de Butr. in *d. cap. ad dissoluendum, in fin. de despons. impub.* vbi pro ista parte allegat Alanum, Archid. in *c.* 1. *de voto, lib.* 6. Guil. in *clem.* 1. *de rer. permut.* plene Felin. in *d. cap. ex parte, de constit. n.* 6. qui dicit, quod sine decreto irritanti annullatur, si prohibitio Papæ est perpetua, vel etiam si est facta cum decreto irritanti, vel idem importanti, prout clausula, *nullate-*13 *nus*, & melius Anton. de Butr. in *d. c. tua, in fin. de spons. duorũ.* † Contrarium tenet Gemin. *in d. c.* 1. *n.* 12. ex mente Io. Monachi ibi; *de voto, in* 6. qui tamen Gemin. videtur se remittere ad Io. And. in *d.* 14 *c. ad dissoluendũ, de d. sponsat. impuber.* qui tenet opinionem Hostien. contrariũ. † Declara; quia si clausula decreti est specialis, vel etiam generalis ex causa perpetua, tunc impediat; si vero clausula decre-15 ti est generalis, vel ex causa temporali, non dirimit, ita Abb. in *d. c. ad dissoluendũ, in fin. de desponsat. impub.* † Declarat aliter Henr. Boich in *c. quanto, in fin. de consuetud.* quia si Papa impedit per constitutionem posse contrahi matrimonium certo casu, erit nullum, & idem, si prohibet extra constitutionem ex causa rationabili; a-16 lias secus. † Limita, quando matrimoniũ est consummatum carnali copula; quia tunc intrat, quod dicitur: *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, videlicet, coniunxit animo, & corpore per copulam; quia isto casu Papa non potest dissoluere. Boich *d. c. fin. n.* 4. *de spons. duorum*, vbi reddit rationem; quia consummatio est de iure naturali, quod tolli non potest; item quia tale matrimonium dicitur ab Ecclesia ratificatum. Franch. in *d. cap.* 1. *in* 3. *not. de vot. in* 6.

† Restringe, nisi matrimonium consummatum esset in foro con- 17
scientiæ non verum matrimonium, licet in foro iudiciali secus, puta contractũ non animo contrahendi, sed explendi libidinem, ita Socin. *consil.* 28. *Circa primum, per tot. lib.* 1. sequitur apostill. ad Felin. in *c. quæ in Ecclesiarum, n.* 20. *in ver. ex causa, de constit. & consil.* 119. *Circa primum, lib.* 3. † Restringe ad effectum, vt regnum non desi- 18
neret, puta si mulier sterilis esset. Boer. *d. consil.* 20. vbi de hoc late. Vide, *Matrimonium quando possit impediri per Papam. Concluſ.* 136.

Matrimonii causa habet multa specialia. Concluſ. 154.

DONATIO † inualida, & quæ alias esset inualida, seu reuocabi- 1
lis, fit valida, & non reuocabilis fauore matrimonii. Boer. *decis.* 253. *n.* 10. † Contrarium; quia donatio causa matrimonii dicitur simplex donatio, ita Crau. qui alios allegat *consil.* 114. *n.* 17. Soc. 2
consil. 53. *lib.* 1. plene Dec. *consil.* 7. *n.* 12. & *consil.* 215. *Visa transactione, n.* 5. *ver. nec obstant alia verba*, vbi, quod causa præsumitur impulsiua matrimonii. † Et inter patrem & filium valet donatio nõ obstante patria potestate, quando fauore, vel contemplatione matrimo- 3
nii est facta. Alex. *consil.* 117. *in fi. lib.* 6. Guid. Pap. *decis.* 145. Dec. *consil.* 414. *n.* 14. † Imo sola promissio patris de donando filio ex causa 4
matrimonii efficaciter obligat patrem ad interesse. Salyc. in *l. si quis argentum. §. si. C. de donat.* Bart. in *l. fin.* 8. *ff. de don. caus. mort.* Caccialup. *tract. de pactis, q.* 6. *n.* 44. † Extende; quia donatio causa futuri 5
matrimonii dicitur habere titulum fauorabilem. Guid. Pap. *decis.* 145. Dec. *consil.* 239. *n.* 2. Decian. *consil.* 108. *n.* 10. *lib.* 3. † Extende; 6
quia fauore matrimonii etiã licita est donatio de bonis omnibus & de hæreditate; quia secundum magis * communem valet. Me- *
noch. late *consil.* 92. *lib.* 1. *per tot.* qui loquitur in promissione donandi omnia bona, vt valeat, & compelli possit. † Contrarium tenet 7
Dec. *consil.* 224. *In causa, n.* 2. *col.* 2. *ver. & quod valeat tale pactum, iuncto n.* 8. *ver. non obstat*, vbi, quod priuilegia in expressis habent locum, non vltra, & contra bonos mores, ibi allegat Guid. Pap. *decis.* 257. *Pactum factum est.* † Declara; quia si valet fauore militis, vt admit- 8
tit idem Deci. *consil.* 235. *Non parua, n.* 19. multo magis fauore sacramenti. † Restringe, vt nõ procedat, quando contemplatione matri- 9
monii præteriti, & facti; secus si futuri matrimonii sit donatio, ita Boer. *decis.* 253. *n.* 10. † Amplia; quia opinio communis est attenden- 10
da, secus, si est cõtraria matrimonio; quia præualet opinio singularis Doctoris pro matrimonio. Boer. *decis.* 264. *n.* 13. *in fi.* † Am- 11
plia; quia pro matrimonio in dubio iudicandum esse. Alex. *consil.* 146. *In causa, & lite, in fi. lib.* 5. † Amplia; quia testes contra matri- 12
monium debent esse omni exceptione maiores. Alex. *d. consil.* 146. *n.* 29. *ver. præterea, lib.* 5. Vide Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 8. *Testes omni exceptione maiores requiruntur in causa matrimoniali.* † Amplia; 13
quia testes recipi possunt post publicatas attestationes in causa matrimoniali super eodem articulo, tam in prima, quam in secunda instantia. Innoc. in *c.* 1. *de consang. & affin.* † Imo testes licet regu- 14
lariter non possint examinari super eisdem, quando sunt publicata dicta eorũ, vel à partibus sunt didicita testificata; tamen in causa matrimoniali bene examinari possunt indistincte. Lap. *alleg.* 83. *n.* 9. *ver. præsertim.* Gemin. *consil.* 24. *in fi.* † Amplia; quia testes, qui 15
alias non admitterentur, admittuntur ad probandum matrimonium, prout pater, & mater, & alii consanguinei, *c. super eo, il secondo, de testib.* Io. de Imol. *consil.* 135. *in princ.* † Declara, nisi affectarent 16
matrimonium, vel redderentur suspecti, vt plene Franc. Aret. *consil.* 13. *Viso diligenter, n.* 10. *ver. iis præmissis.* Vide Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 9. *Parentes vtriusq; sexus admittuntur in causa matrimoniali.*

† Frater tamen, vel alii consanguinei, qui fuerunt examinati sine 17
interrogatoriis, licet probent matrimonium tanquam suspecti, debent diligenter examinari ad habendam veritatem, maxime quando cõcurrunt suspiciones; quia amici, compatriotæ, affectionati sunt. Io. de Im. *d. consil.* 135. *per tot.* † Summaria est causa matri- 18
monialis, & de plano cognoscenda circa hoc, q; termini substantiales seruari soliti omissi non reddunt sententiam nullam. Rom. *consil.* 367. *n.* 10. & 11. † Episcopus solus habet cognitionem causæ 19
matrimonialis, non autem inferiores prælati. Rom. *consil* 299. *In proposita. n.* 8. *ver. quod autem irrationabilis. & per tot.* & ibi apostill. fin. in *ver. prohibitum*, quæ dat concord. † Transigi non potest super 20
causa matrimoniali; ideo neque compromitti, neque in arbitrum, neq; in arbitratorem, & tam principaliter, quam etiam incidenter. Rom. *d. consil.* 299. *num.* 6. *& seq.* vbi late. † Pluralitas actuum 21
præsumitur fauore matrimonii; ideo si vnus testis deponat, quod iurauit maritus super Imagine Crucifixi, alter super Ima-

gine

gine Beatæ Mariæ, præsumitur pluralitas iuramentorum, & probant, maxime, quia iuramentum non est de substantia, sed accessorium. Franc. Aret. *consil.* 13. *Viso diligenter, num.* 12. *ver. præterea in*
22 *fauorem.* † Amplia; quia remissoria debet dari à iudice ordinario in causa matrimoniali, ne pereant probationes; imo de stylo Curiæ committitur talis remissoria etiam ordinario. Lap. *alleg.* 46. *per*
23 *totam*, vbi est casus decisio. † Amplia; quia possessio matrimonialis; quia videtur contrarium naturæ, quod persona libera possideatur, ad hoc, vt de ea constet, requirit, quod interuenerit legitimus consensus amborum, carnalis copula, & cohabitatio. Gemin. *consil.* 24. *Quia diffuse, num.* 3. *ver. præterea.* † Amplia; quia iuramentum in supplementum semiplenæ probationis non defertur
24 in causa matrimoniali. Gemin. *consil.* 61. *num.* 7. *ver. ad id, quod dicitur*
25 *de iuramento.* † Declara; quia non defertur iuramentum in supplementum contra matrimonium, nec pro matrimonio, quando agitur de infringendo alio matrimonio postea contracto; secus est, si agatur de fauore matrimonii vnici. Castr. *consil.* 45. *col. fin. num.* 4.
26 *ver. posito autem, lib* 1. † Amplia; quia sententia nunquam transit in iudicatum; quia si est matrimonium, & feratur contra matrimonium, non potest dissolui, quin semper probari possit; & idem, si matrimonium non potest esse inter prohibitos; tunc si feratur sententia, quod valeat matrimonium, nunquam transit in iudicatum; quia non est in potestate partium dissoluere matrimonium, nec illud inducere in casu prohibito. Gemin. *consil.* 63. *n.* 12.
* *& seq. ver. ex iis infertur*, communem * dicit apost. ad Rom. *consil.* 367.
27 *in ver. quod sic.* † Restringe; quando sententia est lata pro matrimonio, dicta apostill. ad Rom. *consil.* 367. *ver. quod sic*, & ibi Roman. in
*28 principio consil. dicit * communem. † Declara tamen; quod duobus casibus transit in iudicarum, quando matrimonium esset nullum, sed inter personas, quæ libere de nouo possunt contrahere; quia ex quo non appellatur, videntur de nouo consentire, & similiter quoad forum contentiosum transit in iudicatum. Gemin. *d. consil.* 63. *num.* 13. *ver. vnde si feratur, & seq.* † Declara; quia sen-
29 tentia contra matrimonium, nunquam transit in iudicatum ad effectum, vt semper possit probari pro matrimonio, sed antequam sit probatum, post lapsum temporis bene fingitur legitime lata, & potest exequi, alias frustratorium esset iudicium Castrens. *consil.* 355. *Videretur, num.* 2. *ver. item non obstat. lib.* 1. vbi, quod imo talis sententia non debet rescindi, nisi ex euidentibus probationi-
30 bus. † Declara; quia sententia lata pro matrimonio inter non prohibitos bene transit in iudicatum, sed tamen licet minor non restituatur aduersus matrimonium, bene potest restitui aduersus talem sententiam, puta si non appellauit intra decem dies, vel si non esset prosecutus; quia facto suo est læsus. Alex. *consil.* 80. *In*
31 *causa, & lite, in princ.* maxime *num.* 3. *& 4. lib.* 7. † Amplia; quia causa matrimonii non cognoscitur, nisi per viros discretos, qui sciant
32 canones, *c.* 1. *de consanguin. & affinit.* † Imo de stylo curiæ non committitur cognitio causæ matrimonii, nisi locorum ordinariis.
33 Abb. *in c. causam matrimonii, in princ. de off. deleg.* † Causa est spiritualis, & ad forum Ecclesiæ spectat causa matrimonii; ideo statuta laicorum super matrimonio, vel impedientia matrimonium, non
☞ valent. Alex. *d. consil.* 169. *Visis instrumentis, in fin. lib.* 7. Vide, *Statuta diuersorum locorum circa matrimonia, & sponsalia à laicis non valent facta, & quando. Conclus.* 592.

Matrimonium secundum priuat vxorem legato primi mariti, & quomodo. Conclus. 155.

1 MATRIMONIVM † secundum si contrahat mulier, perdit legatum sibi factum à primo marito de victu, & vestitu, quandiu vixerit, & stare voluerit in hospitio legantis. Oldrad. *consil.* 213.
☞ 2 *Ad quæstionem.* Vide plenius, *Vxor perdit legatum victus, si transit ad secundas nuptias. Conclus.* 400. † Extende; quia si maritus legauit vxori scuta mille ad vtendum, & fruendum, donec vixerit, & post illius obitum substituit, seu legauit illa Titio, si vxor transeat ad secunda vota, perdit legatum, ac si mortua esset, & debetur Titio,
☞ ita Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de secund. nupt. super. rubric.* Vide, *Legatum quando perdatur per transitum ad secunda vota. Conclus.* 136. Vide, *Mater quando priuetur successione filii ob secundum matrimonium. Conclus.* 112. *& Conclus. ibi proxime præced. num.* 10. *& seq.*

Matrimonialia pacta secundum consuetudinem fori vxoris sunt intelligenda. Conclus. 156.

1 REGVLA † est, quod pacta inita in contractu matrimonii, & quæ respiciunt contractum, prout est ab initio ante matrimonium consummatum, obseruari debent secundum statuta, & consuetudinem, quæ viget in foro mulieris, in quo celebratur contractus, & non iura fori, seu domicilii mariti, præterquam quoad modum exigendi dotem, late Felin. *in c.* 1. *de sponsal.* Vide, *Dotis lucrum, vel exactio qualiter fiat, & quod domicilium attendatur. Conclus.* 756. Vide, *Statutum circa dotis lucrum valet, & quando habeat locum, vel non. Conclus.* 511.

Matuliani Terra, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Conclus. 157.

TERRA † Matuliani est libera, & non subiecta Florentiæ, 1
neque de illius districtu, sed recommendata. Cor. *consil.* 187. *In consultatione, per tot.* vbi sunt capitula inita cum communitate Florentiæ, *lib.* 4. † Appellari debet ad Priores Terræ Matuliani, 2
non autem ad Commune Florentiæ. Corne. *d. consil.* 187. *in princ. & per tot. lib.* 4. † Statutum Matuliani prohibet appellari à sententia 3
lata ad consilium sapientis, & tale statutum ligat clericum litigantem contra laicum in foro seculari. Corn. *d. consil.* 187. *num.* 13. *& seq. lib.* 4. *vsque in fin.* vbi de * communi, & magis communi. *

Medicus semel approbatus potest reprobari. Conclus. 158.

MEDICVS † semel approbatus potest iterum reprobari pro- 1
pter periculum, quod vertitur in exercitio artis suæ. *l. vi gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & honor. l.* 2. *C. de professorib. & med. lib.* 10. Oldrad. *consil.* 18. *Circa primum articulum, in princ.* vbi idem dicit in approbato ad duas parochiales, vt ad tertiam possit reprobari. † Extende; quia idem est in approbato ad vnam parochia- 2
lem; quia potest reprobari ad aliam. Vide, *Approbatus ad vnam parochialem potest reprobari ad aliam. Conclus.* 433.

Medicina est ars approbata, & medico statur circa practicam medicinæ. Conclus. 159.

MEDICINA † est ars verissima, & ipsius regulæ ab experientia 1
ortæ sunt. Aristot. *in* 1. *Metaphysic.* quem citat Bald. *consil.* 237. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. sequitur Boer. *decis.* 323. *num.* 22. † Romani tamen 2
steterunt 600. annos, quibus artem medicinæ non voluerunt habere, & saniores fuerunt. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 24. † Quælibet ci- 3
uitas debet habere medicos decem, vel duodecim, videlicet, septem maiores, & quinque inferiores. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 24. † Modus, & ordo medendi est triplex; primus figuraliter per vri- 4
nam, & excrementa; secundo per tactum pulsi; tertio modo prognosticando. Boer. *d. decis.* 323. *circa fin. num.* 24. *in fin.* † Excusatur 5
medicus, qui curam recipit desperatam, non sic aduocatus. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 25. † Amplia; quia medicis statur circa vulnera, an 6
sint mortalia, vel non. Bald. *consil.* 237. *Ad euidentiam, in princ. lib.* 1. plenissime Boer. *d. decis.* 323. *num.* 21. † Et medicinæ regulis est in- 7
hærendum, sicut Bononienses Carocio; ideo in spectantibus ad medicinam leges non dedignantur sequi medicinam, & regulas medicinæ. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 22. *& seq.* † Et si in loco non est, 8
nisi vnus medicus, illi statur, licet regulariter duo, vel plures requirantur. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 23. vbi plures alleg. † Et maxime 9
procedit, quando vnus est salariatus ex publico, & peritissimus, Boer. *d. decis.* 323. *num.* 24. † Et iurare debent medici super iudi- 10
cio, an vulnus sit mortale, vel non, nec debent esse veloces ad iudicandum, sed tardi & circumspecti, & expectare septimam diem, vt videant signa, & accidentia, quæ detegunt veritatem. Boer. *d. d. cis.* 323. *num.* 24. *col. pen. ver. aduerte tamen.* Vide, *Peritia in arte standum est. Conclus.* 286. † Doctor non debet esse medicus ex necessi- 11
tate. Alex. *consil.* 15. *Viso processu, in fin. lib.* 1. vbi, quod appellatione medicorum veniunt obstetrices. † Restringe in chirurgia; quia 12
non debet esse Doctor, sed sufficit practicus barbitonsor. Boer. *d. decis.* 323. *num.* 20. & sic non requiritur; imo dicit, quod cum Doctoratus sit dignitas, non debet esse Doctor chirurgicus.

Medicus acquirit sibi, non patri, vel fratribus, & quando secus. Conclus. 160.

MEDICVS † si lucratur ex arte medicinæ viuente patre acqui- 1
rit patri; ideo mortuo patre diuiduntur omnia. Bald. *consil.* 347. *Quæritur, pater. nu.* 2. *ver. quantum ad secundum, lib.* 2. † Con- 2
trarium tenet Bald. *consil.* 438. *Primo dicam, in princip. lib.* 3. vbi, quod acquisita etiam tempore patris ex medicina non communicat aliis fratribus, & multo magis, si post mortem patris acquisiuit. † Amplia, vt etiam teneatur communicare fratribus lucrum me- 3
dicinæ post mortem patris, quando inuicem contraxissent societatem. Bald. *d. consil.* 347. *num.* 2. *lib.* 2. † Limita; quia medicus mor- 4
tuo patre non tenetur communicare lucra medicinæ suis fratribus, nisi contraxissent societatem insimul. Bald. *d. consil.* 347. *nu.* 2. *ver. quantum ad secundum. lib.* 2. Bald. *d. consil.* 438. *lib.* 3. † Et in dubio 5
præsumitur potius medicus acquisiuisse ex medicina, quam de com-

communi; tamen secundum coniecturas istud est arbitrarium iudici. Bald. *d. consil.* 438. *ante med. lib.* 3. Vide, *Approbatus ad vnum, &c. Conclus.* 433.

Medici, & medicamenta sunt adhibenda infirmis. Conclus. 161.

1 MEDICOS † adhibere debet maritus in infirmitate vxoris, & alia medicamenta, alias priuatur lucro dotis sibi delatæ à statuto. Alex. *consil.* 123. *Viso processu, in princ. lib.* 7. vbi dicit * com-
2 munem, & ibi apostill. in *ver. perdit*, dat concord. † Amplia; quia appellatione alimentorum legatorum veniunt etiam medicorum hilaria, & medicinæ. Ias. in *l. cum ii. §. qui transigit. ff. de transact.* Ri-
3 min. Iun. *consil.* 132 *num.* 11. & 12. Vide, *Alimentorum appellatione, &c. Conclus.* 282. † Amplia; quia vulneratus, qui non adhibuit medicos, neque medicinas, quando vulnus non erat lethale, & moritur, dicitur esse in culpa, & vulnerans non teneretur de homicidio. Bald. *consil.* 136. *Proponitur, quod Titius, lib.* 2. & Signorol. *cons.* 163.
4 *num.* 6. dicit, quod plures liberauit à morte in isto casu. † Amplia; quia etiam in animalibus brutis debent adhiberi medicamenta, alias imputatur culpæ non adhibentis. Alexand. *consil.* 183. *Viso pro-*
5 *cessu, num.* 5. *lib.* 7. † Extende; quia imo si quis adhibet nimis tarde medicum, & medicamenta, dicitur esse in culpa, ac si non adhibuisset. Alexand. *d. consil.* 183 *num.* 5. *lib.* 7.

Mediator non habetur in consideratione; ideo prohibitus acquirere sibi, potest alteri acquirere, vt mediator, & quando secus. Conclus. 162.

1 MEDIATOR, † videlicet persona adhibens ministerium, non spectatur, sed persona capientis commodum; ideo pater potest esse minister pro filio secundi matrimonii, vt mater illi pro-
2 mittat lucrum dotis. Bald. *consil.* 264. *inter consilia Castr. lib.* 1. † Contrarium tenet Io. de Liguano *consil.* 263. *inter consilia Castrens. circa fin. lib.* 1. quem comprobat Riccard. de Salyc. *consil.* 265. *inter consilia Castr.* & Franc Albergot. *inter eadem consilia Castren. consil.* 261. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 40. *in fin.*

Medietatis appellatione quid veniat. Conclus. 163.

1 FEVDVM † concessum duobus pro medietate cuilibet, intelligitur, quod medietas sit vtriusque, & ideo sicut si augeatur feudum, ad commodum amborum debet redundare; ita etiam si pro parte euincatur, debet vterque pro rata incommodum sentire, non obstante diuisione; quia istud est de natura societatis, & communionis. Bald. *consil.* 435. *Proponitur, quod fuit per tot. lib.* 1.

Mediocritas habet locum in obligationibus simpliciter factis. Conclus. 164.

1 DEBENS † soluere decimam agnorum, si non discernitur, quis agnus sit decimo loco natus, soluit vnum mediocrem, ne sit
2 melior, neque deterior. Oldrad. *consil.* 236. *Circa propositam quæstionem. num.* 2. *ver. si verò illud non cognoscatur.* † Et obligatus soluere decem in melle, debet soluere in melle mediocri, non autem pessi-
3 mo. Bald. *consil.* 358. *Dubitari potest, in princip. lib.* 5. Vide, *Medium, & media via, &c. Conclus.* 170.

Mediolani Dux, & eius priuilegia. Conclus. 165.

1 IOANNES † Galeatius Vicecomes fuit creatus dux Mediolani, & Vicarius Imperii in Italia à Rege Romanorum, qui etiam reuocando omnes infeudationes, illi subiecit multas ciuitates, & voluit omnes feudatarios teneri ad præstandum iuramentum fidelitatis. Bald. *consil* 326. *Rex Romanorum, per tot. lib.* 1. vbi, quod non tenentur feudatarii Imperii ligii, & alii ad maius onus, neque ad duo iuramenta, sed bene potuit Imperator, vel Rex Romanorum subiicere feudatarios duci Mediolani, sicuti si crearet Ducatum in Regnum, quod posset, *consil.* 328. *Quæritur, si Rex Romanorum, &*
consil. 333. *Ad intelligentiam, in princ. & per tot. lib.* 1. & hæc erectio fuit facta in Ducatum à Ladislao Imperatore anno Domini 1395. vt apud Blundum, *lib.* 7. *Italiæ illustratæ*, & apostill. ad Alex. *consil.* 87.
2 *in ver. Galeatii.* † Et quod valuerit concessio facta à Rege Romanorum, nondum incoronato Imperatore prædicto Galeatio, plene Ang. Aret. *consil.* 113. *Quia in casu*, vbi, quod esset sacrilegium disputare de hoc, maxime; quia concessio fuit motu proprio, &
3 ex certa scientia, & plenitudine, cum clausula, *supplentes.* † Iste Galeatius habuit vnicam filiam nomine Valentinam, quam de anno 1389. nupsit duci Ludouico Aurelianensi, ex ea orti sunt Carolus, Philippus, & Ioannes, & Margarita, & habuit in dotem Ciuitatem Astensem; Carolus Dux Aurelianens. primogenitus fecit se inuestiri à Sigismundo Imperatore de d. Ciuitate 18. Sept. 1413. ex Carolo natus est Ludouicus, qui fuit 12. Rex Francorum, & ex hoc prætendunt Reges Franciæ successionem in Ducatu Mediolani; quia asserunt in dotali instrumento conuentum, quod finita linea Vicecomitum Ducatus Mediolani spectaret ad descendentes Valentinæ, vt dicit apost. ad Alex. *consil.* 87. *Accurate, lib.* 6. sed Alex. ibi, qui ponit tenorem instrumenti dotis, nihil de hoc, imo consuluit, quod non solus Carolus, sed omnes filii Valentinæ succedunt. † Huic Ioanni Galeatio successit in Duca-
4 tu Philippus Maria, qui concessit in feudum Duci Borsio Estensi Castrum nouum. Ang. Aret. *d. consil.* 113. vbi, quod dux Borsius tenetur obseruare exemptiones concessas illis de Grassis per Philippum Mariam ante infeudationem dicti castri. † Et iste Philip-
5 pus Maria pronepotibus suis ex Valentina nupta Duci Ludouico Aurelianensi gubernauit Ciuitatem Astensem nomine Caroli Ducis Aurelianensis filii Ludouici, vt in facto ad *consil. Alex.* 87.
6 *lib.* 6. † Iste cum sit Vicarius, non dicitur absolutus dominus; ideo non statur suæ assertioni, nec habet locum, *clem. 1. de probat.* sed *c. cum à nobis, de testib.* vt sibi asserenti non credatur. † Et in con-
7 cessione Ducatus inter alias ciuitates fuit concessa Ciuitas Bergomi. Castr. *consil.* 34. *col. fin. ver. ex eo tamen. lib.* 2. & ibi *col.* 1. *ver. cum igitur ciuitas*, dicit est de Comitatu Mediolani, licet de facto per alium detineatur. † Potest Dux Mediolani in suo Ducatu, quic-
8 quid potest Imperator; quia fungitur vice Imperatoris ex concessionibus Regis Romanorum. Bald. *consil.* 227. *Pridie enim, in fin. ver. concludendo dico, lib* 1. & *consil.* 188. *Dicitur, quod opus, num.* 5. *ver. item magnificus noster, lib.* 2. dicit, quod vicem Imperatoris per omnia gerit, & *consil.* 195. *Laudare vos, in princ.* vbi, quod tam Dux Mediolani, quam Mantuæ, & alii, de consuetudine possunt ea, quæ Imperator in suo statu, *lib.* 2. Alex. *consil.* 2. *Visis codicillis, num.* 8. & 9. *lib.* 1. Rip. *responsa* 3. *in fin. de diuer. rescript.* Deci. *consil.* 403. *num.* 6. & 7. & ante eum Castr. plenissime *consil.* 34. *Super primo dubio, lib.* 2. *in princ. & per tot* maxime *num.* 5. *vsque in fin.* plene Alex. *consil.* 11. *Alias consului, nu.* 8. & *seq ver. posset etiam aliter responderi, lib.* 7. vbi apostill. in *ver. Dux* citat Alex. *consil.* 30. *num.* 9. *lib.* 5. † Imo dicit latissime
9 Alex. *d. consil.* 11. *num.* 9. & *seq. lib.* 7. quod Dux Mediolani non est subditus Imperatori, neque subditi Ducis sunt subditi Imperio; quia ab immemorabili tempore ipse Dux, vt est notorium præscripsit iura Imperialia, & potest in suo Ducatu omnia, quæ potest Imperator in Imperio, & licet nemo possit præscribere, quin subsit Papæ, bene potest præscribere, vt non subsit Imperatori, & plenius Curt. Sen. *consil.* 65. *num.* 5. & *seq.* maxime *num.* 15. & 16. vbi, quod Imperator quoad Ducatum Mediolani redactus est adinstar priuati, & quod de eo dici potest, quod solet dici de Polo Antarctico, qui non est nostri hemisphærii, & reperit *consil.* 49.
10 *num.* 50. *ver. nono ostenditur.* † Imo ex priuilegio Vincislai Romanorum Imperatoris omnia iura Imperialia sunt translata in Ducem Mediolani Vicarium perpetuum per se, & suos hæredes Imperii. Bald. *consil.* 355. *Factum tale est. per tot. lib.* 3. vbi quod *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript.* & alia iura loquentia de Imperatore, habent locum etiam in Duce Mediolani, quæ inuestitura Vicislai fuit de an. 1396. vt attestantur Curt. Iun. *consil.* 157. *nu.* 32. Alba. *consil.* 64. *num.* 45. † Et Imperium surrexit à mortuis per erectionem
11 Ducatus Mediolani, vt inquit Bald. *d. consil.* 333. *Circa principium, ver. porro ad eum pertinet, lib.* 1. † Iura Imperii habet, & ideo delegat cau-
12 sas meri imperii, sicut Imperator in suo Ducatu. Ang. *consil.* 217. *In causa accusationis, in princ. ver. contrarium est verum.* † Imperator est in
13 suo Ducatu, Dux Mediolani, & non recognoscit Imperium, vt latius multa cumulat Curt. Sen. *consil.* 65. *nu.* 5. *ver. sed præmisso.* † Ex-
14 tende; quia non minorem potestatem habet Dux Mediolani in suis ciuitatibus, quam habeat Rex in suo Regno. Io. de Ana. *consil.* 81. *n.* 2. & *n.* 3. dicit, quod plus iuris habet in suo Ducatu, quam Imperator in Imperio; quia habet hæredem & successorem, non Imperator. † Extende; quia habet Dux Mediolani iura Regalia,
15 & Imperialia in suo Ducatu, & ideo illius fiscus dicitur idem fiscus cum fisco Imperatoris, propter vtilem concessionem ab Imperatore factam de ipso fisco vtili, ideo *d. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* loquens in Imperatore, habet locum in Duce Mediolani. Bald. *consil* 363. *Quæritur. an si, lib.* 1. *per tot.* † Et iuta Principis habet.
16 Ang. Aret. *consil.* 113. *Quia in casu, num.* 6. *ver. videndum.* † Et potest
17 committere causam appellatione remota, ex quo superiorem non recognoscit Soc. *consil.* 195. *Circa primum, in princ. lib.* 2. † Et
18 quod possit, prout alii absoluti Principes, donare, & disponere de rebus subditi ex causa, quæ præsumitur, tenet Io. de Ana. *d. consil.* 81. *n.* 4. † Contrarium, quod Dux Mediolani non possit auferre
19 rem subditi, prout Imperator, neque militibus donare. Fulg. *consil.* 20. *n.* 5. *vsq. in fin.* vbi, quod non potest auferre bona Corrigiensium & illa donare Othoni eius Capitaneo, stante prohibitione

alienan-

alienandi extra familiam; quia non est solutus legibus, sed solus Imperator; item, quia ignorauit prohibitionem; & quia non nisi ob publicam necessitatem hoc in supremo Principe admittitur.
20 † Declara; quia Dux Mediolani est vasallus Imperij; ideo non in-
21 dicit bellum. Io. de Imol. *consil. 51. per tot.* † Item non potest feuda-
22 lia donare; quia ipse vasallus est, Io. de Ana. *d. consil. 81. in fin.* † Declarat tamen Curt. Iun. *d. consil. 157. num. 32.* quia licet omnia possit, non tamen potest eneruare decreta Imperatoris. † Et quatenus dicatur administrator Imperij; quia est perpetuus, posset donare moderate tanquam administrator. Io. de Ana. *d. consil. 81. n. 2.*
24 † Amplia; quia legitimat spurios secundum Barbat. *consil. 34. col. pen. lib. 2.* vbi, quod non præsumitur facere non concessa, & ideo cum hoc faciat, præsumitur habere in concessione, & idem dicit
25 Castr. *consil. 34. Super primo, in princ ver. sed ad istam, lib. 2.* † Extende; quia quatenus nullum haberet speciale priuilegium, potest ista iure ordinariæ iurisdictionis in suo Ducatu, prout etiam potest creare Notarios in suo Ducatu, prout omnes alii Comites, & alii Vicarii perpetui. Castr. *d. consil. 34. in princ. lib. 2.* sequitur Dec. *consil. 403. num. 6.* etiam auferendo ius quæsitum de iure ciuili, vt ibi
26 *num. 5. vsque in fin.* † Luchinus Vicecomes fuit dominus Mediolani, & status. Signo. *consil. 89.* vbi connumerat Ciuitates, & decre-
27 ta quædam circa bannitos. † Diuiserunt domini Mediolani statum, & Barnaboui obuenit Terra Lacui, frater fuit Galeatius
28 Maria Vicecomes. Signor. *consil. 105.* † Bernabos Vicecomes Dux Mediolani, fuit dominus Bergomi, & habuit bellum cum Sede Apostolica, & adhærentibus, qui erant dominus Veronæ, dominus Paduæ, dominus Marchio Ferrariæ, contra quos diffidauit, vt in literis scriptis ad Ciuitatem Bergomi, de quibus Sign.
29 *consil. 185. in princ.* † Magnifica domina Blanca fuit vxor Barnabouis, & ipsa quoque rescribebat loco Principis. Sign. *consil. 194.*
30 *in princ.* † Dux secundus Mediolani fuit interfectus, & Prior S. Ambrosii Mediolani fuit conscius necis Ducis, pro quo scribit Christophorus Castillion. *consil. 7. Visis prius, per tot.* & concludit, quod confessio extra iudicium facta per Priorem, quod sciuit ante necem Ducis p quindecim dies nō est sufficiens, nisi ad suspen-
31 sionem, & sic ad pœnam extraordinariam. † Pandulphus Malatesta tractauit ex insidiis ingredi Mediolanum, & mediantibus bannitis quibusdam capere portam Cumanam, vt per Castillion. *consil. 8. In facto proposito, in princ.* vbi, quod Dux postea restituit bona alteri donata ipsis condemnatis cum clausula, *non obstante do-*
32 *natione*, & dicit, quod non valeat in præiudicium tertii. † Ludouicus Dux Mediolani, & Princeps Achaiæ misit Signorolum Homodæum, & Petrum Bixutium ad legendum in studio Taurin. cum promissione, & obligatione de soluendo stipendio, & cum non soluisset, & mortuus esset Ludouicus Dux, & Signorolus quoque esset mortuus, negabat successor in Ducatu teneri per multas rationes, primo quoad Ducatum, cum sit feudale, non potuit obligari, secundo; quia quatenus Ludouicus acquisiuisset aliqua bona, extat decretum Ducum, quod omnia sint Ducatus, & feudalia, tertio; quia quatenus obligatio teneat, dicit Dux, quod mortuo Ludouico posuit populos in libertate, & ipsi se dederunt; ideo cum ipsos populos, & feuda possideat ex noua acquisitione, & expugnatione, obligationes euanescunt, prout hæc omnia Christoph. Castillion. recenset, *consil. 4. Illustris. Princeps, in princ.* sed *num. 8. & seq.* ostendit illud pactum non operari translationem dominij, neque possessionis, & non obligare successores
33 in Ducatu. † Franciscus Sfortia primus Dux Mediolani habuit filium primogenitum nomine Galeatium Mariam, qui contraxit sponsalia cum Susanna filia Ludouici Marchionis Mantuæ, sed fuerunt dissoluta propter inhabilitatem Susannæ, ideo contracta fuerunt de nouo sponsalia cum Dorothea filia eiusdem Marchionis Mantuæ sub duabus conditionibus, si Papa dispensaret, prout dispensauit, & si non redderetur gibbosa mulier, super quo orta fuit cōtrouersia super ostensione puellæ nudæ, & Aret. *consil. 142.*
34 consuluit pro Duce Mediolani. † Rex Franciæ, & Dux Mediolani obtinuit à Leone X. quod non possent trahi ad Curiam Romanam Mediolanenses, ideo expulso Rege Franciæ cessat priuilegium; quia nō tanquam Duci, sed tanquam Regi Franciæ, & Duci
35 fuit concessum. Surd. *consil. 127. num. 67.* † Pacem habuit cum Domino Mantuæ, & Marchione Ferrariæ. Bald. *consil. 195. per tot. lib. 2.* vbi, quod Dux Mediolani non venit contra pacem faciendo nouum opus super flumine Padi etiam ad æmulationem pro securitate sua, quia Dominus Mantuæ prius fecit pontem ad eandem æmulationem, per quem possent homines armati de facili transi-
36 re. † Iudex fuit Dux Mediolani ex sua iurisdictione inter Parmenses, & Dominus Corrigii, vt per Signor. *consil. 70. In quæstione*
37 *vertente, penul. col. ver. venio ad quartum.* † Guerram habuit Dux Mediolani cum suis adhærentibus cum D. Io. de Olegio, & adhærentibus, tandem fecerunt pacem generalem, & fuerunt restituta omnia, & Io. de Pepulis adhærens D. Io. de Olegio fuit restitutus Bononiæ, vnde erat expulsus, & ad bona Nouariæ. Sign. *consil. 131. Factum sic se habet.* † Archiepiscopus Mediolani fuit iudex alle- 38
gantibus Bart. Salycето, & aliis Aduocatis super eo, an statutum Mediolani de non alienandis bonis in non subditos comprehendat clericos, & ecclesiam, vt refert Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. glo. num. 5. ver. & in simili.* † Statuta Mediolani sunt condita, & con- 39
firmata à Ducibus Mediolani habentibus facultatem ab Imperatore condendi statuta, ideo derogatio postea facta ab imperatore statutis in genere, non derogat statutis Mediolani, nisi fiat de eis mentio specialis. Sign. *consil. 219. Factum sic se habet, num. 14. in fin. ver. nec prædictis obstat.* † Vinum ad minutum non potest vendi 40
in ciuitate Mediolani sine licentia datiariorum sub pœna æris, & personæ arbitrio, quæ pœna, si de die, non potest excedere relegationem. Signor. *consil. 169. num. 53.*

Mediolani Decreta, & interpretationes. Concluſ. 166.

DECRETVM † contra creditores eorum quorum bona confiscantur, continet, q̄ creditores debent iurare se veros creditores, &c. & si falsum iurauerint, perdunt creditū, condemnantur in quadruplū, & sunt periuri. Bald. *cons. 110. Decreto domini*, vbi ponit continentiā decreti, *lib. 1.* & dicit huiusmodi decretum non habere locū, si procurator habens mandatum iurauit falsum, nisi esset mandatum singulare, & speciale. † Banniti ex ciuitate Me- 2
diolani etiam censentur banniti ex aliis ciuitatibus status ex decreto Luchini Vicecomitis; ideo sicut possunt impune offendi stante statuto banniti Ciuitatum; ita etiam poterunt offendisti 18
banniti per extensionem ex decreto prædicto, quod fuit Luchini Vicecomitis, de quo Sign. *consil. 89. per tot.* † Quod nullus pro de- 3
licto ciuili possit carcerari, aliud, quod omnes fictabiles, mezzadri, Molinarii, & similes obligari respōdere domino possunt carcerari, an fideiussor insolidū, mezzadri, vel fictabilis possit carcerari, pro vtraque Castillio. *cons. 29.* & tandem concludit, quod sic, quādo simpliciter fideiussit; quia tacite in omnem causam, magis si expresse fideiussit in omnem causam; quia censetur etiam quoad capturam, & renunciasse primo decreto prohibenti capturam. † Quod causa vsuraria possit cognosci, tam per iudicem secula- 4
rem, quam ecclesiasticum ad electionem eius, qui passus est vsuras; & quod ecclesiasticus non possit inhibere seculari. Castill. *consil. 36. n. 25. de secundo*, vbi, q̄ Dux mandauit tolli inhibitionem Episcopi Lauden. & Prætori, quod procederet in causa vsurarum.

Mediolani Ciuitas, Statuta, Conſuetudines, & Priuilegia. Concluſ. 167.

ANNO † Domini 1330. fuerunt compilata statuta Mediolani, 1
& iterum 1351. reformata, & dispositum, quod statuta omnia sint abrogata, quæ non sunt in volumine nouiter compilato. Signor. *consil. 202.* † Ciuitas Mediolani fuit Bernabouis, & Galeatij, 2
Vicecomitum fratrum, qui omnia bona diuiserunt præter ciuitatem Mediolani, quam retinuerunt communem. Lap. *allegat. 49. n. 7. ver. tertiū membrum.* † Regia ciuitas est ciuitas Mediolani me- 3
tropolis, & est principalis inter ciuitates Lombardiæ ab immemorabili tempore, & habet studiū de cōsuetudine immemorabili, sicut Patauium. Bald. *cons. 163. Factū sic se habet, lib. 2.* quod duplicatur *cons. 77. Casus talis est, lib. 5.* † Aduocati Mediolanenses non cu- 4
rant, quod officium Notariatus, tanquam vile non conueniat Aduocato, secundum gl. in *l. vniuersos, C. de decur. lib. 10.* quia ipsi, licet sint Aduocati, etiam faciunt officium Notarii. Cald. *cons. 175. circa prin. ver. sed iis nō obstantibus*, alias *2. de fid. instr.* † Gabella salis est Cō- 5
munis Mediolani, quæ locabatur per Vicarium duodecim prouisionum. Sign. *consil. 22. In quæstione vertente, per tot.* † Et in causis ga- 6
bellæ nō datur appellatio. Soc. *cons. 195. Circa primum, in princ. lib. 2.* † Ambasciatores Mediolani apud Imperatorem Constantinopo- 7
litanum fuerunt, quibus Imperator munera præbuit, vt notatur in *l. si vero, § item quicquid, ff. solut. matrim.* Bald. *consil. 194. in princip. lib. 2.* Angel. *cons. 319. n. 4. ver. pro hoc etiam facit.* † Vicarius Potestatis 8
Mediolani ex forma statutorum potest, quicquid potest Potestas. Angel. *consil. 217. n. 7. ver. sententia vero lata.* † Magistratus intrata- 9
rum, & illius officiales non possunt constituere salarium officialibus sine licentia principis, & literis dicti magistratus non creditur, quod salarium debeatur; quia non possunt disponere. Alex. *cons. 206. in princ. lib. 2.* † Statutū Mediolani, quod mortuo aliquo 10
possessio bonorum transeat in hæredem eius ipso iure sine aliqua apprehensione; & si quis nō hæres ingrediatur possessionem bonorū, ingressus sit nullius momenti. Bald. *cons. 141. Præmisso verbo. in prim. lib. 1.* & de eodem statuto, quod tenuta data non citato filio

sit nul-

☞ sit nulla. Bald. *cons.* 181. *lib.* 1. Vide, *Statutum, quod possessio defuncti continuet in hæredem sine apprehensione, est odiosum, respicit petitorium, & qualiter intelligatur. Concl.* 626. †Statutum etiam circa vltimas voluntates Mediolani disponit, q̃ volens testari, vel relinquere, possit adhibiris quinq; testibus, & tribus Notariis. Bald. *d. cons.* 141. *in pr. lib.* 1. †Item q̃ vicini litigantes possint compelli ad compromittendum, q̃ intelligitur de vicinis eiusdem contradæ secundum communem vsum loquendi. Sign. *cons.* 32. *Qui dicantur, in fin.* †Statutum circa filiationem ꝓbandam, vel consanguinitatem dispo-nit, q̃ possit probari per instrumentum à quinquaginta annis retro, vel per ꝓbationem vocis, & famæ factæ per tres testes bonæ famæ, & opinionis. Bald. *d. consil.* 141. *in princ. ver. item præsupponitur, lib.* 1. †Statutum Mediolani circa præscriptiones, & de eorum intelligentia, Bald. *cons.* 180. *Præsuppositis verbis, lib.* 1. & de directo consuluit idem Bald. super eodem statuto, q̃ comprehendat hypothecariam. *consil.* 463. *lib.* 5. cui subscripserunt Christophorus Castillio. Ioannes Castill. & Gualterius de Zazijs. † Præscribitur scriptum debiti, si creditor per duodecim annos non petierit, non ex negligentia, sed quia præsumitur satisfactio. Cum. *consil.* 177. *Suppositis statutis, per tot.* vbi, q̃ simile statutum est Cumis, & habet locum ét in scriptis ante statutum Mediolani. †Interesse secundum statutum Mediolani potest probari p iuramentum ad rationem denariorum 26. pro libera in casibus, in quibus de iure Canonico possit peti. Cum. *consil.* 140. P. *laicus*, vbi, q̃ habet locum etiam contra Clericum litigantem in foro seculari, vbi multa dicit. † Falliti fugientes obligant fratres stantes ad eundem panem, & vinum ét ex contractibus factis, & faciendis, q̃ intellige ante fallimentum, secundum Cum. *consil.* 146. *Simon, & Helias*, vbi, q̃ est odiosum, & intelligitur de fugiente ex ciuitate, in qua est statutum, non de alia, & q̃ simile statutum est Cumis. † Statutum Mercatorum est Mediolani contra fallitos, ne possint receptari ab aliquo, ét à patre, matre, fratribus, & aliis sub certa pœna. Bald. *cons.* 250. *In quæstione Domini Milani, n.* 7. *ver. verba autem statuti, lib.* 1. vbi, *n.* 9. *& seq.* declarat huiusmodi statutum qualiter intelligatur, & contra quos receptatores locum habeat, & quos excuset, plene p eum, *& consil.* 382. *In quæst. n.* 8. *& seq. v. verba autem statuti, lib.* 5. vbi multas quæstiones ponit. †Item, q̃ bona fugitiuorum diuidantur inter creditores proportionabiliter nulla habita ratione prioritatis, vel potioritatis, de quo Bald. *consil.* 396. *Casus asseritur, n.* 1. *lib.* 5. q̃ duplicatur *consil.* 249. *lib.* 1. †Statutum Mediolani est, q̃ nulla mulier se nubat extra iurisdictionem Communis Mediolani cum hereditate, & si nupta fuerit extra iurisdictionem, non succedat alicui de iurisdictione Mediolani, sed illa hæreditas pueniat in agnatos ꝓximiores, vel alios ꝓpinquos; & hoc, siue ꝓueniat ex testamento, siue ab intestato, &c. super quo Bald. *cons.* 357. *lib.* 1. vbi ponit verba statuti, & dicit non habere locum in muliere filiafamilias nupta à patre, & de eod. statuto, Bald. *cons.* 411. *Quidam Mediolani, lib.* 1. vbi declarat, q̃ habeat locum, vel non, & idem Bald. *cons.* 393. *Quæritur, utrum, lib.* 5. vbi, q̃ intelligitur statutum cum hæreditate, videl. delata & adita, hoc est mulier habens hæreditatem non nubat, & sic verbum, *cum hæreditate*, stat ex parte supposti, non ex parte appo-☞ siti. Vide. *Statutum circa successionem mulierum nuptarum extra territorium excludens eas quando nõ habeat locum, vel non. Concl.* 677. †Contrarium, q̃ non habeat locum statutum, quando, ante q̃ nuberet, adiuit hæreditatem delatam. Bald. *in l. si mater vita. C. de suis, & legit.* quem sequitur Rom. *consil.* 40. *Visis, n.* 3. & ita apost. *in ver. D. Bald.* dat conc. & dicit communem, *adde Corn. *consil.* 30. *n.* 12. *lib.* 4. † Item, q̃ nullus subditus alienet in non subditum rem immobilem, nisi soluat Communi tantum ꝓ libera, q̃ statutum comprehendit, vt Ecclesiasticis psonis non possit fieri alienatio, & non dicitur contra libertatem Ecclesię, ex quo simpliciter non ꝓhibet, sed cum limitatione, & principaliter non fit in præiudicium Ecclesiarum. Signor. Hom. *consil.* 21. *per tot. Statuto ciuitatis*, vbi latissime. †Statutum, q̃ cessio non valeat, nisi iuret cessionarius validam esse, opatur, vt non possit iurare, & sit nulla, q̃n ex contrario instrumento iurato apparet, quod est simulata, & habet nudum nomen. Zabar. *consil.* 125. *in fin.* †Item statutum, quod cessio non valeat facta in forensem. Zab. *d. cons.* 125. *in fin.* †Item, quod alienatio bonorum stabilium non possit fieri in extraneos, quod comprehendat Clericos, & Ecclesias. Tiraq. plene *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 13. *n.* 5. *ve. & in simili.* Alex. *consil.* 143. *Viso statuto, n.* 5. *lib.* 7. tamen multos plures, quod non comprehendat Clericos. Tiraq. *de legib. connub. gloss.* 8. *n.* 172. *quæst.* 18. ita quod fatetur esse dubium, nisi esset statutum mixtum Clericorum, & laicorum. †Item, quod mater non succedat descendentibus, si extant agnati defuncti vsq; ad septimum gradum, sed sit contenta vsufructu illius portionis, q̃ sibi debetur de iure in proprietate. Sign. *consi.* 166. *Quæstio disputanda*, vbi plene, quod non habeat locum contra mulierem, quin succedat filio, stantibus agnatis forensibus; quia de intentione statuti non est nocere mulieri ciui, & priuilegiare forenses. Vide in fin. consilii. †Habet locum in omnibus bonis ét extra territorium, q̃n decedit in ciuitate Mediolani intestatus, siue sit subditus, siue forensis, secus si esset impubes, qui non posset testari. Sign. *d. consil.* 166. *per tot.* vbi est casus. †Item verbum, *Succedat*, est directum, non commune. Sign. plura *cons.* 189. *n.* 2. vbi, q̃ Collegiũ Dd. Mediolani ita iudicauit, & idem dicit *consil.* 181. *n.* 4. *in fin.* vbi allegat causam, in qua fuit iudicatum, fuisse Perusinam. †Item in illa opinione controuersa, an infans transmittat hæreditatem non aditam matri, & q̃ sic est opinio *communis, & ita practicari in ciuitate Mediolani, & dicit Signorol. *consil.* 238. *n.* 14. *in fin.* †Ab intestato succedunt proximiores agnati transuersales, vsque ad septimum gradum exclusis fœminis; quod statutum non habet locum in pupillo, qui non potest testari; quia non est in restabilis, stante alio statuto, q̃ ad litteram intelligatur. Sign. *consil.* 101. *per tot.* †Statutum Mediolani, quod extantibus agnatis cognati repellantur ab hæreditate defuncti, etiam in consequentiam defert tutelam agnatis remotioribus; quia venit in sequelam delationis hæreditatis. Signor. Hom. *consil.* 2. *Statuto ciuitatis Mediolani, per tot.* †Item statutum, q̃ maritus per duos annos à die contractus matrimonij confitendo dotem non præiudicet creditoribus etiam posterioribus. Signor. *consil.* 202. vbi, q̃ bene præiudicat de iure communi, ideo si statutum est sublatum, præiudicat creditoribus creatis post vltimum statutum. †Item, quod instrumenta debeant rogari à duob⁹ Notariis, & rogata ab vno non valeant, quod statutum valet. Baldus *consil.* 101. *Nobiles viri n.* 4. *ver. quarto si per statutum. & n.* 12. *ver. venio ad quartum, & consil.* 102. *Omnis potestas, n.* 8. *ver. vltimo videamus, lib.* 3. vbi, quod debet seruari in omnibus instrumentis, & idem dicit Castr. *consil.* 203. *n.* 2. *lib.* 2. vbi, q̃ si non adest rogitus secundi Notarij, non habet exequutionem paratam, & facta est ipso iure nulla, vel debet reuocari. †Item, quod vsus fructus relictus p maritum vxori restringatur ad sola alimenta. Bald. *consil.* 119. *Factum proponitur esse, lib.* 3. vbi inferitur statutum, & dicit, q̃ est odiosum, & non extenditur ad bona extra territorium Mediolani, q̃n Mediolanensis origine, alibi ét habebat bona, & alibi habitabat. †Item, q̃ pacta de ingrediendo propria authoritate non vendicent locum contra tertium possessorem, nisi dato libello; item, quod sententia lata in reali, vel in rem scripta exequatur contra tertium, nisi doceat possedisse ab alio meliora iura habente, q̃ debitor, super quibus Signor. *consil.* 4. *Statutum ciuitatis, per tot.* vbi, quod is, qui egit contra obligatum ex pacto, non dicitur egisse reali, sed personali; ideo tenetur agere contra tertium dato libello. †Si v. actum esset petitione hæreditatis, dicitur actum reali, licet quoad effectum sit mixta actio; ideo statutum habet locum, & talis sententia debet exequi contra tertium possessorem. Sign. *consil.* 48. *Quæritur, si petij. per tot.* vbi in fin. quod ita de facto obtinuit. †Item circa consilium sapientis, quod iudex teneatur dare consultorem, si petatur, etiam, quod per calumniam peteretur, q̃ statutum non valet. Signorol. *consil.* 56. *Statuto ciuitatis, per tot.* vbi in fin. apost. dicit, quod est communis *opinio. †Item, quod quis possit luere rem immobilem paternalem infra annum, & diem, & requirit probationem, quod descendat ex eodem parente, quo venditor, alias non sufficeret, quod esset de eadem parentela. Signor. *consil.* 81. *In quæstione vertente, per tot.* vbi, quod annus, & dies incipit à die venditionis. † Consuetudo Mediolani est, quod debitores possunt carcerari ad instantiam creditoris Sign. *consil.* 97. *Quæstio disputandi*, vbi, quod habet locum, etiam si Princeps semel liberauerit carceratos. †Item, quod non valeat legitimatio facta de spurio, & illegitimo, nisi sit de consensu eius, cui successur⁹ est. Sign. *cons.* 219. *col.* 2. *ver. præterea præsupponitur statutum*, vbi, *n.* 14. *ver. nec prædictis obstat*, dicit, quod derogatio statutorum in genere facta per Imperatorem non tollit statuta Mediolani facta, & confirmata ab habentibus facultatem ab Imperatore, nisi fiat mentio specialis. † Item statutum est Mediolani, q̃ habens 18. annos sit persona legitima in iudiciis, in aliis omnibus requiratur ætas 20. annorum, quod statutum non habet locum, si minor viginti annis in iudicio citatus confitetur ante libellum; quia non est iudicium ante, & fraudaretur statutum. Signorol. *consil.* 161. *Statuto ciuitatis, per tot.* †Item, q̃ in alienatione & obligatione mulieris adsit necessarius consensus mariti, si est nupta, alias agnatorum. Signor. *consil.* 164. *Statuto ciuitatis*, vbi, q̃ non habet locum in aditione hæreditatis, sed apost. ibi in fin. dicit communem* in contrarium; secus si statutum diceret, quod non possit contrahere. † Statutum, quod creditur scripturis registratis in libris, & actis Gubernatoris Mediolani, debet intelligi, quod probet talis copia, & exemplum

registratum solum quoad subditos, & in territorio statuentium. Alex. *consil.*138. *Opportune, col.*3. *n.*4. *& seq. ver. nec obstat, lib.*1. vbi allegat plura similia de statuto mercatorum; quia solum seruatur in
44 curia mercatorum. †Statutum criminale, quod possit procedi p inquisitionem, dat vnum diem vtilem reo, anteq̃ contra eum ꝓcedatur, & est formale; quia non dato dicto termino processus nullus, & confessio nulla redditur. Sign. *consil.*115. *In quæstione Petri,* & tuetur hanc partem, etiam si reus sponte confessus sit homicidium; quia non potest condemnari non seruato statuto. Sign. *d. consil.*115. *In quæst. Petri,* & tuetur hanc partem, etiam si reus sponte confessus sit homicidium; quia non potest condemnari non ser-
45 uato statuto. Signorol. *consil.* 155. *per totum.* † Item, quod si iudex incepit inquirere de delicto, superueniente accusatore cesset inquisitio, sed procedatur p accusationem. Sign. *consil.*46. *Statuto Ciuitatis Mediolani,* vbi quod si accusator desistat, potest continuari inquisitio; secus si statutum diceret, quod extinguatur inquisitio superueniente accusatore. † Banniti possunt impune offendi,
46 & banniti ex ciuitate Mediolani sunt banniti & ex Placentia, & aliis ciuitatibus; ideo in eis poterunt impune offendi; etiam si in contumaciam sint banniti. Signo. *consil.*89. *Præsupponitur infra scri-*
47 *ptum statutum, per tot.* †Consuetudo est Mediolani, quod accusatio, vel inquisitio cum qualitate procedat probata qualitate, alias debet sequi absolutio. Sign. *consil.*245. *n.*14. vbi, quod eadem con-
48 suetudo est in Lombardia, & conformis iuri. † Item, quod licet testes non possint directe examinari publicatis attestationibus, & didicitis testificatis, bene potest fieri directa probatio contra testes, & ita fuit obtentum in contradictorio per Signor. contra Albericum de Rosate, in causa Comitum de Camixano. Signor.
49 *consil.*243. *n.*10. *ver. item non obstat.* †Item testes non publicati, vel male publicati probant in alia causa inter easdem personas quando sunt mortui, si viuunt parte nolente debent repeti, & hanc distinctionem inter opiniones glossarum contrarias tenuit Colle-
50 gium Doctorum Mediolani. Sign. *consil.*201. *in fin.* †Constitutio, seu decretum Mediolani super pecuniis, & redditibus Ducis punit sibi appropriantes pecunias, vel bona Cameræ ad restitutionem, & quadruplum. Alexand. *consil.*206. *Viso themate, lib.*2. vbi, quod quidam Luchinus officialis fuit condemnatus ad pœnam quadrupli ex pluribus capitibus, non obstante attestatione magistratus intrarum, quod sibi deberentur ex salario.

Mediolani constitutiones Episcopales, & Synodales. Concl. 168.

1 Episcopalis †Constitutio est Mediolani contra vsurarios disponens, quod testamenta facta per manifestos vsurarios non valeant, sed sint irrita ipso iure, si facta sunt vsuris non restitutis, pro viribus facultatum suarum, & cautione non præstita, & continet hæc verba: *Illos namq; quoad prædicta vsurarios manifestos declaramus, de quibus per parochiam, in qua habitauerint, vel vbi morantur, fama publica fuerit, extorsisse vsuras, à quibus iurantibus etiam in absentia vsurarij coram ipso vicario, vel Sacerdote illum vsurarium extitisse, vel de quibus recepisse vsuras per conspectionem ipsorum, aut per idoneas argumenta, alioue legitimo modo apparebit.* Bal. *consil.*141. *Præmissis verbis, in princ. ver. item præsupponitur quædam constitutio, lib.*1.

Mediolanensis Ecclesiæ priuilegia. Concl 169.

1 Archiepiscopvs †Mediolani in magna Valle habuit, & consueuit habere iurisdictionem, honorem, districtum, & quasdam reales, & perpetuas præstationes. Bald. *consil.*419. *Ad euidentiam præmittendum, lib.*1. vbi declarat quid importet iurisdictio, ho-
2 nor, & prædicta omnia. †Summarie & sine strepitu, & figura iudicii potest committere causas; & sacrilegus reputaretur dubitans de hoc apud Mediolanenses. Signor. Homod. *consi.*15. *In quæ-*
3 *stione vertente, nu.*3. †Declara illud fuisse tempore Signoroli; quia Archiepiscopus, & Dominus Luchinus, eius frater erant Domini Mediolani, vt commemorat idem Signorol. *consi.*22. *In quæstione vertente, in princ.*

Medium, & media via semper eligenda. Conclusio 170.

1 In †æstimatione rei, & fructuum venditorum toto anno non maior, neq; minor sumenda æstimatio, sed media, *l. si fundum,*
2 *cum l. seq. ff. mand.* quam ibi dicit Bart. singularem. †Idem in æstimatione bonorum mobilium consumptorum, q̃ non apparent; qa cum non constet, an sint vetera, vel noua, debent æstimari secundum medium; quia media via semper eligitur. Bart. *in l.*1. *& 2. ff. vti possid.* Fel. n. *in c. licet causam, de probat.* Dec. *in c. cũ causa, si secundo, de testibus.* †Idem in corredis mulieris portatis in domo viri; quia licet concludenter non probetur æstimatio illorum, non debet mulier illa perdere, sed potest iudex etiam ex officio suo illa taxare habito respectu ad tempus restitutionis, & in dubio via media eligenda. Vide *in ver. Dos, & augmentum dotis quando paribus passibus, &c. Concl.*757. *ver. Amplia.* †In fructibus liquidandis quando probatio p testes hinc inde est varia, & contraria, iudex mediam viam eligit in liquidandis fructibus. Alexand. *consil.*64. *Visa consultatione, lib.*2. *col.*4. sequitur Afflict. *dec.*240. *In causa Cubella, col.*3. *in princ.* †In loquela testis præcipitanter, & nimis festinanter loquens suspectus redditur de subornatione, tardus ad respondendum iudicatur dubius, *c. ponderet,* vbi glos. 50. *distinct. & c. fin.* 8. *sed aliud,* vbi glos. 5. *quæst.* 5. Abb. *in proœm. decret. n.* 2. vbi apostill. dat plures concord. & ita concordat Abb. *in c.*2. *de re iudic.* Felin. post Abb. & alios *in c. cũ causam, il primo, n.*12. *de testibus,* vbi, quod neq; præcipitanter, neque tarde, sed cum temperamento inter extrema debet loqui. †Et semper media via eligenda inter extrema, *§. cum ex alia, Instit. de rer. diuis.* †In artifice, & artificio promisso non intelligitur de imperito, neq; de optimo, sed de mediocri. Abb. *consi.*52. *Attingam. n.*4. *lib.*1. †In obligatione de dotandis prædendis nouis iuxta antiquas, si reperiantur mediæ, & optimæ maiores, intelligitur secundum mediam viam. Abb. *d. c.*57. *n.*4. *lib.*1. †Idem in obligationibus simpliciter factis. Vide, *Mediocritas habet locum in obligationibus simpliciter factis. Concl.*164. †Declara tamen; quia vbi aliquid est fiendum ad instar alterius, semper attenditur illud, quod est magis rationabile, & iuri communi conueniens, *cap. cum olim. de consuetud.* Abb. late *consil.*57. *num.*4. *ver. sed ijs non obstantibus, lib.*1. & quando ex media via posset sequi absurdum, illa non eligitur. †In decidendis controuersiis, quando articulus est de apicibus iuris, concordantur partes, & media via eligitur. Vide, *Optimo via de pluribus, &c. Concl.*153. Vide, *Concordare, quando, &c. Concl.*164. Vide, *Via tutior est eligenda. Concl.*181.

Medium datur inter contraria. Concl. 171.

Medium † datur inter expresse consentire, & expresse non consentire. Gem. *consil.*55. *circa fin. n.*5. *ver. concluditur ergo,* vbi, quod si in vniuersitate aliqui consentiunt, aliqui dissentiunt, & aliqui dicant, *non consentio, neq; dissentio,* dicuntur medium tenere inter consentientes, & dissentientes. †Medium datur inter legatum & institutionem hæredis, prout est, quando filius instituitur in re certa, seu certa quantitate iure legati, dato hærede vniuersali; quia est medium inter vtrumque. Bald. *consil.*39. *n.*1. *in fin. cum seq. v. nec obstat si dicatur, lib.*1. †Amplia inter erroré, & certamsientiam; quia datur inconsiderata loquutio, seu dispositio; q̃ est tertium adiacens. Bald. *consil.*263. *Verba instrumen. procura, n.*5. *ver. Superest ergo, lib.*1. †Amplia inter velle, & nolle, quia qui tacet, non fatetur, neq; negat, *c. qui tacet, de R. I. in* 6. Alex. *consil.*83. *In causa, & lite, in princ. ver. nec ad hoc obstat, lib.*1. †Extende; quia excipiens de solutione non negat, neq; fatetur debitum. Alex. *d. consil.*83. *in pr. ver. nec ad hoc obstat, lib.*1. †Amplia inter prohibere, & permittere dari medium, videlicet non prohibere; ideo si testator, qui fecit fideicommissum in omnibus bonis; prohibet alienari immobilia, non permittit immobilia alienari, sed non prohibet; ideo intrat prohibitio legis. Corn. *consil.*97. *in fin. lib.*1. †Amplia; quia detur medium inter bonam fidem & malam fidem; quia licet quis non sit bonæ fidei, sufficit, quod absit mala fides. Vide, *Fructus quando lucretur poss. &c. Concl.* 490. †Amplia; quia inter sanam, & non sanam mentem datur medium, & sufficit ad actus validitatem, quod agens non sit furiosus, vel mente captus, licet non sit sanæ mentis, Corn. *consil.*85. *num.*5. *lib.*2.

Medium non datur multis casibus. Conclusio 172.

22 *de rei vendic.* Alex. *consil. 154. lib. 6.* † Amplia; quia conductor, & quilibet alius possessor non violentus, vel iniustus potest retinere rem possessam, donec reficiantur melioramenta. Castr. *consil. 270. in princ. lib. 2.* Cuman. *consil. 103. n. 6.* quod est à quatuor Doctori-
23 bus subscriptum. † Et hoc esse iuridicum dicit Corne. *consil. 237. lib. 2.* per ea, quæ habentur *in l. per retentionem. C. de vsur.* glos. *in l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. in ver. retinebitur,* vbi Bart. & a-
24 lii, & est tex. *in l. debitor sub pignore, in prin. ver. igitur. ff. ad Trebell.* † Extende, vt procedat etiam in conductore, vel possessore rei Ecclesiasticæ; quia licet contra successorem non possit retinere bona ex locatione cum hypotheca, bene potest retinere pro melioramentis factis; quia alias successor singularis, vel alius locupletaretur cum aliena iactura. Bald. *consil. 175. Papa, siue Ecclesia, nu. 3. ver.*
25 *item nos videmus, lib. 2.* † Extende etiam in emphyteuta finita loca-
26 tione. Castr. *consil. 270. lib. 2. per tot.* † Amplia; quia in tantum melioramenta facta in re dent retentionem, vt etiam impediatur exequutio cameralis, & exequutio trium conformium. Ant. Gallesi. *in tract. de oblig. camer. in 2. quæst. ad quartam particulam obligationis, n. 12. & 13. ver. diuersa ratio,* vbi concord. allegat Castr. *consil. 17.* alias *247. secundum nouam, In causa, quæ vertitur, in fin. lib. 1. & consil. 236. Viso puncto, lib. 2. est 325. & secundum nouam impressionem 270. lib. 2.* Bart. & Alex. *in l. in fundo. ff. de rei vend.* Jas. *d. l. si in area. ff. de cond. indeb.*
27 † Extende, vt ꝓcedat, quod detur retentio, etiam si actor, vel petens exequutionem offerret schedulam banchariam, vel aliam fideiussionem, quia non impeditur retentio, etiam quod non sint liquidata melioramenta, dummodo constet in genere de eis; secus si non constaret de eis saltem in genere. Gallesi. *in d. tract. & q. 2. n. 13. & 14. ver. & sic vidi,* vbi quod ita iudicauit Rota. Capic. *decis. 18.* in causa Reuerendissimi D. Cardinalis, sequitur Menoch. *in 15. remed. de recuper. poss. n. 569.* Ruin. *consil. 84. n. 15. ver. circa secundum, lib. 1.* qui loquitur in obligato retrouendere ex decreto domini. Bursat. *consil. 60. n. 31. lib. 1.* Alciat. *consil. 213. n. 15.* Paset. *consil. 152. in fin.* Rol. à Vall. *consil. 28. n. 3. lib. 1.* Decian. *consil. 29. n. 19. lib. 2. l. statu liber. ff. de statu liber.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 19. n. 2.* & in termi-
☞ nis. *tit. 2. gloss. 7. n. 13.* Vide, *Depositum. Concl. 212.* Bart. *in l. Iulianus verum debitorem. ff. de cond. indeb.* Socin. *in l. quibus diebus §. quid à Titio, in*
28 *fin. ff. de cond. & demonst.* †Extende; quia illa verba, *Solutis prius melioramentis,* important conditionem, *l. a testatore,* vbi Dd. *ff. de cond. & demonst.* Bart. *in l. 1. quæst. 7. ff. eod. l. cuictis agris, de vsuris.* Jas. Rip. & alii *in rubr. ff. solut. matr.* Alex. *consil. 119. col. 2. lib. 1.* Corne. *consil. 216. n. 4. & consil. 156. n. 7. lib. 4.* & resoluitur, perinde, ac si dictum esset, postquam satisfactum fuerit, secundum Grammaticos. Corne. *d. consil. 156. n. 2.* & *consil. 160. n. 7. lib. 4.* & conditio semper suspendit actum, vsq; ad purificationem conditionis. *l. cedere diem. ff. de ver. signif.* Soc. Jun. *consil. 1. n. 33. lib. 1. & consil. 172. n. 15. lib. 2. & consil. 145. n.*
29 *2. lib. 3.* † Declara; quia licet in exequutione possit opponi ista exceptio melioramentorum, & impediat exequutionem; tamen requiritur plena probatio melioramentorum, q̃ tamen debent compensari cum fructibus perceptis per eum, qui fecit melioramenta. Bald. *consil. 309. Quæritur, vtrum, in fin. ver. super quarto. lib. 2.*
30 vide Affl. *dec. 87.* †Contrarium Benint. *dec. 77. per totam,* vbi pro vtraque parte, & concludit, quod quando non sunt liquida, non datur retentio, sed sufficit cautio; idem, q̃n esset conuentum, vel dictum in sententia; *Refectis prius melioramentis,* q̃a intelligitur de liquidis, & ita tenuit Rota 9. Junij 1574. In causa fideicommissi de Valle coram Robusterio. Contar. *in l. vnica. C. si de moment. poss. limitat. 8. ratione restitutionis in integrum, num. 58. & quæst. 24. nu. 6.* plene Marzar. *in epitom. fideicomm. quæst. 66.* vbi, quando non est dictio, *prius,* quod cautio sufficit, allegat Barbat. *consil. 36. col. 12. ver. & adduci possent, lib. 2.* Soc. Jun. *consil. 62. n. 6. lib. 1.* Alciat. *consil. 450. n. 27. & consil. 512. in fin.* Bero. *c. 1. n. 33. de restit. in integr.* Gozad. *consil. 100. n. 21.* Negus. *in 5. part. de pignor. in 4. memb. n. 10.* Caputaq. *dec. 25. lib. 2.*
31 †Extende imo, quod quando in sententia adsunt illa verba, *Solutis prius melioramentis,* licet non sint liquidata, non possit procedi ad exequutionem sententiæ, sed exequutio debeat suspendi, donec liquidentur, etiam si actor vellet dare cautionem de illis reficiendis, q̃n erunt liquidata. Castren. *consil. 325. Viso puncto, lib. 2. in secundo dubio.* quod secundum nouam impressionem est *cons. 270. Viso puncto supradicto, lib. 2.* vbi allegat *l. statu liberationem. ff. de statu liber.* & respondet ad contraria deducendo differentiam, an condi-
tio sonet in factum, puta in reddendo rationem, & tunc succurri possit per satisdationem, & procedat *d. l. statu liber. in princ.* aut conditio sonet in dando, & procedat alia opinio, nec sufficiat cautio, quia verba sententiæ sunt clara, q̃ prius debeat fieri solutio. Bald. *consil. 360. in 2. dubio, lib. 1.* Afflict. *dec. 17.* Barbat. *consil. 36. lib. 2. col. 17.* Montepic. *in l. in quartam. ff. ad l. Falcid. in 11. char. ad fin.* Capic. *decis. 17. In causa.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. part. n. 10.* †Declarat Flo- 34
ria. de S. Petr. *consil. 1. n. 14. & 15. ver. ad aliud,* quod illa verba, *Refectis prius melioramentis,* operantur, q̃ si quæ sunt liquidâ, debeatur fieri actualis solutio, nec sufficit fideiussio; quo v. ad non liquidata, & q̃ de facili non possunt liquidari, sufficiat cautio, vt malitiis obuietur, allegat pro vtraq; parte *d. l. statu. liber. rationem. ff. de statu liber.* † 35
Declara tamen; quia si sunt liquida in facto, licet controuertatur de solutione facta, tamen datur retentio, idem Benint. *d. dec.*
77. † Et quod non sufficiat depositum muscale cum fideiussore, 36
q̃n sunt liquidata melioramenta, sed requiratur actualis solutio, est tex. *in l. item liberatur. §. q. paratus,* vbi plene Bart. declarat. *ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. solua.* Bald. *in l. acceptam. C. de vsur.* †Extende; 37
q̃n diceretur, *Solutis prius,* quia vbi requiritur solutio, non sufficit cautio. Benint. *d. dec. 77. n. 12.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 3 gloss. 3. n. 4. & seq.* Ruin. *consil. 188. in princ. lib. 1* quia vbi satisfactio debetur ab homine, intelligitur de vera, & naturali. Socin. *consil. 90. n. 20. lib.*
4. Alex. *consil. 91. n. 10. lib. 2.* ita Marzar. *in epit. fideicom. quæst. 66.* vbi latissime, Capic. *dec. 18. n. 6. & 7.* Gozad. *consil. 100. num. 21. & seq.* †
Extende, quando iam essent liquidata in processu, licet non liquidata ex sententia, in simili Ruin. *consil. 152. nu. 7. ver. item nouissimè, lib. 4.* Castr. *consil. 116. col. 3. vol. 1.* ita Tiraq. *de retract. tu. 2. gloss. 7.*
n. 13. †Declara; quia videtur arbitrarium iudici, ex quo iudex est 37
officio potest, & debet liquidare melioramenta, quando constat illa extare. Socin. Jun. *consil. 67. n. 8. lib. 1.* Cephal. *consil. 506. lib. 4.* & ita fuit factum per consilium Neapol. Capic. *dec. 18. in fin.* Cuman. *consil. 103. Ad primum, n. 6. ver. ad septimum,* quod est Cuman. Fulg. Joan. Francisci de Capitribus Listæ, & Prosdocimi de Comitibus.
†Extende; quia etiam si melioramenta non sunt liquida, ſiis, qui 38
fecit ea, fuit de facto eiect⁹, & spoliatus, competit ipsi actio in factum ex æquitate *l. si me, & Titium. ff. si cert. pet.* & isto casu non admittitur cautio. Capic. *dec. 17.* †Prout in casu conuerso, si is, q̃ fecit 39
melioramenta dimissis bonis, postea spoliasset dominum; quia non datur retentio propter melioramenta, ita Menoch. *de recuper. poss. remed. 15. q. 39. n. 461.* licet *n. 569.* teneat contrarium cum declarationibus, de quibus ibi. †Extende ét si hoc sit dispositum à te- 40
statore, qui instituit hæredem detractis melioramentis, quæ spectent alteri; q̃a cum sint rei vnita, debent solui, alias datur retentio, nec sufficit cautio. Rim. Jun. *consil. 91. in fin.* †Extende, q̃n adest 41
set pactum, q̃ non possit expelli, nisi refectis melioramentis. Decian. *consil. 29. n. 19. & 20. lib. 2.* †Restringe, q̃a bene datur restitutio 42
bonorum, in quibus non sunt melioramenta, ét si sententiæ generaliter diceret, bona restituenda solutis pri⁹ melioramẽtis, q̃a non daretur retentio aliorum bonorum, in quib. non sunt melioramenta. Castr. *consil. 270. Viso puncto supradicto, in pr. lib. 2.* sequitur Boer. *dec. 44. n. 19.* †Declara restrictionem, vt non ꝓcedat, q̃n ex- 43
pensum in vna re excederet valorem rei, in qua est impensum, & alterius, ita Boer. *d. dec. 44. n. 19.* qui nihil allegat, & ideo non credo verum ex iis, q̃ supra *Concl. 177.* in limitatione, quod meliora- 44
menta nimis excessiua non reficiantur. †Restringe; q̃a datur exequutio cum cautione, q̃n stetit per reum, q̃ non liquidauit melioramenta, vel non probauit, ꝑ qua rata eidem debita sint. Alex. & Jas. *in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. & in l. 1. ff. qui satisd. cogan.* Jas. *in l. quod te. ff. si cert. pet.* maxime, quando non adsunt in sententia illa verba, *Solutis prius, &c.* de quibus Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. part.*
n. 10. ver. tertia conclusio, latius Benint. *dec. 77.* †Restringe, quando 45
in sententia non adessent illa verba, *solutis prius,* sed solum esset dictum, *data retentione pro melioramentis.* Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. part. in 3. concl.* Alexan. post alios *in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic.* idem
Alex. & Jas. *in l. 1. col. 1. ff. qui satisd. cogan.* †Restringe, quando in sen- 46
tentia esset dictum; *condemnamus possessorem ad dimittendum, vel restituendum bona petita, data tamen retentione pro melioramentis in causa probatis,* quia licet illa verba, *Probatis,* videantur inducere probationem melioramentorum, quo casu quando sunt certa, non est locus cautioni, vel depositi muscali, *d. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic.*
tamen quia illud verbum, *Probatis,* tanquam ablatiuum absolutum resoluitur in conditionem, *l. a testatore. ff. de cond. & demonst. &*
talis conditio resolui debet, quatenus sit probatum, *l. Stichum, quo meus erit. ff. de leg. 1.* & talis declaratio spectabat ad iudicem, non ad partes. Bartol. *d. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic.* vbi, quod dicta verba, quæ quotidie ponuntur in sententiis, *data retentione pro melioramentis in causa probatis,* non affirmant esse probata, nisi quatenus
ex actis

ex actis consteт, alias sententia esset iniusta, & in dubio debet interpretari iusta *l. Hieronimus. §. Gaia. ff. de euictio.* †Imo si non essent ex actis probata meliorameнta, & illa verba hoc inducerent, esset sententia erronea, & contineret manifestam iniustitiam habendo meliorameнta pro probatis contra veritatem, & esset nulla, iuxta not in *cap. inter cæteras, de re iudic.* †Restringe; quia bene admittitur depositum muscale, & fideiussio, quando meliorameнta, pro quibus esset data retentio, essent dubia in iure, an deberentur, prout si sunt facta per hæredem grauatum iussu, & mandato testatoris, qui eum ita grauauit. *l. in lege Falcidia, in fine. & in l. 1. §. si in annos. ff. ad l. Falcid.* Vide, Dictio, *prius*, quid importet. *Conclus.* 341. † Amplia; quia is, qui fecit meliorameнta in re, quam tenetur restituere, non potest amoueri, nisi reficiantur, & si de facto amoueatur, debet restitui. Bald. *consil.* 362. *Quanquam super, per totum*, maxime *in fin. lib.* 3. †Extende, vt procedat etiam si sit tertius possessor contra creditorem agentem hypothecaria contra bona tenta per tertiũ, ex quo meliorameнta non sunt hypothecata, neque in bonis debitoris datur retentio bonorum, donec meliorameнta soluantur. Socin. *consil.* 15 *colum.* 6. *in fin. vol.* 1. refert & sequitur Marsil. *singul.* 322. *in fin.* Iason in *l. creditor, l. a prima. ff. si cert. pet.* † Contrarium, q; si vendatur res cum præambula hypotheca ad fauorem tertii, ille tertius præferatur, nedum emptori in re empta, sed etiam in meliorameнtis factis per emptorem in re empta. Vide in *ver. Hypotheca præambula. Conclus.* 128. †Declara; quia meliorameнta facta in re hypothecata per debitorem, siue ante, siue post hypothecam, sunt hypothecata, text. in *l. si fundus. §. 2. ff. de pignor.* secus quando essent facta à tertio possessore bonæ fidei; quia non sunt hypothecata, sed in eis præfertur tertius, qui fecit meliorameнta. Iason *d. hæreditor, la prima. ff. si cert. pet.* †Extende; quia ius retentionis, quod competit possessori pro meliorameнtis, transit in singularem successorem sine alia cessione, vt est text. in *l. hoc iudicium. §. impendia. verb. sed si is, qui. ff. communi. diuid.* Alexand. in *l. qui exceptionem. §. si par. ff. de cond. indeb.* Barto. in *l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua pluuia. arcen.* Socin. *consil.* 185. *Visis colum.* 10. *lib.* 2. † Extende maxime, quando ius retinendi esset creditori, vt singulari successori, hypothecatum; quia tale ius cadit sub generali hypotheca. *l.* 1. *Cod. si pignus pignor. dat. sit.* † Extende, etiam si sit soror alienantis, quæ agit pro dote ad bona alienata; quia emptor bonæ fidei retinet pro meliorameнtis. Negus. *de pignor. in* 5. *p. in* 5. *membro, numer.* 185. maxime, quando sunt vtilia, & necessaria, & non compensantur cum fructibus, vt per Alexand. *consil.* 162. *lib.* 7. Felin. in *c. cum causa, de re iud.* Negus. vbi sup. *n.* 187. †Amplia; quia habens retentionem rei propter meliorameнta, si à domino rei expellatur, vel res occupetur, debet restitui ad finem retinendi, donec satisfiat. *l. debitori. §. 1. ff. de cond. indeb. l. hæres cum debuerat. ff. ad Trebel.* † Amplia, vt procedat etiã in successore singulari, qa retinet rem p̃ meliorameнtis, quæ fecit author ipsius, Tiraquel. *de retract. conuen. glos.* 1. §. 7. *n.* 15. *ver. decimo declara.* Iason in *l. si tibi. §. pactum. ff. de pact.* Paris. *consil.* 28. *Symon, lib.* 3. Dec. *consil.* 325. *In casu.* Restringe, & declara, vt infra *n.* 94. †Amplia; quia etiam si in re aliena sint facta meliorameнta à bonæ fidei possessore, habet retentionem. Corne. *consil.* 147. *col. penul. n.* 18. *lib.* 2. *& consil.* 86. *lib.* 4. Curt. Iun. *consil.* 42. *num.* 10. Socin. Iun. *consil.* 150. *col.* 3. *lib.* 1. Negus. *de pignor. in* 4. *membro* 5. *partis, n.* 9. sed tamen compensat illa cum fructibus pro rata. Socin. Iun. *d. consil.* 150. *num.* 32. *& lib.* 1. † Amplia; quia contra vendicantem Castrum datur retentio pro expensis in Castro recuperando; quia est ad fauorem vendicantis expensum. Ioann. de Anan. *consil.* 32. *nu.* 10. *ver. item adde rentendum.* †Restringe; quia licet pretium non debeat refici à vendicante, fallit ex æquitate, quando fuit res recuperata à potentiori cum expensa, quam fecisset vendicans. Io. de Anan. *d. consil.* 32. *in fi.* †Amplia; quia si agatur de re mobili, retentio fit pro mensura; si vero de re immobili, retentio fit pro tota re, etiã si modicũ debeatur. Crau. *consil.* 893. *per tot.* maxime *n.* 4. *&* 6. vbi loquitur in hypotheca. † Amplia; vt procedat etiam in meliorameнtis factis in re emphyteutica; quia nisi ecciderit emphyteusis in cõmissum non potest amoueri emphyteuta, etiam finita locatione, nisi reficiãtur meliorameнta. Iason *l.* 2. *in* 7. *not. C. de iur. emphyteut.* Vide, *Emphyteusi finita quando reficiantur, &c. Conclus.* 225. vbi latius. †Extende in meliorameнtis factis à conductore ad longum tempus. Aret. *consil.* 55. *In causa mihi proposita.* vbi declarat. †Amplia; qa meliorameнta facta in re vere aliena, quã meliorans credidit suam, datur retentionem; quia aliter non est succursum, *l. si in area*, vbi Castr. & Iaſ. *ff. de cond. indeb.* Corn. *consil.* 222. *in pr. lib.* 2. *& consil.* 243. *eod. lib. & consil.* 86. *lib.* 4. & est ratio; quia cum nemine contraxit, neq; habuit animum obligandi. Bart. in *l. qui exceptionem, §. pen. ff. de cond. indeb.* Bart. & alii in *l. in rebus, §. possunt. ff. commod.* Castr. *consil.* 17. *col. pen. lib.* 2. Baldus in *l. domum, Cod. de rei vendic.* Negus. *de pignor, in* 5. *par. princip. in quarto membr. n.* 181. vbi, quod datur retentio pro meliorameнtis; quia aliud remedium non competit. †Restringe, vt non procedat, qñ per possessorem fuerunt percepti fructus, qui ascendunt ad meliorameнta; quia licet bonæ fidei possessor illos lucretur; tñ ex æquitate, & si sunt consumpti; sed si extant meliorameнta, cõpensanda sunt cum fructibus, non obstante, q; bona fide sint lucrati, si opponatur de compensatione, quæ vim solutionis habet, *l. si debitor, C. qui potio. in pig.* quia sicuti esset sublata retentio per solutionem; quia solutione tollitur omnis obligatio, *Instit. quib. mod. toll. oblig. §. 1.* eodem modo per compensationẽ, *d. l. si debitor*, ibi, *nec interest soluerit, an compensauerit.* † Amplia; quia nedum vtitur retentione hæres bonæ fidei, qui fecit impensas in hæreditate, ad quã tenetur sub conditione restituere, sed etiam agit, vt consequatur debita, & legata per eum soluta, quæ spectare debent fideicomissario, ita Boer. plene *decis.* 44. *n.* 14. vbi loquitur in petitionis hæreditatis iudicio. †Declara tamen; quia non compensãt meliorameнta cum fructibus, nisi de die moræ. Rol. à Vall. *cons.* 28. *nu.* 17. *lib.* 1. † Extende idem in successore singulari; quia pariter nedum retinet hæreditarẽ, & bona, pro quibus soluit, & impendit bona fide, sed etiã si soluit legata, vel debita hæreditatis, repetit, & agit. Boer. *d. decis.* 44. *n.* 14. †Extende idem in hærede emptoris, vel successoris singularis. Boer. *d. decis.* 44. *n.* 14. *versic.* & idem in successore. † Retentio vero datur de necessitate in iudicio rei vendicationis; quia aliter non est succursum possessori, nisi per retentionem. Boer *d. decis.* 44. *n.* 14. †Extende, vt procedat etiam in hærede, vel hæredis successore malæ fidei; qa si soluit debita, vel legata hæreditatis liberando verum hæredẽ, cui facienda est restitutio, potest retinere, nec cõpellitur restituere, nisi sibi soluatur impensum, ad quod euincens teneretur, Boer. *d. decis.* 44. *n.* 14. *ver. & vbi fuisset*, qui dicit *cõmunem, & æquam opin. †Extende, vt procedat in eo, qui expensas fecit in p̃prio beneficio de suo; quia cõpetit retentio bonorum beneficii, donec reficiantur à Rectore. Boer. *d. decis.* 44. *nu.* 14. *ver. & idem in eo.* †Restringe; quia prædicta non procedunt, qñ hæres, qui tenetur restituere, vel emptor, vel successor, aut beneficiatus, qui soluit debita, vel fecit expensas, vel meliorameнta, percepisset fructus per multos annos, qui ascenderent ad valorẽ expensi; quia tenetur cõpensare, & replicatione submouetur. Boer. *d. decis.* 44. *n.* 15. vbi plures allegat. † Declara restrictionem, vt non procedat, quãdo ille met, à quo possessor causam habet, esset euincens; quia non compensat fructus; secus si esset alius, à quo possessor causam non habet. Boer. *d. decis.* 44. *n.* 16. & latius *n.* 25. † Declara; quia si is, qui fecit, vel soluit meliorameнta non est dominus, compensat cum fructibus: si vero est dominus, licet sub conditione debeat restituere, non compensat; quia fructus sunt sui ratione dominii, & repetit Boer. *d. consil.* 44. *n.* 19. *ver. sed contrariũ, cum seq.* maxime *nu.* 24. *&* 25. vbi ita distinguit. †Restringe, qñ testator fecit fideicomissum particulare in domo, & generale in omnibus bonis grauando fideicommissarios vniuersales ad expendendum singulo anno in dicta domo, pura centum; quia si postea moritur vnus ex fideicomissariis vniuersalibus, non potest retinere domũ melioratam; quia iussu testatoris facit; ideo non repetuntur. Bald. Im. per illum tex *in l. si fideiussor, in pr. ff. de leg.* 1. vbi Iaſ. in 2. *not. ab.* per text. sing. in *l. tribus. ff. de vsufruct. ear. rer.* & idem Iason in *l. sumptus, n.* 3. *ff. de leg.* 1. † Declara tamen; quia licet fideicommissum particulare non possit retineri ob meliorameнta facta iussu testatoris bene in reali restitutione fideicommissi vniuersalis, tantominus restituet grauatus, quantũ expendit etiã iussu testatoris, *l. ita tamen, §. qui ex Trebell. & l. cum hæreditas ex fideicomm. & l. hæres non debuerit, ff. ad Treb.* † Amplia; qa meliorameнta facta per tertium possessorẽ dant retentionem rei hypothecatæ, etiam pro dote, etiam si mulier obtinuit sententiam mercantiæ, citato tertio possessore, si sua putauerit interesse; quia adhuc datur retentio, *l. per retentionem, C. de vsufr.* glos. in *l. si non sortem, §. si autem, in ver. retinebitur.* vbi Bart. & alii, *ff. de cond. indeb* facit text. in *l. debitor sub pign. in prin. ver. igitur non tantum retentio. ff. ad Treb.* nam ei, qui fecit meliorã nullum, aliud remedium competit, quam retentionis, *l. si in area, ff. de cond. indeb.* vbi Castr. & Iaſ. post alios declarant, Corn. *consil.* 147. *Quia causa est, n.* 18. *lib.* 2. *& consil.* 222. *In præsenti consultatione, in pr. & consil.* 143. *videtur prima facie dicendum, n.* 6. *&* 7. *eod. lib.* Negus. *de pignor. in* 5. *parte. in* 4. *membr. num.* 181. *cum pluribus seqq.* Bartol. in *l.* 1. *C. de præd. tit. & omnib. reb. nauicul. lib.* 11. Castr. in *l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pignor. actio.* †Extende; quia qñ per peritos quatuor est probata quantitas meliorameнtorum, illis statur. *l. semel. C. de re mil. lib.* 12. *l.* 1. *ff. si mensor fals. mod. dix.* & maxime, quando cum iuramento deposuerunt. gloss. in *l. cõparationes. C. de fid. inst.* licet per peritiores possit probari contrarium; tamen non procedit, si peritiores negent; quia magis creditur affirmantibus. † Restringe, quando mulier agit ad rem suam

suam dotalem alienatam per maritum; quia si ob vergentiam mariti ad inopiam, mulier agit ad bona sua contra tertium, qui fecit melioramenta, non datur retentio, ex quo mulier non potest illa alienare, neq; habet, vel præsumitur habere aliunde. Alber. in *l. vbi adhuc. C. de iur. dot. in fine.* Palatio. Rub. in *cap. per vestras. §. 29. super text.* incip. *Ampliabis 8. de donatio. inter vir. & vxor.* & quando mulier non habet, vnde aliunde soluat, non restituit melioramenta, etiã vtilia in re dotali facta. *l. 1. & l. vtilium. ff. de impens. in reb. dotal. fact.*

81 Alexand. in *addit. ad Bart. in l. fin. eod. tit.* vide infra. *nu.* 103. † Secus si mulier posset aliunde soluere melioramenta. Alexan. *cons.* 162. *lib.*

82 7. Alciat. in *l. impensa. ff. de verb. signif.* † Et procedit declaratio etiam in vsufructuaria, cui relictus est vsusfructus fundi, in quo adest reus, qui fecit melioramenta transcendentia forte æstimationem vsusfructus; quia si vsufructuaria est pauper, vel senio confecta, puta sexagenaria, quæ non præsumitur viuere, nisi per annum. Alexan. in *l. hæreditatũ. n. 6. ff. ad l. Falcid.* non debet dari retentio pro eis, sed debet pronunciari, q̃ pro quantitate melioramentorum, durante vsufructu soluat quinq; pro centenario, prout datur Tenutariis, & residuo libere fruatur, vel q̃n deberet solui æstimatio, debet fieri habito respectu ad fauorem talium melioramentorum pro tempore, quo vsufructuaria præsumitur viuere, & pro hac opinione facit; q̃a diuersi sunt vsusfructus, & proprietas *l. recte dicimus. ff. de verb. signif.* Ias. in *l. 1. §. vsufructuarius. ff. de nou. oper. nunciat.* sed sic est, quod pro melioramentis factis in vna re non datur retentio alterius rei. Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. par. n. 17.* ergo pro melioramentis factis in proprietate non debet dari retentio vsusfructus alieni, & sufficit, quod reo soluantur fructus suorum melioramentorum. Restringe secus, si facta sunt à marito, supra *Conclus.*

83 *præced. n. 11. ver. limita.* † Si tamen constat de melioramentis, sed nõ de quantitate, datur etiã retentio, sed merito debet exprimi dari retentionem pro melioramentis liquidandis in exequutione; q̃a à iure hoc est dispositum, quod possunt liquidari per aspectũ iudicis cum peritis, vel aliter, vt not. Bart. in *l. quod ex Pamphila. ff. de leg. 2.* vbi Alex. in apost. in *l. 4. §. hoc autẽ, col. 5. ff. de dam. infect. & consi.*

84 *133. Viso processu causa. col. fin. in fin. lib. 1.* † Amplia; quia nedum datur retentio rei pro melioramentis, sed etiã si is, qui illa fecit, conuenitur hypothecaria ab aliquo creditore, non cogitur soluere creditum agenti, prout cogitur alius tertius possessor, qui non fecit melioramenta, iuxta tex. in *l. quamdiu. ff. de distract. pignor.* sed potest, si vult, retinere rem, & soluere creditori agenti primæuã rei æstimationẽ, videlicet valorem rei, detractis melioramentis; & eorũ præsenti valore, ita Bart. in *l. 2. C. de præd. & omn. reb. nauicul. lib. 11.* sequitur ibi Alex. & Io. de Platea, post Ang. sequitur Castr. in *l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pign. actio.* Socin. *cons.* 224. *Eleganter, col. 2. in fin. lib.* 2. Negus. *de pignor. in 5. p. in 4. memb. n.* 21. Corset. *sing. in verb. melioratio.* Ias. in *l. creditor, la prima. ff. si cer. pet. prope fin.* Bologn. *cons.* 59. *col.*

85 *fin.* † Extende; quia idem est in quolibet possessore, etiam q̃ nulla

86 fecerit melioramenta in re. Socin. *cons.* 224. *Eleganter, in fin. lib.* 2. † Contrarium, quod hoc sit priuilegium melioramentorũ, vt possit offerre solam æstimationem rei, deductis melioramentis, & non sit verum in quolibet possessore simplici; quia duo vincula magis

87 ligant. Negus. *de pign. in 4. memb. 5. part. n. 21. & seq.* † Amplia in tantũ dari retentionem pro melioramentis, vt licet nõ sint liquida; possit tñ iudex condemnare reum ad restituendum bona, refectis tamen melioramentis prius, quorum liquidationẽ potest reseruare

☞ in iudicio exequutiuo. Vide plenius *Concl. prox. seq.* vbi, per quos fiat probatio, & liquidatio, & quod detur retentio pro melioramentis non liquidis, si constat ea esse facta. Ruin. *cons.* 84. *lib.* 1. Capic. *decis.* 17. *n.* 7. Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 7. *glo.* 1 *n.* 13. Rota Romana, vt attestatur Gallesi. *de oblig. Camer. par.* 2. *q.* 2. *ad particul.* 4. *n.* 12. Con-

88 trarium vide infra *n.* 101. *ver. Limita; quia retentio.* † Limita; q̃a quod dicitur dari retentionẽ pro melioramentis, procedit, q̃n tantum est impensum, & tantum copulatiue melioratum, alias secus. *l. in fundo*, vbi gloss. & Doctor. *ff. de rei vendic.* Capic. *decis.* 93. *n.* 9. Negus. *de pignor. in 4. memb. 5. par. num.* 11. vbi docet, qualiter articuletur, &

89 probetur super melioramentis. Capic. *decis.* 17. *n.* 7. † Contra limitationem, quod imo detur retentio, si constat de melioramentis, licet non constet de quantitate, videlicet quantum sit melioratũ; quia fit liquidatio post sententiam. Vide Conclusionem prox.

☞ 90 seq. vbi late. † Limita; quia melioramenta facta in re minoris nulliter empta, non dant retentionem facta declaratione, quod bona debeant restitui, sed quatenus sunt vtilia, & necessaria, refici debent facta restitutione. Alex. *cons.* 154. *Consideratis, lib.* 6. Curt. Iun.

91 *cons.* 156. clarius Nat. *cons.* 78. *n.* 46. † Limita; q̃a malæ fidei possessor nedum tenetur ad restitutionẽ fructuũ, sed amittit melioramẽta. *l. cæterum. §. fi. ff. de rei vend.* Cast. *cons.* 386. *Visis, & ponderatis.* Ias. in *l. fi. §. fin. C. comm. de leg.* & idem, si expenderet contradicente domino.

Aret. in *§. ex diuerso, Instit. de rer. diuis.* † Extende; q̃a possessor malæ 92
fidei nedũ non repetit melioramenta, sed nec potest rem retinere, etiã, q̃ dominus rei efficeretur locupletior cũ iactura expenden- 93
tis, late Corn. *cons.* 86. *Circa primũ, lib.* 4. † Restringe, nisi meliora- 93
menta essent facta in re aliena ab eo, qui sciebat aliena, sed voluit facere melioramenta, vt sibi obligaret dominũ; q̃a si de mandato, vel cõmissione domini, cõpetit actio mandati; si domino sciente, & patiente, vel ẽt ignorante, competit actio negociorum gestorũ, *l. qui pupillæ. C. de negoc. gest.* Salyc. in *l. domũ, in primo capite distinctionis. C. de rei vend.* vbi plenissime distinguit, & ad eum semper recurras. Aret. in *d. §. ex diuerso, & §. certe illud, Instit. de rer. diuis.* Corn. *cons.* 86. *Circa primũ, lib.* 4. † Declara restrictionẽ; quia talis actio negociorũ 94
gestorum est personalis. *l. negocia. C. de negoc. gest.* ideo non sequitur singularem successorem. *l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell.* nisi forte in subsi- 95
dium iuxta limitationem Alexand. & Iason in *d. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell.* † Declara, nisi sint necessaria, quibus non factis res perii- 95
set, *l. domum. circa finem, C. de rei vend.* Iason *d. l. fin. §. fin. C. commun. de leg.* vtilia vero si salua substantia potest auferre, *d. l. domum.* supra proxime. † Limita; quia datur retentio solum in parte meliorata, 96
non de aliis bonis. Castr. *cons.* 270. *Viso puncto, in princ. lib.* 2. † Ex- 97
tende; quia datur retentio illius rei, super qua sunt facta melioramenta, non autem aliarum rerum, glo. in *l. plane, in ver. deducat. ff. de petit. hæred.* Iason in *l. si in area. ff. de cond. indeb.* Castr. *d. cons.* 270. *libr.* 2. Negus. *de pignor. in 4. memb. quintæ partis, versic. septima conclusio.* † De- 98
clara esse verum, q̃n sunt plura capita bonorum, & in vno sunt facta melioramenta; quia datur retentio in capite solo meliorato, sed q̃n effet vnum prædium, vel vna possessio cum domo pro domino, & facta sunt melioramenta in domo, datur retentio totius prædii, vel possessionis; quia domus censetur pars fundi, & melioramenta facta in domo censentur facta in toto prædio, facit *consil. Ruin. 51. nu. 5. lib.* 4. vbi, quod datur retentio prædii meliorati, non aliarum petiarum diuersarum, & separatarum; secus si haberetur totum pro vno corpore. † Bene verum est, quod quãdo dominus, 99
qui debet reficere melioramenta, esset pauper, & non posset ita de facili satisfacere, & si daretur retentio omnium, difficulter vnquã recuperaret, & quod iudex potest eligere viam, per quam vtrique parti consulatur. Iason in *l. 1. ff. si quis cautio*, & sic dare retentionem tot bonorum, quæ sufficiant pro melioramentis, & vltra, & facere restituere reliqua, vbi voluit, quod melioramenta facta in domo magna non 100
dent retentionẽ domus paruæ, licet fuerit eidem annexa, & vnita, & ad hortum reducta; quia ipsa non est meliorata. † Limita in vsufructuario; quia si ædificat, vel cæptum ædificiũ 101
reficiat, non repetit, neq; retinet bona finito vsufructu. Borgnin. *de vsufruct. fol.* 353. *n.* 158. allegat Corn. *cons.* 86. *vol.* 4. † Limita; quia 101
retentio cum sit species exequutionis, quæ pro debito incerto concedi non debet, vt dicit Negus. *de pignor. in 5. par. in 3. membro, n.* 47. quando debitum est incertum, an debeatur, vel incertum re- 102
spectu quantitatis, cautio admittitur ad impediendã retentionẽ. *l. 1. §. si in annos. l. in lege Falcidia, in fi. ff. ad l. Falcid.* † Limita fauore do- 102
tis; quia is, qui impendit in re dotali, sciens esse dotalem, & restituendam, non habet retentionem eueniente casu restitutionis sed actionem negociorum gestorum. Bald. *cons.* 369. *A, maritus, ver. in contrarium, lib.* 3. allegat *l. vnicam. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. actio.* quod etiã procedit in marito, licet ei detur actio, supra *Con-* 103
clus. præced. † Limita, quando vendicans rem esset paupertimus, & in extrema paupertate constitutus, vt quia oportet eum vendere fere omnia bona pro talibus melioramentis, & eorũ æstimatione soluenda; quia potest petere, & velle, q̃ eidem tradatur primæua æstimatio fundi ab eo, qui fecit melioramenta, *l. in fundo, in fin. ff. de rei vendic.* & ibi Bartol. qui docet, qualis debeat esse talis paupertas, & idem in muliere agente ad dotem suam vergente marito ad inopiam; quia si agit ad rem suam, non reficit; secus si ad rem hy- 104
pothecatã, sup. *n.* 80. ex quo nihil habet. † Restringe, vt non procedat etiam in domino fundi, quando melioramenta sunt necessaria pro reparatione rei. Bart. in *d. l. in fundo, col.* 2. *ff. de rei vend. &* 105
l. plane. ff. de pet. hæred. † Limita; quia retentio rei pro melioramentis factis licet detur, quando is, qui expensas fecit, fecit illas tanquam in re sua credens rem esse suam; secus si fecit in re aliena tanquam aliena animo obligandi sibi dominũ; quia actione negociorũ gestorũ debet agere, nec potest retinere rem. Bal. *cons.* 369. *circa med.* 106
ver. & per hoc non obstat, lib. 3. † Extende; q̃a nunq̃ datur retentio, vbi datur actio; & ideo administrator, qui fecit melioramenta in bonis, quæ administrabat, non habet retentionẽ, sed veniunt in reddi- 107
tione rationis per modũ actionis, cõpensationis, vel alias. *l. 1. §. taceat.* vbi Doct. *C. de rei vxor. actio.* † Restringe, q̃n melioramenta 107
sunt necessaria; quia datur retentio officio iudicis imploratio fe- 108
cundum* communem, de qua Boer. *decis.* 44. *n.* 7. † Limita; quia

quod

quod dicitur dari retentionem pro melioramentis, intelligitur, quando bona sunt aucta in valore, & pretio. *d. l. in fundo.* vbi glos. & Doctor. *ff. de rei vendic.* Capic. *decis.* 93. *n.* 9. Neg. *de pignor. in* 4. *membr.* 109 5. *p. num.* 11. vbi docet cautelam articulandi, & probandi. † Limita; quia si maritus concedat in emphyteusim fundum dotalem vxoris, cum hoc, quod eueniente casu restitutionis teneatur emphyteuta restituere fundum libere, eo casu non datur retentio, quin fiat restitutio libera, etiam si magnas expensas fecit emphyteuta, quia debent ad modum honestum reduci, & refici, sed non impedirit restitutio. Bald. *cons.* 308. *Casus. vir fundum, & cons. sequen. lib.* 3.
110 † Limita in emphyteuta finita generatione, vel deuoluta emphyteusi Bero. *cons.* 102. *in fin. lib.* 1. † Limita; quia non datur retentio propter melioramenta, nisi constet, quod sint facta à volente retinere, vel habente causam, & cessionem ab illis, qui fecerunt. Floria. de S. Petro *cons.* 1. *inprinc.*

Melioramenta quomodo, & qualiter probentur. Concluſi. 183.

1 MELIORAMENTA † vt reficiantur, debent probari cum duobus extremis, videlicet tantum impensum fuisse, & tantum esse melioratū; & est ratio; quia quod minus est, refici debet, ideo si expensa sunt centum, & est melioratū in 200. sola centum solui debent, & è conuerso si sunt expensa 200. & est melioratum in 100. sola centum debent refici. *l. in fundo. ff. de rei vend.* Vide supra *Conclus.* 176. & ideo nisi ista duo copulatiue intercueniant, videlicet quantum expensum, & quantum melioratum, non debentur, vt ibi glos. & Doctor. Abb. in *c. 1. de restit. in integ. n.* 4. sequitur Felin. in *c. cum causa. col. penul. ver. sumptus, de re iud.* & ideo in capitulis ista duo sunt deducenda alias succumberet, sequitur Negus. *de pigno. in*
2 *4. memb. 5. part. in quarta conclus.* Affl. *decis.* 93. *in causa, col.* 3. † Modum probandi melioramenta ponit Florian. à S. Petro, *cons.* 1. *nu.* 16. & *seq.* vbi dicit, quod debet parte citata fieri electio duorū, vel trium confidentium peritorum, qui non habeant interesse, neq; similē causam, qui videant, & referant. † Amplia; quia testes vt probent
3 valorem melioramentorum debent deponere causam dicti sui, alias non releuat probatio. Bald. in *l.* 3. *colum.* 3. *ver. quæro nunquid de æstimatione, C. de testament.* Alex. *cons.* 172. *nu.* 17. *lib.* 6. & ideo potest iudex mittere etiam post didicita testificata officialem suum, vel cogere partes ad eligendum æstimatores, iuxta *l. hac edictali, §. mobilium, C. de secund. nupt.* secundum Bald. in *l.* 2. *penul. colum. C. de rescind. vendit. & in l. in fundo, colu. penul. in prin. ff. de rei vendic. & in l super, C. de*
4 *euictio.* † Amplia; quia melioramenta non possunt dici probata quoad quantitatem, si testes in interrogatoriis partis aduersæ dicunt non esse practicos; quo casu eliditur eorum dispositio quantumcunq; esset certa, *cap.* 1. *de in integr. restitut.* vbi Abb. & alii; ideo iudex potest reseruare in sententiæ liquidationem eorum melius faciendam per peritos, qui æstimare illa debeant; quia talis probatio non est sufficiens. Specul. *titul. de fruct. & inter. §. viso, in fin.* Aretin. in *cons.* 83. *in fin.* Curt. Iun. *cons.* 144. *per tot. & cons.* 165. *colu.* 3. vel potest, & debet iudex eligi facere per partes, vel ipse eligere peritos, iuxta *l. hac edictali, §. illud, C. de secund. nupt. & in l. comparationes, C. de fid. instrum.* vbi Bald. secundum quorum relationem iudex postea taxet, & declaret, cum sit standum peritis in arte, prout rustico in agricultura, Medico in medicina, & matronæ in virginitate, Anchar. *cons.* 330. *n.* 6. † Amplia; quia si non constat de certa quantitate melioramentorum, vt quia testes dicunt, quod ascendunt ad certam summam in circa, quæ dictio reddit probationem dubiam, *cap. fin. de desponſ. impub.* Alexand. *cons.* 66. *colum.* 2. & *consil. vii. lib.* 7. quia non inconuenit, quod iudex det retentionem pro eis secundum æstimationem, alias liquidandam per accessum iudicis ad locum; quia nulla est melior probatio in conflictu probationum, quam quæ habetur per inspectionem oculorum, & iudicis accessum ad locum adhibitis peritis, & quod iste modus liquidandi melioramenta per accessum iudicis in loco cum peritis, vel per electionem ex officio, qui se informent in loco, sit frequens in
5 vsu. Bartol. & alii in *l.* 2. *C. de rescind. vend.* idem Bartol. in *l. si quod ex Pamphila. ff. de leg.* 2. Aret. in *l. si quis agens. Institut. de actio.* Lanfr. in *ea, quoniam contra, de prob. verb. testium depositiones. n.* 39. Corne. *cons.* 318.
6 *lib.* 4. † Amplia etiam, quando constat, quod melioramenta facta fuerint, sed non clare constat, à quibus, pari ratione non inconuenit dare retentionem bonorum, videlicet, retinendorum per eum, qui probabit fecisse ea, vel fieri fecisse, prout melius iustificabitur, *l. Bebius. ff. de pact. dotal. l. si debitor. ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. soluit.* Bald. in *l. peremptorias, colum.* 4. *C. si nt. rescind. non poss.* & ita
7 alias fuit iudicatum. † Contrarium tenet Alexand. *consil.* 44. *Visa facti, n.* 5. *in fin. & n.* 6. *ver. fortificantur prædicta, lib.* 3. vbi, quod si non constat, à quo facta sint, perinde sit, ac si facta non fuissent, quod intelligit Paris. *cons.* 67. *Inprinc. lib.* 4. si pars opposuit, alias non. † 8
Extende; quia imo etiam si melioramenta, & quantitas illorum sit probata, potest nihilominus iudex, quando pars aduersa prætendit se grauatam, data retentione bonorum pro eis, iuxta not. in *l. domos, ff. de leg.* 1. mandare, quod per iudicem executionis reuideantur per accessum ad locum cum peritis; quia in istis probationibus dependentibus à iudicio intellectus facillime contingit testes decipi; vnde æquum est, quod per peritiores possit per inspectionem, & aspectum reuideri, quæ probatio nunquam dicitur excluſa. Bal. *in rubric. C. de probatio.* † Probare qualiter debeant 9
testes melioramenta; dic, quod debeant esse periti, & deponere, quod tanti cōiter venderentur melioramenta. Curt. Iun. *cons.* 165. *n.* 16. *& seq. per tot.* † Extende; quia iudex potest liquidare meliora- 10
menta eligendo duos, vel tres peritos, vel faciēdo eos eligere per partes; quia illis standum est, *l.* 1. *ff. de ventre inspic.* Bartol. in *proœm. ff. in fin.* Alexand. *cons* 1. *colum.* 5. *lib.* 2. *& cons.* 44. *eod. lib. & cons.* 55. *circa fin. lib.* 4. *& cons* 9. *circa fin. lib.* 6. † Et alias relatio non potest per pe- 11
ritiores reprobari, Iason in *repet. l. admonendi, n.* 43. *verb. ex istis infero, ff. de iureiuran.* ideo iudex debet approbare, quando maxime concurrunt dicta testium de eodem valore, de quo plenius in *ver. Peritis in arte standum est Conclus.* 286. † Et quando plures haberi non 12
possunt, sufficit electio, & deputatio vnius, vt in *Authent. de non alienan. §. quod autem.* Bartol. in *proœm ff. §. omnium, colum.* 5. *versi. ul. item quæro.* eodem modo debet sufficere, quando æstimatio debet fieri ruri die certa, & assignata, & altera pars non comparet cum perito, prout fuit citata, & solus peritus partis comparētis est in loco; quia eadem est ratio, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* † Et imo etiam si plures 13
haberi possent, quando partes concordant in electione vnius, illi standum sit. Bartol. & alii in *l.* 1. *§. fin. ff. de verb. oblig.* Roman. *cons.* 20. Alexa. *cons.* 179. *lib.* 2. Felin. in *c. proposuisti*, vbi Dec. *de probat.* † Idem, 14
si iudex videt non esse liquidata melioramenta; quia potest nihilominus super illis iudicare dando retentionem bonorum, cum nō sit iustum, quod ille, qui fecit, ea amittat. *l. in fundo. ff. de rei vendicat.* & ideo danda est retentio, *l. Paulus. ff. de solutio. l. si in area ff. de cond. indeb.* pro quantitate tamen in alio iudicio liquidanda, vbi condemnat reos ad dimittendum, & relaxandū bona, solutis prius eisdē melioramentis, & expensis in executione liquidandis, videlicet, per iudicis, vel peritorum accessum ad locum, iuxta *l. si quod ex Pamphila, ff. de leg.* 2. Alex. in *l.* 4. *§. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect.* Alexand. *cons.* 133. *Viso processu, col. fin. lib.* 1. Abb. in *cap. cum causam, de testib.* Marian. Socin. in *cap. significant. bus. de libell. oblat. colum.* 16. *ver. sexto infertur.* Fulgo. *cons.* 140. *colum.* 1. Ruin. *cons.* 84. *lib.* 1. Capic. *dec.* 17. *n.* 7. ita Rotam Romanam iudicasse dicit Gallef. *de oblig. Camer. in* 2. *par. qu.* 2. & quia peritis in arte standum est. *l. semel. C. de re milit. lib.* 12. Alexan. post alios in *l.* 1. *§. si ff. de verb. oblig.* † Et quod si melio- 15
ramenta non sunt clare probata, puta propter contrarias probationes hinc inde factas possit mittere peritos ad locum ad videndum dicta melioramenta, & possit iudex accedere ad locum cum eis, qui æstiment, & quod eorum relationi standum sit, quod quādo periti sunt electi de consensu partium, & sic approbati, non solum duobus, sed vni credendum est secundum* communem in *l.* *
1. *§. si ff. de verb. oblig.* vbi Ias. & probatur in *l. Theopompus, ff. de dot. præleg.* † Et quod si sunt factæ contrariæ probationes: quia dicunt tan- 16
tum melioratum; alii idem peioratum, stetur verisimiliori probationi, & quod iudex per inspectionem ocularem debeat accedere ad locum. Castr. *cons.* 248. *In causa. quæ vertitur Saonæ, colu.* 4. *lib.* 1. † Declara tamen, & restringe; quia si hoc facit iudex in prima in- 17
stantia; poterit tamen iudex appellationis, & meliori probatione in plus, vel minus declarare; quia absolute non statur iudici, quatenus contrarium probet, iuxta not. in *c. quoniam contra, de probat.* † 18
Limita; quia si plene non constat iudici de melioramentis; debet tamen dare retentionem pro liquidandis in exequutione Capra *cons.* 55. *ver. circa terrium.* Iason in *l. domos. ff. de leg.* 1. Castre. *cons.* 247. *col. fin. lib.* 1. Addentes & Bart. in *l. si quod ex Pamphila. ff. de leg.* 2. Ruin. *cons.* 84. *lib.* 1. Capic. *d. decis.* 17. *n.* 7. Tiraq. *de retract. tit.* 2. *§.* 7. *gl.* 1. *n.* 13.
† Extende; quia etiam quod in exequutione non fuerint liquida- 19
ta, vel probata, poterit iudex pronunciare ea reuidenda per peritos iuxta dispositionem *l. hac edictali. §. illud. C. de secund. nupt. l. comparationes*, vbi Bald. *C. de fid. instrum.* quia debent talia melioramenta per peritos æstimari. Aretin. *consil.* 83. *in fin. verb. vltimo videndum est.* Specul. *tit. de fruct. & interesse. §. viso. in finem.* Curt. Iun. *cons.* 165. *col.* 3 † Si tamen adest calumnia partis, vt retineat, potest data fide- 20
iussione dare exequutionem. Benintend. *decis.* 75. † Et quando 21
sunt diuersi generis, vt quia aliqua necessaria, aliqua vtilia, aliqua voluptuaria, seu voluntaria, inter quæ facienda est distinctio. Salycet in *l. domum. col. pen. & fin. C. de r. vendic.* non inconuenit, quod

iudex dicat reuidenda per peritos, & per accessum iudicis ad locum, vbi iudex videbit, & distinguet, quæ æstimanda sint, & quæ non, iuxta tradita per Bart. in *d.l.si quod ex Pamphila.ff.de leg 2.* Alexand. in *l.4.§ hoc autem iudicium ff.de damn.infect. & cons.133. Viso.col. fin.lib.1.& cons.172. In causa.col.4.in fin.lib.6.* Abb. in *cap.cum causam, de testib.* Socin. in *cap.2. in 12.artic.quæst.5.ver.infertur, de libell.oblat.* vbi, quod nulla facta probatione iudex à se ipso potest hoc facere.

22 †Quia probatio per inspectionem oculorum iudicis cum peritis nun quam excluſa intelligitur. Bald. in *rub.C.de probatio.colu.1.* Alexand. *cons.186.col.fin.lib.2.& cons.35.col.3.ver.propterea, lib.4.* & cunctis aliis probationibus præfertur. Alex. *cons.134. In causa, & lite, col.fin.lib.1.* Bald. in *l.contra negantem.C.ad l.Aquil.*

Melius est incumbere pignori, quam actioni, & alia similia. Concl.184.

1 MELIVS † est incumbere pignori, quam actioni. † Et plus con-
2 fert pignus, quam hypotheca; imo plus quã fideiussor. Oldra.
3 *cons.68.* vbi ponit plura similia. †Et melius est habere rem, quam
4 petere. †Et facilior est retentio, quam actio. Bart. in *l.1.ff.de superfic.*
5 †Et nostra magis interest non soluere, quam solutum repetere. *l.*
3.C.de solut. l.si stipulatus esses.ff.de fideiuss.1.si cui legetur.§.fin. vbi Aret.
6 in 3.not.ab.ff.de leg.1. † Et melius est se illæsum conseruare, quam
post læsionem medelam adhibere.

Membrorum appellatione quid veniat. Concl. 185.

1 * MEMBRVM † proprie dicitur illud, per quod corpus mouetur
2 ex proprio membri officio. Bartol. in *l.publicorum, nu.13. ff.de publica.* communem*dicit Clar. in §.fin.q.69.n.3. † Limita; quia
* digitus non est proprie membrum. Bartol. in *l.non sunt liberi, ff.de stat.homin.* communem*dicit Clar. *d.§.fin.q.69. nu.3.* vbi, quod statutum puniens abscindentem membrum, non habet locum in eo, qui abscindit digitum. Rube. Alex. *cons.83.* Barto. plene *cons.* 201. *Quæritur nunquid, lib.1.* vbi plena apostilla in *ver.quæritur*, dat
3 concord. †Declara; quia bene digitus est pars membri; quia digi-
to abscisso pars membri dicitur abscissa. *l.item Offilius, in princ. ff.de*
4 *ædilit.edict.* per quem text. ita Bart. *d.cons.201.lib.1.* † Extende; quia si digitus offensus remanet inutilis, non dicitur abscissus, neque perditus vere, ex quo remanet corpus, licet improprie dici possit perditus. Bartol. *cons.202. Sed quæritur, lib.1.*

Memoria hominum labilis circa multa. Concl. 186.

1 MEMORIAM † omnium glossarum habere non potuit Bald. qui
dum dicit, nullum Doctorem loqui de illo casu, in quo consuluit Fulgos. eidem allegauit glossam in terminis, contra quem Bald. inuehitur, quod non faciat ad casum. Bald. *cons.374. Quæritur, si est renunciatum, lib.5.* vbi ponuntur consilia contraria, & re-
2 sponsio Baldi mordax. † Papa licet habeat omnia iura in scrinio
pectoris, *c.1. de constit. lib.6.* tamen Vrbanus Papa non habuit memoriam eius, quod fuerat statutum à Leone Papa, *cap. quod autem*
3 *30.q.3.* Bald. *d.cons.374. circa med. lib.5.* † Et ideo, qui negat positionem credere, non est periurus; quia potest non recordari, licet sit
4 vera. † Amplia; quia memoria hominum labilis, sed labilis magis est memoria senis quam iuuenis. Alex. *cons.238. Ponderatis nu.6.& 7.ver.non dubitat aliquo modo. lib.6.*

Memoriam hominum extare, vel non, qualiter probetur. Concl.187.

1 MEMORIAM † non extare non potest scriptura probari. Alexa.
2 *cons.16. In causa, & lite, n.17 ver.confirmo. lib.5.* † Et per testes vt
* probetur memoriam non extare, debent testes deponere, quod communis*opinio est memoriam non extare. Alex. *const.177. in*
3 *causa, & lite, n.7. ver.debet enim testis lib.6.* † Amplia; quia per testes non potest probari immemorabile, quando probatur per scripturam extare memoriam. Alexand. *cons.7. Visis, nu.38. ver. nam per in-*
strumenta, lib.4. Curt. Iun. *cons.174.n.33.ver.cum ergo.* Alexand. *consil.*
4 *16.n.16.& 17.lib.5.* †Extende multo magis, quando constat de initio vitioso. Vide, Tempus immemorabile habet multa specialia.
5 *Concl.40.ver.Limita, quia licet.* † Memoriam extare, bene potest probari per scripturam. Alex. *cons.75.n.38.lib.4.& cons.16.n.17.lib.* 5. Mand. plene *cons.222.nu.8.* Crau. *de antiq.tem.in 4.par.§.materia*
6 *ista, n.39.& seq.* †Per testes vero potest probari memoriam extare de centum annis, & infra, vltra autẽ non potest probari; quia vita hominis tantum nõ se extendit; ideo si testes deponerent de memoria ducentorum annorum, non probarent; quia directe probare non possunt, prout neque probare possunt memoriam non extare, nisi quando deponerent de publica fama, de auditu à maioribus suis illos nominando, & ita declarat Alex. *d.cons.16.nu.16. ver.nam ad hoc.lib.5.* Vide, *Præscriptio immemorabilis, &c. Conclus.550.* Vide, *Testes de auditu non probant, &c. Concl.180.* Vide, *Tempus centum annorum, &c. Concl.39.*

Mendax punitur pro mendacio multis modis. Concluſi. 188.

MENDAX † dicitur exosus legibus. Io. de Im. *cons.78. in fin.* † Ex- 1
rende tam in masculo, quã in fœmina; quia perdunt benefi- 2
cium Velleiani propter mendacium. Io. de Im. *d.cons.78.nu.9.* † Et 3
ex mendacio arguitur dolum verum. Crauett. *cons.282.nu.8.* ita vt
dolosus dici possit mendax. Io. de Imol. *d.cons.78. Visis, ac ponderatis,*
in pr.& nu.3. † Et in dubio mendacium præsumitur ad decipiendũ
alium. Anchar. *cons.226.n.4.& seq.* † Amplia; quia possessor con- 4
uentus rei vendicatione si negat se possidere, & conuincitur de 5
mendacio, priuatur possessione, quæ transfertur in actorẽ. Bart.
in *l.fin.ff.de rei vendicat. in princ.* Lap. *alleg.64. Agebam, in princip.* Bald.
cons.201. Prope mendacium, lib.3. vbi, quod fit de reo actor; non tamẽ
perditiura sua mendax, nisi respectu comodi possessionis. Rom.
cons.70. Visis themate.n.4.ver.quoad tertium, vbi apostill. in *ver. attri-*
buit. quæ citat plurimos concord. †Ratio est; quia sicuti per nega- 6
tionem eius, qui possidet, transfertur onus probandi possessionẽ
in eum, qui interrogat; ita facta negatione, & probata possessio-
ne, per quam de mendacio conuincitur, æquum est, vt is, qui pro-
bauit, releuetur ab onere probandi dominiũ, vt possessio in eum
transferatur. Rom. *cons.59.nu 9. ver.quoad vltimum,* vbi, quod cessante hac ratione, cessat dispositio dictæ legis, & *cons.70.nu.6.ver.*
secundo principaliter, & plenius *nu.9.* vbi dicit, quod duæ sunt rationes; vna, vt reus mendax ex suo mendacio puniatur; alia est, vt actor, qui vno grauatur, in alio releuetur. †Restringe; quia *d.l.fin.ff.* 7
de rei vendicat. non habet locum contra eum, qui negat se possidere, si habuit iustam causam ignorandi se possidere. Roma. *cons.70.*
n.5.ver.primo vtrum, vbi apostill. in *ver.quod sic.* & rationem assignat
Roma. quia mendacium arguit dolum; qui in ignorante non potest dari. Alex. plene *cons.73. Videtur, n.1.ver.quinimo. lib.3.* †Restrin- 8
ge; quia non habet locum *d.l.fin.* quando is, qui negauit possidere,
reuocauit suam negationem, antequã aduersarius probauerit; qui
licita est pœnitentia re integra ad pœnam euitandam. Rom. *consil.*
59. Ad discutiendum, col.pen.n.11.ver.tertio principaliter moueor, & plenius *cons.70.* Abb. plene *cons.17. In quæstione, lib.2.* † Restringe; quia 9
non habet locum, quando cessat ratio *d.l fin.* puta quia prius excipiendo sit confessus; quia non obligatur actor probare possessionem, & sic cessat ratio Rom. *d.cons.59.n.9.ver.* sed cum in casu proposito, vbi dicit, q. interrogatio fuit impertinens, stante confes- 10
sione in exceptionibus. † Restringe, qn contra negationem esset 11
pronunciatum, Rom. *d.cons.59.num.10. ver.secundo principaliter.* vbi
apost. in *ver.annullata foret.* vbi citat Abb. *cons.17. In quæstione Om-*
nelli, in 1.dubio.lib.2. †Restringe; quia imo in pœnis legalibus locus 12
est pœnitentiæ vsq; ad sententia, in hac materia allegat Abb. *d.con-*
sil.17.n.1.lib.2. Vide Ant. Gabr. *lib.5.tit.de acquir. possess. conclus.5. Pos-* 13
dere negans si conuincatur de mendacio possessione priuatur. † Amplia; quia 14
possessor negans rem, quam possidet, fuisse authoris similiter priuatur possessionẽ, quæ transfertur in actorẽ in odium mendacii.
Bald. *d. cons.201. Propter mendaciũ, lib.3. auth. item possessor. C. qui potio.*
in pignor. Neguſ. *de pignorib. in 5.parte, membr.2.nu.26.* vbi, quod nec
prius auditur super prioritate, etiam si esset prior in hypotheca,
quam is, cui fit restitutio. Roma. *cons.70.nu.4. vers.quoad tertium.* † 15
Extende; quia mendax, qui dicit se possidere rem vt suam, qui possidet vti alienam, priuatur possessione sua propter mendacium,
auth.item possessor.C.qui potior.in pignor.habean. quem textum ad hoc
allegat Rom. *d.cons.70.n.8.ver.sed casum legis habeo.* † Extende in ca- 16
su contrario, vt idem sit, si dicat se possidere nomine alieno cum
possideat nomine suo, vt contrariorũ eadem sit disciplina. Rom.
d.cons.70.ver.vltimo quæro, n.7.& seq. † Et in hærede negante se esse 17
hæredem, cum sit hæres; quia punitur in hoc, quod in solidum
conuenitur, licet esset solum pro parte. Alex. *cons.172. In causa, &*
lite, n.12.& seq.versic.sed iis etiam, lib.6. vbi, quod idem, siue sit hæres
principalis immediatus, siue etiã hæres hæredis. †Extende in casu 18
contrario, si is, qui non est hæres, dicit se hæredem, cõpellitur ells
hæres in illa causa cum eo, qui confessus fuit se hæredem. Vide
Confessio. Concl.641. Vide, *Hæres. Concl.46.* † Restringe; quia si verba 19
sunt dubia, & secundum mentem proferentis possunt importare
non negatiuã, statur proferentis menti. Rom. *cons.157. Honorabilis,*
in fin. † Declara; quia non valet sententia conditionalis, quod po- 20
sita

sessio negantis se possidere transferatur in actorem, si reperitur illam possedisse, & indebite negasse; quia sententia sub conditione de futuro non valet. Alex. *d. cons. 73. Videtur, n. 11. & seq. ver. corroboro.* 19 *lib. 3.* † Amplia; quia mendax, qui primo negauit maleficiū, perdit beneficium statuti concessum confitenti, vt in minori summa condemnetur. Bald. in *l. si vnus. §. si vnus, in fine. ff. pro socio.* & ibi apostilla, quæ allegat Iaso. *Instit. de actio. §. ex maleficio, n. 20.* vbi, quod quando 20 possit pœnitere, vel non. † Amplia; qa licet is, qui repetit indebitum solutum, debeat probare, q̄ erat indebitum; quia præsumitur, quod sit debitum; si tamē is, qui recepit, negat recepisse, conuincitur de mendacio; quia probatur solutio; tunc propter mendacium in eum transfertur onus probandi, q̄ solutum esset debitum, *l. cum de indebito. ff. de probatio.* † Amplia; quia negans positionē cum iuramento non potest iuuare intentionē suam super positione impugnata. Bald. *cons. 189. D. Lanfranchus, nu. 3. ver. Super secundo,* 22 *lib. 3.* † Extende; quia negans se fecisse homicidium, si conuincitur, non auditur, si velit probare, quod ad sui defensionē fecerit, vt puniatur in aliquo de mendacio. Io. Andr. in *c. nullus pluribus, ante fi. de reg. iur. in 6.* quem citat Cast. *cons. 10. n. 3. lib. 2.* vbi videas distinctio- 23 nem. † Sed dubito, quod extensio non sit vera; quia potest reus ēt iurare falsum, vt euitet pœnam mortis, nec punitur de falso, vel 24 mendacio. † Amplia; quia propter mendacium in eo, q̄ est causa beneficii, mendax de facili perdit beneficium. *l. si dubitetur. §. 1. ff. de* 25 *fideiuss.* † Extende, siue masculus, siue fœmina; quia si per mendacium inducit alium ad faciendū actum, per quem mendaci acquireretur, perdit beneficiū ex mendacio, Ioan. de Im. *cons. 78. in pr. &* ℣ *per tot.* maxime *in fin.* Vide, *Mulier iuuatur beneficio. &c. Concl. 421.* † 26 Declara, vt procedat in eo, qui negat factum proprium; secus si negaret factum authoris, vt quia negans hypothecā bonorū authoris sui; quia non perdit illam. Bald. *d. cons. 189. nu. 5. ver. Super secundo,* 27 *lib. 3.* † Extende ampliationem; quia bene priuatur possessione is, qui negat hypothecā bonorum, & possidere ratione hypothecæ, si conuincitur de mendacio. Bald. *d. cons. 189. nu. 3. ver. Super secundo, lib. 3.* idem, si negat conuentus à creditore se habere causam ab eodem debitore; quia si conuincitur de mendacio, priuatur possessione, etiā quod esset prior, nec auditur, antequam restituerit pos- 28 sessionem. Negus. *de pignor. par. 5. memb. 2. n. 76.* † Amplia; quia licet debitor producens instrumentum debiti laceratum habeat præsumptionem liberationis; tñ si primo negauit habere instrumentum, quod postea produxit laceratum, non præsumitur liberatus ex sola laceratione propter mendacium. Bald. *cons. 83. Ex solo, lib. 3.* 29 † Amplia; quia fideiussor negans se fideiussisse perdit beneficium diuisionis concessum fideiussoribus. *l. si dubitetur. §. ita demum,* vbi gloss. in *verb. indulgendum. ff. de fideiussor.* quia negando se fideiussorem, negat id, quod est causa beneficii. Bald. in *auth. contra qui propriam, colu. 3. C. de non numer. pecun.* Alexa. in *d. l. si dubitetur,* post Bart. & Ang. ibi *ff. de fideiussorib. & in l. etiam. §. licet in dotalibus, colu. 2. ff. so-* 30 *luto matrimon.* † Extende in socio, qui non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, sed si negat se socium, conuenitur in solidum; quia negat id, quod est causa beneficii. *l. sed hoc ita. §. final. ff. de* 31 *re iudic.* † Amplia; quia licet reus possit opponere, & allegare contraria emendando; tamen si ex mendacio incurrit pœnā, non potest emendare, nisi soluta pœna mendacii. Bald. *cons. 206. Punctus,* 32 *concessa fuit, lib. 5. in fine.* † Amplia; quia Notarius dicens donanti, q̄ donaret, & non dubitaret; quia poterit reuocare donationem inter viuos, cum sit falsum, subuenitur donanti, ne decipiatur, Cra- 33 uett. *cons. 192. n. 13.* † Extende; quia si prodigus dixit emptori, ne dubites emere à me; quia habeo consilium Doctoris, q̄ emptio erit bona, & ad decipiendum operatur, quod emptori succurritur. 34 Crau. *d. cons. 192. n. 13.* vbi infinita exempla ponit. † Amplia; quia dicens se hæredem, cum non sit, condemnatur propter mendacium, vt hæres. Bar. & alii in *l. filius, la prima. ff. de interrog. actio.* Vide, 35 *Confessio in iudicio, &c. Concl. 641.* † Amplia; quia si duo negat aliquis in iudicio, & in vno conuincitur de mendacio, contra eum præsumitur etiam in alio. Castr. *cons. 332. In causa Syluestri, n. 4.* ma- 36 xime *in fin. lib. 1.* † Amplia; quia creditor negans propriam scripturam, in qua receperat partem crediti, propter mendaciū punitur ad duplum, quod intellige secundum tex. in *auth. contra qui propriā. C. de non num. pecun.* vbi si postquā negauit propriā scripturam, fuit probata sua, velit probare solutionem, non auditur, sed compelli- 37 tur soluere. † Extende; quia negans scripturā suam cum iuramento, ex quo efficitur mendax, & periurus, transfertur in eum onus probandi, maxime quando constat, quod per calumniam omnia 38 negauit. Cast. *cons. 302. ego Paulus. lib. 2.* † Declara, vt non procedat, quando propria scriptura continet solam confessionem; secus si contineret numerationem; quia primo casu, si negauit numerationem, non punitur. Bald. *cons. 380. Tres sunt casus. n. 4. vers. nec ob-*

stat. lib. 5. † Extendit etiam contra hæredem mendacis, & periuri, 39 vt euitet turpe lucrum, & exoneret animam periuri, & mendacis; quia nisi probet contrarium, ex quo per mendacium onus probandi in eum est translatum, debet succumbere. Castr. *d. cons. 302. lib.* 2. † Amplia; quia debitor conuentus si negat debitum, & probe- 40 tur in genere, statur iuramento creditoris quoad quantitatem. Dec. *cons. 146. col. 6. & in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet.* Purpur. in *l. admonendi, ff. de iureiurand. n. 265.* † Amplia; quia mendaciū 41 in reo circa substantialia operatur, quod potest torqueri; quia facit indicium ad torturam secundum *communem, & licet etiam * in contrarium sit communis, quod solum mendacium non faciat indicium; tamen est arbitrarium iudici, & sine dubio, quando cōcurrit verisimilitudo, vel aliqua coniectura, sufficit. Iul. Clar. in §. fin. q. 21. n. 29. vers. mendacium,* vbi secus in variante, & trepidante. Vide eum. † Amplia; quia negans se calculasse, si conuincitur de 42 mendacio super errore calculi, propter mendacium perdit beneficium; ita Dyn. in *c. nullus pluribus, de reg. iur. in 6.* † Contrarium di- 43 cit Bartol. in *l. nemo prohibetur, ff. de except.* quod solum punitur; quia grauatur, vt probet. † Declarat Castrens. *cons. 10. n. 3. vsque in fin. lib.* 44 2. vbi recitat opiniones hincinde, & tandem dicit saluandas ambas opiniones, vt si velit probare incontinenti, & euidenter de errore constaret, non perdit beneficium; si vero per longas probationes testium, & articulos, non admittitur, allegat text. in *l. omnes, §. fin. ff. de re milit. iuncta l. si pars. ff. de inoffic. testam. in verb. nisi à parte.* † 45 Amplia; quia mulier intercedens pro alio si falso dicat se masculū, & ad decipiendum induit se veste virili, perdit beneficium Velleiani, *l. fœmine. C. ad Vellei.* Alexand. *cons. 122. lib. 6. n. 2.* † Extende, si 46 mulier alienat fundum dotalem, & dicat non esse dotalem, non auditur, si velit postea dicere dotalem; quia est ad decipiendum, *l. si fine, C. ad Velleia.* Alexand. *d. cons. 122. col. fin. in princ. lib. 6.* Crauett. *cons. 192. n. 13.* † Extende; quia mulier nupta si contrahat dolose iu- 47 rando se non nuptam, obligatur, licet sit nupta, & prohibeatur contrahere. Tiraquel. *de legib. connubial. gloss. 8. q. 16. n. 135.* † Exten- 48 de; quia mulier, quæ non potest contrahere sine consensu proximorum, si dicat nullos habere proximos, vt decipiat, obligatur, nec auditur volens docere nullos adesse proximiores. Fulgos. *consil. 219. Visis bonis processibus, n. 3. ver. rursum posito,* sequitur Tiraquel. *de legib. connubial. gloss. 8. q. 16. n. 136.* † Amplia in minore; quia si di- 49 cat se maiorem, perdit beneficium restitutionis, *l. 2. & 3. C. si minor se maiorem.* Alexand. *d. cons. 122. n. 2. lib. 6.* Crauett. *d. cons. 192. nu. 13.* † 50 Extende in filiofamilias, qui dicit se patremfamilias, vt extorqueat dolose pecunias mutuo; quia obligatur, nec iuuatur Macedoniano propter mendacium, & dolum, *l. 1. C. ad Macedon.* Tiraquell. in *tract. de legib. connub. gloss. 8. q. 16. n. 135. in fin.* † Extende; quia filius- 51 familias, qui non potest agere, neque conueniri sine patre, si dicat patrē mortuū, patitur executionē decreti contra se, Tiraq. *de legib. connub. gloss. 8. q. 16. n. 136.* † Restringe; quia si minor dicit se maio- 52 rem, licet perdat beneficium restitutionis in integrum; non tamē validatur contractus ex mendacio, si statutum annullat contractum; ideo poterit de nullitate dicere. Roman. *cons. 22. num. 5.* vbi apostilla dat concord. † Restringe; quia si minor habens curatorē 53 dicat se non habere curatorem, & contrahat, non valet contractus. Tiraquel. *de legib. connub. gloss. 8. q. 16. n. 139.* † Et procedunt re- 54 strictiones, etiam si minor iurauit, & pariter se obseruaturum promisit, vt Socin. *cons. 66. n. 28. lib. 1.* † Limita; quia mendax, seu ne- 55 gans hypothecam bonorum contra creditorem, licet conuincatur, si sit tertius, vel fideiussor; non perdit beneficium cessionis iurium. Bald. *cons. 198. d. Lanfr. n. 3. lib. 3.* † Extende; quia negans com- 56 misisse maleficium, licet conuincatur, non excluditur à beneficio iuris, & probandi, quod ad sui defensionē fecerit. Boer. *decis. 164. n. 14. ver. secundo, aut à princ.* vbi dicit magis * communem, licet di- * cat, si nō probetur defensio, debet mori, & quod tutius est à principio confiteri vnico constructu verborum, quod fecit ad sui defensionem. † Extende in tutore; quia si conuenitur, & neget se tu- 57 torem, & conuincatur, non perdit beneficium iuris agendi contra tutores. Iaso in *l. 1. C. de transact. n. 12. & in l. qui cum se, ff. de re iudic. & in l. quod te, ff. si cert. pet. at.* & ponit Iaso. plura exempla *d. l. 1. nu. 12. & seq. C. de transact.* † Extende; quia generale est, quod pœna priuatio- 58 nis alicuius iuris non habeat locum, nisi expresse sit cautum, Iaso. *d. l. 1. C. de transact. n. 13.* † Extende; quia si mendax confessus fuit ve- 59 ritatem, antequā aduersarius fuerit fatigatus expensis, vel quando in continenti, vel quando in termino præfixo, licet primo dicat mendacium, excusatur, si fateatur in termino veritatem. Bald. *cons. 34. Statuto, seu Capitulo, nu. 9. & seq. lib. 5.* † Limita; quia ex men- 60 dacio nunquam quis punitur, nisi sit cum dolo. Iaso. *in dict. l. 1. C. de transact. n. 15. ver. quarto moueor.*

Mendicare ostiatim quando liceat, vel non Clericis Concl. 189.

1 CLERICI † in sacris, vel sacerdotio constituti non possunt mendicare ostiatim; quia istud tendit in vilipendium clericalis dignitatis. Calder. *cons.* 220. quod est *vnicum, de vit. & honest. cle-*
2 *ricor.* vbi ponit septem argumenta, & tollit contraria. † Amplia, vt procedat, etiam si cessat scandalum; quia non potest mendicare ostiatim sine dispensatione superioris. Calder. *d. cons.* 220. alias *vnicum est, de vit. & honest clericor. verb. non obstat, si dicatur, quod si ecclesia.*
3 † Amplia, etiam si diues esset, & abiecisset diuitias, vt mendicaret ostiatim; quia non admittitur, si fecit, vt liberius ocio vacaret, vel vt negligeret curam rei suæ; quia prohibetur, nisi ex vna sola causa, vt si hoc fecit; quia nutrimentum aliunde habens voluit posse liberius orationibus vacare. Calder. *d. cons.* 220. *n.* 2. *ver. vnde, & iure*
4 *politico*, alias *vnic. de vit. & honest. cleric.* † Limita, nisi quis abiiceret diuitias verisimiliter recepturus alimenta, ea intentione, vt liberius orationibus, & cultui diuino vacare posset Calder. *d. cons.* 220.
5 *in fin. vers. si autem est verisimile*, alias *vnico, de vit. & honest. cleric.* † Limita in fratribus mendicantibus; quia non possunt habere aliquid certum. Fulg. *cons.* 103. *Titius condidit testamentum.*

Mendicantes quid possint habere. Concl. 190.

1 MENDICANTES † sunt capaces legati perpetui annui deputati ad cultum diuinum, puta pro sacrificio, luminaribus, sacristia, seu paramentis, & similibus. Feder. de Sen. *cons.* 12. *Fratres Prædicatores, n.* 4. *ver. prima facie. & in fin. in cap.* incip. *Domine mi charissime, in princ.* idem pro calicibus, libris, pro picturis, & eleemosyna, tenet Calder. *cons.* 343. alias 14. *de testam.* vbi in legato constructionis Altaris cum dote in Ecclesia Mendicantium debetur dos pro aliis vsibus Ecclesiæ, ex quo dotem habere non possunt. Fulgos.
2 *cons.* 103. *Titius condidit. col. fin. vers. nec obstat tex.* † Amplia; quia possunt habere annuum legatum, non perpetuum, videlicet ad certum tempus, quod non ascendat metam centum annorum, puta si legatur fratri aliquid, donec vixerit, licet de iure dicatur legatū perpetuum, quoad fratrem; tamen quoad monasterium non est perpetuum; igitur mendicantes sunt capaces huius legati facti ad vitam. Feder. *d. cons.* 12. *nu.* 4. *ver. item annuum legatum, & cum seq.* vbi
3 idem, quando legatum esset factum cum institutione hæredis. † Amplia, vt multo magis possint habere legatum ad tempus, puta 20. annorum etiam factum monasterio. Feder. *d. cons.* 12. *in princ.*
4 vbi est casus consilii, *n.* 2. *ver. item fratres Minores.* † Amplia; quia licet non possint habere proprietates; si tamen fiat legatum altaris cum dote in Ecclesia mendicantium, licet dotem habere non possint; tamen illam consequentur distribuendam in iis, quæ sunt licita, etiam absq; commutatione Episcopi, vel licentia, quando
5 sunt exempti. Calder. *cons.* 343. alias 14. *de testam.* † Amplia; quia possunt habere granaria, & cellaria, in quibus possint congregare victum eleemosyna acquisitum pro toto anno. Gemin. *cons.* 40. *n.* 3. *ver. ad idem potest*, quod declara, vt procedat, quando talis congregatio fit ex eleemosyna incerta, & in locis, in quibus non possent quotidie discurrere, & sibi quærere victum, vt per eundem *d. cons.* 40. *in fi. ver. nec obstat vltima ratio*, quod est subscriptū ab Anch. Ioan. de Im. & Bernard. Zamb. Fulgos. *d. cons.* 103. *in fin. vers. nec ob-*
6 *stat vltima ratio.* † Amplia; quia aliqui sunt mendicantes, qui non sunt in tanta mendicitate, prout sunt fratres Prædicatores, & S. Augustini Heremitæ, qui non possunt habere successiones, vt retineant, sed bene, vt vendant, & pretium consequantur pro suis necessitatibus. Bald. *cons.* 467. *Quidam in suo testamento, lib.* 5. idem tenet Cuman. *cons.* 169. *in princ. & per tot.* glos. *in* c. 1. *in ver. demum, de relig. domib. in* 6. Ioan. Monach. ibi *num.* 6. Archid. *in princ. ver. acquirant.* Ioan. Andr. *n.* 2. *ver. in gloss. in ver. veterem*, vbi allegat etiam Speculat. *in tit. de statu Monachor. n.* 7. *ver. tertio quæritur*, vbi Ioan. Andr.
* *in ver. possessiones*, qui * omnes dicunt, si legatur, non vt retineant, sed vendant, mendicantes possunt vendere pro necessitatibus suis. Franch. ibi *num.* 5. *ver. in gloss. in ver. domum*, late Marsi. *sing.* 132. *In alienatione.* Corset. *sing. in ver. Mendicantes*, incip. *Licet fratres*, vt quod ex quo res non est permansura, non sunt prohibiti hoc casu, plene
* Roman. *sing.* 294. *Prohibetur*, vbi apostill. plene, & ita * omnes tenere dicit Calder. *cons.* 375. alias 46. *de testament. vers. præterea, quia*
7 *non.* Vide Gabriel. *tit. de legat. concl.* 1. vbi plene. † Contrarium tenet Bald. quando essent hæredes instituti, vt vendant; quia tunc licet sint duæ dispositiones, & si prima sit nulla, quod habeant iure hereditario successionem, bene valet secunda, quod vendant; tamen ipse in *auth. ingressi, num.* 15. *ver. iuxta hoc quæro*, dicit procedere in legato, non in successione, & hæreditate vniuersali; quia licet
8 vendatur, non potest desinere hæres esse. *C. de sacros. Eccles.* † Extende; quia etiam si non sit legatum, vt vendant, sed simpliciter legatum; imo si essent prohibiti vendere, adhuc poterunt habere, vt vendant, & suis necessitatibus prouideant, ita Anchar. *d. ca* 1. *de relig. domib. n.* 2. *in fin. ver. tertio quæritur*, Ioan. Andr. & dicit idem tenere ibi Lap. qui dicit posse vendere, non obstante prohibitione, & clarius * omnes citans ibi tenet Gemin. *n.* 14. *ver. ducit Lap.* & sequitur Franch. *num.* 5. qui dicunt omnes, * quod soli minores non * possunt habere bona ingressi; alii vero mendicantes possunt habere, non vt retineant, sed vt vendant pro suis necessitatibus, etiam quod fiat legatum cum prohibitione alienandi; quia si sunt consequuti, possunt vendere, si non sunt consequuti bona, prohibentur petere propter turpitudinem, idem tenet Lap. *nu.* 7. Bald. *cons.* 232. *Super infra scriptis, lib.* 2. *in princ.* † Contrarium tenet Cal-9 der. *cons.* 343. alias 14. *de testam.* & in eodem casu Ang. *cons.* 214. *in themate prædicto*, quod solum procedit ampliatio, quando testator legauit, vt vendant, alias secus, & dicunt, quod caueant mendicantes miseri à retentione, etiam vt vendant; quia nisi relictum sit Ecclesiæ, vel Deo, debet legatum dari Romanæ Ecclesiæ, vt pauperibus distribuat. † Et quod si simpliciter legantur immobi-10 lia minoribus mendicantibus, qui sunt incapaces immobilium, tamen valeat legatum, vt pretium consequantur pro suis necessitatibus; quia non sunt prohibiti habere propter delictum, tenent omnes * in *l. apud Iulianum. § . constat*, vbi Iaf. *n.* 41. vbi citat infinitos, * & ibi apost. in *ver. relictum*, dat concord. & *n.* 37. *ff. de leg.* 1. † Exten-11 de; quia quando alicui collegio legantur res, quas collegium habere non potest, vel prohibetur; tamen debet habere pretium. Iaf. *d. l. apud. § . constat, n.* 37. *ff. de leg.* 1. † Declara tamen; quia licet fratres 12 minores non sint capaces relictorum, & bonorum stabilium, neque annuorum reddituum; tamen eis debetur æstimatio, glos. in *c.* 1. *de relig. dom. in* 6. quod dicit verum. Calder. *cons.* 349. alias 20. *de testam.* nisi legatum sit ademptum in casu, quod essent incapaces; quia tunc neq; æstimatio debetur. † Declara; quia prædicta 13 procedunt in fratribus mendicantibus; secus in fratribus minoribus; quia ipsi non possunt habere bona, vt vendant. Duen. *regul.* 381. *in* 8. *ampliat.* † Extende, vt licet fratres mendicantes, prout sunt 14 Prædicatores, non possint habere possessiones & hæreditates; tamen possunt habere illarum dominium, vt illas vendant, & pretium consequantur; quia pretium, quod consumitur, non repugnat mendicitati. Calder. *cons.* 375. alias 46. *de testam.* vbi videtur dicere idem in fratribus minoribus, & idem in fratribus S. Augustini, Cuma. *cons.* 169. Fulg. *cons.* 103. *nu.* 3. *ver. nec obstat, quod si possint.* Bal. *cons.* 467. *Quidam, lib.* 5. † Declara hoc esse verum, dumodo 15 habeant ex eleemosyna, quæ vna datione finiatur, ita declarat Gemi. *cons.* 40. *n.* 9. *ver. nec obstat, quod ipsi possint*, quod consiliū est subscriptum ab Anch Io. de Im. & Bernar. Zamb. Fulg. *d. cons.* 103. *n.* 3. *vr. nec obstat.* † Amplia; quia sunt capaces legati alimētorum; quia per 16 illud non tollitur mendicitas, neq; fit fraus, ex quo speciale est in alimentis; ideo valet legatum factum fratri mendicanti de vna tunica, donec vixerit. Sign. *cons.* 40. *Quæritur: si aliquid. nu.* 5. *vsq; in fin.* vbi tollit contraria. † Contrarium consultum fuit in eodem *cons.* 17 *Signor.* 40. *in prin.* & hanc comunem * dicit apost. ad *d. cons.* 40. *in fi.* vbi, quod non valet tale legatum annuum etiam modicū pro alimentis; quia tollitur mēdicitas; secus si fieret pro alia necessitate, quæ non respiciat alimenta, & dicit ita tenere * omnes. † Declara; 18 quia legatum annuū alimentorum, seu pro vestitu monachorum mendicantium, bene valet; qñ esset ad modicum tempus. apost. ad *d. cons. Signor.* 40. *in fi.* † Limita; quia mendicantes, licet sint exem-19 pti ab omnibus oneribus etiam Papæ; secus est, si de facto habent stabilia; quia priuilegio mendicantium non gaudent. Anch. *cons.* 109. *Contra fratres*, vbi multa pulchra, Ant. de But. *cons.* 33. vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur Sign. *cons.* 110. *n.* 8. † Declara tamen; qa 20 stabilia de facto collata mendicantibus; qa sunt incapaces, aut spectant illis, qui cōtulerunt, vel eorum hæredibus, aut fisco tanquā vacantia secundū vnam opinionem, vel secundum aliam spectant Rom. Ecclesiæ, vel Episcopo, vt distribuant in causam æque piam. Ant. de Butr. *cons.* 33. *n.* 2. *& seq. per tot.* † Limita; qa non possunt habere possessiones, neq; redditus ad congruā sustentationem; quia 21 c. 1. § . *confirmatos, de relig. domib. in* 6. Fed. de Sen. *cons.* 12. *in pr. ver. nam mendicantes.* † Limita; qa fratres minores mendicātes sunt incapa-22 ces successionis, nec licet eis successionū valorē recipere in totū, neq; in tantam partem, quæ induceret fraudem. Feder. *d. cons.* 12. *n.* 23 3. *ver. item in eadem.* † Contrarium de consuetudine, quod possint vendere, vt pretiū habeant pro necessitatibus occurrentibus. Cu-24 man. *cons.* 169. *Viso testament. in princ.* † Limita; quia sicut non est licitū mendicātibus habere domos, & bona stabilia; ita nec annuos redditus perpetuos. Feder. *d. cons.* 12. *n.* 5. *ver. item in cōmuni*, idem

tenet.

tenet Calder. *d. conſil. 349.* alias *20. de teſtam.* vbi, quod nō ſunt capaces bonorum, & relictorum in genere, neque in ſpecie. Anchar.
25 *conſil. 199. in fin.* † Limita; quia non poſſunt habere altaria in ſua eccleſia dotata; ideo legatum factum, quod erigatur, & doretur altare in Eccleſia Heremitarum mendicantium, licet valeat, & debeatur, expendendum in aliis; tamen nō poteſt aſſignari certa dos dicto altari; quia religioſi ſine dote celebrabunt. Calder. *conſil. 343.* alias *14. de teſtam.* & plenius Anchar. *conſil. 113. in princ.* Ant. de Butr.
26 *conſil. 26. per tot.* † Imo ſi eſſet de facto aſſignata dos Capellæ in eccleſia mendicantium per laicum, non poteſt ſibi deberi ius patro-
27 natus. Anchar. *d. conſil. 113. Iura, quæ loquuntur, in princ.* † Limita, quia mendicantes non ſunt capaces annui redditus etiam modici, puta 10. librarum; quia repugnat mendicitati. Gem. *d. conſ. 40. per tot.* vbi eſt caſus, & idem tenet Fulg. *conſil. 103. per tot.* vbi latiſſime pro vtraque parte, & ita concludit, & eſt idem conſilium ad litteram Anchar. *d. conſil. 199. in fin.* vbi, quod legatum tale factum fratribus mendicantibus habetur pro non ſcripto. Vide, *Fratres ordinis Minorum, &c. Concluſ. 467.*

Mendicantes quando poſſint diſpenſari ad bona ſtabilia. Concluſ. 191.

1 MENDICANTES, † qui non poſſunt habere bona ſtabilia ex conſtitutione Eccleſiæ vel ſtatuto, poſſunt per contrariam conſtitutionem Papæ, vel contrarium ſtatutum habilitari, vt non ſint mendicantes, ſed poſſint habere ſtabilia. Ant. de Butr. *conſ. 33.*
2 *num. 3.* vbi dat exemplum de fratribus Prædicatoribus. † Si vero ſunt mendicantes à primæua inſtitutione regulæ; tunc Papa non diſpenſat ſine magna cauſa. Anton. de Butr. *d. conſil. 33. num. 3.*

Mendicantes ficti qua pœna puniantur. Concluſ. 192.

1 MENDICANTES, † qui fucatis coloribus fingunt ſe infirmos, cum non ſint, pœna falſi puniri debent. Lap. *alleg. 18. Quæ pœ-*
2 *na.* vbi late. † Amplia, vt imo etiam teneantur pœna furti, & rapinæ de eleemoſynis exactis ſub palliata lepra, vel infirmitate. Lap.
3 *d. alleg. 18. circa fin.* † Amplia in omni ſimulante bonū; cum tamen ſit malus; quia grauius punitur ille, qui prætextu, & colore boni facit malum, quam qui aperte deliquit. Flor. à S. Petro *conſil. 26.* quod eſt Collegii Bononiæ, *num. 51. ver. vel ſecundo, & n. 56.* allegat *l. qui ſub prætextu. & l. iubemus, la ſeconda, circa princ. C. de ſacroſ. eccleſ.*
4 *& nu. 58.* † Amplia; quia licet conſenſus generalis, & iuratus tractatur ad ignorata, tanquam in genere cogitata; tamen ſecus eſt, quando quis compromittit in virum bonum; quia licet renunciet in genere, & in ſpecie læſioni etiam enormiſſimæ, ſubueniturei per reductionem ad arbitrium boni viri; quia non potuit cogitare, quod bonus vir deciperet eum, & ſufficit, quod eum vti talem
5 elegerit. Ant. de Butr. *conſil. 24. nu. 5. ver. nō obſtat.* † Prohibiti ſunt mendicantes publici, niſi ex cauſa neceſſitatis, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, *l. vnica, C. de mend. validis, c. Diaconi, §. nec ne*
☞ *autem, iuncta gloſ. cum cap. ſeq. 93. diſtinct.* Abb. *conſil. 55. num. 2. ver. &*
6 *circa hoc, lib. 1.* Vide, *Color quæſitus quid ſit. Concluſ. 469.* † Et religioſi mendicantis regulæ, qui habent bona propria, non excuſantur à contributione onerum cum aliis perſonis eccleſiaſticis; quia allegant turpitudinem ſuam, & abutuntur priuilegio mendicantibus
☞ conceſſo. Petr. Anchar. *conſil. 109. Contra fratres, per tot.* Vide, *Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuilegium. Concluſ. 237. per tot.* maxime *num. 5.*

Mendicantes regulares qui dicantur. Concluſ. 193.

1 QVATVOR † eſſe ordines mendicantes, videlicet S. Dominici, S. Franciſci, S. Auguſtini, & Carmelitarum, dicit apoſtill.
2 ad Ant. de Butr. *conſil. 33. in ver. Prædicatores.* † Regulares mendicantes dicuntur, qui prohibentur ex regula habere poſſeſſiones, & reditus ad congruam ſuſtentationem, ſed per quæſtus publicos mendicitas incerta victum eis præbet, *c. 1. §. confirmatas, de relig. domib. lib. 6.* ſecundum Speculat. & dicuntur mendicantes, qui non poſſunt habere propriū in communi, Calder. *conſil. 402.* alias *17. de regular.* vbi, quod non attenditur mendicitas facti, ſed quando ex regula ſunt neceſſario mendicantes. Anchar. *conſ. 109. in princ.*
3 † Mendicantes dicuntur à mendico, mendicas, quod eſt prorium petentiū eleemoſynam pro victu ſuo manu oſtendentium ſuam mendicitatem. Gemin. *conſil. 49. nu. 7. ver. hoc idem probat*, vbi, quod pro dote habent mendicitatem, & eſt conſiliū ſubſcriptum à Petro Anchar. Io. de Im. & Bernar. Zambec. & Fulgoſ. *conſ. 103.*
4 † Imo tenet Lap. *allegat. 4. num. 2. ver. ad id quod*, quia mendicantes ſunt, qui ex fundatione regulæ de iure ſunt mendicantes, licet de facto non mendicent ex priuilegio, vel alias; ſicut non ſunt mendicantes, qui de facto actu ſunt mendicantes, licet quoad regulæ inſtitutū de iure non comprehendantur, & Feder. de Sen. *conſ. 145. n. 6. ver. ſi ordo Seruorum*, quia mendicitas, quæ non eſt ex regula, ſed per accidens, non attenditur. † Contrarium tenet Perr. Anch. *d.* 5
conſ. 109. Contra fratres. vbi, quod ſi habent de facto bona, nō gaudent priuilegio mendicantiū. Feder. de Sen. *conſ. 12. in princ.* tenet, quod mendicantes ſint Prædicatores, nō ex regula, quæ eſt S. Auguſtini, ſed ex conſtitutionibus confirmatis à Sede Apoſtolica, & *conſ. 20. circa fi. ver. & ideo dicebatur*, vbi idē, quod ex regula poſſunt habere bona cōmunia, ſed ſecus ex conſtitutionibus, & quod attendi debeat regula tanquam non mutabilis, non autem conſti- 6
tutiones. † Amplia; quia Moniales Sanctæ Claræ ſunt mendicantes, licet facto non mendicent, prout ſunt omnes moniales ordinis Minorum, & Prædicatorum, & in eis procedit prædicta diſpoſitio *c. non ſolum de reg.* per *c. conſtitutionem, eodem tit. lib. 6.* Lap. *d. allegat. 4. n. 2. ver. & dicendum eſt.* † Reſtringe; quia poſſunt iſtæ monia- 7
les habere proprium, & ſunt capaces legatorum, & ſucceſſionum. Bald. *conſ. 183. Factum proponitur, lib. 5.* & latius *conſ. 439. S. Franciſcus, lib. 5.* vbi, quod tres ordines inſtituit S. Franciſcus. † Profeſſus intra 8
annū in religione mendicantiū contra *c. non ſolum*, extenſum per *c. cōſtitutionem, de regul. lib. 6.* nō obligatur religioni, etiam ſi poſt annum ratificet. Lap. *d. alleg. 4. An diſpoſitio.* ſub *n. 4. ver. ſecundū dubium.*
† Amplia, quod fratres de Carmelis, licet à primæua inſtitutione 9
non ſint mendicantes; tamen ex cōmuni opinione totius ordinis tales reputantur. Lap. *allegat. 45. per totā*, vbi eſt caſus, & quod imo ſint mendicantes vere tenet Gemi. *conſ. 40. n. 1. ver. nec dubiū*, quod conſilium eſt etiam Petri de Anchar. Ioan. de Imol. & Bern. Zambecar. Angel. *conſ. 91. in princ.* dicit, ꝙ eſt religio fundata ſub regula mendicantium. Fulgoſ. *conſ. 103. n. 2. ver. nec eſt dubium.* † Declara; 10
quia licet ſint mendicantes; tamen *clem. exiit. & exiui, de ver. ſign.* nō habent locū in iſtis, ſed in ſolis minoribus; ideo poſſunt acquirere, vt vendant. Bald. *conſ 371. in fi. lib. 2.* ꝙ duplicatur *lib. 4. conſ. 455.*
† Status mendicantiū præſcribi poteſt per eos; qui nō ſunt men- 11
dicantes à primæua erectione. Lap. *d. alleg. 45. circa fi. ver. an talis ſtatus, n. 4.* & Fed. de Sen. *conſ. 145. in fi. ver. poſſet tamen dici.* † Declara, 12
vt non procedat in caſu conuerſo; quia nō valet conſuetudo, quod mendicantes ſint capaces proprii in communi. Gemin. *d. conſ. 40. in fin. n. 10. ver. non obſtat, quod dictum eſt.* † Amplia; quia fratres Præ- 13
dicatores profitentur regulam S. Auguſtini, & nō ſunt mendicantes ex regula, ſed ex conſtitutionibus ſuis à Sede Apoſtolica confirmatis. Feder. de Sen. *conſ. 12. in princ.* † Capaces ſunt bonorum ex 14
conſuetudine, & priuilegiis Apoſtolicis; ideo licet ſint mendicantes; tamen poſſunt acquirere, vt vendant, & in eis non habet locum *clem. exiui, de verb. ſign.* Bald. *conſ. 371. in fin. lib. 2.* quod duplicatur, *lib. 4. conſ. 455.* † Amplia; quia fratres ordinis Seruorum ſunt 15
redacti ad inſtar mendicantium ponderata veritate, Lap. *alleg. 62. n. 6.* † Amplia; quia fratres ordinis Heremitarum dicuntur men- 16
dicantes. Feder. de Sen. *conſil. 141. n. 7. ver. primo an D. Pontius, iuncto n. 18. ver. item alia ratione.* Calder. *conſ. 343.* alias *14. de teſtam.* & quod ordo Heremitarum ſit mendicantium. Bald. *conſ. 261. Optimè allegationes, lib. 4. & conſ. 467. Sicut apparet. per tot.* maxime *in fi. lib. 5.* † Et 17
de fratribus Heremitanis S. Auguſtini, quod ſint mendicantes. Calder. *conſ. 386.* alias *1. de regular. in princ. ver. item cum Heremitæ.* Cuman. *conſ. 169.* † Declara; quia licet ſint mendicantes; tamen poſ- 18
ſunt acquirere bona, vt vendant, & in eis non habet locum *clem. exiit, & exiui, de verb. ſignif.* Bald. *conſ 371. in fi. lib. 2.* quod duplicatur *lib. 4. conſ. 455. & conſ. 467. Quidā in ſuo teſtamento*, alias, *ſicut apparet, lib. 5.* Cuma. *conſ. 169. per tot.* † Amplia; quia regula eſt, quod omnes 19
fratres profeſſi aliquā religionem dicuntur mendicantes, & non poſſunt habere aliquid, & ſunt incapaces; quia profeſſio de ſui natura habet tria vota, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, & niſi reperiatur ex regula, vel conceſſione Apoſtolica indultum. Caſtr. *conſil. 70. Quia fruſtra, in fin. num. 11. lib. 1.* vbi de religioſis Cruciferorum, qui poſſunt habere acquiſita ab infidelibus non alia.

Mendicantes exempti in multis. Concluſ. 194.

MENDICANTES † exempti ſunt ab omnibus impoſitionibus, 1
ſubſidiis, & grauaminibus. † Amplia, vt procedat, etiam ſi 2
verba ſint apta comprehendere mendicantes; quia ex quo nihil habent, neque habere poſſunt, non tenentur ſoluere ex mente veriſimili Papæ, quaſi ad incogitata non ſe extendat conſenſus, vel ad impoſſibilia. Anton. de Butr. *conſil. 33. in princip.* † Extende, 3
vt non poſſint grauari etiam pro bonis, quæ occupant contra regulam; quia non ſunt ſua, ſed, vel ſpectant illis, à quibus prouenerunt, vel hæredibus eorum, vel fiſco vti vacantia, ideo non fuit de intentione Papæ illos grauare pro bonis alienis ſecundum vnam opinionem, quam recitat Anton. de Butr. *dict. conſil. 33. num. 2. verſicul. & ſi dicatur.* † Contrarium, quod imo 4
pro bonis per mendicantes poſſeſſis teneantur ſoluere, quando

verba hoc continent, quod mendicantes teneantur, tenet Ant. de Butr. à sufficienti partium enumeratione; quia aut sunt habilitati, & res est clara; aut non, & talia bona spectant Romanæ Ecclesiæ, vel Episcopo, vt distribuantur in causam similem, & piam. Ant.de Butr.*d.consil.33.ver.ad hoc respondetur*, plenius Anchar.*consil.109.num.3.& seq.vsque in fin.* vbi, quod non possunt allegare priuilegium mendicantium, cum possideant bona; quia allegarent turpitudinem suam. Signorol.*consil.110.num.8.*

Mendicantes non possunt loca antiqua Religionis mutare. Concluſ. 195.

1 MENDICANTES † religiosi non possunt loca antiqua religiosa deserere, & noua ad incolendum acquirere, *c.cum ex eo, de ex-*
2 *ceſſ.Prælat.n.6.* Oldrad.*conſ.190.Thema tale, fratres.* † Amplia in tantum, vt fratres minores non possint recipere loca de nouo constructa sub pœna, de qua in *c.vnico de excess.Prælat.in 6.* Feder.de Sen. *conſ.175.per tot.* vbi, quod bene possunt de licentia Papæ, sed quia est difficilis; ideo habetur pro impossibili; ideo legatum censetur purum, licet habeat hoc onus prohibitum, quando maxime fuit dictum, quod si quid esset illicitum, habeatur pro non adiecto.
3 † Amplia; quia in Concilio generali Gregorius X. statuit, quod omnes ordines mendicantium etiam approbati non possent deinceps aliquem ad eorũ professionem admittere, nec de nouo domum, vel aliquem locum acquirere, neque loca, quæ habent, possint alienare sine Sedis Apostolicæ licentia speciali, vt in *c.1.de relig.*
4 *dom.lib.6.* Castillio.*conſ.19.In facto proponitur, in princ.* † Excipiuntur in dicto decretali mendicantes Prædicatores, & Minores ordinis S.Franciſci, ad quos nõ extenditur prohibitio propter euidentem vtilitatem Ecclesiæ vniuersalis prouenientem, *d. cap.1. § ſane de religio.domib.in 6.* & ita à contrario sensus istis duobus ordinibus datur licentia, ideo de iure illo poterunt acquirere nouam domum, nouam ecclesiam. Castillio.*d.conſ.19.in princ.* vbi *n.3.* dicit, quod imo Papa inhibet omnibus molestantibus ne isti duo ordines possint in ciuitatibus, & locis sibi sola acquirere per *c. minus, il ſecondo,*
5 *§.ad hæc, de exceſſ. Prælat.* † Contrarium de hodierno, & nouo iure statuitur; quod ad tollenda scandala nullus ordo mendicantium, etiam si sint Prædicatores, vel Minores, possit noua loca acquirere, neque loca antiqua mutare, alienare, vel donare absque speciali Sedis Apostolicæ licentia, *d.cap.1.de exceſſ.Prælat.lib.6.* late Castillio.*d.conſ.19.n.4.col.3.ver.in contrarium*, vbi, quod etiam iure nouissimo clementinarum fuit adiecta excommunicatio contrafacien-
6 tibus. *clem.cupientes 1.de pœn.in princ.* † Declara tamen; quia prohibitio, quæ fit iure nouissimo etiam Prædicatoribus, & Minoribus, ne loca antiqua deserere, vel mutare, & noua acquirere possint, fuit propter scandala, quia aderant alii mendicantes vicini; ideo cessante causa cessat prohibitio, prout in Heremitis extra ciuitates, & habitatum; idem si in locum, vbi aliqui non extant mendi-
7 cantes. Castillio.*d.conſ.19.n.4.col.4.ver.cæterũ, & n.5.cum ſeq.* † Declara; quia prohibitio, quæ fit mendicantibus, ne acquirant loca noua ad habitandum, procedit, quando principaliter ad habitandum acquirerentur; secus si incidenter, vt quia aliquis offert se, & bona sua, & ecclesiam quam habuit etiam curatam de consensu populi religioni Prædicatorũ, vel Minorum, certe valet; quia habitatio est secundaria. Castillio. *d.conſ.19.col.4.ver.cæterum allegata, per tot.* allegat gloss. in *d. c.1. de exceſſ. Prælator. in ver. ad habitandum.*
8 † Limita in fratribus Carmelitis, & Heremitanis S. Augustini; quia sunt ante prohibitionem factã instituti, *cap.1. de religio.domib.* Castill.*d.conſ.19.in princ.col.2.ver.cæterum*, vbi, quod ad ipsos nõ ex-
9 tenditur, & plenius *col.pen.ver.concluſio ergo, n.6.* † Limita, quod bene possunt nouam habitationem adiicere veteri, etiam si intercedat riuus in medio, & fecerint pontem super eo. Oldr. *d.conſ.190.*
10 *per tot.* † Limita ex causa necessitatis; quia necessitas est ipsa lex. Oldrad.*d.conſ.190.in fi.* vbi quod non habet locum, nisi in duobus
11 casibus expressis, & extra illos casus cessat prohibitio. † Limita; quia ex causa; & de consensu Episcopi potest ecclesia, & monasterium de loco ad locum transferri, vt per Lap. *allegat.69.* alias 68.
12 *Quæris, an liceat.* † Regula est, quod iure antiquo omnes mendicantes prohibentur acquirere noua loca, & antiqua deserere, exceptis solis Carmelitis, & Heremitis S. Augustini, qui erant primo instituti, & conseruantur in sua institutione, *cap.1. de relig. domib.*
13 Castillio.*d.conſ.19.n.6.ver.concluſio.* † Extẽde ad mendicantes Prædicatores, & Minores de iure nouissimo, licet de iure antiquo essent permissi; & hoc procedit, quando noua loca principaliter ad habitandum acquirunt, vel antiqua deserunt; quia non possunt sine licentia Papæ speciali, si concurrat scandalum, vt quia ibi sunt
14 alii mendicantes. Castillio.*d.conſ.19.n.6.ver.cæterum.* † Restringe; quia mendicantes Prædicatores, & Minores possunt acquirere noua loca ad habitandum principaliter, vbi non sunt alii mendicantes, & si sunt alii, non erunt adeo vicini, vt oriatur scandalum; item quando non principaliter ad habitandum acquirunt, sed vel pro diuinis celebrandis, vel si quis offerat se, & sua bona, in quibus habitent consequenter; item si sunt loca laicalia, sufficit populi consensus; si ecclesiastica etiam curata, sufficit populi, & diœcesani consensus. Castillio.*d.conſil.19.num.6.& ſeq.ver.concluſio.*

Mensa quid sit, & apotheca. Concluſ. 196.

MENSA † est nomen vniuersale, & idem, quod statio, seu ne- 1
gocium, *l.cum pater, §.menſæ negocium, ff.de leg.2.* & ideo continet debita, & credita. Anchar.*conſ.184.in princ.* Castr.*conſ.286.Viſis, & ponderatis, col.3.in princ.lib.1.& conſ.345.Viſo puncto, in princ.lib.2.*
† Fauet autem mensa creditoribus mercium, quæ sunt in mensa; 2
quia æquitas concurrit, vt ius mensæ magis eis assistat, quam aliis creditoribus ex alia causa. Anch.*d.conſ.184.in princ.* vbi per totum consiliũ concludit, quod præferri debet talis creditor aliis, etiam in personali, propter æquitatem. † Apothecæ appellatione ve- 3
niunt omnes merces, quæ ibi reperiuntur. Alex.*conſ.47.Circa primum, n.2.lib.1.* Ias. in *l.ſi res obligata, n.24.ff.de leg.1.* † Fundaci stationes, & negociatio sunt nomina iuris vniuersitatem denotantia. 4
Anchar.*d.conſ.184.in princ.& n.5.* † Prioratus, Ecclesia, Monaste- 5
rium, & aliud beneficium separatũ per se dicitur vniuersale; quia debita, & credita eius soluit, & exigit, nõ alius, licet sub eadem religione. Anch. *conſ.332.n.4.& ſeq.* † Traffica, & negotiationes di- 6
cuntur quid vniuersale. Socin.*conſ.254.n.7.& ſeq.lib.2.* † Peculium 7
dicitur quid vniuersale. Socin. *d.conſ.254.n.8.lib.2.* Castr.*conſ.345. in princ.lib.2.* Rom.*conſ.469. Quoad primũ, n.4.* † Societas omnium 8
bonorum. Socin.*d.conſ.254.n.8.lib.2.* † Banchum est nomen iuris, 9
& vniuersale, prout bancharia negociatio; item banchum est nomen facti, prout locus ipse, in quo fit. Castr.*conſ.286.Viſis, & ponderatis, col.2.in fin.cum ſeq.ver.vnde notandum, lib.1.* vbi idem dicit de aliis, & *conſ.345.in princ.lib.2.* vbi, quod est nomen vniuersale, si sumitur pro negociatione. † Calendarium pariter est nomen iuris, 10
& vniuersitatis. Castr. *d.conſil.286.col.3.in princ.lib.1.& conſil.345.in princ.lib.2.* † Dos dicitur quid vniuersale, & incorporale distans ab 11
ipsis corporibus dotalibus; quia aliud est dos, aliud corpora dotalia. Alex.*conſil.79.Eleganter, num.6.lib.5.* vbi apostill. in *ver.dos* allegat Alex. *conſ.49.n.7.lib.3.* † Hæreditas pariter dicitur quid vni- 12
uersale. Alex.*d.conſ.79.n.6.lib.5.* vbi, quod aliud est hæreditas, aliud corpora hæreditaria. Castrum, Villa, Ciuitas, Prouincia, sunt nomina vniuersalia. Vide, *Caſtrum, Villa, Ciuitas, &c. Concl.115.* Vide, *Nomina vniuerſalia ſunt, &c. Concluſ.53.* Vide, *Vniuerſale habet multa ſpecial. Concl.250.* Vide plenius, *Verba, ſeu nomina, &c. Concluſ.252.*

Mensis appellatione quot dies veniant. Concluſ. 197.

MENSIS † intelligitur 30. vel 31. dierum, prout reperitur de- 1
terminatum per legem, si lex super hoc determinat. Signor. Homod.*conſ.38.Si quæratur, in princ.* qui loquitur, siue lex requirat ministerium iudicis, siue non. † Idem, vbi requiritur ministerium 2
iudicis; quia si lex non determinat, iudicis arbitrio statur, an mensis sit 30. vel 31. dierum Signorol.*d.conſ.38.in princ.* † Si vero lex non 3
determinat, neque requiritur ministerium iudicis, tunc statur *l.vbi lex.ff.de regul.iur.* Signorol. *d.conſ.38.in princ.* † Declara hoc vlti- 4
mum; quia *d.l.vbi lex.ff.de reg.iur.* non habet locum, vbi mensis sine determinato tempore esset; tamen per aliam legem particularem determinatum. Signorol. *d.conſ.38.in princ.* † Instantia autem in- 5
ducta per duos, vel tres menses à lege, vel statuto, quod intelligatur de 30. diebus pro singulo mense. Alex.*conſ.114.n.12.& 13.lib.5.* qui loquitur in statuto. Bald. in *auth. qui ſemel, C.quomodo & quando iudex, n.28.* vbi apostill. Bart. in *l.cum biſſextus, ff.de verb.ſignific.* † De- 6
clara plenius; quia si lex statuit mensem, vel menses instantiæ continuos procedunt præmissa; quia attenditur natura mensis currentis, si est dierum 30. vel 31. vt de tali censeatur intellectum; sed si lex statuit vnum, vel plures menses dierum vtilium; tunc computantur dies 30. vtiles tantum ad constituendum mensem, & nulla habetur ratio, quod aliqui menses sint 30. aliqui 31. dierum naturalium, & currentium, ita Alex. *d.conſil.114.Viſa ſcriptura, n.10. & ſeq.ver.& ſi diceretur, lib.5.* vbi apostill. in *ver.menſes*, & reddit rationem Alex. ibi *num.12.* quia mensis vtilis non potest applicari ad aliquem mensem præcisum, seu nominatum; quo casu necesse est constituere vnum mensem ex diebus vtilibus, qui est 30. dierum, prout etiam quando à lege indefinite constituitur, vel assignatur nulla habita ratione ad particularem mensem, & nominatum. Dec. in *d.l.vbi lex, ff. de regul.iur.* † Adde, quia annus est die- 7
rum 365. & duo semestria faciunt vnum annum, & duo menses faciunt sextam partem anni, vnus mensis duodecimam partem anni, tres menses faciunt quartam partem, & quatuor tertiam

partem

partem anni, & sic de singulis. Alex. *d. cons.* 114. *in fi. lib.* 5. † Mensis si profertur ab homine in testamento, intelligitur 30. vel 31. dierum, prout magis ampliatur vltima voluntas. Sign. *d. cons.* 38. *circa med. ver. si vero proferatur.* † Mensis si profertur ab homine in contractu, est 30. vel 31. dierum, prout mens contrahentium denotat, si de ea apparet. Sign. *d. cons.* 38. *circa fin. ver. in contractibus.* † Extende, vt idem sit, si nō apparet de mente; quia si adiicitur obligationi principali, & sumitur 30. vel 31. dierum, vt minor sit obligatio. Signor. *d. cons.* 38. *in fin.* † Extende, vt idem sit, quando profertur in accessoriis ad obligationem; quia erit 30. vel 31. dierum, prout magis nocet proferenti. Signor. *d. cons.* 38. *in fi.* † Si vero fiat compromissum per duos menses, intelligitur quilibet mensis de tot diebus, quot habet mensis; in quo fit compromissum. gloss. in *c. quam sit, in ver. mensem, de electio. in* 6. Bart. in *l. cum bissextus. ff. de verb. sign.* Socin. *cons.* 99. *Serenissimus Rex, col.* 1. *vol.* 3. † Si autem per modum termini iudex assignat terminum vnius mensis, intelligitur de mense naturali, prout currit; quia si de mense Februarii, puta die decima assignat terminū vnius, vel plurium mensiū, attenditur dies assignationis termini, vt in tali die cōprehensa mensis sequentis sit vnus mensis, adeo quod secundum naturā mensium, aut 28. vel 29. dierū, prout Februarius, aut 30. vel 31. vnius, sic naturalis mensis censetur assignatus. Alex. *cons.* 144. *Visa scriptura, n.* 10. *& seq. ver. & si dicatur, lib.* 5. vbi apost. in *ver. menses*, dat concord. & sic in mensibus continuis hoc seruatur. Vide plene Socin. *reg.* 13. *Mensis mentio*, vbi quod mentio mensis à lege intelligitur de 30. diebus; si vero lex procedit vlterius, tunc de 31. diebus; si ab homine assignetur mensis, intelligitur secundum naturā mensis, sicuti est 30. vel 31. dierū.

Mens colligitur ex multis. Concluſ. 198.

1 MENTIENS † aliquem per gulam dicitur inferre iniuriam, si mentita datur. Bart. *in l. apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur.* † Et maxime 2 procedit, quãdo ille, qui dicit alteri, *tu mentiris*, dicit falsum. Alex. *in l. si. ff. quod quisque iuris.* Felin. *in c. dilecti, n. 16. de exceptio.* † Amplia, 3 vt procedat, etiam si addantur verba, *tu mentiris saluo honore tuo*; quia facit iniuriam. Bald. *cons. 351. Ioannes, & Federicus, nu. 1. ver. circa primum. lib. 5.* quod est Angel. Bar. Alex. & Ias. *in l. si quis extraneus. ff. de acquir. hæred.* Alex. & Ias. *in l. fi. ff. quod quisque iuris.* Bart. *in l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur.* Guido Pap. *decis. 465.* Clarus *in § iniuria, n. 13. ver. sed pone, &* ita Guido Pap. *decis. 405.* ex iniuria dicit fuisse iudicatum in dicta curia; quia sunt verba iniuriosa. † Extende, vt 4 idem sit, si protestario præcedat mentitam. Ias. *in l. si. col. 1. circa med. ff. quod quisque iuris. & in l. non solum, §. morte, col. 3. ff. de nou. oper. nunciatio.* † Contrarium tenent plures, quod licet non cesset iniuria, 5 quando datur mentita subiungendo, saluo honore tuo; secus si à principio dicitur, *saluo honore tuo, & non animo iniuriandi mentiris*; quia magis constat, quod non animo iniuriandi, *l. si non conuicij, C. de iniur.* ita tenet Oldrad. *cons. 53. Consueuit dubitari, ver. sed quid si apponitur.* Guido Pap. *decis. 45. in princ.* qui tenent protestationẽ subsequentem releuare. † Declara; quia si extant coniecturæ, per 6 quas constet, quod non habuit animum iniuriandi, tunc non infertur iniuria, communem* dicit Clarus *d. §. iniuria nu. 13. ver. cæterum*, allegat Socin. *cons. 118. n. 5. lib. 1.* † Amplia, vt procedat etiam, 7 quod quis non dixerit, *tu mentiris*, dirigendo verba in aliquem, sed solum dixit, *chi vuol dire questo se ne mente per la gola*; id est, *qui id vult dicere, mentitur per gulam*, quia licet non videatur tale conuicij punibile, *l apud Labeonem, §. cum non sine. ff. de iniur.* cum tamen appareat iniuriantem intellexisse de aliquo, licet non exprimat, infert iniuriam, vt ibi notat Barto. & Angel. quia nõ est curandum, cum quo quis loquatur, sed in quem intentio dirigatur, *l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2.* quod iudex potest taxare æstimationem iniuriæ considerata qualitate personarum, & iniuriarum, iuxta not. per Bart. *in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur.* Rota *decis. 152. in antiq. & 486. in nouis*, incip. *Ad æstimationem*, vbi, quod & libellus, & sententia valet, etiam si directura minor sit solura, quando fait dictum in libello, plus, & minus. † Limita, nisi daret mentitam 8 ei, qui inferebat primo loco iniuriam; quia tunc operatur repulsionem iniuriæ; ideo nisi probetur, quod prima iniuria sit vera, super qua est lata mentita, non debet ille, qui dedit mentitam, puniri. Bald. *cons. 45. Statuto Papiæ, lib. 1.* vbi loquitur in gabellario, qui dixit hospiti, quod fraudauerat gabellam, & hospes replicauit, quod mentiebatur. & dicit, quod non habet locum statutum puniens iniuriantem gabellarium, nisi gabellarius probet, quod reuera hospes fraudasset gabellam. Bald. *cons. 351. n. 4. ver. non obstat, cum seq. lib. 5.* Bart. *in l. quæ omnia, in princ.* vbi Castr. & alii *ff. de procurator.* Abb. *in c. cum te, col. 6. de re iudic. ver. exemplum si diceres.* Alex. & Doctor. *in l. 3. ff. de liber. & posthum. & in l. turpia. ff. de leg. 1.* Ang. Aret. *in tract. maleficior. ver. verba iniuriosa. n. 9.* Felin. *in c. dilecti, nu. 10. & 15, & seq. de except.* Deci. *cons. 487. n. 5. & cons. 686. n. 14. & in l. vt vim. in fi. ff. de iust. & iur.* Iacob. de Beluis. in sua *praxi criminal. de iniur. nu. 14.* Corn. *cons. 80. lib. 3.* Bart. & alii *in l. si. ff. quisque iur.* Luc. de Pen. *in l. errat. C. de cast. pecul.* Afflict. *in tit. de pac. iuramen. firm. in ver. iniuria punitur, n. 38. & seq.* † Extende; quia vbicunque aliquod crimen op- 9 ponitur alicui, vel aliquod verbum iniuriosum infertur, potest impune propulsare, dicendo: *Tu mentiris.* Castr. *in d. l. quæ omnia. n. 3. ff. de procur.* † Declara, vt plene per Fel. *in c. dilecti filij, nu. 10. ver. tribus* 10 *tamen modis, & num. seq. de exceptio.* vbi quod prouocatio excusatur, quando iniuria est verbalis; secus si facti. † Declara; quia licet in- 11 iuriatus possit impune mentiri iniuriantem, quando iniuria non est vera; non tamen potest impune percutere iniuriantem vltra mentitam. Angel. *in l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adulter.* vbi, quod bene alleuiatur pœna; quia est prouocatus. Alex. *cons. 240. Videtur in casu, col. fi. lib. 2.* † Extende; quia quando alicui obiicitur 12 crimen, quod non est verum, potest respondere ille, cui obiicitur, *tu non dicis verum*, seu, *tu dicis falsum*, cũ talia verba reputentur honestiora, & non dicantur iniuriosa. Saly cet. *in l. de tutela. C. de in integ. restit. minor.* sequitur Alex. *in addit. ad Bart. in l. item apud Labeonem, §. sed quod adijcitur. ff. de iniur.* Ias. *d. l. 3. ff. de liber. & posthum. & in l. turpia, in fin. prin. ff. de leg. 1. & in l. & si pepercerit. in 3. not. in fi. ff. de liber. & posthum.* † Declara, vt idem sit multo magis, si excederet modum 13 iniuriatus verbis, & percuteret; quia non est licitum percutere, si potest repellere iniuriam per mentitam. Feli. *in c. peruenit. il. primo, num. 5. de iureiur.* Deci. *in l. vt vim, in fi. ff. de iust. & iur.* Cæpol. *cons. 29.* Corn. *cons. 134. lib. 3. l. 3. §. 1. ff. de vi, & vi arma.* & est* communis opi- * nio, licet non desint, qui teneant contrarium, certis tamen qualitatibus interuenientibus, vt per Boer. *decis. 169.* Vide, *Prouocatio, & c. Concl. 953.* † Declara; quia prouocatus, qui dedit men- 14 titam, non excusatur, quin teneatur de iniuria secundum com-

* munem, * de qua Boer. *cons.* 4. *n.* 27. *cum seq.* Clar. § *iniuria, num.* 14. * *ver. quæro etiam*, vbi de * communi, & quod prouocatio non excusat, allegat Capic. *decis.* 58. *In causa Nicolai*, bene fatetur, quod prouocatio minuit pœnam, vt ibi, vbi, quod etiam aliquando prouocatio excusat in totum sequuta pace.

Mercantia in quo differat ab artificio, & an sit permissa, vel non. Concl. 205.

1 MERCANTIA † differt ab artificio; quia proprie mercator dicitur, qui eandem rem & mercimonium, quam emit, nullo adhibito artificio alienat; si vero rem ipsam commutat, vel aliquo artificio qualificat aliter, quam emerit, tunc dicitur artificium, & non mercantia Fed. de Sen. *cons.* 207. *n.* 1. *in fin. ver. secundo modo respondetur*, sequitur Abb. *consil.* 6. *Casus, super quo, in fin.*

2 † Amplia; quia tanquam diuersa sunt prohibita, & permissa; nam negociatio, & mercimonia interdicitur clericis, & religiosis, artificium vero secus, vt per Fed. de Sen. *cons.* 207. *nu.* 3. *ver. negociatio.* Vide, *Clerici. Concl.* 381. † Limita; quia is, qui vendit granum, vi-

3 num, oleum & fructus recollectos in bonis suis, non dicitur negociari, neque mercari, ideo clerici, qui sunt exempti pro bonis suis, sunt etiam exempti, licet vendant vinum, vt per Abb. *d. cons.*

4 6. *in fi. lib.* 1. † Mercatum dicitur à merco, & merces consistit in rebus mobilibus; igitur statutum aliquid disponés de mercato, intelligi debet circa mobilia, non autem circa stabilia. Alex. *cons.* 36. *Viso themate, n.* 6. *verb. item non esset absurdum. lib.* 2. licet non ponat

5 pro constanti. † Mercantia, & negociatio omnis de iure permissa est in quocunque loco. Bald. *cons.* 338. *Secundum ea, quæ in princ. lib.* 3. vbi limitat, nisi sint illicitæ, seu aliquid committatur in fraudem

6 vectigalium. † Amplia in tantum; quia ex instituto boni gubernii ciuitatum in primis negociatores, & negociatio dicuntur necessaria. Anchar. *cons.* 157. *Summæ prudentiæ, in princ. & per totum*, vbi multa hinc inde.

Mercatores habent conscientiam læsam. Concl. 206.

1 MERCATORES † de facili remanent ære alieno grauati, & ex illicite acquisitis. Abbas *cons.* 11. *In causa, quæ vertitur, col.* 2. *in fin. ver. prima præsumptio est, lib.* 1.

Mercatorum causæ, & scripturæ habent multa priuilegia, & quando secus. Concl. 207.

1 CVRIA † mercatorum dicitur curia æquitatis, & veritatis. Im. *cons.* 141. & ideo in causis mercatorũ iudex sequi debet æquitatem. Socin. *cons.* 107. *Visa sententia, nu.* 4. *lib.* 4. Bart. *in l. Quintus. ff. mand.* & *in l. si fideiussor. §. quædam. ff. eod. tit.* Salycet. *in l. si pro ea. C. eod. in l. bona fides. ff. depos.* Iaf. *in l. iuris gentiũ. §. sed cum nuda, col.* 3. *ff. de pact.* Angel. *in l. argentarius. ff. de pactis*, vbi, quod inter mercatores seruaŧ

2 tur æquitas, non autem rigor iuris. † Libris mercatorum fides adhibetur, maxime, quando pro maioti parte verificantur partitæ; quia quod detur fides, transiuisse dicitur in iudicatum. Bald.

3 *cons.* 349. *n.* 4. *lib.* 1. Soci. *cons.* 68. *lib.* 3. † Iudex simplicem veritatem sequi debet in causis mercatorum, & vbi cognoscit de rebus, & negociis mercantilibus. Aretin. *cons.* 9. *Eleganter, colu. pen. ver. cum ergo præmissa*, vbi, quod debet sequi veritatem; in qua deprehenda attendere debet, quod est verisimile, facit Socin. *cons.* 107.

4 *Visa sententia. n.* 4. *lib.* 4. † Et quod domus mercatorum debeat esse domus æquitatis, & veritatis, Angel. *cons.* 338. *Arnaldus, colum.* 2. & *cons.* 321. *Creditor, col.* 2. sequitur apostil. ad Alex. *cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 5. *in*

5 *ver. mercatorum*, vbi dicit, sed ii quærendi essent in Æthiopia. † Declara tamen; quia licet in causis mercatorum & coram arbitratore æquitas semper sit seruanda, debet intelligi de illa æquitate, vt quod quis in seipsum ab alio non admitteret, ipse quoque in alium non faciat, prout est illud, quod scriptura priuata non probet pro scribente contra tertium; quia illud est æquum; quia iudicium est iuridicum, alias, si prætextu æquitatis contrarium diceremus, reduceremur ad iniquissimum. Roma. *cons.* 205. *In punc-*

6 *to, in fin.* † Et interest plurimum mercatorum conseruare, quod eis fides adhibeatur; quia magna est verecundia mercatoribus, si non seruant promissa, vt docet experientia, quæ est rerum magistra. Alex. *cons.* 80. *Visis, n.* 12. *ver. & mercatorum, lib.* 5. vbi plene apo-

7 stil. *in ver. mercatorum*, vbi dat concord. † Grosso modo intelliguntur scripturæ, & verba mercatorum, & secundum vulgares, & communem vsum loquendi; quia sunt idiotæ, & habent subtilitatum cognitionem. Alex. *cons.* 102. *Viso themate, in fin. lib.* 6. sed hodie contrarium est verius; quia non sequuntur antiquam simplicitatem; imo vt notissimum est, subtilizant nimis in foro contenŧ

8 tioso, prout alii quicunque. † Mercatorum causæ non admittunt ea, quæ sunt de apicibus iuris; quia agitur de bona fide. Bald. *cons.* 198. *Ad intelligentiam, n.* 5. *vers. item in causis mercatorum. lib.* 1. Guido Pap. *cons.* 103. *n.* 2. *ver. item etiam quia.* † Et ideo siue sit de iure, siue de longa consuetudine in causis mercatorum, videlicet in curia eorum proceditur summarie; quia veritas simpliciter attenditur. Marant. *in prax. in* 4. *parte* 9. *distinctio. n.* 149. *& seq.* † Excepto in discussionis non admittitur in causis mercatorum tanquam de apicibus iuris. Bald. videtur ita sentire *cons.* 198. *nu.* 7. *circa med. ver. finaliter potest dici. lib.* 1. † Bona fides, & æquitas attenditur in causis mercatorum. Rom. *cons.* 94. *Visis, col.* 1. *in fin. ver. & maxime inter mercatores*, & idem in causis in curia mercantiæ. Rom. *cons.* 195. *Negari non potest*, vbi apostil. *in ver. mercantiæ*, dat plures concord. † Fides semiplena datur libris publicorum campsorum de consuetudine. Cuma. *cons.* 6. *Creditur libris, in princ.* † Agere potest vnus ex sociis fundaci sine mandato ad totum creditum fundaci, nec admittitur exceptio, quod non constat, pro qua rata sit socius, & valide exigit vnus solus; & liberat; nõ tamen potest solus pacisci, vel nouare in præiudicium aliorum. Angel. *in l. si vnus, in princ. ff. de pact.* sequitur Cuman. *cons.* 7. *Primum videndum, nu.* 11. *ver. in secundo consultationis.* † Excipiens licet non dicatur fateri, veluti si quis dicat restituisse pecuniam ab eo petitam, licet sit disputabilis opinio; tamen inter mercatores bene excipiens dicitur fateri. Fulgo. *cons.* 197. *Zungus Ondedei, col. fin. ver. super ducatis vero.* † Scripturæ mercatorum etiam priuatæ ex generali consuetudine reputantur quasi authenticæ, & credibiles propter mercatorum præcipuam fidelitatem, & ex parte legalitatem. Bald. *cons.* 198. *Ad intelligentiam. n.* 6. *in fi. ver. & maxime in contractibus. lib.* 1. † Literæ mercatorum, quæ mittuntur, habent vim publicorum instrumentorũ de consuetudine. Card. Zabarell. *cons.* 153. *in princ.* † Statutum mercatorum, quod agatur, & causæ decidantur de bona æquitate omissis solemnitatibus iuris, tollit solum ea, quæ sunt de apicibus, non autem ea, quæ sunt de iure ciuili, plene Bald. qui declarat in *l. si pro ea. n.* 14. *C. mandat.* vide eum, vbi distinguit. Vide, *Statutum mercatorum circa diuersa non obligat tertios non mercatores, & quomodo intelligatur. Concl.* 593. † Amplia; quia iurisdictio fori mercatorum censetur secundum æquitatem remoto rigore iuris; & ideo in dubio non complectitur causas pœnarum, & rigorosas. Iod. Im. *cons.* 141. *Visis statuto.* † Declara tamen; quia non maiorem seruant æquitatem mercatores, quam Legistæ; ideo prætextu æquitatis non excluduntur Doctores à cognitione causarum mercantilium; quia & ipsi sicut mercatores habent æquitatem. Castr. *in l. nu.* 9. *ff. de inst. & iur.* † Limita; quia licet scripturis mercatorum detur fides etiam ad eorum fauorem propter legalitatem personæ, & iuramentum, quod præstant; tamẽ intelligitur de scripturis, quas faciunt ratione officii, & exercitii; secus si pro tertio contratiũ; quia nihil probant, prout priuatæ, nisi sint subscriptæ à partibus, & testibus. Roman. *cons.* 204. *Pro disputanda, n.* 3. vbi apostil. *in ver. inducat, & cons.* 205. *In puncto, n.* 3. † Ratio est; quia officiũ mercatoris est negociari, non autem pro aliis facere scripturam. Roma. *d. cons.* 204. *n.* 3. *in fi.* vbi plena apostil. *in verb. negociari*, dat multos concordan. & dicit * communem. † Et idem est, quando mercator scripturam facit extra officium suum, & circa ea, quæ non pertinent ad eius exercitium. Roma. *d. cons.* 204. *n.* 3. idem, si antequam esset mercator, fecisset scripturam priuatam; quia nihil probat. Rom. *cons.* 205. *In puncto, n.* 3.

Mercatorum stylus, & consuetudo circa diuersa. Concluſ. 208.

MANDATVM † pluribus si est datum, licet non sit dictum, in solidum; tamen censentur in solidum dati de stylo mercatorum. Put. *decis.* 19. *Fuit die* 20. *Octobris, lib.* 1. vbi, quod stylus mercatorum inter mercatores attenditur, licet sit contra ius commune. † Extende; quia idem est, si data est commissio inter mercatores, quod quis faciat secundum ordinem A, B, & C. quia potest sequi ordinem vnius tantum. Put. *decis.* 19. *n.* 1. † Extende; quia vbi agitur de communi vsu loquendi, verba intelligi debent secundum quod mercatores intelligunt, quando geritur actus inter mercatores. Alex. *cons.* 102. *in fin. lib.* 6. † Amplia; quia mos, & consuetudo mercatorum debet seruari inter mercatores. Cum *cons.* 319. *n.* 12. *lib.* 3. Guid. Pap. *cons.* 103. *num.* 2. † Amplia; quia cautæ mercatorum, siue ex stylo, vel longa consuetudine, siue aliàs, summariæ sunt; & summarie cognoscuntur. Marant. *in prax. in* 4. *par.* 9. *distinct. n.* 149. † Apices iuris non seruantur inter mercatores. Put. *decis.* 11. *n.* 2. *lib.* 1. & 124. *lib.* 3. † Declara; quia non attenditur apices iuris, qui non tangunt veritatem, sed tamen ius Ciuile seruatur *decis. Pedem. n.* 2. *n.* 2. † Extende; quia licet delegatio non fiat sine stipulatione, fallit inter mercatores. Put. *decis.* 116. *lib.* 4.

fiunt.

9 *Iunij.lib.3.in fi.& d.decis.124.eod.lib.3.*† Vide tamen Soci.*in l.singularia,n.15.& seq.ff.si cert.pet.ar.* vbi, quando ex littera cambii, vel delegatione campsoris inducatur liberatio, vel ne; quia aut actum est, vel delegatur campsor, qui est debitor delegantis, & fit nouatio; aut non est debitor delegantis, & dicitur fideiussor, & *in l.qui*

10 *vsumfructum,n.19.& 20.ff.de ver.oblig.* vbi dicit* communem.† Extende; quia exceptio discussionis non habet locum inter mercatores. Aret.*cons.126.col.fi.* †Imo neque mercator simpliciter fide-

11 iubens opponit exceptionem discussionis, propter bonam fidem, quæ in eo est, *decis.Pedem.2.n.6.* quæ alios allegat, sic etiam tenere

12 videtur Guido Pap.*cons.103.n.2.*† Consuetudo Venetorum, quod mercatores lanæ soluant portum pro centenario lanæ solidum vnum, alii mercatores nihil soluant, non habet locum, si mercator alterius mercimonii portat lanam, non vt vendat; si vero vt vendat, soluit ad tollendas fraudes. Signor.*cons.95.per tot.* vbi pro

13 vtraque parte, & ita concludit *n.17.& seq.* †In dubio consuetudo est interpretanda contra eum, qui introduxit consuetudinem. Signor.*d.cons.95.n.10.ver.præterea ad idem.*

Mercator quis dicatur, & quid mercantia, & plura de foro mercatorum. Concl. 209.

1 MERCATOR †non dicitur, qui vnicum actum mercatoris fecit; & ideo statutum puniens conducentem vinum ex causa mercantiæ extra territorium non habet locum in eo, qui semel vnica vice conduxit modicum vinum ad vendendum. Bald. *cons.*

49.Ex nullo capite,in princ.lib.1. Marant.*in prax.in 4.p.9.distinct.nu.*

2 *62.Florian.de S.Petro.cons.16.per tot.* † Et statutum loquens de mercatoribus loquitur de vsitatis, & publicis, & qui sint matriculati, & exerceant mercaturam. Signo.*cõs.246.ver.item est aduer-*

3 *tendum.*† Vide; quia quinque requiruntur, vt quis gaudeat priuilegiis mercatorum, quod sit matriculatus, quod exerceat, quod maiorem partem fortunarum habeat in mercantiis, quod per seipsum, non per ministros, & quod non vnicum actum exer-

4 ceritt. Marant.*in d.prax.4.part.distinct.9.n.59.& seq.* † Et quod requiratur, quod habeat maiorem partem fortunarum suarum in mercimoniis, ad hoc, vt dicatur mercator. Abb.*cons.78. Viso toto, col.2.ver.retagliaria,lib.1.* vbi, quod statur in hoc communi vsui loquendi, vel vulgarium, & plenius Alex.*cons.108. Viso themate,per tot.lib.4.* quod est consilium Collegii Papiæ, & Mediolani, & Alexan. quod exemptio concessa mercatoribus non competit, nisi illis; qui in mercimoniis habent maiorem partem fortunarum suarum, allegat *l.semper,§.duus Adrianus,cum l.seq.ff.de iur.immunit.*

5 †Et idem est, si conceditur immunitas colentibus bona ciuium, non enim sufficeret, quando quis aliqua bona ciuium coleret, si alia bona non ciuium in maiori quantitate coleret; quia censeretur in fraudem, nisi sit maior pars ciuium. Alex. *d.cons.108.per tot.*

6 maxime *n.3.lib.4.*†Ianuenses omnes, siue nobiles, siue plebei, siue diuites, siue pauperes, etiam in magistratu, & honore existentes, non tenent suas pecunias ociosas; ideo eo ipso, quod Ianuen-

7 sis est, mercator est, Rota Ianuen.*decis.139.n.9.in fi.& n.10.* vbi et iam *n.13.* quod nihil antiquius habent, quam mercaturam. † Statutum fori mercatorum Brixiæ, per quod dicitur, quod causæ omnes mercatorum, & negociatorum alicuius artis videantur, & cognoscantur coram consulibus artium mercantiæ, non habet locum in causa hæreditatis mercatoris, quando hæreditas est ia-

cens, vel est hæres, non mercator. Fulgos.*cons.105.In proposita quæ-*

8 *stione,per tot.*† Mercatoris nomen est magis speciale, quam negociatoris, licet mercator possit dici negociator, & idem in institore. Signor.*cons.95.Quæstio talis est,n.14.& seq.ver.nunc veniamus,* vbi,

9 quod videntur eadem nomina. †Mercantia quælibet, seu mercatura denominatur à rebus, circa quas negociator, seu mercator versatur. Signorol.*d.cons.95.n.14.& n.16.* vbi, quod mercatura est officium, quod ratione quæstus exercetur in rebus mobilibus

10 comparandis, & distrahendis. †Amplia; quia omnia nomina verbalia significantia officium, seu exercitium, seu artem licitam, &

non prohibitam, non verificantur ex vnico actu, prout in mercatore, sutore, & similibus, sed requiritur continuatũ exercitiũ per

11 plures actus. Florian. à S.Petro *cons.16.n.3.& seq.*†Ideo hospitator

12 nõ dicitur ex vnico actu hospitandi. *l.1.§.1.ff.de exercit.* †Proxeneta non dicitur, qui vnicum actum proxeneticum exercuit. Flor.*d.*

13 *cons.16.per tot.*†Fœnerator non dicitur mercator, sed similis mercatori; ideo bancherii fœnerantes non sunt mercatores, prout magister lapidum non est artifex, sed similis artifici. Rom. *cons.*

14 *92.n.3.* † Limita in iis, quæ sonant in delictum, prout raptor, effractor, homicida, & similia; quia ex vnico actu verificantur. Flo-

15 ria.*d.cons.16.n.3.& seq.* Vide; *Artifex quis dicatur,& quando definat esse artifex.Cõcl.210.* Vide, *Matriculatus quãdo perdat priuilegiũ. Concl.115.*

Mercatorum forus Florentiæ multa potest. Concluſ.210.

De †stylo fori mercatorum libri priuati licèt non probent; tamen si approbantur à dominis sex fori mercatorum, tunc libri priuati faciunt plenam fidem etiam pro scribente, qui stylus seruari debet. Bald.*in l.de quibus,n.20.ff.de legib.*† Amplia; quia etiã 2
DD. sex possunt scripturam priuatam declarare esse manu certæ personæ, & mandare, quod illi adhibeatur fides tanquam scripturæ manu talis, & probat de stylo, qui attendi debet, *l.fin.* vbi Bald.& Angel.& omnes, *C.de iniur.* Io. de Anan.*cons.42.In præsenti,n.2.& cons.143.col.1.* nam approbatio facta in dicto foro operatur, quod danda est fides, licet sit priuata. Bald.*cons.275.Factum tale est,n.1.lib.3.* † Extende maxime in scriptis priuatis dotalibus; 3
quia ne dum declarant merum factum, quod sit manu certæ personæ, sed etiam possunt declarare, quod sit scripta in tẽporibus, & diebus, de quibus in eis; secus in aliis scriptis priuatis extra dotem. † Contrarium, quod imo eo ipso, quod approbatur scripturam priuatam esse manu certæ personæ, videtur approbata 4
etiam scriptura eadem quoad tempus, & diem in ea appositum, ita Socin.*cons.240.colum.4.lib.2.* † Declara; quia per solam approbationem, quod scriptura sit manu talis, non censetur facta ap- 5
probatio quoad tempus in scriptis extra dotem; quia DD. sex possunt solum super mero facto declarare, non autem super articulo iuris, sed si approbaretur quoad tempus, potius decideret de iure; quam merum factum decerneretur; quia talis scriptura quoad tempus approbata posset concurrere cum instrumento; item quia quoad manum possunt habere cognitionem, quoad tempus secus; ideo in solis apochis dotalibus hoc est admissum fauore dotium; quia communiter omnia matrimonia, & promissiones dotium fiunt per scripturam priuatam. Vide, *Factum merum.Concl.18.* & plenius *in ver.incompetentia.Concl.76.* vbi, quæ causæ non possunt cognosci in dicto foro. † Amplia; quia licet 6
mercatorũ forus non sit competens in causis instrumentorum, & multis, de quibus *in ver. Incompetentia.Concl.76.* † Tamen illud 7
intelligitur, quando agitur de executione instrumenti; secus si agatur de probatione per instrumentum. Roma.*cons.300. In casu præsuppositio,*sequitur Socin.*cons.51.Præstantissime,colu.1.* & omnino vide consilium Romani. † Curia mercatorum potest declarare 8
cessantes mercatores, & artifices matriculatos, & quamcunque aliam personam, quod debet intelligi de simili mercatoribus, prout fœnerator, vel de simili artificibus, prout magister lapidũ, non autem habet locum in omnino dissimili; quia odiosum est statutum Roman.*cons.92.n.2.*†Et curia mercatorum, quæ habet 9
iurisdictionem, intelligitur, si omnes consules conueniunt, vel saltem vocentur, alias sententia à parte lata aliis non vocatis esset nulla. Roman.*cons.92.in princ.* † Obseruantia, & consuetudo anti- 10
qua est in foro mercatorum Florentiæ, quod licet secundum statuta illius fori, iudex, & quatuor ex sex officialibus possent ferre sententiam, requisitis tamen aliis duobus officialibus. Abb.*cons.*

33.Quia quinque,col.3.in princ.verb.venio ad secundum,lib.2. tamen hęc requisitio de absentibus facta probatur per assertionem Notarii in narratiua sententiæ absque alia relatione Nuncii. Abb.*dicto cons.33.col.4.in princ.num.6.& seq.ver.sed præsuppositio,lib.2.* sed caue, quia reuera Abb. loquitur in foro mercatorum Lucano *n.7.vers. venio ad quartum.*

Meretrix quæ dicatur, & quorum sit capax, vel non. Concl.211.

Meretrix †dicitur, quæ multorum libidini parata est. Item 1
cuius turpitudo publice venalis est. Alex. *cons.99.n.10.lib.6.* vbi hoc extendit, siue in lupanari habitet, siue non, & numerus multorum quandoque 24. quandoque 40. quandoque duos significat. Alberic.*in Dictio,ver.meretrix.* vbi iura allegat. Alex.*cons.*

157.*in fin.num.3.lib.5.* † Et quæ palam admisit duos, dicitur mere- 2
trix. Abb.*in cap.inter opera,in fin.de sponsal.* vbi apostil. † Et quæ in 3
domo sua omnibus volentibus se prostituit, licet non in publico. Abb.*cons.2.col.2.n.3.lib.2.& cons.81.Videtur, nu.3.lib.2.* Alex.*d.consil.*

99.nu.10.lib.6. † Et quæ admisit 20000. homines; dicitur mere- 4
trix. Boss.*tit.de plurib.violent.nu.67.& seq.* vbi, quod mulieres pauperes mercimoniis intendentes non præsumuntur honestæ vitæ. † Et sicuti artifex non dicitur, nisi qui palam omnibus artifi- 5
cium suum exhibet, vt per Abb.*cons.78.Viso toto,col.2.ver.retagliaria,lib.1.* † Capax est factionis testamenti meretrix, & inhonesta 6
persona. Ias.*cons.37.col.2.versicul.confirmantur prædicta,lib.3.* Crauett. *cons.203.nu.25.* vbi late. †Item potest hæres instituì à quocunque. 7

Iaſ.dict.conſ.37.colum.2.ver.ad idem,lib.3. vbi loquitur,etiam ſi quis eam retinet in contubernio,vel in concubinatu. Iaſ.in leg.4.§. ſed & quod meretrici.ff.de cond.ob turpem cauſam. † Amplia; quia eſt capax legati, & cuiuslibet contractus, puta donationis, l.affectionis, ff.de don.at. Iaſ.dict.conſ.37.col.2.verſic.ad idem,vſque in fin.l.4.§. ſed & quod meretrici.ff.de condict.ob turpem cauſam, & quod donatio facta meretrici etiã ex cauſa libidinis valeat; quia licet turpiter faciat; non tamen turpiter recipit ſecundum magis communem, * de qua omnes in dict.l.4.§.ſed & quod meretrici,vbi Barto.Salycet.Caſtrenſ.Alex.& alii in leg.2.Cod.de condict.ob turpem cauſam.vbi,quod poteſt nedum datum retinere,ſed promiſſum petere. † Reſtringe;quia non eſt capax inſtitutionis, vel legati, quando eſſet coitus punibilis,puta adulterium, vel quid ſimile de iure ciuili punibile;quia non poteſt quis relinquere,vel legare, aut donare tali perſonæ,neque poteſt quis inſtituere hæredem. Iaſ. dict.conſil. 37.circa finem.lib.3.verſ.quædam ſunt mulieres,& clarius in l.miles, nu. 18.ff.de re iudic.† Reſtringe ratione perſonæ donantis, quia miles, clericus; & ſimiles non poſſunt donare concubinæ ratione honeſtatis,& ne ſpolientur. Vide,Cõcubinæ quid poſſint. &c.Concl.568. Vide,Donatio facta concubinæ,&c.Concl.700.† Amplia;quia meretrix ſuccedit, ſicut quilibet alius de iure communi ab inteſtato; quia turpitudo perſonæ non excludit à beneficio iuris communis.Deci.in l.procurator.in fin.C.de eden. † Amplia;quia licet meretrix turpiter petat ob turpem cauſam, bene licite retinet tradita vere,vel etiam per conſtitutum.l.in ædibus.ff.de donat. † Declara; quia imo receptum per meretricem à monacho profeſſo non poteſt retineri, ſed tenetur monaſterio reſtituere, vel prælato ſuo.Bald.in l.Dominus ſeruum.C.de ſeruo corrupto.ſecus, ſi ante profeſſionem,quo caſu poteſt teſtari, & de ſuo diſponere, cap.in præſentia,de probation.vbi late Bero. † Extende;quia bene petit promiſſa etiam ex turpi cauſa.Salycet.in leg. cum te.ff.de cond.ob turpem cauſam.de quo tamen eſt controuerſia inter Doctor.Iaſ.dict.l.4.§. ſed & quod meretrici.ff.de condict.ob turpem cauſam.& in leg.generaliter, in vlr.colum.ff.de ver.oblig. † Amplia; quia licet meretrix impune poſſit cognoſci carnaliter; ſecus eſt,quando eſt in carcere; quia cognoſcens eam carnaliter punitur, prout ſi cognoſceret honeſtam mulierem. Marſil.ſingul.150.Acceſſus, imo cuſtos carcerum punitur pœna capitis.Ioan.Fabr. Inſtit.de public.iudic.§.item lex. vide plene Marſil. d.ſingul.150. Acceſſus, & in praxi,§.aggredior.nu.26. † Limita;quia licet mulier non poſſit capi pro debito ciuili, authent.ſed nouo iure.C.de cuſtod.reorum, bene meretrix poteſt capi. Iaſ.in l.plerique.ad fin.ff.de in ius voc.† Limita; quia ſicut non poteſt donari filiis ſpuriis; ita neque eorum matribus impudiciſſimis. Caſtrenſ.conſ.129.Statuta Piſana,colum.fin.lib.1. Capra conſ.127.col. 1.in fin.Crauett.conſ.229.colum.5. vbi, quod neque firmatur iuramento;quia contra bonos mores eſt.† Limita;quia non valet donatio facta per meretricem amaſio ſuo ex turpi cauſa, & eidem, ſeu hæredibus,aut cauſam habentibus non datur actio, vel petitio.l.final.§.fin.vbi eſt caſus,& ibi gloſſ.ff. de actio.& obligat.& ita in ſpecie Bart.in d.l.4.§.ſed quod meretrici,vbi etiam Bald.in lectura nostra.Ang.Salyc.Caſtr.& Alex.in d.l.generaliter.ff.de ver.oblig.† Contrarium tenet Bald. conſ.267. Ad euidentiam præmitto,quod concubinatus.num.8.ver.item vt in alio conſilio plene notaui.lib.1. quod eſt repetitum conſ.457.lib.5. vbi æquiparat donationem inter amaſios donationi inter coniuges, quæ licet ſit prohibita; morte tamen donantis confirmatur,ſi fuerit traditione ſubnixa.leg. Papinianus. ff.de donat.inter vir.& vxor.†Declara; quia æquiparatio Baldi non eſt vera, vt ipſemet Bald.& alii in dict.l.4.§.ſed quod meretrici, & diuerſa eſt ratio;vna,ne mutuo amore ſe ſpolient;alia eſt turpitudinis cauſa,& non infertur ex eis.† Meretrix in multis non gaudet beneficio iuris; quia illius bona impune poſſunt derobari,vide Marſil.in leg.vnica.Cod.de rapt.virg.numer.34.& à num.19.& ſequent. plura ponit.† Non agit,vt promiſſa ex turpi cauſa impleantur, licet recepta turpiter licite retineat, vide Salycet. & alios in l.cum te.Cod.de cond.ob turpem cauſam,plenius per Abb.in cap.quia plerique, num.12.& ſequent.de immunit.Eccleſ. vbi latiſſime plenius, quam alius Iaſ.in d. leg.4.§. ſed & quod meretrici.ff.de cond.ob turpem cauſam, vbi, quod licite retinet,& facit eleemoſynam; nec fiſcus aufert ab ea; ſecus in muliere honeſta recipiente inhoneſte. † Exhæredari poteſt filia meretrix etiam à matre, quæ fuit meretrix, ſi eſt emendata; ſecus ſi etiam ipſa mater perſeuerat in meretricatu.

Rol. à Vall. conſil.63.numer.14.lib.3. † Non punitur coitus cum meretrice; quia ab Eccleſia toleratur. Alex. conſ.157.in fin.num.3.lib.5.

Meretrix non habet priuilegia in multis, & quibus. Concl. 212.

MERETRIX † ſi carceretur, non habet locum honeſtatis ſeparatum à maſculis; quia honeſtatem nõ habet in ſe.Boer. deciſ.317.n.7.† Et acceſſus ad eas eſt impunitus, etiam ſi coitus ſit violentus.Boer.d.deciſ.317.n.7.& 8.& n.9.limitat,niſi violẽtia fieret in carcere,vel alio loco honeſtati deputato.† Et licet apponens ſcalas ad domum alienam capite puniatur; ſecus eſt ad feneſtras meretricis.Boer.d.deciſ.317.n.9.† Et meretrix rapta non habet priuilegium raptus;ſecus ſi ipſa rapiat puerum.Boer.d.deciſ. 317.n.11.Vide de vtroque Clar.in §.raptus,n.5. vbi,quod quando-que vltimo ſupplicio vtroque caſu fuit punitus,declarat apoſtil. ad Matheſil.ſingul.101. † Et adulterium non punitur in maſculo carnaliter cognoſcente meretricem maritatam. Angel.in l.vnica. C.de raptu virg.n.6.vbi ſecus quoad eam,quæ ſcit,& patitur meretriciam artem;quia non excuſatur.† Amplia; quia domina vaſalli ſi eſt meretrix, non punitur vaſallus, prout quando cognoſcit vxorem, vel filiam Domini ſui; quia tunc ceſſant priuilegia, & non fit iniuria,ex quo aliis ſe exhibet.Boer.d.deciſ.317.n.14. † Limita; quia licet impune quis poſſit adire meretricem publicam non nuptam; quia nullum habet priuilegium, fallit, quando eſt carcerata;quia habetur pro honeſta quoad hoc,ne poſſit violari, & qui eam cognoſcit carnaliter, & per vim, punitur de ſtupro, prout ſi honeſtam.Marſil.ſingul.150.Acceſſus ad meretricem.

Metus quid ſit. Concluſ. 213.

METVS † eſt paſſio animi meticuloſi corporis inſtantis periculi,vel futuri mentem comprimens ad trepidandũ metu.Angel.conſ.215.Reperitur in quadam,n.2.in fi.verb. item præmitto. vbi, q̃ iſta eſt definitio poſita in l.iſta.ff.quod met.cauſ.† Vel eſt inſtantis,vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio;vnde metus proprie ſumptus,prout diſtinguitur à vi, ſemper eſt de futuro;quia vis non poteſt eſſe,niſi de præſenti. Ægid.conſ.9.num.9.& 10.vbi plenius explicat. † Sed in genere generaliſſimo metus eſt ſignificatio latior, & ſignificat paſſionem in animam meticuloſi cuiuſcunque per quandam ſignificationem operationis futuræ. Ang.d.conſ.215.n.3.verſ.ſed accipiendo.† Et quod metus non ſit actus exterior,ſed paſſio interior,quæ mentem afficit. Ægid. d.conſ.9. n.10.& ideo dicitur mentis trepidatio, quæ non applicatur præteritis,ſed futuris;quia nullus præterita trepidat.† Quandoque infertur p erubeſcentiam ex timore futuri coniugii,vel alicuius punitionis.Ang.d.conſ.215.nu.3. † Quandoque per verecundiam ex metu in opere iam facto reprehenſibiliter. Ang.d.conſ.215.n.2. †Quandoque per quandam admirationem ex inſolito. Angel.d. conſ.215.n.3. † Quandoque per angoniam in contingentibus per caſum,vel infortunium.Ang.d.conſ.215.n.3.

Metus quotuplex,& quando excuſet,vel non. Concluſ. 214.

METVS † alius dicitur præciſus,alius conditionalis. Calder. conſ.463.in fi.alias vnico,qui clerici,vel vouentes. † Præciſus operatur, ne actus factus valeat; imo ordinatus per talem metum non recipit characterem ordinis.Calder.conſ.463.alias vnico,qui clerici,vel vouentes,in fin. † Impreſſus etiam dicitur metus, quando Dominus præcipit ſubditis, vt aliquid compromittant, vel faciant.Bald.conſ.142.Dominantibus magnificis,lib.1.nu.2.verb. iulio.Angel.conſ.215.Reperitur in quadam,col.penult.in princ.verſ.item præmitto.† Concuſſiuus dicitur metus,ſeu per cõcuſſionem. Angel.d.conſ.215.col.penult.in princ.ver.quandoque dicitur.† Reuerentialis,& hic purgatur,vt per Angel.d.conſ.215.col.pen.in princ.† Compulſiuus eſt multiplex, quandoque ex eo, quod reuerberat deipſo patiente in alterum inſtinctu naturalis charitatis,& iſte purgatur.Angel.d.conſ.215.col.pen.in princ.†Item ex abuſu rationis dicitur compulſiuus,quando ex potentia infertur iniuſtitia.Angel. d.conſ.215.col.pen.in princ. † Item compulſiuus quandoque ex machinationibus dicitur.Angel.d.conſ.215.col.pen.poſt princ.vbi,quod iſte etiam purgatur. † Item eſt compulſiuus per approximationem actus tendentis ad periculum meticuloſi in præſenti, vel in futurum.Angel.d.conſ.215.col.pen.ante med.†Item propter iuſtum ſuperioris ſub pœna indignationis. Fulgoſ.conſ.191. Titius inſta. †Metus conditionalis alius eſt talis, qui cadit in conſtantem virum,alius non,qui dicitur vanus.Calder.d.conſ.463.in fi.alias vnico,qui clerici,vel vouentes.†Cadens in conſtantem virum non obligat ordinatum,vel profeſſum per talem metum,ſi poſtea non ratificauit. Cald.d.conſ.463.in fi. alias vnico,qui clerici.vel vouent. Vide Metus qualis eſſe debeat,&c.Concl.215. † Qualis autem debeat eſſe metus

metus, vt sit iustus, & rescindat factum metus causa. Dec. *in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur.* † Et qualiter debeat specificari, vt actus annulletur. Ias. *cons.* 72. *in primo dubio, lib.* 1. † Et qualiter probetur, infra *Concl.* 224. † Et quando præsumatur, vel non, Vide, *Metus ex quibus præsumatur. Concl.* 223. † Limita; quia talis metus, qui cadit in constantem virum, obligat, si actus postea sponte fuit ratificatus. Calder. *d. cons.* 463. *in fi.* alias *vnico, qui clerici, vel vouentes.*

Metus qualis esse debeat; vt dicatur iustus. Concl. 215.

1 METVS † ad hoc, vt excuset, debet talis esse, quod possit, & debeat cadere in constantem virũ, alias non excusat. Calder. *cons.* 108. alias 1. *de ijs. quæ vi metusue caus.* † Sufficit tamen præsens trepidatio mentis, siue procedat à præsenti metu, siue à futuro secundum differentiam metus. *l.* 1. *ff. quod met. caus.* Calder. *d. cons.* 108. *n.* 2. *in fin.* alias 1. *quod met. caus.* † Amplia, vt procedat cõclusio tam in matrimonio carnali, quam spirituali; de carnali est text. *in c. veniens, il secundo, de sponsal.* de spirituali est text. *in ca.* 1. *quod metus causa.* de vtroque Cald. *d. cons.* 108. alias 1. *quod met. caus.* Alex. *cons.* 156. *Viso processu, lib.* 5. *per tot.* † Declara tamen; quia an sit talis, qui cadat in cõstantem virum, iudicatur ex circumstantiis, nempe considerata persona inferentis metum, & eius, cui infertur, & siue consistat in factis, siue in verbis, maxime minatoriis mortis, non refert; quia hæc omnia arbitrio iudicis relinquuntur. Calde. *dict. cons.* 108. alias 1. *quod met. in principio versicul. secundo, quod metus.*

5 † Amplia; quia iustus metus dicitur, quando quis insultatur cum bello, vel armis à potentiore, quãdo imminet amissio omnium, vel maioris partis bonorum. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter,* 6 *n.* 15. *ver. venio nunc ad tertium.* † Item terror armorum dicitur iustus metus, etiam si non extrahantur arma, dummodo habeant illa parata. Alex. *d. cons.* 156. *Viso processu, n.* 4. *ver. tertio præsuppono. lib.* 7 5. † Cruciatus corporis inducunt iustum metum. Alex. *d. cons.* 156. 8 *n. lib.* 5. † Aliis etiam modis inducitur iustus metus arbitrio iudi- 9 cis indicandus. Alex. *d. cons.* 156. *nu.* 5. *ver. & etiam vltra, lib.* 5. † Imo sola causa timendi iuste cruciatus corporis, vel mortem sufficit, licet quis non sit minatus, neque cum armis aggressus, prout si pater cum agnatis reperit in lecto cum filia sua iacentem iuuenem; nam eo ipso, quod fuit repertus, sufficit, quod subsit iusta causa timendi, quod matrimonium illa nocte sequutum sit per metum. Alex. *cons.* 99. *In casu, nu.* 7. *ver. vnde dato, quod, lib.* 3. quod est Alex. de Næuo, vbi in principio dicit procedere, etiam si ipse de- 10 dit causam timori; quia domum alienam ingressus. † Metus iustus ad effectum *l. si quis maior, C. de transact.* dicuntur minæ illatæ à potente solito exequi minas in persona, & bonis. Ægid. Bellam. *cons.* 9. *n.* 8. *& seq.* vbi plene, & *num.* 10. vbi late, quando solæ minæ 11 verbales inducant iustum metum. † Excommunicatio iniusta 12 præbet causam iusti metus. Ægid. *cons.* 9. *nu.* 9. *ver. & facit.* † Verba comminatoria inducunt iustum metum, quando tria concurrũt. Primo, quod periculum comminatum sit magnum de persona, vel de bonis, vel de vtroque. Secundo, quod persona, quæ comminatur, sit talis, quæ posset exequi. Tertio, quod sit solitus exe- 13 qui minas comminatas. Ægid. *d. cons.* 9. *n.* 10. † Amplia; quia iusta causa metus, & iustus metus dicitur periculum amissionis honoris; ideo mulier, quæ aliquid fecit, ne perderet honorem, puta suscipiendo tutelam filii, quem in adulterio suscepit, tanquam, qui esset filius mariti, dicitur habuisse iustũ metũ. Decia. *cõs.* 1. *n.* 134. 14 *& seq. ver. non obstat. lib.* 2. † Iustior est periculũ amissionis vitæ; id- eo inquisitus de pluribꝰ delictis, & robariis, si petat fieri saluũ cõductum quoad homicidium, quod fatetur; quia de robariis vult se constituere, non potest condemnari de robariis in contumaciam, & dicitur iustissimus metus periculum vitæ, secundum 15* omnes. Decian. *cons.* 96. *n.* 15. *& 16. lib.* 3. † Extende; quia deprehensus cum iuuencula dormire à cõsanguineis puellæ dicitur in periculo vitæ, etiam si non expectet se percuti; quia sufficit terror armorum; etiam si arma sint deposita; quia poterant rehaberi; ideo matrimonium dicitur eo casu per metum contractum, vt rescindatur. Alex. plene *cons.* 98. *Quoniam per excellentissimum, lib.* 3. *per tot.* & plenius *cons.* 99. *eod. libro, per totum,* maxime *in principio* vbi 16* dicit communem, & *cons.* 156. *n.* 6. *& sequent. lib.* 5. † Sollicitationes vehementes cum minis, & molestiis factæ probant metum adhibitum testatori; quia licet blanditiis posset testator induci, id pro- 17 cedit cessante dolo. Decian. *cons.* 65. *n.* 2. *& per tot. lib.* 2. † Restringe; quia solæ minæ non probant iustum metum, nisi in solito exequi 18 minas. Decian. *cons.* 18. *num.* 127. *& seq. lib.* 1. † Et solet dici, quod vbi opus est facto, verba non sufficiunt. Ægid. Bellam. *d. cons.* 9. *n.* 9. vbi declarat *n.* 10. *& seq.* non procedere, quando tria concurrunt, quod comminatio sit de persona, vel bonis, quod possit exequi, etiam quod sit solitus exequi. † Declara restrictionem, vt nõ pro- 19 cedat, quando subest causa exequendi minas, puta quia consanguineus inuenit aliquem dormientem cum sua nepte, sorore, vel filia; quia si est armatus, & minetur, nisi dispenset, etiam quod non moueat arma, neque sit solitus exequi; quia subest causa exequendi; probatur metus, nec debet expectare percussiones. Alex. *cons.* 99. *lib.* 3. quasi per totum, maxime *n.* 6. plene etiam *cons.* 156. *n.* 4. *& seq. lib.* 5. vbi, quod sufficit potentia exequendi minas. Declara, vt supra *n.* 10. † Restringe; quia metus nõ dicitur iustus, quem 20 potest aliquis euitare, si velit; quia tunc culpa sua sentit. *reg. damnum, de reg. iur. in* 6. † Declara; quia hoc procedit, quando is, qui 21 potest euitare damnũ, illud potest libere, vel sine maiori dispendio, quam sit illud facere, quod metus impellit: ita Ægid. Bellam. *d. cons.* 9. *n.* 11. *ver. secundo oppones.* † Declara; quia is, qui posuit se ma- 22 nifesto periculo, puta quia iuit ad coeundum cũ filia alterius, licet male fecerit, & culpa sua; tamen releuatur ab actu meticuloso, puta matrimonio contracto eadem nocte; vel alia obligatione. Alex. *d. cons.* 99. *in princ. lib.* 3. † Limita; quia probabilis, & verisi- 23 milis debet esse metus, alias non excusat. Decian. *d. cons.* 18. *n.* 131. *& seq. lib.* 1. † Extende; quia sola suspitio metus non sufficit; quia 24 nunquam præsumitur. Decian. *cons.* 16. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. † Contra- 25 rium; quia paria sunt, aliquid fieri per metum, vel probabilem suspicionem metus. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter, n.* 18. *vers. & paria sunt.* † Limita; quia minor metus excusat mulierem, quam 26 virum propter sexus fragilitatem, *c. cum locum. de sponsal.* Cald. *d. cõsil.* 108. *n.* 3. *vers. tertio, quod minor,* alias 1. *quod met. caus.* Ias. *in l. interpositas, n.* 4. *C. de transact.* Abb. *cons.* 4. *Facti contingentia, n.* 4. *lib.* 1. † De- 27 clara tamen; quia contractus non potest rescindi ex solo metu verborum, nisi mulier probet verbera illata propter illum contractum. Afflict. *decis.* 246. † Limita; quia metus vanus dici- 28 tur, qui non cadit in constantẽ virum; ideo non attenditur. Calder. *consil.* 463. *in fin.* alias *vnico, qui Cleric. vel vouen.* & dicitur vanus, quem constans vir timere non debet. *l. metum, & l. seq. ff. quod met. caus.* Ægid. Bellam. *d. cons.* 9. *num.* 12. † Extende; quia suspicio metus 29 absque iusta causa non excusat; quia dicitur vanus metus, & vana suspicio. Roman. *cons.* 332. *Quoad primum, in princ.* † Extẽde; quia 30 quilibet metus non excusat meticulosum, sed ille solum, qui infert mortis periculum, vel corporis cruciatum, *c. dilectus. quod metus causa.* Anchar. *cons.* 410. *Ponderata, n.* 1. † Limita; quia metus or- 31 dinatus ad excusationem iustitiæ laudatur, Rol. à Vall. *cons.* 83. *nu.* 18. *lib.* 2. vbi in sequenti dicit, quod non rescindit. † Limita; quia 32 metus non dicitur iustus, quem prudens vel grauis ponderare, vel exequi non debet. *l. metum. ff. quod met. caus.* Ægid. *d. cons.* 9. *n.* 12. † Limita; quia metus non dicitur iustus, si non concludit ad actũ, 33 qui dicitur per metum factus; ideo si potens mandat partes concordari, & comminatur pœnam, non concluditur metus ad trãsactionem subsequutam; quia non magis isto modo, quam alio, cantat comminatio. Ægid. *d. consil.* 9. *num.* 13. *vers. tertio apparet,* vbi, quod si genus non comprehendit omnem speciem, non bene arguitur de genere ad speciem non comprehensam. † Declarat 34 Ægid. ibi, nisi constet, quod præsumptiue contineat speciem illam, vt quia ad commodum eiusdem fuit metus illatus. † Limita; 35 quia semper, quod dubium est, quod metus sit iustus; vel iniustus, is, qui allegat metum, debet succumbere, nisi ꝓbet iustum; quia excipiens dicitur actor in sua exceptione. Ægid. Bellam. *dict. cons.* 9. *n.* 13. *vers. sed quid in dubio.* † Limita; quia iuramentum in- 36 terpositum super actu meticuloso operatur; quia debet seruari, quando sine interitu salutis æternæ, donec relaxetur à superiore, vel absolutus, seruari potest. Ægid. Bellam. *d. cons.* 9. *n.* 14. *& seq.*

Metus iustus dicitur multis casibus, & multis factis. Concl. 216.

PROFESSIO † emissa per metum cõminatorium mortis à Do- 1
mino Ciuitatis illatum mulieri existenti in monasterio nõ tenet, etiam si mulier postea per multos annos steterit in monasterio durante eodem metu. Calderin. *consil.* 108. *An professio;* alias 1. *quod met. caus.* † Matrimonium per vim contractum probatur, si 2
iuuenis in camera repertus in camisia per consanguineos puellæ armatos, & minantes de interficiendo, nisi eam desponsaret, quando desponsatio fuit facta eadem nocte; quia licet testes non fuerint præsentes desponsationi, sed metui illato, probant matrimonium esse per metum, licet non constet, an ante, vel post minas sit contractum. Alex. *cons.* 156. *Viso processu, n.* 15. *& seq. verb. tamen satis est, lib.* 5. vbi, quod ordo intellectus hoc inducit; quia minæ non fiunt post contractum matrimonium, sed ante. † Extende, vt 3
procedat, etiam si deposita fuerint armâ ab armatis; quia adhuc

dicitur matrimonium contractum per metũ; quia metus darat, plenissime Alex. *conf.* 98. *Quoniam*, qui consuluit pro Hieronymo Delphino reperto in domo Andreæ Barbarici in lecto cũ filia, & contraxit matrimonium, ne interficeretur, & in eodem casu cõsuluit & Alex. de Næuo Vicẽtinus. & alii Doctores Paduani *conf. Alex.* 99. *lib.* 3. *in fin.* attestatur, q ita fuit iudicatũ, quod per metum
4 fuerat contractum. † Extende; quia iustus dicitur metus, qui cadit in constantem virum, terror armorum, etiam si patiens metũ non sit offensus, neque expectet offendi, libenter fingat contrahere; quia sufficit, quod subsit causa timoris iusti. Alex. *d. conf.* 98.
5 *n.* 4. *& seq. lib.* 3. † Et quod coactæ nuptiæ difficiles, & malos exitus habere soleant, dicit text. *in ca. requisiuit, & in c. cum locum, de sponsal.* & ideo fauendum non est talibus nuptiis. Alex. *d. conf.* 98. *Quoniã,*
6 *in princ. lib.* 3. † Matrimonium per vim contractum inducit metũ præsumptum, quód dotis promissio paulo ante etiam fuerit meticulosa. Calder. *conf.* 109. *An dos*, alias 2. *quod met. caus.* & est conf.
7 Io. de Lignano, & Casparis Calder. † Obedientia præstita per metum, quæ alias induceret renunciationem iuris eius, qui præstitit obedientiam, nihil operatur, ex quo obedientia fuit meticulosa.
8 Gemin. *conf.* 15. *versic. super secundo, n.* 10. *& seq.* † Præscriptio causata ex taciturnitate debitoris, qui in termino nõ opposuit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ alias operatur exclusionem ab huiusmodi exceptione, tollitur per restitutionem in integrum, si debens opponere iustum metum, propter aerem corruptum, vel
9 pestem, non opposuit. Gemin. *conf.* 152. *per tot.* † Compromissum factum inter duas ciuitates compellentibus dominis ciuitatum dicitur factum per metum, etiam quod teneantur parere Domino. Bald. qui in vtramq; partem allegat *conf.* 142. *Dominantibus magnificis. per tot. lib.* 1. †Et idem, si sit factum inter part cular es personas per impressionem, vt non valeat. Angel. *conf.* 218. *per tot.* vbi,
☞ qualiter probetur impressio ex præsumptionibus. Vide, *Metus per impreßionem quomodo, & qualis probetur, vel præsumatur. Concl.* 218.
11 † Venditio facta per carceratum eductũ extra carcerem rescinditur, si ex ea non resultat vtilitas, vel liberatio carcerati, quando iterum fuit carceratus post venditionem. Cuman. *conf.* 68. *In præ-*
12 *senti. per tot.* † Testamentum, in quo vxor educta de carcere priuato, in quo tenebatur à marito, non valet, in quo maritum instituit, quando ad carcerem reducta est, & postea à marito interfe-
13 cta fuit. Bald. *conf.* 26. *Punctus infrascripti, lib.* 3. † Transactio facta de re tanquam litigiosa, quæ reuera non erat litigiosa, per mulierem metu inductam, etiam cum consensu propinquorum ex certa scientia, & cum iuramento, rescindi potest probato metu ex terribilitate eius, cum quo transegit. Ang. *conf.* 215. *Reperitur in quadã*, vbi late, & concludit obtinere debere absolutionem à iuramento
14 ex abundanti. † Liberatio facta per creditorem præcedente iussu Principis sub pœna indignationis reuocatur tanquam iusto me-
15 tu facta. Fulgos. *conf.* 191. *Titius iussus, per tot.* † Extende in casu contrario; quia solutio indebiti, vel ante diem facta, iussu, & ex præcepto tyranni præcedente, licet postea iussus soluere sponte confessus sit, vel acceptauerit præceptũ tyranni; quia mortuo tyranno reuocabitur tanquam metu facta. Anchar. *conf.* 299. *Visa supra-*
16 *dicta, per tot.* vbi loquitur in Othone tyranno Parmæ. † Et q confessio, vel actus factus ex voluntate in casu, in quo procedebat iussus, & coactio, non dicatur ex voluntate, sed ex necessitate. Anchar. *conf.* 159. *n.* 4. *& seq. ver. quarto hoc probo.* quia sufficit nocen-
17 di potentia. † Iuramentum fidelitatis præstitum per vasallum potenti extraneo cum exercitu se approximanti ad loca vasalli non inducit deuolutionem feudi; quia iusto metu facit. Abbas *cons.* 3.
18 *Nitar. 6. in princ. versicul. videntur etiam prædicti. lib.* 1. † Solutio facta metu excommunicationis inducit iustum metum, vt non dicatur sponte soluisse pensionem, quandõ excommunicatio est iniusta, siue sit iusta ex parte proferentis, & ordinis, dummodo sit iniusta respectu causæ, videlicet pensionis excessiuę: secus, si esset iusta omnino ex parte proferentis, ordinis, & causæ; quia non in-
19 ducit metum. Roman. plene *cons.* 369. *Circa primum, n.* 9. *& seq. ver.* * *quoad secundum*, vbi apostil. dat cõcord. & est * cõmunis distinctio, vt ibi. † Perditio honoris, mutatio status, personæ, & fortunarũ, inducunt iustum metum, & perditio beneficii, quo quis est intitulatus. Rom. *d. cons.* 369. *n.* 14. *ver. nec dixerit*, vbi apostil. *in ver. honoris*, dat concord.

Metus cadens in constantem virum quando dicatur. Concl. 217.

1 METVS † dicitur cadere in constantem virum, quando continet timorem mortis, vel cruciatum corporis, *ca. cum dilectus, quod met. caus.* Gem. *cons.* 15. *ver. super secundo, n.* 10. *& cons.* 152. *in princ.* Anchar. *cons.* 205. *In quæstione, nu.* 7. *ver. pro cuius veritate. l. interpostas, C. de transact. l. si donationis. C. quod met. caus.* Alexand. *cons.* 99. *In casu,* * 1
num. 3. *ver. & iura, lib.* 3. vbi dicit * communem. † Declara; quia cruciatus, & timor mortis intelligitur de inferendo, non de illato; ideo sufficit iustus timor prædictorum. Alexand. *cons.* 99. *nu.* 6. *lib.* 3. *& n.* 3. quod est Alex. de Næuo. † Et ideo iustus metus dicitur, & 3
cadens in constantem virum iussus Principis cum minis, quando alios in similibus casibus fecit cruciari, & male tractari. Gemin. 4
d. cons. 15. *num.* 10. † Item minæ capitales illatæ ab eo, qui potens erat mandare exequutioni minas à se illatas. Alexan. *consil.* 156. *Viso* 5
processu, num. 5. *ver. item iustum metum. lib.* 5. † Amplia; quia metus dicitur contingere cruciatũ corporis, quando continet minas Principis, & comminationem cum detentione corporali. Gemin. *d.*
cons. 15. *num.* 10. *ver. item fuit cruciatus. & num.* 11. † Extende, vt imo 6
solum verbale imperium Regis causet iustum metum, quando alias consueuit male tractare, & opprimere non obedientes. Gemin. *dict. cons.* 15. *n.* 12. *versic. item solum verbale.* Angel. *cons.* 378. *Dominus Raymundus, & cons.* 379. *per tot.* † Extende; quia relegatus in cer- 7
ta ciuitate sub pœna non dicit frangere confinia, si recedit inde iussu illius Domini loci, in quo est relegatus; ideo non tenetur ad
pœnam ipse, nec fideiussores. † Amplia; quia metus dicitur cade- 8
re in constantem virum, quando subest timor perditionis bonorum, & beneficiorum. Gem. *d. cons.* 15. *num.* 12. *ver. item fuit timor ca-*
dens. † Extende, siue agatur de perditione omnium, siue de maiori 9
parte bonorum; quia æquiparatur cruciatui corporis. Curt. Iun.
in d. l. interpositas, num. 7. *C. de transact.* † Amplia; quia corruptio ae- 10
ris, vel ingens pestis inducunt iustum metum; & ideo non valens ex causis prædictis aliquid facere excusatur. Gem. *d. cons.* 152. *nu.* 1.
ver. & quod corruptio. † Amplia: quia iudicia medicorum, ex quibus 11
minatur timor mortis ex mora in loco inducunt iustum metum, qui cadit in constantem virum. Gem. *d. cons.* 152. *n.* 2. *versic. in prædicta maxime procedunt.* † Amplia; quia debitor carceratus à credito- 12
re dicitur habere iustum metum, vt non obligetur ex quacunq; promissione facta in carcere. Bald. *cons.* 247. *Proponitur, quod Ioannes, lib.* 2. † Extende idẽ in carcere priuato, quia maritus detinens 13
vxorem in priuato carcere dicitur inferre metum talem, qui rescindit voluntatem; ideo non valet testamentum factum etiam extra carcerem, quando instituit maritum, qui illam postea reduxit ad carcerem, & interfecit. Bald. *consil.* 26. *Punctus infrascripti, lib.* 3. *per tot.* † Idem in quocunque alio carcerato; quia non valent 14
gesta, nisi ad vtilitatem carcerati, qñ durante timore carceris aliquid fecit. Cuma. *cõs.* 68. *In præsenti, per tot.* † Restringe; qa imo cõ- 15
tractus factus in carcere valet, qñ fit ad cõmodum alterius bona fidẽ, quam detinentis, vel detineri facientis carceratum. Alexan.
cons. 127. *Viso instrumento, num.* 4. *& 5. versic. non obstat etiam, quod dicitur, lib.* 5. † Amplia; quia minæ potentiorum inducunt iustum me- 16
tum. Angel. *cons.* 379. *Optime, & vere in princ.* † Et sola potentiaali- 17
cuius, vel verba, seu minæ, quandoque inferunt iustum metum, habitõ respectu ad qualitatem personarum. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.*
6. in prin. ver. quinimo, lib. 2. † Amplia maxime in iussu tyranni; quia 18
metus tyrannicus cadit etiam in cõstantissimos viros. Ang. *d. cons.*
379. vbi, quod spiritus tyranni dicitur spiritus diaboli, & multa pro excusatione eius, qui obediuit mandato tyranni. † Et quando 19
dicatur incuti metus per Principem, & quando dicatur iustus metus, Alex. *cons.* 16. *col.* 5. *lib.* 3. Dec. *consil.* 209. *Viso puncto, per totum.*
† Extende in iussu eius, qui dominatur, si iubeat sub pœna suæ in- 20
dignationis; quia iustus metus inducitur. Fulgos. *consil.* 191. *Titius*
iussus, vbi, quod idem, si certa pœna bonorum esset appositа, & multa de iussu, & reuerentia versus superiorem iudicem, & patronum, vbi etiam probat iussum generalem respicere identitatem contractus celebrati per metum. † Extende; quia solutio ex- 21
iam sponte facta, puta quia debitor iussus ante tempus soluere tyranno, si promittat soluere, & soluat, est coacta. Anchar. *consil.*
299. *Visa supradicta, per tot.* † Extende; quia imo nimia persuasio su- 22
perioris ad aliquid faciendum habetur pro compulsione, & metu, not. in *l.* 1. §. 2. *ff. de seruo corrupt.* Castr. *cõs.* 174. *lib.* 1. vbi plura contra patrem, qui persuasit filio. Vide, *Persuadens quando teneatur, vel*
non, & quid operetur persuasio. Concl. 322. Vide, *Preces maiorum præ-*
cepta inferioribus dicuntur. Concl. 484. † Restringe; quia non probatur 23
iustus metus, si Dominus loci faciat sibi locare bona, vel donare; quia requiritur metus, qui cadat in constantem virum, nec fractio capsæ, & quædam alia tendentia ad metum, sufficiunt in ciuitate, sed requiritur cruciatus. Anch. *cons.* 205. *nu.* 7. *& seq.* † Am- 24
plia; quia dicitur timor iustus, qui cadit in constantem virum, si inuentus est aliquis domi pullæ de nocte, & consanguinei armati inuenerunt eum in lecto, vel thalamo, secundum * cõmunem. * 25
Alex. *cons.* 99. *In casu prædicto, in princ. lib.* 3. † Extende, vt procedat, 25
etiam

etiam si fine armis essent ingressi pater puellæ, & consanguinei potentiores, sed sine armis, vel cum armis, & illa depositsent; imo etiam si nec minati essent; quia sufficit causa timendi cruciatus corporis, vel mortem. Alex. *cons.* 98. *Quoniam, in princ. nu.* 3. *ver. & hoc procedit.* & plenius *cons.* 99. *n.* 5. *in fi. cum seq. ver. circa secundum, maxime n.* 7. *lib.* 3. quod est Alex. de Næuo, & Doctorum Paduæ.

26 †Limita; quia iustus metus purgatur per solutionem factâ sponte longe post metum. Alex. *cons.* 127. *n.* 5. *ver. denique. lib.* 5. †Limita;

27 quia sola iurisdictio, & processus per iudicem factus non inducit iustum metum in subdito, qui composuit pro delicto, & soluit. Alex. *cons.* 240. *Perspectis. n.* 8. *& seq. vers. nono. lib.* 6. † Extende maxime, quando compositio fuit per superiorem approbata; quia auctoritas Principis tollit læsionem; imo restitutionem in integrũ, quæ alias competeret. Alex. *d. cons.* 240. *in fin. vers. postremo. lib.* 6.

Metus per impressionem qualis, & quomodo probetur, vel præsumatur. Concl. 218.

1 METVS †dicitur per impressionem, quando Dominis præcipit aliquid subditis, vt faciant. Bald. *cons.* 142. *Dominantibus magnificis. n.* 2. *vers. solutio. lib.* 1. Angel. *cons.* 215. *Reperitur in quadam. col. penult. in princ. ver. item promitto.* † Idem, quando iudex

2 superior præcipit, vt in eum fiat compromissum de re non compromittenda. Ang. *cõs.* 218. *Visa narratione, n.* 3. *vers. secundo probatur.* †In tyranno contrahente, si contrahens cum eo enormiter lædi-

3 tur, præsumitur per metum, & impressionem contraxisse. Castillio. *cons.* 13. *n.* 24. *vers. idem quoque, cum seq.* †In eo, qui habet carceratum filium contrahentis secum; quia durante carceratione filii

4 omnia præsumuntur gesta per impressionem. Franc. Aret. *consil.* 14. *Viso, & diligenter. num.* 15. *vers. secundus etiam actus.* †Probatur impressio ex multis, quando fit compromissum in iudicem de re tanquam litigiosa, quæ non est litigiosa; item de re vendita per compromittentem; item, quando compromittens protestatus fuit de impressione; item si compromissum fuit de vno die, vel alio termino breui, in quo verisimile sit arbitrum non adhibuisse causæ cognitionem; item ex mendacio rei aliter se habentis; item ex iniquitate laudi; item ex eo, quod idem iudex haberet carceratum cognatum, vel consanguineum compromittentis. Angel. *d. cons.* 218. *Visa narratione, n.* 3. *vers. secundo probatur, per tot.*

Metus reuerentialis quomodo, & qualiter rescindat. Concl. 219.

1 METVS †reuerentialis si fuit adhibitus in contractu, & de eo constat, est sufficiens causa rescindendi contractum celebratum ab eo, qui ob metum reuerentialem contraxit. *l.* 1. *§. quæ onerandæ. ff. quar. rer. actio non datur.* Bald. *cons.* 108. *Domina Ioanna. lib.* 3. *n.* 7. *ver. sexto.* Castr. *cons.* 174. *Contrà superius consulta, in princ.*

2 *lib.* 1. † Declara tamen, quando simul cum reuerentiali metu interuenit læsio vltra dimidiam. Crau. *cons.* 11. *n.* 12. & plenius vide in *ver. donatio. Conclus.* 679. quia tunc sola læsio enormissima probat

3 persuasionem, machinationem, & dolum. Castr. *d. consil.* 174. *lib.* 1. †Probatur autem metus reuerentialis ex nimia persuasione facta per eum, qui potest præcipere, prout Princeps subdito, pater filio, Dominus seruo. Castr. *d. consil.* 174. *lib.* 1. sed tamen persuasio debet probari, prout metus illatus, secundum Bart. in *d. l.* 1. *§. quæ*

4 *onerandæ, in fin. ff. quarum rerum actio non datur.* †Sed tamen si cõstat de læsione excessiua vltra dimidiam, eo ipso probatur persuasio, sollicitatio, sinistra machinatio, & calliditas etiã parris in filiam, quæ dolum illatum continet. Cranet. *cons.* 192. *nu.* 11. *& seq.* Castr. *d. cons.* 174. *in princ. lib.* 1. vbi extendit, etiam si adsit decretum iudi-

5 cis sine causæ cognitione, & * communem dicit Mandell. *consil.* 77. *n.* 21. †Extende; quia etiam probatur eo ipso, quod filia, vel filiusfamilias minor donarunt patri. Vide, *Donatio facta a per filios metu reuerentiali patri qualiter rescindatur. Concl.* 679. Vide, *Reuerentia*

6 *paterna, &c. Concl.* 311. †Limita; quia si metus reuerentialis non est probatus, tunc non datur rescissio. Bald. *d. cons.* 108. *nu.* 7. *ver. sed de hoc. lib.* 3. vbi loquitur, etiam si contractus sit donationis, & celebratus ab adulta cum iuramento, quando est causa mortis; quia

7 causa mortis tollit iustam causam rescindendi. † Declara tamen; quia etiam si non constat de metu reuerentiali, ex quo cõtractus potest esse talis, qui de se præsumatur, prout donatio facta ab adulta duodecim annorum, & sub cuius gubernio erat cum iuramento; nam dicit Bald. *d. cons.* 108. *nu.* 7. *ver. ego tamen. lib.* 3. quod vi-

8 dit ex officio similes contractus rescindi. † Contrarium, quod si probetur metus, sola reuerentia non probat metum, tenet per plura Alex. in *l. si cum dotem. §. eo autem tempore, n.* 11. *ff. solut. matrimo.* vbi, quod debent probari minæ, vel verbera.

Metus quamdiu dicatur durare, vel sit purgatus. Concl. 220.

METVS †tamdiu durat, quamdiu causa, & persona inferentis 1
metum conseruantur; ideo metus illatus per Dominum ciuitatis tamdiu durat, quamdiu ille fuit Dominus ciuitatis. Cald. *consil.* 108. *in fin. vers. restat videre*, alias 1. *quod met. caus.* † Et ideo si 2
quis ob potentiam sui aduersarii carceratus fecit contractum ad fauorem carcerantis, licet exequatur extra carceres, dicitur idem metus durare. Ang. Aret. *cons.* 96. *In themate, num.* 21. *ver. nec obstat,* & plenius *num.* 23. *& sequen. ver. nunc ad secundam.* † Et idem in eo, 3
qui metu tyranni fecit obligationem; quia licet soluat ex interuallo, non dicitur ratificare, si tempore solutionis durabat causa metus. Alexand. *cons.* 1. *num.* 10. *in fin. & nume.* 11. *ver. fortifico, lib.* 3. *& cons.* 99. *In casu, num.* 8. *vers. & Bald. lib.* 3. † Idem in eo, cui officialis 4
intulit metum; quia etiam si non sit in conspectu officialis, metus dicitur durare, donec durat officialis. Alexand. *d. cons.* 1. *nu.* 11. *ver. & dicit Cyn. lib.* 3. † Idem in eo, qui metu torturæ iniuste sine in- 5
diciis legitimis sibi illatæ confessus est delictum, & perseuerauit in confessione, & illam ratificauit extra torturam; quia dicitur nulla confessio, perseuerantia, & ratificatio tanquam facta metu tormentorum. Alexand. *d. cons.* 1. *Viso processu, in princ. lib.* 3. *vsque ad nu.* 14. † Amplia; quia tamdiu præsumitur durare metus, quamdiu 6
durat potestas metus inferendi. Bald. *cons.* 26. *circa princ. ver. in contrarium, lib.* 3. †Extende; quia quamdiu viuit persona, quæ metum 7
intulit, tamdiu durat metus. Rol. à Vall. *cons.* 2. *num.* 92. *in fin. lib.* 1. †Declara; quia metus tamdiu durat, quamdiu durat tyrannus, & 8
passus metum est in loco, vbi tyrannus potest exercere tyrannidem. Natt. *cons.* 450. *num.* 17. †Extende; quia mulier verberata per 9
maritum; quia noluit consentire contractui, licet deinde cõsentiat etiam ex interuallo, dicitur metu consensisse; quia ille †me- 10
tus semper præsumitur durare, donec durat matrimonium. Bart. in *l. ob turpem. col. fi. ff. de cond. ob caus.* & in simili Abb. in *c. accedens, in* 3. *not. de procurator.* Anchar. *cons.* 309. Cardin. Zabar. *cons.* 137. Areti. *cons.* 14. *Viso & diligenter considerato.* Alexan. *d. consil.* 1. *Viso processu, col.* 4. *lib.* 3. Dec. *regul. in omnib. nu.* 13. *ff. de reg. iur.* Barb. *cons.* 54. *volum.* 13. *&* 14. *lib.* 1. *& consil. fin. lib.* 2. †Extende; quia passus metum dicitur re- 11
pertus in domo cum filia ab agnatis armatis, licet deposuerint arma, durat tamen metus, vt matrimonium secutum sit iusto metu contractum. Alexand. *cons.* 99. *num.* 5. *in fi. & num.* 6. *ver. circa secundum, lib.* 3. quod est Alexand. de Næuo, & idem Alexand. *consil.* 98. *num.* 3. *eod. lib. vers. & hoc procedit etiam.* † Amplia; quia carceratus 12
ab eo, qui est inimicus, vel qui fecit mori consanguineos carcerati, dicitur habere iustum metum; & dicitur durare, etiam si sit relaxatus, quamdiu habet filium carceratum pro obside. Zabar. *cons.* 137. *in princ.* qui loquitur in Rege Cypri capto à Ianuensibus, vt non valeant promissa ab eo in carcere, neque ratificata in Regno coronato, quando habebat filium adhuc carceratum. † Ex- 13
tende idem in Sanseuerino, qui dimisit filium captum Parmæ; quia licet fecerit actum spontaneum cum assertione, quod in libertate & sponte; tamen non cessauit metus Ducis Parmæ illati. Natt. *cons.* 450. *num.* 18. *& seq.* †Extende, quamdiu patiens metum 14
est in territorio inferentis metum dicitur durare metus. Natt. *dict. consil.* 450. *num.* 16. *& sequent.* † Amplia; quia iudex, vel magi- 15
stratus, qui iniuste carcerari, vel torqueri fecit reum sine indiciis, vel durante termino ad faciendum suas defensiones infert iustum metum, qui præsumitur perseuerare etiam post latam sententiam, & appellationem in eodem genere. Alex. *consil.* 144. *Post redditum, n.* 3. *vers. pro hoc facit. lib.* 2. †Extende; quia imo odium, 16
quando est irrationabile, præsumitur continuare, nedum in ipso genere, sed etiam quoad alia. Alexand. *cons.* 144. *num.* 4. *ver. item odium præsumitur. lib.* 2. † Amplia; quia is, qui fecit contractum per 17
metum, licet longo tempore exequatur soluendo, non dicitur purgatus metus, si ex alia causa soluisse dici potest, puta quia iurauit contractum meticulosum; quia præsumitur soluisse, ne incidat in periurium. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *nume.* 17. *vers. sed restat videre*, vbi, quod iuramentum ligat, donec detur absolutio. †Exten- 18
de; quia cessante metu etiam non purgatur metus, si alia causa soluendi potest subesse, & maxime; quia nemo præsumitur velle iactare suum, quod iactaret, si soluendo amitteret ius suum. Aretin. *d. consil.* 14. *nu.* 18. †Limita; quia purgatus censetur per lapsum 19
30. vel 40. annorum, Decian. *cons.* 41. *num.* 123. *& seq. lib.* 2. † Ex- 20
tende; quia imo longa patientia inducit purgationem metus,

21 Decian.*cons.*16.*n.*6.*& seq.lib.*1. † Extende etiam in minore; quia maior factus si ratum habuit contractum per quinq; annos cen-
22 setur purgasse metum. Decian.*d.cons.*16.*nu.*10.*& seq.lib.*1.†Limita; quia donatio facta in carcere per carceratum conualidatur, si est ratificata per donantem, postquam exiuit carcerem, & maxime si donauit benemerito. Bald.*consil.*240. *Donatio facta, lib.*1.*in princip.*
23 †Declara tamen, dummodo liber exiuerit carcerem; quia actus factus extra carcerem non valet, si postea iterũ reducatur in carcerem; quia præsumitur metus impressus. Bald.*cons.*26.*Punctus infrascripti, lib.*3. Castill.*cons.*13.*nu.*33. vbi idem, & dicit, quando extra
24 carcerem, erat tamen sub custodia. † Item, dummodo donatio facta in carcere non sit facta, & ratificata ad commodum carce-
25 rantis. Cuman.*cons.*68.*In præsenti quæst. per tot.*†Limita; quia metus purgatur adhibitus in obligatione per spontaneum implementum postea subsecutum, *l.*2.*C. quod met. caus.* Ancha.*cons.*382.*in fin.*
26 †Extende; quia ea, quæ fiunt post metum ex interuallo valent;
27 quia cessat metus. Roland.à Vall.*cons.*83.*n.*39.*& seq.lib.*2.†Extende; quia ex ratificatione subsequuta ex interuallo cessante metu, vel causa metus, inducitur spontanea purgatio metus. Menoch.
28 *cons.*1.*num.*301. † Declara; quia durante causa metus non purgatur, etiam si fiat ratificatio. Aret.*cons.*14. Crau.*cons.*6.*nu.*84. quos ita declarat Menoch. *dict. cons.*1.*numer.*301. Dec.*cons.*468. *Superiori,*
29 *num.*24.*& sequent.* vbi plene, & quando. † Declara; quia si statim post contractum meticulosum fiat actus tendens, ad comprobationem, non purgatur metus; si verò fiat ex interuallo, & cessat causa metus, inducitur purgatio metus præcedentis, secus si durat causa. Alexan.*consil.*98. *Quoniam per Excellentißimum, num.*7.*vs-*
30 *que in fin. lib.*3. vbi apostil. in *ver. causa.* † Et vbicunque causa durat, non purgatur metus; ideo si contractum est matrimonium per eum, qui repertus est de nocte cum puella ab armatis consanguineis puellæ, licet deposuerint arma, & contractum sit matrimoniũ, & ipse deosculatus est eam tanquam vxorem, non cessat
31 metus. Alexand. *d.cons.*98.*& plenius* 99.*lib.*3. † Et quando dicatur purgatus, vel non purgatus metus, vide late Ias.*consil.*72.*lib.*1.*in* 1.
32 *dub.* † Restringe; quia is, qui iussus soluere à tyranno acceptat præceptum sponte, non dicitur facere sine metu durante tyran-
33 no. Ancharan.*cons.*299. *Visa supradicta per tot.*†Restringe; quia nõ censetur ratificare, neque purgare metum, quando soluit, vel dat potenti pro exequutione contractus celebrati in carcere; quia durat causa metus. Angel. Aret.*cons.*96.*nume.*25.*in fin. cum sequent.*
34 *vers. quinimo fortius.*†Imo, quod actus factus ex voluntate dicatur ex necessitate factus, quando præcedebat iussus, vel coactio, dicit Anchar.*cons.*159.*num.*4.*&* 5. *ver. quarto hoc probo.* quia sufficit po-
35 tentia nocendi. † Restringe; quia executio contractus facta per eum, qui passus est metum, non purgat metum, quando ipse recipit stipendium promissum ab eo, qui intulit metum. Ang. Aret.
36 *cons.*96. *In themate supradicto nu.*25. *vers. sed tamen ijs non obstan.* † Restringe; quia metus non dicitur purgatus per executionem contractus, quando contractus erat ipso iure nullus; secus quando valeret, sed esset annullandus actione, quod met. causa. Ange. Aret.*d.cons.*96.*num.*31.*& seq. ver. cum ergo non possit.* & quando dica-
37 tur nullus, vel annullandus, Vide *Conclus. prox. seq.n.*24.†Declara; quia ex actu tendente ad approbationem contractus, si incontinenti post metum fiat, non dicitur purgatus metus; si vero ex interuallo, distinguitur; aut durat causa metus, & non est purgatus; aut cessat, & est purgatus. Alex.*d.cons.*98. *Quoniam, in fi.n.*7.*ver. di-*
38 *cit enim.lib.*3. vbi plena apostil. in *ver. causa,* dat concordant. † Restringe; quia confessio facta metu torturæ purgatur spontaneam confessionem factam, dummodo fiat non eadem die, & extra locum tormentorum, alias non. Alex.*d.cons.*98.*in fin.n.*8.*lib.*
39 3.†Restringe; quia si est matrimonium metu contractum, non purgatur metus per stipulationem instrumenti dotalis per paucum tempus post factam, puta quatuor horas; quia dicitur durare. Alex. *d.cons.*98.*in fin.n.*9.*vers. accedit,* vbi, quod mulier traducta per metum, si post modicum tempus recessit redeundo ad domũ suam, non præsumitur carnaliter cognita, neque purgasse metũ.
40 †Restringe; quia is, qui soluit ex interuallo, non censetur sponte, neque metum purgare, quando alia causa subesse potest. Rol. à Vall.*cons.*2.*n.*92.*& seq.lib.*1. Ang. Aret.*d.cons.*96.*num.*27.*& seq. ver. præterea quoties.* vbi, quod potius censetur soluisse pretium pro suo
41 interesse, quam quod voluerit purgare metum, & donare. † Limita singulariter; quia metus censetur semper purgatus, quando sumus in metu inter personas, in quibus cadit reuerentia, quando sequitur contractus cum præsentia consanguineorum. Curt. in *Linterpositas, num.*13. *C. de transact.* plene Alex. in *l. si cum dotem. §. eo autem tempore, n.*11. *ff. sol. matr.* Bart. & alii, vbi Ias. *in l. transactionem,*
42 *la* 2. *C. de transact.* † Extende, vt quod dicitur de proximiorũ præ-

sentia, habeat locum etiam in decreto, vel præsentia iudicis; quia idem operatur. Ias. *d. l. transactionem. la secunda. C. de transact.* † Re-
stringe, quando persona inferens metum, prout tyrannus, esset talis, quod præsentia consanguineorum, vel iudicis non relevaret; quia tunc non purgatur metus. Ias. *d. l. transactionem, in princ. la secunda. C. de transact.*

Metus causa gesta tenent, sed veniunt rescindenda, & quando sint nulla. Concl. 221.

EST † regulare, quod ea, quę sunt gesta per metum, tenent, sed
succurritur metum passo, vt rescindat facta per metũ, *ca. super hoc, de renunc. cũ ibi not.* Cald.*cons.*108. alias *il* 1.*quod met. caus. n.*3. *ver. quarto quod. l. si mulier. §. pen. ff. quod met. caus. gl. in cap. Abbas, eod. tit.* vide plene Ias. in *l. interpositas. C. de transact.* vbi ponit regulam de hoc
cum limitat. † Contrarium, quod imo gesta per metum non va-
leant ipso iure. Zabar.*cons.*137.*n.*1.*in fi. ver. quod videtur intelligendũ.* vbi loquitur in carcerato, cuius consanguinei fuerint mortui à carcerante, & idem de iniuste carcerato tenet Castillio.*cons.*13.*n.*
24.*ver. vnde cum ob ill. am. cum seq.* † Declara; quia contractus per
metum factus, & cum iuramento, licet non obliget quoad inferentem metum; tamen quoad Deum obligat; quia duplex nascitur obligatio iuramenti; vna quoad hominem, cui promittitur; alia quoad Deum, obligatio versus Deum in foro conscientiæ, non cessat; vnde soluit, & repetit secundum Beatum Thomam *secunda secundæ, quæst.*89.*art.*7. †Contrarium, quod neque quoad
Deum etiam obligetiuramentum. Zabar. *d.cons.*137.*nu.*4.*ver. nos autem dicimus,* quod est Collegii Patauini. Natt. *cons.*450.*nu.*23.*&*
seq. †Declara secundo; quia etiam iuramentum est nullum, sed nõ
simpliciter; quia debet absolui à superiore, non autem propria auctoritate spernere, nisi necessitas vrgeat; quia si non potest haberi superior, sperni potest. Zabar. *d.cons.*137.*num.*4.*vers. nos autem.* Natt. *d.cons.*450.*nu.*23.*& seq.*† Vide omnino Afflict. *decis.*263, qui
declarat, quando nullum sit iuramentũ, vel non. †Declara; quia
quando metus est velatus, annullat; quia inest dolus, qui annullat contractũ bonæ fidei; secus si non est velatus; quia voluntas coacta est voluntas, & facit valere mero iure, ita Curt. Iun. in *d. interpositas, in princ. C. de transact.* † Vel declara; quia in matrimonio, &
aliis multis limitatur regula; quia non valet actus per metum factus, licet regula sit in contrarium, ita idem Curt. Iun. *d. l. interpositas, in princ. C. de transact.*†Et qualis debeat esse metus, vt rescin-
dat, late Dec. in *reg. in omnib. causis. ff. de reg. iur.*†Declara; quia si metus est causa proxima, & immediata contractus, ipse contractus redditur inualidus, & datur actio in personam, quod metus causa in delinquentem, & vtilis in rem aduersus quemlibet alium possessorem, licet nihil metu fecerit; quia res in bonis eius videtur iuris intellectu, qui vim passus dicitur; quia non quæritur, quis metum fecerit, ex quo vt plurimum habet ignorantiam, sed sufficit, quod metus interuenerit, & qui crimine caret, lucrum sentiat, plene Castillio. *cons.*13.*n.*33.*& seq. ver. cæterum.* † Declara; quia
licet donatio mera, & quilibet contractus possit rescindi propter metum adhibitum, secus est in metu adhibito in donatione remuneratoria; quia est speciale, quod non rescindatur. Roma. *cons.*
26.*n.*8.*vers. secundo quia,* vbi apostill. dat plures concor. in *ver. remuneratoria.* † Declara; quia sine dubio gesta per metum iustum ad-
hibitum, aut sunt nulla ipso iure, aut annullanda, etiam si interuenit iuramentum, & succurritur metum passo, vel actione, quod metus causa ad recuperandum perdita, vel ope exceptionis in retinendis iis, quæ sunt apud eum, vel in non obseruãdo promissa, vel actione vtili in rem, quæ ipso iure competit metum passo ad recuperandas res suas. Franc. Aret. *cons.*14. *Viso, & diligenter, nu.*
15. *vers. venio nunc.*† Amplia etiam contra fiscum, & Rempublicã
Bald. *cons.*127. *Principio tituli, lib.*3. † Amplia in transactione; quia
valet, sed rescindi debet. Ang. *cons.*215. *per tot.* maxime *in fin.*† Amplia in venditione; quia protestatio, quod fiat per metum, non impedit translationem dominii. Signor. *cons.*75. *num.*22. *vers. præterea posito.*† Amplia; quia procedit, quod actus factus per metum
non sit ipso iure nullus, sed rescindatur etiam in contractu celebrato per carceratum in publico carcere. Odofr. & Bal. in *l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* Castr. & Aret. in *l. qui à latronib. ff. de testam.* Abb. in *c. Abbas, col. fi. de ijs, quæ vi metusue causa.* Sign. *cons.*174. *Super,*
col. fin. facit Fulg. *cons.*191. *Titius, col.*1. Dec. *cons.*129. *Viso, n.*5. texx. in *l. si donationes, & in l. si per impressionem. C. de ijs, quæ vi, met. ve cau.* † Limita in matrimonio tam spirituali, quam carnali; quia si est contractum per metum à principio, nõ tenet. Cald. *d. cõs.*108. *n.*3. *vers. quarto,* quod alias *vide il primo, quod met.* †Extende limitationem ad o-
mnia consecutiua matrimonii, quæ pariter sunt nulla ipso iure; vnde dos constituta parum ante matrimonium per vim,

& me-

& merum contractum, dicitur nulla, sicut matrimonium ex præsumpta vicinitate actuum. Calder. *consil.* 109. quod est 2. *quod met.*
19 *caus.* & est consilium Ioan. de Lign. & Gasparis Calder. † Limita in testamento facto per metum; quia cum voluntas testatoris debeat esse libera, si fiat testamentum, in quo testator hæredem instituit inferentem metum, non valet tale testamentum. Bald. *consil.* 26. *Punctus infrascripti, per tot. lib.* 3. Bart. in *d. l. quia latronib. in prin. ff. de testam.* Castill. *cons.* 13. *n.* 25. † Limita in iurisdictione conferen-
20 da; quia metus vitiat ipso facto, *l.* 2. *ff. de iudic.* Abb. *cons.* 3. *Nitar, col.*
21 6. *in* 6. *quæst. ver. videntur etiam, lib.* 2. † Extende in iurisdictione proroganda. Abb. *cons.* 51. *Ad dilucidationem, col.* 3. *nu.* 4. *vers. hinc est,*
22 *lib.* 2. † Declara; quia ad hoc, vt possit contractus, qui prætenditur per metum factus, rescindi, est necesse prius agere rescissoria cõtra inferentem metum. Bart. in *l. fin. n.* 5. *& seq. ff. si quis aliquem testari prohib.* Salycet. in *l.* 1. *C. eod. n.* 5. vbi, quod ctiari debet etiam is, qui
23 possidet pro omni suo iure, vide plene Menoch. *cons.* 2. *n.* 170. *lib.* 1. vbi plurimos allegat. † Contrarium dicit Castr. in *l. non interest. C. quod met. caus.* vbi, quod consuluit, quod compulsus à tyranno vendere tertio egit contra ementem, & recuperauit rem vendi-
24 tam, & emptor habuit pretium à tyranno. † Limita; quia certum est, quod gesta in carcere priuato per ipsum carceratum ad fauorem carcerantis non valent. Castillio. *cons.* 13. *n.* 24. *&* 25. *ver. quibus etiam luculenter*, vbi, quod præsumitur iustus metus, & ex eo gesta ad fauorem carcerantis sunt nulla, allegat *l. pen. in vers. detrusit, ff. qd met. caus.* allegat Bart. in *d. l. qui à latronibus, in princ. ff. de testam.* Ang.
Aret. *cons.* 96. *In themate supradicto, nu.* 13. *& seq. vers. sed tamen ijs non*
obstantibus. vbi *n.* 18. *& seq. ver. nec obstant allegata.* reddit rationem; quia in simplici metu valet mero iure, sed annullatur, in carcera-
25 tione non valet ipso iure; quia concurrit violentia in personam, & priuatio libertatis. † Contrarium, quod contractus in carcere valeat mero iure, sed est annullandus. Bald. in *l. qui in carcerem, ff. quod met. caus.* dum exponit, nullius esse momenti, videlicet in
26 effectu, non ipso iure. † Declarat Ang. Aret. *d. cons.* 96. *n.* 20. quod Bald. reprobatur, & potest habere locum, quando cõtraxit, non
27 ad fauorem carcerantis, sed tertii. † Vide aliam differentiam, quando contractus per metum est nullus ipso iure, vel annullandus; quia nullus non conualidatur per ratificationem, puta implendo contractum, secus si annullandus. Ang. Aret. *d. cons.* 96. *n.*
28 31. *& seq. ver. cum ergo non possit.* † Extende, vt procedat, etiã si car-
* ceratus sit in carcere publico; quia * communis est opinio, quod *l. pen. ff. quod met. caus.* habeat locum etiam in publico carcere. Castillio. *d. cons.* 13. *n.* 25. *vers. rursum, & nu.* 26 *cum seq.* vbi, quod si quis carceratur in carcere publico causa aliquid illicite extorquendi, & sic iniuste, dicitur inferri iustus metus, qui cadit in constantem virum, & tunc est mala mansio, & corporis cruciatus, & cõtinetur in edicto *quod met. caus.* & si faciat ad fauorem carcerantis,
29 non valet. † Extende, etiam si esset detentus per potentem in vna
30 camera. Ang. Aret. *d. cons.* 96. *in princ.* † Extende, vt procedat, siue contrahens sit captus, siue etiam si filius contrahentis sit captus ab eo, cum quo pater filii capti contrahit; quia iusto metu, & per impressionem dicitur contrahere, & contractus vel est ipso iure
31 nullus, vel annullandus. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter, n.* 15. *ver. venio nunc ad tertium.* † Extende, vt procedat etiam in pluribus inferentibus metum; quia omnes tenentur in solidum. Franc. A-
32 ret. *d. cons.* 14. *Viso, & diligenter, n.* 15. *ver. nec est hic inuestigare.* † Extende; quia procedunt à pari dicta contra inferentem metum, vel non inferentem, sed participem. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *n.* 15. *vers. nec*
33 *est hic inuestigare.* † Restringe, quando iuste carceratur, licet ad pœnam, vt inde non exeat, nisi soluat, quod debet; tunc non dicitur inferri metus; quia est metus iustus iudicis, qui nec annullat, nec
34 rescindit. Castill. *d. cons.* 13. *n.* 29. *vers. nec potest videri. cum seq.* † Debet tamen constare, quod iuste sit carceratus; quia alias non præsumitur, nisi constet. Ang. Aret. *d. cons.* 96. *n.* 21. *ver. nec est etiam verum.*
35 † Limita; quia si vendens rem suam patiatur metum, non ab emptore, sed à tertio, ad hoc, vt dicatur nulla venditio, sufficit, quod metus interuenerit, nec refert, à quo, vel per quem sit illatus, etiam si emptor sciuerit, vel ignorauerit. Castill. *d. cons.* 13. *num.* 32. *&*
seq. vers. præterea, allegat text. in *l. non interest*, vbi gloss. quam dicit
* 36 * communiter teneri, *C. quod met. caus.* † Extende; quia si metus fuit proxima, & immediata causa contractus, contractus nedum redditur nullus, sed datur actio in personam contra delinquentem ex maleficio, & actio in rem aduersus eum, & quemlibet alium possessorem, licet ille alius nihil metu fecerit; quia res in bonis metum passi videtur iuris intellectu; quia non quæritur, an is, qui conuenitur, vel alius metum fecerit, sed sufficit metum eo casu illatum, & eum, qui possidet, neque metum intulit, lucrum sensisse. Castill. *d. cons.* 13. *num.* 33. *ver. cæterum, cum seq.* vbi *n.* 35. quod non refert etiam an, qui conuenitur, & non intulit metum sciuerit, vel ignorauerit; quia sufficit metum interuenisse. † De- 37
clara tamen, quod licet ignorantia emptoris, quod venditor intulerit metum, non excuset, quin teneatur restituere rem, quando metus fuit proxima causa contractus, bene iuuaret ignorantia conuentum, si res peremptа esset. Castillio. *d. cons.* 13. *n.* 33. *ver. & quod dixi.* † Restringe, quando metus non fuit causa proxima con- 38
tractus, neque immediata; quia tunc ille, qui emit à vim passo, vt se liberare posset, iuste emit, & molestari non potest; exemplum; aliquis per metum in carcere detinetur, & iniuste, vt soluat mille, ipse detentus, vt se liberet à carcere, vendit amico pro mille; certe causa proxima contractus non est metus, sed beneficium, vt carceratus se liberet; ideo non tenetur. Castill. pulchre *d. cons.* 13. *num.* 35. *vers. at interdum, cum multis seqq.* vbi, quod proxima causa attendi debet, & onus probandi incumbit actori. † Declara totam 39
hanc materiam forte; quia contractus per metum factus si est aspertimus, annullat; si minus asper, rescindit; quia ex eo transfertur dominium etiam in participem, vt videtur velle idem Castill. *d. cons.* 13. *n.* 40. *ver. illa vero lex, vsque in fin.*

Metus operatur multa. Concl. 222.

METVS † illatus, vel dolus, vt extorqueatur iuramentum ab 1
obligante, operatur, quod iuramentum non obliget; quia is, qui adhibuit dolum, vel metum, non potest allegare iuramentum pro se. Bald. *cons.* 148. *In casu proposito, lib.* 1. *nu.* 2. *vers. sequitur secundum. & cons.* 247. *Proponitur, quod, lib.* 2. *per tot.* Angel. *cons.* 215. *Reperitur in quadam, circa fin.* vbi dicitur ex abundanti esse obtinendam absolutionem à iuramento. Zabarell. *cons.* 137. *nu.* 3. *&* 4. *vers. sed nec iuramentum*, vbi, quod non obligat etiam quoad Deum, licet requiratur absolutio, si potest haberi. † Amplia; quia metus 2
causa gestum Prætor ratum non habet. Bald. *d. cons.* 148. *n.* 3. *ver. vnde dicit magister, lib.* 1. vbi, quod procedit de iure naturali, & diuino. † Amplia; quia testamentum factum ab vxore per metum, in 3
quo virum hæredem instituit, non valet. Bald. *cons.* 26. *Punctus infrascripti, lib.* 3. vbi, quod metus probatur probando, quod ante testamentum maritus tenuit carceratam vxorem, & statim etiam facto testamento; quia licet testata sit extra carcerem; tamen præsumitur idem metus; credo tamen, quod requiratur sententia super nullitate. † Amplia, vt metum passo subueniatur con- 4
tra principem, & fiscum, & omnem possessorem; quia actio, quod metus causa est in rem scripta, & vtilis in rem, quæ datur contra omnes. Bald. *consil.* 127. *A principio tituli, in princ. lib.* 3. vbi, quod filius minor, qui pro rebus fiscalibus renunciauit hæreditatem patris ob metum, debet restitui. † Amplia singulariter; 5
quia is, qui compellit per metum ad contrahendum, obligatur patienti metum, sed non è conuerso; & ideo sic potest conueniri is, qui metum intulit, & si quid ipse soluit, non repetit; quia contractus claudicat, ita Ang. Aret. *cons.* 96. *In themate supradicto, num.* 31. *& seq. vers. sed posset largo modo dici*, & loquitur in metu cum violentia; quia carcerauit; quo casu nullus est contractus. † Ex- 6
tende; quia si is, qui metum intulit, pro parte sua non impleuit, non potest etiam excipiendo opponere de contractu. Ang. Aret. *d. cons.* 96. *n.* 32. *ver. præterea posito.* † Amplia; quia adhibens metum; 7
quia est sine titulo, & in mala fide, tenetur ad omne interesse, & ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt. Ang. Aret. *d. cons.* 96. *In themate, n.* 54. *& seq. ver. circa quartum.* † Amplia; quia delin- 8
quens per metum, vel coacte non punitur, secundum * communem, de qua Clar. *in §. fin. q.* 60. *num.* 17. *ver. quæro modo*, vbi, quod mulier committens adulterium propter metum non punitur, allegat Abb. *cons.* 4. *lib.* 1. † Extende; quia etiam si quis committat 9
homicidium propter metum, non punitur pœna ordinaria, sed mitiori. Clar. *d. q.* 60. *num.* 17. *in fin.* vbi dicit * communem. Vide, *Dolus dans causam, &c. Concl.* 583. Vide, *Fraudulenter facta, &c. Concl.* 483. † Limita; quia metus mulieris se obligantis, si est clande- 10
stinus, non nocet tertio contrahenti cum muliere, quando non participauit de metu. Crauet. *consil.* 120. *Confirmando opinionem, per tot.* † Contrarium, quod imo metus illatus rescindat emptio- 11
nem, siue emptor sciuerit, siue ignorauerit, est gloss. in *l. non interest, C. quod met. caus. in ver. ab alio.* quam ibi sequuntur Bartol. Bald. Salycet. Cuman. & Castrens. † Declara; quia actio sequitur em- 12
ptorem, & est in rem scripta, sed distinguitur; quia siue sciat, siue ignoret, nihil refert, sed bene, an habeat titulum onerosum, vel lucratiuum; quia si habet lucratiuum, contra eum agitur directe; si vero habet onerosum, & ignorauit, agitur contra inferentem metum primo loco, & in subsidium contra habentem titulum onerosum, ita glos. in *l. si cum exceptione, §. in hac,*

14

in ver. lucrum. ff. quod met. cau. Ang. ibidem §. *aliquando.* Crau. *consil.*
13 120. *circa fi. ver. aduertendum tamen.* † Extende; quia valet institutio
hæredis facta per metum, quando hæres institutus ignorauit, &
* non participauit. Crau. *d. cons.* 120. *in princ.* & hanc dicit * commu-
14 nem Iaſ. in *l.* 1. C. *ſi quis aliquem teſtari, n.* 3. *in fi.* † Contrarium tenent
* gl. Bart. & alii in *rubric. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.* & idem Bart. in
* *l. fin. ff. eod. n.* 7. vbi, quod ita tenent * omnes, & reſpondet ad con-
* traria, & hanc communem * dicit Caſtr. in *l.* 1. C. *eod. tit. ver. in gloſſ.*
* 15 ſequitur Corn. *conſ.* 150. *n.* 16. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Declara tamen, vt per Bart. *in l. ſi. ff. ſi quis aliquem teſta. prohib.* quia ſi prohibens teſtari; quia ipſe inſtitutus, vel filii eius, aut ſeruus nocet ſibi, & iis, quos habet in poteſtate; & idem, ſi per metum fecit ſe, vel filios, aut ſeruum ſuum inſtituere; ſi vero erat inſtitutus ipſe, alii æqualiter ſuccedentes, qui non fuerunt participes; tunc quoad partem inferentis metum venit fiſcus, quoad alios ſuccedunt, niſi expreſſe conſtaret, quod volebat eos exhæredare; quia licet voluiſſet facere teſtamentum, non ſequitur; ergo volebat exhę-
16 redare venientes ab inteſtato, vel extraneum inſtituere. † Extende, etiam ſi paſſus metum proteſtatus fuit clandeſtine, quando potuit proteſtari publice; quia non releuat proteſtatio. Crau. *d.*
17 *conſ.* 120. *n.* 3. *ver. ſecũdo principaliter.* Imo etiã † ſi perſona paſſa metũ auſa non fuiſſet publice proteſtari, quando obligatio ſecuta contra bonos mores non eſt, non nocet metus tertio, qui non parti-
18 cipauit. Crau. *d. conſ.* 120. *n.* 6. *ver. tertio.* † Reſtringe; quia bene nocet metus tertio ignoranti in ſubſidium; quia licet ignorauerit, actio dicitur in rem ſcripta. Crauet. *dict. conſil.* 120. *circa fin. verſ. aduertendum tamen*, quod intelligas, quando habet cauſam oneroſam; ſi vero lucratiuam, agitur directe contra eum, glo. in
19 *d. l. ſi cum exceptione, §. in hac, ver. lucrum. ff. quod met. cauſ.* † Reſtringe; quia nocet tertio metus illatus contrahenti, quando non poteſt imputari metum paſſo, cur non ſit proteſtatus, puta ſi metum habuit à potente, vel tyranno. Crauet. *d. conſ.* 120. *in fin. verſ. illud igi-*
20 *tur.* † Reſtringe; quia nocet tertio, quando veriſimiliter potuit cogitare metum illatum, puta quia maritus terribilis, male ver-
21 ſans, aut prodigus notorie. Crau. *d. conſ.* 120. *in fi.* † Reſtringe; quia bene metus nocet inferenti metum, vt per Cur. Iun. *conſil.* 126. *per tot.* vbi dicit etiam quoad ſucceſſorem inferentis metum, *num.* 6.
22 † Declara; quia vbicunque metus illatus præiudicat tertio, tunc tertius habet actionem contra inferentem metum, ita Corn. *conſ.* 209. *n.* 27. *in fin. verſ. pro quo etiam facit, lib.* 2.

Metus ex quibus præſumatur, & quando. Concl. 223.

1 EST † regula, quod in dubio metus non præſumitur. Bald. *conſ.* 148. *n.* 4. *ver. ſed quæritur, lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 165. *lib.* 2. Affl. *dec.* 69. *nu.* 8. *& deciſ.* 150. *n.* 16. Ruin. *conſ.* 121. *num.* 2. *lib.* 4. Ang. *conſ.* 217. *Thema tale*
2 *eſt.* Cuman. *conſ.* 68. *In præſenti quæſt.* † Extende; quia non præſumi-
3 tur metus ex ſola læſione. Decia. *conſ.* 16. *n.* 4. *lib.* 1. † Extende; quia metus non præſumitur, niſi probetur ſaltem per legitimas præſumptiones, & coniecturas. Ang. *d. conſ.* 217. *Thema tale eſt.* Cuma.
4 *d. conſ.* 68. *In præſenti quæſt.* cum aliis, ſup. *in ver. eſt regula. nu.* 1. † Amplia etiam in minore renunciante ex iuſta cauſa, & contrahente cum officiali; quia ſi cauſa eſt vera, non præſumitur metus, niſi
5 probetur. Bald. *conſ.* 127. *A principio tituli, lib.* 3. † Amplia; quia neq; præſumitur metus ex reuerentia inter patrem & filium liberantem patrem, niſi probetur. idem Bald. *conſ.* 316. *Factum, ſuper quo po-*
6 *ſtulatur, in princ. lib.* 4. † Amplia; quia metus non præſumitur ex ſola ſuſpicione metus etiam cum proteſtatione præcedente; quia actus ſequens, prout venditionis, vel diuiſionis, præſumitur libere factus, non per metum. Decian. *d. conſ.* 16. *n.* 4. *& 5. cum ſeq. lib.*
7 1. † Amplia; quia non præſumitur metus donantis, licet donauerit in caſtro, & iuriſdictione donatarii, niſi probentur minæ præ-
8 ceſſiſſe. Alex. *conſ.* 157. *Viſo inſtrumento, num.* 16. *lib.* 2. † Amplia; quia metus in electione, vel matrimonio, aut alio actu non præſumitur, neque probatur ex rogitu principis, vel ius dicentis, niſi probetur, quod ſolitus eſt male tractare non obedientes ſuis precibus. Alex. *conſ.* 16. *Ponderatis narratis, n.* 9. *ver. nec obſtat, lib.* 3. *& conſil.*
9 124. *lib.* 1. † Amplia; quia metus non præſumitur in contractu, in quo interuenerunt conſanguinei eius, qui dicitur metum paſſus. Ang. *conſ.* 215. *Reperitur in quadam, in princ.* plene Men. *conſ.* 1. *n.* 290.
10 † Declara, niſi contra læſionẽ ſint alia remedia, vt declarat Men. *d. conſ.* 1. *n.* 292. *Iunctis ijs, quæ dicit n.* 348. *& ſequ. in* 5. *difficultate princi-*
11 *pali*, vbi ponit multa remedia. † Extende; quia nedum præſentia conſanguineorum in contractu facit ceſſare præſumptionem metus, ſed etiam facit ceſſare metum præcedentem probatum. Bart. & alii in *l. tranſactionem, la ſeconda. C. de tranſact.* vbi Iaſ. exten-
12 dit idem, ſi adfuit præſentia iudicis, & eius decretum. † Reſtringe, ſi modo præſentia conſanguineorum, & amicorum ſit ſufficiens, vt reſiſtant inferenti metum Men. *d. conſ.* 1. *nu.* 290. & ideò ſi quis contrahat cum tyranno, etiam ſi adſint conſanguinei præſentes, non tollitur metus præſumptio. Natt. *conſ.* 50. *num.* 19. *lib.* 1.
† Reſtringe, quando concurrit enormis læſio; quia vna præſum- 13
ptio aliam tollit. Ruin. *conſ.* 170. *n.* 17. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 100. *n.* 9. Vide etiam Maſc. *Concl.* 437. *Contraxiſſe per metum*, vbi ponit aliam reſtrictionẽ, vt ampliatio procedat, quando præſentia conſanguineorum fuit ad minus duorum, alias non releuat. † Amplia; quia 14
ex iudicis, & ſuperioris præſentia tollitur ſuſpicio metus. Decia. 15
conſ. 41. *n.* 119. *lib.* 2. † Extende multo magis coram principe, qui eſt iudex iudicum; quia ceſſat præſumptio metus. Decian. *d. conſil.* 41.
num. 120. *lib.* 2. † Amplia; quia vbi verba contractus loquuntur de 16
ſpontaneo conſenſu, ſtatur inſtrumento, niſi contrarium probetur. Ang. *conſ.* 215. *in princ. verſ. tertio ad hoc.* † Amplia; quia allegans 17
metum, vel quod metus fuerit cauſa proxima contractus, debet probare; quia metus, & dolus non præſumitur. Caſtill. *conſ.* 13. *nu.*
38. *cum ſeq. verſ. nec præſumitur.* † Amplia; quia iuramentum vide- 18
tur aliquid operari, vt tollatur metus. Ange. *d. conſil.* 215. *ver. quarto*
arguitur, in princ. † Et ſaltem operatur, quod vbi leuis metus ſuſſi- 19
ceret, requiritur maior, vt dicit Abb. in *c. cum dilectus, de ijs, quæ vi, metuue cauſa, n.* 10. ſequitur Curt. Iun. *in l. interpoſitas, C. de tranſact.*
n. 9. † Amplia; quia maxime non præſumitur metus in canonico, 20
quando non voluit iudicem eccleſiaſticum pro iudice, ſed habuit recurſum ad ſecularem. Anch. *conſ.* 410. *Ponderata, n.* 2. † Am- 21
plia; quia non præſumitur metus in Prælato, vel beneficiato, qui
in longinquas partes ſeceſſit. Anch. *d. conſ.* 410. *num.* 2. † Amplia, 22
quando allegans metum potuit proteſtari, & non eſt proteſtatus coram iudice, vel ſuperiore, & etiam clandeſtine; quia ceſſat præſumptio metus. Decia. *d. conſ.* 41. *n.* 122. *lib.* 2. *cum ſeq.* † Extende; quia 23
imo debuit proteſtari publice, quando fuit in loco tuto, in quo potuit proteſtari, alias non præſumitur metus, hanc veriorem dicit Decian. *conſ.* 18. *n.* 134 *lib.* 1. † Extẽde; quia imo ſi iudicialiter, & 24
palam potuit proteſtari is, qui allegat metum, non ſufficit proteſtatio clandeſtina. Decian. *d. conſ.* 41. *n.* 122. *lib.* 2. † Declara; quia ſi 25
potuit palam quis proteſtari non ſufficit clandeſtina; aut non potuit palam propter metum; & tunc ſi contraxit ſecundum bonos mores, non valet proteſtatio clandeſtina; aut ſecundum malos mores, vt quia læſus enormiſſime, & proteſtatio clandeſtina valet. Alex. *conſ.* 16. *Ponderatis, nu.* 12. Curt. Iun. *conſ.* 126. *colu.* 2. Crau. *d.*
conſ. 120. *in fin.* † Et proteſtatio releuat, ſiue fiat ante actum, ſiue 26
ſtatim poſt. Alex. *conſ.* 99. *n.* 4. *& n.* 12. *lib.* 3. † Et maxime, quando ſit 27
in continenti. Alex. *d. conſ.* 99. *n.* 12. *lib.* 3. Old. *conſ.* 254. Crau. *conſ.* 10.
n. 18. † Limita; quia metus adhibitus in matrimonio præſumitur 28
etiam adhibitus in promiſſione dotis per 3. vel per 4. horas ante matrimonium facta; quia ex vicinitate authorum præſumitur metus idem duraſſe, & fuiſſe illatus. Cald. *conſ.* 109. *An dos conſtitu-*
ta, eſt 2. *quod met. cauſa*, quod conſilium eſt Ioan. de Lign. & Gaſp. Cald. † Limita; quia vbi celebratur contractus cum eo, qui habet 29
facultatem imperandi, vel cum eo, cui ob reuerentiam non contradicitur, & contrahens eſt læſus enormiter, præſumitur cõtractus meticuloſus. Bald. *d. conſ.* 148. *n.* 4. *verſ. ſallit, lib.* 1. idem Bald. *in*
l. interpoſitas, C. de tranſact. in princ. quem ſequitur Dec. *conſ.* 35. *n.* 4.
plene Franc. Aret. *conſ.* 14. *Viſo, n.* 16. † Contrarium tenet Iaſ. in *d.* 30
interpoſitas. vbi *in princ. C. de tranſact.* quod contrarium probat ille text. & ibi Curt. Iun. *num.* 9. *& ſeq. ver. tertio nota.* qui dicit, quod do-
la læſio non probat. † Declara; quia ſi eſt vera limitatio, loquitur 31
in dolo præſumpto, qui non tantum operatur, prout dolus verus, ita Curt. Iun. *d. l. interpoſitas, num.* 10. *C. de tranſact.* † Declara; quia 32
procedit contrarium, quando ſola læſio interuenit; ſecus ſi cum læſione concurrit reuerentia; quia verbera, & minæ præſumuntur præcedere. Curt. Iun. *d. l. interpoſitas. num.* 13. *C. de tranſact.* † De- 33
clara; quia præſumitur metus ex præcepto facto à tyranno, quod quis ſolueret, maxime quando fuit primo carceratus ab ipſo tyranno, vt in Othone tyranno Parmæ exemplificat, & loquitur Anchar. *conſil.* 299. *Viſa ſupradicta, per tot.* & ita Iaſ. *in d. l. interpoſitas, num.* 4. *ver. limita.* † Limita; quia metus præſumitur in eo, † 34
qui ſe obligauit in carcere proprio creditoris, etiam ſi non probet tempore contractus fuiſſe carceratum; quia ſufficit, quod ante, & poſt contractum probet carcerationem, vt præſumatur duraſſe metum. Bald. *conſil.* 247. *Proponitur, quod, lib.* 2.
† Extende maxime, quando carcer erat priuatus, & à tyranno fa- 35
cta carceratio. Caſtill. *conſil.* 13. *nume.* 24. *verſ. quibus etiam luculenter.*
† Extende, vt procedat, etiam ſi fuit eductus extra carcerem ẽ- 36
pore venditionis, quam fecit tertio; quia ſi non eſt ſecuta liberatio, neque reſultauit vtilitas carcerato, præſumitur per metum celebratus cõtractus, maxime concurrentib⁹ coniecturis. Cum. 37
conſil. 68. *In præſenti quæſt. per tot.* † Idem, ſi carcer erat priuatus;

quia

quia non valet testamentum factum ab vxore extracta ex carcere priuato, in quo tenebatur à marito, quando fuit iterum carcerata; quia si instituit maritum hæredem, non valet testamentum.
38 Bald. *cons.* 26. *Punctus infrascripti, lib.* 3. †Extende, etiam si venditio, vel cessio esset facta per carceratum ad fauorem consanguinei tyranni; quia præsumitur per vim, & metum. Fulg. *cons.* 242. *Visa co-*
39 *pia, in fin.* †Extende, siue carcer sit publicus, siue priuatus; quia vbicunque sit contractus ad fauorem detinentis carceratum, non valet; quia per metum dicitur cõtraxisse, maxime, quando carcer publicus est, vt non exeat, nisi hæc faciat, Castill. *d. cons.* 13. *num.* 25.
40 *vers. rursum, & n.* 26. †Limita; quia metus præsumitur in præstatione seruitiorum, vel indebitorum facta à subditis versus dominos, quasi extorta sint. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter, nu.* 16.
41 allegat Bald. *in c.* 1. §. *pactiones, de pac. Const. an.* †Contrarium videtur tenere Alex. *cõs.* 124. *in princ. lib.* 4. quod imo subditi, qui ista soluerunt Domino per 10. annos, compellantur soluere, & eum sequi-
42 tur Franc. Balb. *de præscr. in* 3. *p. art. princ. q.* 10. *num.* 6. †Extende; quia procedit limitatio, & si fuit expressum, & cum iuramento, quod sponte, &c. quia si constat de metu vero, clausula illa non tollit
43 metum; quia eadem facilitate. Franc. Aret. *d. cõs.* 14. *Viso, n.* 16. †Extende; quia neq; purgatur talis metus adhibitus per solutionem subsecutam, quando aderat iuramentum; quia præsumitur soluisse, non vt purget metum, sed vt seruet iuramentum; item sine iuramento, quando periculum, & causa metus durat. Franc. Aret. *d.*
44 *cons.* 14. *n.* 16. *& seq.* vbi late. Vide, *Angaria, & angarij homin. &c. Con-*
clus. 330. † Limita; quia metus præsumitur, vbi minæ, & verbera præcesserunt. Bald. *consil.* 26. *vers. præterea metus præsumitur, lib.* 3. vbi
45 ante *vers. in contrarium*, dicit, quod sufficit impressio metus, licet metus non sit secutus. †Limita: quia confessio facta ab eo, qui est in potestate inimici potentis, præsumitur per metum, & impressionem; quia nemo in potestate hostium præsumitur spontaneus.
Bald. *cons.* 360. *Quæ quæstio ista, n.* 5. *vers. illud est certum, lib.* 3. vbi, quod
46 per coniecturas, per effectum secutum, per cathenas, & similia probatur. †Limita; quia metus præsumitur in eo, qui est carceratus iniuste, vel est captus, vt carceretur contra ius; quia non valet obligatio sua, neque fideiussio pro se liberando; quia præsumitur
47 per metum. Signorol. *cons.* 174. *per tot.* Castill. *cons.* 12. *n.* 24. *vers. præterea, cum seq.* †Extende in capto à latronibus; quia licet remaneat Ciuis Romanus, & possit testari, & contrahere, non tamen in fa-
48 uorem capientium. Castill. *d. cons.* 13. *n.* 25. †Extende; quia carceratus, vel tortus iniuste habet iustum metum non standi amplius in manibus talia iniuste inferentis, etiã si sit iudex, vel magistratus; ideo si aufugiat ex carcere, non habetur pro confesso etiam stante statuto, quod aufugiens habeatur pro confesso; quia intelligitur, nisi habeat iustam causam. Alex. plene *cons.* 144. *Post redd-*
49 *itum, per tot.* maxime *n.* 3. *& 4. lib.* 2. † Limita; quia præsumitur pro metu ex mala qualitate personæ, quæ dicitur metum intulisse.
50 Angel. *cons.* 215. *circa princ. vers. è contra.* †Limita, quando falsa repetitur causa inducens, veluti si fiat transactio cum potente de re, & hæreditate tanquam litigiosa, & tamen nulla lis, & nulla actio illi competebat. Ang. *d. cons.* 215. *col.* 2. *versic. quarto idem.*

Metus quando, & qualiter probetur. Concl. 224.

1 DRobari †debet metus ab eo, qui allegat metum. Felin. in *cap.*
2 *causam matrimonij, col.* 2. *de offic. deleg.* † Ratio est; quia in omni loco, vbi viget iustitia, non est præsumptio metus illati, aut violentiæ. Innoc. in *c.* 2. *circa fin. de alien. iudic.* per text. in *l. non est veri-*
3 *simile, in princ. ff. quod met. caus.* vbi Bart. & idem dicit Felin. *in d. c. cau-*
sam matrimonij, col. 2. *de offic. deleg.* † Item; quia est quid facti, & factum non præsumitur, nisi probetur. Vide, *Concl.* 10. *Factum non præ-*
4 *sumitur, nisi probetur.* †Probatur tamen metus, quod quis carceratus vendens extra carcerem tertio, censeatur vendidisse ob metum, & probatur ex coniecturis, videlicet per testes integros, per famam, & alia indicia. Cuma. *cons.* 68. *In præsenti quæst. per tot.* vbi quod est arbitrariũ iudici. Bald. *cons.* 148. cum aliis, supra *Concl.*
5 *præced. ver. est regula, n.* 1. † Et quod probetur metus ex plurib. quæ iunguntur, licet de se non concludant singulariter. Barb. *cons.* 45.
6 *Scribitur, col.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia ex causis, & indiciis præcedentibus, & subsequentibus actum meticulosum probatur metus. Bald. *cons.* 26. *Punctus infrascripti, lib.* 3. *per tot.* vbi, quod ex præcedenti, & subsequenti metu probatur metus etiam medio tempore
7 illatus. † Et quod metus probetur per indicia, & coniecturas propter difficultatem probandi. Alex. *cons.* 98. *Quoniam, nu.* 6. *ver.*
non ad probandum, lib. 3. vbi apost. in *ver. coniecturas*, dat concordan.
8 †Amplia; quia metus probatur ex causa subsistente, licet non sit impressio secuta, & ad effectum deducta. Alex. *cons.* 144. *Post red-*
ditum, n. 4. *ver. ad idem, lib.* 2. *& cons.* 99. *nu.* 7. *ver. vnd d.* 10. *lib.* 3. quod est Alexan. de Næuo, & Doctorum Paduæ. †Amplia; quia metus 9
probatur per locum à verisimilibus, & per effectum, vt si quis est in manibus inimici, & potentis; quia nemo præsumitur facere spontanee aliquid in manibus hostium. Bald. *cons.* 360. *Quæstio ista,*
num. 5. *ver. illud enim, lib.* 3. †Amplia; quia metus per iudicem incus- 10
sus probatur ex coniecturis, non ex sola assertione. Anchar. *cons.*
382. *Retento ordine, in fin.* †Formaliter, & vere probatur metus per 11
vnum testem de visu, & plures deponentes de fama. Bald. *consil.*
162. *Visis actis, lib.* 4. † Amplia; quia iussus Principis in subditum 12
sub pœna indignationis, quod cancellet fideiussionem, operatur, quod facta liberatione per iussum ad fauorem sui debitoris ex deposito probatur metus illatus ad liberationem faciendam.
Fulg. *cons.* 191. *Titius iussus, per tot.* † Amplia; quia probatio iusto 13
metu non admittitur probatio directa spontaneæ voluntatis; quia probato extrinseco metu per violentiam adhibitam, licet passus metum læto animo videatur facere; tamen metus præsumitur; ideo probatio contraria non admittitur. Alexand. *cons.* 99.
In casu prædicto, n. 8. *ver. & Bal. lib.* 3. vbi, quod bene indirecta probatio non metus probatur, vt quia is, qui dicitur passus metum, esset robustior, & potentior. † Extẽde; quia si quis ad redimen- 14
dum parentes à periculo extra patriam renũciauit suo iuri sponte, probato metu illato parentibus non admittitur probatio spontaneæ cessionis. Alex. *d. cons.* 99. *n.* 9. *lib.* 3. †Extende; quia pro- 15
bato raptu puellæ, quę aufugit post matrimonium meticulosum, non admitteretur probatio contraria, quod sponte, & læta contraxit. Alex. *d. cons.* 99. *n.* 10. *ver. item dicit Abb. lib.* 3. † Extende; quia 16
stante etiam præsumptione metus illati non admittenda est probatio per testes sine causæ cognitione; quia præsumuntur falsum deponere, nisi sint tales personæ, quod integritas eorum suppleret. Alexan. *d. cons.* 99. *in fin. lib.* 3. sequitur Dec. *cons.* 174. *nu.* 5. plene
Crau. *cons.* 129. *in fi. & cons.* 134. *n.* 10. Anch. *cons.* 194. *in princip.* Abb.
cons. 11. *in* 2. *dub. lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 52. *n.* 7. Ceph. *cons.* 325. *n.* 18. †Li- 17
mita; quia quando præsumptio est contra allegantem dolum, & metum, non sufficit probatio per coniecturas, sed debet clariores probationes afferre. Rol. à Vall. *cons.* 83. *num.* 37. *& seq. lib.* 2. imo requiruntur tres testes idonei, vel duo omni exceptione maiores. Boss. *tit. de plurib. violent. n.* 87. *& seq.* Rim. Iun. *cons.* 538. *n.* 49. *lib.*
5. † Limita; quia metus non probatur ex protestatione gerentis 18
actum, in qua protestatur de metu; quia actus pendens à consensu duorum non potest probari per metum ex assertione, vel protestatione vnius. Anch. *cons.* 382. *Retento ordine, in fin. num.* 16. *& seq.*
vers. vltimo discutiendum. Alex. *cons.* 16. *nu.* 11. *lib.* 2. incipit, *Ponderatis.*
†Extende, quia metus non probatur ex sola suspicione; quia con- 19
trahens sit minor, & læsus, etiam si sit protestatus. Dec. *cons.* 16. *n.* 4.
& seq. lib. 1. †Extende; quia licet rogationes superiorum dicantur 20
præcepta; tamen non probant metum, etiam si adsit protestatio de metu; quia requiritur, quod minatus fuerit, & quod sit solitus exequi minas, alias non probatur metus, maxime in præiudicium ignorantis protestationem, & metum, late Alexand. *d. cons.* 16. *n.* 9.
& seq. vers. nec obstat, lib. 3. †Extende; quia neque probaretur, etiam 21
si Dominus affirmaret se minatum fuisse vasallo; quia vnus testis non probat. Alexand. *d. cons.* 16. *in fi. lib.* 3. † Restringe; quia licet 22
protestatio non probet metum; tamen valde prodest facta ante actum; quia remouet consensum ab actu sequenti, & potest, vbi est metus, fieri protestatio in absentia partis coram testibus Natt.
cons. 450. *n.* 21. *&* 22.

Meum quomodo, & qualiter esse dicatur. Concl. 225.

MEVM †esse dicitur, cuius dominium habeo, prout si res mihi legetur, mea esse dicitur post mortem legantis; quia 1
transit dominium in legatarium. Rom. *cons.* 201. *Pro decisione, n.* 2. *vers. ceterum, & secundo.* Bart. *cons.* 50. *Gilius Petri, lib.* 1. & item
cons. 87. *Matthiolus, lib.* 2. † Extende, vt idem sit de aliis pro- 2
nominibus, *tuum, suum*; quia importat dominium. Rom. *consil.*
485. *In casu, num.* 3. *vers. item sequeretur.* † Extende; quia meum esse 3
dicitur, quod mihi debetur, si sumus in materia larga; si vero sumus in materia stricta, & odiosa, proprie dicitur debitum id, quod meum non est. Rom. *d. consil.* 201. *num.* 3. vbi apost. in *ver. dicitur*, quæ dat concord. & dicit communem; * & ideo si illud, *
quod meum fuit, mihi debeatur, proprie dicitur restitutio, non debitum; id vero, quod nunquam fuit meum, potest proprie dici mihi debitum. Rom. *cons.* 195. *In casu præmisso, nu.* 2. † Extende, vt 4
procedat etiam respectu dignitatis Ecclesiasticæ dicta distinctio, vt meum esse dicatur largo modo mihi debitum quoad

dignita-

dignitatem, cui debetur aliquid, vt largo modo sit dignitatis, ita
5 Roma. *cons.259. In casu proposito, n.2.* † Declara; quia si pronomen, *meum*, applicatur substantiæ vniuersali, prout omniũ bonorum meorum, importat etiam iura & actiones; si vero substantiæ restrictæ, prout omnium bonorum meorum mobilium, & immobilium, non comprehendit iura, & actiones. Bart. *d. consil. 50. lib. 1.*
6 quod duplicatur *cons. 87. lib. 2.* † Declara; quia verba in vniuersali dispositione facta de bonis, & rebus suis important etiam bona, quæ non sunt in dominio disponentis; imo important etiam actionem ad bona, & solam detentationem, seu possessionem; secus si dispositio esset particularis. Alex. *cons. 59. Visis verbis, n. 3. in fin.*
7 *cum seq. ver. nec ad hoc obstat, lib. 6.* † Amplia; quia plus importat dicere rem esse meam; quia intelligitur ratione dominii, quam dicere rem ad me pertinere; quia potest verificari, quod pertineat
8 ratione possessionis. Soc. *cons. 8. n. 4. lib. 1.* † Et sicuti *meum, tuum, & suum*, denotat dominium; ita & genitiuus casus, videl. in territorio Collis; quia denotat dominium. Abb. *cons. 83. Videtur primo, in*
9 *princ. lib. 2.* † Declara; quia verba, *meum, tuum, & suum*, important dominium proprium, non autem commune, quando sumus in materia statuti, vel materia odiosa, & stricta; quia licet commune dicatur meum, illud non est proprie, sed per fictionem, nisi essemus in materia vltimæ voluntatis, in qua fit larga interpretatio. Abb. *cons. 83. Videtur primo, lib. 2. per tot.* vbi, quod si statutum disponat, quod conducentes per territorium Collis soluant gabellam, non habet locum in eo, qui conduxit per viam communem inter territorium Collis, & S. Geminiani, quæ est communis territorii per prædicta; & quia in loco communi non potest imponi gabella. Ang. Aret. *cons. 65. n. 22. ver. secundo dato.* Vide, *Commune inter*
10 *plures, &c. Concl. 534.* † Et ideo si statutum disponat, quod Dominus possit accusare damnum dantes, non potest habens rem cõmunem solus accusare; quia non Dominus vere, sed per fictio-
11 nem. Bart. *cons. 90. Frater non potest, lib. 2. in princ.* † Extende; quia accusans de furto, quod abstulit granum accusatoris, non potest obtinere, si probat granum esse commune inter eum, qui abstulit, & accusatorem; quia commune non est meum in materia odiosa, Ang. Aret. *cons. 65. Clarum quod, in fin. nu. 20. & seq. ver. sed dici-*
12 *tur in dicta.* † Amplia; quia meum esse dicitur, licet à me euinci
13 possit. *l. sciendum. §. qui fundum, in fi. ff. qui satisd. cog.* † Extende; quia etiam si pendeat lis super re, quæ à me prætenditur, possum licite dicere rem esse meam; quia mo etiam pars aduersa, quæ illã prætendit, potest appellare suam. Rom. *cons. 69. Circa primum, n. 33. &*
14 *seq. ver. quo ad septimum.* † Amplia; quia verba in testamento prolata, *in fundis vestris*, important, nedum de fundis, in quibus habent dominium, vel quasi, sed etiã in quibus habent iurisdictionem, subiectionem, vel gubernium, aut custodiam gubernii. Alex. *dict.*
15 *cons. 59. n. 4. in fi. cum seq. ver. bene facit, lib. 6.* † Amplia; quia si quis in libello narrat, quod tenuit, & possedit pro suis, & tanquam sua talia bona iusto titulo, licet petat in conclusione restitui ad possessionem bonorum, censetur intentasse petitorium, & possessorium simul. Hiero. Tortus *inter consilia Alex. cons. 192. In causa, & li-*
16 *te, n. 6. in fi. & n. 7. ver. non obstant modo, lib. 2.* † Contrarium cõsuluit Alex. quod imo solum possessorium sit intentatũ; quia talia verba, *pro suis, & tanquam sua*, non important necessario titulum habilem ad acquisitionem dominii, per Bart. in *l. 1. in fin. ff. pro suo.* & quia non attenditur narratiua libelli, sed conclusio, vt probat
17 Tort. *d. cõs. 192. n. 7. & 8. lib. 2.* vbi refert verba Alex. † Declarat ipse Hier. Tortus *d. cons. 192. n. 7. & 8. lib. 2.* quod est verum, quod dicta verba, *pro suis, & tanquam sua*, non important titulum habilem ad acquisitionem dominii, sed probato titulo bene important petitorium intentatum, & non obstat, quod conclusio libelli sit ad restitutionem possessionis; quia si adsunt illa veba, *petit declarari omnia prædicta vera fuisse, & esse, & restitui possessionem*, censentur o-
18 mnia narrata repetita in conclusione. † Amplia; quia possidentes plures, siue hæredes, siue domini eandem rem pro indiuiso dicuntur habere partem in qualibet parte, & cespite, seu gleba; tamen omnes non possunt dici Domini in solidum, neque possunt conueniri in solidũ, sed quilibet pro sua parte, & rata, quam habet iuris intellectu, licet oculo corporali non videatur, plene Alex. *cons. 98. Super eo, de quo. nu. 3. ver. nec etiam obstat, quod possideat,*
19 *lib. 7.* † Limita; quia illa dictio, *meum, tuũ, & suum*, restringit dispositionem ad præsentia tempore dispositionis; ideo testator legans mihi vestes suas, intelligitur legare illas, quas habet tempore legati. Alex. *cons. 59. Visis verbis, n. 7. ver. vbi dicit, lib. 6.* & plenius *consil.*
20 *171. eod. lib. in princ.* vbi apostil. dat concord. in *ver. testamenti.* † Extẽde; quia procedit, etiam si dixit, *omnes vestes meas*, vel, *omnes res meas*; quia dictio vniuersalis restringit ad præsentes tẽpore testamenti, & non extenditur ad futuras, quando disponens non potuit prævidere. Alex. *d. cons. 171. In causa & lite, in princ. & n. 2. lib. 6.* † Extende in tantum, vt probatio incumbat legatario petenti, & asserenti. Alex. *d. cons. 59. nu. 7. lib. 6.* † Limita; quia si quis confiteatur possidere bona, tanquam de bonis Titii, nõ importat dominium Titii, sed possessionem. Bart. *cons. 96. Duo partes, n. 3. lib. 1.* Vide. No-
mina possessiua, *meum, &c.* Concluſ. 59. Vide, *Suus, sua, suum*, quid importet. *Concl. 923.* † Limita; quia illud, quod est communitatis meæ, non dicitur meum; quia bona vniuersitatis non sunt singulorum. Alex. *cons. 137. Viso processu, n. 5. ver. plus dico. lib. 7.*

Meum semel effectum quando possit iterum meum effici. Concl. 226.

RES † mea effecta, puta ex donato, & traditione, non potest effici mea ex testamento, vel alio titulo; quia legatum mihi factum de re mea est nullum; & quia res mea ex vna causa non potest effici mea ex alia causa, nisi desinat esse mea. Abb. *cons. 3. Vtar in præsenti, in princ. lib. 2.* in ordine 112. † Limita; quia licet quis agendo non possit vti pluribus titulis, excipiendo tamen potest, & se defendendo. Abb. *cons. 3. col. 2. in princ. ver. fateor, lib. 2.* † Extende; quia habens vnam collationem si dubitat de validitate, potest aliam obtinere, & ambabus vti ad se tuendum. Abb. *d. cons. 3. nu. 1. lib. 2.* † Limita, quando res mea non esset perfecte mea, veluti si ex donato non secuta traditione; quia non sum adhuc Dominus, potest mihi ex testamẽto legari, vel ex institutione; quia dominium transit ex vltima voluntate. Abb. *cons. 3. n. 1. lib. 2.* Vide, *Titulus possessionis multiplicari, &c. Concl. 321.*

Militia quid sit, & de multiplici militia. Concl. 227.

EST † dicta militia à malo, eo, quod milites arceant à malo, vel à malitia, hoc est, duritia, vel à mille, eo, quod ex mille vnus eligitur strenuus, ita Amed. de Castello *de syndicatu n. 37.* † Amplia; quia malitia potest appellari priuilegium, quod vnus solus possit vendere ferrum, vel quid simile. Bald. *cons. 337. Et præmitto, in princ. lib. 3.* & clarius *cons. 433. Casus talis est, n. 3. vers. item scias, lib. 5.* † Militiarum quædam sunt venales, & promercales, & quæ alienari possunt qualibet conditione, vel modo. Bald. *cons. 337. Et præmitto, quod istud, lib. 3. in princ. & cons. 433. n. 3. lib. 5.* † Alia est militia cœlestis, prout sunt religiosi, professi, beneficiati, presbyteri, & alii militantes in Ecclesia Dei. gl. in *l. milites. ff. de reiud.* & isti æquiparantur militibus armatæ militiæ, vt ibi Iaſ. & alii. † Declaramen; quia licet valeat argumentum de milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ, istud procedit in milite cœlestis militiæ, qui est in actu miles, non autem in eo, qui futurus est miles; quia discipuli, qui sperant se futuros magistros, non habent priuilegia magistrorum. Roma. *cons. 237. Oppositionem, nu. 4. ver. nec refragatur.* vbi apostil. in *ver. sperator*, dat concor. † Contrarium dicit Clar. *in §. testamentum, q. 28. num. 2. ver. quinimo*, vbi dicit* communem; quia quod permittitur militibus armatæ militiæ, multo magis permittendum est ei, qui de proximo accingendus est cœlesti militiæ, & quod propter auctoritatem Bart. in practica obtineretur, licet sit disputabile. † Alia est militia equitum de la Scala, qui seruiunt Hospitali, & dedicant se, & sua bona; sed tamen possunt esse vxorati, & vagantur vbique sine tonsura, & isti non sunt monachi, neque religiosi, neque clerici, sed sunt personæ seculares Deo deuotæ, & possunt dici personæ ecclesiasticæ, prout dicimus de conuersis, qui non sunt professi, neque continentiæ votum habent. Abb. *cons. 104. Pro euidentia, per tot.* maxime *n. 4. lib. 1.* † Et idem de Templariis, qui possunt arma portare, & exercere, & vbique vagantur; quia non sunt religiosi, neque clerici, sed Deo deuoti, & ecclesiasticæ personæ. Abb. *d. cons. 104. nu. 4. lib. 1.* vbi idem dicit de fratribus & sororibus Tertii Ordinis. † Extẽde; quia tales militiæ etiam approbatæ per Papam; quia olim illorum collegia essent illicita, non dicuntur, neque regulares, neque clerici, cum possint vagari, & non voueant continentiam, & arma portent, & exerceant; ideo possunt contrahere, obligari, sunt Deo deuoti, & liberæ personæ, eriam si aliter profiterentur inter se; quia non valeret talis professio, neque valerent statuta eorum sine particulari permissione Papæ; quia istud esset tollere iura Principis. Abb. *d. cons. 104. nu. 4. & per tot. lib. 1.* vbi, quod valent eorum contractus, & obligantur, & si habent filios, debent habere legitimam etiam ex bonis oblatis. † Declaramen; quia si Hospitale, cui subiiciuntur, est sine cura animarum, non possunt esse regulares; si vero Hospitale haberet curam animarum, possent esse regulares. Abb. *d. cons. 104. colum. 2. in fi. & col. 3. in princ. ver. & quod rector, lib. 1.* † Ius militare consistit in solemnitate inferendi belli, fœderis faciendi, & in aliis, de quibus in *cap. ius militare, 1. distinct.*

Militum

Militum priuilegia ob eorum simplicitatem collata. Concluſ. 228.

1 MILITES † ſpeciali priuilegio non poſſunt donare cõcubinę, ne ſpolientur ab inhoneſtis, & focariis mulieribus, *l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.* & rationem ponit Bald. *conſ. 262. in princ. lib.* 2 1 quod repetit *lib. 5. conſil. 446. n. 5. ver. præterea illa lex, lib. 5.* † Armorum homines ſimplicitatem amplectuntur; ideo eorum facta nõ ſunt ſecundum apices iuris regulanda, ſed ſecundum ſimplicitatem, & eorum conſuetudinem. Bald. *conſ. 356. Quæritur in cauſa, cui* 3 *caſi. verſatem iſta obligatio, lib. 2.* † Priuilegia militum ſunt 22. de quibus Bart. *in l. neq; enim. ff. de teſtam. mil.* videlicet nouem concernẽtia ſolemnitatem teſtandi, tria concernentia perſonam militis teſtantis, tria in fauorem militis inſtituti, vel legatarii, & ſeptem concernentia ſubſtantiam teſtamenti. Amed. de Caſtello. *in tract. de ſyndicat. n. 37.* Vide relatiue Iul. Clar. *in §. teſtamentum, qu. 15. in pr.* vbi ſe remittit ad tractatum D. Petri Belli Conſiliarii Sereniſſimi 4 Ducis Sabaudiæ in ſuo *tract. de re militari. fol. 71. cum ſeq.* † Stipendium militare debetur militibus ſeruientibus, nec poteſt impediri per creditores Capitanei, ſub cuius ſtipendio militãt. Anch. *conſ. 578. Factum ſuper quo.* vbi, quod ſeruientes præferuntur creditoribus Capitanei. & eſt ſubſcriptum ab Anchar. & Benedicto 5 Plumbino. † Excuſantur milites, ſicut ruſticus, ſi aliquid cõmittunt contra ius poſitiuum, & quando ſecus, Vide Socin. *reg. 17. Ruſticus, vel miles,* vbi ponit quatuor fallẽtias: prima eſt, ſi eſt ſagax: ſecunda, quando allegat cõtraria: tertia, quia in confectione inuentarii non excuſatur: quarta, quando contra ius committit, 6 contra diſpoſitionem iuris naturæ. † Falcidia non detrahebatur antiquitus ex relictis factis à milite, ſed hodie bene detrahitur, ſicut etiam Tebellianica. Franc. Atet. *conſil. 12. per tot.* Vide, *Teſtamentum militis quam, &c. Concl. 119.*

Milites excuſantur in multis. Concl. 229.

1 MILITES † armatæ militiæ ob ſimplicitatem excuſantur in delictis, ſi crediderunt ſibi aliquid licuiſſe. Alex. *conſ. 103. Videtur. col. 4. verſ. quæro videtur excuſandum, lib. 1.* vbi, quod excuſa- 2 tur à pœna *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* † Declara; quia excuſatur, ſi intrauit partem ſuam; ſecus ſi partem alienam; quia delinquit circa ius naturale apprehendendo alienum. Alex. *d. conſ. 103. nu. 9. ver. non obſtat quartum, lib. 1. & n. 10.* vbi, quod ſiue occupet totam alie- 3 nam, ſiue partem alienam punitur. † Declara; quia milites excuſantur, qñ peritiores conſuluerũt, & ipſi crediderunt aliquid licitum, alias ſecus. Alex. *d. conſ. 103. n. 11. ver. tertio modo. lib. 1.* † Limita; quia milites noſtri temporis non gaudent priuilegiis militum antiquorum. Alex. *d. conſ. 103. n. 11. ver. poteſt etiam dici. lib. 1.*

Milites in quibus ſint priuilegiati. Concl. 230.

1 CVNT † milites priuilegiati; quia rigor, & ſcrupuloſitas iuris eos non ligat; & ideo error iuris excuſat. Bald. *conſ. 263. Verba in-* 2 *ſtrumenti procura, nnm. 5. lib. 1.* † Extende; quia militibus contra ius poſitiuum aliquid committentibus, & errantibus parcitur. Soc. 3 *regul. 17. Ruſticus, vel miles,* vbi ponit quatuor fallentias. † Amplia; quia dubia voluntas pro milite interpretatur. Bald. *d. conſ. 263. n. 5. lib. 2.* Caſtr. *conſ. 414. Viſo, & examinato, verſ. nec obſtat prædictis, lib. 2. per ſimiles, qui deſtinauerat. ff. de teſtament. milit.* Vide duas præced. Concluſ.

Milites perdunt priuilegia multis caſibus. Concluſ. 231.

1 MILITES † condẽnati de fide rupta non habent priuilegium militum; quia perdunt illud. Bald. *conſ. 150. Proponitur, quod quidam poſt med. verſ. item militi, lib. 1.*

Milites noſtri temporis an gaudeant priuilegiis militum. Concl. 232.

1 NOSTRI † temporis milites non gaudent priuilegio militũ antiquorum; quia non iurant non euitaturos mortem pro Republica, prout faciebant milites. Bald. *conſ. 248. Quæritur, vtrũ donatio, n. 4. ver. certa. lib. 1.* vbi loquitur in donatione facta concubinæ, vt valeat per militem noſtri temporis, licet antiqui milites concubinæ donare non potuerint, & rationes plures differentię allegat *conſ. 262. Recolo me conſuluiſſe, in princ. lib. 1.* Prima ratio eſt ratione matriculæ, quæ fiebat de militibus Romanis: ſecũda, quia milites iurabant non euitare mortem; tertia, quia inſigniti erãt ſtigmate, quæ hodie omnia ceſſant, & idem relatiue tenet Bald. *conſ. 267. Ad euidentiã præmitto, n. 7. ver. ex iis ſatis, lib. 1. & conſ. 445. Aſſeritur, quod & conſ. 446. lib. 5.* & idem relatiue tenet *conſ. 447. n. 2. lib. 5.* Alex. *conſ. 103. nu. 11. verſ. poteſt etiam dici lib. 1.* † Contrarium dicit 2 Caſtr. *conſ. 414. Viſo, & examinato. col. 2. n. 2. & ſeq. ver. nec etiam obſtat, quod milites, lib. 2.* vbi apoſtill. & dicit, quod illi, qui reuerа militãt in caſtris pro Republica, vel Principe, gaudent eiſdem priuilegiis Romanorum militum; quia non ſubeſt ratio differentiæ; ſed milites, qui non vacant circa caſtra, ſed per plateas, bene ſunt excluſi à priuilegiis. † Imo plus dicit Caſt. *d. conſ. 414. col. 2. lib. 2.* quod 3 competit priuilegium militum etiam militib. noſtris, etiam ſi ſint ad domum reuerſi curandi cauſa ſe à vulnerib. in caſtris ſibi illatis, quando habebant animum reuertendi ad caſtra; quia durat cauſa, & conſeruatur priuilegium. † Regula tamen eſt, quod mi- 4 lites gaudent priuilegio militari, quando ſunt in caſtris, & in expeditione; ſecus ſi eſſent domi, & extra militiam, licet eſſent veri milites; quia tunc non gaudent priuilegiis militarib. ita Franc. Aretin. *conſ. 12. In cauſa Nicolai, in princ.* vbi apoſtill. *in ver. ex priuilegijs.*

Milites delinquentes qualiter puniendi, & à quibus. Concl. 233.

MILITES † deſertores, qui relicto Duce confugiunt ad caſtra inimica, puniuntur pœna furcarum, vel damnantur ꝑ- 1 petuo ad beſtias. Anch. *conſ. 158. Ex narratis, n. 24.* † Extende, vt idẽ 2 ſit in clericis conſpirantibus contra ſuum Prælatum, & perſecutoribus adhærentibus Anch. *d. conſ. 158. n. 24.* † Amplia; quia con- 3 tumacia militis aduerſus ducem eius eſt punienda pœna capitis. Anch. *d. conſ. 158. n. 24.* † Punitio militum non ſpectat de iure ad 4 Capitaneum, niſi in iis, quæ ratione militiæ; tamen de conſuetudine recurritur ad Duces belli, vt puniant, licet quandoque etiã per iudices locorum. Vide Iul. Clar. *in §. fi. q. 35. n. 24. ver. quæro modo,* vbi dat exempla pro vtraque parte.

Milites in quibus non ſint priuilegiati. Concl. 234.

MILITES † in actionibus voluntariis nullum habent priuile- 1 gium; quia non magis fauetur illis, quam alteri non militi. Bald. *conſ. 263. Verba inſtrumenti procura, n. 5. ver. ſed contra. lib. 1.* † In i- 2 is, quę ſunt contra ius naturale, vel gentium, non priuilegiantur. Bart. *in l. neque enim. ff. de teſtam. milit. in pr.*

Milites gaudentes quales ſint. Concl. 235.

MILITES † S. Mariæ, qui appellantur milites gaudentes, pro- 1 fitentur obedientiam, ſed nõ carentiam proprii, neq; caſtitatem, Cald. *conſ. 415. alias 30. de regul.* vbi æquat iſtos ad Fratres tertii ordinis. † Milites Fratres Glorioſæ Virginis Mariæ de Ca- 2 ſtro Britonum Bononien. diœceſis ſunt exempti ab ordinario: & ideo non debent ab eo viſitari. Cald. *conſ. 456. alias 14. de cenſib.* † Et 3 de iſtis militibus, quod ſint eccleſiaſticæ perſonæ, & gaudeãt priuilegio, & immunitate eccleſiaſticarum perſonarum, etiã ſi ſint vxorati, plene Dyn. *conſ. 52. Quæſtio talis eſt, ſuper eo. per tot.* vbi, quod ſunt approbati ab Vrbano Papa, & quod prohibentur portare arma. † Contrarium tenet Abb. *conſ. 104.* vbi, quod imo non ſunt 4 religioſi, neque clerici, ſed ſeculares perſonæ Deo dicatæ, & deuotæ, & ex quo poſſunt habere vxores, & deferre arma, & illa exercere, vagantur vbique, & non deferunt coronam, non poſſunt eſſe clerici, neque regulares; quia iſta contraria ſunt, vbi loquitur de militibus de la Scala, & de Templariis, & de beghinis Tertii Ordinis ſancti Franciſci.

Minæ, & verba iniurioſa, quando punibiles, vel non. Concl. 236.

DICENS † verba iniurioſa, & comminatoria alicui ſi faciat ad 1 defenſam, & vt arceat à facto prohibito, & licito prohiberi, non debet puniri; quia in dubio ad petulantiam, & prohibendã turbationem præſumuntur facta, quando contra turbantem talia proferuntur. Bald. *conſ. 143. Super quæſtione vertente. lib. 2. per tot.* vbi, quod non conſideratur qualitas verborum, ſed animus. † Et 2 multiplices ſunt minæ; aliquæ ſunt iuſtæ, aliquæ temerariæ, ſine dolo, vel cum paruo dolo, aliquando ſunt cum dolo habente in ſe atrocitatẽ delicti. Bald. *d. conſ. 143. n. 4. ver. tertio præmitto, lib. 2.* † Li- 3 mita; quia

mita; quia si quis minatus fuit de interficiendo Titio, & Titius apparet interfectus modico tempore post, præsumitur ab eo, qui minatus est. Alex. *cons.* 180. *In causa Angelorum, n. 5. ver. nec obstat, lib. 2.*

Mineriæ metallorum, vel lapidũ cuius sint. Concl. 237.

1 VENA † metalli, seu lapidum inuenta in agro meo, & ibi latẽs, mea est. Ioan. de Imol. *cons.* 87. *In casu præmisso, in princip. & cons.*
2 124. *per tot.* † Contrarium, quod vena marmorea inuenta in agro alieno sit inuentoris, dando vnam decimam fisco, & vnam decimam domino, *l. cuncti, & l. quosdam, C. de metall. & metall. lib.* 11. imo
* gl. dicit *in d. l. quosdam*, quæ communiter * tenetur, quod si non imminet periculum ædificii, compellitur dominus pati inuentorem effodere, concord. Castr. *cons.* 3. *n.* 4. *col. fi. vers. sed in contrarium, & cons.* 4. *in pr. ver. secundo debent, lib.* 2. *& cons.* 23. *lib.* 2. *& cons.* 330. *Li-*
3 *bellus istorum, in pr. lib.* 2. † Declara; quia contrarium procedit in venis marmoreis, non in aliis. Ioan. de Imol. *d. cons.* 87. *in pr. ver. sed certe, & cons.* 124. *n.* 3. *ver. nec obstat*, & ita etiam declarat Castr. *d. cons.* 3. *col. fi. ver. nec obstat, & cons.* 4. *ver. secundo debet, lib.* 2. vbi, quod in venis, lapidicinis pretiosis, & in quibus versatur vtilitas publica, & quando fundus domini non deuastatur, procedit, & idem repetit Castr. *cons.* 23. *lib.* 2. vbi condolẽt de iudice, qui pronunciauit contra suum principalem, & plenius *cons.* 330. *in pr. & per totum. lib.*
4 2. † Declara; quia prædicta contraria procedunt, quando dominus non vellet ipse effodere, sed si ipse vellet idem facere, præfertur; quia cessat publica vtilitas, per quam compellitur, si ipse nollet effodere. Ioan. de Imol. *d. cons.* 87. *ver. præterea. & per tot.* Affl. *decis.*
5 221. *n.* 14. & Io. de Im. *d. cons.* 124. *n.* 3. *ver. vel secundo.* † Contrariũ tenet Castr. *d. cons.* 3. *col.* 1. *in fi. ver. nec obstat*, vbi, quod est locus præoccupationi; ideo dominus non præfertur, & multo magis, quãdo fodiens sciente, & patiente domino possedit per tantum tempus,
6 q̃ præscripsit 30. annis, & *cons.* 23. *lib.* 2. vbi de eadem causa. † Amplia; vt is, qui mineriam effodit in agro alieno, cum dominus agri retineat ciuilem, si à domino expellatur, nõ potest agere spolio, neq; in petitorio põt obtinere contra dominum; quia potuit recuperare naturalem, nec est locus pœnæ *l. si quis in tantam. C. vn-*
de vi, q̃n violentia non interuenit. Io. de Im. *d. cons.* 124. *In causa, quæ*
7 *vertitur, per tot.* † Amplia primam conclusionẽ, vt procedat, etiam si inuentor primo inuenisset in suo fundo, & effodisset, sed mineriã subtus terram vellet effodere sub terreno vicini; quia potest à domino agri prohiberi, si ipse vult facere. Io. de Imol. *d. cons.* 87. *per*
8 *tot.* vbi est casus. † Contrarium dicit Cast. *cons.* 4. *col.* 2. *post medium, ver. item non habet obstare, lib.* 2. vbi, quod non probant testes, quod sint diuersæ mineriæ subtus prædia, licet prædia superiora sint plura, & diuersa; quia imo mineria est vna tantum, licet prædia plura, prout idẽ de canna, quæ continetur ex palmo, & brachio; tamen est vna, & in lapide in confinio plurium; quia licet sit plurium ab ea parte, qua confinat; tamen vnicus lapis, & euulsus est communis pro indiuiso; & ideo cum ab vna parte præscripserit in tota vena, quæ vnica est, præscripsisse dicitur; quia qui tangit aurem, totum corpus tangit, & qui capit possessionem in angulo fundi, in toto fundo cepisse dicitur, & repetit *cons.* 140. *col.* 1. *post*
9 *med. ver. cuniculus iste, lib.* 2. † Extende; quia si effodiẽs allegaret possessionẽ, vt quia iã intrasset sub alieno ad effodiendum, & dominus se opponeret, põt iudex sequestrare; imo de iure potest pro-
10 hibere effodientẽ. Io. de Im. *d. cons.* 87. *in fi. ver. circa secundum.* † Cõtrariũ, q̃ non possit prohibere existentem in possessione effodiendi; quia est locus præoccupationi; & quia si sciente, & patiente domino per longissimum tempus præscripsit; quia licet sit seruitus, quæ requirit factũ hominis; tamen est continua, & præscri-
11 bitur 30. annis. Cast. *d. cons.* 3. *in fi. lib.* 2. *& cons.* 4. *n.* 2. *vers. & veritas, eod. lib.* & repetit *cons.* 23. *lib.* 2. † Amplia; quia si effodiens habuit sentẽtiam contra, ne molestet dominum, quæ transiuit in iudicatum, non põt ampliùs intentare aliquod possessorium, vel remediũ,
12 quia contraueniret rei iudicatæ. Io. de Im. *d. cons.* 87. *in fi.* † Amplia, vt procedat etiam in mineria aluminis inuenti, vel metalli, aut alterius generis; quia soluitur decima nitida fisco, & alia decima domino, si dominus non velit ipse effodere. Affl. *decis.* 321. *per tot.*
13 vbi ẽt in argentaria, & aliis. † Extende, ẽt si fiscus, vel Princeps cõcurrat, & velit ipse mineriã; quia non põt priuare aliquem priua-
14 tum dominio rei suæ, & ita tenet Affl. *d. decis.* 321. † Extende, vt pcedant dicta iura ẽt in agro principis; quia habet princeps decimã principis, & decimã domini, nisi ipse effodere velit, ita Affl. *d.*
15 *dec.* 321. *n.* 8. *& seq. ver. secunda fuit.* † Restringe, nisi esset consuetudo in contrarium, quod spectaret ad Principẽ; quia tunc debet seruari consuetudo, & ideo si princeps dat licentiam inueniendi ẽt in alieno, habebit tunc dominus decimam, & inuentor præfer-
16 tur. Affl. *d. dec.* 321. *n.* 6. † Declara; quia oportet, q̃ talis cõsuetudo probetur, & sit præscripta; imo ẽt non valeret, quatenus auferret decimam domino; quia deberet habere recompensam, ita Affl. *d.*
17 *decis.* 321. *n.* 15. *& seq. per tot. ver. & quoniam.* † Amplia; quia ẽt thesaurus inuentus in agro alieno est inuentoris. Cast. *cons.* 330. *col.* 2. *ver.*
18 *dico ergo lib.* 2. † Limita; quia prædicta non habent locum in lapidicinis, & saxis; quia non versatur in eis publica vtilitas, & vbiq; reperiuntur; & quia apparent supra terram, & nõ habent mineriam; secus si sunt lapides pretiosi, vel marmorei. Cast. *d. cons.* 23. *in*
pr. lib. 2. & repetit *cons.* 330. *in pr. lib.* 2. vbi reddit rationem; quia in saxis, & lapidibus pro fabrica, vbique reperiuntur, & non versatur publica vtilitas in eis; & quia ista saxa non habent mineriam subtus terram, vt possint cauari sine incommodo domini. Vide, *Thesaurus inuentus cuius sit. Conclus.* 300.

Minima, & modica habent multa specialia, & priuilegia. Concl. 238.

1 MINVTÆ † expensæ probantur factæ, etiam vt ecclesia obligetur ex leuiori probatione resultante ex verisimilitudine; quia in omni minima actione, & expensa non possunt haberi probationes promptæ. Feder. de Sen. *cons.* 119. *Nulli dubium. per tot.* vbi
2 multa similia. † Solemnitas requisita regulariter in contractib⁹ minorum, & Ecclesiæ non requiritur in minimis, quia esset dãnosa subtilitas, si in minimis esset adhibenda, *l. penult. C. ad Treb.* Fed. de Sen. *cons.* 123. *Quæritur, in pr. ver. & ideo non est, & per tot.* † Idẽ
3 in discussione; quia forma, quod citetur in scalis, & scala Palatii, dicitur minima solennitas; ideo facta citatio in alterolo co sufficit, nec vitiatur. Ang. Aret. *cons.* 68. *Lancellot. n.* 6. † Ea, quæ per Epi-
4 scopum nõ possunt remitti, neque alienari etiam cum consensu Capituli, & cum solemnitatibus, vt est ius visitandi, corrigendi, charitatiuum subsidium, obedientia, & similia, bene possunt alienari seruata solemnitate cum consensu Capituli ex causa, qñ sunt modica, & dummodo non in vniuersali. Cald. *cons.* 267. alias 9.
de reb. eccles. non alien. per tot. † Modica semper sunt excepta; ideo in
5 casibus, in quibus ingratitudo priuat feudatarium, vel alium beneficio, non habebit locum in modica, & minima ingratitudine, plene Rol. à Vall. *cons.* 1. *n.* 96. *& seq.* vbi ponit plura exempla, *lib.* 3.
† Delictum minimum non affert pœnam, & priuationem. Rol. 6
d. cons. 1. *n.* 100. *& seq. lib.* 3. † Pœnalis dispositio non habet locum 7
in modicis, & minimis, late Iaf. qui plura cumulat *in l. sciendum, n.*
13. *& seq. ff. qui satisd. cog. an.* † Declara, nisi constet de mẽte contra- 8
ria disponentis. Alex. *cons.* 100. *Viso, n.* 8. *lib.* 6. vbi dicit constare de mente, si statutum dat arbitriũ iudici augendi, & minuendi pœnam considerata qualitate vulneris, vel delicti; quia aliàs arbitriũ esset superfluum. † Captura concessa contra debitorem nõ pro- 9
cedit in modica summa. Iaf. *d. l. sciendum, n.* 12. *ff. qui satisd. cog.* Rom.
sing. 97. & latius *cons.* 320. *n.* 3. *ver. vltimo*, vbi apost. † Falsitas nonce- 10
mittitur ex modica contrarietate; ideo si quis deponit talem cõtinuo, vel semper fuisse præsentẽ, non punitur de falso, licet modico tempore fuerit absens, maxime ex causa necessaria, vel causa iusta. Rom. *cons.* 263. *Viso puncto. per tot.* vbi apostill. *in ver. pacificus*, quæ dat conc. & modicum tempus dicitur octo mensium, vt ibi
Rom. in fi. † Consensus non inducitur in iis, quæ præiudicantes 11
sola scientia, & patientia regulariter, sed fallit regulariter, vbi agitur de modico præiudicio. Abb. *cons.* 44. *Ad decisionem, n.* 5. *lib.* 2.
† Statutum in materia odiosa faciens mentionem de debitore, 12
vel creditore nõ habet locum, si debitor, vel creditor sit minimę
summæ, gl. *in auth. iã necesse, C. de don. ante nupt. & in auth. minoris debi-*
tor, C. qui dar. tut. poss. Corn. *in l. 1. ff. si cert. pet. col. pen.* † Imo etiam in 13
materia indifferenti mentio debitoris nou applicatur ad modicum, & minimũ debitũ. Alex. *cons.* 188. *Viso processu, in pr. lib.* 7. † Ex- 14
tende in casu contrario; quia non conferunt beneficium minima, & modica; ideo possidens stabilia, qui non tenetur satisfacere, non verificatur in possidente modica, & vilia stabilia. Iaf. *d. l. scian-*
dũ, n. 7. *& seq. ff. qui satisfd. cog.* † Extende; quia vbi agitur de modico 15
præiudicio, impedimentum legitimum non releuat, quin currat tempus: ideo patrono impedito currit tempus ad præsentandum iudici, & parrib. currit instantia. Abb. *cons.* 5. *In q. col.* 2. *ver. ego vero,*
lib. 2. † Amplia; quia verba testiũ deponentiũ de amicitia intelli- 16
genda de magna, non aũt de modica. Alex. *cons.* 186. *Viso processu, in*
pr. lib. 7. † Sic statutũ loquens de febre, vulnere, & similib. non in- 17
telligitur de modica febricula, neq; de vulnusculo; qa verba debẽt intelligi de febre, & vulnere releuantib. Alex. *d. cons.* 186. *in pr.*
lib. 7. vbi apost. *in ver. modico.* † Sic iura punientia incendiarũ pœna 18
mortis applicari debent ad magnũ incendium, non ad modicũ. Alex. *d. cons.* 186. *in pr. lib.* 7. † Limita; quia ex paruo defectu quis in- 19
cidit in magnã pœnã. Bald. *c. cũ adeo, n.* 3. *in fi. ver. ut ex p. aruo, de vsur.*
vbi, q̃ procedit in iis, quæ requirunt integritatem. † Extenditur ibi 19
apostill.

apostill. ad Bald. *d.c.cum adeo, in verb. paruo, de rescript.* quod propter minimum capitulum contractus non obseruatum quis non po-
1 testagere ex illo contractu. † Extende; quia dictum falsum ēt in minimo vitiat totum testificatum. Bald. *d.c.cum adeo, n.4. ver. item si dictum, de rescript.* sequitur Gabr. *lib.7. de crim. concl.4.n.3.* Men. *lib.5. præsumpt. 22.n.5.* Masc. *concl.743.n.6.* Crau. *cons.182.nu.16.* Ioan. de
2 Anan. *cons.7.col.3.n.13.* † Declara idem in testamento propter magnam suspicionem; quia modica falsitas detecta vitiat totum testamentum; secus si esset indirecta, vel ficta falsitas, prout varietas, vel contrarietas in instrumento; secus quia requiritur vera, & magna falsitas, vt totum falsum reddatur. Bald. *d.c.cum adeo, n.*
3 *4. vers. vel dic, de rescript.* † Extende, quādo agitur de modico respectiue ad magnum; nam dicitur, quod melius est amittere cappā, quam perdere vitam; quia cappa est quid minimum respectiue, sed non de per se. Bald. *d.c.cum adeo, n.6. de rescript.*

Minima non sunt in consideratione, & quando secus. Concl. 239.

1 MINIMA † non curat Prætor, *l. scio, ff. de in integ. rest.* Crau. la-
tissime *cons.182.n.14. & seq.* vide plurima cumulata per Ias. *in*
l. ciendum, num.7. & sequent. ff. qui satisfd. cog. per Bald. *in ca. cum adeo,*
2 *num.3. & sequent. de rescript.* vbi apostill. plena, Dec. *in cap. de appella-*
tionibus. de appellat. † Modica subreptio non vitiat. Crauett. *dict.*
3 *cons.182. nu.17.* † Possessorii causa dicitur leuioris præiudicii.
Crauet. *cons.158.n.12.* Vide, *Possessorii causa dicitur modici præiudicii,*
& habet multa specialia. Conclus.445. † Cognitionem petitorii, &
possessorii potest simul committere princeps; quia agitur de modico præiudicio. Crau. *d.cons.182.n.14.* Ruin. *cons.21.n.14. in fin. cum*
seq. lib.1. Boer. *q.100. num.9.* Franc. March. *q.67.* Menoch. *de recu-*
4 *per. remed.15.n.369.* † Solemnitas non vitiat, si in modico sit omissa. Crau. *d.cons.182.n.17. vers. similiter omisso.* Alex. *cons.138. Lan-*
5 *cellottus, n.3. lib.2.* vbi apost. *in ver. non vitiat.* Vide, *Solemnitas omissa*
vitiat, &c. Concl.330. † Forma data circa modica, & minima non
6 vitiat, si non seruetur. Ang. Aret. *cons.68. Lancellot. n.6. ver. quinimo.*
Vide, *Forma quando non, &c. Concl.421.n.10.* † Alienantur bona ec-
clesiarum sine solēnitatibus, quando sunt modici valoris, & præ-
7 iudicii. *c. Terul. iunēto cap. sine exceptione.12.q.2.* Crau. *d. cons.182.n.*
8 *15.* † Et statuit Ecclesia sine consensu Episcopi in modicis. Abb.
9 *cons.7.col.2. lib.2.* Crau. *d.cons.182.n.15. vers. similiter.* † Tempus curritimpeditis, vbi agitur de modico præiudicio, & idem in insta-
10 tia. Abb. *cons.5.col.fi. lib.2.* Crau. *d.cons.182.n.15 ver. rursus.* † Facilius tollitur modicum impedimentum, quam magnum. Ægid. Bel-
11 lam. *cons.53. nu.12.* † Tacitus consensus sufficit, quando agitur de
12 modico præiudicio, Abb. *cons.44. Ad decis.n.5. lib.2.* † Testes singulares probant, vbi agitur de modico præiudicio. Abb. *cons.113. col.*
4. vers. vel possumus dicere, lib.2. Crau. *d.cons.182.nu.15. ver. alibi scribit.*
13 † Idē in testibus consanguineis. Bald. *consil.188. Consobrinus, lib.4.*
14 Crau. *d.cons.182.n.15. ver. idem in testib.* † Idem in teste, qui modicā vtilitatem, vel commoditatem sit percepturus; quia non est ve-
risimile, q falsum dicat pro modico. Alex. *cons.99.col.5. ver. accedit,*
15 *lib.5.* † Crau. *d.cons.182.n.15. ver. similiter non repellitur*, & latius Crau.
16 *cons.56.n.14.* † Locator, licet teneatur facere remissionem conductori, si nō potvti re conducta, secus quando minima, seu modi-
ca est incommoditas. Rom. *cons.178. Pro decisione, col.2. ver. quarto,*
17 *quod.* † Liber rationū in modicis probat. Abb. *cons.36.col.fin. lib.2.*
Crau. *d.cons.182.n.15. ver. alibi scribit*, vbi, quæ summę dicantur mi-
18 nimæ, & modicæ. † Modica multa remedio non indigent; quia
19 pro modica febricula non est recurrendum ad apothecā & sca-
moneam. Bald. *c.cum adeo, n.5. de rescript.* † Probatio per iuramentū
admittitur vbi agitur de modica summa. Crau. *d.cons.182.n.15. ver.*
20 *similiter admittitur.* † Imo sola inditia, & præsumptiones admittū-
tur, vbi agitur de modico præiudicio. Crau. *d.cons.182.nu.15. in fin.*
21 † Idē in probando impedimento statur iuramento impediti, q̄ agitur de modico præiudicio. Crau. *d.cons.182.num.15. ver. similiter.*
22 † Generaliter, vbi agitur de modico præiudicio, probatio non
23 plena sufficit, Crau. vbi supra, *ver. & est generaliter verū.* † Fama sola probat, vbi agitur de modico præiudicio. Crau. *d.cons.182.n.15. ver.*
24 *similiter fama.* † Et dicitur agi de modico præiudicio, quando nō agitur de p̄rietate, quo casu leuior probatio per instrumenta,
libros, & scripturas antiquas, ēt enunciatiuas, vel per famam, vel
actus ēt singulares inferentes, q̄n contrarium non constat, sufficit. Abb. *cons.52. In qu. col. fi. ver. condescendo. per tot. lib.2.* † Pœna mor-
25 tis, quæ imponitur falsificantib. monetam, non habet locū, si fal-
sificatur minima moneta, prout sunt bagatini, seu quatrini. Cæp.
26 *cons. criminal.77.* & Alex. *cons.104. circa fi. lib.1.* † Pœna pro vulnere non habet locū in vulnusculo. Alex. *d.cons.104. in fi. lib.1.* vbi apost.
27 *in vers. vulnusculum*, dat plurimos concord. † Et modica cutis scis-

sura cum modico sanguine non est vulnus, Alex. *cons.100. Visa in-*
quisitione, n.8. ver. licet ergo, lib.6. & ideo non attenduntur nisi con-
stet de mente disponentis contraria, idem *cons.186. Viso processu, in*
28 *pr. lib.7.* † Litteræ Ordinarii probant, vbi agitur de modico præ-
29 iudicio. Crau. *d.cons.182.n.15. ver. alibi scribit.* † Idem in aliis litte-
ris leuib. quia probant in leuioribus, & modicis. Crau. *d.cons.182.*
30 *n.15. ver. alibi scribit.* † Assertioni partium statur, vbi agitur de mo-
dico præiudicio, ēt in iis, quæ non possunt libere à partib. dispōni
31 sine causa. Crau. *d.cons.182.n.15. ver. & ideo.* † Idem in iudice; quia
circa leuia statur assertioni iudicis. Crau. *d.cons.182.n.15. ver. simili-*
32 *ter in leuiorib.* † Aditio hæreditatis non inducitur ex possessione,
vel exactione rei minimæ. Ias. *in l.1.§. veteres, n.13. ff. de acq. poss.* Marsc.
33 *in l. furem, n.13. ff. de furt.* † Contrarium, quod minima sunt curāda,
& habenda in cōsideratione multis casibus, de quibus ponit Ias.
duodecim casus in *auth. qui rem, C. de sacrosc. eccl. n.16. & seq. de appell.*
vbi plurima exempla ponit, quæ videas. † Extēde, vbi verba sunt
34 vniuersalia, quia ēt minima veniunt in dispositione, Crau. *cons.*
35 *227. ver. octauo considero, & cons.294. col. antep.* † Declarat Bald. *in c. cū*
adeo, n.4. vers. sed. alibi, de rescript. quod de iustitia dispositionis pro
modico falso Notarius non debet vituperari, sed bene de iusti-
36 tia rigoris, *de rescript.* † Declara; quia minima curantur in forma-
libus, q̄n sunt de substātialibus formæ, & forma sit substantialis,
37 alias secus. Dec. *d.c. de appellat. n.5. & seq.* † Declara; quia est materia
brocardica, vt dicit Bald. *in d. cap. cum adeo, n.5. ver. solum: de rescript.*
quia si sumus in iure cōmuni, curam⁹ de modicis, si sumus in iu-
re extraordinem, vel in beneficio contra ius commune, non cu-
38 ramus de minimis. † Declara, q̄n sumus in iis, quę desiderant in-
tegrationem: quia si deficit minimum, non dicitur integra res,
ideo considerantur minima eo casu, alias secus. Dec. *d.c. de appella-*
39 *tionibus n.6. de appell.* Bald. *d.c. cum adeo, n.3. in fi. & 4. de resc.r.* † Decla-
ra; quia minima semper attenduntur istis casibus: Primo, q̄n dis-
positio loquitur per verbū, *aliquid*: Secundo, q̄n dispositio loqui-
tur conditionaliter: Tertio, q̄n sumus in formalibus: Quarto,
quando minimum requiritur ad integrandū numerum maiorē:
item, q̄n agitur permissiue; secus si prohibitiue: Sexto, q̄n militat
eadem ratio in modico, sicut in magno, ita Dec. plene *d.c. de appel-*
40 *lationib. n.11. & seq. de appellat.* vbi late, quod est materia brocardica,
sed sic distingui potest. † Ideo vbi est iuramentum, modicus de-
41 fectus ēt in vno nummo facit incidere in pœnam, late Crau. *d. cōs.*
182. *n.16.* vbi, quod ratio est; quia res indiuidua fit per iuramentū.
† Et emptor non implens iuratam emptionem cadit à tota, si mi-
42 nimum remanet, quod nō impleuit. Alex. *cons.105. Magnifice, n.19.*
ver. accedat, lib.3. † Emphyteuta soluens nummum pro canone ita
expellitur, & cadit, si cessat soluere nummū, sicuti si maior esset
summa. Ias. *in auth. quirem. n.16. C. de sacrosc. eccl.* Bald. pulchre *d.c. cum*
43 *adeo in pr. de rescript. n.3. ver. & sic nota*, plura Crau. *d. cons.182. n.16.* † Et
vasallus contraueniens iuramento fidelitatis in modico in totū
dicitur contrauenisse. Ioan. de Ana. *cons.7. Visis, & ponderatis, col.3.*
44 *n.3.* sequitur Crau. *d.cons.182.n.16.* Gabr. *lib.7.* † Et in solutione gā-
bellæ, qui deficit in vno nummo, non excusatur; quia minima
considerantur. Alex. *cons.105. Magnifice, n.20. vers. pro hoc bene facit lib.*
3. vbi apost. *in ver. defecta*, dat concord. † Declara, q̄n ex errore cal-
45 culi minimum non fuisset solutum; quia tunc non cadit à toto,
sed excusatur. Alex. *d.cons.105. n.19. vers. præterea, lib.3.* † Amplia; qa
46 in criminalibus minima non attenduntur; ideo simonia non cō-
mittitur, si quid minimum donatur. Crau. *cons.46.n.12. ver. confir-*
matur. † Idem in omni delicto ēt doloso; quia si minimum est, di-
47 citur delictum leue, & spernendū. Abb. *cons.25. lib.1. in 3. dub.* Crau.
qui plura adducit *d.cons.46.n.12.* vbi loquitur in falsitate super re
48 importante secutum vnum. † Extende; quia non datur actio de
49 dolo nisi supra duos aureos. Crau. *d.cons.46.n.12. ver. ad idē.* † Et ex
transgressione in re modica quis puniti nō debet. Castr. *cons.377.*
Quantū ad ill.1, col.1. in fi. lib.1. sequitur Crau. *d.cons.46.n.12. ver. ad idē.*
50 † Et nocere non dicitur id, quod parum nocet; quia parum & ni-
hil æquiparātur. Crau. *d.cons.46.n.13.* vbi alios citat, & ponit plu-
51 ra exempla. † Et statutum, quod domum destruens puniatur, nō
habet locum in domuncula; quia non deformatur ciuitas. Alex.
52 *cons.121. Viso processu, n.6. vers. simile videmus, lib.7.* † Et pœna expen-
dentis falsam monetam, quæ est mortis, non habet locum in eo,
qui quatrenos pro vno scuto falsos expendit; quia debet minui.
53 Alex. *d.cons.121. per tot.* maxime *n.5. & seq. lib.7.* † Et fabricans falsam
monetā, qui punitur pœna mortis, non punitur, si fabricauit ba-
gatenos non vsuales in Ciuitate; quia minima & minuta nō ve-
niunt in pœna mortis. Alex. *cons.104. Statutum loquens, in fi. num.7.*
54 *vers. præterea vbicunque. lib.7.* † Contrarium, quod furtum etiam in
55 vno ouo committatur. gloss *in §. gallinarum. Instit. de rer. diuis.* † De-
clara; quia licet ista modica operentur furtum & delictum, ta-

56 men dicitur leue, ita Crau. *d.cons.46.n.14.& vsque in fi.* † Declara, nisi statutum etiam de modicis delictis loquatur. Alex. *cons.*100. *Visa inquisitione,n.7.& 8. ver.nec obstat,lib.6.* vbi loquitur in statuto Bononiæ puniente comitatinum vulnerantem Ciuem; quia nõ
57 distinguitur, an modicum vulnus sit, vel non. † Modicus excessus non est considerabilis. *l.1.§.proinde.ff.de ædilit.edict.* Bald. *in l.fi.*
58 *C.de ædilit.actio.* † Et in laudo nõ datur reductio propter modicã læsionem. Vitalin. *tract.clausul. an reductioni boni viri renunciari possit. col.*12. Vide, *Momentanea,& non dur.ab. &c. Concluſ.* 309. Vide, *Præ-*
59 *iudicium tertii,&c.Concluſ.*493. † Officium minimum nõ venit in dispositione, quod ad legatum factum pauperi; & non habenti officium, non admittatur habens officium. Alexand. *cons.* 91. *Re-*
60 *petitus,in pr.lib.7.* vbi allegat similia. † Dos parua, & minima non cadit sub *auth.præterea.C.vnde vir.& vxor.* quia in quarta succedit vxor sine dote; & vxor cum modica dote; quia parum, & nihil æ-
61 quiparantur. Alex. *d.cons.*91.*in princ.lib.7.* † Limita, quando constat de mente, vt quia ad legatum vocatur nobilis egenus, & pauper, & non habens officium; quia inculcatio verborum, *egenus, & pauper, & non habens officium*, debet intelligi de officio quocunque, quia alias verba illa nihil operarentur, & tamen debent operari. Alex. *d.cons.*91.*n.2.& seq.ver.quia ad hoc respondetur.lib.7.*

Minor summa debetur multis casibus. Concl.240.

1 LEGATVM † factum ex eadem causa in duobus testamentis eodem tempore factis, si in vno sunt legata centum, in alio ducenta, debentur centum dumtaxat, & sic minor summa; quia in maiori præsumitur erratum. Bald. *cons.*307. *Quatuor fuerunt electi,circa fi.ver.dicit lex.lib.1.*

Minores qui dicantur, & minorum beneficio potiantur. Concl.241.

1 COLLEGIA † omnia licita, & pia, quę reguntur per curatores, & ministros, minorum beneficio potiuntur; ideo eis competit restitutio in integrum, sicut minori. Bald. *cons.*465. *In ciuitate Brixiæ,in fi.lib.1.* Signor. *cons.*252.*in fin.vers.præterea est aduertendum.*
2 † Vniuersitates mercatorum, scholarium, & aliorum similium, in quib. possunt esse pupilli, minores, & alii, qui sunt minores, qñ per alios gubernantur, minores repræsentantur. Corn. *cons.*148. *Viso quodam protocollo,colum.3.vers.non enim possunt, lib.1.& cons.* 189.
3 *Viso dicto puncto,col.2.vers.iis tamen non obstantibus.lib.3.* † Ecclesia dicitur minor, & beneficio minoris vtitur; quia sicut minor restituitur in integrum, *c.ap.1.de restitut.in integr.lib.6.* Alexan. *cons.*150. *Viso themate,lib.7.* vbi dicit, quod Ecclesia restituitur aduersus pre-
* scriptionem 40. annorum, secundum magis communem * opinionem, & quod æquiparentur minor, & Ecclesia, est text. *in c.1. & in c.auditis,de in integ.restitut.* gloss *in l.respublica,* & ibi Bart. *C.qui-*
4 *bus ex causis maio.* Afflict. *decis.*390.*col.1.nu.2.* † Conuentus, seu monasterium religiosorum sub nomine Ecclesiæ reputantur minores, quia eis competit restitutio in integrum. Alexand. *d.cons.*150.
5 *lib.7.per totum.* † Pauperes in genere reputantur infantes, & Episcopus dicitur eorum pater, & tutor, & potest pro eis hæreditate adire. Bald. *cons.* 453. *Si ex testamento,nu.3. vers.interdum instituuntur.*
6 *lib.2.* † Extende; quia siue pauperes sint certi Hospitalis, & certi loci, siue sint pauperes in vniuerso, & in genere, repræsentantur minores, & ideo eis competit restitutio in integrum, sicut minori. Bald. *cons.*377. *Quæstio subtilis,n.2.& 3.vers.sed ad hæc potest.lib.3.*
7 † Societas alicuius loci pii dicitur minor ad instar Ecclesiæ; ideo restituitur in integrum saltem facta plenaria executione senten-
8 tiæ. Bald. *in l.1.col.fi.C.ne liceat tertio prouoc.* † Hospitale, & pauperes in eo degentes minores dicuntur, & minoribus æquiparantur. Bald. *d.cons.*377.*n.2.lib.3.* Ang. *cons.*168. *Testator in omnib.n.2.in fi.vers.*
9 *veruntamen Ecclesia.k.orphanotrophos,* vbi Bald. *C.de Episcop.& Cler.* † Et quod Hospitalia pia, & religiosa gaudeant beneficio minorum (prout Florentiæ) sunt Hospitalia S. Mariæ Nouæ, & Hospitale Innocentium, quæ talia sunt propter signa, & indicia, quę requirunt. Doct. *in c.inter dilectos,de donatio.* vbi Innocent. & Imol. *in c.de quarta,* vbi Felin. late *in ver.tertia declaratio,de præscript.* & quæ concurrunt in istis Hospitalibus; ideo prout minores habent priuilegium restitutionis in integrum. *l.omnia.C.de Episc.& Cleric.* Bald. Castr. & alii *in l.orphanotrophos.C.eod.tit.* Ioan. And. *in c.2.de restit.in integr.lib.6.& in c.requisisti,de testam.* Abb. *in c.1.col.pen.de in integ.restit.* Rom. *cons.*407. *Cum præsupponatur,& cons.* 477. *In casu propositæ,col.*
10 *fin.* & Felin. *in d.c.de quarta,n.4.de præscriptio.* † Et propterea Hospitalarii reputantur tanquam tutores, seu curatores, & ipsa Hospitalia repręsentant, tam in iudicio, quam extra, vt per Bald. & Cast. *d.l.orphanotrophos.C.de sacrosc.Eccles.* Socin. *cons.*181. *Visis nu.1.&* *cons.*213.*n.2.lib.2.* Vide, *Tutoribus æquiparati,&c.Concluſ.*453. Ciuitas, & † Respublica priuilegiũ minoris obtinet, quia regitur per ad-11 ministratores. Rom. *cons.*423. *Pro pleniori.num.3.* & de Republica Florentina, Vide *in verb.Florentinorum priuilegia.Concl.*403. Bald. *in l.1.C.etiam per procurat.caus.restit.in integ.* Bart. & Bald. *in l. Respublica. C.quib.ex caus. maior.* & licet gloss. ibi videatur restringere ad Rẽpublicam Romanorum; tamen procedit ex eadem ratione in omni vniuersitate, quæ gubernatur per suos ministros fauore pupillorum, & minorum, qui sunt in vniuersitatibus, vt ibi Bald. in fin. Salyc. *in d.l.Respublica,* qui dicit * communem, & communem * dicit Rom. *d.cons.*423. Alex. *cons.*196. *Perspectis narratis,col.2.n.3.lib.* * 6. & communem * attestatur Ias. *in l.vt inter diuinũ,n.16.C.de sacrosc.* * *Eccles.* & hanc * communem dicit Castr. *cons.*37. *Vt bene attingatur,* * *in pr.lib.2.* † Castrum habens multitudinem hominum, & per gu-12 bernium administrãtium regens dicitur minor, & obtinet restitui in integrum, prout minor secundum * communem, & vsi-* tãta opinionẽ, de qua Rom. *d.cons.*423.*n.3.* vbi apost. *in vers.communis,* dat plurimos concord. plene Alex. *cons.*55.*circa fin.lib.5.& cons.*1.*n.*
22.*lib.4.* Crau. qui exemplificat in aliis vniuersitatib. *cons.*642.*n.*13.
† Villa pariter dicitur minor, & habet beneficium restitutionis, 13 prout Ciuitas. Signor. *cons.*252.*in fi.* vbi, quod illa ratio conuenit, quod commune est, communiter negligitur, & ista est communis, & magis * communis opinio, quod *l.respublica.C.ex quib.caus.* * *maiores,* habet locum in omni ciuitate, castro, & villa, & omni vniuersitate, quæ per alios regitur, & gubernatur, vt ibi Bart. Cast. & communiter * alii, & communem dicit Ias. *in l. vt inter diuinũ,* * *n.16.C.de sacrosc.Eccles.* & hãc opinionem verissimam firmat Corn. *cons.*148. *Viso quodam protocollo,col.3.vers.non enim possunt. lib.1. & cons.* 189. *Viso d.puncto,col.2. vers.iis tamen non obstantibus. lib.3.* ea ratione quia in castris, & villis possunt esse plures pupilli, minores, mulieres & miserabiles, qui læsi debent restitui, prout idem in vniuersitate scholarium, mercatorum, & similium, & Cast. *cons.*37 *in pr.lib.2.* † Contrarium in castro, & villa, quia licet gubernentur p 14 officiales, tamen non habent hoc priuilegium, vt tanquã minores reputentur, & restituantur, tenet gl. & alii, quos citat Cast. *d. cons.*37.*in pr.ver.in republica,lib.2.* † Declara; quia sunt paruæ villæ, 15 vel parua castra, quæ regantur à seipsis, non reputantur minores, secus si magnæ, & regantur ab officialibus, & administratoribus hãc fuisse opinionem Iacob. de Belui. Bart. & modernorum dicit Castr. *d.cons.*37.*in pr.ver.breuiter,lib.*1. vbi, quod conceditur restitutio ex clausula, *si qua mihi iusta causa,* non aũt quia minores. † Con-16 tra declarationem tenent Bald. & alii, quos Castr. *d.cons.*37.*col.*2. *ver.sed Bald.lib.2.* vbi, quod non consideratur, an regatur vniuersitas p se, vel ministros, neq; an magna, vel parua, sed consideratur, quia in ea sunt pupilli, fatui, & miserabiles personæ, quæ habent priuilegiũ minorũ; ideo simpliciter eis cõpetit restitutio, & minoris loco habentur, & indistincte eis datur restitutio, non ex priuilegio Reipublicæ Romanæ, sed ex clausula, *si qua mihi iusta causa.* † Declarat tamen Cast. *d.cons.*37.*col.*2.*in pr.lib.*2. quod ex quo 17 Doctores extendunt ẽt ad omne corpus fictũ, quod in aliis corporib. bene intrat, declaratio, an sit corpus magnum, vel paruũ, quia si non reguntur per administratores, non competit restitutio, si in eo non sunt minores, vel fatui, qui habent priuilegium. † Fiscus minoris, & pupilli personam dicitur habere; quia æqui-18 paratur minori, & pupillo Alexan. *cons.*196. *Perspectis narratis.n.*3. *lib.6.* † Pia causa dicitur minor, & gaudet beneficio restitutionis 19 in integrum ad instar Ecclesiæ, & loci pii. Tiraq. *de priuil. pia causa.priuil.*138. † Respublica Romana transit sine difficultate; quia 20 potitur beneficio minoris, vt restituatur per omnia, sicut minor. *l.respublica.C.quib.ex caus.maio.* Castr. *cons.*36.*in pr.lib.*2. † Declara- 21 men, quia licet collegia, & alia prædicta perpetuo reputẽtur minores, & minorib. æquiparentur; tamẽ differentia est, quod minori non currit tempus quadriennii ad petendam restitutionẽ, nisi postquam maior fuerit effectus, locis autem reputatis minoribus; quia perpetuo sunt minores, currit quadriennium à die, quo incipit factum, vel omissio, per quod debent restitui, & scientiam habuerunt. Bald. *cons.*377. *Quæstio subtilis.n.3.ver.sic pauperes, lib.3.*

Minor excusatur in multis, & quantum duret excusatio. Concl.242.

MINOR † & mulier non habent rectum intellectum, seu iu-1 dicium in agilibus; quia fæpe imo laborant contra propria commoda. *l.si pater.C.de sponsal.* Abb. *cons.*91. *Quoad primum col.4.ar-*
ca med.n.6.posset etiam.lib.1. vbi, quod præsumitur potius pro electione curatoris facta per proximiores, quam per ipsum minores;

quia

quia ætas minoris est suppositia captionib. & multorũ insidiis, allegat l. 1. ff. de minor. & ideo statuta multoties prouident, vt soli nõ possint contrahere. † Et ideo contra minorẽ præsumitur, qñ nõ acquieſcit conſiliis propinquorũ. c. ex ſtudiis ſuis. de præſumpt. † Mater minor excusatur, quia si nõ petiit tutorem intra annum filio, nõ priuatur ſucceſſione, quæ alias priuaretur. Bald. conſ. 303. Mater in prædiũ, lib. 4. † Extende, quia minor 25. annis iuſſus ab hærede aliquid implere ſub pœna priuationis non incurrit pœnam in negligendo; quia ſeruatur indemnis ipſo iure; ſecus in faciendo; gaindiget reſtitutione in integrum Caſt. conſ. 42. in pr. lib. 2. † Amplia; quia priuilegium excuſationis ſemel radicatum, ne incurrat pœnam perpetuam, eſt, etiam ſi mater minor efficiatur maior. Bald. d. conſ. 303. allegat Spec. in tit. de reſtit. in integ. §. ſi quis autem, ver. ſed ſi ipſe lib. 4. † Contrarium, quod imo priuilegium excuſationis, vel alterius beneficii collati minori ceſſet ceſſante ætate, eſt text. in l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. vbi vſuræ pupillo, vel minori debitæ non debentur, poſtquam maior erit factus. † Declara, vt primum dictum procedat in fauorabilib. ſecundũ in odioſis. Bald. conſ. 303. circa fi. lib. 4. † Declara ſecundo, vt ampliatio procedat in iis, quæ non ſunt ſucceſſiua, ſed momẽtanea; ſecunda vero opinio in ſucceſſiuis. Bald. d. conſ. 305. circa fi. lib. 4. ver. non obſtat. lib. 4. † Amplia; quia minor excuſatur in delictis, quæ ſunt in negligendo vſque ad ætatẽ 18. annor. & ſic vſq; ad plenã pubertatẽ, ab inde ſupr. in eo cadit dolus, mala fides, & non excuſatur. Alex. conſ. 99. Videtur. circa fi. n. 10. ver. nec etiam obſtat. lib. 4. † Amplia; quia minor excuſatur per reſtitutionẽ in integrum, quando læditur facto ſuo. Vide Reſtitutio in integrum, & c. Concluſ. 285.

Minor ſi dicat ſe maiorem cum iuramento, à quibus excludatur. Concl. 243.

1 MINOR † ſi contrahit, puta alienando cum iuramento, & affirmet ſe maiorem, excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, l. 2. C. ſi minor ſe maiorẽ. Crau. conſ. 192. n. 13. vbi ponit plura exempla. Rom. conſ. 12. Viſo facto, n. 5. Caſtr. conſ. 53. Viſis n. 3. ver. cõſtat autẽ, lib. 2. † Amplia; quia minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, qñ iurauit corporaliter ſe maiorẽ; quia non 3 auditur. Soc. Iun. conſ. 3. n. 27. lib. 2. vbi dicit communem. * † Reſtringe, qñ iuraſſet verbo tantũ, quia tunc nõ excluditur, ſi ꝓbat per inſtrumenta minorẽ ætatẽ, alias ſecus, & hæc differentia, de iuramẽto, verbo, vel corporaliter præſtito, eſt cõmunis. Soc. Iun. 4 conſ. 3. n. 27. lib. 2. † In hac materia duo conſideranda ſunt iuramẽta, vnum eſt confirmatorium, prout qñ iurat minor non venire contra, & reſpicit futura, & de hoc habetur in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & iſtud iuramentum excludit nedũ à reſtitutione in integrũ, ſed ẽt à beneficio, ne poſſit minor dicere cõtractum nullum, ſecundum communẽ * de qua Caſt. conſ. 53. Viſis 5 aũt, n. 3. ver. conſtat, & ver. ſed iuramentum de futuro, lib. 2. † Aliud iuramentum eſt de præterito, vel de præſenti, ꝙ dicitur aſſertoriũ, vt ſi minor dicit ſe maiorẽ, de quo in l. ſi alterius, in fi. C. ſi minor ſe maiꝰ. dixerit, & iſtud tollit beneficiũ reſtitutionis in integrũ, non autem tollit beneficium dicendi inſtrumentum nullum. Caſt. d. 6 conſ. 53. n. 3. ver. poſſet quis forte, lib. 2. † Contrariũ, quod imo ẽt iſtud iuramentum aſſertorium, licet de iure ciuili non excludat à iure dicendi nullũ; bene excludit de iure Canonico, ita diſtinguere 7 hic de Belu. dicit Caſtr. d. conſ. 52. n. 3. ver. breuiter, lib. 2. † Declarat idem Caſt. d. conſ. 53. n. 3. in fi. verſ. breuiter, quod ſi concurrat vtrũq; iuramentum, videl. aſſertoriũ, & confirmatorium non põt reſtitui in integrũ, neq; dicere de nullitate contractus; ſi vero interuenit ſolum iuramentũ confirmatoriũ, adhuc idẽ, vt ibi ſupr. verſ. ſed iuramentum de futuro. ſi vero vtrumq; interuenit, ſed extat ſtatutum (prout Brixiæ) tollens auth. ſacramenta puberum. & ſic cõfirmatorium; quia non põt tollere effectum iuramenti de iure 8 Canonico inducti, adhuc idẽ ibi, per totũ. † Si aũt ſolum iuramẽtum aſſertorium interuenit, tollitur reſtitutio in integrũ, & etiã ius dicendi nullum, niſi minor doceat, quod is, cui fuit iuratum, ſciuerit illum minorem, vel ex aſpectu ſcire potuerit; ſi vero non iuraſſet, ſed ſolũ aſſeruit ſe maiorem, aliquando tollitur ſola reſtitutio in integrum, aliquando non, hæc omnia Caſtr. d. conſ. 53. n. 3. 9 ver. conſtat autẽ, lib. 2. vſq; in fi. † Et propterea pater, qui fecit renunciare filiæ ſuæ minori 20. annis hæreditati paternæ, & doti, & fecit, ſeu recepit aſſertionẽ iuratam à filia, ꝙ eſſet maior, non poteſt dici deceptũ, cũ pater melius ſciat ætatem filiæ, q̃ ipſa filia. Caſt. d. 10 conſ. 455. Ad primum, num. 5. ver. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 2. † Declara alio modo; quia licet non detur minori reſtitutio aduerſus contractũ, qñ fuit iuramento confirmatus; quia iurauit non venire cõtra, bene minor põt reſtitui aduerſus factum omiſſum, ex quo lederetur per contractum. Alex. conſ. 222. Viſa facti, in fi. lib. 2. n. 22. ver. poterit ẽt. † Amplia; quia ſtante ſtatuto, ꝙ iuramentum minoris ſine certa ſolẽnitate contrahentis præſumatur dolo, & metu extortũ, ſi minor iurauit ſe maiorem, & contraxit, ſtatutum nõ habet locũ hoc caſu; quia cum ſciret ſe minorem, cenſetur potius ad decipiendũ feciſſe. Abb. conſ. 71. Quinq; dubia, in pr. lib. 1. vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur. † Contrariũ, quod imo communiter 12 teneatur tale ſtatutum valere, & tollere effectum iuramentum propter dolum, præſumptum, & quia tale iuramẽtum incidit in eundem contractum, habere debet locum ſtatutum; quia eadẽ facilitate mouetur, & inducitur ad iurandum ſe maiorem, qua motus eſt ad contrahendum ſine ſolemnitate. Abb. conſ. 71. in pr. lib. vbi ponit plura exempla. † Declarat Abb. d. conſ. 71. n. 6. ver. exi- 13 is concluditur, lib. 1. vt ſi minor ſciuit ſe minorẽ, & iurauit contrariũ, dolus ex parte minoris ſit; quia iurando ſcienter contra veritatẽ eſt in dolo; ſi non conſtat, ꝙ ſciuerit, præſumitur per errorẽ, & põt præſumi doloſe inductus. † Tu melius dicas ſecundum 14 Caſtr. d. conſ. 53. n. 3. verſ. breuiter. lib. 2. ſi minor ſciuit ſe minorem; & is, cui iurat, ignorauit, dolus ſit ex parte minoris, ſi vterq; ſciuit, tunc minor iuuetur ſtatuto, quia doloſum iuramentum præſumitur, quia is, cui iuratur, participãt de falſo iuramento, prout idem dicimus de metu. † Limita; quia licet excludatur à benefi- 15 cio reſtitutionis in integrum; non tamen excluditur, quin poſſit allegare nullitatem contractus, ſi probat ſe minorem, puta ſtante ſtatuto, quod minor ſine conſanguineis, & decreto non poſſit contrahere, alias contractus ſit nullus. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de ſent. §. vt autem, n. 3. in ver. procedendum, de ſentent. ꝙ pro ſingulari refert, & ſequitur Rom. conſ. 12. Viſo facto, n. 5. vbi apoſt. in verſ. addit. ad Spec. citat plurimos, Socin. conſ. 66. Fruſtra plenitudini, n. 28. verſ. & hæc opinio, ſequitur Soc. Iuñ. conſ. 3. n. 28. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 118. Præſupponitur, n. 9. & conſ. ſeq. Pro clara. n. 6. & ſeq. Curt. Sen. conſ. 43. Super contingentia, n. 35. † Extende, ẽt ſi iurauit ſe maiorem & de non 16 veniendo contra; ita quod duo iuramenta cõcurrant. Soc. Iun. d. conſ. 3. n. 26. & ſeq. lib. 2. † Imo etiam ſi ſine iuramẽto aſſeruit filius- 17 familias ſe emancipatum, cum non eſſet; quia non propterea cõualidatur contractus à ſtatuto prohibitus cum filio familias; quia ſola aſſertio falſa, quod ſit emancipatus, non conualidat contractũ nullũ, ſed agitur de dolo, l. quod enim, iunctal. præced. in fi. ff. de dol. Alex. conſ. 122. in pr. lib. 6. † Vide tamen Corn. conſ. 121. lib. 3. in fi. qui 18 contra extenſionem, & limitationem tenet, licet reprobetur à Soc. Iun. d. conſ. 3. n. 27. lib. 2. † Contrarium tenet Fulg. conſ. 219. vbi, 19 quod mulier, quæ medio iuramento aſſeruit ſe non habere proximiores, & contraxit cũ curatore, non auditur volens docere, quod haberet proximiores, ſequitur Steph. Feder. in ſuo lib. de legũ interpretatione. p. 2. char. 5. item debet intelligi. Tiraq. de legib. connub. gl. 8. n. 136. & vide multos caſus per Tiraq. ibi m. 135. in minore, & mu- liere, & aliis falſum aſſerentib. rẽ non dotalem, ſe patresfamilias, ſe maiores; quia non audiuntur volentes contrariũ aſſerere. † I- 20 dem, ſi mulier alienat ignoranti fundum dotalẽ, & aſſerit ẽt ſine iuramento non eſſe dotalem ad decipiendum, nõ enim auditur, ſi velit dicere contrarium. Alex. conſ. 122. n. 2. lib. 6. † Idẽ in mino- 21 re dicente ſe maiorem ad decipiendum; quia perdit reſtitutionẽ in integrũ. Alex. d. conſ. 122. Quoniam abunde. lib. 6. n. 2. † Item, ſi mu- 22 lier induta veſte virili ad decipiendum intercedit pro alio, priuatur beneficio Velleiani. Alex. d. conſ. 122. n. 2. lib. 6. † Declara; quia 23 ẽt ſi non iurauit; quia dicens aliquid, quod eſt falſum, ad decipiẽdum contrahentem, puta quod contrahens filius familias ſit emancipatus, vel maior, cũ non ſit aliquando obligatus, aliquãdo non, ſed contra eum agitur de dolo, vt per Alex. d. conſ. 122. Quoniã abunde. lib. 6. vbi pro vtraq; parte, tandẽ ſoluit, quod ſi minor, vel mulier contraxerunt cum dolo, & mendacio cum ſciente eſſe mendaciũ, non obligantur; ſi vero cum ignorante, obligantur, quatenus effectiſunt locupletiores, alias obligantur de dolo in ſubſidium. † Declara, vt per Tiraq. in loco prædicto. de leg. connub. 24 gl. 8. q. 16. n. 142. & ſeq. vt ſi is, cui fiat aſſertio falſa, ſciat, non valeat contractus, ſi ignoret, valeat in præiudicium aſſerentis, & ita diſtinguit etiam Caſt. conſ. 53. n. 3. & conſ. 455. Ad primum, n. 5. ver. nec obſtat, ſi dicatur. lib. 2. † Declara ſecundo, quia ſi minor factus eſt lo- 25 cupletior, tenet contractus contra eum propter falſum mendacium, ſi non eſt factus, tenetur de dolo, ſi alius ignorauit, & ita Alex. diſtinguere d. conſ. 122. lib. 6. aſſerit Tiraq. d. tract. de legib. connub. gl. 8. q. 16. n. 140. † Declara; quia magis tolerabilis eſt ignorantia in 26 in minore iurante ſe maiorem, quam in muliere iurante non habere affines, vel fundum non eſſe dotalem, ſic arguit Alex. d. conſ. 122. lib. 6. num. 2. vbi, quod minor aſſerens ſe maiorem non eſt in dolo, prout mulier, & ſic videtur velle etiam Tiraquell.

de legib. connub. gloſſ. 8. quæſt. 16. num. 140. & ſequent.

Minor quibus æquiparetur circa fauorabilia. Conclus. 244.

1 MINOR † æquiparatur mulieri, vt sicut mulier renuncians beneficio Velleiani non certiorata sibi non prejudicet; ita minor renúcians etiam cũ iuramento restitutioni in integrum non certioratus sibi non præiudicet, maxime ad damnum euitandum. Dyn. *cons.5. Quæstio talis est, quidam nomine, per tot.* maxime
2 *n.4.vers. mulieres vero.* † Amplia; quia æquiparatur rustico, vt sicuti ignorantia iuris excusat rusticum; ita etiam excusẽt minorem.
3 Dyn. *d.cons.5.n.5.ver. præterea parificantur.* † Amplia; quia omnia priuilegia competentia maioribus competunt minori, qui iurauit; quia iuramentum facit ipsum maiorem; ideo sicut ignorãtia iuris excusat maiorem, quando tractat de damno vitando; ita excusat minorem, qui iurauit non venisse contra. Dyn. *d.cons.5.nu.6. vsque in fi. vers. præterea certum est.*

Minor quando teneatur totum approbare, vel reprobare. Conclus. 245.

1 MINOR, † qui non potest damnosa acceptare, neq; vtilia reprobare, bene tenetur in totum approbare, vel reprobare gesta per tutorem, si adsunt aliqua vtilia, & aliqua damnosa; ideo non potest dicere, volo approbare vtiliter gesta, & inutiliter reprobare. *l. cũ quærebatur. ff. de admin. tut.* & ideo tenetur tutor, quatenus fiat repudiatio, tenebitur vt negociorum gestor, vt ibi gl. *in ver. gesti esset.* Rom. *cons.414. Quoad primum. n.2. ver. quoad secundum,*
2 vbi, quod tenetur ad omnia damna illata minori. † Declara; quia minor nihilominus debet sentire lucrum causatum ex gestione prædicta, & non debet sentire damnũ, quando ex dolo fuit causatum; imo lucrum causatum minori ex gestione, vel communione, nõ debet compensari cum damno causato ex dolo, vt idẽ
3 Rom. *d.cons.414. in fi. n.7. & 8. ver. quoad vltimum.* † Limita; quia regulariter contractus, & iudicium, quod non põt claudicare, bene claudicat cum minore, vt valeat, quatenus in fauorem minoris, & non valeat, quatenus in damnum minoris. Vide, *Claudicatio non admittitur, &c. Concl.287.* † Et ideo sententia lata contra minorem interueniente curatore testamentario, qui non accepit administrationem à iudice, dicitur nulla, licet si esset lata prominore, valeret; quia quilibet ꝓ minore ad vtilia admittitur. Alex.
5 *cons.3. In causa, & lite. col. fi. n.7. in fin. cũ seq. ver. vltimo puto, lib.2.* † Imo sufficit, quod fuerit pro minore admissus procurator; qui non est, vt non possit dici contumax. Alex. *d.cons.3. in fi. n.8. lib.2.*

Minor renuncians beneficio sibi competenti debet certiorari, & quid de aliis. Concl. 246.

1 MINOR † si renunciat non certioratus de iure, cui renunciat, sibi non præiudicat; etiam si iurauerit. Bald. *cons.148. In casu proposito. n.5. ver. in cõtrarium. lib.1.* plenius *cons.213. Punctus talis est, circa fi. vers. ad hoc videtur, lib.1.* Dyn. *cons.5. Quæstio talis est, quidam nomine, per tot.* vbi, quod minor potest petere restitutionẽ in integrũ, non obstante iuramento, si in specie non fuit certioratus de beneficio restitutionis, & quod minor renuncians alicui beneficio debeat certiorari, alias renunciatio non valeat. Bald. *cons.96. Pu-*
2 *pillus. n.2. lib.5.* Curt. *cons.43.* vbi late. † Contrarium tenet Bart. *in auth. Sacramenta puberum. n.16. ver. quæro, vtrum per tale iuramentum, C.*
* *si aduers. vend.* v bi quod * communiter tenetur contrarium; quia sufficit, quod iuretur super facto; vt censeatur iurasse super toto,
* quod dependet ab illo facto, & hanc magis * communem dicit Alex. *cons.27. Viso libello, n.2. lib.1.* vbi tollit omnia contraria; quia iuramentum repræsentat illum maiorem, & generalis cogitatus sufficit, & per totum consilium dicit, quod iuramentum facit eũ
* certum, & non requiri certiorationem secundum * omnes, & a-
* post. *in ver. certioratione,* idem Alex. *cons.42. n.17. in fi. lib.1.* v bi * dicit
* communem, & *n.10. in fi.* dicit magis * communem, & communem etiam dicit & *cons.125. Visis, & consideratis, n.8. lib.1.* Bolog *in ad-*
3 *dic. ad cons.10an. de Anan.100.* vbi alios allegat. † Declara vt per Bald. *cons.376. Casus talis est, lib.3.* vbi recitat opiniones, & dicit, quod de iure ciuili opinio Dyni est substentabilis, sed quod tutius est petere absolutionem à iuramento, & tunc dabitur restitutio in integrũ, qui loquitur, quando simpliciter iurauit minor non veni-
4 re contra. † Declara secundo; quia si minor sciebat beneficium restitutionis, & ex certa scientia iurauit non venire contra occasione minoris ætatis, neq; aliqua alia causa; tunc non restituitur, & licet mentio specialis de restitutione nõ sit facta; quia satis est, quod sit certus de effectu. Bald. *cons.376. circa fi. ver. nisi è contra, lib.*
3. † Declara tertio; quia minor si renunciat beneficio sibi com-
petenti, debet certiorari, & præsumitur ignorare, qñ non iura-
uit, Alex. *cons.27. n.3. ver. non obstat, quod minor, lib.1.* † Declara; quia 6
si renunciat cum iuramento præsente curatore, nõ requiritur a-
lia denunciatio. Alex. *cons.222. Visa facti, n.2. & seq. ver. & cum opinione, lib.2.* Vide, *Certioratio non est necessaria mulieri, vel minori multo ca-*
sib. Concl.197. & Concl. ibi prox. seq. † Amplia in muliere, quæ si non 7
est certiorata de iuramento præstito, quid importet, dicitur non
obligari, vt incurrat pœnã, maxime, qñ minor est. Bald. *cons.139. Factum tale est. in fi. ver. præterea stat utum, lib.2.* Dyn. *d.cons.5.nu.3. & 4.*
ver. q aũt à parte. † Extende; quia licet mulier renũciauerit gene- 8
raliter omnibus beneficiis, &c. non tamen probatur certiorata,
nisi expresse dicatur. Bald. *cons.193. Punctus, prohibetur, in fi. lib.5.* Re-
stringe; † quia mulier, qñ ꝓ se contrahit, non debet certiorari de 9
beneficio iuris, sed solũ, qñ pro alio se obligat; quia, vt renuncier
Velleiano, debet certiorari. Cuman. *cons.72. De iure communi, n.12.*
ver. nec obstat. Alex. *cons.42. n.17. in fi. lib.1.* † Imo ẽt, qñ pro alio inter- 10
cedit, non debet certiorari, si iurauit. Alex. *cons.27. n.3.* vbi apost.
in ver. certioratione, lib.1. & Bolog. *in addit. ad d.cons.10an. de Anan.100.*
† Amplia; quia minor 25. annis diuidẽs bona cum aliis fratribus, 11
si promittat non venire contra, & se inuicem liberent generali-
ter cum iuramento; tamen non censetur renunciasse fideicom-
misso, licet sciuerit fideicommissum, si in specie non fuit certifi-
catus; quia licet iuramentum repræsentet eum maiorem; non ta-
men repræsentat scientem de beneficio; & importantia renun-
ciationis. Bald. *cons.434. per tot.* vbi recitat opin. & hanc tenet in
fine, *lib.3.* † Contrarium Alex. *cons.27. n.4. lib.1.* vbi, quod præsumi- 12
tur scire in genere. † Amplia in muliere renũciante iuri hypothe- 13
cæ dotalis, qa debet certiorari, si hypotheca non sit expressa, sed
legalis, cui renunciat, secus si expressa esset. Bald. *cons.165. Vtrum*
sit necesse, lib.3. † Contrarium, ꝙ imo mulier non debeat certiora- 14
ri, qñ iurauit, nec ẽt si non iurasset, excepta causa Velleiani. Alex.
cons.42. n.17. in fi. & n.18. lib.1. vbi, ꝙ non habet aliquod priuilegiũ
in hoc. † Amplia, ẽt si extaret statutum, ꝙ minoris contractus sit 15
nullus, nisi corã iudice, vel cũ certa solennitate fit celebratus; qa
iuramentũ ẽt sine vlla certioratione facit valere contractũ, nec
datur restitutio in integrum, plene Alex. *d.cons.27. Viso libello p tot.*
vbi, ꝙ vtraq; parte, & dicit hanc * communẽ, & magis commu- *
nem, *lib.1.* † Declara; quia licet non detur restitutio in integrũ, be- 16
ne põt dicere minor de nullitate contractus. Rom. *cons.12. Visa fa-*
cto, n.5. vbi plena apost. † Amplia; quia in Velleiano, cui mulierre- 17
nunciat, requiritur certioratio, alias sibi non præiudicat. Bolog.
in additio. ad d.cõs. 10. de Anan.100. † Restringe, nisi iurauerit. Bolog. 18
d.cons.10an.100. vbi late. † Amplia; quia ẽt si mulier minor dicatur 19
in instrumento certiorata; adhuc tamen non præiudicat iuramẽ-
tum, nisi aliunde, q̃ ex instrumento probetur certioratio. Fed. de
Sen. *cons.199. And. Angela.* sequi videtur Ias. *in l. de iu. ff. de transact.* &
plene Curt. *cons.43.* vbi multa allegat. Vide, *Minor. Concl.249.* vbi, 20
quod particularis scriptura, imo etiam instrumentũ requiritur.
Alex. *cons.191. Perspecto, n.3. vers. fortificari etiam potest lib.6.* vbi sequ-
tur Feder. de Sen. & dat alios concord. & iterum *cons.141. Ponde-*
ratis, in fi. lib.1. & alii, quos posui ad ipsum Fed. de Sen. *d.cons.199.*
† Contrariũ dicit Apostil. ad Alex. *d.cons.141. in fin. lib.1. vers. proba-* 22
tur, vbi dicit * omnes contrarium tenere *in l. sciendum, ff. de ver. ob-* *
lig. † Amplia, quando minor fuit læsus; quia stante læsione non 23
præsumitur certioratus ex iuramento super facto de non veniẽ-
do contra; ideo non obstat iuramentum. Bald. *cons.312. lib.3.* licet
cons.376. lib.3. dicat tutius esse, petere absolutionẽ à tali iuramẽto,
& ꝙ in damnosis renunciatio minoris sine certioratione ẽt iu-
rata non obliget, Bald. *cons.96. in fi. lib.5.* † Extende, vt procedat, ẽt 24
si donauit illud plus, ꝙ res vendita valeret; quia talia verba tan-
quam captiosa sunt restringenda ad modicam quantitatẽ. Bald.
d.cons.376. in fi. lib.3. † Restringe nisi minor esset certus de valore, 25
& renunciasset in genere cum iuramento. Alex. *cons.42. per tot. &*
n.17. in fi. lib.1. vbi dicit * communem. † Limita; quia pupillus, vel *
ẽt proximus pubertati, quantumcunq; renũciauerit, & iurave-
rit ẽt certioratus nõ obligatur. Bald. *cons.96. Pupillus sine auctoria-*
te, lib.5. n.2. Fulg. *cons.237. Finus Guidonius, col.2. vers. & in prima.* † Ex- 27
tende; quia iuramentum non obligat impuberem etiã proximũ
pubertati, licet cũ iuramento, & præsentia tutoris renunciave-
rit minori ætati, & promiserit non cõtrauenire; quia cũ non ha-
beat iuramentum tres comites, videlicet, discretionem, minor
non obligatur, neq; tutoris auctoritas ligat animam impuberis.
Fulgos. *cons.237. col.2. vers. & in prima,* vbi, quod potest rescindere
ex capite læsionis. † Limita, nisi iurauerit super minori ætate; qa 26
tunc iuramentum facit eum maiorem. Baldus *dict. cons.148. vers. in con-*

in contr. trium, lib. 1. Alexand. *d. cons. 27. num. 2. & seq. per tot. lib. 1.* imo tunc minor præsumitur certioratus, & renunciasse restitutioni in integrum, & mulier Velleiano, secundum magis * communé, 27 de qua Alex. *consil. 146. Viso themate, in princ. & num. 2. lib. 7.* † Contrarium, quod licet iuramentum repræsentet maiorem, non tamen repræsentat scientem, si non est certioratus. Bald. *cons.* 434. 28 *Factum proponitur, in fin. ver. sed aduertendum, lib. 3.* † Restringe limitationem, vt non procedat, quando minor esset læsus in contractu bonæ fidei, & dolose inductus ad contrahendũ, quia licet sit certioratus de minori ætate, & illi cum iuramento renunciauerit, si non fuit certioratus de quantitate damni, non sibi præiudicat. Bald. *d. cons. 213. lib. 1. circa fin. ver. ad hoc videtur*, vbi, quod iuramentũ nihil operatur hoc casu, etiam si renunciauit minori ætati, ac enormi, & enormissimæ læsioni; quia de enormi læsione, & quan- 29 titate debuit certiorari, alias non valet renunciatio. † Restringe limitationem; quia licet iuramentũ repræsentet minorem, tanq̃ maiorem, tamen si tractat de damno vitando, restituitur aduersus iuramentum, qñ non fuit certioratus. Dyn. *d. cons. 5. per tot.* ma- 30 xime, *n. 7. & seq. ver. præterea certum est.* † Limita; quia bene sufficit certioratio in effectu, licet in specie non sint expressa verba, nam si mulier non intelligat, Velleianum Senatusconsultum quid sit, tamen sufficit, quod intelligat, q̃ non potest obligari, nisi renun- 31 ciet. Bald. *cons. 376. circa fin. lib. 3.* † Limita; quia omnis, qui cum iuramento renunciat beneficio, sibi præiudicat, etiam si non sit 32 certioratus. Alexand. *consil. 42. num. 9. versicul. septimo oritur, lib. 1.* † Extende in muliere renunciante Velleiano, & fideiubente cum iuramento; quia etiam non certiorata sibi præiudicat. Alex. *cons. 42. num. 9. ver. pro hoc, lib. 1.* vbi, quod iuramentum facit valere a- 33 dum omni meliori modo, *num. 10.* apostill. *in ver. meliori modo.* † Limita in minore cum iuramento promittente non venire contra, quia non restituitur, licet non fuerit certioratus. Alex. *cons. 27* * *nu. 2.* vbi dicit magis * communem, & q̃ de consuetudine non sit * certioratio; & *cons. 42. num. 10.* in fine dicit magis * communem, & quod communis stylus ita obseruat, *lib. 1.* Bologn. ad *cons. 10. de anat. 100.* vbi multos allegat, & Alex. *cons. 146. n. 2. lib. 7.* vbi dicit 34 magis * communem. † Contrarium, quod imo, vbi agitur de abdicatione iuris quæsiti, vel quærendi, præsumitur ignorantia in muliere, ergo iuramentum nihil operatur. Signor. *cons. 250. n.* 35 *9.* vbi, q̃ iuramentum non extenditur ad ignorata. † Declara; q̃ inistis personis, quæ sunt subiectæ captioni ob fragilitatẽ sexus, datur absolutio à iuramento, & releuantur, quatenus læsi, & hoc est tutissimum remedium; quia quicquid cõtro uertatur semper tutior via est, quod iuramentum obstat, nisi iurans absoluatur; vel habiliteur, ita Alex. *cons. 125. num. 9. ver. & ideo dixit, lib. 1.* vbi dicit * magis comm. Vide, *Absolutio. Conclus. 58.*

Minor non potest donare, & quando secus. Conclus. 247.

1 MINOR † non potest donare; ideo non valet donatio rerum immobilium minoris, etiã si interuenerit authoritas curatoris, & decretum iudicis; quia donare non cadit in generali administratione etiam cum libera. Castr. *consil. 161. Non est dubiũ,* 2 *in princ. lib. 2.* † Amplia; quia neque valet donatio mulieris minoris facta patri suo sine iudicis decreto. Dyn. *cons. 44. Quæstio, de qua* 3 *agitur. per tot.* † Extẽde; quia neq; valet donatio minoris facta extraneo etiam cum decreto iudicis, & cum iuramento. Castrens. *consil. 343. Considerandum, nu. 2. & seq. lib. 1. & col. fin. ver. & si dicatur, q̃* 4 *decretum est nullum*, & loquitur in liberatione facta sine causa. † Extende; quia imo non valet donatio facta per minorem sorori suæ in monasterio existenti nondum professæ, licet interuenerit solemnitas statuti, videlicet præsentia iudicum mercantiæ, consensus, & iuramentum proximiorum; quia donatio non cadit in administratione tutoris. Castr. *cons. 433. Cum statutum, in princip. & per tot. lib. 1.* vbi tollit omnia cõtraria, quod leges facilius permittant alienari fratribus, & illis de familia, & q̃ monialis non pro- 5 fessa habetur pro laica seculari. † Extende, vt procedat, ẽt si statutum dicat, q̃ non valeat donatio minoris, nisi interuenerit certa solemnitas; quia cũ statutum sit factum ad fauorem minorũ, licet interuenerit solemnitas, nõ valet donatio simplex; quia semper minor læditur, sed necessario statutũ debet intelligi de donatione ex causa; puta ob benemerita; quia etiam debent probari. Castr. *d. cons. 433. in prin. lib. 1. & n. 2.* vbi, q̃ non præsumitur pro decreto, vel solemnitate, qñ extat maior præsumptio contraria, prout q̃ læditur minor, imo dicit, q̃ inquisitiõ diligens non o- 6 peraretur; quia ficta, & affectata præsumitur. † Amplia; quia filiusfamilias minor non potest donare patri sibi authorizanti, siue donet bona aduentitia, siue etiam profectitia, in quibus pater habet vsumfructũ, & legitimam administrationem; quia adesse possunt quatuor defectus. Primus est, si supra summã 500. quia est nulla, ab inde supra ob nõ insinuationem. Secundus defectus est; quia requiritur decretum iudicis in omni alienatione bonorũ minoris. Tertius defectus est; quia donatio nõ est de administratione. Quartus defectus; quia pater sibi authorari non potest. Flor. à S. Petro *cons. 8. per tot.* vbi late. Vide, *Authorari nemo potest in re sua ad commodum suum. Concl. 565.* † Extẽde; quia minus põt 7 alteri donare minor, siue tacite, siue expresse. Vide, *Minor sine decreto non potest alien. Concl. 249.* † Extende etiã cum authoritate tu- 8 toris. Vide, *Tutor non potest alienare, &c. Concl. 450.* † Amplia; quia 9 minor non potest bona etiam feudalia donare, vel alienare sine decreto, & aliis solemnitatibus, & alienatio facta aliter est nulla, maxime, qñ sine iuramento. Alex. *cons. 150. In causa, in princ. lib. 6.* † 10 Amplia; quia valet donatio rerũ immobiliũ facta à minore mercatore, licet extet statutum, q̃ minor 25. annis, maior tñ 14. si est mercator, agat, faciat, & contrahat tanquam pater familias; ex omnib⁹ eius contractibus teneatur, sicut quilibet maior, quia sicut de iure communi non potest donare ẽt cum iudicis decreto, & curatoris authoritate; ita neq; si esset mercator minor; q̃ statutum solũ reintegrare intendit personam mercatoris ad cõtractus, prout de iure communi, minor cum decreto iudicis, & authoritate curatoris. Castr. *cons. 161. per tot.* maxime *in prin. ver. sed est dubium, lib. 2.* quia dicit statutum recipere interpretationẽ passiuã à iure communi. † Extende; quia sicuti minori læso daretur re- 11 stiturio in integrũ, si contraxisset cum iudicis decreto, & authoritate curatoris, ita ẽt in casu statuti repræsentantis eum maiorẽ. Castr. *d. cons. 161. col. 2. circa fin. ver. item dico, lib. 2.* † Amplia; quia filia 12 minor donans successionis ius, seu portionẽ hæreditatis matris fratri suo, cũ consensu proximiorum attestantium credere, q̃ cedat in vtilitatem puellæ, & sic seruata solemnitate statuti, & cum iuramento de non veniendo contra, potest petere absolutionem à iuramento, & illa obtenta, quatenus iuramentũ non cõfirmet contractum, potest vendicare donata, quatenus confirmet, potest tanquam læsa petere restitutionẽ aduersus contractũ; quia est decepta, & læsa in tot. Abb. *cons. 107. Quatuor sunt, col. 3. in pri. n. 3. & seq. ver. restat nunc examinare, lib. 2* vbi, q̃ causa est falsa, quod cedat in vtilitatẽ donantis; quia donare semper est perdere, & *n. 8.* dicit, q̃ donatio facta fratri non est sufficiens causa donandi bona minoris, vide eum; quia plene loquitur. † Amplia; quia in iis, 13 in quibus minor non potest donare circa immobilia, neq; potest donanti consentire, quando ipse minor habet dominiũ rei. Bart. *cons. 70. Reuerendissime, in princ. vers. nec potest dici, lib. 1.* vbi, quod regula infallibilis est. † Restringe, quando minor non habet domi- 14 nium rei immobilis; quia tunc bene potest alienanti consentire. Bart. *d. cons. 70. in prin. lib. 1.* vbi dat exemplũ; quia licet minor non possit manumittere seruum proprium, bene potest consentire manumissioni faciendæ per dominũ de seruo, q̃ minor habet in pignus. † Limita; qñ donat cum iuramento; quia iuramentum 15 facit eum maiorem. Alex. *cons. 59. Viso, in princ. lib. 5.* & maxime, qñ est donatio reciproca per compromissum iuratum, & per laudum sequutum, vt ibi. † Limita in tutore Principis, vel ex causa; 16 quia potest donare cum solemnitate. Vide, *Tutor non potest alienare. & c. Concl. 450.* Vide, *Tutor qualem administr. & c. Concl. 446. num. 4.* † Limita; quia minor 25. annis potest donare res mobiles; quæ nõ 17 continentur sub prohibitione legis, *l. quæ tutores. C. de admin. tut.* Bart. *cons. 70. Reuerendissime Domine, in princ. lib. 1.* vbi loquitur in donatione simplici, & facta sine decreto, vbi, quod apud ipsum nullum est dubium, & ibi apostill. dat concord. *in ver. Reuerendiss. Domine.* † Declara tamen; quia posset minor restitui in integrum, *l. 2.* 18 & ibi glos. *C. si aduer. donat.* Bart. *d. cons. 70. in princ. lib. 1.* † Declara; 19 quia iura, quæ prohibent bona mobilia minoris alienari sine decreto, loquuntur in tutore, & curatore, qui non possunt donare, nisi certis casibus; non autem habent locum in ipso minore. Bar. *d. cons. 70. in princ. remanet ergo, lib. 1.* Vide, *Donare non potest minor etiam cum decreto. Conclus. 682.*

Minor an possit sine decreto dotare. Conclus. 248.

MINOR † adultus non potest dotare sororẽ ex bonis stabili- 1 bus sine decreto iudicis; quia requiritur saltem causæ cognitio, an suppetant facultates, an vir sit tanta dote dignus. Bald. *cons. 108. Quæritur, vtrum adulta, per totum, lib. 1.* † Amplia; quia nec 2 minor adulta potest augmentum dotis facere in bonis stabilibus pro se, sine decreto iudicis, nec donationem facere ob sponsalitiam largitatem. Bald. *d. consil. 108. per totum*, vbi est casus, *lib. 1.*

3 †Amplia; quia neque mulier minor potest se ipsam dotare in bonis stabilibus; quia dotis constitutio in immobilibus est alienatio; Petr. de Anchar. *consil. 94. Ista Domina Ioanna, in princip.* † Extende; quia sicut mulier minor non potest se dotare in bonis immobilibus expresse sine solemnitatibus, ita et non potest tacite stante statuto, quod omnia bona mulieris censeantur data in dotem, prout Bononiæ; quia tale statutum non dispensat minorem. Pet. de Anch. *d. consil. 94. in princ.* vbi dicit hoc clarum stante alio statuto, quod minor non potest alienare sine solemnitatibus. † Amplia; quia minor non potest se obligare pro dote vxoris fratris à fratre recepta, & obligatio sonat in læsione minoris, vel dementis, ideo obligatio non valet; etiam si minori datus sit curator, cũ cuius authoritate, & iudicis decreto, & cum iuramento minor se obligauit. Petr. Anch. *cons. 83. Visis diligenter, per tot.* † Extende multo magis in demente, vel mente capto. Pet. Anch. *d. cons. 83. in princip.* † Amplia; quia stante statuto, quod minores sine certa solemnitate non possint obligari, nõ valebit etiam dotatio sororis facta non seruata forma statuti per minores, quando supra summam debitam dotarunt; quia cum sit donatio, poterunt reuocare. Castrens. *consil. 469. Ad primum, num. 3. ver. tertio principaliter, lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiam si aliqui ex fratribus minoribꝰ decesserint; quia superstites hæredes reuocabunt etiam portionem defunctorum. Castren. *consil. 469. nu. 3. ver. quantum vero, lib. 1.* † Limita, quia licet non valeat constitutio dotis facta ab impubere muliere, ex quo matrimonium non tenuit, si tamen perseuerauit in matrimonio superueniente pubertate, sicut cõualidatur matrimonium, ita etiam dotis constitutio. Signorol. *consil. 214. col. fin. ver. item hæc mulier.* † Sed nota cautelam, qua potest minor dotare mulierem nobilem, si secum contraxerit matrimonium sine solemnitate, puta si faciat depositum penes bancharium, vel mercatorem, qui depositarius fideiubeat pro minore de soluẽda dicta dote. Castrens. 434. *Visis omnibus, n. 2. ver. tertio principaliter, lib. 1.* † Limita; quia licet non possit minor adultus secundum præmissa dotem augere in bonis stabilibus, tamen si contraxit cum ignorante eum minorem, tenetur ad interesse. Bald. *cons. 108. circa fin. ver. & hoc verum quantum, lib. 1.* vbi dicit secus esse, si cum scientẽ; quia non tenetur ad aliquid. † Limita; quia mulier etiam impubes potest dare actionem, quam habet in dotem sine decreto, ergo sine curatore, & cum decreto. Signor. *consil. 214. in quæstione vertente, col. fin. in princip.*

Minor sine decreto non potest alienare. Concl. 249.

1 MINOR † sine decreto alienans non perdit ius suum in feudo, quia venditio non tenet. Bald. *cons. 9. nu. 5. ver. nunquid autem, lib. 1.* Castr. *cons. 386. Sine dicamus, in princ. lib. 1.* † Et sine decreto, & authoritate iudicis nõ valet alienatio facta rei stabilis per minorem, *l. non solum, & l. minorum, & l. etiam. C. de præd. minor.* non distinguendo, an adultus esset, & an haberet curatorem; quia iura
3 loquuntur indistincte. † Et quod adultus, quamuis careat curatore, tamen non possit alienare sine decreto, tenet expresse Bart. *in l. ex legati causa. ff. de ver. oblig.* Canonistæ *in c. constitutus, de in integ. restit.* reprobantes, gl. pen. ibi, quæ volebat contrarium, in termi-
4 nis Ias. *consil. 48. lib. 1.* † Et quæ solemnitates requirantur in alienatione bonorum stabilium minoris. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendit. quæst. 5. principali, ver. sequitur videre de forma.* Dec. aliquid *cons. 60. colum. 2.* & plenius *cons. 403. Quamuis in casu.* Marsil. *sing. 556.* Paris. *cons. 98. Circa præsentem, lib. 1.* Afflict. *decis. 149. & 393. nu. 9.* Capic. *decis. 113. per tot. am.* Alex. *cons. 179. n. 8. lib. 7.* Vide inf. *Concl. 268.* & Ruin. *cons. 207. num. 13. lib. 1.* Rol. à Vall. *cons. 33. lib. 1.* Dec. *cons. 556. nu.*
5 6. Paris. *cons. 99. & 100. lib. 1.* † Requiruntur autem plura ad hoc, vt alienatio bonorũ minoris fieri possit, videlicet, quod sit ex causa necessaria, vt quia vrgeat æs alienum, & quod hoc constet iudici, & q venditio fiat per subhastationem, alias non valet. Bald.
* *cons. 184. Ad intelligentiam, in princ. lib. 2.* vbi dicit * communem; alia requisita ponit Alex. *cons. 125. Visis, & consideratis, colum. 2. ver. ergo. lib. 1.* vbi, quod requiritur decretum prætoris cum causæ cognitione, licentia tutoris, & ob æs alienum, vel vtilitatem minoris iam
6 cognitam, q non extent res mobiles, & subhastatio. † Et q requiratur, quod vrgeat æs alienum, videl. creditor petat, quod cũ decreto iudicis, & causæ cognitione; & aliis, q constet de debito, pro quo fit venditio. Castr. *cons. 74. in princ. lib. 1.* vbi, q ista sola causa admittitur. † Et dicitur vrgere, etiam si res minoris sit data in
7 solutum creditori cum pacto redimendi; quia si expedit minori redimere, dicitur æs alienum vrgere. Io. de Im. *consil. 99. num. 5. ver.*
8 *quintum dubium.* † Declara; quia si interuenit decretum iudicis sufficit; quia præsumuntur omnia solemnia, videlicet, q vrgeat creditor, quod expediat, & quod res sic se habeat; quia assertioni tutoris licet non stetur, bene statur cum decreto iudicis, & præsumitur causæ cognitio adhibita; quia est in extraiudicialibus, licet statim interponatur decretum. Io. de Im. plene *cons. 98. In quæstione, quæ vertitur, per tot.* vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur, & respondet ad omnia contraria, & *cons. 99. n. 6. ver. sextum dubium.* Deci. *consil. 403. Quamuis in casu proposito.* Io. de Im. *d. cons. 98. nu. 9.* † Ex- 9
tende in tantum esse necessariam causam æris alieni, vt valeat alienatio, vel concessio rei immobilis minoris in emphyteusim, vel censum vt non sufficiat adesse causam vtilitatis. Castr. *consil. 305. Si non interuenisset, in princip. lib. 2.* † Subhastatio, q sit necessaria 10
in rebus minorum. Bald. *consil. 184. Ad intelligentiam, in princip. lib. 2.* † Contrarium, quod non sit necessaria subhastatio rerum mino- 11
ris venditarum, quando cum authoritate, & decreto iudicis, tenet Imol. *d. consil. 99. nu. 7. ver. septimum dubium,* vbi, quod ita seruatur de consuetudine, & quod non fit subhastatio. † Declara; quia 12
bene requiritur subhastatio in rebus fisci, sed non in rebus ciuitatis, vel minoris. Io. de Imol. *d. consil. 99. nu. 7.* † Vide omnino Af- 13
flict. *decis. 249. Fuit in consilio, per tot.* vbi, q octo sunt necessaria; primo causa vrgens necessaria; secundo, quod ex mobilibus solutio fieri non possit; tertio, q liqueat iudici per discussionem bonorum; quarto, q vendantur res, quæ minus damnum afferant; quinto, quod pro paruo debito non vendatur res magna; sexto authoritas tutoris; septimo, q subsequatur decretũ iudicis; octauo, quod fiant subhastationes, & ista omnia Roland. à Vall. *cons. 18. n. 72. & seq. lib. 2.* plenius, *consil. 33. lib. 1.* vbi addit nonum requisitum, q per 20. dies fiant subhastationes. † Extende in tantũ præ- 14
dicta vera, vt neq; stetur assertioni iudicis, quod interuenerint, plene Vrsil. *in addit. ad d. decis. Afflict. 249. in princ.* vbi concord. allegat. plene Roland. à Vall. *d. consil. 18. n. 72. & 73. cum seq. lib. 2. & cons. 33. num. 13. lib. 1.* Castrens. *consil. 429. Visis, nu. 5. lib. 1.* vbi reddit rationem; quia non possunt tollere solemnitatem, & aperiretur via, quod tollerentur. Castr. *cons. 38. Super eo, num. 2. lib. 2.* † Quia non 15
creditur Notario, neq; iudici, nisi per acta id appareat. Roland. à Vall. *consil. 7. num. 70. lib. 3. & consil. 99. num. 24. lib. 1.* Castrens. *d. cons. 429. colum. 2. lib. 1.* & nisi de iis, quæ potuerunt in actu gesto tunc interuenire. Castrens. *consil. 38. ver. in contrarium, lib. 2.* † Et ideo de- 16
bet fieri scriptura continens causæ cognitionem separata ab instrumento alienationis, antequam fiat alienatio. Paris. *consil. 98. n. 9. lib. 1.* Roland. à Vall. *consil. 33. num. 11. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. cas. 171. num. 26.* Corne. *consil. 71. num. 4. lib. 3.* Vide supra, *Minor. Concluſ.* 246. plene Castrens. *cons. 38. per tot.* maxime *in fin. lib. 2.* vbi in fine dat exemplum in alienatione rei Ecclesiasticæ; quia debet præcedere instrumenta tractatuum. † Et necesse est; q de qualibet so- 17
lemnitate requisita extet instrumentum, q dispositiue loquatur, non narratiue, & non debet fieri vna die, nec repente; quia præsumeretur ex abrupto, & sine deliberatione, alias actus esset nullus, plene Castr. *cons. 429. Visis, col. 2. in princ. lib. 1.* vbi latissime, & q non creditur etiam consanguineis, neque Notario, nisi de iis, quæ potuerunt interuenire tempore actus gesti, vide eum, & idem repetit plenius *d. consil. 38. per tot. lib. 2.* † Declara tñ; quia ista 18
sunt vera de iure scripto; secus si de consuetudine aliter seruaretur, q omnia in eodem instrumento fierent. Castrens. *d. consil. 38. in fin. lib. 2.* † Et decretum non sufficit, nisi constet esse seruatam 19
formam iuris. Bald. *d. consil. 184. in princip. lib. 2.* plene Paris. *consil. 100. lib. 1.* vbi multa, & q decretum est indiuiduum. † Amplia, vt 20
nec iuramentum minoris validet alienationem feudi factam à minore; quia iuramentum est contra legem feudorum. Bald. *d. consil. 9. n. 5. ver. item iuramentum minoris.* † Contrarium videtur vel- 21
le Alex. *consil. 150. In causa, in princ. lib. 6.* † Extende, vt nec iuramentum validet generaliter contractũ alienationis minoris sine decreto, etiam si alienatio fuerit facta à minore filiofamilias, pupillo; cũ authoritate patris. Bald. *cons. 450. In pupillo non est dubium. lib. 2.* † 22
Extende; quia iuramentũ nihil operatur in contractu minoris ẽt cum decreto, q̃n clare constat; quod fuit læsus, vt quia pro alio se obligat. Petr. de Anch. *cons. 83. per tot.* † Amplia; quia alienatio rei 23
immobilis minorum facta per tutorem etiã cum decreto iudicis est nulla, quando alienauit rem maioris pretii, quam esset causa, vel æs alienum, pro quo soluendo fuit facta alienatio. Bald. *consil. 75. Quidam tutor, in princ. lib. 1.* Afflict. *decis. 249.* vbi ponit requisita Fabian. de Monte, *de emptio. & vendit. quæstio 5. principali, nu. 95. cum sequent.* vbi ponit decem requisita. † Declara tamen, vt procedat 25
ampliatio, quando aliæ res minoris valoris potuissent alienari si vero non potuit alia res alienari, tunc alienatio rei maioris valoris, quam esset æs alienum, valet cum decreto facta. Bald. *d. consil. 75. in fin. ver. solutio, lib. 1.* vbi est casus. † Extende; quia non est 26
sufficiens causa alienandi, quod bona sint sterilia propter guer-
ram,

ram, quia non est causa perpetua. Bald. *d. consil. 184. in fine. lib. 2. ver. in eo autem.* † Amplia; quia minor etiam adultus non potest etiam ex causa dotis, vel augmenti, aut sponsalitiæ largiratis alienare bona stabilia sine decreto. Bald. *cons. 108. Quæritur, vtrum adulta, lib. 1. per tot.* † Extende; quia sicuti non valet contractus minoris sine decreto, ita non valet stipulatio, vel promissio pœnæ in eodem contractu nullo. Bald. *cons. 258. Quantum ad primum, lib. 5.* † Amplia in tantum alienationem bonorum stabilium minoris factam sine decreto iudicis, & sine authoritate curatoris esse nullam, vt non transferatur dominium, sed neq; oriatur actio ciuilis; neq; naturalis ad translationem dominii. Castrens. *cons. 161. Non est dubium, num. 2. lib. 2.* † Amplia; quia neque potest minor sine decreto bona hypothecare. Bald. *cons. 108. in princip. ver. solutio prima pars. lib. 1.* † Amplia; quia neque renunciare, aut cedere potest bona stabilia sine decreto. Castrens. *dict. consil. 386. in princip. lib. 1.* † Amplia; quia monialis non potest renunciare fratribus hæreditatem paternam sine decreto; ideo licet renunciauerit cum consensu Abbatissæ, & Conuentus, non valet talis renunciatio quoad bona immobilia. Bald. *consil. 246. Monialis cum authoritate, in principib. lib. 1.* † Amplia, vt quod dicitur de alienatione bonorum minoris, habeat locum etiam in concessione perpetua in emphyteusim, vel liuellum. Bald. *consil. 184. Ad intelligentiam, per tot. libr. 2.* Castrens. *consil. 105. Si non interuenisset, in princip. lib. 2.* Rom. *consil. 166. num. 5. in fin. ver. tertio posito.* † Amplia; quia neque valet alienatio facta per tutorem sine decreto, & causæ cognitione. Iaſ. late *in leg. 2. ver. nota ex secunda parte, ff. de off. eius*, vbi ponit regulam cum tuis limitationibus. † Amplia, quia minor non potest alienare etiam in fauorem Ecclesiæ sine decreto. Bald. *consil. 248. Quæritur, an reseruatio, num. 2. ver. sed quæritur, libr. 2.* Roman. *dict. consil. 166. Visa diligenter, num. 2. & sequent. ver. nec huic rationi.* † Contrarium dicit Cyn. *in auth. ingressi. Cod. de sacrosanct. Eccles.* quod imo pubes offerendo se religioni, alienat omnia bona sua in monasterium, & Ecclesiam sine solemnitate. † Declara; quia si minor contrahit principaliter cum Ecclesia, vel pia causa, debet seruare solemnitates statuti, alias contractus est nullus, secus si contractus veniret accessorius ad actum professionis, vel oblationis factæ Ecclesiæ, & religioni, ita Roman. *dict. consil. 166. num. 2. & sequent. ver. nec huic rationi*; quia subditum suum ligat statutum, & * hæc est communis * opinio, vt per apostill. ibi *in verb. subdita*, & Roman. dicit ibi *num. 3.* quod ista est veritas, licet Bald. teneat contrarium, & male *in l. generali. Cod. de sacros. Eccles.* † Amplia; quia non potest minor quietare, vel liberare sine decreto. Anchar. *consil. 242. Prius de viribus, num. 6. & seq.* vbi declarat, nisi maior factus per quinque annos tacuerit. † Restringe; quia speciale est in liberatione, quod sola authoritas iudicis sufficiat, ideo statutum dans certam solemnitatem contractibus minorum non comprehendit liberationem, si decretum iudicis interuenit. Anchar. *consil. 222. nu. 2. & sequent.* † Amplia; quia neque potest minor 14. annis sine tutore, & sine decreto iudicis pignorare bona stabilia, & contractus est ipso iure nullus, etiã si interuenerint consanguinei. Bald. *consil. 369. In nomine Domini, Amen: Anno Domini, lib. 2. in fin.* quia non sufficit authoritas tutoris sine decreto, nec è contra, sed vtrunque debet interuenire. Bald. *consil. 372. Factum sic proponitur. num. 1. lib. 2.* qui loquitur in concordia, in qua fit alienatio. † Imo, q̃ tria requirantur, & vno deficiente non teneat alienatio pupilli ipso iure, tenent Dynus *consil. 28. Thema tale est, quidã, num. 3. verficul. præterea*, vbi requiritur authoritas tutoris, causæ probatio, & iudicis tractatus. † Extende; quia in tantum est nulla alienatio sine causæ probatione, vt error non excuset; quia error iuris non excusat. Dyn. *dict. consil. 28. num. 3.* † Extende; vt prædicta procedant nedum in alienatione rei, in qua pupillus habet dominium, sed etiam in qua pupillus habet titulum, & bonam fidem. Dyn. *d. cons. 28. num. 3. ver. præterea.* † Adde, quod imo quartum requisitum videtur requiri, vt videlicet si pupillus sit proximus pubertati, solus tutor non possit sine eo contractum facere, & alienare. Rom. *consil. 386. In consultatione proposita, in princ.* quod intellige, quando gratiose donaret, vel alienaret, vt ibi. † Et statutum loquens de alienatione bonorum minoris habet locum, siue fiat à minore solemniter, siue à solo tutore. Paris. *cons. 99. n. 31. & seq. lib. 1.* † Extende, etiã si interuenerit authoritas patris, & iuramentum patris. Bald. *cons. 450. lib. 2.* † Extende, vt imo non valeat cõtractus alienationis, vel cessionis pupilli, etiam cum authoritate patris, & decreto iudicis perfunctorio; si constat de præiudicio minoris pupilli. Bald. *d. consil. 450. in princ. lib. 2.* Petr. Anchar. *consil. 83. per tot.* qui loquitur, quando curator illico est datus, & factus contractus. † Extende; quia vbicunq; interuenit authoritas iudicis, & curatoris, & iuramentum minoris, si constat contractum esse læsiuum, non obligatur minor, neque demens, aut fatuus. Anch. *d. cons. 83. per tot.* † Amplia; quia pupillus non potest sine decreto compromittere etiam cum authoritate tutoris, q̃n in tali compromisso includi posset alienatio bonorum. Bald. *cons. 96. Pupillus. lib. 5.* † Extende; quia neq; potest tutor diuidere bona minoris sponte, & non coactus sine decreto. Ang. *consil. 230. Casus est. col. 3. circa si. ver. hoc sic præmisso.* † Amplia, quia non potest transigere minor circa immobilia; quia transactio ex qua immobilia debentur, vel relaxantur, est alienatio; & valet, etiam si cum Ecclesia celebretur, nisi solemnitates requisitæ in venditione interueniant in transactione. Roman. *cons. 166. Visa diligenter, in principio.* † Amplia; quia non potest donare, & ideo non valet donatio mulieris minoris facta fratri suo de iuribus dotalibus, quia est nulla sine authoritate iudicis. Dyn. *cons. 44. Quæstio, de qua agitur. per tot.* vbi loquitur maxime stante statuto (prout Parmæ.) † Extende, vt procedat tam in donatione directa, quam indirecta, prout si liberat sine causa; quia non valet, etiam si cum decreto iudicis, & cum iuramento faciat. Castr. *consil. 343. Considerandum, nu. 2. & sequent. lib. 1. volum. penult. in fin. ver. & si dicatur, quod decretũ est nullum.* † Amplia; quia quod dicitur de solemnitatibus requisitis in alienatione rei minoris, quæ sunt decem secundum Fabian. de Monte *tract. de emptio. & vendit. quæstio. 5. princip. num. 9. & sequen.* & octo ponit Afflict. *decisio. 249.* sint etiam necessariæ, quando per procuratorem maiorem fit venditio. Paris. *consil. 99. num. 37. lib. 1.* † Amplia, vt procedat etiam stante statuto, quod in alienatione facta per minorem 20. annis debeat adhiberi certa solemnitas; quia licet à contrario sensu inducatur, quod in maiore 20. annis illa solemnitas statuti non requiratur, non tamen est sublata solemnitas iuris communis, videlicet quod subsit causa necessaria, & decretum iudicis, & alia à iure communi requisita. Castrens. *consil. 106. Incipiendo à secundo, in princip. lib. 2.* Deci. *consil. 386. col. 1. n. 4.* † Extende, etiam si talis ætas 20. annorum sit subrogata loco ætatis legitimæ 20. annorum; quia licet quoad omnia suffragetur, & repræsentet maiorem, fallit quoad alienationem bonorũ stabilium; quia tenetur adhibere solemnitates iuris communis, put in eo, qui à Principe obtinuit in ætate vigintiannorũ esse maiorem; quia in alienatione stabilium non suffragatur. Castrens. *d. consil. 106. volum. 2. num. 2. ver. præterea posito, quod esset verum, lib. 2.* † Amplia, quia neque potest minor diuidere sine solemnitatibus; quia diuisio est alienatio. Curtius Sen. *consil. 66. num. 17. ver. capio nunc.* Ruin. *consil. 117. num. 21. ver. vltimo quæritur, lib. 3.* Castrens. *consil. 356. Postquam iste tutor, lib. 1. in princip. & consil. 304. num. 7. lib. 2.* quod intelligas de diuisione stabilium tantum; quia est alienatio, secus in mobilibus. † Extende; quia neque potest pupillus prouocare ad diuisionem sine causa. Vide, *Diuisio an possit prohiberi, &c. Concluſ. 542.* † Imo neq; tutor potest diuidere bona pupilli sine causa. Ang. *consil. 230. Casus est, col. 3. circa fin. ver. hoc sic præmisso.* † Restringe; quia si prouocatur minor, vt diuidat, non requiritur decretum iudicis; quia ex necessitate facit. Roman. *cons. 106. num. 4. & per totum*, vbi, quod neque requiritur; quod tutor inuentarium fecerit. † Amplia; quia si minor alienat non seruatis solemnitatibus requisitis, & sine causa necessitatis ærisalieni, vel similis, alienatio est nulla, & emptor tanquam malæ fidei, tenetur etiam ad fructus. Petr. Surd. *cons. 115. per tot.* vbi *nu. 35.* non admittit, etiam si sit ex causa vtilitatis. † Amplia; quia quod dicitur, minorem non posse sine decreto alienare, procedit etiam in eius tutore. Afflict. *decis. 87.* † Amplia; quia stante statuto dante solemnitatem in alienatione rei minoris, non sufficit seruare solam solemnitatẽ statuti, sed etiam solemnitas iuris communis debet seruari; quia solemnitas statuti dicitur additamentum solemnitati iuris communis, non autẽ tollit alias solemnitates à iure communi inductas. Alex. *cons. 125. col. 2. ver. ergo cum statutum, lib. 1.* plene Paris. *cons. 89. n. 63. lib. 1. & cons. 12. n. 47. lib. 2.* Castr. pleniſſ. *cons. 106. Incipiendo à secundo, in princip.* & maxime *n. 2. lib. 2.* vbi, quod statutum non emanauit ad minuendã, sed augendã solemnitatem. † Amplia, vt procedat, etiã si alienatio fiat de re infructuosa, puta minor soluit censum decem scutorum pro domo, quã concessit in emphyteusim pro eisdem decem, nõ potest alienari emphyteusis sine decreto. Afflict. *decis. 87.* Ias. *in l. 2. prope finem. ff. de offic. eius*, vbi concordare nititur opiniones. † Amplia in tantum minorem sine decreto, & aliis solemnitatibus non posse alienare, vt si alienet, alienatio sit ipso iure nulla, & nõ transferatur dominium in emptorem. *l. 1. §. si forte. ff. de reb. eorum. l. 2. & l. prædia rustica, & l. final. C. de præd. & aliis reb. minor.* † Extende, vt etiam locum habeat in datione in solutũ facta à minore sine decreto, quia nulla, *l. si minor, C. eod.* Bald. *consil. 376. Quæstio, super qua, ad fin. lib. 1.* † Extende; quia emptor tenetur propterea restituere rem cum fructibus percep-

pti-

ptis minori, si tamen pretium conuersum est in vtilitatem minoris, ipse quoq; tenetur restituere pretium cum vsuris. *l. vtere. & l. si prædium, C. de præd. min.* maxime si fructus, vt interesse debentur. A-
68 lex. *consil. 77. Viso processu, num. 12. lib. 6.* † Declara tamen, quod dicitur de fructibus restituendis non procedere, quando essemus in
secundo, vel tertio emptore, qui propter bonam fidem, & titu-
69 lum facit fructus suos, *l. 2. C. si quis igno. rem min.* † Idem, quando alienatio esset iudiciaria, *l. si pupillus, §. 1. ff. de reb. eo. l. 1. Cod. de præd.*
70 *min.* Guido Pap. *dec. 31. Secundum statutum, ad fin.* † Ampliatur tantum contractum minoris sine debitis solemnitatibus non valere, vt idem minor possit ipse contrauenire, & reuocare, licet alias quis contra factum suum non admittatur. Natt. *consil. 289. nu.*
71 *6. & consil. 293. per totum.* † Limita; quia licet minor non possit alienare etiam in ecclesiam sine decreto, tamen potest emittendo professionem cum sua persona in religione alienare, & transire
72 cum bonis. Baldus *consil. 248. num. 2. libr. 2.* † Limita, quia licet contractus alienationis minoris sine decreto, & solemnitatibus sit nullus, & non defendat possessorem. Alexand. *dict. consil. 147. num. 3. lib. 7.* si tamen pretium fuit solutum vtiliter, puta pro monachanda, vel maritanda sorore minoris, tenetur minor restituere pretium conuersum in causam vtilem, & necessariam,
73 *leg. prædictum, C. de præd. min.* Rip. *in l. si is, num. 12. ver. nec obst. ff. de pignor.* Socin. Iun *consil. 81. lib. 1.* Ruin. *consil. 91. lib.* † Limita; quia adultus, & minor possunt repudiare cum authoritate curatoris sine decreto hæreditatem nondum aditam, & valet talis repudiatio etiam sine decreto iudicis, vel superioris. Bald. *consil. 246.*
74 *Monialis cum authoritate in princip. lib. 1.* † Extende limitationem, vt procedat in Moniali, quæ potest cum authoritate Abbatissæ, & Conuentus renunciare pariter hæreditati delatæ nondum aditæ, & valet talis renunciatio sine decreto, prout in adulto. Bald.
75 *d. consil. 246. in princ. lib. 1.* † Limita; quia licet contractus alienationis bonorum minoris sine decreto sit nullus, tamen bene cõualidatur per ratificationem tacitam, vel expressam minoris facti maioris. Bald. *consil. 184. Ad intelligentiam, num. 3. versic. tertio præmitte, lib. 2.* vbi, quod minor dicitur ratificare contractum concessionis in emphyteusim, si maior factus recipiat canonem, & quod ratificatio tacita, vel expressa sufficiat, postquam est factus maior. Ang. *consil. 50. in fi.* Alex. *consil. 117. Viso processu, lib. 5.* Bald. *consil.*
45. ver. quandoque contractus, & consi. 184. Ad intelligentiam, lib. 2. Corn.
consil. 36. In hac consultatione, lib. 2. & consil. 207. Videtur prima facie, lib.
76 *3.* † Limita; quia bona minoris possunt etiam hæreditate iacente vendi solemniter ad instantiam creditorum hæreditariorum. Bald. *consil. 184. in fin.* vbi, quod sufficit seruare formam statuti,
77 *lib. 2.* † Limita; quia valet contractus alienationis ex causa concordiæ inter pupillum & ecclesiam etiam sine decreto, maxime, quando vterque approbauit contractum ipsum. Bald. *consil.*
78 *372. num. 2. versicul. tamen est hic considerandum, libr. 2.* † Limita; quia licet contractus alienationis bonorum stabilium factus à minore 14. annis sit nullus, tamen valet obligatio fideiussoris dati, quando se obligauit, vt principalis, ita videtur velle Bald. *d. con-*
79 *sil. 369. in fin. lib. 2.* † Limita; quia licet minor non possit alienare stabilia sine decreto, bene potest alienare, imo etiam donare mobilia, & pecunias, & iura, quæ prohibent alienare mobilia sine decreto, habent locum in tutore, & curatore, non autem in
80 minore. Bart. *consil. 70. Reuerendissime, per totum, lib. 1.* † Limita; quia bona minoris possunt alienari sine decreto, quando defunctus iussit bona sua vendi pro satisfaciendo aliquo debito, nam licet hæres sit minor, tamen exequutores sine decreto valide vendunt. Bald. *consil. 464. Incipiendo à primo, in fin. ver. super tertio, li-*
81 *bro 2.* plenius Alexand. *consil. 215. Ponderatis, in princ. lib. 6.* † Extende, vt procedat, etiam si vltra ius commune extet statutum, quod bona pupillorum non possint alienari sine iusta causa cum decreto, & interuentu proximiorum; quia si testator mandauit bona sua alienari per hæredes, licet sint minores, poterunt alienare sine illa solemnitate seruata. Alex. *d. consil. 215. Ponderatis, in princ.*
82 *lib. 6.* & ibi apostill. *in ver. testatore,* citat Alex. *cons. 62. lib. 2.* † Extende, siue licentia à testatore sit data generaliter, siue specialiter. A-
83 lex. *d. cons. 215. in princ. lib. 6.* † Extende, vt quod dicitur de hæredibus minoribus, habeat locum, etiam si talis licentia fuit data exequutoribus ipsius hæredis pupilli; quia sine alia solemnitate talis
84 exequutor alienare poterit. Alex. *d. cons. 215. in princ. lib. 6.* † Extende; quia procedũt prædicta, etiam si testator esset minor, qui dedit hanc licentiam hæredi pupillo, & seu minori, vel eius exequutori; quia adhuc alienatio poterit fieri sine solẽnitate. Alex.
d. cons. 215. Ponderatis, num. 2. & sequent. ver. vnde dicit Bald. lib. 6. vbi dicit, quod minor potest in testamento alienare sine solemnitate, & dare licentiam hæredi minori alienandi pro contentis in testamento; & non erit necessaria solemnitas aliqua, & statutum recipit hanc interpretationem. † Extende, quia imo si minor per-
mittat sine solemnitate de bonis suis nulliter, & postea alius maior instituat minorem hæredem approbando illam obligationẽ minoris, postquam adiuit postea hæreditatem maioris, consolidatur obligatio, quæ erat nulla. Alex. *d. consil. 215. num. 4. & ver. & ad propositum nostrum, lib. 6.* † Declarat tamen apostil. ad Alex. *d. cons.*
215. nu. 4. lib. 6. in ver. valebit, vt extensio procedat, quatenus minor obligasset bona testatoris ratum habentis; secus si bona propria; quia tunc non conualidaretur per approbationem testatoris. † Extende, vt procedat etiam in procuratore constituto à testatore ad vendendum post mortem suam talia bona; quia poterit vẽdere sine solemnitatibus post mortem, licet hæredes sint minores. Alex. *d. cons. 215. n. 5. ver. alias sequeretur. lib. 6.* † Ratio est; quia statutum loquitur de alienatione bonorum minoris in contractu, non in vltima voluntate; quia decretũ iudicis non conuenit vltimæ voluntati. Alex. *d. cons. 215. n. 6. ver. confirmo prædicta, lib. 6.* vbi dicit statutum prohibens alienari inter viuos in forensem non prohibet in vltima voluntate. † Aliam rationem adducit Alex. *d. consil.*
215. n. 7. ver. pro hoc etiam, lib. 6. quia quod facit minor, vel exequutores ex licentia testatoris concessa, censetur factum ab ipso testatore per viam vltimæ voluntatis. † Extende, vt procedat etiam stante statuto; quod nullus possit vendere bona stabilia forensi, contigit, q testator grauauit hæredem suum ad permutandum quædam bona stabilia cum forense, an poterit permutare, tenet Alex. *d. cons. 215. n. 6. ver. confirmo. lib. 6.* vbi, quod non consideratur contractus causatus, sed causans, quod est notandũ; quia causans est ab vltima voluntate, allegat *l. prædium, cum gl. C. quando decreto opus non est.* † Extende; quia licet non possit transigi super alimentis sine decreto iudicis, tamen si testator mandauit, quod hæres venderet alimenta, & vendidit, si postea contingat super ipso cõtractu venditionis alimentorum transigi, non erit necessarium amplius decretum iudicis; quia inspicimus primũ contractum prouenire ex vltima voluntate. Alex. *cons. 215. nu. 6. in fin. ver. bene facit. lib. 6.* † Extende; quia mulier, quæ secundũ statutum Senarum non potest legare vltra quartam partẽ bonorum in præiudicium filiorum, & descendentium, poterit tamen legare bona, quæ sibi prouenerunt ex vltima voluntate cum licentia alienandi; quia tunc statutum nõ habet locum. Soc. *cons. 48. & cons. 53. lib. 1.* Corn. *consil. 132. lib. 1.* † Extende; quia si alienatio est facta à defuncto, bene valet exequutio alienationis facta postea per hæredem minorem. Crot. *cons. 123. nu. 12. lib. 1.* † Declara, dummodo alienatio fiat iusto pretio, quia si fiat viliori pretio, minor restituitur, etiã si læsio non ascendat ad dimidiam, & pro quantitate læsionis fructus sunt restituendi. Bald. *consil. 464. in fin. lib. 2.* † Extende; quia si facta fuit alienatio cum decreto, & valida pro soluendis debitis minoris, & emptor non soluat, potest tutor, & alius de suo soluendo obtinere emptionem loco emptoris, & non requiritur alia solemnitas; quia est quædam subrogatio. Crot. *d. cons. 123. in fin. lib. 1.* † Limita; quia alienatio facta per minorem ẽt impuberem cum authoritate curatoris, & decreto iudicis valet, quia decretũ supplet tutorem, licet curator non potuerit dari. Signor. *cons. 214.*
num. 8. † Limita; quia quod dicitur minorem non posse sine decreto valide alienare, & se obligare, intelligitur passiue, sed tamen valebit contractus pro minore contra maiorem sic nulliter contrahentem, plene Mathesil. *singul. 155. Nota, quod si minor,* vbi post. magna declarat plenis, si est paratus approbare cum solemnitatibus, & quod tenetur minor, vel stare approbando, vel recipere, & restituere, vide, & quod valeat contractus in præiudicium contrahentis cum minore, nec possit emptor opponere de nullitate, plene Ang. Aret. *consil. 128. In casu prædicto, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur. † Limita, quando minor renunciat iuri in spe non considerabili, secus si de præsenti; quia quando iuri de futuro, & non considerabili, valet sine decreto, & iuramentum conualidat. Io. de Im. *cons. 1. in princip. ver. tertio pro hoc, sub-*
cio ver. item non obstat tertia ratio. n. 9. & 10. Vide Socin. *reg. 11. l. pen. C. de præd. min.* vbi limitat duobus modis, qñ meliorem facit minor suam conditionem, item, quando esset in communione cum maiori dilapidante.

Minor compromittere non potest, & quando secus. Concl. 250.

MINOR † compromittere nõ potest; quia eo ipso, quod compromittit, dicitur læsus, & ideo absq; alia probatione lesionis restitui debet; ga ex quo metu pœnæ, debet stare laudo iusto, vel non, dicitur lesus. Ang. *cons. 66. Com. Robertus, n. 1.* Cast. *cons. 429.*

Vide, & consideratio n. 6. lib. 1. Bart. *cons.* 40. *Quæritur, an statutum lib. 2.*

2 †Rationes sunt; quia eo ipso, quod compromittit, dicitur læsus in duobus; quia perdit appellationem, & beneficium competẽs; quia iudex facit litem suam, non autem arbiter. Bart. *d. consil.* 40.

3 *Quæritur. an statutum, lib. 2. in princ. ver. quod autem ex hoc ledatur.* †Declarat Bartol. *consil.* 47. *Nunquid tutor, in princip. ver. contra hoc membrum lib. 1. & d. consil.* 40. *lib. 2. num. 5. ver. contra illud*; vbi, quod dicitur læsus eo ipso, quod compromittit in eum, qui habebat iurisdictionem iudicandi in illa causa; quia perdit appellationẽ; secus si compromittat in amicabilem amicum, qui non poterat iudicare, ita declarat Alexand. *consil.* 254. *num.* 10. *ver. item respondeo.*

4 *lib. 6.* †Declara, vt plenius per Angel. Aretin. *consil.* 87. *In casu, & themate, num. 7. & sequent. versic. sed tamen iis non obstantibus*, vbi, quod minor cum decreto potest compromittere in arbitratorem; secus si compromittat in arbitrum; quia stari debet laudo ex necessitate pœnæ, vt ipsemet Ang. *d. consil.* 87. *in princ. num. 3. ver. tertio ipse.* †Extende; quia si curator fuit datus simpliciter ad compro-

5 mittendum, non valet compromissum factum cum iuramento de non reclamando etiam ab enormi, & enormissima; quia non veniunt ista extra mandatum. Ang. Aret. *d. cons.* 87. *n.* 10. *& seq. ver.*

6 *secundo hoc probatur.* † Amplia; quia pupillus non potest compromittere sine authoritate tutoris, & compromissum est nullum. *l.*

7 *si pupillus. ff. de arbitr.* †Extende, vt neq; valeat cum authoritate tutoris, si eiam non interuenit decretum iudicis, qñ potest continere alienationem. Bald. *cons.* 96. *Pupillus sine authoritate, ver. aut est evidenter vtile, lib.* 5. Ang. de Perul. *cons.* 66. *Com. Robertus, in princ. nu.* 2.

8 vbi, quod est ipso nullum. †Extende; quia compromissum pupilli voluntarium non valet ẽt cum authoritate iudicis; & tutoris, qñ est euidenter damnosum; quia datur restitutio pupillo. Bald.

9 *d. cons.* 96. *in prin. lib.* 5. Ang. *d. cons.* 66. *in prin.* † Restringe, quãdo minor compromitteret, vel pupillus tanquã prouocatus additiisionem; quia valet compromissum probata prouocatione, si compromisit cum authoritate tutoris, sed tñ restituitur, si tempora

10 non sunt lapsa. Angel. *d. consil.* 66. *in princ.* † Amplia maxime, quando minor compromisit de iure, & de facto, tanquã in arbitro, &

11 arbitratore. Castr. *cons.* 429. *num.* 6. † Extende, vt neq; iuramentũ aliquid operetur in præiudicium minoris multis casibus, prout

12 super re clara; item si non seruata forma, & solemnitate statuti; item si statutum prohibet personam minoris compromittere. Castren. *d. consil.* 429. *num.* 6. *lib.* 1. † Amplia; quia pupillus non potest compromittere in arbitratorem, etiam cum authoritate tutoris; quia siue sit latum laudum tanquam ab arbitro, siue ab arbitratore, nullo dato pupillo, est ipso iure nullum; quia est quædam transactio, & ideo quatenus valere posset, vt quia forte pupillus esset prouocatus, semper competit restitutio, absque eo, q

13 probetur alia læsio. Ang. *d. cons.* 66. *in princ.* & maxime *n.* 3. † Declara; quia bene laudum latum ad fauorem pupilli valebit, etiam si compromissum esset sine solemnitate. Ang. *cons.* 248. & 249. Bart.

14 *cons.* 259. *nu.* 6. & 7. *lib.* 1. Angel. *cons.* 43. †Restringe concurrentibus duobus, quod compromissum fieret de re dubia, & cum authoritate tutoris; quia tunc magis valet in arbitratorem, quã in arbitrum; quia non læditur ex compromisso facto in eo, qui non erat futurus omnino iudex pupilli, ita Bartol. *consil.* 40. *per tot. lib.* 2. vbi pro vtraque parte, & ita distinguit, sequitur Alex. *consil.* 254. a-

15 lias *fin. per tot. lib.* 6. & idem Bart. *consil.* 47. *lib.* 1. sequitur Ruin. *consil.* 129. *volum.* 2. *lib.* 5. Rol. à Val. *cons.* 76. *nu.* 4. Bart. *consil.* 47. *lib.* 1. † Amplia; quia minor non potest donare ex causa lucrativa etiam cum curatore, & solemnitatibus; quia donare est perdere, & eo ipso

16 est læsus, quod donat. *l. filiusfamil. ff. de donat.* Anch. *consil.* 69. *Contra donationem, in princip.* † Extende; quia solemnitates requisitæ in contractu minoris non possunt adaptari ad donationem; quia

17 requiritur necessitas alienandi. Alex. *consil.* 125. *n.* 3. *lib.* 1. † Restringe, qñ cum solemnitatibus donaret coniunctæ personæ, & mul-

18 rialis casib. relatiue per Anch. *d. cons.* 69. *n.* 7. & 8. † Amplia; quia Abbatissa sola non compromittit, maxime de iure, & de facto; qa

19 non potest transigere. Socin. *cons.* 18. *n.* 37. *lib.* 1. vbi, quod laudum est nullum. † Extende; quia is, quia nõ compromittit, nec potest

20 approbare laudum latum, vt valeat etiã in vim pacti. Socin. *cons.* 18. *n.* 38. *& seq. lib.* 1. † Limita, nisi quis compellatur compromittere ex forma statuti; quia tunc minor cum solemnitate valide potest compromittere. Bald. *consil.* 148. *In casu proposito, in fin. nu.* 15. *ver.*

21 *ad statutum, lib.* 1. *& consil.* 96. *Pupillus sine authoritate, lib.* 5. vbi, quod statutum comprehendit etiam minores. † Extende etiam in pupillo; quia ligatur tali statuto, ita q cum authoritate tutoris va-

22 lide compromittit. Bald. *consil.* 96. *per totum, lib.* 5. † Declara; quia si tutor, vel pupillus prouocat, distinguitur; quia tunc si res pupilli est clara, vel non habet multam difficultatem, non potest tutor etiam cum pupillo compromittere; aut res est dubia, & potest, ita Bart. *consil.* 47. *Nunquid tutor, in fin. lib.* 1. & repetit *cons.* 40. *lib.* 2. *in fin.* & in vtroq; loco concordantes per apostillantes. † Ali- 23
ter declarat Alex. *cons.* 254. *nu.* 4. *ver. nec tunc obstat. lib.* 6. quod Bart. debet intelligi, quod si iura non sunt clara, solus tutor compromittit; si sunt clara, non solus compromittit, sed bene ipse, & pupillus simul valide compromittunt. † Limita; quia pupillus cum 24
authoritate tutoris potest valide compromittere; quando compromissum est euidenter vtile. Bald. *d. cons.* 96. *lib.* 5. † Restringe ta- 25
men; quia sequuto iniquo laudo competit pupillo, & minori restitutio in integrum, etiam si statutum tolleret omnem appellationem, vel reductionem laudi, donec esset exequutum. Bald. *d. cons.* 96. *in fin. lib.* 5. † Limita, quando cum iuramento compromit- 26
tit; quia iuramentum faciteum maiorem. Alex. *cons.* 59. *Viso, n.* 3. & 4. *lib.* 5. † Limita; quia si solus pupillus compromittit, eo ipso est 27
læsus propter duo; quia perdit beneficium appellãdi; & quia iudex faceret litem suam, si male iudicat, secus si compromittat in arbitratorem, & amicabilem compositorẽ, qui non erat futurus iudex cũ authoritate tutoris; quia tunc valebit compromissum, ita Bart. *d. cons.* 47. *Nunquid tutor, lib.* 1. & *cons.* 40. *Quæritur, an statutũ*, maxime *n.* 5. & *per tot. lib.* 2. sequitur Alex. *d. cons.* 254. quod est *vltimum, n.* 4. & 5. *lib.* 6. vbi, q non dicitur isto casu læsus, nisi vetet docat de læsione, & *nu.* 6. *ver. septimo adduco.* † Extende maxime, si iu- 28
ra pupilli, super quibus fit compromissum, sunt dubia; quia valebit compromissum cum authoritate tutoris. Bart. *d. consil.* 47. *in fin. lib.* 1. & *cons.* 40. *in fin. lib.* 2. Alexand. *d. cons.* 254. *lib.* 6. *n.* 4. & *per tot.* † Extende; quia valebit compromissum nedum in arbitrum, sed 29
etiam in arbitratorem, quando iura pupilli sunt dubia, & pupillus compromittit cum authoritate tutoris, ita innuit Bart. *d. cons.* 40. *lib.* 2. Alexand. *d. consil.* 254. *num.* 4. *ver. nec tunc obstat, lib.* 6. † Imo 30
quando iura pupilli sunt dubia, solus tutor potest compromittere de iure, & de facto. Alex. *d. cons.* 254. *num.* 6. *ver. sexto ad idem, lib.* 6. † Restringe; quia solus tutor sine pupillo non posset compro- 31
mittere in arbitratorem, qui de facto posset auferre ab vno, & dare alteri; quia multa facit tutor cum pupillo, quæ solus nõ potest facere. Alex. *d. cons.* 254. *n.* 4. *in fin. ver. nec tunc obstat, & n.* 5. *lib.* 6. vbi dicit hoc verum, nisi iura pupilli essent dubia, ex mente Bart. *d. cons.* 47. *lib.* 1. & 40. *lib.* 2. † Limita; quia licet pupillus, & minor 32
non possit compromittere de iure ciuili; quia eo ipso, quod compromittit, est læsus; quia non appellat; fallit tamen de iure canonico; quia appellatio datur à laudo. Alexan. *d. cons.* 254. *num.* 6. *ver. subdit etiam, & n.* 7. *lib.* 6. vbi dicit communem, & magis * commu- *
nem.

Minoris bona vt vendi possint, requirunt causam. Concl. 251.

CAVSA †necessitatis requiritur, vt valeat alienatio bonorum 1
immobilium minoris, vt quia vrgeat æs alienum, *l. magis puto. §. si pupillus, vsque in fi. ff. de reb. eorum, qui sub tutel.* vbi, quod debet constare prætori de causa necessitatis, & an magis expediat vnã rem, vel aliam vendere, & non debet credere tutori; quia lucri gratia permittit, hoc etiam tenet Bald. *cons.* 184. *Ad intelligentiam, in princip. lib.* 2. vbi dicit * communem, & quod non sufficiat sola cau- *
sa vtilitatis, sed debeat adesse necessitas. Tiraq. *de legib. connubial. de son. mary. glos.* 8. *ver. octauo quæro, num.* 56. *vsque ad num.* 62. & hanc communem, & magis * communem dicit apostill. ad *not. ab. Ma-* *
thesil. 155. *num.* 11. & *seq.* Soc. Iun. *cons.* 80. *num.* 2. *lib.* 1. plenissime Petr. Surd. *consil.* 115. *per tot.* vbi, quod in ecclesia, & fundo dotali admittitur alienatio ex causa vtilitatis, seu in alienatione minoris sine necessitate non admittitur, alias est nulla, & emptor tenetur ad fructus, & dicit * communem *num.* 35, & *per tot.* idem tenet Rol. à *
Vall. *consil.* 33. *num.* 2. & *sequent.* & *consil.* 99. *num.* 38. *lib.* 1. vbi dicit * *
communem, prout etiam dicit * communem *cons.* 7. *nu.* 20. & *nu.* *
27. *lib.* 3. plene Crauett. *cons.* 853. *Magnifici domini, nu.* 2. Bart. *cons.* 162. *In quæstione, ver. vnde cum non appareat, lib.* 1. Ang. Aretin. *consil.* 128. *In casu prædicto, in princip.* Vide, *Statutum circa minores, &c. Conclus.* 595. 2
† Extende; quia non sufficit de esse causam necessitatis, si aliunde solutio in eam causam facta fuit; quia tunc decretũ est obreptitiũ, & alienatio nulla; quia debet esse talis necessitas, quæ aliunde solui nequeat, plene Corn. *cons.* 207. *Videtur prima facie. lib.* 1. *in princ. & per tot.* Angel. Aretin. *consil.* 128. *in princ.* † Extende in tantũ, 3
q minori competit restitutio tanquã spoliato, & quando nõ valuit contractus; quia nõ subest causa æris alieni. Crauett. *cons.* 853. *in princ.* † Exrende in tantum causam necessitatis requiri, vt non 4
sufficiat causa vtilitatis; quia nõ põst alienari res minoris; vt melior, vel cõmodior fiat. *l. magis puto, §. fin. ver. si æs alienum*, vbi quod liberum prætori nõ est datum arbitrium, sed solum ob æs

alie-

alienum, vbi glos. *in ver. æs alienum*, quæ dicit, vel similem causam, *ff. de reb. eorum*, & allegat *l. ob æs alienum*, *C. de præd. minor.* Petr. Surd. * *d. consil. 117. n. 35.* de * communi, plene Ruin. *consil. 63. n. 11. & seq. lib. 1.* * Rol. à Vall. *cons. 7. n. 26. lib. 3.* vbi *n. 27.* dicit * communem, & *consil.* * 99. vbi *n. 33. & seq.* disputat, & *n. 38.* dicit * communem, *lib. 1.* Bald. *in l. quicunque, C. de bon. quæ lib.* Alex. *cons. 53. col. 5. vol. 5.* Castr. *cons. 74. in princ. lib. 1. & cons. 105. in prin. lib. 2. & cons. 122. n. 3. ver. tertio quia, lib. 2.*

5 † Et imo non sufficit causam necessitatis adesse, nisi vrgeat æs alienum, vt quia creditor instet, & hoc debet constare iudici aliter, quam per assertionem. Rol. à Vall. *cons. 18. n. 72. & seq. lib. 2.* Cravetta *d. cons. 853. in princ.* † Extende, vt procedat; quia neq; sufficit, q̃ fundus sit sterilis, vel saxosus, vt possit vendi: quia non potest expedire, ex quo pretium erit congruum rei, & sic minus, *l. si fundus,*

7 *in princ. ff. de reb. eorum.* † Causa necessaria est, vt liberet minor se à captiuitate; ideo valet tunc alienatio, & obligatio minoris, Ro-

8 man. *cons. 316. n. 2. & per tot.* † Et quãdo aliter esset verecundia minoris, quia tunc voluntaria dicuntur ex necessitate. Ruin. *cons. 63.*

9 *nu. 14. lib. 1.* † Dicitur aũ causa necessaria etiam pro alimentanda familia, vel pro expensis necessariis ad conseruationem rerum,

10 vt tex. *in l. non solum*, vbi Angel. *ff. de petit. hæred.* † Intelligas secundũ Angel. *in l. diuus ff. de petit. hæred. nu. 4.* quod poterunt alienari magis onerosa, & minus vtilia pro alimentis, quando non sunt de-

11 bita secundum vires patrimonii, sed simpliciter debita. † Intelli-

12 gas de familia, quæ constituit rem ipsam. Cuman. *d. l. diuus, nu. 3.* † Extende; quia pro vestienda familia, vel monachis, vel fulciendo tecto Ecclesiæ, vel domus, causa dicitur necessaria, vt liceat alienare bona Ecclesiæ, vel minoris. Bald. *d. l. non solum. ff. de petit. hæ-*

13 *red.* † Item pro euitando periculo imminenti, prout sunt molendina in fluminibus. Ang. *d. l. non solum. ff. de petit. hæred.* quem ibi sequitur Fulgos. sed videas omnino Tiraquel. *de tract. lignagier. glos. 7. §. 1. n. 92. & seq.* vbi, q̃ dictum Angel. à nemine impugnatur, sed

14 tñ ipse declarat, qualiter procedat. † Et idem in expensis litis, vt exigantur debita; quia actio tempore potest perire. Cuman. *d. l.*

15 *non solum. ff. de petit. hæred.* † Extende; quia neq; sufficit, quod res sit

16 onerosa pupillo, vel damnosa, *l. 1. C. de reb. eorum.* Afflict. *decis. 87.* † Contrarium, q̃ res minoris immobiles possint alienari ex causa vtilitatis, licet necessitas non adsit; glos. *in l. cum ii, §. eam transactionem, in ver. alimentarius, ff. de transact.* qui loquitur in minore, & ecclesia, & eam sequuntur infiniti, quos citat Tiraquel. *de legib. connub. ver. de son mar. n. 62. & seq.* Cæpol. *consil. 14. Casus talis est, inter consilia ciuilia. num. 2.* vbi plures tenentes illam glos. allegat Barbat. *consil. 35. Sapienter, colum. penult. ver. modo in proposito, lib. 2.* plene Ias. *consil. 229. Egregius vir, num. 3. ver. nec obstat illud, lib. 2.* Roman. *consil. 316. Circa propositam, in 2. dub. num. 2. & consil. 433. Visa principali, in princip.* vbi apostill. plena, Dec. *consil. 124. Placet mihi, num. 3. ver. quarto etiam.* Socin. Iun. *consil. 28. Quia difficultas, lib. 2.* Ruin. *consil. 161. Proponitur, num. 3. lib. 3.* Grat. *consil. 46. nu. 25. & seq. vsque in fi. lib. 1.* plene Gramm. *cons. 10. n. 10. & seq.* vbi in ecclesia, in minore, & muliere, & omni prohibito se obligare, & alienare; quia valet ad vtilitatẽ suam. Corsett. *sing. suo*, incip. *Pupillus.* vbi plura cõgerit. Corn. *cons. 254. nu. 6. ver. tertio respondetur, lib. 1.* Soci. *consil. 160. nu. 16. ver. item & tertio, lib. 2.* Ang. *cons. 317. Statutum, quod mulier per tot.* Castren. *cõs. 160. Ad primum, ver. nec etiam in casu nostro, lib. 1.* Tiraquell. *d. glos. 8. n.*

17 76. † Ratio; quia quod fauore minoris inductum est, odium operaretur, apostil. ad Mathesil. *not. 155. in princ.* item quia q̃ admittitur propter præsumptionem, quam inducit solemnitas, magis admitti debet propter veritatem vtilitatis. Tiraq. *de legib. connub*

18 *glo. 8. n. 64.* plenius *n. 68.* vbi latissime. † Et q̃ ex causa vtilitatis liceat minori alienare non seruata solemnitate statuti. Dec. *consil. 330. Pro resolutione, in princ.* quia fere omnes consulentes loquuntur, quando sola vtilitas subest sine decreto, & sine solemnitate statuti; quia si præsumpta vtilitas operatur validitatem alienationis, quæ surgit ex solemnitate, multo magis veritas debet hoc operari. Angel. Aret. *cons. 128. In casu prædicto, nu. 25. & sequen. ver. nec obstat quartum.* vbi alias causas iustas deducit, & maxime vtilitatis ad se liberandum ab vsuris, *& num. 29.* vbi, quod causa sufficit,

19 vt bona magis vtilia emantur. † Declara; quia licet sit opinio cõtrouersa; tamen stante decreto, & causæ cognitione, quod sit vtile, bene valet tunc alienatio minoris, ita Afflict. *decis. 87. Magnũ est dubium per totam.* Alexand. *consil. 125. ver. ergo cum statutum lib. 1.* Bald. *in l. quæcunque. C. de bon. quæ lib.* Ias. *in l. 2. num. 10. ff. de offic. eius*, & alii, quos inducit ad hoc Capic. *decis. 113. in princip.* licet in fine dicat per maiorem partem tentum contrarium sine voto in scriptis; hanc partem videtur tenere Socin. Iun. *cons. 80. n. 2. lib. 1.* vbi, quod sola causa vtilitatis sine decreto non est sufficiens; ergo à

20 contrario secus, si subest decretum. † Contra declarationem, q̃ etiam stante decreto ex sola causa vtilitatis non valeat alienatio minoris, videtur tenere text. *in d. l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eorum*, & ita attestatur Vrsill. fuisse decisum per consilium Neapolitan. *in addit. ad Afflict. decis. 87. num. 2.* Afflict. *decis. 249.* & maior pars tempore Capic. ita tenuit, vt per Capic. *decis. 113. per totam*, plene Ruin. *consil. 63. nu. 11. & sequent. ver. non potuit ergo, lib. 1.* vbi dicit * * omnes ita tenere, quod decretum est nullum, si ex causa voluntaria assertæ vtilitatis, pro quo non præsumitur, est verum, quod loquitur in venditione tutoris ante confectum inuentarium ex causa, quod non expediret minori. Roland. à Vall. *consil. 7. nu. 28. lib. 3.* & vide Corn. *consil. 207. in princip. & nu. 4. lib. 3.* qui concordat cum Ruino, vt causa necessaria requiratur, maxime ante inuentariũ à tutore factum. † Declara; quia contractus minoris, quia 21 lienauit rem immobilem sine decreto propter vtilitatem, puta, quia sterilem, & infructuosam rem alienauit, est nullus, sed cum decreto bene valet; si igitur est cognita causa vtilitatis per iudicem, & decretum interposuit, valet Afflict. *d. decis. 87. Magnum est dubium per totam*, allegat Bald. *in l. quæcunque. C. de bon. quæ liber.* vbi, q̃ decretum debet præcedere, & hanc * communẽ in ecclesia di- * cit Dec. *consil. 173. in princip.* clarius *consil. 281. Viso puncto, num. 6.* Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis. 17. num. 5.* vbi de * communi in ecclesia, * & ita in minore tenet Alex. *d. cons. 125. in princ. ver. ergo cum statutum, lib. 1.* sequitur Dec. *consil. 403. Quamuis, num. 12.* † Declara secundo 22 quia licet sit nullus; præbet tamen causam iustã credendi, quod sit validus, & ideo excusatur propter opiniones Doctor. qui dixerunt valere sine decreto, idem Afflict. *d. decis. 87. nu. 5.* vbi, quod excusatur ab expensis litis. † Declara maxime, quando maior e- 23 mirà minore, & ipse est, qui vult resilire à contractu allegando nullitatem; quia non auditur; ex quo expedit pupillo, qui vult omnes solemnitates adhibere; quia claudicat cõtractus minoris, plene Angel. Aret. *cons. 128. per tot.* vbi hanc tuetur, & tollit omnia contraria. † Declara tertio, quod valeat alienatio pro vtilitate cũ 24 decreto iudicis, quando causæ cognitio præcessit, & causa vtilitatis in specie exprimitur in decreto, ita videtur velle Raphael Cuman. *cons. 180. Videtur prima fronte, n. 4.* quem ad hoc citat Ruin. *consil. 63. nu. 3. lib. 1.* licet postea Ruin. ibi *nu. 12.* teneat contrarium, & clarius hoc tenet Rol. à Vall. *cons. 33. n. 16. lib. 1.* vbi plures allegat hoc dicentes non sufficere enunciatas in genere solemnitates, sed in individuo debere fieri mentionem. Paris. *cons. 98. n. 13. & seq. lib. 1.* Vide, *Decretum in alienatione, &c. Concl. 124.* † Declara secundi 25 Ruin. *d. cons. 63. n. 13. in fin. ver. nec obstat, & n. 14. lib. 1.* vbi Doctores sequentes de vtilitate minoris intelligantur de illa vtilitate, q̃ consequitur minor ex necessitate, & aliis causis, pro quibus licita est alienatio, vel intelligantur de vtilitate, quæ resultat, quãdo donat munera, vel aliqua, quæ si omitteret, esset inhonestum; quia dicitur necessariũ, q̃ non potest euitari cum honore. † Declara 26 forte, & melius; quia vt interponatur decretũ ex causa vtilitatis tñ in alienatione bonorum stabilium minoris, non debet fieri principio, & iudex debet abstinere, & ita loquitur *l. magis puto, §. si æs alienum. ff. de reb. eorum*, qui text. loquitur in alienatione facienda, q̃ iudex non possit interponere decretum ex sola allegatione tutoris, quod sit vtile, & hoc modo loquitur Capic. *d. decis. 113. in fin. & per totam*, q̃ sacrum consilium noluit interponere decretum. † Si vero fuerit interpositum, & constet aliter, quam exal- 27 sertione tutoris, expedire pupillo, & esse vtile, vt quia iudex causa cognita in decreto interposito hoc attestatur; tunc sit vera alia opinio, quod valeat non ex sola vtilitate sine decreto, neque ex sola assertione tutoris cum decreto, in quo non expressa enunciatur vtilitas, sed si ista duo concurrunt, quod sit vera vtilitas cũ decreto, in quo asseritur, vel sit enunciata à tutore cum causæ cognitione approbata in decreto, valeat; quia multa facta tenens quæ fieri prohibentur. Corn. *consil. 109. libr. 3. d. patre furioso. ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur.* vbi Ias. multa similia adducit, & hoc modo loquitur Afflict. si rectè consideretur *d. decis. 87.* & hoc modo re- uitantur omnes tex. super quibus multi tenuerunt contrarium, prout Ruin. *d. consil. 63. num. 11. lib. 1.* Corn. *consil. 207. in princ. & nu. 4. lib. 3.* Rol. à Vall. *cons. 7. nu. 26. lib. 3.* qui * omnes fundantse *in d. * magis puto, §. si æs alienum. & in l. si fundus. ff. de reb. eorum, qui sub tutel.* qui text. loquuntur, vt supra, in faciendo, & quando iudex moueretur ex sola assertione tutoris, & hoc modo conciliantur tex. *in l. si pupilli, in princ. ff. de negoc. gest.* & alii, super quib. fundatur contraria opinio, q̃ pro vtilitate, & in quantum sit vtile, liceat vendere, quã tenent plures, & maxime Alex. *cons. 125. lib. 1. in princ.* cuius opinio nõ est simpliciter vera, sed cũ temperamento prædicto, & quia hoc in ecclesia admittitur, q̃ minor est, & tñ ex vtilitate subsistinetur alienatio cũ decreto, & causæ cognitione, nec est bona ratio diuersitatis, q̃ ecclesia semper est minor; ideo permittitur in minore; secus q̃ effici potest maior; & ipse alienabit; ita dene-

garetur minori id, quod est causa sui priuilegii, & quod fauore eius inductum est, reduceretur ad odium; quia ea vtilitas, quæ se repræsentat, dum est minor, forte nõ aderit; quando erit maior, vt dicit Niger. *in repet. l. 2. n. 11. ff. de offic. eius*, cuius opinio videtur multum naturalis, & hanc etiam distinctionem videtur approbare Soc. Iun. *cons. 80. n. 2. lib. 1.* dum dicit solam vtilitatem sine decreto non sufficere, & pro hac parte videtur Dec. *cons. 403. Quamuis. n. 12.* vbi quod non creditur tutori, sed perscrutationi iudicis.

28 † Declara ita sufficere euidentem vtilitatem, sicut necessitatem adesse, dummodo sit cognitum de ea. Alex. *cons. 125. num. 1. ver. ergo*

29 *cum statutum. lib. 1.* † Declara, vt per Ias. *in d. l. 2. num. 10. in fi. ff. de offic. eius*, vt si fundus est sterilis, & onerosus pupillo, possit alienari, p-

30 ut fundus ecclesiæ; secus si non est onerosus. † Declara; quia decretum ex vna causa non inseruit pro alia etiam maiori; ideo decretum pro alienatione non inseruit pro hypotheca. Roman.

31 *singul. 217.* † Item si res tempore esset peritura, *l. diuus. ff. de petit. ha-*

32 *red. in fi. princip.* † Debet tamen periculum, seu damnum esse nedum de præsenti, sed de futuro; quia si esset de præsenti, & in futurum esset futura vtilitas, non expediret alienare, ita Afflict. *d.*

33 *decis. 87. n. 3.* † Item res subiacentes periculo possunt alienari cau-

34 sa cognita, *l. ait prætor. ff. de iur. deliber.* † Et ideo molendina posita in flumine, quæ deteriorantur quotidie, possunt alienari per Prælatum & tutorem, quod notandum dixit Ang. *in l. non solum. ff. de petit. hered.* & ibi Cuman. sequitur tanquam singulare propter authoritatem Angel. Rub. Alexan. *cons. 138.* sequitur Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis. 249. in fin.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 92.* vbi quod nullus dissentit ab Angel. licet ipse Tiraquell. distinguat inter molẽdina, quæ sunt super nauib. in flumine, quæ sunt

35 mobilia, ab iis, quæ sunt fabricata in terra. † Extende; quia imo hominem non necessarium alienare debet, alias imputatur tuto-

36 ri. *l. nisi. §. Iulianus. ff. de pet. hæred.* † Extende idẽ in fundo sterili, & infructuoso, quando esset pupillo onerosus, alias secus, secundũ distinctionem Ias. *in d. l. 2. nu. 10. ff. de offic. eius*, vbi pro vtraque par-

37 te allegat, & ita distinguit. † Extende; quia nedum causa necessitatis est sufficiens, sed etiam causa similis necessitati, quæ expediat

38 pupillo. Ang. Aret. *cons. 128. n. 25. & seq. ver. nec obstat quartum.* † Extende, vt procedat etiam in alienatione ecclesiæ, quæ æquiparatur minori. Dec. *cons. 124. Placet mihi, n. 3. ver. quarto etiam.* Soc. Iun. *cons. 28. n. 10. ver. secundo facit. lib. 2.* plene Dec. *in c. quæ in ecclesiarum, n.*

9. vbi dicit veriorem, *de constit.* & vide ad hoc aliam apost. ad Dec. *in cap. 1. num. 19. eod. tit. in ver. contentioso.* Confer. *singul. in ver. pupillus.*

39 † Non tamen inferas de ecclesia ad minorem secundum communem; * quia ecclesia facilius alienat propter vtilitatẽ, vt quãdo fundus est sterilis, quam pupillus, vel minor. Ias. *d. l. 2. n. 10. ff. de*

* *offic. eius.* Rol. à Vall. *cons. 7. n. 27. lib. 3.* qui dicit omnes * tenere hãc conclusionem. Perr. Surd. *cons. 115. n. 35.* vbi dicit * communem, quod facilior est alienatio ecclesiæ, quam minoris. Castr. *cons. 74.*

40 *in princip. lib. 1.* † Extende in muliere pro hibita alienare; quia si alienatio est vtilis, valet. Socin. Iun. *cons. 28. num. 9. lib. 2.* Tiraquell.

41 *de legib. connub. gloss. 8. n. 62. & seq.* Ruin. *cons. 161. num. 3. lib. 3.* † Extendein fideicommisso prohibito alienari; quia pro necessitate, &

vtilitate permittitur alienatio, videlicet vt bona magis vtilia subrogentur. Socin. Iun. *d. cons. 28. per tot. lib. 2.* † Limita; quia licet mi-

42 nor possit annullare contractum sine solemnitatibus in sui præiudicium factum; secus si is, qui contraxit cum minore, velit ipse allegare nullitatem minore volente supplere omnes solemnitates. Ang. Aret. *cons. 128. In casu prædicto, per tot.* vbi pro vtraque par-

43 te hanc tuetur, & tollit contraria; & quia cõtractus minoris possit reclaudicare. Vide, *Claudicatio non admittitur, &c. Concl. 287.* † Limita; quia ex causa necessaria bene potest tutor, & minor alienare, puta pro restituenda dote vxori, vel pro satisfaciendis creditoribus. Angel. Aret. *cons. 12. Videtur dicendum, per tot.* vbi pro vtra-

4 que parte, & hanc tuetur. † Extende; quia si tutor promittat vẽdere domum pupilli pro tanto pretio, & facere contractum ad

d. tamen sapientis, & facere, quod minor vendet, & alius promittit emere, & iurarunt, valida est promissio, etiam si nulla sit expressa causa necessaria, & non potest emptor pœnitere prætextu, quod pater minoris prohibuerit ex causa legitima bona alienari non posse; quia voluit perpetuo conseruari in familia; qa intelligitur prohibitio de alienatione voluntaria, non de necessaria, dummodo subsit causa necessaria puta pro restitutione do-

tis maternæ, pro ære aliene soluendo vrgente. Ang. Aret. *d. cons.*

45 *12. per tot.* vbi hanc tuetur. † Extende, ẽt si nulla causa in promissione sit expressa; quia sufficit, q causa subsit necessaria, etiam si superuenisset, dummodo ex causa de præterito tempore promissionis; quia virt. aliter dicitur expressa, ex quo de contractu valido faciendo est interpretatio, quæ requirit causam necessitatis. Ang.

Aret. *d. cons. 12. per tot.* maxime *n. 14. ver. non obstat vltimum. & per tot.* vbi *in fi. n. 25. & seq. ver. fiat ergo*, dat pro consilio, quod prius mater conueniat filium pro dote; quia reperto, quod alias non potest satisfieri, procedet iudex ad compulsum eius, qui promisit emere. † Imo, quod causa legitima etiam non expressa necessario sub 46
intelligatur. Ang. Aret. *d. cons. 12. n. 23. & seq. ver. vltimo dato.* † Extẽ- 47
de; quia si vrget æs alienum, non potest alienari res magni valoris pro modico ære alieno. Ang. Aret. *d. cons. 128. num. 7. & seq. ver. quarto posito.* † Extende; quia alienatio fere omnium bonorum 48
pupilli, vltra æs alienum dicitur fraudulenta. Angel. Aret. *d. cons. 128. n. 3. ver. secundo probatur.*

Minor quando sine curatore possit contrahere, vel non. Concl. 252.

MINOR † habens curatorem si contrahat sine consensu cu- 1
ratoris, non obligatur, saltem obligatione ciuili, *l. si curatorem, cum ibi notat. C. de in integ. restit. mino.* Gemin. *cons. 68. Quia subtiliter, in princ.* Castr. *cons. 343. Considerandum est. col. 1. in fin. ver. item ex alio. lib. 1.* † Extende, etiam si minor profiteatur se non habere, ne- 2
que habere velle curatorem; quia non potest ex se dimittere curatorem. Castr. *d. cons. 343. col. 1. in fi. & col. 2. ver. ité ex alio, lib. 1.* † Am- 3
plia, vt nec possit compromittere minor sine curatore, siue habeat curatorem, siue non. Gemin. *d. cons. 68. in pr. ver. restat videre.*
† Extende maxime; quia non potest minor compromittere de 4
causa cum suo curatore etiam cum iuramento, & cõpromissum non valet. Bald. *cons. 143. Quanquam plenissime, circa med.* quod duplicatur *cons. 201. Vobis spectabili, in fin. lib. 3.* & plenius *cons. 144. eod. lib. 3.* † Contrarium, quod valeat compromissum minoris cum 5
habet curatorem, & ipse vendit; quia extra illos casus, & quod sit
specialis casus, non conualidetur contractus minoris, si tacuit p
quinquennium, postquam maior factus est. Castr. *cons*124.*num.*
50 2.*in fin.ver. nec obstat.lib.*1. † Contrarium Menoch. *d.remed.*15.*n.*148.
51 vbi reprobat Corn. † Limita, quando minor recepit pretium p̃prium, puta, quia tantū retinuit emptor, remanet pretium, quod
soluit ex re minoris, & sic pretium minoris, non emptoris, ita Vr-
sill. *in additio. ad Afflict. decis.*249.*num.*9.*ver. sed ego prædicta limitabam.*
52 † Limita, vt non procedat, quādo contractus esset simulatus, vel
ex falsa causa celebratus; quia tunc non conualidatur. Bald. *cons.*
53 45.*lib.*2. sequitur Menoch. *de recuper. remed.*15.*num.*182. † Declara,
quod non conualidatur quinquennio, sed conualidatur per lapsum 30. annorum à die, quo potuit agere; quia tanto tempore
tollitur officium iudicis, per quod agitur ad nullitatē, vel simulationem. Bald. *cons.*189.*per tot.lib.*5. † Contra declarationem re-
54 nent Corn. *cons.*207.*num.*5. & *seq.ver. nec obstat.lib.*3. Ruin. *cons.*63.
*lib.*1. vbi, quod dicitur malæ fidei emptor rerū minoris sine causa, plene Surd. *cons.*115.*per tot.* † Limita, vt non procedat, quando
55 minor alienauit ex causa lucrativa; quia nō confirmatur contractus nullus minoris, nisi ex causa onerosa sit celebratus. Bartol. *in*
d.l.fi. C.si maior fact. † Et ideo si minor renunciauit hæreditati, in
56 qua sunt stabilia; quia est donatio, non conualidatur, si maior tacuit per quinque annos, sed requiritur tempus 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes. Castren. *cons.*305. *Notandum, in*
57 *fin.lib.*2. † Limita, quando in venditione facta per tutorem non adest causa iusta, sed erratum, puta pro soluendis dotibus, vel ære alieno, quod non erat. Corn. *cons.*207. *Videtur prima facie, vol.*3.
sequitur Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis.*249.*num.*3.*ver. tertio dicebatur.*
58 † Extende idem; quia si alienatio est sine causa; tunc non conualidatur lapsu temporis. Corn. *d.cons.*207.*nu.*6.*ver. non obstat dispositio.lib.*3. † Contrarium videtur velle Crauet. *cons.* 853. *in princip.* &
59 *num.*5. † Limita; quia requiritur scientia minoris, in tantum, vt
60 debuerit legi instrumentum factum à tutore, nec præsumpta, vel tacita scientia sufficeret. Grammat. *consil.*47.*num.* 2. Vrsil. *in addit.*
*ad Afflict. d. decis.*249.*num.*13. & *seq.ver. quarto dicebatur.* Ruin. *d.cons.*
63.*nu.*22.*lib.*1. vbi, quod plus operatur scientia, quando minor alienat, quam si tutor, licet postea sciat minor, & quod scientia
plene de contractu requiratur. Corn. *d.cons.* 207.*nu.*7.*lib.*3. Natt.
*consil.*161.*num.*32. & *sequen.* sequitur Menoch. *de recuper. remed.*15.
*num.*185. plene Crau. *cons.* 853.*num.*4. & 5. late, quod requiritur scientia plena cum omnibus qualitatibus, ita, quod non sufficit generica, & quod in ratificatione etiam expressa minoris requiratur vera scientia. Crau. *consil.*160.*num.*4. imo etiam in maiore requiratur vera scientia per lecturam instrumenti, alias non valet
ratificatio, & non præiudicat. Crau. *cons.*197.*num.*14. Paris. *consil.*
100.*num.*36.*lib.*1. Bart. *cons.*162. *In quæstione, lib.*1. *in princ.* vbi, quod
melior responsio dari non potest, quam dicere, quod non habet
locum in alienatione facta per tutorem ignorante pupillo. Cōtrarium, † quod lectura instrumenti non requiratur; sed suffi-
61 ciat scientia cum qualitatibus, tenet Io. de Im. *consil.*98. *in fin.* qui loquitur in alienatione facta per tutricem, vt maior factus per
quinquennium conualidetur. † Extende; quia requiritur scien-
62 tia à principio, nec sufficeret scientia ex post facto, vt per Corn.
*d.cons.*207.*colum.pen.lib.*3. Ruin. *d.cons.* 63.*num.*21.*in fin. ver. non ob-*
*stat insuper, lib.*1. † Contrarium Crau. *d.cons.*853. *numer.*5. *vers. quin*
63 *etiam.* Io. de Im. *cons.*98. *in fin.* † Extende; quia non habet locum,
64 etiam si minor quietauerit tutorem alienantem; quia non propterea emptor est tutus; quia sicuti non posset ratificare expresse,
ita neque tacite; quia in quietatione generali non venit alienatio bonorum facta ignorante pupillo. Bart. plene *dict. cons.*162. *in*
*quæstione, per tot. lib.*1. † Extende; quia etiam si infans fuisset præ-
65 sens; quia nō intelligit, requiritur plena scientia, q̃ legerit instrumentum, sicuti prout si absens fuisset. Corn. *d.cons.*207.*num.*7.*lib.*
3.*ver. casus autem noster.* † Et quod requiratur vera scientia ex lectu-
66 ra instrumenti. Castr. *cons.*466.*num.*5.*lib.*1. *Pedemon. decis.*176.*nu.*3.
& *seq.* † Limita, quando alienatio rei stabilis minoris fuit facta à
67 persona non legitima. Corn. *d.cons.*207.*col.*2.*ver. non obstat dispositum.*
*lib.*3. Ruin. *cons.*63.*num.*23.*lib.*1. plene Crau. *consil.*853.*num.*5. † Ex-
68 tende, vt procedat etiam in tutore, antequam confecerit inuentarium, vel in curatore ante susceptam administrationem. Crau.
*dict. cons.*853. *num.*5. & *sequen.* Vide, *Nullum quando conualescat eo*
tempore. Conclus. 146. † Limita, quando alienatio non est facta ab
69 per minorem, & ipse non interuenit; quia non præsumitur ratificatio per lapsum quinquennii eo effecto maiore. Ruin. *dict. cons.*
63.*num.*21.*lib.*1. Corn. *d.cons.*207.*colum.penul.lib.*3. Paris. *cons.*100.
*num.*36.*lib.*1. † Limita in minore fideiubente sine consensu con-
70 sanguinei, & sic non seruata forma statuti; quia licet maior fi-
ctus taceat per quinquennium; non tamen conualidatur fide-
iussio. Castr. *cons*124. *In causa, quæ vertitur, nu.*2. *in fin.lib.*1. † Limita,
71 quando contractus non esset celebratus à minore, sed à tutore cū dolo, etiam si renunciasset generaliter minor exceptioni doli,
&c. Vrsil. *d. additio. ad Afflict. decis.*249.*num.*9.*versic. secundo dicebam.*
72 † Limita; quia solemnitas requisita ad contractum si non interuenit; & respicit publicam vtilitatem, non conualidatur, vt à
principio. Bartol. *in* l.1. §. *sed si filius. ff. de leg.*3. *num.* 2. & exemplificat in testamento requirente septem testes; quia si non interuenerunt, non potest confirmari; secus si solemnitas respicit
fauorem priuatæ personæ, puta, quod filius non potest præ-
teriri,

teriri, vbi limitat multis casibus. † Contrarium videtur velle Ancharan. *d. cons. 242. num. 8.* vbi, quod cursus temporis 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes supplet defectum solemnitatis in minore, qui maior factus tacuit per tãtum tempus. † Declara; quia si lex non assistit, consualidatur; si vero resistit, nõ consualidatur. Angel. Aretin. *cons. 92. In casu supradicto, nu. 39. & sequen. vers. non obstat quintum.* † Limita; quia si contractus dolo initus est, non ratificatur tacite, imo neque expresse, nisi maior factus expresse, non obstante dolo, ratificet facta remissione doli. Cravet. *cons. 160. nu. 4.* † Limita; quia etiam si inducatur tacita ratificatio, non tamen tollitur, quin agat ad læsionem. Vrsil. in *addit. ad Afflict. d. decis. 249. n. 17. & seq.* Menoch. *de recuper. remed. 15. n. 184.* quod tamen declara, vt non procedat, quando expresse ratificauit, & lapsi sunt decem anni. Cephal. *consil. 50. num. 16. & seq.* Castr. *consil. 305. Notandum est. lib. 2.* Vide Ant. Gabr. *lib. 2. tit. de minor. concl. 4. Minor si maior factus intra quinquennium.*

Minor quando in iudicialibus repræsentetur maior, vel non. Concl. 255.

1 MINOR † etiam pupillus in debitis contractis à patre defuncto, maxime in reali actione patitur immissionem ex secundo decreto, sicut maior, ideo sufficit citatio ipsius pupilli, quando constat de credito. Bald. *cons. 124. Citatio facta, per tot. lib. 4.* Ang. Aret. *cons. 123. in casu supradicto, in princ.* Vide, *Sententia contra minorẽ, &c. Concl. 148.* † Declara; quia minor in bonis hæreditariis patitur immissionem propter debita paterna, & valet ipso solo citato; secus si missio fieret in bonis propriis minoris; quia non valeret, Castr. *cons. 430. In quadam informatione, in princip. vers. si vero dicamus, lib. 1.* † Extende; quia pro debitis hæreditariis nedum potest fieri missio in bonis hæreditatis citato minore, sed etiam potest fieri venditio. Castren. *d. cons. 430. in princip. ver. si vero, lib. 1.* allegat *l. quod hac autem, in princ. §. fin. ff. ex quib. caus. in poss. eatur.* † Extende, quia etiam valet adiudicatio bonorum hæreditariorum pro debitis defuncti, prout secundum decretum super missione interpositũ. Castren. *d. cons. 430. in princ. ver. si dicamus, lib. 1.* allegat *l. si minor. ff. de bon. auth. iud. possid.* † Limita regulariter; quia minor non potest valide agere in iudicio, nisi dato curatore. † Extende; quia minor 25. annis non potest accusare etiam de damno dato sine curatore. Bart. *consil. 90. Frater, nu. 3. verisimiliter dico, lib. 2.* † Extende; quia minor nulliter agit in iudicio accusationis criminalis, etiam si patre præsente accusauit, & processit, quia requiritur curator in iis, in quibus non quæritur patri vsusfructus, prout ex iniuria, & offensa facta filio. Bal. *cons. 405. Factum sic proponitur,* vbi, q̃ processus est nullus parte opponente, *lib. 3.* † Extende in casu conuerso, quod si curi minor sine curatore non accusat; ita è conuerso curator, & tutor sine pupillo non accusat. Bart. *d. cons. 90. in fin. libr. 2.* † Contrarium, q̃ solus tutor accusat, & se inscribit, dicit Iason *in palam, nu. 6. C. de iis, quibus vt indignis*, vbi dicit * communem; quẽ sequitur post. ad Bart. *d. cons. 90. in ver. sciendum, lib. 2.* & sic aliud in curatore, aliud in tutore; licet Bart. æqualiter de vtroque loquatur, & per errorem impressorum. † Limita; quia minor non potest conueniri non dato sibi curatore, alias dicitur indefensus. Abbas *cons. 45. Videtur primo, in fin. lib. 2.* Vide, *Sententia contra minorẽ, &c. Concl. 148.* † Extende, vt procedat etiam in clerico minore, q̃n agitur de bonis prophanis; quia non potest stare in iudicio sine curatore, & iudicium est nullum, & absolutorium pro eo; & ratio est; quia clericatus sicuti non liberat à patria potestate secundum communem; * ita neque à datione curatoris. Abb. *cons. 45. in fin. lib. 2.* vbi secus, si agatur de causa beneficiali, per text. in *c. si annum, de iudic. lib. 6.* Vide, *Ætas beneficiatorum quæ, &c. Concl. 338.*

Minor qualiter possit inquiri, & condemnari. Concl. 256.

1 MINOR † non potest de delicto inquiri, vel condemnari, nisi dato curatore, q̃n est sui iuris; si vero est in potestate patris, non potuit sine consensu patris. Dyn. *cons. 38. Quod contra Benuentem, nu. 2.* & est communis * opinio, vt per Clar. in *§. fin. quæst. 50. in princ.* vbi plures allegat, & *quæst. 55. n. 12.* vbi, quod ita fuit obtentũ, & plures allegat. † Contrarium videtur tenere Anchar. *cons. 73. Visis omnibus,* vbi, quod in criminalibus, & in quibus patri nõ acquiritur vsusfructus, potest sine patre. † Declara; quia quid sit de iure in Ducatu Mediolani, non datur curator maiori 14. annis, sed inquiritur, & condemnatur, maxime si cõfessus est delictum, & solũ ætas minor releuat, vt mitiori pœna puniatur. Clar. *d. quæst. 50. in princip.* & idem repetit *quæst. 55. nu. 12. ver. vltrius potest.* † Imo contrarium absolute seruari de generali consuetudine, q̃ maior 14. & minor 25. sine curatore, si confiteatur delictum, sibi præiudicat, tenet Clar. *d. §. fin. quæst. 55. nu. 12.* vbi, quod ridiculũ esset excipere de hoc, quod confessio minoris fuerit sine curatore; fatetur tamen, q̃ posset minuere pœnam ætas minor. Vide plenius per Ant. Gabr. *lib. 2. tit. de minor. concl. 3. Minor an eo ipso, quod præiudiciale confitetur,* vbi, quod aduersus confessionem delicti restituitur, nisi essemus in atrocioribus. † Ampliain tantum, q̃ iudicium aliter factum est nullum, & non potest ratificari ex consensu patris. Dyn. *d. cons. 38. num. 2.* & communem * dicit Clar. *d. q. 50. in princ.* † Amplia; quia quod mitigetur pœna minori, procedit, siue sit minor 18. siue minor 20. siue minor 25. annorum. Rol. à Vall. *cons. 77. num. 9. ver. 16. cum seq. lib. 3.* & plenius *in fin. ver. 20.* † Amplia; quia compellitur iudex minuere ex debito propter ætatem. Roland. vbi sup. *cons. 77. num. 9. ver. 15. lib. 3. & ver. 18. circa fin.* dicit, quod est ratio legalis, non ceruellina, & ex capite, & qui non faciunt, annumerantur inter sitientes sanguinẽ humanum. † Amplia; quia datur restitutio minori aduersus confessionem sine patre, vel curatore factam, & aduersus delictum, q̃ non est dolosum apparenter. Dyn. *d. cons. 38. nu. 4. & seq.* † Amplia; quia minor 25. maior tamen 14. annis, licet non excusetur in delictis, tamen mitius punitur secundum communem, * & magis communem. Clar. in *§. fin. quæst. 60. n. 3. in fin. ver. aut vero est maior,* Dec. in *l. fere in omnibus, ff. de reg. iur.* vbi, q̃ est arbitrarium iudici. Menoch. *de arbit. cas. 329. nu. 19.* † Extende, vt procedat, etiam si sit condemnatus tanquam contumax, & postea capiatur; quia non potest contra eum exequi sententia capitalis, sed mitiori pœna debet puniri, etiam stante statuto, q̃ minor contumax habeatur pro confesso. Farinac. *q. 11. n. 33. ver. sublimita tertio.* † Extende; quia imo minor delinquens restituitur aduersus delictum, quando sine dolo, & ex sola culpa est commissum, alias si ex dolo, non restitueretur, communem * dicit Clar. *d. §. fin. qu. 60. n. 4. ver. quando autem.* † Et saltem restituitur aduersus confessionem delicti veram, vel fictam. Farinac. *d. qu. 11. nu. 2. ver. sublimita secundo,* vbi dicit communem. *† Et quod pœna ordinaria non possit puniri ex delicto etiam cum dolo; quia licet non restituatur in delictis dolosis, secus est quoad pœnam ordinariam, late Onded. *cons. 104. n. 35.* vbi plurimos allegat, vbi, quod non excusatur à pœna, sed bene non punitur ordinaria, & ita intelliguntur tenentes contrarium, & dicit hanc esse communem, * & de communi attestatur Clar. *§. fin. d. quæst. 60. nu. 3. ver aut vero,* Rol. à Vall. late *cons. 77. lib. 3.* Bursat. *cons. 263. nu. 19.* Onded. *cons. 99. nu. 46.* vbi *num. 48.* dicit non obstare Bullam Pii IV. quoad minuendam pœnam. † Et quod iudex obligetur ad minuendam pœnam minori delinquenti; quia minor ætas est causa intrinseca legis minuentis pœnam. Grammat. *cons. 14. num. 5.* Bologn. *cons. 37.* Marsil. in *prax. §. quoniam, num. 45. & consil. 24. num. 37.* vbi, quod licet minor commiserit delictum, per quod imponitur pœna mortis; tamen nõ potest puniri pœna mortis, neq; pœna corporali, sed pecuniaria, & idem repetit *consil. 30. num. 20.* & hæc omnia repetit Ancharan. Regien. *quæstion. 58. num. 3. & 4.* vbi, quod non est arbitrarium iudici; quia est causa legalis intrinseca, & beneficium à iure inductum, quod à iudice tolli non potest, sequitur Bertazol. *consil. crimin. 118. num. 3.* vbi citat plures, & dicit * communem, quod si pœna est minoranda beneficio iuris, non potest esse corporalis, sed pecuniaria, allegat Marsil. *cons. 23. num. 37. cons. 30. num. 20. consil. 47. num. 54.* Grammat. *decis. 25. num. 13. & consil. 36. num. 12. &* 23. Roland. à Vall. *consil. 51. num. 40. lib. 1.* Vide, *Pœna extraordinaria, &c. Concluſ. 236.* † Extende, vt procedat, etiam si extet statutum, quod minor 14. annis non possit puniri corporaliter; quia per tale statutum non inducitur, quod si excedat 14. annos, possit puniri corporaliter, Anchar. Regien. *quæst. 58. lib. 2. per totam,* vbi reprobat Socin. *cons. 157. num. 12. lib. 1.* & pro ista parte facit, quia argumentum à contrario non habet locum, q̃n statutum induceret per contrarium sensum correctionem iuris communis. † Contrarium Socin. *consil. 157. num. 12. lib. 2.* vbi loquitur in statuto, ne minor 18. annis corporaliter possit puniri; secus si excedat 18. annos, quasi constituat ætatem illam terminum, vt sit maior, & minor, vide Bald. in *l. 1. C. si de moment. poss.* & ibi apostill. circa tale statutum. † Extende; quia minor ætas excusat à pœna ordinaria mortis minorem delinquentem etiam post condemnationẽ factum maiorem; quia semper potest allegari hæc exceptio minoritatis. Bertazol. *d. consil. 118. per totum, lib. 1. crimin. in fin.* vbi apostill. † Extende etiam ex delictis atrocioribus, prout in sicario, innuit Gramm. *decis. 34. n. 47.* † Extende tam in masculo, quam fœmina, prout de fœmina Osasch. *dec. 60. n. 8.* † Declara tamẽ; quia q̃n minor ætas non probatur, nisi per testes suspectos, & aspectus obstat,

quod tunc propter atrocitatem delicti suspenditur, vt attestatur
21 Grammat. *vot.* 14. & plenius *decis.* 34. *nu.* 47. † Declara; quia quod
dicitur minorem non puniri pœna ordinaria, neq; mutilatione
membri, procedit iudice volente; quia non potest compelli, licet
dispensare possit. Bald. in *l. quicunque, Cod. de seru. fugit.* Menoch. *cas.*
22 329. *num.* 9. † Contrarium Grammat. *decis.* 23. *num.* 12. *& sequ.* vbi, q
23 imo teneturi iudex, & compellitur. † Et quod minori 25. com-
mittenti homicidium etiam ex dolo pœna sit minuenda, est tex.
in *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor.* Angel. *de maleficiis in ver. scienter, &*
dolose, nu. 12. & ibi Augusti. Roland. à Vall. *cons.* 77. *num.* 6. *& sequ.* v-
* bi infinitos allegat. *lib.* 3. Clar. in *§. fin. q.* 60. *nu.* 3. vbi * communem.
Rimin. *iuer consil. crimin. consil.* 135. *num.* 10. *tom.* 1. Sfort. Odd. *de restit.*
in integ. par. 2. *quæst.* 80. *art.* 9. *num.* 72. Ofasch. *decis. Pedem.* 60. *num.* 8.
Tiraquel. *de pœnis cautel.* 7. Roland. à Vall. *cons.* 51. *num.* 41. *& seq. lib.*
24 1. vbi alios citat. † Contrarium Ioseph. Ludou. *decis. Lucen.* 17. *num.*
25 63. Vulpell. *consil.* 101. *per totum.* Bertaz. *cons.* 118. *lib.* 1. † Amplia; quia
minori nedum ætas diminuit pœnam delicti simplicis, sed etiam
atrocissimi, etiam cum dolo etiam multiplicati. Roland. à Vall. *d.*
cons. 77. *num.* 9. *ver duodecimo, cum sequ. lib.* 3. vbi loquitur in eo, qui
plura furta commisit, & in crimine pessimo. *ver.* 15. & in falsa mo-
neta, *ver.* 18. vbi plura accumulat Grammatic. *decis.* 23. *nu.* 11. & 12.
26 † Amplia etiam in sene; quia mitigatur pœna. Menoch. *d. cas.* 329.
27 *num.* 20. *& sequent.* † Amplia; quia infans non potest pro aliquo
* delicto puniri, quia quicquid videt, ignorat, & est communis *
28 opinio. Clar. in *§. fin. quæst.* 60. *Dictum est, in princ.* † Amplia; quia mi-
nores 14. annis non possunt puniri corporaliter pro aliquo deli-
29 cto. Menoch. *d. cas.* 329. *num.* 7. † Amplia in impubere; quia licet sit
supra infantiam; tamen non punitur pro delicto in omittendo
* absolute; secus est, si delictum est in committendo, dicit * com-
30 munem Clar. in *§. fin. d. quæst.* 60. *num.* 2. *ver. aut est maior.* † Contra-
rium, quod imo etiam si delictum sit in committendo, non pu-
* niatur impubes, nisi sit doli capax, & est omnium communis *o-
pinio; ideo vt possit puniri impubes, videl. minor 14. annis, tria
requiruntur copulatiue; primo, q. sit doli capax; secundo, q. sit
proximus pubertati; tertio, q. delictum sit in committendo, ita
Iul. Clar. *d. §. fin. quæst.* 60. *n.* 2. *ver. scias tamen.* Dec. in *l. fere in omnibus,*
31 *ff. de reg. iur.* † Extende; quia impubes pro peccato carnis nunquã
punitur, etiam si passus esset se cognosci, vel alium cognouerit,
etiam si cum brutis. Ant. Gomez. *cap.* 1. *de delict. num.* 60. *in fin.* & ita
consuluisse Socin. *cons.* 7. *in fin. lib.* 3. citat Menoch. *de arbit. cas.* 329.
32 *num.* 5. † Declarat Clar. *d. quæst.* 60. *num.* 3. procedere quoad pœ-
33 nam ordinariam; secus quoad extraordinariam. † Extende; quia
impubes excusatur ab incestu, à coitu cum Iudæa, à sodomia, &
ab omni alia pœna, ne teneatur pœna ordinaria. Menoch. *d. casu*
34 329. *in princ.* † Extende; quia minor ætas 14. prodest impuberi ne-
dum ante sententiam, sed etiam post sententiam, ne possit puniri,
etiam si in contumaciam sit condemnatus. Clar. *d. §. fin. quæst.* 60.
35 *n.* 3. *in fin. ver. scias autem.* Bertazol. *cons.* 118. *crim. in fin. lib.* 1. † Et quod
impubes non possit puniri pœna ordinaria, est verum, sed bene
potest puniri pœna extraordinaria, si malitia supplet ætatem, ex-
emplum ponit Decian. *tract. crimin. de excusat. reor. cap.* 34. *nu.* 46. in
impubere, qui aureum folium abstulit à Diana, vocatus à iudici-
bus eidem dederunt electionem circa apposita poma, nuces, &
alia cibaria, & aureum velum, & cum elegisset velum aureum,
36 iudicarunt illam doli capacem, vt malitia suppleret ætatem. † Ex-
tende; quia quod dicitur de leuiori pœna, idem etiam procedit
respectu tormentorũ, vt minor etiam leuiora tormenta substi-
37 neat. † Extende; quia minor annis 14. licet puniatur pro delicto
aliquo, quantumcunq; graui, in relligitur, dummodo non infe-
ratur mors, neq; mutilatio membri. Clar. *d. §. fin. quæst.* 60. *n.* 3. *ver.*
38 *sed in omnem.* Bertaz. *d. cons.* 118. *per tot. lib.* 1. † Extende, vt procedat ẽt
stante statuto, quod lapso termino, qui non soluit pœnam pecu-
niariam, amittat membrum; quia licet non possit iudex dispensa-
39 re, bene dispensabit cum minore. Menoch. *cas.* 329. *num.* 10. † Ex-
tende; quia minor, qui non potest puniri propter minorem ẽta-
* tem, non punitur, etiam si post delictum effectus sit maior, * cõ-
40 munem dicit Clar. *d. §. fin. quæst.* 60. *n.* 5. *ver. sed nunquid.* † Extende;
quia quod dicitur minorem non posse puniri pœna mortis pro
homicidio, vel alio crimine, pro quo pœna mortis imponitur,
sed neq; potest sibi membrum mutilari, licet statutum talẽ pœ-
nam imponat. Bald. in *l. quæcunq;, C. de seru. fugit.* Grammat. *decis.* 23.
41 *nu.* 12. *& seq.* † Limita forte; quia si delictum esset contra ius natu-
rale, forte minor, in quo cadit dolus, non excusaretur. Alexand.
consil. 103. *Videtur prima, nu.* 12. *& seq. lib.* 1. Bost. in *prax. tit. ul. de confess.*
42 *num.* 68. *& sequent.* † Limita; quia in statu Ecclesiæ extat Bulla Pii
IV. per quam minor 20. dummodo maior 14. pœna ordinaria
homicidii punitur, cui etiam conuenit constitutio Sixti Quinti
in ordine 6. Vide, *Restitutio non datur minori aduersus delictum. Con-*
clus. 283.

Minor an possit carcerari, & quando. Concluſ. 257.

MINOR † carcerari nõ potest pro debito ciuili. Ang. in *l. mente* 1
C. de exact. trib. lib. 10. vbi tenet hanc partem, licet dubitati-
ue per verbum, *forte*, & ibidem Afflict. idem firmat. Roman. *consil.*
120. *Circa primum.* vbi adducit quatuor rationes, q. minor pro de-
bito ciuili priuato carcerari non potest. Bald. in *l.* 1. *C. qui bon. ced.*
poss. plene Marsil. in *prax. crimin. in ver. attingam, num.* 69. † Extende 2
maxime in pupillo, qui nullo modo potest carcerari pro debito
ciuili. Bald. *d. l.* 1. *C. qui bon. cedere poss.*

Minor non restituitur, quando potest releuari à procu-ratore, vel ministro, & quando secus. Conclusio 258.

MINOR † non restituitur, quando habet remedium ordinarium, 1
vt possit releuari aduersus procuratorem, vel ministrũ, ex
cuius facto minor est læsus; quia debet prius excutere ministrũ,
l. properandum, §. fi. C. de iud. l. cum mandato, eod. tit. communem * dicit,
Grat. *cons.* 67. *in fi. lib.* 1. Bero. *cons.* 120. *per tot.* maxime *n.* 24. *& seq. lib.* 1
vbi de communi. * † Contrariũ; quia imo minor restituitur tam 2
in neglectis, quam in gestis in iudicio, vel extra, tam per se, quam
per tutores, aut curatores. Fulg. *cons.* 150. *Quidam ciues, col. pen. ver. ad*
secundum, vbi, q. non compellitur agere contra tutorem, vel cu-
ratorem, & ita etiam tenet Abb. *cons.* 77. *In qu. col.* 2. *circa fi. ver. nec*
obstat. si dicatur, lib. 2. vbi dicit, q. regula est, quod minor læsus cum
interuentu tutoris, vel curatoris habet optionem, an velit resti-
tui, vel agere contra tutorem, vel curatorem. † Declara; quia si 3
minor læditur ex gestis à procuratore constituto solemniter ab
ipso minore, debet agere contra ministrũ, & procuratorem, si est
soluendo, ante quam restituatur. Fulg. *cons.* 150. *col. pen. ver. superest*
ad allegata, Abb. *d. cons.* 77. *col.* 2. *in fi. lib.* 2. dicit idẽ, & reddit rationẽ,
quia *l. cum mandato ff. de minor.* procedit in procuratore; quia minis-
ter est voluntarius; secus si necessarius esset, prout tutor, vel cu-
rator. † Restringe, vt non procedat in procuratore constituto à 4
tutore, vel tutrice; quia minor bene potest restitui aduersus illi
factum læsiuum, neque tenetur agere contra illum, etiam si sit
soluendo. Fulg. *cons.* 150. *col. pen. ver. superest.* † Restringe, vt non ge- 5
cedat in facto tutoris, vel tutricis; quia est in facultate minoris
contra quem agat, vel petat restitui, vel agat contra tutorẽ. Fulg.
d. cons. 150. *col. pen. ver. superest*, & idem tenet Abb. *d. cons.* 77. *col.* 2. *circa*
fin. lib. 2. *ver. nec obstat.* † Restringe, vt minor restituatur semper ad- 6
uersus factum ministri, ẽt si minister sit soluendo, q̃n ex illo facto
non perit instantia, sed ius totale. Fulg. *d. cons.* 150. *col. pen. circa fi. vbi*
q. ita * communiter tenent Doct. quia *d. l. properandũ §. fin.* ita log.* 7
tur. Abb. *d. cons.* 77. *col.* 2. *in fi lib.* 2. reddit rationẽ; quia q̃n modica
est læsio, vt quia perit instantia sola, agit contra ministrũ, & ita ge-
cedit *d. l. properandum, §. fi. C. de iud.* si v. agitur de præiudicio turis re-
leuantis, secus est. † Restringe; quia minor cõpellitur agere con- 8
tra ministrum, ex cuius facto læditur, si est soluendo, q̃n concur-
rit, q. æq; pariter potest sibi minori succurri, vt si agatur de pecu-
nia, in qua non cadit interesse, sed si agitur de recuperatione rei,
q̃ minister non potest restituere, tunc minor agit contra eũ, qui
læsit, non contra ministrũ. Cast. *cons.* 37. *n.* 4. *ver.* 4. *videndum. lib.* 1. † 9
Restringe; quia si filius infans, vel minor læditur ex negligentia,
vel facto patris administratoris, semper restituitur, nec datur illi
recursus contra patrẽ administratorẽ, vel hæredem patris, prout
contra tutorẽ, vel alium ministrum; quia illa distinctio non ha-
bet locũ in patre. Alex. *cons.* 20. *Circa consultationẽ, in fi. ver. nec oportet*
insistere, lib. 7. † Amplia; quia q̃n competit actio minori aduersus 10
alium, non datur restitutio. Grat. *cons.* 67. *n.* 23. *& seq. lib.* 1. vbi log-
tur, q̃n plures fratres habentes emphyteusim communem eccle-
derunt, quia aliqui maiores non soluerunt canonẽ; quia datur
minoribꝰ actio aduersus cohæredes, quorũ culpa causata est re-
ducitas, & nõ datur minori restitutio, vbi in fi. dicit communis
* & idem dicit attestando de communi Bero. *cons.* 120. *n.* 24. *& seq.*
lib. 1. † Amplia; quia si minor læditur à tutore, & iudice, vt quia tu- 11
trix consentit dari procuratorẽ ad actum læsiuum minori, & iu-
dex interposuit decretũ, certe succurritur minori, vt agat contra
tutorẽ primo loco, & si non est soluendo, potest agere contra iu-
dicem in subsidium, qui decretũ iniquum interposuit; quia ve-
rum est, q. magistratus tenetur solum in subsidium. Alex. *cons.* 53.
Visis scriptis, col. fi. n. 20. *& seq. ver. non obst. at. quod primo debet agi, lib.* 2. † 12
Restringe, quando tutor, & iudex iust: ignorassent, puta, quia
fece-

fecerunt mandatum ad alienandum bona prohibita, dequa prohibitione ignorantiam probabilem habebant. Alex. *d. cons.* 103. *in*
12 *fin. ver. preterea, lib.* 2. † Limita, quod dicitur minorem agere debere contra magistratum in subsidium, non autem directe, & sic, quando non potest releuari à tutore, procedit, quãdo magistratus cõueniri deberet ex eo, quod fecit interponendo decretum super mandato minoris, vel alio contractu, sed quando magistratus conuenitur; quia ex obligatione tenebatur facere, vel non facere, & contrauenit, tunc directe conueniri potest, non in subsidium. Alex. *d. consil.* 103. *in fin. num.* 21. *ver. sed quoties, lib.* 2.

Minor non restituitur sine causa, & multis casibus non restituitur. Concl. 259.

1 MINOR † non restituitur aduersus sententiam ex eo solo, q̃ sententia est lata contra minorem; quia potest esse iusta, & potest esse, q̃ vsus fuerit minor iure maioris, & ideo in libello restitutionis minoris requiritur expressio causæ, alias non proce-
lff dit. Oldr. *cons.* 108. *Titius veniens, in fin. ver. ad vltimam.* Vide, *Restitutio*
2 *in integrum datur minoribus multis casibus, & quando secus. Concl.* 284. † Extende; quia minor non restituitur; quia non valet cõsequentia est minor, ergo debet restitui; quia sine causa non restituitur, & quando sibi contingit, q̃ maiori contigisset, vt quia defensus succubuit; quia succubuisset maior, non restituitur. Ang. Aret. *cons.* 123. *In casu supradicto, nu.* 11. *& seq. ver. sed tamen iis non obstantibus.*
3 † Ampliã, q̃ minor non restituitur aduersus factum suum, quãdo est vtile, licet ipse damnum appellet, prout est aduersus professionem emissam; quia vere non est læsus, sed ad meliorem statum transiuit. Lap. *alleg.* 94. *in fin. ver. & prædicta sunt vera*, vbi etiam
4 potest ampliari, si factum minoris esset de iure debitum. † Amplia; quia minor nõ restituitur aduersus lapsum temporis omisse, vel non probatæ exceptionis dilatoriæ; quia in modico lædi-
5 tur. Gem. *consil.* 58. *n.* 1. *circa med. ver. similiter etiam.* † Amplia; quia si minor prohibetur restitui aduersus laudum latum inter consanguineos, prohibetur etiam restitui aduersus sententiam confirmatoriam talis laudi. Bald. *cons.* 148. *In casu proposito, nu.* 9. *& seq. ver.*
6 *capiendum, lib.* 1. † Amplia; quia minor non restituitur aduersus obligationem causatam ab acquisitione ex liberalitate, puta si sibi liberaliter aliquid conceditur sub modo implendo. Fulg. *cons.*
7 223 *in fi.* quia vbi cessat læsio, cessat restitutio. † Amplia; quia non restituitur aduersus solutionem sibi factam, licet pecunia soluta fuerit deperdita casu fortuito; secus si facilitate minoris. Soc. *reg.*
8 16. *Minor aduersus solutionem.* † Amplia; quia minor institutus hæres si contrahat matrimonium cum certo genere personarum, si cõtrahat cum aliis personis, priuatur, neq; restituitur, ex quo semel contraxit, & amplius non potest parere testatori. Fulg. *cons.*
9 61. *Domina Catharina, n.* 6. *in fin. & 7. ver. quod autem nouissime.* † Amplia; quia minor non restituitur, vt capiat lucrum, sed vt euitet damnum, & saltem difficilius restituitur. Fulg. *cons.* 61. *n.* 7. *ver. ad.*
10 *plures.* † Amplia; quia minor non restituitur aduersus cõtractum post quadriennium lapsum, postquam maior est factus. Alex. *con-*
11 *sil.* 125. *n.* 7. *& 8. lib.* 1. † Amplia; quia minor non restituitur aduersus donationem factam cum iuramento; quia licet habuerit absolutionem à iuramento, non tamen restituitur; quia iuramentũ confirmat, & conualidat donationem. Alex. *cons.* 125. *Visis, & consi-*
12 *deratis, n.* 8. *lib.* 1. vbi dicit * communem. † Declara, vt procedat, ni-
13 si constaret, q̃ voluisset donare parum, & donasset in immẽsum, & esset læsus vltra dimidiam. Alex. *d. cons.* 125. *n.* 7. *lib.* 1. † Amplia; quia minor non restituitur, q̃n est læsus infra dimidiam, & cum
14 iuramento contraxit; quia licita est deceptio vsque ad dimidiã. Alexan. *d. cons.* 125. *n.* 8. *ver. & dicit expresse, lib.* 1. † Amplia; quia minor
lff non restituitur aduersus appellationem omissam, vel desertam, nũ doceat de læsione, q̃n est actor, secus si reus. Vide plene Ant.
15 Gab. *lib.* 2. *tit. de Minor Concl.* 2. *Minor, qui petit restitui*, vbi pro vtraque, & distinguit, aut actor, aut reus. † Amplia; quia minor nõ restituitur aduersus compromissum factum vigore statuti; quia cũ statutum comprehendat maiores & minores, non restituitur. A-
16 lex. *cons.* 254. quod est *fin. n.* 6. *ver.* 5. *probatur, lib.* 6. † Extende multo magis, q̃n statutum compellit minores ad compromittendum, & vult, quod non possit dici de nullitate, vel iniustitia laudi, & læditur in modico, vt quia est tertius possessor cõdemnatus non
17 facta excussione contra principalem. Abb. *cons.* 29. *per tot. lib.* 2. † Restringe; quia bene restituitur aduersus laudũ latum, & sic aduersus effectum statuti, licet non aduersus statutum. Alex. *d. cons.*
18 254. *n.* 9. *lib.* 6. † Restringe; quia minor bene restituitur aduersus laudum latum vigore compromissi necessarii inducti à statuto contra minores ad euitandum dispendia litium, q̃n est læsus magna læsione, & si statutum prohibeat posse dici de nullitate, vel de iniustitia; quia debet stricte intelligi; quia est correctorium iuris; & quia odiosa esset retorquutio contra minorẽ, ex quo ad sui fauorẽ est factum. Vnde intelligi debet, vt modica læsio competens minori non præbeat beneficium restitutionis, sed bene magna læsio competens maioride iure cõmuni, alias statutũ redderetur iniquũ. Abb. *cons.* 31. *per tot.* vbi casus, *lib.* 2. † Declarat Ang. Aret. *cõs.* 19
108. *In consultatione, in fin. ver. nec obstat sextum.* vbi, q̃ licet iuramentũ repræsentet minorem esse maiorem, non tñ excludit à beneficio cõpetẽte maiori, vt possit appellare à laudo lato ex forma statuti, & si læsus magna læsione est, auditur, & releuatur, prout maior. † Amplia; quia minor non restituitur aduersus delictũ ex do- 20
lo commissum in faciendo. Alex. *cons.* 103. *Videtur, n.* 12. *v. non obstat,*
dum 5. *lib.* 1. *seqtur* Boss. *in prax. crim. de confess. n.* 68. *& seq.* † Extende; 21
quia adultus incidit in pœnã *l. si quis in tantã, C. vnde vi*, q̃n ex dolo, & non restituitur. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 12. *ver. & ideo gl. lib.* 1. vbi dicit * *
cõmunem. † Extende; q̃a vbi est inuasio ẽt rei communis cũ mi- 22
nore, si totã inuasit, non restituitur; quia quoad inuasionẽ rei alienæ, vel partis alienæ, dicitur facere cõtra ius naturale; ideo nõ excusatur, neq; restituitur. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 12. *ver. q̃ autem isto casu, lib.* 1. † Declara; q̃a minor restituitur aduersus dolũ præsumptũ, 23
sed aduersus dolum verũ non restituitur. Alex. *d. cons.* 103. *nu.* 12. *in*
fi. ver. & licet aduersus, lib. 1. *n.* 13. vbi, q̃ dicitur verus, q̃n præsumptiones sunt manifestæ; præsumptus, q̃n non manifestæ, concor. Nat.
cons. 17. *n.* 3. † Restringe; quia minor excusatur, q̃n ipse consuluit 24
peritiores; qui ipsi dixerunt posse hoc facere; quia tunc bene, si credidit, excusatur, & restituitur, alias non, quando sumus in facto illicito, & idem est in milite. Alex. *d. cons.* 103. *n.* 13. *ver. & quando*
quis, lib. 1. vbi, si non probat suã credulitatem, isto modo aduersus factũ dolosum non restituitur. † Amplia; quia nõ restituitur post 25
publicationẽ testium aduersus crimen alteri obiectũ, & non probatũ, & aliis casibus, de quib. Socin. *reg.* 15. *Minor publicatis attestationibus*, vbi ponit tres limitationes, quæ sunt ampliationes in casu nostro. † Limita; quia minor restituitur aduersus scientiam, & 26
patientiam suam, ex qua potest argui consensus in sui præiudicii, vt si permisit fratrẽ possidere prælegatũ feudum à patre, q̃ spectabat ipsi minori, qui tacuit, & passus est. Oldr. *cons.* 237. *Perlectis,*
n. 6. *ver. superest.* † Limita; quia minor ipso iure restituitur aduersus 27
caducitatem causatã ex negligentia minoris in petenda inuestitura; quia præsumitur ignorare iura communia. Anch. *cons.* 393.
Visa diligenter. in fi. † Limita; quia minor restituitur aduersus lau- 28
dum absq; probatione læsionis; quia eo ipso, q̃ tenetur illi stare metu pœnæ, dicitur læsus, & danda est restitutio. Ang. de Perus. *cons.* 66. *Com. Robertus. in prin.* Vide, *Restitutio in integrum, & c. Concluſ.* 285. Vide, *Restitutio in integrum, & c. Concl.* 295. Vide Ant. Gabr. *lib.* 2.
tit. de minor. conc. 1. *munori an concedenda restitutio sine læsionis probatione*, vbi pro vtraque parte.

Minor restituitur aduersus contractum iuratum, & contra statutum, & quando secus. Concl. 260.

1 MINOR, † qui cum iuramento iurauit attendere, & obseruare contractũ, & non contrauenire aliqua ratione; nõ censetur renunciasse restitutioni in integrũ, cum ignoret beneficiũ restitutionis sibi competere; & ideo quia non fuit certioratus, & in specie non renunciauit, debet restitui, ita Dyn. *cons.* 5. *Quæstio talis est, quid am nomine. per tot.* Cyn. hoc consilium refert in *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* vt dicit Bart. *cons.* 90. *Dilecto domino, in princ.* Bald. *consil.*
434. *Factum proponitur, in fin. versicul. sed aduertendum*, vbi, quod licet iuramentum repræsentet maiorem; non tamen scientem secundum Dyn. & sequuntur hanc partem Salycet. *authen. sacramenta puberum. Cod. si aduer. vendit.* & hanc partem tueri videtur Anchar.
consil. 39. *Pro clariori, num.* 4. *& seq.* Vide, *Restitutio in integrum, & c.*
Concl. 284. † Contrarium, quod imo si iurauit non venire contra 2
præmissa in contractu, videatur iurasse super omni iure, per q̃ potest contra contractum venire, & non requiratur specialis expressio, plene Bart. *cons.* 90. *Dilecto domino, in princip. lib.* 1. vbi, quod secundum Dyn. non consuleret Bal. in *l.* 2. *q.* 9. *C. de rescin. ven.* Ang.
in *l. sciendum. ff. de ver. obl.* vbi Im. dicit ita * communiter seruari, & * *
ibi Alex. qui respondet ad contraria, & plenius *cons.* 27. *Viso libello,*
num. 2. *lib.* 1. vbi citat infinitos, quod non requiritur certioratio, quando iurauit; quia iuramentum repræsentat minorẽ esse maiorem, & dicit hanc esse magis * communem, & quod ab ea in iudicando non est recedendum, & quod consuetudo, & practica * *
hanc approbauit, & reperit *cons.* 42. *n.* 10. *lib.* 1. quod ista est magis * *
cõmunis opinio approbata de communi stylo, & cõmuni obseruantia. Bologn. plene in *addit. ad Io. de Anan. cons.* 100. Dec. *consil.* 231.
Dura admodum, col. 2. *num.* 2. *in fin. ver. secundo quæritur*, vbi communem * dicit, hanc etiam veriorem dicit Alex. *cons.* 127. *Viso, peſſu,* * *
in fin. lib. 2. Angel. Aret. *cons.* 108. *In consultatione, nu.* 15. *ver. sextoque*

quæ-

* *ties*, vbi dicit * communiter ita seruari, & citat Bar. Dyn. & alios, & hanc partē in practica seruari tenet Alex. *cons.* 222. *Visa facti. n.* 2. *lib.* 2. vbi citat plures, vbi *nu.* 4. dicit quod de consuetudine approbatur & *nu.* 3. quod Collegium Mediolani hanc approbat. † Declarat Abb. *cons.* 107. *num.* 6. & *seq. lib.* 2. quod non potest restitui etiam læsus, nisi prius obtenta absolutione à iuramento, & ita Bald. *cons.* 483. *Viso*, *lib.* 4. Dec. *cons.* 180. *Visa, per tot. & cons.* 181. *Satis.* Alex. *cons.* 22 *nu.* 3. *lib.* 2. qui hoc tenet, quando dolo, vel metu esset iuratum. † Contrarium tenent plurimi, quod quando est læsus minor, sine absolutione petat restitui, sed communis est, quod ad bene esset debet absolui, vt per Alex. *cons.* 125. *nu.* 9. *lib.* 1. Vide, *Absolutio à iuramento, &c. Conclus.* 58. Vide *Restitutio in integrum, &c. Concl.* 294.

† Imo si iuramentum est confirmatorium cōtractus, quod nullo modo possit venire contra cōtractum, etiam obtenta absolutione à iuramento, quæ dari nō potest, nisi dolo, vel metu fuisset inductus ad iurandum, vel nisi esset enormissima læsio. Alex. plene *cons.* 222. *nu.* 5. *& seq. lib.* 2. vbi latissime; quia alias iuramentum cōfirmatorium contractus non obseruaretur, neq; operaretur aliquid, & dicitur confirmatorium, quando promittit cū iuramēto non venire contra, non cōtra facere, non petere absolutionē, neq; restitutionem, & sic in specie est præstitū. † Declarant multi, quod si contraxit cum iuramento, & cum authoritate curatoris, & solemnitatibus, tunc nō competat restitutio in integrum, etiam præuia absolutione. Alex. *d. cons.* 222. *nu.* 2. *ver. & cū d. opin. l.* 2. Vide, *Absolutio à iuramento, &c. Concl.* 62. Vide, *Restitutio in integrum, &c. Concl.* 294. † Contrarium tenet Ancharan. *cons.* 108. *per tot.* vbi * latissime, & hanc magis dicit * communē Curt. Iun. *cons.* 152. *n.* 7.

l. 1. † Declara multis modis in *ver. Absolutio. Concl.* 62. nisi constaret de dolo ex proposito, vel per mendaciū minor fuit seductus; secundo, quando prohibitus est contractus odio creditoris, vel si simpliciter minor iurauit. Vide ista in *ver. Absolutio. Conclus.* 62. & quod si per mendacium, remedium sit tutissimum affirmat Bart. *d. cons.* 90. *num.* 3. *ver. super quarto*, *lib.* 1. Alex. *d. cons.* 222. *n.* 3. *lib.* 2. *& per tot.* maxime *nu.* 5. *& seq.* † Declara, quando læsio est enormissima; quia si iuramentum non est in specie non venire contra ratione minoris ætatis, & ratione lesionis, non impeditur agere, & restituere. Vide, *Læsio. Conclus.* 351. *ver. Restringe.* † Declarat Alexand. *cons.* 127. *Viso processu, in fin. li.* 2. quia si minor iurauit simpliciter cōtractum, restituitur, si est lesus; si vero iurauit non venire contra ratione minoris ætatis, vel aliqua quacunq; de causa, nō restituitur, neque indiget certioratione. † Declara; quia minor restituitur aduersus iuramentum de futuro, prout nō venire contra *authen. sacramenta pub. C. si aduer. vend.* secus, si aduersus iuramentum de præterito, vel præsenti, prout si iurauit dicere veritatem Bar. *cons.* 101. *Girardus, num.* 10. *ver. super sexto*, vbi apostill. dat concord. *libr.* 1. † Declara multis modis in *ver. Absolutio. Conc.* 62. & in *ver. Iuramentum. Concl.* 524. vbi facit minorem repręsentari maiorem, sed non tollit remedia maioribus competentia. Ang. Aret. *cons.* 108. *in fin.* † Amplia; quia minor factus maior per statutum, vt quia statutū vult maiorē 20. annis haberi pro maiore 25. si contrahit in 21. anno, læsus debet restitui. Bart. *d. cons.* 101. *Girardus, nu.* 5. *ver. super secūdo*, *lib.* 1. Bald. *cons.* 105. *li.* 4. Pet. de Rauen. *sing.* 286. apostill. ad Bart. *d. cons.* 101. *nu.* 5. *in ver. super secundo*, citat plures concord. Vide, *Restitutio in integrum, &c. Conclus.* 284. Vide, *Restitutio in integrum. &c. Cōclus.* 295. † Contrarium tenet Socin. *cons.* 20. *num.* 11. *lib.* 1. Barbat. in *addit. ad Bald. in l.* 1. *C. si de moment. possess.* & ibi Mathesil. † Declara, quia minor, qui non potest via restitutionis in integrum venire contra contractum vti læsus, bene potest dicere cōtractum nullum, apostill. ad Bart. *d. cons.* 101. *num.* 5. *ver. super secundo*, *li.* 1. vbi plures citat pro vtraque parte. † Extende in causa criminali, in qua Bart. loquitur *d. cons.* 101. *num.* 5. *ver. super secundo*, *lib.* 1. † Imo eo ipso, quod minor sententiam contra se latam approbauit, & consequenter appellationi renunciauit, dicitur lęsus, & debet restitui. Bart. *d. cons.* 101. *num.* 6. *ver. super tertio*, *lib.* 1.

Minor an possit procuratorem constituere. Conclusio 261.

MINOR † non potest constituere procuratorem, sicut non potest agere, nisi altero de duobus modis, videlicet vt ipse cum authoritate curatoris, vel cum iuramento, constituat.

Vide, *Minor cum iuramento, &c. Conclus.* 253. Vide, *Procurator an possit, &c. Conclusio* 814.

Minor qualiter agat ad recuperationem rei alienatæ. Conclus. 262.

MINOR † ex contractu nullo alienationis rei immobilis potest agere rei vendicatione, sed propter difficultatem probandi dominium, melius est, vt agat implorato officio iudicis, vt declaret alienationem nullam, & rem restituendam narratis causis nullitatis; quia hoc modo non potest aduersarius inferre causam dominii; quia non agitur de dominio, sed de causa contractus, quam non potest impugnare. Castrens. *consilio* 105. *Si non interuenisset*, *num.* 2. *lib.* 2.

Minor viginti annis an possit Regnum administrare. Concl. 263.

MINOR † 20. annis supra pubertatem an possit iudicare, & si sit Rex, sicuti est exemptus à tutela, ita etiam à cura, & an possit per se administrare Regnum. Calder. in *rep. l. si curatorem in ver. hunc contractum. num.* 46. *cum seq. C. de in integr. restit.* vbi multa hinc inde, & videtur concludere, quod iudicium minoris est periculosum, ideo debeat assumere curatorem.

Minoris contractus valet multis casibus. Conclusio 264.

CONTRACTVS † & obligatio minoris non seruata solemnitate statuti valet, quando fuit vtilis ipsi minori; quia licet non valeat passiue contra minorem, bene valet actiue pro minore. Mathesil. *sing.* 155. *Nota, quod si minor*, vbi apost. magna declarat, esse verum ad fauorē minoris, videlicet, si ipse minor velit, & sit paratus ratificare cum solemnitatibus. Roman. *cons.* 316. *Circa propositam, quasi per tot.* & plenius *cons.* 453. *Visa principali per tot.* vbi plena apostilla dat infinitos concord. Vide, *Nullitas causat. ad fauorem*, *&c. Conclusio.* 145. Vide, *Sententia contra minorem*, *&c. Conclusio.* 148. † Extende; quia licet minor non possit contrahere societatem, vt obligetur alteri, licet alter obligetur minori; si tamen societas est vtilis minori, valet contractus sine solemnitate; quia solemnitas fuit inducta fauore minoris, ne damnum sentiat, secus vt lucrum perdat, plene Roman. *d. cons.* 453. *per tot.* vbi apost. 1. citat Socin. *cons.* 160. *In præsenti consultatione. n.* 12. *& n.* 17. *li.* † Amplia, quādo pro excarcerando patre; quia obligatur sine solemnitate. Castren. *cons.* 52. *in fin. ver. tertium. lib.* 2. † Extende multo magis, si pro liberando se ipso à captiuitate, plenissime Roman. *cons.* 316. *Circa propositam, ver. quoad secundum, & per tot.* maxime *in fin.* † Amplia; quia contractus minoris valet cū iuramento, licet non fuit seruata solemnitas statui, & quando secus. Vide, *Minor cum iuramento, &c. Concl.* 253. † Amplia, quando solutum minori fuit vtiliter expensum, puta pro liberatione minoris, qui erat captiuus, ita plene Roman. *d. cons.* 316. *Circa propositam, nu.* 2. *ver. quoad secundo.* † Idem, si fuit expensum vtiliter, puta pro maritanda sorore, vel monachanda, ad quam minor tenebatur, supra *Conclus.* 249. *n.* 7. *ver. limita, quia licet contractus.* † Idem, si expensum est in debitis minoris, à quo debito fuit liberatus. Rom. *d. cons.* 316. *n.* 3. *ver.* 4. † Idem pro redemptione captiui patris, vel alterius, ad cuius liberationem minor obligatur de iure. Castr. *cons.* 52. *in fi. ver.* 3. *lib.* 2. † Amplia; quia causatiue minor obligatur propter lucrum consequendū, supra *Concl.* 252. *n.* 26. *ver. Limita.* † Amplia; quia statutum, quod adhibeatur certa solemnitas consanguineorum in cōtractibus minorum, operatur, quod contractus est ipso iure nullus sine solemnitate, sed tamen imo valet nouem casibus, de quibus Socin. in *reg.* 14. *Minor fiex forma statuti*, vbi ponit nouem limitationes, quæ seruiunt pro ampliationibus. † Amplia multis casibus supra notatis *Concl.* 249. *&* 252. vbi ponuntur plures casus per limitationes. † Limita; quia bene contractus minoris semper erit nullus ipso iure, quando vel erat impubes, vel quando dolus dedit causam contractui. Rom. *d. cons.* 453. *in fine.*

Minor non comprehenditur sub statuto generaliter loquente, & quando secus. Conclus. 265.

CONSTITVTIO † cōtra ius, quod pœnam incurrat etiam absens non citatus, si non seruat compromissum, non comprehendit minorem. Zabarell. *cons.* 148. *in prin.* † Amplia; quia omnis dispositio odiosa, vel restringibilis nō habet locū in minore, ideo *l. si quis maior. C. de transact.* nō comprehendit minores. Zab. *d. cons.* 148. *nu.* 2. *& seq. ver. & si dicatur*, vbi, quod licet iuramentum minoris repręsentet eum maiorem; vere tamen nō est maior; ideo non com-

comprehendit minorem. † Amplia, quia statutum generaliter obligans filios pro patre non comprehendit filios impuberes, 4.2. vbi Anchar. in 3.*not. de delict. puer.* Bart. & Imol. in *l. si constante, ff. solut. matrim.* Fulg. & Saly. in *l. item quia ff. de pact.* Marsil. ple- 3
nes *singul.* 362. *in fin.* † Contrarium, quando generaliter loquitur absque aliquo extrinseco dicit * communem Ial. *d. l. si constante, num.* 210. *ff. sol. matr.* & ista est regula communis, * de qua Marsil. *singul.* 481. *Communis opinio*, vbi citat infinitos, quod statutum generaliter loquens comprehendit maiores, & minores. † Declarat Bart. *cons.* 40. *Quæritur, an statutum, in princ. lib.* 2. quod statutum nõ comprehendit minores, quando duo concurrunt, inhabilitas personæ; quia omnis dispositio requirit habilitatem, 2. q. lædatur minor; quia tunc inducerentur duo absurda. † Contrarium Alex. *cons.* 254. *Abunde. num.* 4. *& seq. lib.* 6. vbi, quod comprehendit, quando est generale, & inhabilitas tollitur; quia pupillus cum tutore simul compromittit, & est tunc habilis quoad læsionem dicit, quod restituitur in integrum. † Declarat Alex. *consil.* 119. *Quoniam omne datum, num.* 8. *ver. sexto adducitur, lib.* 6. vbi distinguit; quia in iis, in quibus minores sunt capaces, & habiles ad actum ordinatum per statutum, vel consuetudinem, & tunc statutum, vel consuetudo generaliter loquens comprehendit minores; aut actus, de quibus statutum, vel consuetudo loquitur, non poterit fieri à minore; quia non est habilis, & non comprehenditur minor, & ita etiam declarat Alex. *consil.* 62. *In causa, & lite, num.* 18. *ver. accedit, lib.* 7. † Declarat idem Alex. alio modo *d. consil.* 119. *n.* 34. *& seq. ver. nono dictum statutum, lib.* 6. quod statutum generaliter loquens secundum commun. opin. * comprehendit minores, furiosos, & infantes, & *num.* 35. citat plurimos, & opin. Bart. in *l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necessar.* tenentis contrarium, * est communiter damnata, & communiter * reprehenditur, & ideo dicit, quod statutum, quod consanguinei teneantur compromittere, habet locum in infante, minore, & furioso. † Idem in statuto loquente de præscriptione; quia habet locum in minore, quando non est subrogata talis præscriptio statuti loco præscriptionis iuris communis, secus si esset subrogata loco præscriptionis iuris communis, 10. vel 20. aut 30. annorum; quia tunc currit contra minorem, vel non, prout præscriptio iuris communis. Alexand. *d. consil.* 119. *num.* 35. *& seq. lib.* 6. vbi reprobat distinctionem Bart. quod ligat minorem, quando tractat de lucro, secus si tractat minor de damno vitando. † Declara tamen; quia quicquid sit, semper, quod minor comprehenditur in statuto, vt contra eum currat præscriptio statuti; quia minor dici potest negligens, vel ex facto, vel non ex facto læsus; semper competit restitutio in integrum. Alexand. *d. consil.* 119. *num.* 37. *lib.* 6. † Declara; quia si statutum auferens ius alienum, vel inferens damnum generaliter loquitur, non comprehendit minores. Alex. *consil.* 62. *nu.* 17. *ver. præterea quando statutum, lib.* 7. † Amplia; quia statutum puniens id, quod non est punibile de iure communi, non comprehendit minorem. Rom. *sing.* 816. *Tu audiuisti*, vbi apostill. & *consil.* 120. *Circa primum, in 1. dub.* Cremen. *singul.* 30. & vide apostill. ad *d. cons. Rom.* 120. *in ver. comprehendat, & ver. pupillus.* Marsil. *sing.* 481. *Communis opinio, in fi.* † Extende; quia non comprehenditur minor sub statuto puniente contumacem, vt habeatur pro confesso; quia ex solo vero dolo, & non ex præsumpto condemnatur minor, item, quia statutum contra ius commune non comprehendit minorem. Farinac. *q.* 11. *num.* 26. *& seq.* vbi de comm. & magis communem, & *nu.* 30. ver. & licet etiam, & hanc partem tenet Rom. *d. consil.* 120. *num.* 4. *ver.* 1. *quia.* † Contrarium idem Farinac. *d. q.* 11. *num.* 30. *ver. contrarium*, vbi dicit * communem. † Extende, quia statutum imponens pœnam extrahentibus bladum non habet locum contra pupillum, & minorem; quia est contra ius commune. Rom. *sing.* 816. *Tu audiuisti, in fin.* Crem. *sing.* 30. & apost. ad Rom. *d. sing. in princ.* quæ limitat sex modis, & sunt extensiones. † Extende; quia statutum Florentiæ, q hæres debitoris possit carcerari, sicut poterat defunctus debitor, non habet locum in hærede minore 25. annis; quia odiosum est statutum, & contra ius commune; ideo sufficit, q reducatur ad intelligentiam iuris communis; quia minor de iure communi non potest carcerari; ideo statutum debet intelligi de hærede maiore. Roman. *d. consi.* 120. *Circa primum*, vbi apost. in *v. pupillus*, citat pro vtraq; parte, & dicit hanc communem. *† Extende sex modis, videl. in statuto odioso, vel contra ius commune, vel etiã fauorabili, q̃ loquitur de maioribus, item in statuto inducente præscriptionem, & quando exorbitans est, apost. ad Rom. *d. sing.* 816. † Amplia; quia statutum, q pater teneatur pro delicto filii, non habet locũ, si filius delinquens sit minor Vtil. *sing.* 362. *Statutum volens, in fin.* vbi dicit notandum; quia lucrosum. † Extende; quia statutum; quod stantibus masculis fœminæ non succedant, sed debeant dotari; quia non habet locum in filia infante; quia omnino succedet cum masculis. Marl. *singul.* 481. *Communis opinio, n.* 2. *& seq.* vbi dicit notandum. † Amplia; quia lex inducens præscriptionem non includit minores ipso iure; quia possunt restitui. *l. fi. C. in quib. caus. in integr. restit.* † Restringe in præscriptione ad appellandum intra decem dies; quia ipso iure minor, & Ecclesia comprehenditur ad lites abbreuiandas. Abb. *cons.* 77. *in pr. lib.* 2. † Limita; quia regulariter minor comprehenditur sub statuto loquente de iis, quorum minor est capax. Farinac. *q.* 11. *n.* 30. *ver. contrarium, & ver. & licet etiam.* † Extende; quia vbicunq; indefensus potest puniri ex statuto, tale statutum comprehendit minorem. Farinac. *d. q.* 11. *n.* 30. *circa fin.* † Limita; quia statutum, q inter consanguineos fiat compromissum, comprehendit minores. Bald. *cons.* 354. *Super eo, quod, in prin. lib.* 3. Declara tamen, vt dixi infra, *Statutum circa compromissum. Concl.* 487. vbi habes declarationes plures, infinitos citat Alex. *cons.* 254. *n.* 5. *& seq. v.* 4. *confirmatur, lib.* 6. Bal. *cons.* 148. *In casu proposito, n.* 11. *lib.* 1. Ang. *cons.* 355. *Vtrum statutum.* Ang. Aret. *cons.* 108. *In consultatione, per tot.* † Contrarium, q̃ statutum compelleret ad compromittendum de iure, & de facto; quia ex quo potest arbiter auferre ab vno, & dare alteri, non cõtinet minores. Alex. *consil.* 62. *In causa, & lite, n.* 17. *v.* 4. *quia. lib.* 7. † Limita, qa si statutum loquitur in rem, comprehendit omnes personas, & omnes casus, secus, si in personam. Bart. *cons.* 101. *Girardus. in prin. li.* 1. vbi apost. in *ver. statuti*, dat concord. † Limita; quia statutum, vel lex generaliter loquens comprehendit impuberes, q̃ absque aliquo facto extrinseco obligat indistincte Ang. in *l. certi iuris, nu.* 3. & 4. *C. locati.* Bero. *cons.* 68. *n.* 21. *lib.* 2. & est * communis opinio. Ias. * in *l. si constante, n.* 210. *ff. solut. matr.* † Limita; quia statutũ generaliter disponens non comprehendit minores, q̃ auferret minori ius quæsitum; secus, quando admittit ad lucrum, vel est fauorabile. Bart. in *l. si. nu.* 16. *v. aut ergo est illa præscriptio, C. in quib. caus. in integr.* sequitur Butr. in *c. constitutus, n.* 27. vbi Abb. *n.* 6. *de restit. in integ.* † Limita, quando lex, vel statutum inducit pœnam ipso iure; qa etiam minorem comprehendit, licet pœna aliqualiter minuatur. Abb. *cons.* 22. *Quanquam, n.* 2. *v. secundo respondeo*, vbi, quod *c. quãquã, de vsur. in* 6. non comprehendit minorem. Vide, *Statutum quas personas ligat, & quas non. Concl.* 448. vbi late.

Minor non præsumitur, sed maior, & quando secus, & qualiter probetur maior, vel minor. Concl. 266.

MAIOR † quis præsumitur ad hoc, ne tanquam minor excusetur; quia debet probari minoritas ab eo, qui vult habere beneficium minoris, nisi probetur ex aspectu. Bal. *cons.* 293. *Paterfamilias, n.* 3. *in fi. v. nec obstat, lib.* 3. Ioan. de Im. *cons.* 23. *per tot.* Bald. in *l.* 1. *C. si minor, se maiorem.* Vide, *Ætas minor, & maior, &c. Concl.* 344. † Et quod debeat probari ab eo, qui petit restitui prætextu minoritatis. Alex. *cons.* 21. *Viso processu, per tot. lib.* 1. vbi, q̃ non probatur ex instrumento tutelæ, vel curæ datæ tanquã minori contra certiũ. † Et idẽ in fideiussore tutoris, qui dicit tẽpore fideiussionis fuisse minorẽ; quia debet probari minor ætas. Castr. 124. *In causa, quæ vertitur, n.* 2. *lib.* 1. vbi etiã quomodo, & per quos probetur. † Amplia; quia is, qui scripsit apocham receptionis, tenetur illam recognoscere vt maior; quia præsumitur maior, ex quo actũ receptionis fecit vt talis Io. de Imol. *cons.* 23. *per tot.* † Extende, ẽt si allegans se minorem exhibeat instrumentũ, in quo sibi datus est curator tanquam minori iam duob. annis elapsis, quia illa probatio nõ releuat, quia potuit esse minor 25. in modico, & hodie fit maior, ideo debet concludere necessario probatio. Io. de Im. *d. cons.* 23. *n.* 3. *ver. an autẽ sufficiat.* † Extende idem, ẽt si minor haberet sententiam super minori ætate iam duob. annis; quia non concludit necessario; ideo debet ꝓbare se minorem, qui se fundat in minori ætate. Io. de Im. *d. cons.* 23. *nu.* 3. † Amplia; quia de iure communi contrahentes præsumuntur ætatis legitimæ, nisi contrariũ ꝓbetur. Bal. *d. l.* 1. *C. si minor, se maior. dixer.* † Amplia, qa stante pari ꝓbatione, q̃ quis sit maior, & minor, præfertur probatio, q̃ sit maior. Bald. in *l.* 2. *col. fi. C. de resc. vend.* Aret. *cons.* 65. Alex. *cons.* 46. *Circa præsentis, lib.* 3. † Declara; nisi ꝓbatio minoris ætatis, ꝓbaretur maiorib. verisimilitudinib. quia tunc starur probationi ꝓ minori ætate. Cast. *cons.* 124. *n.* 2. *lib.* 1. † Limita, q̃ minor ætas esset probata; qa illa attendi debet ẽt facta post tempus, q̃ concurrit probatio ex aspectu, & iudex põt illam attendere in causa fauorabili. *l. minor ex aspectu. ff. de minor.* † Extende; qa ætas dicitur difficilis probationis; ideo attenditur ꝓbatio per coniecturas, & inditia. Bald. *cons.* 213. *Occurrit dubium, colum. fin. in fin. libr.* 2. *& consil. Factum tale, libr.* 5. Vide Mascard. *concluſ.* 675. *Ætas an probetur ex inditiis, & coniecturis.*

† De-

12 † Declara totam istam materiam, an quis maior, vel minor præsumatur; quia si est fama, q̃ sit maior, vel minor, & iudex debet inquirere de veritate, & si inuenerit per summariã informationem esse minorem, præsumitur minor, si summaria informatio erit, q̃ maior, præsumitur maior, donec de contrario constet, si vero dubia sit informatio, præsumitur minor, prout quilibet nascitur. Egid. *cons.* 12. *n.* 22. *v. sed numquid præsumendum.* † Limita; quia
13 minor quis præsumitur; ideo contractus non valet, in quo rem
14 propriam recognoscit in feudum. Alexan. *cons.* 8. *n.* 13. *lib.* 5. † Contrarium dicit Menoch. *cons.* 1. *n.* 85. vbi, quod is probat, qui se fun-
15 dat super ætate. † Minor quis probatur ex instrumento tutelæ, vel curæ gesto cum aliquo; quia quoad contrahentes cum eo tãquam tali probatur minoritas, secus cum aliis. Bald. & Angel. in *l. cum te. C. de probatio.* Alex. *cons.* 21. *Viso processu, n.* 1. *lib.* 1. Bal. in *l. idem. ff. de testam. tutel. versic.* 6. *not.* 3. quam legit cum *l. iure nostro*, & idẽ Bal.
16 in l. 3. *§. quod obseruari, ver. hic quæro de ista quæstione, C. de tur. cal.* † Extende; quia etiam impubes probatur per relationem tutoris factã à patre in testamento, q̃ tempore testamenti esset impubes. Ioan.
17 de Anan. *cons.* 89. *nu.* 3. *in fi. v. vltimo aduertendum.* † Restringe, quia minor non probatur quoad alios, licet doceat de instrumento curæ quoad tertium, cum quo litigauit. Alex. plene *d. cons.* 21. *nu.* 1. *& seq. lib.* 1. vbi est casus, & dicit, quod duo requiruntur, videlicet, quod sit datus tutor, vel curator tanquam minori, & quod is, qui negat minorem, litigauerit, vel contraxerit cum tali tutore, seu
18 curatore, alias non præiudicat. † Declara restrictionem vno casu; quia si quis tanquam minor petit restitui, & aduersarius negat minorem, licet iudex det curatorem tanquam minori, & is, qui negat minorem, litiget cum tali curatore, non tñ probatio oritur isto casu, q̃ sit minor. Alex. *d. cons.* 21. *nu.* 2. *& 3. lib.* 1. *v. confirmo*
19 *per id, quod.* † Restringe, vt non procedat ét inter ipsos litigantes cum curatore, & contrahentes cum curatore, q̃n esset diuersa causa ab ea, in qua contraxerunt, & ageretur principaliter de ætate; quia licet valeat ad substinendum illud iudiciũ, vel instrumentũ, in quo sic contraxerunt, non tñ procedit etiam inter alias personas circa diuersum negocium, si principaliter agatur de ætate, ita Alex. *d. cons.* 21. *n.* 3. *& seq. ver. potest etiam responderi, lib.* 1. Vide plene per Masc. *concl.* 674. *Ætas minor an probari possit per instru-*
20 *mentũ tutelæ, vel curæ.* † Amplia in casu contrario; quia maior p̃batur ille, qui cũ iuramento contrahit tanq̃ maior quoad contrahentes, quo vero ad alios, & diuersa negocia, non p̃batur maior; q̃a res inter alios. Fulg. *cons.* 89. *In quæstione* 10. *nu.* 4. *ver. circa tertium.*

Minoris bona vendenda in quo loco debeant subhastari. Concl. 267.

1 BONA † minoris vendenda si sunt sita in territorio extra domicilium pupilli, an sint subhastanda in loco domicilii, an in loco bonorum? dic, q̃ ex abundanti in vtroque loco debet fieri subhastatio Calder. *cons.* 277. alias 1. *de emptio. & vendit.* vbi allegat iura facientia, quod in loco domicilii, & deinde, quod in loco rei sitæ, & tandem tenet, quod in vtroq; ad tollendum dubium.
2 † Quod subhastatio sit necessaria in alienatione bonorum minoris, alias contractus sit nullus. Bald. *cons.* 184. *Ad intelligentiam, in*
* *princ. lib.* 2. vbi dicit * communem. Vide, *Subhastatio quando necessaria, & qualiter perfecta dicatur. Concl.* 713.

Minoris bona vt valide alienari possint, multa sunt requisita, & necessaria, & quæ. Concl. 268.

1 PRIMO † requiritur causa necessaria, puta æris alieni persoluendi, *l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum, l. ob æs, C. de præd. minor.* & vide sup. *Concl.* 251. vbi quod debet vrgere æs alienum. Affict. *decis.* 249. *in princ.* Rol. à Val. *cons.* 33. *in princ. lib.* 1. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 147. Crauett. *cons.* 853. *Magnifici domini, n.* 2. Paris. *cõs.*
2 85. *nu.* 10. *lib.* 3. † Et quod vrgeat æs alienum, videlicet creditores instent sibi solui, & debet hoc apparere, nec sufficeret, si in instrumento diceretur ipsos instetisse, sed debet aliter constare. Rol. à Vall. *d. cons.* 33. *nu.* 2. *lib.* 1. sequitur Menoch. *de recuper. remed.* 15. *num.* 147. Crauett. *d. cons.* 853. *n.* 2. Paris. *d. cons.* 85. *n.* 20. *lib.* 3. Ang. Aret. *cons.*
3 128. *in prin.* † Et si appareret narrata esse debita maiora, vel p̃ parte soluta decretum esset nullum. Ang. Aret. *cons.* 92. *In casu supra-*
4 *dicto, nu.* 26. *ver. nec obstant allegata.* † Secundo, quod æs alienũ non possit solui ex mobilibus, *d. l. magis puto. §. non passim ff. de reb. eor.* Affl. *decis.* 249. Rol. à Val. *d. cons.* 33. *n.* 4. *& seq.* maxime *nu.* 5. *lib.* 1. Menoch.
5 *d. remed.* 15. *n.* 147. Ang. Aret. *d. cons.* 128. *in princ.* † Tertio, quod hoc liqueat iudici per discussionem bonorum, & informationẽ, *d. §. non passim*, plene Rom. *consil.* 321. *In casu proposito*, vbi ponit modum, qualiter se gerat iudex, vt excutiat, an adsint res mobiles, pecunia vel fructus, ex quib. possit solui, & si nõ reperit, tunc sequentiæ seruet, vt minus damnosa, & non magna res pro paruo debito vendatur. Affl. *dec.* 249. Dec. *cons.* 403. *Quamuis, n.* 12. Rol. à Val. *d.*
6 *cons.* 33. *n.* 4. *lib.* 1. sequitur Menoch. *d. remed.* 15. *n.* 147. † Imo debet iudex interloqui non extare alia bona mobilia. Rol. à Val. *d. cons.* 33. *n.* 6. *lib.* 1. & comprobat Menoch. *d. remed.* 15. *de recuper. n.* 147. plene Rol. à Vall. *cons.* 99. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. vbi allegat Paris. *cons.* 98. *n.* 5. *d.*
7 3. q̃ non statur narratis in instrumento, sed debet constare aliter. † Quarto, q̃ vendatur res minus damnosa, *d. §. non passim.* Rom. *cons.* 321. *in princ. n.* 2. Affl. *dec. is.* 249. Rol. à Val. *d. cons.* 33. *n.* 7. *lib.* 1. *v. ter-*
8 *tio.* Menoch. vbi supra. † Declara tñ; quia si res magis fructuosa fuit vendita, & extent minus fructuosæ, non annullatur venditio, & sic propter omissas diligentias ad vnguem; quia tanto magis, & maius pretium fuit; ideo istæ solemnitates omissæ non viant, q̃n non agitur de magno præiudicio, ita Corn. *cons.* 109. *videtur prima facie, n.* 6. *lib.* 3. vbi, q̃ ita consuluit Dominus Ioann. Petrucius de Montesperello, & ipse se subscripsit. † Quinto, q̃ pro
9 paruo debito non vendatur res magna, *d. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eorum.* Affl. *decis.* 249. Rol. *d. cons.* 33. *n.* 8. *ver.* 4. *lib.* 1. Bar. in *l. alio, nu.* 13. *ff. de alimen. & cibar. leg.* Ang. *cons.* 175. *n.* 2. Alex. *cons.* 74. *nu.*
10 *lib.* 7. vbi dicunt esse in dolo, & non valere, etiam si haberet liberã facultatem, quæ regulatur à bona fide. † Et procedunt prædicta, etiam si tutor habeat amplissimam authoritatem, & absolutam a testatore vendendi; quia regulatur, vt adsit bona fides. Bart. in d.
11 *l. alio, n.* 13. *& 14. ff. de alimen. & cibar. legat.* in tantum, quod sine causa alienans dicitur in dolo, & nõ valet alienatio sine causa, licet forte valeat cum causa sine decreto. Angel. *cons.* 175. *Statuto, circa fi.*
12 sequitur Alex. *cons.* 74. *n.* 3. *lib.* 7. † Et an sufficiat causa vtilitatis tãtum, non etiam necessitatis. Vide, *Minoris bona vt vendi possint, resp-*
13 *runt causam. Conc.* 251. & distingue, vt ibi posui. † Et an causa sterilitatis sit sufficiens, quod sic Simon *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 12. *num.*
14 80. *cum seq.* Hispa. in *l. si curatorem, C. de in integr. restit. min. an ver. con-*
15 *tractum fecisti, n.* 14. vbi dicunt * communẽ stante decreto. † Contrarium, quod non possit. Rol. à Val. *cons.* 7. *n.* 24. *lib.* 3. vbi de * com-
16 muni. † Sexto, requiritur authoritas tutoris *l. neque, & l. eum qui,* 17
C. de author. præst. an. Affl. *decis.* 249. Rol. à Val. *d. cons.* 33. *nu.* 9. *ver. s. ad-*
esse, lib. 1. Menoch. *d. remed.* 15. *de recuperan. nu.* 147. Ang. Aret. *cons.* 128.
nu. 4. *ver.* 3. *dictam venditionem, cum seq.* vbi, quod actor ad lites non
habet authoritatem. † Et debet constare de tutela, vel curaipsi
iudici. Rol. *d. cons.* 33. *n.* 9. *lib.* 1. † Et q̃ dicitur de authoritate tutoris
in impubere, idem est de authoritate, vel consensu curatoris in
minore pupillo. Ang. Aret. *consil.* 92. *in prin. v. secundo etiam.* † Decla-
ra; quia authoritas, & consensus non valet, si constat de collusione, vt quia fuit narratum adesse æs alienum maius, quã esset, vel
habita est fides de pretio, vel res vendita fuit maioris pretii, quia
esset debitum. Ang. Aret. *d. cons.* 92. *n.* 28. *& sequen. ver. nec obstat sed-*
dum. † Septimo requiritur, q̃ ista omnia præcedãt Decretũ, post-
ea cum causæ cognitione subsequatur decretum iudicis, *l. 1. ff. de*
reb. eorum, l. neque tutores, C. de admin. tuto. Affl. *dec.* 249. Rol. à Val. *cõ.*
33. *n.* 9. *v.* 6. *requiritur, lib.* 1. Menoch. plene *de recuper. remed.* 15. *nu.* 143.
& seq. vbi, quid sit decretum in specie, & in genere, late declarat
n. 147. Castr. *cons.* 38. *lib.* 2. Alex. *cons.* 163. *in fi. lib.* 5. Socin. *consil.* 48. *inf.*
lib. 1. qui omnes * tenent non posse ista fieri vnico contextu. † Et *
debet decretũ interponi iudice sedente, Corn. *cons.* 98. *col.* 2. *in fin.*
lib. 1. sequitur Rol. à Val. *cons.* 33. *n.* 9. *v.* 6. *lib.* 1. † Et debet interueni-
re causæ cognitio in ipso decreto. *l. minorum*, cum gl. & ibi Bar. &
alii, *C. de præd. minor.* Affl. *decis.* 249. *circa fi.* Rol. à Val. *consil.* 33. *n.* 10. *&*
seq. v. 7. *lib.* 1. vbi, q̃ si non præcedit cognitio causæ, non præsumitur pro decreto. † Et in causæ cognitione iudex debet inquire-
re, an aliunde possit solui, secundo, q̃ non vendatur bona maioris pretii, quam sit debitum, & soli tutori, vel curatori non debet credere; imo debet dare procuratorem minori, ad hoc; quia non
habet iudex liberum arbitrium, sed regulatum, & multa alia debet inquirere. Ang. Aret. *cons.* 92. *n.* 8. *& seq. v. necesse ergo fuit.* † Imo
debet fieri scriptura separata, anteq̃ deueniatur ad alienationẽ, & decretum, per quã constet de veritate causarum, & de cognitione præmissorũ, prout fit in alienantib. bonorũ ecclesiæ; quia
præcedunt tractatus, probatio causæ, & alia necessaria, ita Corn.
consil. 71. *n.* 4. *lib.* 5. Paris. *cons.* 98. *n.* 9. *lib.* 1. Rol. à Val. *cons.* 33. *nu.* 11. *lib.* 1.
Men. *de arbit. cons.* 171. *n.* 26. hanc esse dicit * communem idem Rol.
vbi supra *n.* 11. vbi plurimos conc. allegat. † Et si decretum esset
falsa causa interpositum, dicitur nullum, vt quia potest apparere,
q̃ creditores dati nõ erant in tanta quantitate; quia decretũ habetur p̃ non apposito. Ang. Aret. *cons.* 92. *n.* 13. *& seq. n. & quod nõ ad-*
catur interuenisse. † Nec statur assertioni iudicis, vel Notarii, nisi alio modo appareat, Rol. à Val. *d. cons.* 33. *nu.* 16. *lib.* 1. *& cons.* 99. *num.*
2. *lib.*

24.li.1.& *conf.*7.*nu.*70.*li.*3.plene Ang.Aret.*conf.*92.*In casu supradicto.n.*24.& *seq.v.nec huic determinationi*, vbi, quod alias esset aperta
☞ viafraudib. Vide, *Decretum in alienatione, &c. Concl.*124. † Contra-
25 rium,quod imo præsumatur pro decreto interpositi; quia causæ
cognitio præsumitur,plene Corn.*conf.*71.*n.*8.*v.iis non obstantibus,li.*
26 3.† Declara; quia præsumitur pro decreto magistratuum de ma-
ioribus,secus in officialibus illiteratis.Paris.*conf.*98.*n.*11.& *seq.li.*
1.Rolà Vall.qui plurimos allegat *conf.*33.*n.*14.*li.*1.& *seq.* vbi etiam
declarat procedere,quando in specie est enunciata omnis solem-
27 nitas. † Octauo, requiritur subhastatio bonorum alienandorũ,
l.& si fine,§.1.*ff.de minor.*Rom.*conf.*321.*nu.*2.*ver.secundo principaliter.*
Afflict.*dec.*249.*in fin.*Dec.*conf.*403.*nu.*12.Rol.à Vall.*conf.*33.*nu.*13.
* *ver.*8.*lib.*1.vbi dicit*communem.Menoch.*de recuper.remed.*15.*nu.*
147.idem Roland.à Vall.*conf.*7.*n.*24.*lib.*3.vbi dicit communem,
*28 *prout communem dicit *conf.*99.*n.*17.*li.*1. † Et debent subhasta-
29 tiones fieri, & publice præconizari in loco, videlicet publico,se-
cundum Dec.*conf.*403.*Quamuis, nu.*12.† Et per viginti dies debet
fieri hæc subhastatio secundum Rol.à Val.*conf.*33.*n.*14.*ver.vlt.lib.*
1.vbi dicit debere rem venalem stare per 20. dies; quia hoc tem-
pus est præfinitum à iure, licet secus sit in aliis subhastationibus
non minorum;quia sunt arbitrariæ,& *conf.*7.*num.*24 & *sequ.lib.*3.
30 † Et non statur instrumento, vel assertioni Notarii, vel iudicis,
sed debet constare de subhastatione aliter, quam per assertionẽ.
31 Rol.à Val.*d.conf.*33.*n.*13.*li.*1.† Contrarium, quod subhastatio non
sit necessaria,nisi de consuetudine in loco sit solita,tenet apost.ad
Dec.*d.conf.*403.*n.*12. licet nihil alleget, Bald. in *authent. hoc ius por-*
32 *rectum,C.de sacrosanct.eccl.*Imol.*conf.*99.*n.*7. † Declara non requi-
ri subhastationem de iure Canonico,ita Rol.à Vall.*conf.*99.*n.*18.
33 *lib.*1. † Et istæ omnes solemnitates dicuntur esse substantiales a-
lienationis,vt dicit Dec.*d.conf.*403. *Quamuis, nu.*12.& *n.*19.Rom.
34 *conf*321.*nu.*2.vbi plena apostill. dat concor.† Et si omittantur,vel
saltim ita breui spatio actus geratur, quod non præsumantur,vel
constet, quod non interuenerint, etiam si essemus in gratia con-
cessa à principe, diceretur gratia subreptitia, & nulla.Dec.*d.conf.*
35 403.*n.*19.& *seq.*vbi late.† Extende, etiam si extet statutum, quod
officiales pupillorum possint absolute vendere rem pupillorum
sine solemnitatibus, quando extat alia reformatio, quod seruen-
36 tur solemnitates iuris.Rom.*d.conf.*321.*per tot.*† Generaliter, quod
prædicta omnia solemnia debeant interuenire, alias contractus
minoris, & alienationis bonorum stabilium minoris sit nullus.
37 Affl.*d.decis.*249.*per tot.*Dec.*d.conf.*403.*nu.*12.† Etiam si alia solem-
nitas inducatur à statuto, quia non censetur derogare solemnita-
ti iuris communis in dubio,sed potius augere, vt vtraq; requiratur,
& iuris communis, & statutaria. Alex.*conf.*125.*col.*2.*ver.ergo cũ*
38 *statutum,li.*1.Paris.*conf.*89.*n.*63.*li.*1.& *conf.*12.*n.*47.*li.*2.† Et ideo mi-
nor remanet dominus rei venditæ sine dictis requisitis,& potest
agere rei vendicatione. Rom. *conf.*321.*n.*2.vbi plenissime apost. in *v.*
39 *remansit.* † Et tenetur emptor ad restitutionem fructuum perce-
ptorum;quia dicitur malæ fidei possessor.Dec.*d.conf.*403. *Quam-*
40 *uis, nu.*19.plenissime Petr. Surd. qui alios allegat *conf.*115.*per tot.*† De-
clara; quia alienatio minoris facta ex alia causa, quam æris alieni
soluendi;quæ sola admittitur, alienatio est ipso iure nulla, si vero
exprimitur causa,& fit decretum, valet, sed si læsus est minor, re-
stituitur in integrum,ita Paul.Castr.*conf.*74.*In facto isto, in pr.lib.*1.
41 vbi dem in Ecclesia. † Et in tantum debet constare de causa, vt si
iudex interponat decretum non constito sibi de ea, decretum sit
nullum.Rom.*conf.*321.*n.*3. *vèr ceterum*, qui tamen loquitur in ad-
42 iudicatione prædii minoris prò legato,de quo non constitit.† Li-
mita prædicta omnia, nisi de consuetudine contrarium seruare-
tur,quia cum istæ solemnitates sint de iure positiuo, possunt tolli
de consuetudine. Ias.in *l.*2.*n.*8.*ff.de off.eius*,Simon *de decret.lib.*3.*tit.*
*8.inspect.*5.Franc.de Caldas Hisp. in *l.si curatorem. C. de in integr. rest.*
43 *minor.in v.contractum fecisti,n.*24.Alex.*conf.*79.*n.*7.*in fi.li.*1.† Exten-
de,quia etiam per statutum possunt tolli.Bar.& alii in *l.fin. C.de fi-*
deiuss.& quia quod potest consuetudo, potest lex,& statutum,*l.o-*
44 *mnes populi, ff.de iust.& iur.*† Limita;quia bona minoris possunt a-
lienari sine decreto,& aliis solemnitatibus,quando testator dedit
facultatem exequutoribus vendendi bona, ita Alex.*conf.*62. *Visa*
45 *facti narratione, in pr.lib.*2.† Extende, etiam si vltra ius commune
exter statutum, quod bona minorum non alienentur sine decre-
to,& certis solemnitatibus ; quia tale statutum debet intelligi se-
cundum ius commune.Alex.*d.conf.*62.*in pr.lib.*2.vbi ponit alia si-
milia de statuto, vt secundum ius commune intelligatur passiue.
46 † Declara; quia procedunt limitatio, & extensio, quando exe-
quutores habent à testatore liberam facultatem alienandi,si mo-
do bona fide faciant,& absit dolus.Alex. *d. conf.*62.*in pr. n.*2.& 3.
47 *v.ad praedicta bene facit, lib.*2.† Extende, vt procedat,etiam si pupil-

lus non fuit citatus,si modo interuenerunt tutor,vel curator pu-
pilli;quia non requiritur alia vocatio minorum; quia nec vocan-
tur in statutis, in quibus pro solemnitate proximiores sunt vo-
candi,neq; etiam exequutores tenentur vocare hæredem, nisi ab
eo indigeant informatione. Alex.*dict.conf.*62.*n.*3.&4.*ver.nec obstat*
*etiam,lib.*2.

Minuere qui potest,an possit in totum tollere. Concl. 269.

MINVENDI † facultas data, prout sibi videbitur,an inducat po- 1
testatem in totum tollendi, vide plene per Oldr. *conf.*128.*v.*
3.*sic arguitur,n.*10.& *multis seq.*

Minus dicitur multis modis,& quãdo minus eligamus. Concl.270.

MINVS † dicitur multis modis;nam quandoq; soluitur minus 1
in quantitate,quandoq; in specie,vel in corpore, quandoq;
in qualitate, quandoq; in tempore,quandoq; in loco,quandoq;
in causa.Bald.*conf.*424.*Petrus emit,n.*2.*ver.sciendum est, lib.*2.† Hinc 2
dici solet,qui cito dat,bis dat. † Gratia non retardata dicitur ma- 3
gis grata.† Dies,& summa sunt pars obligationis, *l.*1.§.*diem,ff.de e-* 4
den. † Item propter interusurium medii temporis minus dicitur 5
soluere;qui tarde soluit,*l.si constante,*§.*quoties,ff solut. matrim.* † Itẽ 6
dilationem habens ad soluendum dicitur aliquid gratiæ, & vti-
litatis consequi.Ang.Aret.*conf*30.*Videtur dicendum.n.*10.& 11.*v.&*
potissime.† Declara;quia hodie quod vsura damnatur,non fit dif- 7
ferentia in tempore.Castr.*conf.*234.*Dubium stat,in fi.li.*1.† Amplia; 8
quia actus electionis rerum in dubio in minimo interpretatur,
hanc regulam ponit incertus Author post regulas Soc.*reg.*9.*Actus*
electionis,vbi limitat sex modis.Vide *l.semper in obscuris*,quæ est 9.&
l.semper in stipulationibus,quæ est 35.*ff.de reg.iur.*vbi Dec.quia quod
minimum est,sequimur.

Mirandulæ Terra,eiusq; statuta, consuetudines,& priuilegia. Concl. 271.

MIRANDVLÆ † Terra est sub Episcopatu Regii, & de diœcesi 1
Regiensi;ideo Episcopus consueuit omnes causas vniuersa-
liter in d.castro committere Archipresbytero S.Mariæ Miranduls,
qui etiam appellatur in loco Vicarius Episcopi Regii,licet de-
legatus ad vniuersitatem causarum in loco potius delegatus,quã
ordinarius dicatur. Alex.plene *conf.*12.*Viso processu,in pr.lib.*6.† Et 2
appellatio ab ipso Archipresbytero debet fieri ad Episcopũ Re-
gii;quia non est idem tribunal. Alex.*d.conf.*12.*nu.*9.& *seq.v.sed prae-*
*missis non obstantibus,lib.*6.† Idem est,si Archipresbyter fuit assum- 3
ptus à partibus, & à iudice seculari in adiunctum;quia appellatio
debet interponi,nõ ad superiorem iudicis secularis, cui datus est
adiunctus, sed ad superiorem iudicis ecclesiastici, dati in adiun-
ctum. Alex.*d.conf.*12.*per tot.li.*6.† Mirandula est Terra,quæ habet 4
territorium contiguum, & confinat cum territorio Carpense,&
valles erant pro termino. Alex.*conf.*25.*Consideratis,per tot.lib.*7.vbi,
q̃ intelligitur de vallib.quæ erant tempore positorum confiniũ,
non autem de illis,quæ propter bonificationẽ sunt variatæ.† Sta- 5
tutum Mirãdulæ circa appellationes arctat appellantem ad pro-
sequendam causam appellationis intra decem dies à die interpo-
sitæ appellationis coram dominis,vel de legatis ab ipsis, sed tamẽ
tale statutum nõ debet seruari, si appellatio deuoluitur ad eccle-
siasticum, puta; quia Prætori fuit datus adiunctus Archipresby-
ter loci, quo casu cum esset officialis Episcopi , appellatio deuo-
luitur ad Episcopum. Alex.*d.conf.*12.*per tot.li.*6.maxime *nu.*12.*ver.*3.
præsuppono.

Miserationis causa inducta habent priuilegium. Concluſ.272.

CAVSA † miserationis mulier debet habere quartam ex suc- 1
cessione mariti diuitis,quando ipsa est pauper,& sine dote,&
è contra,ne superuiuens, nouissima superuiuat inopia. Floria.à S.
Petro *conf.*21.*n.*7.† Terminus datur condemnato ad soluendum 2
miserationis eąusa.Flor.*d.conf.*21.*n.*8.† Priuilegium miserationis 3
causæ concessum est, quod licet dolo non petat , qui resti-
tuere debet in diem;secus si obsteat causa misera-
tionis concessa à lege.Flor.*d.con-*
*sil.*21.*n.*8.

Miserabiles personæ quæ dicantur, & de priuilegiis earum. Concl. 273.

1 PVPILLI, † viduæ, senes, decrepiti, & diuturno morbo fatigati, dicuntur miserabiles personæ, & omnes alii, quib. natura mouetur ad miserendum. Affl. *dec. 257. in pr.* Rol. à Vall. *cons. 76. circa fi. n. 44. lib. 1.* Alex. *cons. 122. Viso puncto, n. 16. ver. & iudicio meo, lib.*
2 *4.* † Item peregrini, orphani, puellæ nobiles, quę secundum conditionem viuere nequeunt, publici pœnitentes, liberti ecclesiæ manumissi, officiales, & seruientes ecclesiæ, infantes expositi, cæci, mutilati membris, leprosi, carcerati, cruce signati, nouiter conuersi, & alii, quos refert Rebuff. *de sent. prouisio. art. 3. gl. fin. in pr.* vbi, quod multi sunt miserabiles; quia miseri peccatores, sed non
3 priuilegiati. † Mercatores quamdiu sunt in itineribus, sunt miserabiles personæ; ideo eis fauendum est. Alex. *cons. 130. Super eo, in*
4 *fi. lib. 7.* † Habent priuilegium eligendi iudicem, & sic trahunt, & non trahuntur. Affl. *d. decis. 257. per totam*, & est text. in *l. 1. C. quand. Imper. inter pupill. & vid.* † Et maxime debēt eorum causæ cognosci per suprema tribunalia repræsentantia Principem. Rolan. à Vall.
6 *cons. 76. n. 34. & seq. lib. 1.* † Restituuntur in integrum, etiam quod non sit vidua pauper. Rol. à Val. *d. cons. 76. n. 45.* Ale. *d. cons. 122. n. 15. li. 4.* vbi loquitur in collegio, quod propter miserabiles personas,
* quæ in eo sunt, habet restitutionem in integrum, & dicit * com-
7 munem. † Contrarium in vidua videtur tenere Rebuff. in *tract. de sent. prouisio. art. 3. gl. vlt. n. 3.* allegat Fel. in *cap. significantibus, de off. de-*
8 *leg.* Vide ad ista omnia Cou. *pract. quæst. cap. 6. & 7.* vbi late. † Minor dicitur miserabilis persona, ideo restitutio in integrum competens minori censetur concessa miserationis causa, & non censetur sublata, nisi sit dictum in specie. Sign. *cons. 234. nu. 3. & sequen.*
9 † Virgo habet priuilegium *d. l. vnica, C. quando Imperator inter pupill. & vid.* Afflict. *constit. statuimus, n. 29. q. 8.* vbi, quod magis est priui-
10 legiata virginitas, quam castitas. † Extende; etiam si sit virgo desponsata de futuro, secus si de præsenti, licet nondum traducta ad domum mariti, quia dicitur vxor, licet sit adhuc virgo. Afflict. *d.*
11 *constit. n. 29. & seq. in 9. quæstio.* maxime *nu. 31.* † Plenissime Rebuff. *de sent. prouis. art. 3. gl. fin.* vbi ponit viduas, orphanos, peregrinos, puellam nobilem non nuptam, infantes expositos, senes, decrepitos, non diuites, cæcos, carceratos, cruce signatos, de nouo cōuersos, diuturno morbo fatigatos, item alios omnes, in quibus
12 ratio miserationis militat, apost. ad Guido. Pap. *decis. 566.* † Amplia; quia miserabiles personæ dicuntur supradicti, etiam quod sint diuites. Rol. à Vall. *cons. 76. n. 44. ver. quia respondetur, lib. 1. vsq; in*
13 *fi.* vbi plures allegat. † Contrarium quod miserabiles personæ nō sint viduæ, & pupilli, & alii, qui dicuntur tales, quando sunt diuites. Alex. *cons. 121. col. fi. lib. 1.* cum aliis, quos adducit Rol. *d. cons. 76. n. 44. & seq. li. 1.* licet ipse teneat ibi affirmatiuam, hanc partem Rebuff. quod diuites, pupilli, & viduæ non sunt miserabiles in *tract.*
14 *de sent. prouisio. artic. tertio gloss. fi.* † Declara; quia dicuntur miserabiles, siue diuites, siue non, illi, quibus miserendum, prout senes impediti, decrepiti, & omnes, quibus natura mouetur ad miserēdum, ita Aufer. ad Guido. Pap. *decis. 566. in vers. miserabiles.*

Miserabiles personæ habent multa specialia, & quando secus. Conclus. 274.

1 IMPETRANS † rescriptum contra miserabiles personas debet facere mentionem, quod sint miserabiles personæ, alias non
☞ valet. Zabar. *cons. 136. nu. 10.* Vide, *Pupillus habet multa priu. & c. Con-*
2 *clus. 976.* † Priuilegia plurima habent, de quib. Rebuff. *de sent. prouisio. art. 3 gloss. fi.* vbi ponit 16. priuilegia, in *ver. quibus prærogatiuis v-*
3 *tantur.* † Reuocatio, seu derogatio priuilegiorum quantumcunq; generalis non comprehēdit priuilegium miserabilium personarum, nisi de eis fiat mentio specialis. Zabar. *cons. 136. nu. 10.* Alex. *cons. 122. Viso puncto, num. 16.* vbi apostill. *in ver. miserationis, lib. 4.* dat
☞ concord. Vide, *Pia causa habet multa priuil. Concl. 334.* † Dispositio
4 generalis non comprehendit causam piam, & miserabilem car-
* ceratorum, plene Crau. *cons. 3. n. 10.* vbi citat plures, & * dicit cō-
5 munem. † Trahunt ad forum Principis, & non trahuntur mise-
6 rabiles, *l. 1. C. quando Imperat. inter pupill. & vid.* † Declara; quia si miserabilis persona vult declinare forum Principis, & adire inferiorem, potest; quia ita demum Princeps est iudex miserabilium, si velint, alias non. Afflict. *super constit. Regni n. 34. & 35. ver. vndeci-*
7 *mo quæritur.* † Extende in causa, tam ciuili, quam criminali. Affl. *super constit. statuimus, il. secondo, n. 23. ver. quinto quæro*, vbi loquitur, siue delinquant, siue nō, sed ego dubito, quando delinquunt, sed
8 quando offenduntur, bene. † Extende, etiam si ante litis contestationem omiserunt petere, & litem sunt contestati; quia adhuc posſunt opponere. Afflict. *d. constit. statuimus, n. 24.* sed alia ratione potest confirmari; quia non potest renunciare miserabilis persona huic priuilegio. Rebuff. *d. decret. prouisio. art. 3. gl. fi. in fi. ver. notandum etiam.* † Extende; quia habent priuilegium, etiamsi agant ex iure sibi cesso siue ex causa onerosa, siue lucratiua, dummodo cesset fraus, vel simulatio. Affl. *d. constit. statuimus, nu. 25. in 6. quæst.* vbi pro vtraq; parte plura allegat. † Extende; quia miserabilis persona, quando est actor, licet sit laicus, trahit etiam laicum ad forum ecclesiasticum; quia Episcopus proprie est iudex miserabilium, licet si conueniatur, non possit declinare forum seculare. Cast. *cons. 351. ver. quartus casus, lib. 1.* & ista est * communis opinio, vt attestatur Couar. *practic. qu. cap. 6. in pr. ver. imo, & hoc*, licet ipse teneat contrarium, sed pro * communi citat plures, & idem tenet Rebuff. *tract. de sent. prouisio. art. 3. gloss. vlt. in 11. priuil.* vbi, quod in hoc canon præualet legi ciuili, & ecclesiasticus est iudex, & ad eū recurritur ex mente Anton. de Butr. quem allegat in *ca. Clerici, de iudic.* † Amplia; quia isti priuilegiati possunt declinare forum Principis, & velle adire iudicem ordinarium, nedum quando trahitur extra prouinciam, & domicilium, vt loquitur *l. vnica, C. quand. Imper. inter pup.* sed etiam si Princeps sit per accidens in domicilio priuilegiati. Afflict. *d. constit. statuimus, nu. 34. & seq. quæst. 11.* † Amplia, vt procedat etiam variando; quia si pupillus, vel miserabilis persona elegit vnum iudicem, de quo non confidit in processu potest adire Principem, & alium competentem. Afflict. *d. constit. statuimus, num. 36. in 13. quæst.* † Limita; quia licet miserabilis personis sit fauendum, non tamē taliter, vt aliis iniusticiam faciamus, *c. ex tenore, de for. compet.* Rebuff. *tit. de decret. prouisio. art. 3. gl. fin. in fin. ver. notandum etiam.* Afflict. *decis. 257. dicit constit. num. 5.* † Limita, seu declara; quia miserabiles personæ, quæ habent electionem fori, debent eligere iudicem, qui alias sit iudex competens aduersarii, alias non habent priuilegium conueniendi, nisi coram Principe, vel iudice competente aduersarii. Afflict. *d. decis. 257. num. 4.* vbi, quod * omnes consiliarii ita decidērunt. † Limita; quia nō procedit priuilegium miserabilis personæ, quando ipsa miserabilis persona est spoliatrix; quia hoc modo sentiret commodum ex suo spolio. † Facit ad præmissa, quia clericus beneficiatus, &c. ecclesia ita demum gaudent priuilegio fori, quando agunt contra spoliatores, vel quando passi sunt violentiam, vel rapinam, vel fraudem. Afflict. *d. dec. 257. n. 2. & seq.* † Limita; quia non habet locum hoc priuilegium in causis, quæ de sui natura debent cognosci coram certo iudice priuatiue ad alios, prout in causa feudali. Afflict. *d. dec. 257. num. 3.* & ibi plenius Vrsil. in *additio. nu. 4. & seq.* Afflict. super *constit. statuimus. n 33. in 10. quæst.* † Limita; quia si pariter miserabilis persona esset, quæ traheretur, tunc si non vellet trahi, præfertur, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio. † Extende; quia priuilegiatus maiori priuilegio bene trahit alium æqualiter priuilegiatum minori priuilegio. Affl. *dec. 56. fuit die 19. per totum*, vbi Vrsill. ad hoc allegat text. in *l. contra pupillum, §. qui ad maius auditorium. ff. de re iud.* & alia iura. † Et sic idem; quia is, qui est pupillus, & sic natura priuilegiatus, præfertur priuilegiato miserabili ex accidenti; quia causa naturalis præfertur accidentali. Afflict. *dict. constit. statuimus, nu. 35. qu. 12.* † Contrarium, quod imo magis priuilegiatus non vtatur priuilegio trahendi pariter priuilegiatū, facit *l. vnica, C. quan. Imper. inter pup. & vid.* quę non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus. † Declara; quia si pupillus conuenit pupillum, vel viduam aut miserabilem personam in loco, & in foro ipsius conuenti, non auditur ipse conuentus, si vellet declinare; quia ex malitia censetur facere, cum in sua ciuitate commodius possint haberi probationes, ita Afflict. *super constit. Regni statuimus, n. 20. ver. secunda opinio*, & dicit indistincte, quod priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio, quia priuilegia inuicem conquallantur, & hoc siue sit actor, siue reus, qui velit vti priuilegio, quando reuera actor elegit domicilium rei in partibus, & coram iudice domicilii, secus si extra vocari faceret. † Limita; quia miserabilis persona propter culpam, & delictum non gaudet priuilegio, prout cæcus; quia iustitia illum fecit cæcum, vel debilitatum. Afflict. *dict. constit. statuimus, nu. 28. in septima quæstione*, & forte idem posset dici, si sit pauper; quia confiscata fuere bona.

Miseri-

Misericordiam debet iudex exercere, & quando secus. Concl. 275.

1 MISERERI † delinquentibus mera iustitia est, *cap. vera iustitia, 45. distinct.* & qui putant misericordiam negandam peccantibus, de iustitia nimis præsumunt, & à Deo percussi pereunt; quia iudicium sine misericordia fiet illis. Roland. à Vall. *cons. 77. in fi. li.* 3. vbi, quod cauere debent iudices à nimia seueritate; quia eorum
2 animæ cruciabuntur in inferno. † Et Psalmista: *Misericordia Domini plena est terra*, & plura ponit Boer. *dec. 264. n. 15.* vbi inuehit cõ-
3 tra iudices nimis seueros, & crudeles. † Et seueri numerantur inter scientes sanguinem humanum. Rol. à Val. *d. cons. 77. ver. 18. in*
4 *fin. 3.* † Et iudicem, qui non repellit seueritatem, priuandum esse iurisdictione, dicit Marsil. in *praxi, §. occurrant, n. 3.* quem ad hoc citat Corrad. in suo *breuiar. §. 3. de offic. prætor. in crimin. nu. 3.* vbi, quod portius in misericordiam debet inclinare, quam in seueritatem, & quod vbi agitur de præiudicio irreparabili, matura tarditate debet procedere, veritatem semper sequendo, & perquirendo. † Et
5 Federicus Imperator, & alii Reges, qui seruarunt legẽ pacis Cõstantiæ in *cap. 1. §. si quis quinq; soli dos, de pac. tenenda, in vsib. feud.* per quam suspendebantur homines pro quinque solidis, non diu regnarunt super terram, & eorum generatio fuit extincta, vt per Parid. de Put *de syndicat. fol. 224. nu. 5.* quem citat Clar. in *§. furtum, n. 7.*
6 licet ipse dicat, quod hoc euenit etiam; quia fuit persequutor S. Ecclesiæ. † Hinc dicit Psalmista: *Propter iniustitias enim suas humilia-*
7 *tisunt.* nam rigori nimius dicitur iniustitia. † Nam Salomon in Parabol. ca. 16. *Pondus, & statera iudicia domini sunt abominabiles Regi, qui agunt impie, quoniam iustitia firmatur solium.* & in libro Ecclesiast ca.
8 10. *Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, contumelias, & diuersos dolos.* † Misericordiam, & iudicium cantabo
9 tibi Domine, psallam, & intelligam in via immaculata. † Et proprium est Dei Omnipotentis, Psalm. *Miserator, & misericors, dominus est, dedit timentibus se:* & iterum; *Miserator, & Misericors dominus,*
10 *patiens, & multum misericors.* † Pro misericordia facit; quia clemen-
11 tia commendatur in Principe. Vide, *Clementia commendatur, &c. Concl. 373.* Item faciunt multa in *ver. Equitas, &c. Cõcl. 310.* Item faciunt dicta in *ver. Absoluere melius est nocentem. &c. Concl. 41. in fin. & per tot.* vbi plura. Item, *Iudex in dubio in quam, &c. Concl. 391.* Vide etiam pro hac parte, *Pœnæ, &c. Concl. 219.* Item, *Princeps quæ curare de-*
12 *beat, &c. Concl. 679.* † Contrarium, quod imo seueritas sit exercẽda. Vide, *Seueritas. Concl. 237.* † Declara; quia iudex, vel Princeps nõ debet esse nimis gratiosus, neq; vltra modum seuerus. Boer. *decis. 317. num. 2. in fi.* allegat Fel. in *cap. 1. ex litteris, de constit. ver. tertia declaratio.*

Missa qua hora celebranda sit. Concl. 276.

1 MISSA † de iure celebrari non debet, nec potest, nisi vsque ad horam tertiam, *ca. 1. de consecrat. distinct. 1.* qui text. loquitur de Missa solemni, Feder. de Sen. *cons. 152. In nomine Domini, per tot.* vbi, quod ita de generali consuetudine Romanæ Ecclesiæ seruatur, vbi loquitur de Missa solemni. † Declara tamen, quod post horam
2 tertiam potest finiri, quãdo ante horam tertiam fuit incæpta. Fe-
3 der. *d. cons. 152. n. 4.* † Rationem prohibitionis ponit Feder. de Sen. *d. cons. 152. n. 3. ver. ego Federicus*, quia celebrans debet post communionem per magnum interuallum abstinere à cibo, & posset pati,
4 & scandalizari propter magnum appetitum. † Item, quia diebus solemnibus de vsu communi omnes vadunt ad prandium hora tertia; ergo debet esse finita Missa; quia si post celebraretur, induceretur peccatum. Feder. *dict. consil. 152. num. 3. in fin.* & debet esse celebratio hora congrua. Innocen. in *cap. 1. de celebrat. Miss.*

Missa non potest celebrari, nisi in ecclesia. Conclusio 277.

1 MISSA † non potest celebrari, nisi in ecclesia, vel loco consecrato, *cap. nullus presbyter, & cap. vnicuiq;, cum seq. de consecrat. distinct. 1.* Abb. *cons. 99. Videtur primo, colum. 3. in pr. ver. præterea, n. 4. in fi. lib. 2.*

Missa quibus diebus, & in qua ecclesia audienda. Concl. 278.

1 MISSA † est audienda singulis diebus dominicis integra; ita vt audiens non recedat ante benedictionem in propria parochia, *c. Missas, de consecrat. dist. 1.* Lap. *alleg. 58. Ad seruandam, in pr. v. ad primum.* † Amplia, vt idem sit faciendum quolibet die solemni 2
cap. quidem, de consecrat. distinct. 1. Lap. *d. alleg. 58. in prin. ver. & quod dictum est*, & dicuntur dies solemnes, Pascha, Natalis Domini, Epiphania Domini, Pentecostes, Ascensiu Domini, Natalis S. Io. Baptistæ, & alii maximi dies festiui, idem Lap. *d. alleg. 58. n. 3. ver. ad secundum.* Vide, *Feriati dies in honorem, &c. Concl. 96.* † Amplia, vt in tã- 3
tum debeat parochianus in propria parochia Missas audire diebus omnibus dominicis, & solemnibus, vt possit expelli ab alia ecclesia non parochia sua, si in ea Missas audiret, *ca. si quis extra parochiam, de consecrat. dist. 1.* Lap. *d. allegat. 58. in pr. sub n. 2.* † Amplia, vt 4
in tantum parochia habeat ius, quod in ea Missa audiatur dieb. solemnib. vt possit prohibere, seu prohibiti sint de iure religiosi intra parochiam decantare Missam. *c. decernimus, 16. q. 1.* quem tex. declarat Cald. *cons. 422. nu. 2.* alias *6. de relig. domib.* † Limita; quia 5
de licentia proprii sacerdotis, vel Episcopi, aut Legati Papæ potest parochianus audire Missam in alia ecclesia, quam in parochia sua diebus solemnibus, & Dominicis. Lap. *d. alleg. 58. n. 4. ver. sed quæro, cum seq.* † Limita; quia eo ipso, quod Papa concedit capellæ, vel ec- 6
clesiæ de nouo constructæ, quod in ea possit Missa celebrari, poterit etiam decantari, & poterunt Parochiani ad eam ire, & etiam voluntarias oblationes facere, dum tamen non fraudent parochiam. Cald. *cons. 422.* alias *6. de religio. domib.*

Missa an singulis diebus sit celebranda, vel non. Concl. 279.

QVOTIDIE † Missam celebrare Beatus Augustinus, neq; laudat, neq; vituperat, *ca. quotidie, de consecrat. distinct. 2.* Abb. *cons.* 1
96. Ad claram, in fi. lib. 2. † Et propterea si instituatur beneficium cũ 2
obligatione, quod Rector teneatur semper, & continue celebrare Missam, debet intelligi, quanto frequentius potest, non autem singulo die, *c. p. significatum, de præb.* quia semper inest clausula, *salua honestate*, ita Abb. *d. consil. 96. in fin. lib. 2.* & idem dicit Rom. *cons.* *339. Dictus monachus, in prin.* vbi, quod male faceret celebrando in peccato. † Imo si Capitulum, vel testator instituat beneficium cũ 3
onere, quod rector teneatur quotidie celebrare, non obligatur, nisi quanto frequentius poterit salua honestate, & deuotione. Abb. *cons. 99. Videtur primo, in pr. ver. secundo principaliter, lib. 2.* Rom. *d. cons. 339.* vbi apostill. dat concord. † Plus dicit, quod etiam si E- 4
piscopus beneficium instituerit cum onere celebrandi quotidie per Rectorem, reciperet eandem distinctionem; quia alias esset contra honestatem, & quia conditiones, quæ lædunt pietatem, vel sunt contra bonos mores, habentur pro non scriptis. Abb. *d. cons. 99. in pr. lib. 2.* † Extende, vt idem sit; quia si testator legat elee- 5
mosynam pro celebranda Missa pro anima sua quotidie, distinguitur; quia si tot sunt sacerdotes, qui possint quotidie etiam in diebus festis, & solemnibus celebrare, hoc valet, & potest fieri celebratio singulo die; si vero esset necesse, quod celebrans omitteret Missam solemnem currentẽ, vt celebraret pro mortuis, hoc non debet fieri. Abb. *d. cons. 99. in 1. dubio, lib. 2.* † Vide Roman. qui 6
aliter distinguit in eodem casu extensionis, videlicet, quod potest Rector vnam Missam pro mortuis celebrare, & sic pro anima dotantis, & eadem die aliam de feria, si esset necessitas, licet dicat esse periculosum dicere in eodem die duas Missas; quia fœlix est, qui digne celebrat vnam, *c. sufficit, de consecrat. dist. 1. c. consuluisti, &c. referente, de celebr. Miss.* & si purificationem sumpsit, nullo modo secundam celebrare potest, *c. ex parte, de celebrat. Missar.*

Missarum diuersitas, & quæ Missæ celebrari debeant. Concl. 280.

MISSARVM † diuersæ sunt celebrationes, aliæ sunt festiuæ, a- 1
liæ feriales, aliæ solemnes, aliæ priuatæ, aliæ pro defunctis, vel votiuæ secundum contingentiam deuotionis. Abb. *consil. 99. Videtur primo, nu. 2. & sequ.* † Missa diei currens debet semper cele- 2
brari secundum opportunitatem temporis, quando non extat, nisi vnicus celebrans; ideo non debet in die Dominico, vel festo omittere celebrationem Missæ currentis, vt celebret Missam votiuam, vel mortuorum; quia hoc non est licitum, ita Abb. *d. consil. 99. Videtur primo*, vbi pro vtraq; allegat, & ita declarat, *lib. 2.* † Si v. 3
extant plures celebrantes, ita quod non fraudatur populus celebratione solemni, tunc bene potest Missa solemnis currens celebrari populo per vnum, vel plures, & alia Missa non solemnis potest celebrari pro mortuis, seu votiua. Abb. *dict. cons. 99. in pr. lib. 2.* † Infert propterea ad quæstionem, quod si quis testamento reli- 4
quit quotidie pro anima sua celebrari 30. Missas, quod poterunt

modus, & conditio; quia modus potest impleri post factum, cõditio secus, & ideo regula est, quod verba importantia ex sui natura modum, si constat, quod partes voluerunt prius fieri implementum facti, tunc important conditionem, prout è conuerso, quando verba de sui natura important conditionem, & constat, quod contrahentes voluerunt posse prius factũ exequi; quia necessario important modum. Alex. *cons.*119. *Viso processu, in pr. ver. & licet in dictis locis, lib.*1. quod duplicatur *cons.*20. *lib.*6. Castr. *cons.*5. *in prin. lib.*1. Ant. de Butr. *cons.*48. *in pr.* Castr. *cons.*292. *Circa primum, in prin. lib.*2. Bart. plene *consi.*4. *Factum tale. n.*2. † Et conditio in lata si- 16
gnificatione modum in se continet. Ant. de Butr. *d. cons.*48. *in prin.* † Declara; quando modus non posset amplius impleri; quia la- 17
psum esset tempus assignatum, tunc idem operatur, quod conditio; quia non debetur debitum sub conditione ante conditionẽ, neq; sub modo, quando modus non potest impleri culpa implere debentis. Alex. *cons.*187. *Viso processu, n.*2. *& seq. li.*7. infra *n.*21. Secundo † differunt, & cognoscuntur modus, & conditio, & è cõ- 18
tra: quia modus omnino debet impleri ex necessitate, conditio secus; quia non habet necessitatem implemementi. Ang. *cons.*163. *Duo videri oportet. in prin.* † Declara, vt procedat, quando implemẽ- 19
tum est necessarium propter aliud; secus si propter substantiam dispositionis; quia tunc est conditio, non modus. *l. dummodo. ff. de*

20 *procurat.* Ang. *d. cons.* 163. *in princ.* † Tertio; quia conditio suspendit contractum, donec euenerit conditio, quæ nihil ponit in esse, modus autem non suspendit, sed tamen ante implementum non potest efficaciter agi ex instrumento sub modo. Bar. *in l. cum ab eo,*
21 per illum tex. *ff. de contrah. empt. in prin.* † Limita; quia bene modus habetur pro conditione quantum ad hoc, quod inducit priuationem à commodo, si non impleatur. glo. *in l.* 1. *C. de iis, quæ sub modo.*
22 Castr. *cons.* 292. *in pr. lib.* 2. † Limita; quia paris sunt potentiæ, modus, & conditio, quando modus non impletur ex mora præcedente causata ab obligato; quia facit cessare omnino relictũ, maxime, quando amplius modus impleri non potest fauore pię causæ. Bald. *cons.* 219. *col.* 2. *in prin. ver. amplius considerandum est. lib.* 2. Castr.
☞ *cons.* 5. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. Alex. *cons.* 127. *n.* 2. *& 3. lib.* 7. Vide, *Conditio alia suspensiua, &c. Concl.* 579. Vide, *Legatum sub modo factum, &c. Conclus.*
23 40. † Extende; quia licet modus differat à conditione, vt impleri possit post dispositionem, tamen æquiparatur conditioni in hoc; quia si non impletur, non debetur dispositum, & solutum repetitur, tanquam quod modus sit causa finalis. Bald. *cons.* 150. *Proponitur, quod n.* 5. *ver. sed dubia hæc sunt. lib.* 1. late Corn. *cons.* 102. *nu.* 22. *&*
seq. lib. 2. Castr. *cons.* 292. *in prin. lib.* 2. Alex. *cons.* 102. *Visis, & ponderatis, n.* 2. *in fi. ver. secundo principaliter, lib.* 1. *& cons.* 127. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 7. De-
24 clara. † vt non procedat, quando modus deficeret casu, vel fortuna; quia tunc non implementum non vitiat. Corn. *d. consil.* 102. *nu.*
25 26. *lib.* 2. † Extende, quia vbicunq; constat, quod modus debet impleri ante, semper importat conditionem. Paris. *cons.* 19. *in fi. nu.* 255.
26 *& seq. lib.* 2. † Sicuti è conuerso, quando constat, quod implementum potest fieri post, semper importat modum. Castr. *cons.* 292. *in*
27 *princ. ver. constat autem. lib.* 2. † Extende, quando constat de mente, quod modus est causa finalis cõtractus; quia si deficit modus, deficit contractus. Corn. *cons.* 102. *Visis in causa magnif. nu.* 22. *ver. con-*
28 *tractus autem, lib.* 2. † Declara, nisi modus impediatur impleri propter incapacitatem eius, cui debet impleri; quia si sine culpa implere debentis, tunc non inducit nullitatem contractus, vel lega-
29 ti. Castr. *cons.* 5. *n.* 4. *ver. sequitur ergo, lib.* 1. † Extende, quia imo si hæres grauatur sub modo implendo, puta dandum filio spurio pro alimentis, & non dando priuatur hæreditate, si non dedit, neque modum impleuit, debet priuari hæreditate. Castr. *d. cons.* 5. *nu.* 5. *&*
30 6. *lib.* 1. † Imo quando legatum esset sine expressione alimentorũ spurio factum, vt valeat, debet intelligi in causa alimentorum, &
31 hæres non implendo priuatur, quando mortuus est ante implementum. Castr. *d. cons.* 5. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. † Restringe; quia si modus impleri non potest sine culpa legatarii implere debentis, vel propter mortem, vel casum, tunc habetur pro impleto, & debetur
32 legatum. Ant. de But. *cons.* 48. *in princ.* † Restringe; quia modus adiectus solo fauore eius, qui debet modum implere, non releuat; quia debet consequi legatum, modo non impleto; secus si modus respiceret etiam fauorem disponentis, vel alterius. Alex. *cons.* 127.
33 *Viso processu n.* 4. *ver. nec dicatur. lib.* 7. † Quarta differentia est; quia legatum sub modo, etiã modo non impleto transmittitur ad hæredem, si modus per eum potest impleri. Io. de Imol. *consil.* 136. *In*
causa, nu. 2. conditionale vero legatum non transmittitur, si legatarius decedat ante conditionem. Bal. *cons.* 407. *Lucas Franceschini,*
34 *in prin. lib.* 3. † Quinta differentia est; quia modus non impedit acquisitionem fieri à principio; quia non reddit dispositionem cõditionalem, sed puram, conditio secus. Cast. *consi.* 292. *in prin. lib.* 2.
35 † Sexta differentia; quia modus semper aggrauat eum, cui sub modo legatur; si vero potius honoratur, nõ erit modus, sed conditio, prout si filiæ legatur extra obligationem, vt nubat, quia nubere est honor, non onus; ideo est conditio, non modus. Roman.
36 *cons.* 134. *Pro declaratione, n.* 2. *ver. nec est verum.* † Limita; quia non refert, an dispositio sit pura, & modialis, quando adiicitur postea cõditio; quia tunc transit in conditionem. Castr. *d. cons.* 292. *col.* 2. *ver.*
37 *in contrarium facit.* vbi apost. *lib.* 2. † Septima, modus si impediatur impleri per eum, cui debetur implementum, nõ habetur pro impleto, sicut conditio, sed potest nihilominus is, cui modus impleri debet, post moram agere, & impleri debet; quia mora non extinguit actionem ad modum implendum, licet extinguat condi-
38 tionem. Alex. *cons.* 102. *Visis. n.* 6. *ver. secundo respondeo, lib.* 1. † Octaua, differunt; quia contractus sub conditione turpi, vel reprobata non valet; quia conditio nihil ponit in esse, nisi verificetur, sed modus turpis, vel reprobatus in contractu non vitiat contractũ, sed reiicitur modus, & contractus valet sine modo. Alex. *consil.* 113.
Perspectis, n. 19. *ver. secundo potest responderi. lib.* 6. allegat Bald. *in l. cum donationis. C. de transact.* & alios, & apostil. ibi ad Alex. *in ver. modus.*
39 dat concord. † Contrarium tamen tenet Corn. *cons.* 255. *lib.* 4. quem citat d. apostil. ad Alex. *cons.* 113. *nu.* 19. *lib.* 6. *in ver. modus.*

Modum important verba sequentia. Concl. 299.

VT, † dictio importat modum, & non conditionem. Ang. de
1 Perus. *cons.* 124. *Iolus domini Dalmatij, nu.* 3. *in fin. ver. si autem legatum.* Ioan. de Imol. *cons.* 136. *In causa, in princ.* vbi loquitur in legato
facto, vt legatarius faciat, quia dicitur sub modo. † *Ita vt*, impor-
2 tat modum. Ang. *d. cons.* 124. *n.* 3. *in fin. ver. si autem legatum.* † Cum. & *dum*, important quandoque modum. Ang. *d. cons.* 124. *nu.* 3. *in fi. ver.*
3 *si autem legatum.* † Verba testatoris, quod legat cum hac conditio-
4 ne, quod legatarius aliquid faciat, important modum, & non cõditionem. Oldr. *cons.* 108. *in princ. ver. ad primam.* Bar. *cons.* 4. *Factum*
tale, in prin. ver. non obstat. quod testator. lib. 1. & ibi apost. *in ver. adiectus,*
dat concord. Vide, *Conditionem. Concl.* 585. † *Dummodo*, potest im-
5 portare modum, & conditionem, sed semper requirit implemen-
tum; ideo creatus ciuis, dummodo subeat onera Communis, si
non subiuit, non gaudet ciuilitate. Anch. *cons.* 169. *Visis puncto. nu.* 2.
6 † *Pro*, hæc dictio importat modum. *l. antepen.* §. 1. *ff. de leg.* 2. *Iusquo*
pro redemptione. C. de donat. Bar. *in l. quib. diebus.* §. *Termilius. ff. de cond. &*
demonstr. † Et quod legatum factum alicui, vt dotet filiam tertiã
7 modo, & compelli possit ad implendum modum, Vide, *Legatum*
sub modo factum transmittitur. Conclus. 40. vbi, quæ actio competat.
8 † Amplia; quia is, qui tenetur implere modum, siue possit priu-
ri, siue non, si non impleat, certum est, quod compelli potest im-
plere modum etiam post moram. Alex. *consi.* 102. *Visis, col. pen. nu.* 7.
ver. & ex iis, lib. 1. † Extende, quia procedit, etiamsi stetit per eum,
9 cui modus erat implendus, quod non impleretur per implere
debentem; quia adhuc potest compelli, vt impleat, & repeti po-
test legatum solutum. Alexan. *d. consil.* 102. *num.* 6. *&* 7. *ver. secundo*
respondeo. lib. 1. vbi, qua actione compellatur implere, videlicet,
condictione ex testamento, & restituere condictione sine causa,
vel ob causam.

Modus quando inducat causam finalem, & quid operetur. Concl. 300.

MODVS † tanquam inducens causam finalem, vbicunq; desi-
1 cit, inducit nedum exceptionem, sed repetitionem legati
sub modo facti. Cuman. *cons.* 108. *Testator legauit circa fi. ver. amplius*
& si dicamus. Bal. *consil.* 150. *Proponitur, quod, num.* 5. *ver. sed dubia, lib.* 3.
Vide conc. supra *Concl.* 298. *v. extende. nu.* 23. † Et actio competens
2 hæredi contra legatarii ũ non implentem est ex testamento, quan-
do non fuit datum legatum, vt declaretur priuatus. Alexan. *cons.*
302. *Visis, n.* 7. *ver. nec obstat etiam, lib.* 1. Vide, *Legatum sub modo factum,*
&c. Concl. 40. † Si vero esset solutum legatum, & ageretur ad re-
3 petitionem, competit actio ex condictione ob causam, vel sine
causa. Alex. *d. cons.* 102. *num.* 7. *col. pen. ver. vocatio autem, quæ competit.*
lib. 1. † Amplia; quia modus, quando non requirit impensam, de-
4 bet impleri ex parte obligati, antequam consequatur aliquid de-
bitum sub modo ex contractu. Angel. *cons.* 163. *Duo videri, circa fin.*
ver. in dispositione autem. † Restringe, nisi ille, cui esset implendum,
5 esset pauper; quia si implens modum posset fraudari, sufficit cau-
tio de implendo. Ang. *d. cons.* 163. *circa fin.* Vide, *Causa differt à modo,*
&c. Concl. 150. † Amplia; quia modus implendus fauore piæ causæ
6 dicitur causa finalis. Tiraq. *tract. cessante causa. limit.* 1. *n.* 52. *& seq.* vbi
latissime, *nu.* 57. † Amplia; quia modus si non est impletus per le-
7 gatarium, cui sub modo est legatum, ipsi non debetur legatum,
nisi impleat, vel fideiubeat de implendo. Ioan. de Imol. *cons.* 136. *In*
causa. quæ vertitur, in prin. Dec. *cons.* 34. *n.* 90. *li.* 3. Bero. *cons.* 153. *n.* 330.
lib. 3. Bursat. *cons.* 383. *n.* 17. *& seq. lib.* 4. Dec. *cons.* 554. *Quod supra accu-*
rate. † Cui incumbat onus probandi implementum modi, an le-
8 gatario asserenti impleuisse, an hæredi grauato negantiꝰ videtur,
quod hæredi grauato; quia negatiua est fundamentum suæ in-
tentionis, contrarium tenet Io. de Imol. *d. cons.* 136. *nu.* 4. *& seq.* vbi
plene disputat, & concludit, quod legatario, vel hæredi; quia si
excipitur contra eum, debet docere de implemento, vel dare fi-
deiussorem de implendo, & sic non habet intentionem fundatã.
Vide, *Probatio negatiuæ incumbit asserenti, & quando secus. Concl.* 769.
9 † Restringe, nisi modus respiciat fauorem legatarii; quia tunc nõ
tenetur cauere de implendo, neq; implere, *l. Titio. in prin. ff. de cond.*
& demonstr. Bar. *in l. quibus diebus.* §. *Termilius, ff. eod. tit. nu.* 14. † De-
10 clara restrictionem, vt procedat, quando solum fauorem legata-
rii respicit, secus si fauorem etiam alterius, vel testatoris respiciat,
& legatarii; quia debet impleri, *l. Quintus.* §. *Pomponius, ff. de ann.*
leg. Bart. *d.* §. *Termilius.* † Amplia; quia causa, & modus implendus
11 ad fauorem tertii, non ad fauorem legatarii, semper præsumitur
causa finalis. Tiraquell. *in d. tract. cessante caus.* 1. *limit. num.* 52. *& seq.*
† Limita, quando modus apponeretur extremitati temporis; in
quia ante illud extremum nihil operatur, veluti si arbiter iudica-
ret,

ret, quod filia deberet alimentari vsq; ad ætatẽ nubilem, & postea dotari, & tunc esset exclusa ab hæreditate patris, alias autem si prædicta non fiant, ex tunc sit hæres, intelligitur, *ex tunc*, postquã nubilis sit effecta; ideo si ante moriatur, non datur repetitio, nec erit hæres, licet alimenta non sint soluta; quia erat mortua. Bald. *cons.150.nu.8.ver.non restat, lib.5.* † Limita, quando modus, & causa finalis adiiceretur ab eo, qui non habet potestatem; quia operatur. Bald. *d.cons.150.nu.5.ver.item finalis causa.lib.5.* † Limita; quia licet modus respiciat causam finalem, tamen sufficit cautio de modo implendo, quando sumus in vltima voluntate. Ang. *consil.163. Duo videri, num.2.ver.videamus.* Ioan.de Imol. *consi.136. num.1.in fin.* † Extende in dispositione modali ex contractu, quia sufficit cautio de implendo. Ang. *d.cons.163.num.2.ver. in dispositionibus autem*, qui dicit hoc procedere, quando modus respicit sumptum, quia debet consequi disposita præstita cautione de implendo modo requirente expensam. † Restringe; quia quando modus ex contractu non respicit sumptũ, tunc non sufficit cautio de implendo, sed debet fieri implementum, nisi ille, cui debet fieri implementum, esset pauper, & implens posset eludi, quia sufficit cautio, Ang. *d.consi.163.circo fin.* † Restringe, quando modus respicit fauorem legatarii supra *nu.9.* † Restringe fauore libertatis. Ang. *d.consil.163.num.2.*

Modus implendi ad fauorem tertii, an acquirat tertio absenti. Concl.301.

1 REGVLA † est, quod in contractibus modus implendus ad fauorem tertii absentis nihil acquirit tertio, *C. de iur.dot.l.si genero.* † Limita in vltima voluntate, quia modus implendus ad fauorem tertii absentis acquirit tertio. Bald. *consi.238. Ad euidentiam* 3 *præmittendum, lib.3.* † Extende; quia potest agere ille tertius, ad cuius fauorem modus implendus est, vt impleatur. Soc. *consi.85.* 4 *Pro certo, nu.5.lib.1.* Dec. *cons.350. Visis allegationibus, col.2.* † Limita in donatione facta sub modo implendo ad fauorem tertii; quia speciale est, quod acquiritur ex donato vtilis actio illi tertio. Bald. *d. consi.238.lib.3.*

Modus agendi attenditur, & multum refert. Conclusio302.

1 MODVS † agendi attenditur, & multum refert; ideo si mulier, quæ dedit bona in dotem viro, potest agere hypothecaria, & rei vendicatione; si eligat agere hypothecaria contra tertios possessores, tenetur facere excussionem, si agit rei vendicatione, secus. Vide, *Dos quando possit restitui, &c. Concl.762.* † Extende; quia 2 si mulier agit contra tertios possessores hypothecaria ad bona mariti, excludetur ab iis, qui habent hypothecam expressam anteriorem, vt not. *in l.assiduis. C. qui potio. in pigno.* si vero agat ad bona per eam data in dotem, licet æstimata, & sic rei vendicatione insubsidium, ipsa prætertur omnibus aliis quantumcunque anterioribus. *l.in rebus. C. de iure dot.* Neguſ. *de pignor.in 2.par.principal.* 3 *in primo memb.q.12.num.5.* Bald. Nouel. *de dot.in 7.p. in 7.priuil.* † Et multum refert, an illud, quod est de intentione agentis allegetur, vel non. Vide, *Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Concl.252.* Vide, *Cautelæ ex quibus acquiritur ius ex modo agendi. Concl.* 4 *164.* † Agens contra suum conductorem, commodatarium, vel depositarum ex conducto, commodato, vel deposito non potest sibi obiici de dominio: si vero contra istos agatur rei vendicatione, vel publiciana, debet agens docere principaliter de dominio, vel quasi, alias succumbit; quia instrumentum venditionis, commodati, locati, vel depositi non probant dominium; quia res alienapotest vendi, locari, commodari, & deponi, plene Castr. *consil. 576.in facto isto, in prin.lib.2.* † Maritus potest obtinere, quod mulier vxor sua, quæ violauit pudicitiam, perdat dotem, sed modus est attendendus; quia si accusat eam de adulterio, licet probet violatam pudicitiam ex osculo luxurioso, non obtinebit, sed ipsa absoluetur, secus si intentasset actionem violatæ pudicitiæ. Bologn. *in rubr.C. de eden.nu.27.& 28.* vbi, quod est vis in modo proponendi actionem. Vide plenius, *Agens ex vna causa, &c. Concl.244.* Vide, *Cautela, ex quib. acquiritur. Concl.164.* Vide, *Lex dicitur imposita rebus.* 6 *Concl.272.* † Amplia; quia aliquando duo requiruntur ad actum, si incipis ab vno, cum tamen sufficiat vnum, si incipis ab alio, & sic vis est in modo proponendi. Vide, *Plura copulatiua. Concl.371.* Limita; quia in concursu magis attenditur effectus, quam modus. Vide, *Effectus attenditur potius, quam. Concluſ.50.* Vide, *Effectus attenditur, non modus. Concluſ.51.*

Molendinum quid sit, & appellatione molendini quid veniat. Concl.303.

MOLENDINVM † dicitur ædificium constructum cum molis, 1 & macinis, & aliis necessariis affixis ad molendum, quia ea, quę non sunt affixa, dicuntur potius instrumenta; ideo molendinum sine macinis non est proprie molendinum, sicut nec molendinum destructum. Bald. *cons.107. Cogitaui an molendinum. lib.3.* vbi loquitur ad effectum, vt tanquam molendinum possit allibrari, & collectari. † Declara, nisi consuetudo, & obseruantia esset in 2 contrarium. Bald. *d.cons.107.in fin.lib.3.* † Extende; quia licet pro- 3 prie molendinum importet ædificium ad macinandum, tamen ex cõmuni vsu loquendi potest importare fullonum ad pannos follandum. Ang. Aret. *cons.94. In casu contingente, in fi.* vbi, quod vsus debet probari. † Quædam sunt molendina fabricata in terris 4 cum suis ædificiis, & sicui in ripis fluminum, & ista inter immobilia computantur; quia sunt prout alia ædificia in terris. Tiraq. *de retract.lignag.§.1.gl.7.n.92.* † Quædam sunt fabricata super nauib. 5 in flumine, & ista sunt potius mobilia, quam stabilia; ideo possunt alienari. Tiraq. *de retract.lignagn.§.1.gl.7.nu.92.* & de istis forte loquitur Ang. *in l.non solum. ff. de pet.hæred.* quod per Ecclesiam & tutorem possunt alienari; quia sunt suppositа perditioni, & periculo, & quotidie diminuuntur, vt per Tiraq. vbi sup. † Quædam sunt 6 molendina à vento, & pariter ista numerantur inter immobilia, de quibus idem Tiraq. *§.1.glo.7.n.94.* † Declara tamen; quia simpliciter molendinum esse quid mobile, dicit idem Tiraq. ex mẽte Alber. & aliorum, & ideo datum in dotem non restituitur, 7 nisi post annum, sicut res mobilis *in d.§.1.gl.7.n.93.* † Et quod mo- 8 lendina posita in flumine ratione quotidianæ deuastationis, & deteriorationis, ac periculi possint alienari per Prælatum, & minorem, seu tutorem. Angel. *in d.l. non solum, ver. sequitur. ff. de pet. hær.* & ideo inter mobilia annumerantur. Fabia. de Monte *tract. de empt.& vend.q.9. num.19.* Rip. *in l. quo minus. num.126. ff. de flumin.* Hispa. Pala. *in c. per vestras. §.18. nu.4. de don.at. inter vir. & vxor.* Rub. *cons.138. col.2.* vbi tollit, & dicit neminem contradicere. † Et ideo 9 propter pericula redditus molendinorum minus æstimari solent, quam alii redditus stabilium.

Molendinum nouum quando, & in quo loco liceat fabricare, vel non. Concl.304.

NOVVM † molendinum potest fabricari, & deriuari aqua ex 1 flumine publico, quando non est flumen nauigabile, nec influit in aliud flumen nauigabile, alias secus. Bald. *cons.71. Casus talis est, Commune, & homines.n.3.ver.per hoc apparet, lib.1.* quod est Sign. Homod. Castr. *cons.411. Ad id, de quo quæritur. per tot.lib.2.* † Extende 2 idem, si est publicum, & non nauigabile; quia etiamsi adsint alia molendina, potest nouum fabricari; quia non attenditur præiudicium prioris, ex eo, quod minus lucrabitur. Alex. *cons.194.nu.7. lib.2.* Signor. *cons.91. Factum sic se habet. nu.10. & seq.* Castr. *consi.411.* vbi, quod non est par ratio damnum sentire, & lucrum non capere, *lib.2.* & infra *in ver. Declara.* † Declara, vt per Castr. *cons.247. No-* 3 *tandum, ver. secunda ratione, lib.2.* vbi, quod attenditur damnum ex regurgitatione, vel damno ex aqua, nisi etiam de damno minoris lucri adesset pactum & idem *cons.411. lib.2.* † Extende, vt procedat, quod potest fabricari molendinum in flumine non nauigabili, neq; influente in flumen nauigabile, etiam in præiudicium aliorum molendinorum, quando alia non sunt concessa à principe, vel à tanto tempore, quod memoria in contrariũ non existat. Bald. *d.cons.71.n.3.v. per hoc apparet. lib.1.* † Ex quo autẽ flumine pos- 5 sit aqua deriuari ad molendina. Corn. *cons.268.nu.14. & seq. lib.4.* † Restringe, vt non procedat, quando alia molendina essent con- 6 cessa à principe, vel à tempore, cuius initii memoria non extat, & illis præiudicium inferreretur; quia tunc noua molendina non possent construi. Bald. *d.cons.71.n.3.ver. per hoc apparet, & ver. secundo casu. lib.1.* vbi idem, si fieret incommodum publicum, vel incolis vicinis, & Bald. *cons.273. Habens superius. lib.3.* vbi, quod non potest turbari, vel impediri habens molendinam in flumine publico, cuius initii memoria non extat, ab alio, si impedit, vel damnum infert clusa; quia restagnat aquam. † Declara tamen restrictionẽ, 7 vt non procedat, quando præiudicium fieret aliis molendinis in eo solo, quod non tot gentes confluerent ad prima molendina propter cõmoditatẽ noui molendini; quia adhuc poterit ædificari. Bal. *d.cons.71.n.3.v.nec aliquis dicat.* Bal. *d.cons.463. Quatuor sunt, per tot. lib.4.* vbi *n.6.* quod præiudicium cõsideratur, quando onus aquæ minueretur aliis molendinis, non autem consideratur dãnum resultans ex maiori, vel minori lucro. Castr. *d.cons.411. per tot.* *lib.2.* & vide supra in prima extensione. † Declara totam istã ma- 8

teriam, quia si sumus flumine publico, si quis licite ædificauit molendinum in ipso flumine publico, non poterit alius velle ædificare aliud molendinum in eod. flumine publico à parte superiori in præiudicium lucri primi molendini; si vero sumus in flumine priuato; quia dicitur pertinere ad priuatos habentes bona; secus dictum flumē, vnusquisq; poterit ædificare in suo, ita Alex. *cons.203. Perspectis, in pr. lib.6.* vbi plene apost. *in ver. glossa*, citat plurimos concor. & dicit Alex. ibi, quod ista est magis * communis opinio. † Et dicitur publicum flumen, quando perpetuo fluit, priuatum, quando non omni tempore fluit, prout in æstate, & talia flumina priuata sunt habentium terrena secus ipsa flumina, videl. vnusquisq; vsque ad medietatem aluei, nisi constet, quod alueus fuerit datus ab vna parte. Alex. *d. cons.203. n.2. ver. & dicitur flumen, li.6.* Vide. *Flumina publica, & non publica cuius esse dicantur. Concl.405.*

10 † Amplia; quia in flumine priuato potest vnusquisq; super suo fabricare, non obstante, quod in eodem flumine alius habeat prius molendinum, dummodo principaliter faciens secundum molēdinum faciat, vt sibi prosit, nō vt alteri noceat. Bal. *cons.62. In quæstione. in princ. lib.3.* & idem dicit de consuetudine seruari in flumicellis in agro Perusino decurrentibus; quia nisi ostendatur priuilegium iuris prohibendi, quilibet potest facere clusam nouam, & molendinum, si alteri non officiat in vsu aquæ. Bal. *d. cons.463. n.5. & per tot. lib.4.* vbi *n.6.* declarat, quod præiudiciū priuationis vsus solum attenditur; quia posterior non potest priuare priorem, late Alex. *cons.194. Consideratis verbis, lib.2.* vbi apost. *in ver. molendinum*, citat infinitos concord. & plenius *cons.203. Perspectis, in princ. lib.6.* * vbi dicit magis * communem, & ibi apost. dat plurimos concord.

11 † Amplia; quia in tantum est permissum fabricare molendinum nouum in flumine priuato non nauigabili, neque confluente in nauigabile, vt etiamsi is, qui cœpit fabricare, fuit impeditus, & propterea cauit de demoliendo, nō teneatur demoliri facerē, nisi prohibens doceat se habere ius prohibendi. Bald. *d. cons.464. n.*

12 *7. & seq. lib.4. per tot.* † Et in pari causa melior est conditio præoccupantis, non prohibentis, dummodo perseueret in ædificando, secus si desisteret, quia perdit priuilegium. Cast. *cons.411. per tot. lib.*

13 *4.* † Amplia; quia bene potest construi molendinum nouum in flumine publico, & extrahi aqua de licentia principis. Alex. *consi.*

14 *194. n.7. v. sf. tendum esset. lib.2.* † Extende, vt idem sit, quando fit de licentia Ciuitatis; quia hodie Ciuitates Italiæ ista regalia præscripserunt. Alex. *d. cons.194. n.7. & seq. ver. sufficeret tamen, lib.2.* † Extende, etiamsi sine licentia, quando molendinum fieret in ripa fluminis nauigabilis, sed tamen aqua non diuertitur, neque nauigatio

16 impeditur. Alex. *d. cons.194. n.10. lib.2.* † Extende, etiamsi illud molendinum prius prætenderet præiudiciū ex eo, quod minus molet, & minus lucrabitur; quia non est iusta causa. Alex. *d. cons.194.*

17 *n.11. lib.2.* vbi etiā apostil. † Amplia; quia si dominus superior habet molendinū, & dominus inferior habet aliud, poterit dominus inferior diuertere aquam, & siccare molendinum inferius proprium, & aliud construere, si hoc non impedit molendinum

18 superius. Signo. *cons.91. Factum sic se habet. per tot.* † Limita, quando flumen est publicum; quia si primus fecit molendinum licite, nō potest secūdus facere aliud molendinum, nec auferre sibi lucrū. Bal. *cons.62. v. aut flumen erat publicum. lib.3.* Castr. *cons.65. per tot.* vbi, quod aqua Rugiæ non potest alio diuerti in præiudicium tertii, & competit interdictum, ne quid in flumine. *li.2.* Alex. *d. cons.203.*

19 *in pr. & per tot. lib.6.* Vide, *Flumina publica, & non publica. Concl.405.* † Limita; quia si communitas cōuenit cum domino nō construere noua molendina super flumine, ex quo pactū habet vim legis inter subditos, si construunt, debet demoliri. Castr. *cons.247. Notandum est. lib.2.* † Extende, quia etiamsi cōstruant molendinum in

20 loco, in quo aliud antiquitus esse solebat, nō dicitur refectio permissa, sed noua cōstructio, quādo nihil supererat de antiquo molendino, vel quando sub alia forma, & structura fuit fabricatum,

21 Castr. *d. cons.247. ver. prima quia, lib.2.* Vide, *Reficere quid sit, & importet. Concluſ. 80.* † Limita, quod ille, qui non habet communionem in aqua priuata, non potest fabricare aliud molendinū stante primo molendino; quia quod dicitur in cōtrarium, procedit, quando aqua esset communis, vel publica, & alter non haberet à principe concessionem. Castr. *cons.323. col.2. ver. in contrarium, lib.2.*

22 † Extende, etiamsi is, qui prohibet esset dominus aquæ ex sola præoccupatione; quia in sui præiudicium alter non potest aquam auferre, vel molendinum nouum fabricare. Castr. *d. cons.323. Visa*

23 *supradicta, ver. item Bart. lib.2.* Vide, *Præoccupatio quando, & c. Concl.* 517. † Limita; quia is, qui emit à communitate ius construendi molendinum diruptum, & deuastatum prius propter aeris salubritatem, non potest construere molendinum cum fullone, stante nō erat cum fullone, propter præiudicium vicinorum ex strepitu, qui ex fullone procedit. Ang. Aret. *cons.94. In casu contingente. n.10. & seq. ver. secundo principaliter. & per tot.* vbi pro vtraq; parte hanc tuetur, & tollit contraria. † Limita; quia is, qui habet aquam

24 ex flumine publico ex concessione Principis, vel ab immemorabili, illam ducens ad suum molendinum per canale non potest ab alio molestari, neque potest nouum molendinum construere in præiudicium primi, etiamsi habeat concessionem ab eo, qui recognoscit superiorem, & non potest vti, nisi iurisdictione ordinaria, prout in Gubernatore Regii, vel locum tenēte Ducis, ita

25 plene Alex. *cons.203. Perspectis, per tot. lib.6.* maxime *in princ.* † Extende, quia non potest is, qui fabricauit secundo loco molendinum, extrahere aquā ex canali alterius, vt conducat ad suum molendinum, licet aqua deriuata etiam defluerit in eodem canali, antequam perueniat ad primum molendinum; quia non potest in præiudicium primi, etiamsi habeat licentiam à locum tenente Principis, quia non potest, imo neq; Princeps supremus non posset sine causa hoc facere; quia auferetur ius tertii. Alex. *d. cons.203. n.*

26 *3. in fi. cum seq. ver. & circa hoc breuiter. lib.6.* † Extende; quia imo non posset tertius deriuare aquam ex canali meo, etiam postquā aqua inseruiuit molendino meo, si canale continuat meum ducens dictam aquam; quia mea est. Alex. *d. cons.203. n.6. v. & quod dicto Petro non licuerit, cum seq. lib.6.* vbi, quod standum est antiquitati, & concessionibus à Principe factis. † Extende; quia neq; posset is, qui

27 vult facere secundum molendinum, conducere aquas per canale, quod incaualcaret meum canale; quia possum prohibere, neq; locum tenens Principis potest dare hanc licentiam; quia nemo potest immittere in rem alterius eo inuito. Alex. *d. cons.203. n.11. sexto quia præsatus, lib.6.* † Extende, vt prædicta procedāt, etiamsi

28 dictæ aquæ sufficerent pro vtroq; molendino; quia nō potest secundus velle auferre aquā ex canale primi, etiamsi sit abundans, etiamsi allegaret, quod tibi non nocet, & alteri prodest, facile concedi debet; quia non procedunt argumenta, quando mihi, quod meum est, minuitur me inuito, & potest mihi nocere in irrigationibus agrorum, & quando ista cessarent, illa regula quod tibi non nocet, &c. non procedit, quando non interuenit contractus inter eos. per quem possint ista peti ex natura contractus. Alex. plene *d. cons.203. n.15. vsque in fi. v. & si obiceretur, vsque in fi.* vbi pleniſſime *lib.6.*

Molendinorum constructio, & seruitutes diuersæ. Concluſ.305.

NOVVM † molendinum si quis obtineat posse construi super Rheno à communitate Bononiæ cum priuilegio, quod nullus alius superius, vel inferius possit molendinū construere, verba, quæ possunt habere duplicem sensum, sunt intelligenda contra eum, qui se fundat in verbis; ideo quarenus intelligit, quod nullus possit inferius, vel superius ex transuerso, debet succumbere; quia probatio dubia non releuat. Alex. *cons.22. Consideratis, lib.7.* vbi plura, quod talis interpretatio omnino reiicienda est, quia est contra publicam vtilitatem. † Molendinum superius nō potest reserare aquam ad gurgites, vt macinaret aqua gurgitata in præiudicium molendini inferioris, quando hoc fuit actū à principio. Bart. *in l. quo minus. ff. de flumin. q.14.* Bald. *cons.241. Et videtur quod, n.2. v. præterea, lib.2.* † Extende, vt idem sit, si non est factum pactum, si extat antiqua consuetudo ita faciendi. Bald. *d. cons.241.*

29 *n.2. ver. aut non aliquid pactum, lib.2.* † Extende, etiam quando molendinum inferius primo fuit constructum. Bald. *d. cons.241. n.2. sequitur aliud, lib.2.* † Amplia; quia procedunt prædicta etiam in molendino destructo reficiendo; quia conseruatiua sua, ac si esset constructum, licet labatur longum tempus, quod non reficitur; quia ea quæ sunt facultatis, non præscribuntur. Bal. *d. cons.241.*

30 *n.3. v. sed dubitatur, lib.2.* † Limita, quando nihil fuit pactum de molendinum superius est primo fabricarū; quia tunc potest ad meram vtilitatem suam, non autem ad merum dammum inferioris gurgitare aquam. Bald. *d. cons.241. n.2. ver. sequitur aliud. lib.2.*

Molestare prohibitus sub pœna, quando pœnam incurrat, vel non. Concluſ. 306.

PROHIBITVS † molestare aliquem sub pœna incurrit pœnam si molestat etiam verbis solis. Alex. *cons.52. Viso testamento, lib.2.*

31 *num.4. & 5. ver. bene facit,* vbi maxime hoc dicit verum, quando est verbalis non reperio laboratorem; quia alius dicit esse suam. Vide, *Contrauenire quando, & c. Concl.1015.* Vide, *Hæres in fine sub pœna quando. Concl.55.* † Declara, nisi ageretur criminaliter ad pœnam; quia tunc non sufficit verbalis molestia. Ias. *in l. si prius. ff. de oper. non nunciat.1.* apostil. ad *cons. crimin. Bertazol.177.* † Extende; quia tenetur etiam de molestia iuris. Dec. *cons.613. colum.1.* Ruin. *cons.77. num.8.*

4 *lib.*2.Declara, vt infra *n.*20.† Extende; quia prohibitus molestare dicitur contrauenire, siue controuersiam, vel molestiam faciat agendo, siue excipiendo, siue de iure, siue de facto, siue in iudicio, siue extra, siue ante litem contestatã, siue post. Alex.*d.cons.*52. *Viso testamento, nu.*2.*ver. secundo præsuppono, lib.*2. † Restringe; quia non prohibetur, si iusta est, & iuridica molestia. Bertazol.*d.cons.crimin.*
* 6 177.*n.*1.vbi dicit * communem, & plurimos allegat. † Restringe, quia si testator contra formam statuti legat vxori vltra summam permissam, & mandat hæredem non posse molestare sub pœna priuationis, non obstante statuto potest hæres impune contradicere, & iuridice molestare ad formam statuti. Ang. Aret. *cons.*90.
7 *In prima consultatione, n.*14. *& seq. v. venio nunc ad tertiam.* † Restringe; quia imo si testator prohibuit vxorem vsufructuariam posse molestari ab hærede ad cauendum sub pœna priuationis hæreditatis, non incurrit pœnam, licet molestauerit, & succubuerit; quia non sufficit conatus, si non sequitur effectus. Castr.*cons.*221.*n.*2.*v. secundo præmitto, lib.*2. Alex.*cons.*52.*Viso, n.*6.*ver. per hoc etiam, lib.*2. v-
8 bi apost.*in ver. non obstante*, dat plures concord.† Declara, quia aut sumus in pœna legali, & non sufficit cœptam esse molestiã, dummodo desistat ante sententiã; si vero sumus in conuentione, sufficit, quod sit cœpta molestia. Curt. *in repet. l. si quis maior, in fin. C.de transact.* clarius distinguit ibi Parpal.*nu.*27.*& seq.* vbi, quod considerãda sunt verba, aut dictum est *promisit non agere, vel non contrauenire, vel non molestare, vel controuersiam non facere*; quia agendo non incurrit pœnam, nisi lite contestata, quia ante non agit, secus si promisit non molestare, vel non contrauenire, licet ibi Parp. aliter sentiat, quod semper incurrat pœnam; quia facit contra pro-
missionem. Vide, *Perseuerantia actus requir. & c. Concl.*315. Declara;
9 quia † iussio ex turpi causa, prout si pater vult spurium succedere sub pœna, & non valet iussus, neq; pœna, si vero iussus est non ex turpi causa, tunc distinguitur; aut ex iusta causa mouetur controuersia, prout; quia legitimatio nõ sit bona, & non incurritur pœna: aut sine causa iusta, & pœna committitur, ita Cast.*cons.*125. *Dubitatur, n.*5.*in* 7.*dubio. lib.*2. & idem dicit ibi *in* 8. *dubio.* quando promissio esset inter diuidentes de non molestando sub pœna etiam
10 quoad fideiussores. † Amplia; quia quod dicitur de prohibito molestare, habet locum etiam in eo, qui promisit non molestare.
11 Bertazol. *d. cons.*177.*n.*2. † Et promittens molestiam non inferre emptori bonorum, si non molestat, facere dicitur sine actione. Alex.*cons.*195. *lib.* 6. quia æquipollet stipulationi, habere licere, *l. stipulatio ista*, §.1.*ff. de verb. oblig.* vbi Ias.*nu.*2. Soc.*cons.*288.*nu.* 5. *lib.*2.
12 † Extende; quia stipulatio, *habere licere*, operatur, quod moueri nõ potest controuersia ex iure de præsenti, & etiam ex iure de futuro, *d. l. stipulatio ista*, §. *si quis forte. ver. quæritur.* vbi Bart. Cast. Alex. &
13 Ias. Fulgol.*cons.*67. † Extende, siue ius de futuro, & superueniens sit cognitum, siue ignoratum. Castr. *d. l. stipulatio ista*, §. *si quis forte, ff.*
14 *de verb. oblig.* vbi loquitur etiam ratione legati postea facti. † Amplia, quia ademptio legati permissa esset per modum appositionis
15 pœnæ in casu molestiæ. Soc. Iun.*cons.*113.*n.*28.*& seq. lib.*1. † Extende, quia imo causa legitima priuationis pœnæ dicitur illa, quæ imponitur hæredi, vel legatario à testatore, si molestauerit vxorẽ testatoris, vel alium prohibitum molestari. Alex.*cons.*52.*Viso testa-*
16 *mento, in prin. lib.*2.*& per tot.* † Amplia; quia filia, cui aliquid est relictum pro omni eo & toto, quod petere posset cum prohibitione, quod sit contenta, & molestare non possit hæredem, si prohibetur succedere patri leganti, censetur legatum animo compensandi dotes maternas, quia ad aliud applicari nõ potest, & vt prohibitio molestiæ sit de eo, quod petere posset. Ruin. *cons.*68.*nu.*9.
17 *lit.*4 † Contrarium, quod possit etiam intelligi de molestia facti, & ieu de compensatione eius, à quo erat exclusa, videlicet legi-
18 timæ de iure communi debitæ. Ruin.*cons.*118.*n.*25.*li.*3.† Declara; quia molestia de facto, & non de iure non habetur in consideratione. Alex.*in l. Nesennius. ff. de hæred. in fi.* plene Corn.*cons.*115.*lib.*4.
19 † Declara; quia censetur prohibitus petere, vel molestare, tam de facto, quam de iure. Soc. Iun.*cons.*113.*n.*35.*& seq. lib.*1. per glos. com-
* muniter * approbatam *in l. Lucius*, §. *tres fratres*, vbi Bart. *ff. ad Trebel.*
20 Ruin.*cons.*77.*n.*8.*lib.*2. † Limita; quia qui promisit non molestare alium sub pœna, non incidit in pœnam, nisi molestia sit in persõ-
nam. Cast.*cons.*221.*n.*2.*vol.*2. Ruin.*cons.*202.*n.*8.*lib.*2. Bertaz.*d. cons.*
21 *crim.*177.*nu.*3. † Extende; quia vt sit locus molestiæ, & pœnæ promissæ, seu ex promissione, duo debent concurrere, molestia, & turbatio: item animus molestandi, alias non incurritur pœna a-
22 post. ad *d. cons. Bertaz.*177. † Extende in tantum requiri molestiã in personam, quando agitur ad pœnam criminalem, vt non sufficiat ostensio, vel directio archibusii. Bertaz.*d. cons. crimin.*177.*nu.*5.
23 *& seq.* † Declara, vt per apost. ibi *in v. actus*, vbi, quod sola directio, vel ostensio archibusii non inducit in personam offensam; seeus est, si exoneretur, licet non offendat. † Declara; quia licet statutũ loquẽs, si quis molestauerit, vel turbauerit aliquem in possessione sua, importet turbationem, & vim illatam in personam, & sic requirat dolum; tamen idem est, quando prohibitus mouet controuersiam in iudicio, vt excludat molestatum à re, vel ab vsu rei, imo qui diffamat me, quod vsurpem rem suam, ita quod non reperio laboratorem, dicitur mihi inferre vim in re mea. Alexan. *d. cons.*52. *Viso testamento, nu.*3.*& seq. ver. & per hoc patet, lib.*2. † Limita, quando molestatus dedit causam molestiæ, tunc molestans non incurrit pœnam. Capra *cons.*9.*n.*8. Bertaz.*d. cons. crimi.*177.*n.*4. † Idem, si primo contrauentũ est per aliam partem, quæ allegat molestiam. Vide, *Implere debet actor, &c. Concl.*50. † Limita; quia iusta causa excusat à pœna priuationis legatarii, qui petiit, quod petere prohibitus erat. Dec.*cons.*515.*in fi.* vbi alios citat, & *cons.*581. Vide, *Causa quælibet excusat à pœna. Concl.*152. † Limita, quando molestia est de iure, & iuridica, quia in dubio præsumitur prohibitus de facto, apostil. ad *d. cons. crimin. Bertaz.*177.*ver. in dubio.* † Restringe, nisi molestia etiam ex lege proueniret facto promittentis; quia non est licita. Bar. Bald. Salyc. *in l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Alex. *cons.*158. *Circa primum, per tot. lib.*5. Ruin.*cons.*94.*Circa primum, n.*4. *lib.*5. † Restringe nisi dicatur, quod non possit molestare quoquo modo; quia neq; põt tunc de iure molestare. Rim. Iun.*cons.*375.*n.* 7. sequitur apost. ad Bertaz.*d. cons.*177. *in ver. in dubio.* Ruin.*cons.*77.
*n.*8.*lib.*2. † Restringe multis modis, & exemplis, de quib. per Soc.
Iun.*cons.*113.*n.*34.*ver. in quantum vero, lib.*1.*cum seq.* † Idem, si per alia verba generalia, puta *quomodocunque, qualitercunque, vel quoquomodo*; quia etiam priuatur per molestiam iuris. Ruin. *cons.*77.*n.*8.*lib.* 2. qui loquitur in legataria, & plenius in eod. casu Socin. Iun. *cons.* 113.*n.*8.*& seq. lib.*1. † Restringe, vbicunq; verba sunt generalia, vel vniuersalia; quia neq; de iure potest inferri molestia, alias incurritur pœna. Dec. plene. *cons.*581.*Viso puncto, nu.*11. † Declarat Soc. Iun.
*d. cons.*113.*n.*51. *lib.*1. vt procedat limitatio, quando id, quod allegatur pro molestia, est ex natura rei, prout petitio cautionis ab vsufructuaria contra prohibitionem testatoris, ex quo non minuitur legatũ, alias secus. † Declara tamen; quia licet prohibitus molestare quoquo modo, vel per verba generalia, intelligatur prohibitus, tam de facto, quam de iure, tamen excusatur de iure molestando, quando non ex dolo, vel malo animo. Dec. *cons.*581.*n.*11. *& seq.* vbi, quod noua causa excusat à pœna. † Limita; quia molestans ex permissione iuris non incurrit pœnam appositam, si molestauerit. Surd.*cons.*203.*nu.*43. † Regula est, quod testator potest præcipere hæredi, vel legatario, aut alteri ab eo honorato, ne molesteat aliquem de iure, neq; de facto, & valet tale præceptum. Io. Dilect. *de art. testan. tit.*8. *de variis testat. præcept. cautel.*3. Couarr. *in c. Raynaldus*, §.1.*nu.*8. *de testam. fol.*142. Alex.*cons.*152. *Viso, in prin. lib.*2. † Extende, quia odiosus dicitur testatori, qui cõtemnit præcepta eius. Alex.*cons.*138.*n.*12.*lib.*1. vbi, quod propterea committitur pœna imposita à testatore per contrauentionẽ, *l. pen. C. de legat.* Paris.
*cons.*1.*n.*65. *cum seq. lib.*3. & Alex.*cons.*195.*n.*8.*lib.*6. † Et data contrauẽtione per prohibitum potest ab eo peti res tanquã, quod contrauenerit, licet primo nõ petierit eum declarari incidisse in pœnam per contrauentionẽ, quia petendo rem censetur etiã petere, quod cecíderit, & declaretur. Alex. *d. cons.*52.*Viso, n.*7.*& seq. lib.*2. vbi ponit plura similia de minore, qui petens rem venditam censetur petere contractum rescindi, sic hæres filius si agat inofficioso, censetur petere testamentũ rescindi. Vide, *Incidens quid sit, & qualiter. Concl.*70. † Limita, quando alicui legatur tanquam filio; quia licet prohibeatur hæres molestare in re legata de iure, & de facto quocunq; modo, non censetur prohibitus, si vellet docere legatarium non esse filium, & talem, qualem putauit testator; qui imo incumbit probatio qualitatis asserenti, vt per Marsil. post alios *in l. si quis ne quæstio, n.*130.*v. vlterius ante quam. ff. de quæstio. & singul.*187. *Qualitas, & in rubr. C. de probatio. n.*436.*ver. dico igitur.* † Extende; quia si legatur Doctori tanquã Doctori, vel legitimato, tanquam legitimato, licet imponatur pœna, si molestetur, non incurritur pœna, si negetur eũ esse talẽ, donec probet. Marsil. *d. l. si quis ne quæstio. n.*4.*ver. vlterius mota, ff. de quæstion.* † Rationes multæ; quia licet prohibeatur omnis exceptio contra instrumentum, potest tamẽ dici instrumentum non esse instrumentũ, & donec probetur, dispositio non habet locum. Bar. *in l.*1.§. *& parui, n.*3.*& ver. ego in ista materia, ff. quod vi, aut clam.* † Item; quia non potest quis facere, quod leges non habeant locũ in suo testamento, *l. nemo potest. ff. de legat.* 1. ideo si incapax instituatur tanquã capax, potest quæri de capacitate. † Contrariũ, quando verba sunt generalia, & clara, quia promisit, vel testator iussit, quod nõ possit molestare quoquo modo. Barba.*cons.*56.*col.*8.*ver. præterea facit. lib.*3. sequitur Surd.*d. cons.*143.
*n.*27.*& seq.* late Dec.*cons.*613.*in prin.* † Idẽ, si dixit, q̃ non possit molestare.

lestare, neque de iure, neque de facto, vt plene Petr. Surd. *consil.* 143. *nu.* 26. *& seq. ver. quarto Dominus Euasius*, vbi latissime, quod eo casu non poterit, neq; etiam in casibus à iure permissis. Dec. *dict.*
46 *consi.* 613. *in princ.* † Idem quando ex vnica sola causa potest inferri molestia; quia ex illa in specie censetur facta prohibitio, & committitur pœna. Surd. *d. consi.* 143. *num.* 29. *& sequen. ver. confirmatur.*
47 † Extende; quia hæres non incurrit pœnam, si petat à legatario vsusfructus cautionem, ad quam obligatur ex legis dispositione.
48 Bald. *in l.* 1. *num.* 13. *ver. sed pone, C. de vsufruct.* † Declara; quia non valet appositio pœnę contrauenienti, quando respicit actum fieri, vel sortiri effectum contra ius publicum, aut contra bonos mores, vel contra id, quod est possibile, *l. cerdone, ff. de oper. libert.* & tradit Bald. *in l.* 1. *C. de iis, quæ pœnæ nomine, num.* 8. *& 9.* vbi si quis faceret spurium successibilem, non valet pœna apposita; quia est contra leges, & bonos mores, & ita declarat Barb. *d. consi.* 56. *lib.* 3. Surd.
49 *consi.* 143. *nu.* 28. † Limita; quia non dicitur contrauenire quis ex sola supplicatione porrecta superiori, sed requiritur, quod impetraueit, & vsus sit rescripto. Castr. *in l. si quis maior, in* 2. *not. ab.* vbi Iacob. à S. Georgio, *nu.* 18. Ias. *num.* 17. *ver. septimo nota, C. de transact.*
50 Alex. *consi.* 34. *Viso themate, nu.* 3. *ver. tertio principaliter. lib.* 1. † Contrarium tenet Cagnol. *d. l. si quis maior, num.* 8. vbi dicit * communem. *C. de transact.*

Molestiam non dare promittens ad quid obligetur. Concl. 307.

1 NON † molestare promittens prædium, importat, quod super eo promittens non potest mouere aliquam controuersiam pro aliquo iure sibi competenti. Ang. Alex. & alii *in l. stipulatio ista, §. si quis forte, ff. de verb. obligat.* vbi, quod si quis promisit non molestare super domo, non potest etiam super vsufructu domus, vel a-
2 lio iure. † Extende; quia promittens non molestare impedit controuersiam aliquam facere. Bart. *in l. Lucius, §. tres hæredes. ff. ad Treb.*
3 † Extende; quia promissio non molestandi importat habere, licere, & continet factum successiuum per text. *in d. §. si quis forte.*
4 ita Soc. *consi.* 288. *Circa primam quæstionem, col. penul. lib.* 2. *nu.* 35. † Et prohibitus molestare quoquo modo, vel quomodocunque, vel
5 qualitercunque, censetur prohibitus de iure, & de facto, propter illa verba vniuersalia. Ruin. *consi.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. † Amplia, quia mulier, quæ promisit non molestare caput bonorum venditorum per virum, non potest etiam molestare alia bona sibi obligata, quando ex ipsa molestia posset sequi molestatio emptoris dictorum bonorum, & idem tenet glos. *in l. si controuersia, C. de euictio.*
☞ in puncto Rip. *responsi.* 17. *tit. de legib. & longa consuet. c.* 17. *nu.* 9. Vide,
6 *Prohibitio directa impedit. Concl.* 900. † Extende; quia promittens non molestare certa bona, censetur etiam se obligasse ad nõ molestandum alia bona, ex quorum molestia possent molestari ista, quæ promisit non molestare, alias videretur dedisse legem verbis, & non rebus, quod esse non debet. *l. non dubium, C. de legib.* facit; quia prohibitus alienare in aliquem censetur prohibitus omni modo. Bald. *in l. quoties. la prima, in princ. C. de fideicom.* & qui obligatur promittere aliquem possidere, censetur obligatus, nihil per se, vel per alium directe, vel indirecte agere, per q̃ ille possessor inquireretur. Bald. *consi.* 145. *Pr. suppositio quodam, in prin. lib.* 2. & qui promisit nõ molestare, censetur promisisse occasionem molestiæ non præbere, vt declarat Soc. *consi.* 26. *In præsenti, col.* 1. *lib.* 3. & censetur se obligasse nihil agere, per quod sequi possit molestia etiam ex legis dispositione. Bart. Bald. & Salyc. *in l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Alex. *consi.* 158. *Circa primum, per tot. lib.* 5. Ruin. *consil.* 94. *Circa primum, num.* 4. *lib.* 5. nam qui consentit antecedenti, consentit etiam consequenti. faciunt not. per glos. & Doct. *in l. si controuersia. C. de euictio.*
7 † Extende; quia liberatio generalis facta per filiam ad fauorem patris, comprehendit etiam debitum filiæ exactum per patrem filia sciente; quia alias si molestaret debitorem, ipse debitor molestaret patrem, & sic filiam per indirectum molestaret. Abb. *consi.* 81. *Breuiter, per tot.* maxime *circa fin. ver. tertio, & vltimo, lib.* 1.

Molestia probatur ex substentatione litis, & aliis modis. Concl. 308.

1 REVS † conuentus ex sola substentatione litis, seu contradictione, quam facit in iudicio, probatur molestans, & potest condemnari; quia eo ipso, quod se parat ad litigandum, videtur inficiari ius, & possessionem actoris. Lap. *alleg.* 65. *Nunquid Ecclesia,*
2 *circa fin. ver. sola contradictio.* † Et molestia dicitur inferri, etiam quando quis iudicialiter molestatur. Alex. *consi.* 151. *Viso themate, in fin. lib.* 2. & iterum *consi.* 163. *n.* 7. *lib.* 2. vbi dicit, quod lex, quæ promittit plenissimam securitatem ei, qui per 40. annos præscripsit, non patitur, quod restituatur in integrum, quia non esset securitas plenissima, ex quo molestare dicitur, etiamsi in iudicio via iuris molestetur. † Et ideo qui promisit non molestare de iure, vel
de facto, censetur promisisse, seu molestia fiat agendo, siue excipiendo, & siue fiat in iudicio, siue extra iudicium. Alex. *consi.* 195. *Perspectis, nu.* 8. *ver. & dicta verba promissionis, lib.* 6. vbi apost. *in v. molestia*, citat Alex. *consi.* 52. *lib.* 2. † Imo si facta fuit alienatio plurium
corporum bonorum, quæ erant communia inter plures fratres, & procurator, qui alienauit, promisit pro principalibus, & quod se obligabunt non molestare, & vnus eorum promisit de euictione pro omnibus bonis prædictis, & non molestare emptorem, censetur promisisse non solum pro parte sua, sed pro toto, adeo quod hæredes non possunt molestare, alias committitur pœna, plene Alex. *d. consi.* 195. *per tot.* vbi plura adducit, *lib.* 6. & concurrebant multæ coniecturæ, & est casus consilii.

Momentanea, & non durabilia non habentur in consideratione. Concl. 309.

MOMENTANEA † & non durabilia non habentur in consideratione; & ideo qui momento tantum exercuit carcerē priuatum, non incidit in pœnam. Marsil. *consi.* 136. *per tot.* vbi reprobat Ang. contrarium tenentem, & multa exempla ad hoc, Vide, *Feudi concessio ex quibus, & c. Concl.* 170. † Contrarium tenet Ang. *in l.* 1. *C. de priuat. carcer.* & quod procedat ēt in pœnalibus, tenet Bart. *in l. inter stipulantem, §. sacram*, vbi Ias. dicit esse magnam ampliationem, *nu.* 19. *ver. quinto vltra scribentes. ff. de verb. obl.* vbi, quod stante statuto, quod qui fuit bannitus, nõ possit esse de Prioribus, habet locum etiã in eo, qui momento fuit bannitus. † Declara; quia in
pœnalibus, & odiosis procedit conclusio, quod nõ habentur momentanea in consideratione; secus in fauorabilibus. Marsi. *d. consi.* 136. *n.* 12. † Extende, quia pater non acquirit vsumfructū in bonis
per filium acquisitis per solum momentum temporis. Marsil. *dict. consi.* 136. *n.* 7. *& seq.* vbi ponit alia exempla. Ias. *in l. non tantum, in fin. C. de legat.* plenius *in l. inter stipulantem, §. sacram. n.* 20. *ff. de verb. oblig.*
† Extende; quia emphyteuta vendens, & redimens rem emphyteuticam cadit; secus si momento durauit venditio. Marsil. *d. consi.* 136. *n.* 17. vbi *nu.* 18. quod non dicitur alienasse, qui illico pactum fecit de redimendo, & redemit. † Extende; quia momentanea, & non durabilia non habentur in consideratione. Ias. *d. l. non tantum. in fi. C. de legat.* Marsi. *d. consi.* 136. *n.* 10. *& seq.* Ias. *in d. l. inter stipulantem, §. sacram.* † Extende; quia donatio momentanea non duraturani habetur in consideratione; quia acquisitio, quæ fit, vt retrotrahatur, non habetur in consideratione. Soc. Iun. *consi.* 77. *n.* 7. *c. ver. quoniam in casu isto, lib.* 1. † Et aditio, quæ fit ex momento, puta; quia hæres cedit alteri, & necessario momento adit hæreditatem, non habetur talis aditio in consideratione, vt obligetur creditoribus. Soc. *consi.* 53. *n.* 27. *lib.* 4. Put. *decis.* 519. *Hospitale, in fi. h.* 2. Peregr. *decis.* 30. *lib.* 2. Nat. *consi.* 449. *n.* 20. Rol. à Val. *consi.* 11. *n.* 34. *lib.* 1. Amplia, † quia factum non dicitur illud, quod momento durat. Marsil. *d. consi.* 136. *n.* 10. Ias. *in d. l. inter stipulantem, §. sacram. n.* 20. *ff. de verb. obl.* Abb. *consi.* 73. *Circa primum, in prin. lib.* 2. allegat *c. nam ego, de verb. signif.* Vide, *Venisse nõ dicitur qui non, & c. Concl.* 75. † Et dictum testis
statim reuocatum non valet. Abb. *d. consi.* 73. *in princ. ver. ter. io, lib.* 1.
† Amplia; quia stante statuto, quod nullus possit conducere ali-
vinum, vel similia ad ciuitatem, intelligitur, vt ibi permaneant, secus si per transitum. Marsil. *d. consi.* 136. *nu.* 14. Vide, *Statutum ca prohibitiones. Concl.* 638. † Amplia; quia partus octauo mensitus, quia viuere non potest, habetur pro non nato. Vide, *Minima nõ sunt in consideratione. Concl.* 239. Vide, *Partus. Concl.* 106. vbi pro vtraque parte. † Limita; quia legatum factum vxori subsistinetur, licet momento temporis fuerit vxor. Ias. *in l. non tantum, in pr. C. de legat.*
† Extende; quia maritus lucratur dotem, licet momento temporis duraverit matrimonium, stante statuto, quod maritus lucretur dotem. Bald. *d. l. non tantum. C. de legat.* & tenet hanc partem Ias. *in d. l. inter stipulantem, §. sacram, num.* 23. *ff. de verb. oblig.* † Contrarium tenet Ias. *d. l. non tantum, num.* 2. *ver. sed redeundo, C. de legat.* quia attenditur ratio, ex quo lucrum datur propter onera, quæ non potuit maritus subsistinere, si fuit matrimonium momentaneum.
† Extende; quia posthumus rumpit testamentum, etiam si momento viuat Ias. *d. l. non tantum, in pr. C. de legat.* † Extende; quia in
substitutione, si sine liberis decesserit, sufficit, quod relinquat filiū, licet statim decedat, vt substitutio fideicõmissaria euanescat, *l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebel.* Ias. *d. l. non tantum, in princ. C. de legat. & ibi inter stipulantem. §. sacram. nu.* 21. *ff. de verb. oblig.* † Extende; quia filium
transmittit hæreditatem patris, licet viuat post patrem momento vnius horæ. Ias. *d. l. non tantum, num.* 2. *C. de legat.* † Extende; quia si statutum mandat, quod masculus excludat fœminam, habet

locum,

locum, etiamsi momento vixerit masculus. Ias. *d.l. inter stipulantem, §. sacram, nu. 22. ff. de verb. oblig.* allegat Ant. de Butr. *cons. 20. Æquitas suggerit.* † Declara limitationes procedere in fauorabilibus sine dubio; secus forte in odiosis. Ias. *d. §. sacram, nu. 24.* sequitur Marsil. *d. cons. 136. num. 12.* † Restringe in valore constituendo rei venalis; quia non attenditur pretium, quod durauit modico tempore. Ias. *in l. vinum. n. 13. ff. si cert. pet.* Doct. Bart. & Alex. *in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* Vide, *Effectus attenditur potius, &c. Concl. 50.* Vide, *Perseuerantia requiritur, &c. Concl. 315.* Vide, *Venisse non dicitur qui non stetit. Concl. 75.* Vide, *Verba cum effectu sunt intellig. Concl. 90.*

Monachatus dicitur beneficium largo modo. Conclusio 310.

1 MONACHATVS † dicitur beneficium largo modo; ideo in eo habet locum *c. præsenti, de off. Leg. lib. 6.* quod gratia facta per Legatum de beneficio expirat, si ante collationem expirat legatio licet processus sit cœptus; ita in mandato, & gratia monachatus. Fed. de Sen. *cons. 297. per tot.* † Declara tamen; quia in monachatu non est tanta ambitio, quanta in beneficio. Fed. *d. cons. 297.* 2 *ver. ego bene cognoui, in fi. n. 1.* † Ordinem non requirit monachatus, sicut beneficium; ideo monachatus non est ordo. Cald. *cons. 415.* 3 alias 30. *de reg. in princ.*

Monachus quid sit, & appellatione monachorum qui veniant. Concl. 311.

1 MONACHATVS † est quædam obligatio, & quoddam votum, 2 *c. vnico, de voto, lib. 6.* † Adde, quod monachatus non est dignitas, neque honor, neq; officium necessarium; & ideo excommunicati, infames, irregulares, coniugati, & alii inhabiles ad beneficia sunt habiles ad monachatum. Feder. de Sen. *cons. 5. num. 5. ver.* 3 *unde sciendum est.* † Item non est ordo, nec requirit, quod monachi sint ordinati, sed bene, quod sint tonsurati. Calder. *d. cons. 415.* alias 4 30. *de regul.* † Appellatione monachorum indefinite veniunt omnes religiosi, etiamsi sint Canonici regulares, *c. quod Dei. de stat. regul.* Feder. *cons. 25. nu. 2. in fin. ver. nec obstare videtur, & num. 3.* in responsione, seu consilio D. Petri de Tuderto ibi inserto, quod etiam comprobat Feder. in responsione sua *nu. 4. in fin. ver. respondeo.* 5 † Extende, vt etiam veniant conuersi professi appellatione Monachorum; quia monachatus ad sui essentiam non est ordo, neq; 6 ordinem requirit. Cald. *cons. 415.* alias 30. *de regul.* † Extende; quia ad paria iudicantur monachi, & Canonici regulares; quia debent pariter sequi crucem nudi, & debent esse contenti cibis, & vestibus necessariis, non autem commodis. Signorol. *consil. 148. In ex-* 7 *aptione, in princip.* † Monachi fuerunt, & erant tempore Nicæni Concilii, imo erant etiã in veteri testamento, prout Eliseus. Collegium Bonon. *cons. 1.* post cons. Zabar. *nu. 35. & seq.* & Collegium Paduanum *in cons. 2.* post cons. Zabar. *nu. 29. & seq.* vbi à *nu. 26. vs-* 8 *que ad 35.* ponit de Abbatibus, & monachis. † Et quod essent in veteri testamento, probatur de Elia, Eliseo, Ioanne Baptista, & post in initio Ecclesiæ fuerunt, vide plene Collegium Ferrariæ *cons. 3.* post cons. Zabar. *nu. 12. & seq.* vbi late, & plenius Caccialup. *cons. 4.* post cons. Zabar. *nu. 5. & 6. cum seq.* vbi de Abbate Scarioth, qui fuit Abbas Monasterii, & monachorum in testamento vete- 9 li. † Monachus dicitur à monos, quod est vnus, & acos, quod est tristis; quia vnicus, & tristis debet in claustro manere, glos. *in auth. de monach. §. hinc autem à nobis, in ver. singulorum affectionem.* Abb. 10 *cons. 104. Pro euidentia, lib. 1.* Vestire † debet monachus habitum monachalem, sed semper deferre debet cucullam, & scapulare. Abb. *d. consi. 104. in prin. n. 1. lib. 1.* † Carnes non potest comedere in refectorio etiam in Natiuitate Domini, *c. fi. de obseruatione.* 12 Abb. *d. consi. 104. nu. 1. lib. 1.* † Monachus debet continentiam habere, nec posset à Papa dispensari, *c. ad monasterium, in fi. de stat. mo-* 13 *nach.* Abb. *d. consi. 104. in prin. lib. 1.* † Non potest per ciuitatem, neque per vicos, & plateas vagari, sed debet in monasterio morari; quia sicut pisces sine aqua viuere non possunt; ita neque monachi sine monasterio, in quo vitam degant solitariam. Abb. *d. consil. 104. in princ. lib. 1.*

Monachus alimenta, & alia necessaria consequi debet à Monasterio. Concl. 312.

1 MONACHVS † debet consequi à monasterio suo victum, vestitum, & necessaria, *cap. cum ad monasterium, §. porro, de stat. re-* 2 *gular.* Calder. *consil. 298.* alias 13. *de regular. ver. sed contrarium.* Gemin. *consil. 28. num. 3. ver. & patet.* † Amplia, vt procedat, quod primum monasterium teneatur ad alimenta, & alia necessaria pro monacho suo, etiam pro monacho suo, etiam promoto in Abbatem alterius religionis, donec pacificam possessionem Abbatiæ suæ obtinuerit; quia interim non desinit esse monachus primi monasterii. Cald. *d. cons. 198.* alias 13. *de regular.* † Amplia; quia si profes- 3 sio sit in genere facta in manib. generalis, & totius ordinis, sicut obligatur religioni, & tali ordini in genere; ita etiã debentur ipsi alimenta in genere à toto ordine. Calder. *cons. 408. circa fi. ver. de secunda specie,* alias 23. *de regular.* vbi, quod ista est ratio, quare mo- 4 nasterium est loco filii. † Amplia, vt in tantum monasterium obligetur professo ad alimenta, vt monachus, vel monialis, etiam si sponte exiuit, & vagatus est, si reuertatur ad monasterium, possit, si non recipiatur, agere spolio, & clamare, morior, morior, contra monasterium, & ad clamorem iudex illum restituet. Gemin. *cons. 28. Attenta forma libelli, per tot.* vbi, quod non obstat spontaneus exitus; quia induxit peccatum.

Monachi conuersi in quo differant ab aliis monachis. Concl. 313.

MONACHI † conuersi ordinis Prædicatorum, & Minorum 1 sunt vere professi, & religiosi; sed tamen non faciunt Capitulum. Fed. de Sen. *cons. 213. Ad vltimum, in fi.* concord. Calder. *cons.* 415. *in princ.* † Amplia; quia differunt ab aliis fratribus, seu mo- 2 nachis in multis, quia conuersi sunt seruientes, non habent vocem, non sunt de Capitulo, nec tenentur ad diuina officia, nec veniunt appellatione aliorum fratrum. Feder. de Sen. late *d. cons. 213.* vbi loquitur de monialibus conuersis; item non eligunt cum aliis monachis professis, Prælaturas regulæ non habent, non tenentur ad ordines, neque ad officium, sed dicunt tot pater, & faciunt aliqua ieiunia. Calderin. *d. cons. 415.* alias 30. *de regular.* † Am- 3 plia, quia conuersi sunt de familia religionis, & non subsunt parochiæ, quando habitant in domibus oblatis, vel monasterio, imo sepeliri debent in monasterio, nec quarta debetur parochiæ, sub qua degunt. Feder. de Sen. *cons. 237. colum. fin. ver. ad tertium,* vbi multa ponit de conuersis, & oblatis religioni. Vide, *Oblati alicui Religioni. &c. Concl. 16.* † Declarat tamen Calder. *consi. 121. nu. 2. ver.* 4 *sed nec de illa,* alias 7. *de iudic.* vt procedat, quando conuersi sunt professi; quia tunc gaudent priuilegio clericali, alias non. † Ex- 5 tende, vt gaudeant priuilegio aliorum regularium quoad personam clericalem, etiamsi sint professi certum quid, & non tria substantialia. Calder. *d. cons. 415. circa med. ver. alij sunt,* alias 30. *de regular.* † Conuersi autem multiplices sunt; aliqui de peccato ad Deum 6 conuersi dicuntur; alii de vita laicali ad clericalem; alii ad ecclesiam secularem; & aliqui ad religionem. Calderin. *cons. 391.* alias 6. *in princ. de regular.* aliqui solam obedientiam promittunt sine castitate, & carentia proprii, & sunt milites B. Mariæ, qui appellantur gaudentes; & idem in fratribus Tertii Ordinis, aliqui promittunt carentiam proprii, & obedientiam, sed non castitatem, vt sunt fratres S. Mariæ della Scala de Senis. Calde. *d. cons. 415.* alias 30. *de regular.* † Et requiritur ad hoc, vt dicantur professi, quod 7 vere profiteantur; ideo simpliciter receptus in conuersum, etiam si promisit obedientiã superiori suo, non dicitur, professus. Cald. *d. consi. 391.* alias 6. *de regular. circa fi.* vbi multa ponit, ad hoc, vt conuersus tacite dicatur professus, & latius *consil. 415.* alias 30. *de regular.* vbi, quod nisi promittant tria substantialia, non sunt professi; quia licet promittant obedientiam, vel aliquod substantiale religionis, nisi omnia tria promittant, non sunt professi. † Conuersi 8 professi non differunt à monachis, quando sunt professi tria substantialia; quia regulantur omnino, prout alii monachi professi quoad hoc, vt tanquam monachi gaudeant eodem priuilegio; non tamen quoad ordines, & similia. Calder. *d. consi. 415. in princip.* alias 30. *de regular.* † Conuersi aliqui sunt professi, aliqui non. Cal- 9 derin. *consi. 415. in princ.* alias 30. *de regular.* † Quandoque appellan- 10 tur isti conuersi Deo deuoti, interdum confratres. interdum perpetuo oblati, interdum de familia ecclesiæ, vt Cald. *d. consi. 416. in princ.* alias 31. *de regular.* † Non professi conuersi dicuntur Deo de- 11 uoti, sed non sunt religiosi, neque tenentur continere, prout dicimus de fratribus Tertii Ordinis S. Francisci. Abb. *consi. 104. n. 4. lib. 1. ver. dico autem.*

Monachus quæ retineat, & quæ perdat per professionem. Concl. 314.

MONACHVS † dicitur mortuus mundo quoad actus ciuiles li- 1 beros. *c. monachus. 16. q. 1. l. fin. C. de sacros. eccles.* Fed. de Sen. *cons.* 104. *in fi. v. item monachus.* Gem. *cons. 80. in fi.* vbi, quod licet sit mortuus mundo; non tamen quoad victum, & vestitum. Anch. *cons. fi.*

in princ. Abb. *consi.*104. *num.*4. *lib.*1. Vide, *Professio religionis operatur.*
2 *Concl.*883.† Æquiparatur deportato. Bart. *consi.*6. *Viso testamento, n.*
3 4. *lib.*1. † Et æquiparatur condemnato in metallum. Fed. de Sen.
4 *consi.*26. *n.*5. *ver. iste autem.*† Item æquiparatur seruo; ideo quæ non potest seruus, neq; potest monachus quoad iura ciuilia. Bald. *consi.* 313. *Proponitur, quod, in prin. lib.*5. Anch. *consi. fin. in princ.* Abb. *consi.* 88.
5 *in princ. lib.*1. † Contrarium, quod non æquiparetur seruo hominum; quia monachi bene sunt serui Dei, sed non serui hominum; ideo æquiparatio non valet quoad multa. Zab. *consi.*97. *colum.*2. *in*
6 *princ. ver. nec procedit.* † Declarat Abb. *consi.*88. *Videtur dictum dominum, in princ. lib.*1. *iuncto ver. nec obstat primum, col.*3. *nu.*6. quod licet seruitus monachi sit spiritualis; tamen sicut seruus non agit contra dominum; ita neq; monachus, qui est seruus monasterii, non agit contra suum superiorem, nisi per modum implorationis officii, vt sibi ministrentur necessaria, ad quæ monasterium obligatur; sic etiam seruus implorat officium iudicis contra sæuitiã domini, & circa necessaria; sic filius agit contra patrem pro alimen-
7 tis. † Et hodie titulus loquens de seruis redditur inutilis, præterquam quod allegantur iura loquentia de seruis ad propositum
8 monachorum, ita Abb. *consi.*104. *num.*3. *lib.*1. † Et sicuti seruus habens administrationem peculii obligat dominũ; ita monachus habens administrationẽ peculii obligat monasterium, & Abbatem, ita Abb. *consi.*44. *Ad decisionem, num.* 5. *ver. præterea, & secundo,*
9 *lib.* 2. † Et sicuti seruus est capax legati alimentorum ita etiã monachus. Abb. *d. consi.*44. *col.*2. *in princ. ver. sed si esset tale relictum. lib.*2.
10 † Amplia, quod non retinet ius agnationis quoad dignitates. *cap.*
11 *præsens*, 20. *q.*3. † Amplia; quia non remittit iniuriam sibi factam
12 Feder. de Sen. *consi.*104. *in fin. ver. item si monachus.* † Amplia; quia monachus professus non potest esse iudex, neque arbiter, & sententia lata ab eo solo, vel simul cum aliis ipso iure non valet, neq;
13 confirmari potest. Bald. *consi.*313. *Proponitur, quod, per tot. lib.*5. † Extende; quia neq; arbiter, vel arbitrator, nisi de licentia superioris.
14 Anch. *consi. final. in princ.* † Amplia; quia non potest esse testis monachus, vel monialis sine licentia sui Prælati de iure Canonico; quia dicitur mortuus mundo. Ang. *consi.*233. *Punctus est, in prin.* qui
loquitur in testamento etiam ad piam causam. Vide, *Testes non idonei, vel minus idonei sine eorum culpa sunt multi, & qui. Concl.*206. Con-
15 trarium † videtur tenere Fulgos. *consi.*104. *in princ.* quod frater re-
16 ligiosus sit idoneus testis. Zabar. *consi.*97. *in princ.* † Amplia; quia non potest esse consultor, neque exequutor; ideo si fiat compromissum cum pacto, quod declarent arbitri, vel arbitratores, illud quod consulet, vel dixerit frater talis ordinis Minorum, erit nullum. Ang. *consi.*272. *Primus punctus, nu.*5. vbi, quod circa ea, quæ
17 respiciunt pietatẽ, post aliquid circa temporalia. † Extende; quia neque consuetudo contraria est attendenda. Ang. *d. consil.*272. *in*
18 *fin.* † Amplia; quia non habet velle, neq; nolle. Anch. *d. consi. final. in princ.* Abb. *consi.*88. *Videtur, in princ. lib.*1. Abb. *cons.*104. *Pro euiden-*
19 *tia, num.*2. *lib.*1. † Amplia; quia monachus non potest testari, *cap. quia ingredientibus, de test.* & quando secus, Vide Incertum Authorem post Regulas Socin. *Reg.*2. *Monachus*, vbi ampliat, & limi-
20 tat. † Limita quoad ius sanguinis, quod tolli, & perdi non potest, *l. ius sanguinis, ff. de pact.* Lap. *alleg.*101. *In quæst. proposita, nu.*7. *ver. tamen non perdit*, vbi, quod professio, quæ est actus ciuilis, non potest tollere naturalem; & ideo retinet ius agnationis, & *alleg.*102.
21 *nu.*7. † Item iura cognationis retinet, quæ sunt multa. Anch. *cons.* 420. *num.*7. vbi, quod retinet iura succedendi, si est monasterium
22 capax, ac si in seculo permansisset. † Limita; quia monachus non mendicans, & monasterium pro eo succedit fratri vocato etiam à statuto laicorum excludente filias fœminas defuncti, Lap. *d. alleg.* 101. *num.*6. *ver. hic autem in proposito, & num. sequ. per totam.* & latius
23 *allegat.*102. vbi latissime, & est casus allegationum. † Limita, vt retineat etiã iura ciuilia quoad quid; quia si erat ciuis loci, per monachatum non desinit esse ciuis, licet liberetur à muneribus. Lap.
*d. alleg.*101. *num.*8. *ver. præterea.* Lap. *d. alleg.*102. *In ciuitate Florentiæ, n.*
24 7. † Limita; quia per monachatum, & religiosum retinetur dignitas familiæ, maxime si est in Prælatura constitutus. Lap. *d. alleg.*
25 102. *num.*17. *ver. remouetur etiam.* † Limita; quia ex persona sua acquirit monasterio, prout acquireret sibi, si non esset professus; ideo habet ius accrescendi, cohærede non adeunte; item habet fideicommissum in sui personam purificatum. Bald. *cons.*246. *Mo-*
*nialis cum authoritate, ver. tertio quæritur, lib.*1. Ang. *cons.*133. *Super pri-*
26 *mo, in princ.* † Limita, quia retinet naturalia; quia viuit naturaliter, comedit, bibit, & alia facit; ideo in conditione, si decesserit quis sine filio, nõ dicitur purificata, si decessit cum filio professo; quia dicitur decedere cum filio, plene Anch. *consi.*396. *In vnum casum, per tot.* vbi dicit procedere, etiam si filius esset frater incapax, pro-
27 ut ordinis Mimorum. † Extende; quia monachus sicut seruus obligatur naturaliter, sed non ciuiliter, licet aliqui teneant contrarium, quod nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur; sed prima verior argumento serui. Abb. *consi.*104. quod est Hugolini de Mi-
riscalchis de Bononia, *num.*3. *lib.*1. † Extende; quia pro implenda conditione possunt fratres S. Francisci de facto nominare syndicum ad distribuendum, prout posset deportatus; quia licet de iure non possint sibi eligere procuratorem, seu syndicum, bene possunt de facto pro implenda conditione. Bart. *consi.*6. *num.*2. *&*
seq. ver. secundo videtur, maxime *nu.*4. *lib.*1. vbi apost. *in ver. syndicum.*
† Extende in simili de bannito, deportato, & damnato in metallum; quia licet sit seruus pœnæ; tamen retinet iura naturalia, & etiam ciuilia tendentia ad substentationem vitæ, ita Bar. *in quæst.*
*Lucanæ ciuitatis, num.*3. *ver. tertio probatur.* † Limita; quia potest esse exequutor, & distributor ad pias causas. Abb. *consil.*44. *Ad decisio-*
*nem, nu.*2. *& seq. ver. sed iis non obstantibus, lib.*2. vbi talis distributor non potest compromittere. Bart. *cons.*5. *Visa quadam, num.*5. *ver. ad*
*hoc respondetur, lib.*1.

Monachus vnde bona acquisiuisse præsumatur. Concl. 315.

MONACHVS † præsumitur acquisiuisse in dubio potius ex hæreditate paterna, quam ex monasterio, vt licita præsumatur acquisitio, & quicquid acquirit professus, acquirit monasterio. Lap. *alleg.*62. *nu.*6. *ver. ad secundum.* † Amplia, vt monachus professus in vno monasterio, & translatus ad alium ordinem, etiam non legitime acquirit secundo monasterio; quia potius acquisiuisse præsumitur ex administratione bonorum secundi monasterii, quam primi. Lap. *d. alleg.*62. *nu.*8. *in fin. ver. quo autem.* † Declara hanc ampliationẽ, vt procedat, si steterit in secundo ordine, & administrauit bona illius; si vero stetit extra; & sit male translatus, præsumitur ex industria acquisiuisse, & acquirit primo monasterio. Lap. *d. alleg.*62. *in fi. ver. quo autem.* † Amplia, vt idem sit in Episcopo, qui habebat Episcopatum, Archidiaconatum, & Canonicatum, vt si non apparet, ex quibus bonis acquisiuerit, præsumatur ex omnibus. Fed. de Sen. *consi.*35. *Quidam monachus, n.*2. *circa fin. col.*2. *ver. sed videtur, quod dicta tertia, & in fine consilij, num.*4. vbi soluit hoc, quod aliud est, quando tractatur de acquirendo, videlicet cui acquirat; aliud, ex cuius bonis præsumatur acquisitum. & idem tenet Bald. *cons.*63. *Factum tale est, D. Nicol. in fin. ver. si autem*
*constat, lib.*1. † Limita; quia si nullo modo constare potest, ex quibus beneficiis, vel bonis acquisiuerit monachus et iam habens prioratum manualem, præsumitur monasterio, vel conuentui acquirere. Bald. *d. cons.*63. *in fi. lib.*1. † Declara, quia monachus præsumitur non acquisiuisse ex bonis monasterii, quando ecclesia agit, vt repetat solutum à monacho, alias secus. Bald. *consi.*131. *in fin.*
*lib.*3. Vide, *Bona per Prælatum acquisita. Concl.*112.

Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit. Concl. 316.

REGVLA; † quia monachus incapax respectu sui, sed capax respectu ordinis sui, si hæres instituatur simpliciter, acquirit suo ordini, quando vnicum ordinem professus est. Bald. *consi.*131.
*Præmittendum est, in princ. lib.*1. † Declara, vt si monachus hæres institutus tempore institutionis esset in vno ordine, tẽpore mortis testatoris in alio, & tempore aditionis in alio, cui ordini acquirat & fac plures casus. † Primus casus est, quod acquirit illi ordini de; quo testator fecit mentionem, puta instituendo hæredem monachum talis ordinis; quia ordo ille censetur institutus, quãdo monachus est incapax per se. Bald. *consi.*329. *in princip. ver. aut instituat*
*hæres, lib.*1. † Secundus casus est, quando monachus est capax etiam respectu personæ suæ, & siquidem est consanguineus testatoris, præsumitur ratione consanguinitatis institutus; ideo prolẽ retinebit in dubio vsumfructum, si nõ est consanguineus, acquirit monasterio nominato, seu ordini nominato. Bald. *d. consi.*332. *in*
*princip. ver. aut instituitur. lib.*1. † Tertius casus est, quando non est nominatus ordo monachi instituti, nec est consanguineus, nec capax per se; & tunc acquirit illi monasterio, in quo est professus tempore mortis testatoris; quia attenditur tempus mortis testatoris secundũ Bald. *d. consi.*332. *circa princ. v. aut instituitur. lib.*1. Contrariũ, † quod imo attendatur, & acquirat illi monasterio, in quo erit tempore aditionis hæreditatis, & non testamenti, tenet Fed. de Sen. prout refert Bald. *d. consi.*332. *circa princ. ver. si autem alicui re-*
*ligioni, li.*1. vbi adducit rationem; quia superior primi ordinis non potest cõpellere, vt adeat, sed superior secundi; ergo secundo acquirit, & est *consi. Fed. de Sen.*10. *In ciuitate Perusii, col.*3. *v. præterea aut*
cauetur

cantur, vbi q̃ illi domino acquiritur per seruum, qui potest iube-
7 re, vt adeat. † Declara, vt in additione hæreditatis, in qua requiri-
tur iussus superioris, acquiratur ordini, in quo est tẽpore aditio-
nis propter iussum superioris; secus est in legato, in quo iussus nõ
requiritur; quia primo monasterio, in quo erat tempore mortis
testatoris acquiritur. Bal. *d. cons. 332. v. alij tamen aliter*, vbi dicit hanc
* 8 veriorem * opin. *lib. 1.* † Amplia; quia monachus subiectus ratione
professionis Hospitali S. Ant. Vien. & suppositus Abbati certi or-
dinis diuersi, sub cuius territorio est Hospitale, S. Ant. acquirit
Hospitali, non autẽ monasterio Abbatis. Bal. *cons. 309. Proponitur,*
quod lib. 3. in pr. v. in contrariũ videtur, & latius *n. 3. v. & ex hoc fortifica-*
9 *tur.* † Amplia, q̃n monachus ẽt vagaretur extra monasteriũ; quia
adhuc acquirit suo monasterio. Anch. *cons. 424. in fi. n. 5.* vbi reddit
rationẽ, vsq; in fi. q̃ duplicatur *cons. 352.* & est subscriptũ ab Ant.
20 de But. † Amplia, etsi monasterium sit reformatũ, vt quia propter
dissolutionẽ fuerint appositi monachi alterius religionis, put in
monasterio S. Michaelis in Bosco Bononiæ. q̃ erat fratrum S. Au-
gustini, & fuit datũ monachis Montis Oliueti; quia adhuc primi
monachi ẽt viuẽtes extra monasteriũ acquirunt monasterio suo.
Anch. *d. cons. 424. Pro clariori, in pr.* q̃ duplicatur 352. & est subscri-
11 ptũ ab Ant. de But. † Restringe, nisi in alio monasterio se collocas-
sent. Anch. *d. cons. 424. n. 3.* & duplicatur 352. & subscripsit ẽt Ant.
12 de But. † Amplia; quia monachus quicquid acquirit, acquirit suo
monasterio, vel conuentui, prout filius acquirit patri, seruus do-
mino, & de singulis, *c. cum ad monasteriũ. in pr. de stat. monach.* Fed. de
Sen. *cons. 4. Testator in vlt. volunt. n. 2. v. in contrariũ videtur. & cons. 12.*
n. 5. v. quod autẽ relinquitur, & cons. 20. n. 4. ver. sed quod acquiratur con-
uentui, & cons. 35. Quidam monachus. in pr. sequitur Bal. *cons. 63. Factum*
tale est. D. Nicol. lib. 1. per tot. & cons. 309. Proponitur, quod Hospitale, n. 3.
☞ *ver. & ex hoc fortificatur. li. 3.* Vide, *Fratres mendicantes, &c. Concl. 472.*
13 Vide. *Monasterium acquirit bona. Concl. 345.* † Extende in tantũ mo-
nachum acquirere suo monasterio, vt istud sit de iure naturali, &
de consensu, qui non tollitur in dubio per Papam, & si alteraret
14 regulã, & monasterium. Anch. *cons. 424. in pr.* † Declara tamẽ, quia
si legatur monasterio, acquiritur immediate monasterio, si lega-
tur monacho, acquiritur monasterio mediante monacho. Bart. *q.*
* 11. *Quidam reliquit, in fi. pr. ver. respondetur*, & ista est opinio * cõmu-
nis Legistarum, quod si legatur monacho, non acquiritur mona-
sterio ipso iure, sed mediante persona monachi. Soc. *cons. 183. circa*
prin. lib. 2. plures citat pro hac parte Clar. *in §. testam. q. 30. ver. ex alia*
15 *parte.* † Contrarium, quod imo si monachus hæres instituitur, ac-
quiratur hæreditas monasterio ipso iure absque vllo ministerio
* monachi, tenent cõmuniter * Canonistæ, vt plene Clar. *d. §. testam.*
* 30. *in pr.* vbi citat plurimos de * cõmuni, pro vtraq; parte, ma-
xime Corn. *cons. 272. li. 3.* Soc. *cons. 183. in pr. li. 2.* Curt. Iun. *cons. 48. n.*
16 8. & dicit esse arduam quæstionem. † Declarat ipse Clar. quod o-
pinio Canonistarum debet seruari in foro ecclesiastico, & opinio
Legistarum in foro seculari; sed certe ista declaratio nullo modo
est tenẽda, & miror de ipso Claro, qui semper tenuit, quod in du-
bio opinio, quæ est pro religione, est tenenda, & in æquiorẽ par-
tem inclinandũ, maxime; quia habemus ẽt regulas priuilegiantes
de iure ciuili, quod dominiũ transfertur in Ecclesiam sine appre-
hensione. *l. vt inter diuinum. circa fi. C. de sacr. eccl.* vbi Bar. *n. 17. & 18.*
& quia apices iuris ciuilis, & solemnitates inductæ à iure ciuili nõ
seruantur, neq; comprehendunt causam piam, etiamsi in foro se-
culari agatur, vt ipsemet Clar. *ind. §. testam. q. 6. in pr. ver. est autẽ in se*
cunda, cum seq. per tot. quæstio. Extende, quia monachus in tantum ac-
quirit monasterio, vt neque testari possit, imo omnia, quæ habet
ante monachatũ per ingressum, & professionẽ, si ante non dispo-
suit, acquiruntur monasterio, prout ẽt acquisita post monachatũ.
17 Ang. de Perus. *cons. 133. Super primo. in pr.* † Amplia, vt in tantum ac-
quiratur monasterio per monachũ, vt hæreditas, vel acquisitum,
nec momento remaneat penes monachũ, *l. placet, ff. de acquir. hær.*
18 Fed. *d. cons. 4. n. 2. in fin. v. secundum prob. atur.* † Amplia in tantum, vt
monasteriũ possit adire, vel acceptare legatum, ẽt monacho no-
lente adire, neq; acceptare Arch. *in c. vnico. 18. q. 1.* quem refert, &
sequitur Fed. *d. cons. 4. n. 2. in fi. v. secundum prob. atur.* Fed. *d. cons. 20. nu.*
4. ver. sed quod acquiratur conuentui, & in fi. consilij, ver. ad solutionem, in
quibus locis, quod imo plus eximitur à propria voluntate mona-
chus, quã seruus. Bart. *in l. 1. nu. 21. ff. de vulg. & pup.* vbi alios allegat.
19 † Contrarium tenet Ang. *cons. 91. Sancta Carmelitarum, in pr.* vbi re-
spondet ad contraria, & probat hanc veriorẽ; quia æquiparatur
seruo, & non filio, & dato; quod filio æquiparetur, *l. fi. §. sin autem,*
C. de bon. quæ liber. correctoria loquens in filio non extenditur ad
20 monachũ æquiparatum. † Extende cõtrarium; quia quicquid sit
circa dissensum, bene verũ est, quod monacho absente, cui delata
est hæreditas, & non dissentiente, non potest monasterium adire.

Ang. *d. cons. 91. n. 2. ver. eo autem absente*, vbi, quod * omnes ita tenent. *
† Amplia; vt etiã procedat, quacunq; occasione acquiratur; quia 21
monasterio acquiritur. Fed. *cons. 35. in pr. & per tot.* vbi loquitur de
monacho interfecto habente filios ante monachatum, vt si certa
pars bonorum homicidæ applicetur hæredibus interfecti, succe-
dat monasterium, tanquã hæres monachi interfecti, & maxime
n. 3. ver. si volumus tenere, quod filius, col. 3. vbi tollit iura inducta pro fi-
lio vero, vel saltem fit diuisio inter eos, vt tenet in fin. † Contra- 22
rium tenet idem Feder. quod imo filii naturales succedant, & nõ
monasterium *cons. 174. Ego putarem, per tot.* vbi est consilium super
eodem casu, & credo hanc veriorem. † Amplia, vt procedat, quod 23
monachus acquirit monasterio suo, etiamsi de facto alteri Eccle-
siæ, vel monasterio sine licẽtia superioris esset factus administra-
tor; quia si trãsitus est illicitus, quicquid acquirit, acquirit primo
monasterio, cui tenetur, ita videtur velle in simili Fed. *cons. 20. n.*
4. v. modo arguendum est, vbi, q̃ Episcopus obligatus suæ ecclesiæ,
licet de facto insistat alteri officio, acquirit ecclesiæ etiam in lega-
to facto contemplatione officii, & in terminis de monacho, qui
transiuit de facto ad aliud monasterium, Lap. *allegat. 62. in fi. v. quo*
autem, sequitur Soc. *cons. 270. in pr. lib. 2.* vbi dicit * cõmunem. Ex- *
tende, † vt idem sit in moniali professa in vno monasterio; quia 24
si transit sine licentia ad aliud monasterium, acquirit primo, quã-
do transitus ad secundum non est licitus. Soc. *cons. 270. Considerat is*
its, in pr. lib. 2. vbi dicit * communem. † Restringe; quia professus 25 *
in primo monasterio, si transeat ad strictiorem petita, & non
obtenta licentia, dimittit bona quæsita primo monasterio, non
autẽ secundo. Angel. *cons. 235. Punctus est, Albertus. in pr.* † Declara ta- 26
men; quia si acquireret ratione administrationis factæ in secũdo
monasterio, si habebatur pro legitimo Prælato secũdi, psumitur
acquirere secundo, alias secus, vt ibi Lap. *d. alleg. 62. in fi.* Bald. *cons.*
63. n. 3. v. secunda est. lib. 1. † Amplia in bonis iam delatis, & acquisi- 27
tis in primo monasterio; quia si transit ad secundum de facto, nõ
transfert bona, imo, nec etiam si transit licite; quia nõ transfert,
nisi vsumfructum acquisitorum, eius vita durante. Lap. *d. alleg. 62.*
per tot. licet contrarium teneat Abb. *in c. quod à te, de cler. coniug.* sed
cum Lap. concor. Cald. *cons. 408. in pr.* alias 23. *de regular.* Vide, *Mo-* ✠
nachus transiens ad alium. Concl. 322. † Amplia; quia acquirit mona- 28
sterio secundo is, qui ante ingressum religionis fuit hæres institu-
tus, & ante aditam hæreditatem intrauit ordinem Mendicantiũ
incapacem, postea legitime translatus ad ordinem capacem si re-
perit hæreditatem adhuc vacantem acquirit secundo monaste-
rio. Fed. *cons. 27.* † Declara, quod si primus agnatus, cum per pri- 29
mũ ingressum erat delata hæreditas, non adiuit intra tempus le-
gitimum, ita quod sit delata secundo agnato, ipse professus primo
exclusus, si interim ante delationẽ apertam secundo agnato, fuit
factus capax, saltem habebit locum secundi agnati. Fed. *d. cons. 27.*
circa si. ver. si contingat. † Contrarium vtroq; casu tenet Lap. ibi in 30
addition. ad *d. cons. Fed. 27.* quia semel ius adeundi deuolutum est
agnatis per exclusionem incapacis, qui debet præferri omnibus.
† Amplia; quia si fiat legatum monacho, ita vt non possit aliquid 31
acquiri monasterio, quomodo intelligatur legatum, plene Bart.
q. 12. Quidam reliquit, vbi in prin. quod non valeat propter contra-
rietatẽ; secũdo, quod valeat; quia potest saluari octo modis, quod
non acquiratur monasterio, in quo est: item si promoueatur mo-
nachus per Papam: item, quod monachus sit minister, vel mona-
sterium: item quoad possessionem: item, quod monachus habeat
de licentia sui superioris: item pro alimentis, & necessariis: item
non quæratur ex legato, sed beneficio legis: tertio dat sex exẽpla,
quib. reiicitur ille modus, vel conditio, q̃ non acquiratur: vltimo
soluit, quod verum est, quod non acquiritur monasterio recusan-
te monacho, sed eo volente secus, allegat tex. *in l. si vsusfructus, §. si*
ita. ff. quand. dies leg. ced at. † Extende, vt idem sit, si ex contractu ce- 32
lebrato cum monacho deberetur, quod non acquiratur mona-
sterio, & si Abbas, vel monasterium petierit illud commodũ, de-
uoluatur ad alium; quia præsumitur ex dolo monachi appositũ.
Bart. *d. q. 12. ver. solutio, col. 1. v. sed quid si adiiciatur.* † Extende, vt pro- 33
cedant præmissa, etiam si in dispositione vltima, vel contractu in-
ter alios siue monacho aliquid legatur, vel pmittitur monacho,
cum hoc, quod non acquiratur monasterio, & si contrarium fiat;
tunc reuertatur ad hęredes legantis, vel disponentis, vel transeat
ad tertium vocatum; quia sicuti valet prohibitio alienationis sub
pœna, vt res ad alium transeat; tamen hoc casu non valet, secun-
dum Bar. *d. q. 12. Quidam reliquit, in ver. solutio, col. 1. ver. sed quid si adiu-*
ciatur. vsque in fi. vbi allegat pro vtraq; parte, & hanc tuetur; quia
quatenus, phibitio fit, ne ad monasteriũ deueniat; aut fit propter
odiũ, & cessat in monasterio; si fauore monachi, & tertii vocati,
adhuc idẽ; quia alienatio, quæ fit ex causa necessaria, permittitur,

& non

& non est locus pœnæ, prout in casu isto, in quo ex necessitate le-
34 gis monasterio acquiritur. † Extende idem in simili in vsufructu relicto, qui est prohibitus in aliũ transferri, & translatus reuertitur ad proprietarium, pone, quod relinquitur seruo, certe licet contemplatione serui acquiratur domino viuente seruo. Bartol.
35 *d.q.12.in v.solutio, col.2.ver.secundo probo sic.* † Declarat tamen Bart. *d. q.12.circa fi.v.tertio probatur*, quia fauore monachi talis prohibitio facta videtur; igitur pœna non cõmittitur eo volente, quatenus igitur consentiat, quod potest de licẽtia sui superioris, res est clara, si dissentiat, vel cõpelleretur coacte consentire, non acquire-
36 retur monasterio. † Amplia, vt idẽ sit in monacho præsentato in Rectorem Hospitalis non curati, & confirmato, ac instituto per Episcopum; quia cũ remaneat monachus, est suppositus suo Abbati, & non Episcopo; ideo ad claustrũ potest reuocari; quia non habet velle; nec nolle, & quicquid acquirit, acquirit monasterio.
37 Fed.de Sen.*cons.134.Casus talis est, quidam Abbas.* † Extende idem, si est factus Prior, vel Archipresbyter manualis; quia ex quo non liberatur à clausto; quia potest reuocari, acquirit monasterio. Bald.*cons.63.Factum tale est, D.Nicolaus, n.1.ver.& licet monachus, lib.1.*
38 *& n.2.ver.prima est.* † Restringe, nisi acquireret ex re, vel administratione prioratus manualis, vel quia illi relinqueretur. Bal.*cons. 63.n.1.ver.& licet monachus.lib.1.& n.3.ver.secunda est, & n.4.ver.tertia est*, vbi in fi. quod nisi constet, in dubio præsumitur acquirere mo-
39 nasterio. † Amplia, vt nec valeat consuetudo, quod monachus retineat sine licentia superioris sibi relicta contemplatione personæ à cõsanguineo, vel alio; quia est contra substantiã professionis, & nutritiua peccati. Cald.*cons.42. An valeat consuetudo*, alias
40 *4.de consuetud.* † Amplia in monacho, qui fuit depositus, & priuatus Prælatura regulari propter demerita; quia nihilominus remanet monachus, & acquirit monasterio suo. Cald.*cons.328.*alias
41 *1.circa med.de pecul.clerico.* † Declara tamen omnes ampliationes, & alia superius dicta, vt professus acquirat monasterio, quãdo professionem fecit in manib. Prælati certi monasterii, & professio est specialis in illo monasterio; si vero professio esset in genere facta in manib. generalis, & quoad ordinẽ, & religionem, tunc acquireret toti ordini & religio succederet illi, ita, quod hæreditas esset distribuenda per generalem; si vero professio esset in genere generalissimo, ita quod non esset obligatus ordini certæ religionis in specie, acquirit religioni in genere ad distributionẽ Episcopi.
42 Cald.*cons.*408. alias 23. *de reg. per tot.* † Amplia, vt nedum monachus acquirat monasterio, sed etiam professio operatur, vt bona professi transeant in monasterium. Cald.*d.cons.*408. alias 23. *de reg.* & idem de vsufructu dicit Gem. *cons.*80.*n.9.ver.secundo præmitto.*
☞ Vide, *Professio religionis operatur multa, & quæ Concl.*883. † Extende;
43 quia si legatur vsusfructus monacho indistincte; tunc etiam acquiritur monasterio. Gem.*cons.*80.*nu.9.v.quandoque vsusfructus sim-*
44 *pliciter.* † Amplia, vt procedat, etiamsi monachus professus nomine alieno emisset; quia detecta simulatione contractus acquisita spectabunt ad monasteriam, vel Prioratum etiam manualem secundum distinctionem præmissam, videl. si apparet, de cuius bonis vel administratione acquisiuit, illi debeatur, in dubio monasterio acquisiuit, sub cuius potestate reperitur tempore acquisitionis. Bald. plene *cons.63.Factum tale est, Dominus Nicolaus, lib.1.per*
45 *tot.* † Amplia; quia monachus vnius religionis, & monasterii acquirit eidem monasterio, etiamsi monasterium reformetur, & alteri regulæ monasterium concedatur; quia monachus primæ religionis dicti monasterii etiã manens extra monasterium, si moriatur, acquiruntur eius bona monasterio. Pet. de Anch.*cons.*352. *Monasterium S.Michaelis per tot.* quod etiam est subscriptum ab Ant.
46 de But. † Amplia, vt monachus de monasterio expulsus, vel licentiatus acquirat illi monasterio, donec aliud monasterium ingrediatur. Pet. de Anch.*d.cons.*352.*n.3.* & 4. vbi dicit hoc esse de mente * omniũ scribentium, quod ét est subscriptum ab Ant. de But. *&n.3.ver.consequenter.* dicit nullo modo illum desinere esse monachum, sed acquirere monasterio, ét quod esset expulsus, & essent negata illi alimenta; quia donec aliud monasterium ingrediatur,
47 primo acquirit. † Amplia etiam in monacho electo, & licentiato de monasterio, vt sibi quærat aliud monasteriũ; quia donec aliud monasterium ingrediatur, acquirit monasterio, à quo fuit licentiatus, ét si non præstitit alimenta. Anch.*d.cons.*424.*n.*4. vbi, quod
* omnes * ita tenent, & duplicatur *cons.*352. subscriptum ab Ant. de
48 But. † Extende idem, quando ab Abbate fuit expulsus, & volens redire ad disciplinam non fuit admissus; quia licet Abbas male faciat non admittendo reuertentem, & possit puniri; tamen interim, donec aliud monasterium ingrediatur, acquirit monasterio. Anch.*d.cons.*424.*nu.*4. duplicatur *cons.*352. & est subscriptum
49 ab Ant. de Butr. † Extende multo magis in monacho stante extra monasterium, cui præstantur alimenta. Anch.*d.cons.*424.*per tot.* vbi est casus consilii, duplicatur *cons.*352. † Extende sine difficulta-
te, quando ex ordine Papæ monasterium fuit reformatum, & introducti in monasterio diuersi religiosi cum decreto, quod alii stent extra, & habeant alimenta; quia acquirunt monasterio. Ant. de Butr. in subscriptione sua ad *cons. Anch.*352. † Amplia, vt quod
dicitur de monacho, procedat in omnibus fratribus, maxime S. Aug. Heremitani, & aliis, qui proprium habere non possunt in particulari; quia omnia acquirunt monasterio, & omnis alienatio per eos facta sine monasterio est ipso iure nulla. Abb.*cons.*27. *Proclara, lib.*2. Feli. & alii *in c.in præsentia, de probat.* Ias. *in auth. ingressi, n.* 24. *C.de sacrosanct.eccl. c.ad monasterium, de stat.monach.* Fel. *in c.dilecta, ver. monachus, de rescrip.* Bald. *in rubr. C. depos.* Fel. *in c.parochiano. in ver. nota, quod monachus, de sent.excom.* Soc. *cons.*10. *lib.*1. adde Bar. *in l. si liber homo. ff. de stipulat. seruo.* Abb. *in c.quando, de offic. ordin.* † Limita; quia
monachus non acquirit monasterio hæreditatem sibi delatam, & non agnitam, quando erat absens, & non adiuit; quia monasterium non poterit adire. Ang. *cons.*91. *S.ancta Carmelitarum, nu.*2. *ver. eo autem*, vbi quod * omnes ita tenent. † Limita, quando hæreditas erat delata laico, qui non adiuit, & professus postea fuit; quia si habebat cohæredes, illis accreuit tota hæreditas, & monasterio non potest adire inuito monacho. Ang. *d.cons.*91. *n.*2. *v. licet autem opinio.* † Extende, vt idem sit; si habebat substitutos. Ang. *d.cons.*91. *n.*3. *ver. secundo habet.* † Limita in monacho translato ad aliud monasterium; quia acquirit secundo monasterio, non primo, si in secundo remanet obligatus. Fed.de Sen. *cons.*19. *n.*4. *infi. ver. & ideo stylus*, vbi, quod secus, quando non transfertur, vt sit monachus, sed vt sit Prælatus; quia licet liberetur à primo; non tamen obligatur secundo post Prælaturam, sed est suppositus Episcopo, vt vbi *col.pen.ver. ad secundam, & ver. ad tertiam quæstionem*, & intellige, quod acquirit illi monasterio, in cuius potestate est tempore cõtractus; ideo si est in primo, acquirit primo, si in translato, acquirit secundo. Bald. *d. cons.*63. *ver. item oportet scire. lib.*1. † Et idẽ, licet
translatus ad Episcopatum; quia acquirit Episcopatui. Fed. de Sen. *d.cons.*19. *in prin. ver. in contrarium videtur, sub n.*3. allegat *c.cum in cunctis. de elect.* & latius *cons.*20. *per tot.* vbi loquitur in monacho confessore fraternitatis laicorum, cui factum est legatum, vt non acquirat fraternitati; quia non est obligatus; item nõ officio cõfessoris; quia non est perpetuum; item non monasterio; quia fuit ante additionem factus Episcopus de licentia superioris; igitur acquirit ecclesiæ suæ Episcopali. † Et idẽ in monacho vagabundo; quia
non acquirit monasterio. Innoc. & Host. *in c.cum olim. al secondo, de priuil.* quos refert Fed. de Sen. *d.cons.*20. *n.*4. *ver. & optime facit*, qui loquitur, quando est vagabundus; quia expulsus est; quia tali habet ordinari ab Episcopo, cui subest, vt Feder. *cons.*38. *per tot.* igitur necessario acquiret Episcopo, vt *in d.cons.*20. *col. fi. v. & propterea.* & latius *n.*4. *ver. sed quod acquiratur Episcopatui*, sequitur Bald. *cons.*60. *n.* 4. *ver. exemplum de secundo. lib.*1. † Contrarium in monacho apostante, vt acquirat monasterio suo, etiamsi sit vagabundus. Cald. *cons.*496. *in fi.* alias 5. *de hæret.* & idem tenet Fed. de Sen. *d.cons.*20. *n.* 4. *ver. & optime facit.* Anch. *cons.*424. *n.*4. *& seq.* † Et idem in monacho promoto ad Episcopatum, vel aliam ecclesiam, vel dignitatẽ, quã postea dimisit, vel ea priuatus est; quia ex quo remanet monachus Episcopo suppositus, acquirit Ecclesiæ Cathedrali. Fed. de Sen. *d.cons.*20. *in fin. ver. item nec illa opinio, quæ habet, quod dicens fin.* † Et idem in monacho Priore conuentuali creato ab Abbate in
alio monasterio; quia quicquid acquirit, dum est Prior, etiam ad nutum, & amouibilis existat, acquirit Prioratui, & non monasterio. Fed. de Sen. *cons.*35. *Quidam monachus, per tot. col.*1. *ver. sed contra videtur, & n.*4. *vsque in fi.* vbi loquitur de monacho Priore facto amouibili interfecto, vt pœna applicata hæredib. applicetur Prioratui, excluso filio vero, & monasterio, licet in fi. dicat posse inter omnes diuidi. † Restringe, vt procedat, quando non constat de
professione monachi translati in primo monasterio, nisi præsumptiue, & tacite, & constat de expressa professione in secundo; quia tunc acquirit secundo monasterio, in quo magis clare constat eũ professum. Soc. *d.cons.*270. *Consideratis iis. per tot. lib.*2. vbi dicit hoc procedere, etiamsi non constet de licentia transeundi, quæ præsumitur ex diuturnitate temporis. † Limita in mendicantibus, &
aliis, qui non possunt ratione regulæ aliquid proprium habere; quia monachus eo casu nõ acquirit monasterio, cum non sit monasterium, nec monachus capax, sed acquirit ordinario, videlicet Episcopo, si non est exemptus, & si est exemptus, acquirit Papæ. Fed. de Sen. late *d.cons.*20. *col.pen. ver. & propterea licet*, vbi reprobat opiniones tenentium, quod tanquam mortuus faciat locum antecedentibus ab intestato; quia licet sit mortuus quoad se; non tamen quoad eum, cui acquirit, & quod monachus factus frater mendi-

mendicans non acquirat monasterio. Bald.*cons.63.nu.4.col.fin.ver.*
63 *idem in monacho facto fratre Minore.lib.1.* † Contrarium, quod acquiratur hæreditas delata monacho ordinis Minorum incapaci venientibus ab intestato. Feder.*cons.16.in princ.* vbi dicit hanc verio-
*64 rem *opin. † Extende hoc contrarium, quod hæreditas delata monacho incapaci acquiratur venientibus ab intestato, etiamsi antequam hæreditas sit adita, efficeretur capax per transitum legitimum ad ordinem capacem; quia nihilominus etiam acquiritur ipsis venientibus ab intestato. Feder.*d.cons.26.per tot.* vbi est casus consilii. † Imo, quod succedant etiam mendicantes, vt vendant, & sumant victum, & vestitum, & etiam expensas pro repa-
66 ratione, & fabrica. Bald.*cons.232.in princ.lib.2.* † Imo, quod bona, & hæreditas delata acquiratur pauperibus, quib. est distribuenda per Episcopum, inter quos pauperes connumerantur mendicantes quoad alimenta, & necessaria. Ang.*cons.91.Sancta Carmelitarum,n.3.ver.secundo dicendum,* vbi dicit ita tenuisse in publica disputatione, & consuluisse Florentiæ, & pro hoc allegat tex.*in auth.*
67 *de sanct. Episcop. §. sed hoc præsenti.* † Limita in eo, qui paterfamilias existens ingreditur monasterium mendicantium; quia bona ingredientis applicantur venientibus ab intestato. Feder. de Sen.
68 *cons.26. Casus talis est.in prin.nu.3.ver. item pone, quod aliquis.* † Extende hanc limitationem, vt procedat, etiamsi quis adhuc capax esset, & ei esset delata hæreditas, qua non adita se fecit monachum Ordinis Minorum incapacem, & deinde per ingressum alterius ordinis capacis reperit hæreditatem non aditam, quod sibi debeatur, tenet Feder.*cons.27. Titio existenti, per tot.* sed Lap.in fin.tenet contrarium; quia per primum ingressum fuit deuolutum ius adeundi consanguineis, à quibus semel est exclusus, & perpetuo.
69 † Limita in monacho præsentato, & instituto per Episcopum ad ecclesiam curatam; quia ratione curæ dicitur translatus, & liberatus à claustro, non tenetur habere socium, nec subest Abbati, sed Episcopo, cui ecclesia, & cura est supposita. Fed. de Sen. *consil.*
134.in prin.ver.sed si monachus. Vide, *Monachus quando ad, &c. Concluſ.*
70 331. † Limita in monacho priuato Abbatiali dignitate; quia si stat extra, & acquirit; acquirit Episcopo, & eius bona non sunt spolia; quia desiit Abbas esse. Cardin. Zabar.*cons.75.* in casu ibi post con-
fil. incipit, *Summus Pont.* Vide, *Monachi professi quando, & c. Concl.325.*
71 † Limita in non professis, & iis, qui possunt sibi acquirere, nec promittunt carentiam proprii; quia isti possunt sibi acquirere, nec acquirunt monasterio. Cald.*cons.* 411. alias 15.*de regular. in fin.*
72 † Limita in legato facto alicui monacho de vsufructu, quando assignatur causa, cuius cõtemplatione fit legatum, videlicet vt subueniat suis necessitatibus, & indigentiis. Gemin.*cons.*80.*nu.9.ver.*
73 *quandoque ius vsusfructus.* † Declara tamen, vt procedat limitatio, quando ius vsusfructus est pro necessitate, & non inabdicabiliter, sed abdicabiliter, sed toleratur à superiore, ita videtur velle
fil. Gemin.*d.cons.*80.*nu.4.& seq.* Vide, *Fratres non possunt habere. Concl.*
74 472. † Limita, quando monachus certi ordinis capacis deputatur exequutor, vel hæres ad distribuẽdum pauperibus; quia pauperibus acquirit, & non monasterio. Bald.*cons.*332. *Præmittendum*
*est in princ.lib.*1. Vide, *Successio in bonis clerici. Concl.*869. ¶ Extende;
75 quia officium exequutoris ad distribuendum, cum sit personale, competit monacho, non autem ordini, vel monasterio, licet debeat habere licentiam à suo superiore, vt tale officium possit assumere, vel exercere. Bald.*cons.*332.*num.* 2. *ver. sequitur aliud, lib.*1.
76 † Limita, quando monachus esset Capellanus Papæ, & ex priuilegio esset capax bonorum in persona sua; quia ex quo est capax tempore agnitionis acquirit sibi. Angel.*cons.91.col.3.in princip. ver. tertio.*

Monachus non potest habere aliquid proprium. Concluſ. 317.

1 MONACHVS † non potest habere aliquid proprium; quia abdicatio proprii est vnum de tribus requisitis ad professionẽ, *eam ad monasterium, de stat.regul.* Abb.*consi.*88. *Videtur,nu.*2.*ver. ter-*
*tio lib.*1. vbi, quod dicitur proprium possidere, quando inuito su-
2 periore, vel clam ab eo possidetur aliquid. † Extende, quia neque potest conuenire ex pacto, vt aliquid habeat proprium, vel ad vsumfructum, inuito, vel inscio superiore. Abb.*d.consi.*88.*nu.*3.*ver.*
3 *quinimo, lib.*1. † Extende; quia neque potest monachus habere cellas proprias, vel portiones aliquas præcipuas. Abb. *d. consil.*88.
4 *num.*4.*lib.*1. † Amplia; quia non valet relictum factum monacho, cum hoc, quod non possit molestari ab Abbate, & si molestetur, bona relicta deueniant ad alium; quia conditio tanquam contra statum monachi, & bonos mores reiicitur. Bart.*in l. Lucius. §. tres*
heredes. ff. ad Trebellian. Abb.*consi.*44.*Ad decisionem,in princ.lib.*2. vbi, quod bona monasterio acquiruntur; quia plena administratio bonorum monasterii pertinet ad Abbatem, non ad singulares monachos. † Contrarium tenet idem Bar.*in authen.excipitur.C.de*
5 *bonis, quæ liber.* vbi si relinquuntur bona monacho cum conditione, quod nihil acquiratur monasterio, licet conditio videatur turpis, & impossibilis; ideo reiicienda; tamen valet legatum, vt monachus habeat conniuentibus oculis superioris sui, quod fieri potest, & valet tacitus consensus. Abb.*d.consi.*44.*nu.*2.*& seq.ver.sed*
netur officio iudicis, & non iure actionis; quia interpellatio extraiudicialis non constituit eum in mora, sed requiritur litis cõtestatio. Alex. *cons.* 7. *Visis, & diligenter. n.* 11. *ver. sed posito, circa fi. lib.* 2. Corne. *cons.* 107. *nu.* 10. *ver. & in iis, quæ debentur, lib.* 2. vbi, quod requiritur interpellatio iudicialis, vel litis contestatio, & est * com- *
munis opinio, quando debetur officio iudicis nobilis. Ias. *in l. vinum. n.* 15. *ff. si cert. pet. at.* Vide, *Interesse quo iure debeatur. Conclus.* 538. 10
† Declara restrictionem illam ampliando duobus modis, & limitando quatuor modis; quia in iis, quæ debentur officio iudicis mercenario, sola interpellatio extraiudicialis sufficit, etiam si per verba enunciatiua fiat, cum eo, cui debetur reuerentia, secundũ cõmunem, de * qua Ias. *in l. vinum, n.* 15. *& seq. ff. si cert. pet.* vbi ponit quatuor limitationes; prima est, quando iure actionis; secunda, qñ creditor prius fuisset in mora; tertia, quando alia mora præcedebat; quarta, quando debitor interpellatus non poterat soluere; quinta, non sufficit aliqua interpellatio sola contra successorem debitoris, sed debet ostendi debitum. Iason *l. quod tenu.* 35. *ff. eod.* † Amplia; quia re ipsa contrahitur mora cum pupillis. *l.* Titius 11
Seio. 5. *vsuræ. ff. de leg.* 2. & ista dicitur mora irregularis, quæ re ipsa contrahitur ad fauorem minoris eo ipso, quod sibi non soluit. Bald. *cons.* 392. *Super primo, n.* 5. *ver. super sexto, lib.* 4. Fulgos. *cons.* 14. *Egregius miles.* † Extende in minore; quia ipso iure debitor minoris 12
est in mora. Socin. *cons.* 57. *n.* 43. *lib.* 4. † Extende, vt idem sit fauore 13
pauperum, vel piæ causæ; quia lapso termino soluendi pauperib. contrahitur mora re ipsa. Bald. *in cons.* 219. *Pepus Nicolutij, nu.* 2. *ver. sed non est omittendum, li.* 2. † Extende, vt idem sit fauore dotis quia 14
succedit mora irregularis, vt debeatur interesse sine alia interpellatione. Corne. *cons.* 145. *in princ.* Castr. *cons.* 11. *n.* 4. *ver. quatenus autem. lib.* 1. quia dos interpellat. Fulgos. *cons.* 201. *D. Gualãrada, ver. illud pa-*
stremo, late Petr. Surd. *cons.* 290. *nu.* 31. *lib.* 2. † Et ideo marito debe- 15
tur interesse dotis promissæ, tanquam damnum emergens pro tempore, quo onera sustinuit, etiam si incerta sit dos; quia sit in arbitrio tertii commissa. Surd. *d. cons.* 290. *n.* 31. *lib.* 2. vbi quod nul- 16
lus discrepat ab hoc. † Et procedit extensio etiam contra eum, 17
qui confessus est dotem habuisse, & soluere promisit; quia saltem lapso biennio currunt fructus sine interpellatione. Corn. *d. cons.* 145. *n.* 5. *lib.* 2. quod intellige respectu extranei, vt requiratur bien-
nium; secus si non esset extraneus, qui promitteret dotem. Castr. *cons.* 11. *n.* 4. *ver. quatenus autem, lib.* 1. † Declara, quod dicitur irregularem moram pro dote, vel alio casu speciali introduci sine ipso
ciali interpellatione, procedere, dummodo non contra pupillos vel pariter priuilegiatum; quia non procedit. Fulgos. *d. cons.* 201. 18
col. fi. qui loquitur, etiam si vnicus ex pluribus debitoribus esset pupillus; sed tamen contra tutorem, si habet tutorem, procederet mora irregularis, vt ibi dicit. † Extende; quia ratione damnorum, & interesse mora contrahitur re ipsa pro legitima filiorum supplemento legitimæ, ex quo æquitas *l. curabit. C. de actio. empt.* 19
trat. ita Alexand. *cons.* 69 *Super primo. num.* 3. *& 4. lib.* 1. & credo esse rationem; quia iudicium est vniuersale. Bald. *cons.* 341. *lib.* 3. & in- 20
diciis vniuersalibus bonæ fidei possessor non lucratur fructus. 21
Vide, *Fructus lucratur habens tut. Concl.* 491. † Extende; quia fauore 22
pu-

læ causæ hæres non soluens legata pia incidit in moram irregularem sine interpellatione. Bart. *consil.58. Quidam ser. Martinus, circa*
37 *fi. ver. præterea hoc videtur expressum, lib.2.* †Extende in contractibus correspectiuis; quia sine interpellatione currit mora irregularis. Corne. *cons.145.n.8.lib.2.* vbi, q procedit, etiã si adsint verba, quod promisit soluere ad omnẽ voluntatem creditoris; quia talia verba
38 sunt ad fauorem creditoris. †Extende in minore fauore minoris; item in Ecclesia; item in locis piis. Matthesil. *singul.44.n.4.* vbi loquitur in minore, & Ecclesia. Rom. *sing.117. Tu habes.* vbi loquitur
* in minore, & locis piis, & est* cõmunis opinio. Socin. in *l. de diui-*
39 *sione.n.14.ff solut. matrim.* † Declara tamen; quia mora irregularis non habet effectum in multis, prout regularis, & in multis habet eundem effectum, prout late Soc. *in d.l. de diuisione, n.13. & seq.* vbi congerit octo illationes, ex quibus colligitur, in quibus æquipa-
40 retur, & in quibus non. † Extende, etiam si minor non impleuit ex parte sua, quando erat vtile minori, vt impleret ad effectum
41 consequendi, quod sibi debetur. Corn. *cons.184.n.8.li.3.* †Restringe; quia mora irregularis fauore minoris non habet locum, qñ pariter is, qui dicitur morosus, esset minor; quia ex quo debitor tractat de damno, creditor de lucro, non habet locum, Fulgos.
42 *cons.124. per tot.* Castr. *cons.125. Viso testamento, col.2. in fi. ver. nec obstat. lib.1.* † Et quod mora irregularis non habeat locum pro minore, quando ipse quoq; minor est in mora implendi. Curt. Iun. *consil.*
43 *239.n.32. & seq.* †Declara; quia etiam contra minorem habet locum mora, quando interuenit decretum iudicis. Ruin. *cons.63. in*
44 *fi. lib.5.* † Amplia; quia mora contrahitur ab eo, qui est obligatus sub conditione aliquid vendere Titio, puta si Titius obtineat licentiam à Principe intra mensem, si durante mense alteri personæ vendidit; quia licet Titius non obtinuerit licentiam; tamen obligatus vendere incurrit moram. Bald. *cõs.112. Præmisso quod am, in princ. ver. circa primum, lib.3.* quod est subscriptum à duodecim Doctoribus, videlicet Paganino de Sala, Philippo de Cassolis, Bart. Paduxio, Signorino Homodeo, Thadæo de Vicomercato, Io. de Bon. Pier Matthæo de Vite, Bart. Salycet. Petro Paulo de Trebel. Io. de Porcelli de Padua, Io. de Ordinariis, & Bald. *cõs.113.*
45 *Videtur, quod non posit, eod. lib.3.* Vide, *Mora non contrahitur ab obligato*
46 *sub conditione, si ante conditionem, &c. Concl.375.* † Extende, vt is, qui promisit pro alio, quod faciet, & ratificabit certam venditionem sub conditione factam, teneatur interpellatus ratificari facere etiam ante conditionis euentum, & si non faciat, incurrit moram promissam. Bald. *d.cons.112.n.2. ver. circa secundum, lib.3.* vbi, quod ra-
47 tificatio debet fieri sub eadem conditione futura. † Amplia; quia mora contrahitur absque interpellatione in obligationibus facti, qui obligatur statim facere, & non faciendo incurrit morã.
* Crauet. *cons.246. Iacobus Perott. in princ.* vbi dicit* cõmunem, & magis communem, & communem dicit Corne. *cons.207. in princ. lib.*
48 4. idem Crauet. *cons.192.n.16. & 17.* vbi late, & *cons.64. in princip.* & est decis. Bald. *in c.1.§. ad hæc. tit. hic fi. Lex Conrad. in vsib. feud.* Aret. *in*
49 *l. ex locati causa. ff. de ver. oblig. & in l. si stipulatus fuero te fisti. §. possum,*
50 *vol. tit.* Alex. & Ias. *in l. quod te. ff. si certum pet.* † Contrarium, quod requiratur interpellatio; quia dies tacita à lege non inest. Bartol.
51 *in lata stipulatus, in 6. quæst. ff. de verb. oblig.* Areti. *cõs.72.* †Quod procedit maxime, qñ non agitur ad pœnã, sed ad interesse. Crauett. *d.cons.246. in princ. & cons.64. in princ. & 192.n.16. & 17.* vbi allegat
52 complures ita distinguentes. †Declara; quia si factum habet tractum successiuum, mora succedit sine interpellatione; si vero habet momentaneum, requiritur interpellatio, quę statim nõ causatur mora, sed cum aliquo interuallo. Cephal. *cons.618. num.34. &*
53 *seq. lib.4. li. ita stipulatus essem.* vbi Castr. & Alex. per illum tex. *ff. de*
54 *verb. oblig.* Bart. *in l. stipulationes non diuiduntur, in 5. quæst. in princ. ff. eod.*
55 Alexan. *in l. si insulam, in 2. not. ab. eod. tit.* †Extende; quia qui tenetur facere ratificare contractum, debet facere omnem diligentiam absque interpellatione, alias incidit in moram, & tenetur ad in-
56 teresse. Crauet. *cons.64. in princ.* † Idem in eo, qui bona promisit disbrigare; quia tenetur cum primum poterit, alias est in mora sine interpellatione. Crauet. *d.cons.192.n.16. & seq.* Extende in tantum, vt postquam res est in iudicium deducta, non sit locus im-
57 plemento. Crau. *cons.192.n.16.* †Extende in eo, qui promittit curaturum. Mazol. *cons.116. per tot.* Crau. *cons.64.n.1.* †Restringe, qñ ad expensam facti debuit concurrere is, qui dicit moram incurrisse pro parte, & non fuit paratus, vel quando constat, quod partes intellexerunt de facto, quod crediderunt modicam impensam importare, & erat magna, ita Corn. *consil.203. Viso processu, per*
58 *tot. lib.4.* † Restringe, nisi obligatio faciendi, vel dandi esset sine
59 die tacita, vel expressa. Vide, *Obligatio faciendi impletur. Conclus.43.*
60 †Amplia; quia mora irregularis causatur in contractibus correspectiuis absque interpellatione; ideo debetur interesse semper.

Corn. *cons.145.n.6. & seq. lib.2.* †Extende in euictione sequuta; quia 36
quando est promissa, inducitur mora irregularis, & licet dies sit incertus à principio, interpellat, cum primum redditur certus, *l. euictis, ff. de vsur.* Bart. *in l. quoties, ff. de verb. obligat. la prima.* vbi, quod re ipsa contrahitur. † Amplia; quia vbi adest iuramentum, non 37
requiritur interpellatio, etiam si dies non sit certa, sed cum primum debens ratificare fuerit maior factus, ita Roland. à Vall. *consil.57.n.45. lib.1.* vbi dicit* communem. Riminald. *cons.89.n.15. lib.1.* *
vbi plurimos allegat. Vide plenius per Ant. Gabr. *lib.2. tit. de iureiur. Concl.2. Iuramentum constituit in mora absque interpellatione.* †Ex- 38
tende; quia vbi est iuramentum, & dies, committitur mora absq; interpellatione. Rol. à Vall. *cons.77.n.19. lib.7.* Cephal. *cons.118. nu.*
19. *lib.1.* Rimin. Iun. *cons.89. nu.15. lib.1.* vbi de* communi, & pluri- *
mos citat, & latius *cons.67.n.20. lib.1.* vbi dicit communem. † Ex- 39
tende, vt procedat, etiam si de iure mora nõ adesset, prout in emphyteuta, qui non cadit, nisi lapso biennio, vel triennio; quia si iurauit soluere omni anno, cadit singulo anno propter iuramentum,* communem dicit Rol. à Val. *d.cons.77.n.18. lib.1.* †Amplia; *40
quia mora semper contrahitur, vbi est delictum, violẽtia, vel dolus. Io. de Anan *cons.5.n.2. ver. circa secundum.* †Amplia, vbi est dies 41
certa. *l. magnum. C. de contrahen. vel committen stipul.* late Riminal. Iun. *cons.67.n.19.* & Castr. *cons.125. Viso testamento, col.3. in princ. lib.1.* vbi si dies est incerta, non committitur, veluti ætas nubilis legatariæ, & ibi apostil. in *ver. certa.* Alex. *cons.9. Attentis verbis, in princ. & per tot. lib.7.* Vide plenius per Anton. Gabriel. *lib.3. tit. de solut. concl.*
9. *Dies interpell. pro homine.* †Extende, vt procedat etiam in laudo 42
diuisorio, vel alias condemnante ad certã summam soluendam certo termino præciso; quia per lapsum termini, si non soluit debitor, incurrit moram. *l. traditione. §. de illo. ff. de actio. & oblig.* glos. *in l. si ex legati causa. ff. de ver. oblig.* vbi Iason *n.12.* & tali casu tenetur ad fructus, & interesse secundum *l. curabit. C. de actio. empti.* quando debetur pretium pro bonis diuisis. †Et an lapso termino præfixo 43
in laudo possit debitor soluere, & purgare moram inuito creditore, qui petit pœnam appositam in laudo, vide Lanfranch. de Oriano in *tract. de arbitr. in charta 14. quæst.11.* †Declara tamen; quia 44
si laudum non fuit notificatum, non currit terminus præfixus. Vide, *Laudum debet notificari vt noceat, & quãdo secus. Concl.23.* †Amplia; quia per litis contestationem contrahitur mora. Io. de Anan. 45
d.cons.5.n.4. ver. tertio quia. Alex. *cons.210. Ponderatis ijs in princ. lib.6. & consil.64. In causa. & lite, in princip. lib.7.* † Extende; quia sufficit, 46
quod lis habeatur pro contestata per negationem, vel contumaciam. Alex. *d.cons.64. in princ. lib.7.* † Amplia; quia mora contrahi- 47
tur contra condemnatum ex sententia, per lapsum quadrimestris post sententiam. Ioan. de Anan. *d.cons.5.n.5. vers.4.* † Limita; quia 48
mora non contrahitur, vbi aliqua exceptio legitima competit morosõ. Io. de Anan. *d.cons.5.n.6. versic. sed ijs non obstantibus.* Vide, *Mora non contrahitur. Concl.375.* †Limita; quia mora non commit- 49
titur ab obligato, quando dies est incerta, nisi interpelletur, prout hęres obligatus soluere dotes legatas sororibus; quando erant in ætate nubili. Castr. *consil.125. Viso testamento, colu.2. ver. circa quod, lib.1. & col.3.* †Extende, vt procedat, etiam si obligatio est ad cer- 50
tum diem in vno capitulo, & incerta quoad aliud capitulum connexum; quia requiritur interpellatio, vt incurratur mora, & pœna. Alex. *cons.132. Viso processu, n.2. ver. nec obstat. lib.7.* † Limita; quia 51
non sufficit libellus, vel petitio iudicialis. Dec. *in l. quod te. nu.3. ff. si cert. pet.* †Limita, quando terminus assignatur non debitori ad sol- 52
uendum, sed creditori ad petendum; quia non committitur mora ante interpellationem. Castr. *d.cons.125. Viso testamento, colum.3. in princ. lib.1.* Vide, *Terminus ad soluendum, &c. Concl.80.* Vide, *Vecturalis quando teneatur de mora. Concl.35.*

Mora quibus casibus non euitetur. Concl.374.

MORA † introducitur per eum, qui non implet contractum 1
statim, quod potest, etiam si tempus non sit præfixum, etiam sine interpellatione. Crau. *cons.246. in princ.* vbi dicit* cõmunem, *
quando agitur non ad pœnam, sed ad interesse. † Mora contrahi- 2
tur per eum, qui potest per exceptionem dilatoriam excludere suum creditorem, vt quia esset excommunicatus, vel vsurarius; quia non sequitur, hæres repelleret eum agentem contra me; ergo non sum in mora interpellatus extraiudicialiter. Lap. *alleg.53. An oporteat. n.4. ver. item colligitur.* ideo exceptio dilatoria non impedit moram contrahi, si non opponitur, vel opponi non potest interpellanti extra iudicium. † Amplia; quia moram, & pœ- 3
nam non euitat, qui tenetur facere copulatiue duo, si facit vnum tantum; quia non dicitur impleuisse, donec aliquid restat implendum. Bald. *cons.64. Quidam promisit dare, in fin. ver. aduertendum*

est.lib.1. vbi quod is, qui promisit facere approbare fideiussores per A.& B.non euitat pœnam, & moram, si vnus, vel alter solus
4 approbat. † Ampl a; quia mora non tollitur semel incursa, licet res debita postea pereat. Fulgos.*cons.141.Nanes,& Gorus.n.3.col.pen.*
5 †Extende; quia mora non propterea tollitur, si est incursa, licet iudex concedat dilationem, quæ datur miserationis causa. Fulg.
6 *cons.141.col.s in fi.ver.neque enim sunt hæc.* † Idem, si pars concedat dilationem post moram incursam. Ias.*in l.lecta.num.13.ff.si cert.pet.*
7 †Extende; quia mora semel incursa non tollitur, quando res non
8 est integra. Crauet.*d.cons.246.n.5.* †Extende, quando semel in iudicio fuit oppositum, & adest iuramentum. Crauet.*d.cons.246.nu.*
9 *5.* †Extende; quia quando adest iuramentum, non purgatur mora
10 semel commissa. Crauet.*d.cons.246.n.4.& 5.* † Declara; quia non admittitur purgatio moræ semel commissæ, quando vel agitur ad interesse, vel quod non consequatur actionem ex contractu; secus, si agatur ad pœnam. Crauet.*d.cons.246.per tot.& cons.292.n.*
11 *16.ver.nec audiretur.vsq; in fi.* † Amplia; quia licet mora possit purgari per eum, cui iudex præfixit terminum; secus est multis casi-
☞ bus. Vide Soc.*reg.24. Mora purgari potest.* vbi limitat tribus modis. Vide, *Mora an possit purgari, vel non. Concl.377.*

Mora non contrahitur ab obligato sub conditione, si ante conditionem non implet, & quando secus. Concl.375.

1 MORAM † regulariter non incurrit obligatus ad aliquid sub die, vel conditione non implens ex parte sua ante diem, vel conditionem. *l.cedere diem.ff.de ver.signif.* quia vbi non potest esse petitio, non cadit mora. *l.lecta,ver.dicebam.ff.si cert.pet.at.*
☞ Vide, *Interpellatio quando sit, &c. Concl.325.* † Amplia etiam in con-
2 tractu puro, vltro, citroque obligatorio; quia cõductor, qui promisit soluere affictus pro parte intra duos menses, e conuerso locator promisit reficere solaria locata deuastata, non incurrit moram lapsis duobus mensibus, nisi locator impleuerit pro parte sua; quia duo menses incipiunt post implementum locatoris. Bart.*in l.si conlegetur.§.fi.ff.de leg.1.* vbi Ias. Ruin.*cons.63.vol.5.in princ.*
3 †Extende idem in legato cum onere intra certum tempus, puta construendi Ecclesiam, vel aliud faciendi; quia intelligitur à die solutionis legati, ante non currit terminus. Bart.& Castr.*in l.fideicommissum.ff.de leg.1.* Aret.*in tract.de testamen.ver.item mandauit con-*
4 *strui.apellam*, vbi plura similia. Ias. *in d.l.si cui.ff.de leg.1.* † Extende, etiam si testator præfigat terminum à die mortis suæ; quia subauditur, & soluti legari. *l.3.ff.de stat.liber.§.si heredi.* Bart.*in l.genero.ff.*
5 *de ijs, qui not.infam.* † Et saltem à die aditæ hæreditatis; quia prius
☞ non valet legatum. Vide, *Legata non valent, neque debentur. Conclus.*
6 *52.* † Amplia; quia licet fructus dotis debeatur marito subsistinenti onera matrimonii; quia eo ipso, & sine interpellatione soluere debens dotem, est in mora; secus est, quando fuisset commissum in arbitrium tertii, an deberentur; quia si per mille annos maritus non petiit declarari, nulla mora est cõmissa pendente termino. Castr. *cons.11.Viso dicto libel.col.fi.* maxime *à nu.4.vsque in fi.lib.1.* vbi idem, quando maritus fecit dilationem; quia mora non cur-
7 rit interim. † Extende, etiam si dos esset promissa ad omnem voluntatem, seu requisitionem mariti; quia requiritur interpella-
8 tio. Abb.*cons.85.Videtur,col.fi.lib.2.* † Et quod requiratur interpellatio, alias non incurrat moram obligatus sub conditione, est
* cõmunis* opinio, de qua Cuma. *cons.186.Viso instrumento,in princ.*
* Anchar.*cons.291.Super pluribus,n.9.* vbi dicit communem.* Guido
9 Pap.*decis.497.Iuxta prædictam quæstionem.* Dec.*cons.2.col.3.* † Con-
☞ trarium in marito subsistenti onera. Vide, *Maritus quando consequi-*
10 *Concl.96.* † Extende; quia mora nunquam committitur sine interpellatione etiam stante statuto, quod non soluens gabellam in termino cadat à contractu; quia si contractus est sub conditione casuali adueniente conditione, contractus non redditur nullus, etiam si non sit facta solutio; quia requiritur interpellatio. Anch.
11 *cons.291.n.8.& 9.ver.subungitur tertium.* † Extende in casu conuenso; quia maritus obligatus inuestire dotem vxoris, vel dare idoneos fideiussores ad electionem socerilucratur fructus, nec dicitur in mora, nisi socer elegerit, *l.Stichum, aut Pamphilũ*, vbi Bart. & Castr. *ff.de sol.l.si quis stipulatus sit Stichum, aut Pamphilũ. ff.de verb.*
12 *oblig.* † Amplia, vt procedat etiã in minore, quia licet quoad eum mora irregularis contrahatur; fallit tamen, si ipse tenetur implere. Bald. *l.in minorum, C.in quib.caus.in integr.* † Contrarium tenet
13 Corn. *cons.184.nu.8.lib.3.* quando minori expediens erat implere, vt consequeretur, quod sibi debetur; quia suus debitor contrahit
14 moram irregularem. † Amplia; quia in actionibus stricti iuris, & quæ ex contractu stricti iuris veniunt, semper requiritur litis cõtestatio, & non sufficit extraiudicialis interpellatio; in actionibus vero bonæ fidei secus; quia sufficit extraiudicialis, text. est in *l.vi-*
deamus.§.actionem.la secunda.ff.de vsu. vbi Bar. cæteri, per quem text. ita tenet Pau. Picus *in l.vinum.n.11.ff.si cert.pet.at.* vbi Ias. *n.21.* Dec. *n.*
14. Curt. Iun. *n.17.* pro quo vide tex. *in l.cum fundus.ff.si cert.pet.at.* vbi
15 Iason ponit regulam, & fallentias. † In contrarium videtur sace-
16 re suppletio, quam communiter* faciunt Doctor. *in d.l.vinum.ff.si*
cert.pet.at. quod in mutuo ratione quanti plurimi; vel bonitatis in-
17 trinsecæ debeatur interesse à die moræ, & videtur * communis
18 opinio, & ibi Paulus Picus, *n.11.* vbi Ias. *n.18.* † Declarat Ias. *in d.nu.*
num,n.18. pluribus modis, quod illud sit à die moræ, *in l.vnũ.* quo-
19 ad bonitatem intrinsecam, quæ est eadem res, in *l cum fundus.* sit à die litis contestatæ; quia sunt extrinseca ista, & dicit cogitandum, si melior ratio diuersitatis potest assignari, sed Dec. ibi in glo. dicit, quod vel est bona ratio, vel est verior conclusio. *in l.cum fundus.*
20 † Declarat aliter Bald. *in l.3.§.in hac,num.7.& seq.ff.commod.* vt litis
21 contestatio requiratur in contractibus stricti iuris, quando non præcessit mora ante; sed tamen esset contra * communem in *d.*
l.cum fundus.ff.si cert.pet.at. † Declarat duobus modis Curt. Iun. *in d.*
22 *l.vinum,nu.17.* quod non procedat in eo, quod petitur, & fuit petentis, prout in mutuo, quasi sit speciale; quia alia iura non loquuntur in mutuo, vt videatur petere, quod fuit suum; tamen
23 non firmat; quia tex. *in l.si.ff.de tritic.* loquitur in mutuo large. † Id-
24 eo dat secundam declarationẽ, vt procedat mora in iis, quæ sunt stricti iuris à die extraiudicialis interpellationis, quando in obligatione erat dies, & lapsus erat. Vide eum, *num.17. in fin.in d.ve-*
num.ff.si cert.pet.at. vbi dicit* communem. † Declara in mercatore,
25 & solito negociari; quia ex mora debitoris consequitur interesse in omnibus actionibus etiam arbitrariis, communem* dicit Bur-
sat.cons.68.n.12.& 13.lib.1.&n.10. † Et quod requiratur vltra inter-
26 pellationem etiam decretum iudicis quandoque. Cyn. *in l.in mi-*
norum, C.in quib.caus.in integr.restitut.non est necess. Ægid. *cons.9.n.8.*
vbi dicit procedere, quando adest dies certa, & in odiosis, quando in aliquo grauatur morosus. † Amplia; quia mora non
27 incurritur per interpellationem extraiudicialem, nisi iis contestetur in iis, quæ officio iudicis debentur, & non iure actionis. Alex. *cons.7.col.fi.num.11.ver.sed posito, lib.2.* late Ias. *Insist. de act.§.iuxta,*
n.64.& seq. vbi, *num.60.* reddit rationem; quia debitum non dicitur, sed quasi debitum id, quod petitur officio iudicis. Bart. *in l.si*
postul.assem.ff.de damno infect. plurimos citat. Tiraqu. *in tract.de re-*
tract.lign.§.4.gl.6.in fi. Vide, & declara, vt supra *Concl.373.* in prima
28 restrictione, *n.6.* Vide, *Interesse quo iure debeatur. Conclus.198.* † Re-
29 stringe, vt nõ procedat in interesse debito solito negociari; quia ex soli mora, & sic per interpellationem extraiudicialem debetur etiam in arbitrariis. Bur sat. *cons.68.n.12.& 13.lib.2.* † Restrin-
30 ge, vt non procedat in officio iudicis mercenario; quia illud deseruit actioni, vt per Roman. *in l.1. ff.de arbitr.num.21.* Alexand. *in*
addit.ad Bart.in d.l.cum postulassem,in 1.apostill.ff.de damn.infect. † Co-
31 trarium dicit Dec. *in l. vinum, num.14.ver. & retenta conclusione ff.si*
cert.pet.at. vbi, quod non debetur iure actionis, quando officio-
32 dicis, siue nobili, siue mercenario debetur; quia licet mercenarium deseruiat actioni, intelligitur quoad principale, non quoad interesse. † Simpliciter vero loquuntur omnes, quando offi-
33 cio iudicis debetur, nunquam debet solui interesse, nisi mora per litis contestationem. Mascard. *conclus.333.nu.39.* vbi de* communi. † Amplia; quia mora non committit is, qui negat inter-
34 pellatus facere id, ad quod ipse non tenetur, prout est diuidere hæreditatem. Anchar. *cons.235. Prima facie, num.2.* † Amplia; quia
35 mora contracta per conductorem, qui non refecit Molendinum iuxta cõuenta, reducitur ad non moram, si impetu fluminis Molendinum corruat, & ita corruisset refectum, sicut nõ refectum.
l.si vt certo,§.interdum.ff.commod. vbi Bart. & alii. Alex. *consil.74.num.*
7.lib.1. † Extende; quia neque tenetur deinceps conductor repa-
36 rare, nisi sit in dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparetur, *l.si mu-*
ra.ff.sol.matr.l.si decem, & ibi Bart. *in fin.* & Castr. *ff.de solutio.* † Amplia; quia obligatus restituere bona ex fideicommisso reuenta
37 sua legitima, vel Trebellianica, non incurrit moram, si interpellatur, & ipse offert verbo; quia cum sit incerta quantitas restituenda, non potest dici morosus, donec sit liquidata. Anch. *cons.33. in*
fin. vbi loquitur, quando posset incurrere moram. † Declara vtin
38 *ver.Fideicommissarius. Concl.278.* † Extende; quia nunquam incurritur mora per eum, qui habet legitimam exceptionem. Ioan. de
39 Anan. *consil.5.Visa narratione,num.6.* Roman. *consil.204.in fin.* † Ex-
40 tende; quia nunquam mora habet locum in reo, quando ipse actor patitur est in mora, Ludou. Bologn. in *addit.ad Ioan. de Anan.*
cons.5.num.8. ver.præterea præsupposito. Ludou. Bolog. ibi *num.8. ver.*
præterea

Præterea. vbi, quod mora creditoris extinguit effectum resultantem ex mora rei. Roman. *cons.* 204. *n.* 9. *& seq.* Vide infr. *n.* 62. *ver. limitatio.* Alex. *cons.* 49. *Inspectis. num.* 4. *ver. quarto; quia dato, & cons.* 222. *n.* 8. *lib.* 2. sequitur Cravet. *cons.* 151. *n.* 10. plene Ancha. *cons.* 86.

in princ. Dec. *in l. fin. §. licet. C. de collat.* vbi plene. Vide, *Implere debet*
34 *actor, & Concluſ.* 50. †Extende; quia emptor, qui ſoluit pretium, & rem non eſt conſequutus, conſequitur intereſſe ad ratam fructum rei venditæ præuio iuramento, & taxatione iudicis. Rom.
35 *cons.* 270. *n.* 5. vbi apoſtil. † Extende; quia emptor rei, quæ fructus reddit vltra quinque pro centenario poteſt facere compenſare reſiduum in ſortem, quando contractus eſt ſuſpectus. Decia. *con-*
ſil. 105. *n.* 26. *lib.* 2. Vide, *Compenſatio in quibus ſiat. Concluſ.* 493. † Am-
36 plia; quia mora non inducitur, etiam ſi adſit dies, & locus ſolutionis faciendæ, niſi actor doceat ſe fuiſſe in loco tali die ſolutionis. Natt. *conſ.* 450. *num.* 34. *lib.* 2. quia neutro comparente in loco ceſſat mora, late Roland. *conſ.* 57. *n.* 36. *& ſeq. lib.* 1. vbi extendit in menſuratione, & ſolutione deſtinata, & in omni alio negotio implen-
37 do. † Vide tamen Caſtr. & Alex. *in l. ad diem. ff. de verb. obl. g.* qui dicunt, quod requiritur, quod debitor proteſtetur in loco, quod eſt paratus ſoluere, alias non ſufficeret. Alex. *conſ.* 206. *Viſo, & exa-*
38 *minato puncto. lib.* 7. & Neguſ. *de pignor. in* 5. *part. princip.* 3. *membr. in* 2. *pa. memb. in vlt. col. poſt princ.* †Contrarium Alex. *conſ.* 92. *Perſpectis ijs,*
quæ in themate, col. 7. *& 8. lib.* 3. Aret. *conſ.* 163. *Verum eſt.* & vide, & declara vt in *ver. Debitor. Concl.* 46. vt hæc ſit verior, niſi quãdo debi-
39 tor tractaret de acquirendo actionem ex mora; quia nedum debet proteſtari, ſed etiam offerre, & deponere, licet ſit diuerſi fori. †Eſt creditor eſt in loco deſtinatæ ſolutionis, licet non interpeller in iudicio, committitur mora, ſi creditor proteſtetur in lo-
40 co, quod eſt paratus recipere eadem die, & quod per eum non ſtat, vt per Dec. poſt alios in *l. vinum. n.* 10. *ff. ſi cert. pet.* †Et quod debitor non poſſit dici in mora, quando eſt diuerſi fori, etiam ſi adſit dies, niſi creditor fuerit in loco ſolutionis diuerſi fori. Corn.
41 *conſ.* 79. *Viſo, vol.* 3. Io. de Anan. *conſ.* 5. *Viſa narratione.* †Extende; quia obligatus ſoluere certa die vbique in loco eligendo per creditorem non eſt in mora, niſi creditor locum elegerit, & dicitur in electione creditoris, ſi promittit debitor ſoluere Bononiæ, Mutinæ, & generaliter alibi, vbicunque creditor petierit. Alexan. *conſ.*
42 43. *in cauſa, & lite. n.* 5. *& ſeq. ver. fortius quia. lib.* 5. † Declara, quando recipere debens erat de alio loco; quia niſi probet ſe fuiſſe in loco deſtinatæ ſolutionis, non poteſt dici debitor in mora conſtitutus. Rolan. à Val. *conſ.* 57. *n.* 36. *& ſeq. lib.* 1. vbi ponit plura exempla. Alex. *conſ.* 172. *Viſis, & opportune. n.* 4. *ver. ad idem. lib.* 2. plenius *cõ-*
43 *ſil.* 210. *Ponderatis. per tot. lib.* 6. †Et ideo licet dies, & pœna appoſiti interpellent, ita vt per lapſum diei certæ committatur pœna; tamen ſi ſoluere debens habet iuſtam cauſam excuſationis, vt quia non extat is, cui facienda eſt ſolutio, puta datiario; quia datium adhuc non eſt deliberatum alicui, non incurrit pœnam, Alexan.
conſ. 172. *Viſis, & opportune, num.* 2. *lib.* 2. vbi apoſtil. in *ver. poſſint*, dat
44 concord. †Idem in emphyteuta, qui caderet non ſoluendo intra triennium; quia excuſatur, ſi Dominus ſine hærede deceſſit. A-
45 lex. *d. conſ.* 172. *n.* 3. *ver. & in propoſito, lib.* 2. †Extendit, etiam ſi poſtea datium deliberetur, vel hæres appareat poſt; quia licet retrotrahatur locatio datii, vel aditio hæreditatis; non tamen propterea mora de præterito poteſt induci; quia verum fuit impedimentum præſtans iuſtam cauſam excuſandi. Alexan. *d. conſ.* 172. *n.* 3. *ver.*
46 *& dato, lib.* 2. † Idem in quocunque debitore grani, vel alterius ſpeciei; quia ſi Cæſenæ eſt factus contractus, in quo certa die debitor promittit conſignare in ciuitate Arimini tantam quantitatem grani, non erit in mora debitor, ſi non ſoluit, niſi creditor doceat ſe fuiſſe illa die deſtinatæ ſolutionis, vel conſignationis in loco, etiam ſi debitor ibi non fuerit, plene Alex. *d. conſ.* 210. *Ponde-*
47 *ratis. per tot. lib.* 6. † Extende, vt quod dicitur de principali debitore, vt non incurrat moram, ſi creditor non fuerit in loco illa die, procedat etiã quoad fideiuſſorem debitoris, qui promiſit, quod conſignabit granum tali die in ciuitate Arimini; quia intelligitur, ſi ibi creditor fuerit, vt reciperet. Alex. *d. conſ.* 210. *nu.* 2. *ver. ex eadem*
48 *ratione. lib.* 6. † Declara igitur, quod licet motoſus teneatur ad rationem quantiplurimi; tamen ſi intelligitur à die moræ; ideo obligatus ſoluere in feſto Paſchatis Arimini centum ſtaria frumenti, ſi poſt diem Paſchatis creuit granum, ſed creditor non fuit in loco, vt reciperet granum, & poſt recollectũ citauit debitorem, quo tempore granum decreuit, non poteſt petere quanti plurimi, niſi à die litis conteſtatæ; cum ante debitor non fuerit in mo-
49 ra & idem eſt reſpectu fideiuſſoris ipſius debitoris, ita Alexan. *d. conſ.* 210. *per tot.* vbi eſt caſus conſilii, *lib.* 6. †Et iſta mora currit nedum vſque ad ſententiam, ſed etiam poſt ſententiam deducto quadrimeſtri, quod datur iudicatis, & condemnatis. Alex. *d. conſ.*

210. *in fi. ver. præterea, lib.* 6. & licet inſtrumentum habeat exequtionem paratam, vt ſententia; non tamen intrat mora contra debitores ex tali inſtrumento, niſi poſtquam ſucceſſit vera mora,
50 quod fuerit creditor in loco deſtinatæ ſolutionis. †Amplia; quia traditio pignoris non excludit moram, plene Corn. *conſ.* 166. *n.* 5. *& ſeq. ver. ſola. lib.* 4. qui loquitur in pignore conuentionali. †Re-
51 ſtringe Venetiis de conſuetudine, vt per Corn. *d. conſ.* 166. *lib.* 4. *n.* 5. *&* 6. †Reſtringe in pignore prætorio; quia ex quo poteſt ſibi facere adiudicari, vt per Couar. *var. reſol. c.* 18. *lib.* 3. plene Alciat. *conſ.*
380. Vide, *Fructus rei. Concl.* 506. *& Locare. Concl.* 422. †Et quod de- ✠
53 bitor non ſit in mora ſoluendi, quando creditor habet pignus ex hypothecaria, etiam ſi non offerat debitum. Ruin. *conſ.* 48. *n.* 4. *lib.* 5. vbi, quod compenſat fructus in ſortem principalem, etiam ſi debitor non offerat, & tamen ſi eſſet in mora, prius compenſaret
54 in vſuris. *l.* 1. *C. de ſolutio.* † Amplia; quia promittens ſoluere intra certum terminum præfixum Florentiæ, & vbique locorum, non poteſt dici in mora p[illegible]ſum termini, niſi prius interpelletur, vt ſoluat certo loco; quia nõ eſt in facultate debitoris eligere locũ, ſed creditoris. Bart. *in l. non ſolum. §. morte, in* 3. *qu. princ. ff. de nou. oper. nunciat.* Alex. *conſ.* 45. *col.* 2. *incip. In cauſa, & lite, ver. fortius, quia in inſtrumento. lib.* 5. Vide, *Solutio in quo loco ſieri debeat. Concluſ.* 350. † Am- ✠
55 plia; quia in obligatione pura ab initio non conſtituitur debitor in mora, niſi per interpellationem. Guido Pap. *deciſ.* 497. *Iuxta*
prædictam quæſtionem, in princip. ſequitur apoſtil. ad *ſing. Roman.* 429.
Ego dixi: nam debitor, qui non interpellatur, cum debeat ſine die, non dicitur moram facere; quia non ſtat per eum. Oldrad. *conſil.*
242. *Tota præſens,* ſequitur Dec. *conſ.* 2. *Et pro tenui. col.* 2. *& conſil.* 107.
In cauſa, in fi. & conſ. 439. *Viſis, nu.* 5. *& in l. quod te, num.* 12. *ff. ſi cert. pet.*
†Extende; quia debitor purus ſine die, licet ſciat ſe debitorem; 56
non tamen dicitur in culpa, ſi non ſoluit non interpellatus; & ideo non eſt in mora. Corn. *conſ.* 176. *Ad euidentiam, num.* 15. *lib.* 1. & quod non teneatur ad intereſſe, idem Corn. *conſil.* 2. *Circa primum, n.* 3. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 55. *nu.* 4. *& 5. lib.* 2. ideo requiritur interpellatio. Bart. *in l. ita ſtipulatus, nu.* 42. *ver. ſexto principaliter quæritur, ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ.* 2. *Pro tenui, ver. ſed tamen ijs non obſtan.* † Extende, et- 57
iam ſi debitor promiſit ſatisfacere ad ſimplicem requiſitionem creditoris; quia non eſt in mora, niſi interpelletur, *l. ſi decem cum petiero. ff. de ver. oblig.* Bald. *in l. Celſus. in princip. ff. de arbit.* †Reſtringe, 58
quando debitor promiſit ſoluere in Paſcha te Reſurrectionis, vel in alio termino certo cum clauſula; *& poſtea quandocunque ad omnem voluntatem creditoris*; quia tunc adueniente termino certo conſtituitur in mora. Bart. *in l. cum ſtipulatus ſim mihi, ô Procule. ad fin. princ.* vbi etiam Alex. & Iaſ. *ff. de ver. obl.* † Amplia; quia vbi non ad- 59
eſt dies certa ſolutioni, nunquam debitor eſt in mora, niſi interpelletur, *l. magnam, C. de contrah. & commit. ſtipul. l. Titia.* §. *vſuras. ff. de leg.* 2. Alex. *conſ.* 59. *Inſpectis, n.* 2. *in fi. cum ſeq. ver. tertio quia, lib.* 2. Vide, ✠
Interpell. atio quando ſit, &c. Concl. 325. † Extende in fideicommiſſa- 60
rio ſub conditione; quia etiam ſi purificetur conditio, non eſt in mora ſine interpellatione. Guid. Pap. *deciſ.* 497. † Extende, etiam 61
ſi debitor ſit condemnatus ex laudo arbitratoris; quia licet condemnatio ex ſententia habeat tempus quadrimeſtre à lege ad ſoluendum, *l. debitorib. ff. de re iud. l. ſi cum dies. §. fi. ff. de arbitr.* tamen hoc non procedit in laudo arbitratoris; quia in eo non ineſt tempus à lege, Alex. & Iaſ. *d. l. debitorib. ff. de re iudic.* Bald. *in l. fi. C. de exequut. rei iudic.* & eſt ratio; quia arbitrator non condemnat, licet litem finiat, ſed tranſigit inter partes. † Limita in iis, quæ reſpiciunt be- 62
neficium vtriuſque contrahentis; quia nunquam mora contrahitur, ſi ſtetit per ambos, puta, vendo prædium pro centum cum pacto, quod menſuretur intra menſem, & ſi plus eſſet, augeatur pretium, ſi minus, minuatur pro rata lapſo menſe, & non facta menſuratione, licite agit venditor ad centum, & exceptio non implementi non retardat; item mora vtriuſque non noceat agenti, quæ noceret; ſi per eum ſtetiſſet. Dec. *conſ.* 452. *Viſa. nu.* 10. *ſup. n.*
33. Vide, *Dolus. Concl.* 578. † Limita, quando is, qui obligatus eſt ✠
ſub die, vel conditione, facto ſuo deducit negocium ad impoſſi- 63
bile, vt eueniente conditione illud ſequi non poſſit; quia nihilominus incurrit moram, etiam ſi conditio non exiterit. Bald. *conſ.*
112. *Præmiſſo quodam decreto, in pr. ver. & ad primum, lib.* 3. quod conſilium eſt 11. Doctorum, videlicet Paganini de Sala, Philippi de Caſſolis, Bartholomæi Paduxii, Signorini de Homodeis, Thadæi de Vicomercato, Io. de Bon. Permatthæi de Vite, Barthol. Salyc. Petri Pauli de Trebellinis, Io. de Porcellis de Padua, Io. de Ordinariis. Bald. *conſ.* 113. *Videtur, eod. lib.* 3. Vide, *Conditio debet impleri, &c.* ✠
Concl. 595. Vide, *Damnum cauſans ipſum, &c. Concluſ.* 6. †Extende, vt 64
idem ſit in venditore, qui promiſit vendere libere ad oridas; quia ſi culpa ipſius venditoris non comparentis declaratur bona non poſſe vendi, dicitur in mora, & culpa, & emptor, qui ſoluit

pretium, facit fructus suos. Soc. *cons.*170.*n.*9.*ver.*præterea respondeo.
66 *lib.*2.*&* *n.*10.†Limita, vt mora committatur etiam ante diem, vel conditionem, qñ aliquis promisit facere cum effectu, quod alius ratificabit actum celebratum sub conditione; quia tenetur cum primum potest; ideo si interpellatus ante conditionem negligat ratificari facere, incurrit moram. Bald. *d.cons.*112.*n.*2.*ver.circa secun-*
☞ *dum.lib.*3, Vide, *Factum alienam promittens. Concl.*25.

Mora quando introduci non possit. Concl. 376.

1 NON † potest introduci mora ante existentiam conditionis,
2 & vbi nõ est mora, ibi nulla est pœna, *l.lecta.ff.si cer.pet.*† Idem, si introducitur secundum declarationem certi termini; quia non sequuta declaratione non habet locum. Gem. *cons.*23.*in princip.ver.*
3 *item quia.* Castr. *cons.*11.*Viso d.libello, num.*4.*ver.sed in.lib.*1.† Amplia, quod non datur mora, vbi petitioni non est locus; quia dies non currit, nisi cum ipsa solutio peti poterit. Oldrad. *cons.*232.*in fin.ver.*
vltimo solutioni. Alex. *cons.*122.*Viso processu, nu.*17.*ver.quoad secundum,*
4 *lib.*7. † Extende; quia in contractu nullo, vel vsurario mora non committitur per lapsum temporis. Decian. *cons.*84.*lib.*2.*per tot.v-*
5 bi casus. † Amplia, quod mora non currit contra ignorantem, vt incidat in pœnam. Oldr. *cons.*242.*in princ.* qui loquitur in hærede, qui non impleuit conditionem in termino, & latius *cons.*270.*nu.*
4.5.*&* 6. vbi loquitur de eo, qui feudum non restituit Domino, sed ignorans litigauit. Bart. *consil.*320. *Domine Iacobe, in princip.lib.*1.
6 † Amplia; quia ad moram non agit is, qui ex ordine intellectus tenetur prius ad aliquid, prout in emptore, qui promisit soluere pretium, & venditor promisit rem tradere certis terminis; quia prius emptor tenetur soluere, alias non constituit venditorem in mora. Bal. *in l.*1.*n.*22.*C.de vsur.& fruct.legat.* Soc. *cons.vlt.nu.*3.*ver.*
*non obstat, lib.*3. Claud. Aquen. *in l.si quis maior, nu.*46.*C.de transact.*
7 Marcabrun. ab Anguill. *cons.*105.*n.*156.† Extende; quia propterea Rota Romana in vna Nullius, seu Mediolanensis frumenti decidit, quod mercatores, qui promiserant intra certũ terminum conducere tantam ratam frumenti communitati pro tanto pretio, si non conduxerunt; quia non fuit eis solutum pretium, non sunt in mora, neque tenentur ad interesse, ita coram D. Orano.
☞ Vide, *Implere debet actor, &c. Concl.*50. † In contrarium videtur fa-
8 cere Paris. *cons.*34.*n.*24.*& seq.lib.*1.vbi aliqui tenebantur fabricare intra tres annos molendinum, & communitas, cui fiebat promissio, tenebatur præstare tot operas, non facto molendino in termino, dicit, quod agit communitas ad damna, neque obstat, quod non præstitit operas; quia debuit communitas interpellari; quia non aderat certum tempus operibus, & nõ potuit communitas dare operas, nisi essent præparatæ materiæ ad fabricam
9 molendini. † Declara; quia communitas saltem, vt potuerit agere
10 ad moram, debuit ipsa offerre se paratam præstare operas. † Declara; quia obligatus ex parte sua debet docere impleuisse, vel fuisse paratum, vt possit aduersarium in mora constituere. Alex.
11 *cons.*132.*Viso processu, in fi.lib.*7. † Amplia, quod moram non petit, qui in eadem mora existit, *l.cuius potest.§.illi.ff.de reg.iuris.* quia ea lege quis vendicare non potest, quam ipse contempsit. *l.viro, ac vxo-*
re.ff.solut.matrim. Oldrad. *cons.*242.*nu.*1.*ver.non obstat, l.si per empto-*
rem.ff.de actio.empt. vbi Bart. *l.illud.ff.de peric.& com.rei vend.* vbi Bart. quia mora cum mora compensatur, & vltima mora magis attenditur. Ias. *cons.*169.*Vt.ar in.lib.*2. Alex. *cons.*222.*Visa facti.n.*18.*ver.con-*
12 *stat.lib.*2. vbi apostil. in *ver.adimpleuisse.* † Et obligatus implere ex contractu, vltro, citroque obligatorio non potest constituere alium in mora, donec ipse impleat, & si non potest implere, non etiam potest constituere aduersarium in mora. Ang. *cons.*251.*Do-*
mina Massina, in princ. quia tempus incipit currere nõ à die instrumenti, sed à die implementi alterius partis, vt quis morosus dici possit. Bart. & Ias. in *l.si cui legetur.ff.de legat.*1. Ruin. *cõs.*63.*lib.*5. plene Alex. *d.cons.*222.*n.*18.*lib.*2. vbi, quod qui vult accusare moram, debet liquidissime probare se impleuisse pro parte sua. Alex. *cons.*
☞ 132.*Viso processu, in fi.lib.*7. Vide, *Implere debet actor. Concl.*50. †Exte-
13 de; quia licet laudum mandet intra 15. dies fieri reciprocam quietantiam inter partes, si non fiat ab aliqua parcium; quia vtraque est inobediens, non incurritur pœna. Bart. *consil.*230. *Domine Iaco-*
☞ *be, in fin.lib.*1. Vide, *Pœna. Concl.*253. † Idem in casu contra so pro-
14 hibiti diuidere, si de consensu diuidant, non incurrunt pœnam applicatam obseruanti, apostil. ad Bart. *d.cons.*230.*in fin.in ver.non*
15 *feci sti, lib.*1. †Restringe in iis, in quibus lex mandet solui ex æquitate; prout in *l.curabit, C.de actio.empt.* quia licet venditor sit in mora fideiubendi, licet non agat ad pretium, & interesse, antequam impleuerit; tamen currunt, & debentur fructus ab emptore. A-
16 lex. *cons.*31.*Viso themate, in fi.lib.*6. † Amplia, quod mora non introducitur, quando certa dies non est appositа, nisi intercedat interpellatio. *l.mora.ff.de vsur.* Oldr. *cons.*242.*nu.*1.*ver.sed hic opponitur.* & latius *n.*4.*ver.tertio obijcitur.* Anchar. *cons.*79.*n.*2. Vide, *Interpellatio*
17 *quando sit. Concl.*325. †Declara; quia vbi non est certum tempus apposítum, non potest incurri mora, si illud non fiat, nisi tempus inesset à iure, vel à consuetudine, aut fieret interpellatio. Bald. *cõ-*
18 *sil.*256.*Præmittenda sunt.n.*7.*ver.septimo, quod vbi tempus, lib.*4.† Amplia, vt mora non introducatur per eum, qui in cuentum conditionis est futurus obligatus, licet non impleat conditionem, nisi sibi offeratur, vel interpelletur, & recuset. Oldr. *d.cons.*241.*ver.ter-*
*tio obijcitur.n.*4. quia non dicitur stetisse per me, quominus fiat, nisi
19 præuia oblatione, & recusatione subsequuta, & ita declarat *l.La-*
beo, la terza.ff.de contrah.emptio. † Amplia; quia donec lis dirimenda remanet in Consistorio Principis, non committitur mora aliqua. Abb. *cons.*3.*Nitar.col.*13.*in pr.ver.secunda rat.lib.*2. † Amplia in
20 eo, qui habuit iustam causam litigandi; quia non dicitur morosus; quia non omne, quod differendi animo geritur, dicitur mora, veluti si per quiratẽ fideiussores debitor, vel similia faciat. Old.
*cons.*270.*nu.*6.*ver.præterea.* & qp iusta causa excuset. Fulg. *cons.*201.
circa fi. Rom. *cons.*244.*Pro euidentia nu.*5.*ver.primo quia.* vbi apost.*in*
21 *ver.in mora.* †Extende; quia qui non soluit pendente lite incerta;
22 item qñ iudex inhibuit, excusatur à mora. Bald. *d.cons.*173. *Duplex*
*est.n.*3.*ver.item præmitto, lib.*4. Rom. *cons.*244.*n.*5. vbi apost. *in ver.in*
mora. dat concord. † Extende, si incerta erat quantitas soluenda,
23 & habuit iustam causam. Fulgos. *cons.*201.*circa fi.* † Amplia in eo, qui obtulit se paratũ facere omnia, ad quæ de iure tenetur; quia talis non potest dici morosus. Oldr. *d.cons.*270.*n.*6.*ver.ergo non vi-*
24 *detur.* Fulg. *cõs.*201.*in fi.ver.maxime enim cum dicit hæredes.* †Amplia; quia duplex est mora; vna culpabilis, qñ quis est morosus, ex quo vult; alia, quia non aliter potest; ideo qui propter iustum impedimentum non soluit, non incurrit in pœnam. Bald. *cõs.*173. *Duplex*
25 *est.lib.*4. qui loquitur in eo, qui propter penuriam nõ soluit; quia excusatur, si non sunt nati fructus. Vide, *Impedimentum. Concl.*29.
†Extende; quia tempestates, & pluuiæ longiores, excusant mo-
26 rosum à pœna; & idem, quando pluuiæ sunt insolitæ. Bald. *d.cons.*
*273.n.*3.*&* 4.*lib.*4.†Extende; quia mora non potest esse inducta, si
27 difficultas impediui venditorem. *l.Datio.§.si per venditorem.ff.de ac-*
tio.empt.†Declarat Castr. *cons.*456.*Ecclesia Seruorum, col.*2.*ver.sed in*
28 *non obstantibus.lib.*2. vbi, quod licet difficultas soluendi non excuset à mora, quæ prouenit ex negligentia, bene excusat à pœna, quam incurrit non ex sola negligentia, sex ex dolo; quia quælibet iusta causa excusat à dolo. † Amplia; quia contra pupillum
29 non datur mora; quia quatenus detur, competit restitutio in integrum etiam respectu interesse. Bald. *cons.*86. *Punctus, Angelus Pe-*
tri, circa med.ver.primo casu. vbi, quod pupillus non potest contrahere moram. *lib.*2. Castr. *cons.*457. *Iste Dominus, circa med.lib.*2. †Vi-
30 de Ruin. *cons.*63.*in fi.lib.*5. vbi, quod si in contractu interuenit decretũ, potest minor cõstitui in mora sine alia solemnitate. † Amplia; quia vbi ius dat dilationem, non introducitur mora. Decia.
31 *cons.*11.*n.*26.*lib.*2. †Extende; quia donec durat tantum tempus de termino assignato, quod potest actus terminatus expediri, non dicitur morosus, prout in matre, quæ habet annum ad perendum filio tutorem, ne priuetur successione, & in curato, qui habet annum ad suscipiendum presbyteratum. Castr. *cons.*147. *Pos-*
32 *positus, lib.*1.*in princ.* †Amplia; quia mora non habet locum, neque
33 pœna contra eum, qui nescit obligationem, neque scire tenetur; ideo ad hoc, vt is, qui non scit obligationem, incidat in pœnam, vel moram, requiritur certioratio. Bald. *cons.*461. *Super primo, in fi.*
34 *ver.super* 4.*lib.*2.†Extende; quia imo debet sibi instrumentũ credi-
35 ti ostendi, & copia dari. Bar. *in l.non solum.§.morte.nu.*47.*ff.de nou.a-*
per.nunc. vbi late Alexand. *in repet.n.*408. Alex. *cons.*18.*num.*4.*lib.*7.
Rom. *cons.*204.*n.*12. Ias. *in l.quod te.n.*35.*ff.si cert.pet.* †Amplia; quia
36 debitor obligatus portare pecunias ad domum creditoris, alias incurrit pœnam, non efficitur morosus, quando creditor esset in mora faciendi quietantiam de aliis solutis; quia cum sit ipse morosus, excusatur incursus moræ eius, qui expectat purgationem
37 præcedentis moræ creditoris. Bald. *consil.*148.*Si creditor tenebatur,*
*lib.*3.†Amplia; quia non potest constitui in mora is, qui condẽna-
38 tur ab aliquo carente iurisdictione, ita Alexan. *in l.quod te.num.*9.
*ff.si cert.pet.*et Ruin. *cons.*221.*n.*3.*lib.*1. Socin. Iun. *cons.*104.*nu.*8.*lib.*3.
†Amplia; quia morosus non constituit in mora alium per inter-
39 pellationem. Cephal. *consil.*407.*num.*11.*& sequen.lib.*3. plenius *con-*
*sil.*610.*num.*51.*lib.*4. allegat Socin. *cons.fin.lib.*3. Alexand. *cons.*51.*Viso*
*themate, n.*4.*lib.*6. † Extende; quia morosus non potest prætende-
40 re alium esse morosum, prout emptor, qui non soluit pretium die promissa, non potest allegare mora venditoris, si rem non dedit eadem die promissa. Alex. *cons.*49.*col.*2.*lib.*2. Cruet. *consil.*151.
*num.*10.

num. 10. vbi, quod is, qui vult agere debet prius implere: quia mo-
* ra cum mora cõpensatur. *l. ex hoc, §. sed si stipulator*, vbi omnes* *ff. de*
38 *eo, per quem factum erit.* † Restringe; quia si est emptor, qui rem, & pretium habuit, tenetur nihilominus ad interesse. Alex. *cons. 31. in fi. n. 18. lib. 6.* †Restringe; quia non habet locum, quãdo adest dies
39 certa contra morosum, & contra alium agentem, qui non impleuit, non adest dies certa. Dec. *cons. 452. Visa instructione, col. 2. nu. 10.*
40 †Limita; quia si ante existentiã conditionis alter contrahens deducat rem ad impossibile, nihilominus incidit in moram. Bald. *cons. 112. Præmisso quod in decreto, in princ. ver. & ad primum. lib. 3.* q. est subscriptũ ab 11. Doct. vbi, quod obligatus vendere Titio, si Titius obtineat licentiam intra certum terminum, si durãte termino alteri vendat, committit moram, etiam si Titius licentiã non
41 obtinuit. †Amplia; quia is, qui ignorat, non potest cõstitui in mora, nisi interpelletur. Bartol. *in l. si duo. §. prætor ait. ff. de constit. pecun.*
42 Dec. *cons. 317. n. 11.* supra *n. 32.* †Amplia; quia hæres grauatus restituere sub cõditione non est in mora, quando fideicommissarius non acceptauit fideicommissum, & nihil petiit; quia non tenetur hæres grauatus esse procurator fideicommissarii: ideo fructus nõ tenetur restituere, quos percipit, antequam fideicommissum petatur. Bald. *cons. 291. Licet de multis. nu. 4. ver. quarto est sciendum, vsque*
43 *in fi. lib. 5.* †Amplia; quia moram non incurrit is, qui iusto impedimento detinetur; quia impedimẽtum iustum superueniens, putatenus sententia iudicis, iussus contrarius superioris, nedum excusat à mora, sed etiam incursum tollit, ex quo omnino impedimentum
44 exeat. Soci. *cons. 170. nu. 11. ver. sed contra hoc fundamentum. lib. 2.* † Extende in eo, qui impeditur propter bellum, vel iustum impedimentum redimere in termino præfixo; quia redimit post terminum; quia sibi non potest imputari. Roma. *cons. 435. In præsenti, per*
45 *tot.* vbi apost. †Extende: quia non est in mora, qui morbo incurabili medelam non adhibet, qui rei omnino perituræ non obuiat.
46 Socin. *d. cons. 170. nu. 11. lib. 2.* †Restringe, nisi obligatio esset dandi
47 in genere, & mora esset irregularis. Rom. *d. cons. 435.* † Restringe, nisi culpa morosi prædicta eueniant, puta quia non comparuit, ostumax fuit, ita, quod culpa adscribatur eidem. Soci. *d. cons. 170.*
48 *nu. ver. sed ad hoc fundamentum. lib. 2.* † Amplia, etiam si mulier agat addotem contra filios, quorum fuit ipsa tutrix, & est debitrix ex administratione, vel quia non fecit inuentarium; quia non currit mora contra hæredes, vt debeantur fructus pro summa, quã ipsa
49 debet. Fulg. *cons. 196. & 201.* vbi latissime, q. mora nõ potest introducì eo casu, sed intrat cõpensatio. † Amplia; quia is, qui primo debet implere, si non implet, nõ potest opponere exceptionem non implementi, & sic inducere moram in alio. Soc. *cons. fin. ver.*
non obstat. lib. 3. Ruin. *cons. 46. n. 8. & 9. lib. 5.* Anguissol. *cõs. 105. n. 156.*
50 Bero. *cons. 200. in fi. & cons. 136. nu. 7. lib. 2.* † Amplia; quia is, cui non impletur cõpromissum, vel transactio, non incurrit morã, si ipse quoq; non implet; ideo si ex laudo duo fratres sunt condemnati
ad dandum vnus alteri, & è conuerso, moram non incurrit minor non implens; quia sibi non impletur; quia æquitas non patitur hoc; ideo iusta causa excusat à mora. Zabar. *d. cons. 148. nu. 2. ver.*
item purgatio. Vide, *Pœna adiecta facto debetur. Conclus. 250.* † Amplia;
2 *scriptura, num.2 & seq. lib.1.* duplicatur *consil.179. lib.2.* † Alio modo nominat Bald. *consil.456. Sciendum est, in princ. lib.2.* vbi, quod aliud est naturale, quando interuenit sola numeratio sine stipulatione, aliud ciuile, cui natura operatur, quando interuenit confessio, & subsequitur numeratio, aliud ciuile simpliciter, quando sola confessio interuenit, & lapsa sunt tempora excipiendi de non numerata pecunia, vbi idem dicit in dote. Alex. *d.consil.35. Visa scriptura, in princip. lib.1. & per tot.* quod duplicatur *lib. 2. consil. 179.* maxime
3 *num. 4. & seq.* † Alio modo deducit Castr. *consil.186. In causa, quæ vertitur Pisis, in princ. lib.1.* quod quatuor sunt species mutui, videli-
4 cet. † Primum est naturale mere, quando fit de meo tuum, veluti si numero tibi ex causa mutui pecuniam; quia oritur actio mera ex numeratione, quæ est actus naturalis, nulla interueniente fictio-
5 ne iuris ciuilis, *l.2. §. appellata, ff. si cert. pet.* Castr. vbi supra. † Secundum est naturale, cui cooperatur ius ciuile, vt quando interuenit numeratio; non tamen fit de meo tuum vere, sed ficte, vt in casu
6 *l. rogasti, in princ. ff. si cert. pet.* Castr. vbi supra. † Tertium est ciuile, cui cooperatur natura, vt quando interuenit numeratio; non tamen agitur ex ea; quia interuenit stipulatio incontinenti ante, vel post, quo casu oritur actio ex stipulatu, stipulatio est de iure ciuili, ergo, & mutuum, & tunc numeratio non parit actionem, sed im-
7 plet stipulationem. Castr. vbi sup. † Quartum est mutuum mere ciuile, quando in chirographo fit confessio mutui, nec constat de numeratione; quia tunc lapso biennio datur actio. Castr. vbi supr.
8 † Alio modo Bart. *consil.21. Visa prima, in princ. lib.2.* vbi, quod quoddam est mutuum naturale, quod contrahitur numeratione, & ex eo agitur certi condictione ex mutuo, & tunc causa actionis est ipsa numeratio, *l. si quis pro eo, §. si nummos. ff. de fideiuss.* & de hoc loquitur totus tit. *ff. si cert. pet.* quoddam est mutuum ciuile, cui fauet quandoque naturale, vt si stipulor à te centum ex causa mutui, vel numeratio sequitur, vel præcedit. Aliud ciuile, cui naturale non fauet, quia neque præcedit, neque sequitur numeratio, & in vtroque ciuili agitur ex stipulatu, non ex numeratione, & istæ actiones sunt adeo diuersæ, vt fideiussor de iudicato soluendo ex vna causa non teneatur ex alia, vbi apostill. in *ver. in secunda petitio-*
9 *ne.* † Confessio igitur super mutuo facta non probat numerationem, sed obligationem mutui ciuilis, vt dicit Alex. *consil. 90. Viso*
10 *instrumento, num.7. ver. vel dato, lib.3.* † Et agens ex vno mutuo, videlicet naturali, & reali, & probans ex confessionato non obtinet. Bald. *d.consil.256. per tot. lib.1. & consil.457. Factum sic proponitur, lib.4. in princ. & per tot.* vbi limitat in reo conuento; quia si articulauit solutionem, & numerationem, probet confessionem, & libera-
11 tionem obtinebit. † Declara tamen; quia appellatio mutui simpliciter intelligitur de ciuili tantum, & de naturali tantum; quia si non apponitur alia qualitas, venit omne mutuum, etiam in materia statuti de Gabellis soluendis pro mutuo. Angel. *consil.49 Repe-*
12 *ritur inter, num.2.* † Extende; quia si quis articulat mutuasse Seio centum, & inducit testes, qui deponunt de confessione, non obtinebit; quia confessio applicatur mutuo ciuili tantū intra biennium. Alex. *consil.35. Visa scriptura, num.2. lib.1.* quod duplicatur *con-*
13 *sil.179. lib.2.* † Contrarium tenet Apostill. ad *consil. Alexand.179.*
14 *lib.2. num.7. in ver. confessione.* † Declara; quia si in libello est facta mentio de numeratione, & sic libellus necessario concludat naturale mutuum, non sufficiunt testes de confessione, si vero libellus continet solum simplex mutuum, probata confessione probatur mutuum ciuile. Alex. *d. consil.179. num.7. ver. & expresse,*
15 *lib.2.* quod duplicatur etiam, *lib.1. consil.35.* Vide, *Agens ex vna causa, &c. Conclus.244.* † Tertio modo mutuum est, quod concurrit cum numeratione, & stipulatione, & est conformis in duobus membris, & difformis in aliis duobus membris, conformis est, si quis mutuat nomine suo, & stipulatur nomine suo, vel si mutuat nomine alieno, & stipulatur nomine alieno, istis casibus valet stipulatio alteri facta. Bald. *consil.416. Præmittendum est, in princ. lib.2.* difformis vero; si mutuo nomine meo, & stipulor alieno nomine,
16 vel è contra, vt ibi per Bald. Vide, *Stipulari alteri per alterum, &c. Concl.703.* † Cognoscitur autem mutuum naturale à ciuili, quando fit mentio de numeratione; secus, si fiat mentio de mutuo simpliciter. Alex. *d.consil.179. n.7. ver. expresse, lib.2.* Castr. *consil.186.*
17 *In causa, quæ vertitur, col.2. ver. ex quibus, lib.1.* † Et quando verba scripturæ continentis mutuum necessario non includunt numerationem, in dubio intra biennium intelligitur mutuum confessionatum, & sic ciuile. Alex. *d.consil 179. num.4. ver. est ergo necesse, lib.2. cum seq.* quod duplicatur *consil.35. lib.1.* Castr. *d.consil.186. col.1. ver. quandoque est mutuum mere ciuile, lib.2.* † Extende; quia si Notarius scribat Titium mutuasse Seio centum in præsentia Notarii, & testium, & testes dicant non interuenisse numerationem; tunc non contradicunt Notario, neque instrumento; quia intelligitur de mutuo ciuili; si vero instrumentum diceret, quod mutuauit, & numerauit, vel alias faciat mentionem de numeratione, & testes dicerent non interuenisse pecuniam, bene contradicunt instrumento. Alex. *d.consil.179. num.6. & seq. ver. vnde faciunt, lib.2.* & duplicatur *consil.35. lib.1.* Castr. *d.consil.186. col.2. ver. ex quibus patet, lib.1.* † Contrarium dicit Castr. *d.consil.186. col.2. ver. hoc etiam patet, lib.1.* vbi, quod sicuti mutuum est ciuile, & naturale, ita etiam numeratio est ciuilis, & naturalis; ciuilis, quando fit per conuentionem vnius debiti in mutuum; naturalis, quando reuera interuenit numeratio: Ideo contradicit in eo, quod contraria non sunt, instrumentum faciens mentionem de numeratione, & testes, qui dicunt pecuniam non fuisse numeratam; quia de ficta potest loqui instrumentum. † Mutuum igitur factum per literas cambii, vt quia tibi mutuaui pecunias existens Romæ in ciuitate Perusii, tale mutuum dicitur naturale, cui cooperatur ius ciuile, ex quo meum non fit tuum; quia per tertiam personam perficitur, ita Castr. *d.consil.186. col.1. in fin. ver. nunc ad propositum, lib.1.*

Mutuum an præsumatur in dubio, vel non, & qualiter cognoscatur. Conclus. 442.

MVTVVM † est magis frequens, & vtile, quam depositum; ideo in dubio contractus potius præsumitur mutui, quam depositi. Bald. *consil.47. Ista quæstio, in fin. lib.4.* apostill. ad Alex. *consil.28. lib.7. in princ. in ver. mutui.* citat plures concord. † Et vbicunque magna quantitas pecuniæ alicui datur sine causa expressa, semper præsumitur ex causa mutui. Rom. *d.consil.238. Pro habenda, num.3. & seq.* vbi apostill. in *ver. mutui,* dat concord. † Contrarium, quod imo pecunia etiam numerata sine expressione causæ præsumatur potius ex causa depositi, quam ex causa mutui. Alex. *d. consil.28. Clarissime Domine, lib.7.* maxime *num.4.* allegat gloss. in *l. diesponsalium, §.1. ff. depos.* & apostill. ad Alex. in *ver. depositum,* & Alex. ibi extendit contrarium, siue pecunia sit in sacculo data, siue numerata, & iterum *consil.84. num.5. lib.7.* † Declara; quia ex coniecturis præsumitur depositata, vel mutuata, nam si quis mutuat pecuniam alienam, censetur deponere; quia in mutuo non potest accommodari, ex quo de meo non fit tuum, sic etiam mutuum præsumitur ex coniecturis, prout si ago ad mutuum, & probo per testes, quod numeraui pecuniam, talis numeratio probata per testes probat mutuum, ex quo ita expressit actor. Alex. *d. consil.28. num.2. & seq. lib.7.* & iterum *consil.184. Viso processu, num.5. lib.7.* † Declara, siue depositum ex coniecturis præsumatur, siue etiam mutuum inter Hebræos habentes licentiam mutuandi sub vsuris; non tamen præsumetur mutuum vsurarium, nisi probetur; quia vsura est odiosa. Alex. *d.consil.28. in fin. lib.7.* † Amplia; quia mutuum est, & in mutuo transit depositum, si post instrumentum depositi datur facultas ei, cui pecunia est depositata, vtendi ea. *l. certi cond. §. fin. ff. si cert. pet.* Bald. *d.consil.352. num.2. lib.3. ver. ad prædictus.* † Amplia, vt idem sit, si potestas vtendi sit data in actu depositi, si sibi depositario placuerit vti; quia postquam cœpit pecunia deposita, transit in mutuum. Bald. *d.consil.352. num.2. lib.3. d.l. certi cond. §. fin. ff. si cert. pet.* plenius Rom. *consil.520. in princ. & consil.238. num.3. & 4.* vbi apostill. in *ver. vtenda,* quæ dat concord. † Extende idem, si data sit in commodatum eo pacto, quod possit vti, & frui, & tantundem reddatur; quia non potest esse commodatum, sed mutuum etiam ad effectum, vt vsuræ solutæ compensentur in sortem. Rom. *d.consil.520. num.3. & 4.* & plenius *consil.238. num.3. & seq. per tot.* † Amplia; quia mutuum potius præsumitur in dubio, quam solutum occasione residui, nisi verba, vel qualitas contraria concurrant. Bald. *consil.339. Proponitur, quod, lib.5.* † Amplia; quia vbicunque interuenit verbum denotans mutuum, prout est verbum, *præstare,* semper est mutuum. Bald. *d.consil.339. in fin. lib.5.* Castren. *consil.22. num.2. lib.1.* vbi verbum vulgare, *præstare,* importat mutuum, † Extende, etiam si aliæ clausulæ diuersificantes sint appositæ; quia cum sint de vsura suspectæ, præsumuntur ad palliandum. Castren. *d.consil.22. num.2. lib.1.* † Amplia; quia in dubio mutuum præsumitur, & iudicatur, quando quis dedit pecunias alteri, nec apparet de causa. Dec. *consil.116. In causa Aloysii, num.3.* vbi apostill. dat concord. plures Ant. de Burr. *consil.65. per tot.* plene Rom. *consil.290. In casu proposita, num.6. ver. secundo principaliter.* † Extende; quia si quis locauit domum, & promit-

miſit refectionem; quia non poterat habitari, & conductor ſoluerit locatori, puta centum, antequam veniret tempus ſolutionis, ſi diſcordant, quia locator dicit ſe habuiſſe ad computum locationis, conductor dicit mutuaſſe, potius præſumitur ex cauſa mutui, quam anticipatæ ſolutionis, quæ haberet iactationem. Ant.de Butr.*conſil.65.per tot.* vbi apoſtill. citat Crauett. *conſil.* 106. *num.*11. qui ſequitur Ant.prout etiam ſequitur Dec.*conſil.*116.*nu.*3. *& inl.cum quid.num.*53.*ff.ſi cert.pet.* Rom.*conſil.*238. vbi apoſtill. citat
14 Ant. de Butr. & alios. † Extende, vt procedat etiam ad effectum inducendi vſuras illicitas; quia præſumitur mutuum, etiam ſi cauſa exprimeretur, quod eſſet in depoſitum, & poſſet eo vti, & frui; quia neceſſario reſoluitur in mutuum. Rom. *conſil.*520. *in princ.&*
15 *conſil.*238.*num.*3.*&* 4. vbi apoſtill. *in ver.vtenda.* † Limita, quando pecunia eſt depoſita, & obſignata, & non eſt data poteſtas vtendi, neque expreſſe, neque tacite, & proprie depoſitum eſt, & non poteſt depoſitarius vti, & ſi aliter faceret, committit furtum. Bald.
16 *d.conſil.*352.*num.*2.*&* 3. *ver.aut non eſt data, lib.*3. † Limita, quando concurrunt ſigna, & qualitates, quod potius in ſolutum in aliam cauſam, quam in cauſam mutui, veluti ſi miniſter eius, qui eſt debitor Titii, ſolueret Titio; quia in cauſam debitam præſumeretur, niſi conſtaret ex verbis, quod mutuauit. Bald. *conſil.*339. *lib.*5.
17 *per tot.* † Limita; quia pecunia ſimpliciter data mercatori in dubio
18 † Extende; quia data militi ſimpliciter cenſetur in dubio in cau-
19 ſam militiæ. Rom.*d.conſil.*520.*num.*2. † Et maxime hoc præſumitur, quando pecunia per recipientem fuit conuerſa in cauſam
20 mercantiæ, vel militarem. Rom.*d.conſil.*520.*num.*2. † Et quando exprimitur cauſa generica, dedit ad traficandum, cenſetur data in ſocietate, non ex cauſa mutui. Alex.*conſil.*191.*Viſa ſcriptura.num.*3. *& ſeq.ver.ſed confeſſio, lib.* 2. & maxime, quando aliquid ſoluitur ex pecunia; quia nunquam præſumitur mutuum, vt tollatur vſura.
21 † Limita, niſi actum eſſet expreſſe, quod ſit depoſitum, & non mutuum; quia ſeruabitur conuentio. Bald. *conſil.*352. *Quidam A.*
22 *depoſuit,in princ.lib.*3. per *l. Lucius,in fin.ff. depoſ.* † Limita; quia ex contractus præſumitur depoſitum, vel mutuum. Alex. *conſil.* 28. *per*
23 *tot.& conſil.*184.*num.*5 *lib.*7. † Limita, quando fuit factum depoſitum ea conditione, quod ſi depoſitarius voluerit vti pecunia depoſitata, poſſit, quia donec vtatur, erit depoſitum, *l. quod ſi ab initio.ff.ſi cert.petat* Bald.*d.conſil.*352.*in princip.lib.*3. † Limita, quando 24
pecunia eſt numerata, & non obſignata, ſed non eſt data poteſtas vtendi ea ipſi depoſitario expreſſe, ſed tacite tantum; quia tunc eſt depoſitum, licet excedat terminos depoſiti. Bald. *d. conſil.* 352. *num.*2.*ver.aut poteſtas vtendi, lib.*3.

Mutuum debet eſſe gratuitum. Concluſ. 443.

GRATVITVM † debet eſſe mutuum iuxta Euangelium: Mutuum date nihil inde ſperantes. *c. conſuluit, de vſuris.* Dec. *conſil.*116.*num.*3. † Extende idem in depoſito; quia nihil poteſt ex eo 2
deberi deponenti. Deci. *d.conſil.*116.*num.*3. † Amplia, vt procedat, 3
etiam ſi adſit mora, & conuentio taxata, veluti ſi mutuo centum cum hoc, quod in primis nundinis tenearis mihi reſtituere, alias tenearis ſoluere decem, vel quindecim pro intereſſe; quia non valet hæc conuentio tanquam vſura palliata. Dec. *d.conſil.*116.*n.*6. *ver.ad hoc bene facit, cum ſeq.* vbi plures allegat. † Extende etiam in 4
mercatore, & ſolito negociari; quia non debetur aliquid ex mutuo, quando certa quantitas taxatur in caſu moræ, vel poſt terminum, vt loquitur Deci.*d.conſil.*116.*per tot.*maxime *d.num.*6.*&* 7. *ver. ad hoc bene facit.* † Extende in ſcholari mutuante ſocio ſchola- 5
ri; quia poteſt exigere eaſdem vſuras, quas ipſe paſſus eſt ob mutuatam pecuniam. Alex.*conſil.*221.*in princip. lib.*2. Natt.*conſil.*490. *col.fin.* Rimin. Iun. *conſil.*67.*num.*12. † Extende; quia imo poteſt 6
dari pecunia mutuo ſub eiſdem vſuris, quas mutuans alteri ſoluit, & erit licitum intereſſe. Alex.*d.conſil.*221. *Super titulo quæſtionis, in princ. lib.*2. ſequitur Rimin. Iun. *d. conſil.* 67.*num.*11. † Limita; 7
quia bene poteſt ſolui ab eo, qui mutuo recepit ex mera, & pura ſua voluntate, & abſque conuentione, vel ſpe mutuantis. Dec. *d.conſil.*116.*in princ.& in fin.num.*8. † Limita; quia mutuans pecu- 8
niam pro certo termino, ſi poſt terminum compellitur ipſe ſoluere alteri vſuras, poteſt repetere à ſuo debitore, cui mutuauit, in omni caſu damni paſſi. Rimin. Iun. *d. conſil.* 67. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 1.

N.

NARRATIVA GRATIÆ DEBET probari ab impetrante, & quando ſecus. Concluſ. 1.

1 NARRATA † in gratia debent verificari ab eo, qui gratiam obtinuit, & ſe fundat ſuper ea, non autem ab impugnante; quia literæ habent conditionem, ſi narrata ſint vera, *cap.*2. *de reſcript.* Calder.*conſil.*165. alias 10. *de probatio.in princ.ver. & hoc dico.* Petr.de Anchar.*conſil.*34. *In hac cauſa, in princip.* qui loquitur in gratia Apoſtolica, plene Dec.*conſil.* 232. *Viſo tenore, num.* 3. plenius Crauett. *conſil.* 104. *num.*3. qui loquitur in eo, qui habet prouiſionem Papæ. Abb.*conſil.*70.*num.*2.*ver.ſed hic cadit, lib.*2. plene Corne.*conſil.*201. *Viſis non-*
2 *nullis.num.*6.*&* 7.*lib.*3. vbi, quod clauſula, *ſi preces, & c.* ineſt de iure Ciuili, & Canonico, & quod impetrans debet probare. † Et de natura narratiuæ eſt, vt probetur, non vt probet, commu-
3 niter dicit Ferret.*conſil.*353.*num.*14. † Ratio eſt; quia motus proprius non præſumitur, & narrata in gratia præſumuntur à parte narrata, licet videantur verba Principis narrantis; quia omnia præſumuntur per ſupplicationem, & inſtantiam partis. Alexand.
4 *conſil.*112. *Viſa copia.num.*5.*& per tot.lib.*7. † Contrarium, quod probatus, qui narrauit ſe eſſe in 18. anno, non teneatur probare narratam ætatem, ſed excipiens contra eum; quia exceptio, quando eſt fundamentum intentionis excipientis, debet probari. Caſtrenſ.
*conſil.*438. *In quæſtione, col.*2.*ver.item dico, & num.*2.*lib.*1. vbi, quod contenta in literis Principis præſumuntur vera, donec probetur contrarium, etiam in iis, quæ à facto Principis non pendent, &
5 quia impugnans intentionem alterius propter minorem ætatem debet probare, & loquitur in prouiſione Apoſtolica. † Declara; quia probare debet narrata gratiæ actor, non reus; ideo habens poſſeſſionem beneficii non tenetur iuſtificare gratiam ſuam, niſi poſtquam actor iuſtificauerit; quia ſufficit, quod excludat agen-
6 tem per non ius ſuum. Vide, *Actore non probante reus, & c. Concl.*117. † Declarat Gemin. *conſil.*38. *in princip. ver.nunquid autem*, vt procedat, quod impetrans debeat iuſtificare, quando per literas mandatur fieri inquiſitio, alias dicit eſſe opiniones, an reo impugnanti, vel impetranti incumbat probatio qualitatis, vt ſit impetrans rite ordinatus, vel non. Vide, & declara, vt per Maſc.*concl.*177. *An qui beneficium impetrat*; quia aut in collatione beneficii narrat impetrans, vel ſunt verba, *vt aſſeritur, beneficium eſſe iuris patronatus*, & probat impetrans, aut dicitur in collatione, *vt aſſeritur*; & probatis, qui impugnat. † Dic melius ſecundum Cald.*d.conſil.*10.*de proba.* quod 7
eſt in ordine 165. quia ſi agitur de narratiua; aut dicitur ſubreptitia; quia tacuit, quod eſt, & retraxiſſet concedentem, & is probat, qui dicit tacitum, niſi adſit iuris præſumptio pro eo, ſi vero dicitur propter dolum; quia falſo expreſſit, quod non eſt, & is probat, qui dicit, ſi vero propter narrationem, quæ negatur vera, & is probat, qui nititur narratis, niſi ſit præſumptio iuris pro narratis. † Aliter declarat Ferret.*conſil.*239.*in princ.* vt is, qui expreſſit, pro- 8
bet expreſſa; ſi vero omiſit is, qui dicit ſubreptitium; quia omiſit, probet veritatem omiſſi, & ſic conciliari ex mente omnium dicit opiniones. † Amplia; quia narrata in impetratione beneficii va- 9
cantis debet impetrans probare, & modum vacandi. Vide, *Vacatio beneficii narrata. Concl.*7. † Amplia, vt idem ſit in narratiua diſpen- 10
ſationis matrimonialis; quia debet obtinens narrata probare vera, alias non ſuffragatur diſpenſatio. Oldrad.*conſil.*256.*ver.ad ſecundum.num.*2. † Idem in narratiua diſpenſationis ſuper ætate; quia 11
debet probari ætas narrata à diſpenſato ad hoc, vt valeat diſpenſatio. Oldrad. *conſil.*325.*num.*5.*ver.quid plura.* † Idem in narratiua 12
diſpenſationis ad plura incompatibilia. Calder. *conſil.*165. alias 10. *de probatio. per totum.* † Extende, etiam ſi habens diſpenſationem 13
contra ius commune poſſideat; quia ipſe debet verificare gratiam, & narrata, nõ obſtante poſſeſſione, quæ eſt contra ius commune. Calderin.*conſil.*165. alias 10. *de probatio.circa princ.ver.in caſu noſtro, vſque in finem*, quod eſt Anton. de Butr. & Caſparis Calderini. † Declara tamen; quia narrans ſe velle renunciare tribus gra- 14
tiis, vt obtineat impetrationem, ſi vna ex tribus erat nulla, ſufficit verificare de facto, quod habebat tres gratias, niſi eſſet declarata nulla, & fraudulenter nullitatem tacuiſſet, quod conſtare debet. Calderin.*conſil.*34. *An impetrans*, alias 11. *de reſcript.* † Amplia; quia 15
idem eſt in expectante ad collationem Abbatis, & monaſterii, vel alterius, ad quem de iure communi non ſpectat; quia debet probare narrata in ſuo mandato. Calder. *conſil.* 236. *vltra med. ver. impetrans ergo*, alias 15. *de præbend.* † Amplia; quia narratiua gratiæ circa valorem expreſſum debet verificari, alias non obtinet impe- 16
trans. Cald. *d.conſil.*236. *circa fin.ver.item planum eſt*, alias 15. *de præb.*

& ideo

& ideo si dicitur in impetratione, quod non excedit talem valorem, impetrans debet hoc probare. Gemin. *consil.* 38. *num.* 1. *in fin.*
17 *ver. sed etiam constare.* † Restringe, nisi pars aduersa confiteretur; quia hoc sufficit. Gemin. *d. consil.* 38. *in fin. nu.* 1. *ver. sed etiam constare.*
18 † Amplia in narratiua gratiæ dispensationis super retentione beneficiorum promoti ad Episcopatum; quia si datur retentio super narratiua tenuitatis Episcopatus, quasi non sufficiat pro victu, debet probari talis narratio vera, etiam si promotus, & dispensatus possideat. Angel. *consil.* 274. *Bonifacius Episcopus, in fin. ver. secundo*
19 *quæritur.* † Declara tamen; quia sufficit probatio per communem opinionem, vel famam. Ægid. Bellam. *consil.* 34. *num.* 3. *ver. ad ter-*
20 *tium.* † Extende ampliationem, vt idem sit in dispensatione ad secundum; quia primum decreuit, & non valet, nisi libras 30. quia tenetur probare, quod beneficium decreuerit, & non valeat, nisi
21 libras 30. Ægid. *d. consil.* 34. *num.* 3. *ver. ad tertium.* † Amplia idem in narratiua vnionis; quia debet probari. Dec. *consil.* 232. *nu.* 3. Zabar.
22 *consil.* 96. † Extende, etiam si gratia sit motu proprio concessa, quando causæ, super quibus fundatur gratia, facerent cessare gratiam de iure communi, si non essent veræ. Cardin. Zab. *consil.* 96.
23 *Papa vniuit, per tot. in princ.* Dec. *d. consil.* 232. *num.* 2. † Amplia in gratia, *si in euidentem*; quia debet probari narratiua, quod cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, nec statur assertioni partium in præ-
24 iudicium Ecclesiæ. Dec. *d. consil.* 142. *Pro tenui, num.* 6. *& seq.* † Amplia in concessione feudi, seu castri; quia tenetur verificare impetrans narrata, etiam si sit communitas, vel vniuersitas. Abb. *con-*
25 *sil.* 70. *Id de iure quæritur, lib.* 2. *circa fin.* † Amplia, vt idem sit in quocunque rescripto gratioso, etiam si in aliquibus sit iustitiæ; quia impetrans debet iustificare narrata; quia inest clausula, *si precis veritate nitantur* alias est nullum, si subreptitium sit rescriptum gra-
26 tiosum. Corne. *consil.* 201. *Visis nonnullis. num.* 6. *& 7. lib* 3. † Amplia, vt procedat, etiam si narratiua sit negatiua; quia debet probari ab impetrante; quia se fundauit super ea. Paris. *consil.* 13. *in princ. lib.* 4.
27 † Limita; quia habens dispensationem super illegitimitate ad dignitatem, in qua narrauit se nobilem ex parte patris, non tenetur verificare narratiuam dispensationis, quando habuit effectum; quia possidet dignitatem vigore illius; quia præsumitur pro ea, & probatio incumbit asserenti contrarium. Gemin. *consil.* 15.
28 *num.* 13. *ver. an Alphonsus.* super 3. *dubio.* † Limita; quia narratiua gratiæ non est probanda, quando non dicitur, *vt asseris*, sed dicitur in
29 tertia persona, *vt asseritur*, Zabarell. *consil.* 69. *col. fin. num.* 6. † Extende in omni dispositione etiam præiudiciali; quia verba, *asseritur*, non requirunt probationem; ideo *in extrauagan. ad reprimendum*, per quam in crimine læsæ maiestatis datur facultas procedendi contra eos, contra quos asseritur crimen, non requiritur probatio veritatis ad processum, secus ad decisionem, & condemnatio-
30 nem. Bart. *d. extrauag. in ver. asseratur.* † Limita, quando gratia non fundatur super narratis; ideo si impetrans dixit, beneficium asseri de iure patronatus, sed non constare de illo, non debet probare, quod non constet, sed qui dicit constare probet, & de tempore gratiæ; quia negatiua probatur eo ipso, quod de contrario non
31 constat. Zabarell. *d. consil.* 69. *col. fin.* † Limita; quia præsumitur narratiua literarum, quando sunt expeditæ per Cancellariam, ita
32 Ferret. *consil.* 15. *num.* 5. † Limita in subrogato, qui non tenetur iustificare narratiuam suæ subrogationis contra alium prouisum, quando agitur de adipiscenda possessione beneficii. Put. *decis.* 495. *Die* 12. *Nouembris, lib.* 2. quod intellige, quando nullus possidet, vt per Menoch. in simili. *in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. num.* 565. videlicet *in* 4. *remed. adipiscen.* Vide Mascard. *concluf.* 729 *Expressio facta.*
☞ Vide Conclusprox. seq. Vide, *Motus proprius Papæ, &c. Concluf.* 406.
33 † Limita in rescriptis, & commissionibus iustitiæ, plene Mascard. *Concluf.* 325. *Commissio.* Vide, *Rescriptum ex falsa causa. Concluf.* 217.

Narratiua gratiæ quando sufficiat, quod verificetur de facto. Concluf. 2.

1 NARRATA † in gratia, quod impetrans renunciabat tribus aliis gratiis, si vna ex illis erat nulla, sufficit, quod de facto verificetur. Calder. *consil.* 34. alias 11. *de rescript.* allegat *cap. nuper, de*
2 *bigam.* † Declara tamen, dummodo nullitas non esset declarata, vel non constet, quod dolose hoc expresserit, & dolus non præsumitur, ita Calder. *d. consil.* 34. alias 11. *de rescript. per tot.* vbi est casus.
☞ Vide, *Vacatio beneficii narrata debet. Concluf.* 7.

Narratiua inducit expressionem eorum, quæ sequuntur ex narratis. Concluf. 3.

1 NARRATIVA † inducit expressionem eorum, quæ ex narratis sequuntur; ideo de iure Canonico subtilitas in foro Ecclesiastico reiicitur, & sufficit, quod constet de mente. Feder. de Sen. *consil.* 138. *in princip.*

Narratiua verba Papæ, vel Principis quando probent, vel non. Concluf. 4.

VERBA † narratiua Principis in antiquis probant, si sunt geminata, prout intelligit Rota Romana; secus si simplex. Rota *in nouiss. decis.* 388. *p.* 1. quæ hoc dicit maxime procedere, quando agitur de præiudicio tertii, & est super iis, de quibus non potest disponere. † Extende maxime, quando narratiua verba plurium Pontificum sunt super facto alieno de iis, quæ spectant ad summos Pontifices, prout quod certa Militia sit sub ordine, & regula certi ordinis; quia plene probat. Rota in Nou. *decis.* 266. *per tot. p.* 2. † Amplia; quia statur verbis narratiuis Papæ super consuetudine, quando à parte non est narrata, & maxime, quando sumus in iis, quæ plenam probationem non requirunt. Rota in *Nouiss. decis.* 171. *num.* 3. *& seq. part.* 1. † Amplia; quia si princeps narrat factum alienum motu proprio, & super eo se fundat, probat; secus si ad partis petitionem secundum * communem, de qua Rota *in nouiss. decis.* 154. *num.* 4. *part* 2. incip. *Domini firmarunt coram. hme. Cantuccio.* † Declara; quia probat, donec contrarium probetur, & sic transfert onus probandi contrarium. Rota *in Nouiss. decis.* 171. *num.* 6. *p.* 1. † Extende; quia licet verba narratiua Papæ facti alieni non probent, secus, si Papa super eis se fundat, quia non amplius remanent narratiua, sed efficiuntur assertiua; ideo probant. Bellon. *consil.* 36. *n.* 6. vbi, quod potest probari contrarium. † Limita; quia narratiua Papæ in facto alieno non probat, quando ad partis instantiam, & in dubio præsumitur ad instantiam partis. Alex. *consil.* 112. *num.* 3. *& seq. lib.* 7. sequitur Rota, quæ dicit * communem *decis.* 154. *num.* 4. *part.* 2. *in Nouiss.* Vide plenius, *Papæ assertioni, &c. Concluf.* 62. Vide, *Princeps præsumitur, &c. Concluf.* 681. Vide, *Verba enunciatiua, quando, &c. Concluf.* 81.

Narratiua verba præsumptionem & probationem inducunt, & quando secus. Concluf. 5.

VERBA † sententiæ, *visis actis*, &c. operantur, quod iudex habuit scientiam actorum, & ideo sententia lata, quæ alias non valeret, tanquam incerta, subsistinetur ex illis verbis: *Viso instrumento*: tanquam relatiua ad instrumentum. Bald. *consil.* 293. *Premissis duobus, in fin. lib.* 1. Vide, *Instrumentum non probat, &c. Concl.* 142. Vide, *Verba enunciatiua, & quando secus. Concluf.* 81. Vide, *Sententia sine processu, &c. Concluf.* 162. † Extende in casu contrario; quia multa enunciantur per dicta verba, *visis*, non enunciata quoque præsumuntur non interuenisse; quia de eis esset facta mentio. Angel. Aretin. *consil.* 2. *num.* 17. *ver. quod potest*, allegat *l. cum pater ff. de iudic.* quia inclusio vnius est exclusio alterius. † Restringe tamen; quia talia verba non important relationem ad effectum annullandi sententiam: ideo sententia non dicitur continere expressum iuris errorem, tanquam relatiua ad acta ex illis verbis, *visis, &c.* quia debet esse relatio expressa, vt annulletur sententia ex errore per relationem. Alex. *consil.* 123. *num.* 7. *lib.* 1. Vide, *Sententia continens errorem quando nulla, vel non. Concluf.* 140. † Amplia; quia illa verba, *visis, &c.* operantur, quod iudex concedens captum suspecti, visis instrumentis, præsumitur vidisse instrumenta debiti, licet non sint producta. Castr. *consil.* 19. *Supradicta exceptiones in princ.* † Amplia; quia subscribens scripturam si dicat, *visis, &c.* non potest allegare ignorantiam contentorum in scriptura subscripta. Felin. *in cap. quoniam contra, num.* 48. *in* 6. *limit. de rebat. lib. in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus. num.* 14. *ff. de verbor. obligat.* † Amplia; quia verba narratiua inducunt dispositionem in iis, quæ per solum consensum inducuntur. Signorol. *consil.* 165. *num.* 37. sequitur Crau. *consil.* 866. *num.* 12. † Extende; quia in iis, quæ solo animo perduntur, vel acquiruntur, verba narratiua inducunt dispositionem. Signorol. *consil.* 165. *num.* 41. quia plus operantur verba assertiua, quam narratiua. Crauett. *consil* 832. *in princip. ver. tertio verba hic*, vbi plures citat. † Extende; quia verba narratiua assertiua super iure in re inducunt dispositionem. Signorol. *d. consil.* 165. *num.* 41. quia plus operantur verba assertiua, quam narratiua. Crauett. *d. consil.* 832. *in princip. ver. tertio verba hic*, vbi plures citat. † Extende; quia quando aliqua duo habent aliquam consequentiam, verba narratiua in vno disponunt in altero. Signorol. *d. consil.* 165. *num.* 42. Crauett. *consil.* 866. *num* 13. vbi alios adducit. † Amplia; quia verba narratiua sententiæ licet regulariter nō probent *cap. si Papa, de priuil. in* 6. tamen, quando iudex aliquid narrat in sententia partibus præsentibus, & non contradicentibus, tunc inducunt verba narratiua confessionem partium, quæ non potest revo-

vocari, nisi ante rem iudicatam, & sententiam, sicut vera confessio. Abb. *consil. 60. In casu, col. 2. num. 4. & 5. ver. secundum caput, lib. 2.* Castrens. *consil. 282. In causa ista, in princ. ver. præterea, & consil. 283. num. 4. & ver. item patet, lib. 1.* † Amplia; quia verba narratiua inter partes probant aliter, quod non potest contrarium dici, maxime, quando sunt dispositiua, prout si contraho tecum, tanquam cum hærede Titii, non potero contrarium asserere, quod non sis hæres Titii. Alex. *consil. 17. Ponderatis iis, in princ. lib. 3.* † Extende multo magis, quando quis respondendo positionibus confessus est Titium hæredem Seii; quia non potest contrarium velle dicere. Alex. *d. consil. 17. in princip. ver. confessa est etiam, lib. 3.* † Extende multo magis, quando is, qui in instrumento confessus est, talem esse hæredem, iurauit omnia contenta in instrumento esse vera; quia talia verba referuntur ad omnia, quæ in ipso instrumento narrata sunt, siue incidenter, siue principaliter, siue accessorie. Alex. *d. consil. 17. in princip. ver. concurrit etiam, lib. 3.* vbi dicit communem, sequitur Paris. *consil. 97. num. 90. & seq. lib. 1.* Ruin. *consil. 103. num. 11. lib. 4.* † Extende, vt procedat, etiam si per errorem ita iurasset; quia obligatur dicto iuramento. Alex. *d. consil. 17. n. 2. & seq. lib. 3.* vbi extendit etiam in minore, & dat plura exempla. † Contra extensionem tenet apostill. ad Alex. *d. consil. 17. in ver. contra, lib. 3.* † Amplia; quia verba narratiua inter partes prolata in instrumento probant inter easdem partes, *l. optimam, C. de contrahen. & committ. stipulat.* ideo probatur domicilium originis partium narrantium de tali loco. † Limita; quia verba narratiua sententiæ Rotæ Auditoris, quod sit de voto aliorum dd. Coauditorum, non probant, quando actus enunciatus tempore sententiæ non potuit interuenire. † Restringe; quia si vtraque pars fuit præsens prolationi sententiæ cum illis verbis, & non contradixit, non poterit postea contradicere. Castr. *d. consil. 282. In causa ista, in princip. ver. præterea licet. lib. 1. & consil. 283. num. 4. ver. item patet, eod. lib. 1.* Alex. *consil. 213. Visis, num. 3. & seq. lib. 7.* Vide, *Sententia lata sine causæ cognit. Concluſ. 147.* Vide, *Sententia sine processu. Concluſ. 192.* † Regula est, quod narratiua verba legis, vel statuti non constituunt ius, neque disponunt. Alex. *consil. 17. Visis, & opportune, col. 2. ff. in fin. num. 4. & 5. ver. confirmantur prædicta. lib. 2.* Vide, *Lex quid sit, & 20. conclusione, & c. Concluſ. 252.* † Extende: quia si constituens procuratorem promittat releuare eum, & substituendos ab eo, non censetur dedisse facultatem substituendi; quia verba non disponunt, sed supponunt, & sic sunt mere enunciatiua. Alex. *d. consil. 17. col. fi. num. 6. ver. pro hoc bene facit, lib. 2.* allegat Rotam *in antiq. decis. 23. tit. de procurat.* & Alex. sequitur Cruett. *consil. 176. num. 3. in fin.* Vide plenius, *Verba enunciatiua. Concluſ. 81.*

Narniensis Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 6.

1 CONTRA † Episcopum Narnien. consuluit Paul. de Eleazar. pro Priore, & Capitulo S. Mariæ in Pesellis, quod collatio canonicatuum, & præbendarum dictæ Ecclesiæ spectabat ad Priorem, & Capitulum, & non ad Episcopum. Federic. de Sen. *consil. 34. ver. secundo arguitur, in princ.* † Statutum est Narniæ, quod hæreditas fuerit delata alicui ex testamento, vel ab intestato, is tenetur intra sex menses, vel repudiare, vel acceptare, alias habetur pro adita, Bald. *consil. 145. Punctus quæstionis talis, lib. 4.* vbi in princ. quod tale statutum non habet locum in eo, qui ignorat deferri sibi hæreditatem, vel conditiones. † Statutum, quod turpe aliquem in sua possessione non requirit dolum, & ideo is, qui erat fideicommissarius, & non habita restitutione obtinuit suam possessionem non citato possessore, incidit in pœnam turpis, nec excusatur ex licentia iudicis. Bart. *consil. 91. In quæstione penult. per tot.* maxime circa fin. vbi maxime non excusatur ex perscientia, postquam sciuit malam ius fouere.

Natalium, seu legitimitatis causa quando fori Ecclesiastici, & quando fori secularis. Concluſ. 7.

1 NATALIVM † causa, videlicet an quis sit natus de legitimo matrimonio, vt quia allegatur matrimonium non tenuisse, vel fuisse nullum, est mere spiritualis, & spectat solum ad iudicem Ecclesiasticum; quia vbi quouis modo cognoscitur de matrimonio, causa est spiritualis. Feder. de Sen. *consil. 96. Apparet. num. 3. ver. sed dicebat.* † Limita, si quæstio natalium fiat ex alia causa, quam ex defectu matrimonii nullius, veluti si quis diceret aliquem esse filium alterius, vel esse spurium; quia quando cessat cognitio matrimonii, tunc causa potest cognosci per iudicem secularem, ex quo cessat spiritualitas. Federic. de Sen. *d. consil. 96. num. 3. ver. sed dicebat.* Vide, *Filiationis causa an sit fori. Concluſ. 350.*

Naturalia si concurrant cum accidentalibus præferuntur. Concluſ. 8.

1 VBI † duo concurrunt impedimenta, vnum naturale, & alterum accidentale, originale & naturale præualet, & attendi debet. Ægid. Bella. *consil. 43. in princ.* † Et si minori 25. & furioso debet dari curator, potius datur vti minori, quam vti furioso; quia minoritas est naturalis, furor per accidens. *l. qui habet. ff. de tutor.* † Et potentius est domicilium originis, q̃ domicilium incolatus; quia vnum naturale, aliud accidentale. Anch. *cons. 37. Contra Ioannem. n. 6. in fi. & n. 7.* Vide, *Domicilium. Concl 591. in ver. poten.* † Et feudum paternum, & antiquum retinet suã naturam, licet fiat noua inuestitura in filios; quia vnum naturale, aliud per accidens. *c. vnic. de vasall. decrepit. ætat.* † Et ius naturale dicitur immutabile; quia inhæret naturaliter, accidentale secus, § *sed naturalia quidem iura. Instit. de iur. nat. gen. & ciuil.* Priuilegiati, qui trahunt, & non trahuntur, prout pupillus, vidua, & miserabiles personæ, de quibus *in l. vnica. C. quand. Imper. inter pupil. & vid.* licet regula sit, q̃ priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtatur priuilegio, fallit, quando priuilegium fundatur super natura, & super accidenti; quia pupillus præfertur miserabili per accidens. Afflict. *super const. Regni. § statutimus, in 12. q. n. 35.* † Amplia; quia licet pluralis locutio nõ sit contenta vno; secus est, quando naturalis ratio concurrit; quia plus attendi debet naturalis ratio, quam pluralis locutio. Alex. *consil. 109. Super prima, n. 12. in fi. lib. 7.* † Amplia; quia si concurrunt ad priuilegiũ causa iuris cõmunis, & causa iuris specialis, seu priuilegii, præfertur causa iuris communis, ita Afflict. *decis. 257. circa fi.* Vide Concl. prox. seq. Vide, *Causa naturalis præfertur. Concl. 147.* Vide, *Originalis dispositio fortior. Concl. 200.* Vide, *Domicilium multiplex. Concl. 591.* † Amplia; quia dispositio statuti, vel priuilegium concessum Titio pro se, & filiis, & filiabus, cum ista sint nomina naturalia, transit dispositio etiam ad fœminas maritatas; quia non perdunt, imo retinent naturalia iura, ita plene Alex. *cons. 125. Viso processu, n. 10. ver. præterea posito, lib. 7.* & licet in hoc sit controuersia opinio, an priuilegium pro se, & filiis, & filiabus transeat ad filias maritatas in aliena familia; tamen apostilla ibi citat pro vtraque parte plurimos. & dicit hanc veriorem, pro qua etiam citat Tiraquel. *de legib. connubial. § 1. char. 8.* † Amplia, vt procedat etiam in pœnalibus; quia an mulier nobilis nupta populari sit nobilis, vel popularis, distinguitur, quod si ratio originalis inspicitur, est nobilis, si ratio accidentalis inspicitur, est popularis, si vero dispositio esset dubia, attenditur ratio, quæ magis fauet, & ratio naturalis semper in concursu præponderat. Bald. *in l. cum quædam puella, in princip. ff. de iurisd. omn. iudic.* quem ad hoc citat Alex. *d. consil. 125. num. 12. lib. 7.*

Naturalis causa præfertur accidentali. Concluſ. 9.

1 PATER † tenetur alere filium, & filiam, naturali ratione, monasterium vero, & maritus tenentur ratione accidentali; ideo si concurrunt causæ, naturalis præponderat, & pater, qui liberatur ex accidentali causa alere filium, tenetur tamen, si cessat accidentalis. Castr. *consil. 76. Ad confirmationem, lib. 1.* Vide, *Domicilium multiplex. Concl. 591.* † Et beneficiatus infirmus, qui concurrit cum substituto deseruienti pro eo, præfertur in alimentis Ecclesiæ, quando non sufficiunt pro vtroque; quia sibi debentur, tanquam beneficiato, ne pereat, quia causa naturalis præfertur accidentali, prout est substitutus. Abb. *cons. 70. Videtur primo, n. 2. ver. præterea quando concurrunt. lib. 1.* vbi dicit, quod episcopus aliunde debet prouidere seruienti. † Et si causa dispositionis iuris communis cõcurrat cum causa statuti, quando vtraq; viget, causa iuris communis videtur naturalis, causa statuti accidentalis; ideo dispositio iuris communis videtur præferenda. Abb. *consil. 91. nu. 4. & 5. ver. venio ad secundũ, lib. 1.* † Et in duplicandis pœnis pluries fit duplicatio secundum originalem naturam pœnæ, non secundum accidens; quia si imponitur pœna centum, quæ ter, vel quater duplicari debeat, semper fit duplicatio, triplicatio, & deinceps de pœna centum, non de pœna accidentaliter ex prima duplicatione aucta. Bart. *consil. 41. Statuto, ciuitas, lib. 2.* Vide, *Naturalia si concurrant cum, & c. Concluſ. 8.*

Naturalis filius quis dicatur, & quando appellatione filiorum veniat, vel non. Concluſ. 10.

1 NATVRALIS † filius dicitur natus ex concubina, non autem natus ex soluto, & soluta, quæ nõ stabat in concubinatu; quia qualitas cohabitationis consideratur in concubina, ad hoc, vt filii naturales dici possint. Oldr. *cons. 196. Factũ tale est, quidam nobilis.* Alex. *cons. 60. Visa legitimatione. n. 16. ver. s. dicta est, lib. 2.* † Et quæ requirantur, vt dicatur mulier retenta in concubinatu, plura videas per Gramma. *vot. 4.* & sunt septem requisita, de quibus Conclusi, proxima

3 xima seq. † Declarat Alex. *consil.60. Visa legitimatione.n.8. ver.nam præsuppono, lib.* 2. quod vere naturalis dicitur solũ ille, qui natus est ex vnica concubina in domo honestè retenta, licet secundum vulgarem vsum communem omnes nati ex soluto,& soluta dicantur naturales,& ibi apostill.in *ver.naturalis*,citat infinitos ad hoc con-
4 cord. † Amplia; quia naturalis dicitur natus ex concubinatu, videlicet ex tali coitu, qui de iure non possit secundum legem ciuilem accusari, alias non dicitur naturalis, sed ex complexu illicito natus. Bald.*consil.*267. *Ad euidentiã præmitto,in princ.lib.*1.quod dupli-
5 catur *consil.*447.*lib.*5. † Extende;quia naturalis nõ dicitur natus ex soluto, & soluta permanentibus in concubinatu, quando idem pater habebat alias concubinas. Bald.*d.consil.*267.*nu.*10.*ver.sunt enim,lib.*1. quod duplicatur *consil.*447.*lib.*5. Bald.*consil.*68. *Pro veritatis*
6 *indagatione, circa med. ver.si vero quis plures.lib.*5. † Declara; quia duplici modo quis dicitur naturalis; primo modo proprie,& secundum leges ciuiles, dicitur naturalis solũ is, qui natus est ex concubinatu; & ratio est; quia si nõ retineturmulier in domo per patrem concubinali affectu, dicitur spurius filius, qui nascitur ex ea, licet vterque sit solutus, & soluta, propter incertitudinem. Bald. *consil.*129.*Factum proponitur,n.*3.*ver.circa secundum,lib.*2.& idem Bald. *consil.*63.*Filia dictæ concubinæ,lib.*4. vbi, quod si concubina extra domum concipiat, & pariat, dicitur spurius,& nõ naturalis, & idem dicit Bald.*consil.*206.*Casus talis est,in princ.lib.*3. vbi allegat Bart.pro
7 hac opinione Rimin.*consil.*187.*n.*82.*& seq.lib.*2. † Secundo modo dicitur filius naturalis natus ex soluto, & soluta secundum vulgarem consuetudinem loquendi; quia sufficit, quod paterna charitate parentes eum tractent, & nõ dicitur spurius secundum veritatem, & canonicã æquitatem; & ideo legitimatus tanquã naturalis est bene legitimatus etiam ex priuilegio Cæsaris. Bald.*d.consil.* 129.*n.*3.*ver.circa secundum,lib.*2.& idem concludit Bald.*d.consil.*206. *in fin.lib.*3. vbi, quod ius Canonicũ appellat naturales omnes natos ex soluto, & soluta. Rimin. Iun. *d.consil.*187.*n.*83.*& seq.* plenius Bero.*consil.*165.*in princ.lib.*2. vbi, quod secundum ius Ciuile solum naturalis dicitur natus ex concubina; sed quia concubinatus de iure Canonico est sublatus, subintrat natus ex soluto, & soluta.
8 † Amplia igitur; quia nati ex istis fantolastris, quæ passim vadunt ad nundinas; quia vagantur per vicos, & plateas, si à domino imprægnantur,partus,licet de iure Ciuili non sit custodiendus;quia spurius est; tamen de iure Canonico est naturalis,& secundum æquitatem, vt naturalis potest legitimari, & valebit legitimatio secundum veritatem. Bald.plene *consil.*206.*Casus talis est,per tot.* maxime *nu.*6. *ver.quid dicemus, lib.*3. vbi loquitur in fantolastra vidua.
9 † Contrarium tamen tenet Bald. simpliciter *consil.*180.*Mortuo filio, n.*4.*ver.venio ad secundum lib.*3. quod sunt spurii,maxime nati ex fantolastra vidua. Ang. *consil.*87.*Spurius, col.*2.*ver.tertio probatur,* & quando ex concubina retenta indubitato affectu non sunt nati, dicuntur spurii & non naturales, vt videtur text. in *auth. licet. C. de natur.liber.& in* §.*aliud,auth.quib.mod.natur.effic.legit.* Oldrad.*d.consil.*196.*in princ.* Bart. in *l.fin.ff.de concubin.* Bald. *consil.*206.*Casus,n.*1. *ver.dicit Bart.quod nati ex istis famicellis.lib.*3. Rip. in *l.ex facto.* §.*si quis*
* *rogatus, num.*4.*ff.ad Trebellian.* & magis communem * dicit Gabr. *consil.*29.*num.*8.*lib.*1. licet forte dicat, quod hæc opinio non seru-
10 retur in practica. † Declara, vt per Angel. de Perus. *consil.*30. *Domina Francisca, num.* 5. *& seq. ver.super secundo*; quia natus ex fantolastra, quæ vagatur per plateas tanquam pedisequa, & non retinetur in concubinatu, & tales nati habentes patrem incertum non suscipiunt nomen agnationis,neque insignia, neque appellatione filiorum veniunt, nisi communis vsus sit in contrarium, &
11 *consil.* 87.*col.*2.*ver.pro hoc etiam.* † Declara; quia spurii, & bastardi in genere sumpto vocabulo dicuntur omnes illegitime nati, sed in specie bastardi sunt naturales; spurii vero sunt vulgo concepti ex meretrice,vel ex muliere, quæ multos admittit,magis in specie spurii sunt, qui ex damnato coitu nati sunt, vt distinguit Hieron.
12 Gabr.*consil.*140.*n.*21.*& seq.lib.*1. † Declara; quia nati ex ancilla, & fantolastra non dicuntur naturales, vt succedant patri tanquam naturales. Bart.in *l.fin.ff.de concubin.* Oldrad.*consil.*196.*in princ.* quia requiritur, quod sit natus ex concubina, in qua plura requiruntur, vt per Grammatic. *vot.* 4. quæ si non concurrunt, transit coitus in crimen stupri, quod de iure ciuili est punibile. Iul. Clar. in *lib.*5. §.*fornicatio, ver. vnum tamen scias*, & qui nascitur ex coitu de iure ciuili punibili, dicitur spurius, non autem naturalis. Alciat. *lib.*4.*parergon,cap.*5.sequitur Couarr.in 4.*decretal.in* 2.*par.cap.*8.§.5.
13 † Et idem dicit Rota in *nouiss.decis.*808.*num.*23.*&* 24. *lib.*1. quia licet largo modo de iure Canonico dicantur naturales nati extra concubinatum ex soluto, & soluta, secus de iure Ciuili, & ius Canonicum attenditur ad effectum legitimandi; ius vero Ciuile ad effectum succedendi,& ita etiam loquitur Rom.*consil.*194.*num.*6. *& seq.* † Contrarium tenet Rota in *nouiss.lib.*3.*decis.*1168.*in fine, & ita per totam,* quod imo natus ex quocunque illicito coitu de iure Ciuili succedit patri, quando non est coitus punibilis; ideo nothus, videlicet natus extra concubinatum, succedit, prout ex meretrice,& quod ei possit legari, Put.*lib.*3.*decis.*188.vbi,quod non solum procedit de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili, etiam si-
tent legitimi & naturales. † Declara; quia si loquimur ad effectum differentiæ filii naturalis à filio spurio,dicitur naturalis quicunque natus ex soluto, & soluta. Bald.*consil.*68.*Pro veritatis indagatione, in princ.lib.*5. Riminal.Iun.*consil.*187.*num.*83.*& seq.* † Imo si quod natus ex ancilla, imo etiam serua, ad effectum validitatis legitimationis sit naturalis, non autem spurius, & propterea valeat legitimatio,non facta mentione, quod sit natus ex ancilla,vel serua, secus si ex patre seruo; quia tunc est spurius. Rom.*consil.*194.*In proposita, num.*6.*& seq.ver.quoad tertium.* † Si vero agatur de successione ipsorum naturalium, tunc proprie dicitur naturalis is, in quo tria concurrunt, videlicet primo; quod ex soluto, & soluta natus sit; secundo, quod ex vnico, & vnica; tertio, quod sit retenta in domo concubinali affectione.Bald.*consil.*68.*ver.alio modo, vsque in fin.lib.*5. vbi late, & quod natus ex soluto,& soluta,quæ mittebatur per vicos, plateas, & fossata, vel si pater plures concubinas habebat, non dicitur naturalis quoad successionem.† Si autem agatur de capacitate institutionis, vel legati, ita est capax naturalis ex soluto, & soluta etiam fantolastra, sicuti ex concubina; quia secundum ius Canonicum magis punibilis est coitus concubinatus, quam simplex fornicatio; ideo standum est iuri Canonico, quando agitur de opinionibus Iuristarum. Rimin. Iun. *d.consil.*187.*num.*89.*vsque in fin.lib.*2. Vide, *Spurii qui esse dicantur. Concluſ.*409. † Limita; quia licet natus ex soluto, & soluta ex parte viri nobilis dicatur naturalis, si tamen fœmina soluta nobilis efficitur prægnans, erit spurius, non naturalis. Bald.*consil.*232. *Fœmina, in fin.lib.*3. vbi remittit se ad not. in *l.si qua illustris.C.ad Orfician.* † Spurius, & bastardus differunt à naturali in specie, sed non in genere; quia omnes sunt illegitimi, tamen maius odium est spuriorum, & bastardorum, quam naturalium. Alex.*consil.*2. *num.*19.*lib.*1. † Filius naturalis, videlicet natus ex concubina retenta in concubinatu appellatione filiorum venit in omni dispositione in materia indifferenti, & idem, stante statuto, quod prolegato facto filiis non soluatur gabella, non soluitur de legato facto filio naturali. Ang.*consil.*30. *Domina Francisca,num.*5.*vsque in fin. ver.super secundo.* † Extende,vt idem sit in materia fauorabili; quia fratris appellatione venit frater naturalis; quia nomen fratris est à natura, & ideo proprie est frater secundum naturam. Angel. *consil.*385. *Statutum Communis, per tot.* † Extende; quia dicitur de agnatione secundum communem vsum loquendi. Ang.*consil.*30. *num.* 6. † Restringe; quia imo statutum vocans filios ad successionem intelligitur de filiis legitimis & naturalibus, & debet probari illa qualitas, quod sint legitimi & naturales. Bart.*consil.*229. *Cauetur statuto.in princ.lib.*1. sequitur Dec.*consil.*471.*Iuridicam,nu.*4. † Restringe, vt non procedat, quando materia esset differens, vt quia ageretur de dignitate, & honore; quia si statutum disponat quod filii popularium eligantur ad magistratum, non venit naturalis; quia agitur de dignitate, quæ naturali non datur. Angel. *d.consil.*30.*circa fin.* sequitur Gemin.*consil.*101.*in fin.* Vide, *Filiorum appellatione, &c. Concluſ.*373.

Naturalis, an spurius præsumatur filius. Concluſ. II.

FILIVS † potius præsumitur naturalis, quam spurius, quia magis abest à delicto, & vitio. Bald.*consil.*448.*Quæritur, in 3.dubio, col.fin.lib.*1. sequitur Crauett.*consil.*138.*Decessit Martinus, in princ.& consil.*166.*Licet plurimi, in princ.* ideo dicenti spurium incumbit onus probandi. *l.ab ea, & l.is qui.ff.de probat.* † Contrariũ,quod imo no facile reperiantur naturales; quia multa requiruntur, vt quis vere naturalis; nempe primo, quod inter matrem, & patrem potuerit esse matrimonium; secundo, quod fuerit vnica concubina; tertio, quod sit retenta domi in schemate concubinæ; quarto quod dicatur publice; quinto, quod ad liberos suscipiendos reneatur;sexto,quod diligatur sicut vxor,septimo requiritur prostatio,& si vnum ex iis deficiat, nõ est proprie concubina, & filius nõ est proprie naturalis.Rot.in *nouiss.decis.*254.*lib.*2.coram R.[illegible] Blanchetto, vbi respondet ad *consil. Cauet.* 166. q. procedit quoad effectum euitandi pœnam; quia sufficit probare, quod ex soluta & soluta natus sit; secus quoad effectum successionis; quia debet clare probare omnia prædicta,& quod non fuerit virgo quæ publice fuerit stuprũ,& quod præsumatur spurius,etiã supponit *decis.*[illegible] *in nouiss.lib.*1.*in princ.* † Extende contrarium,maxime, quando pater erat in sacris; quia præsumuntur nati filii post susceptos ordines

dines sacros,& onus probandi incumbit asserenti,quod ante susceptos ordines fuerint suscepti.Rot.*d decis.254.nu.2.lib.2. in nouiss.* allegat Rebuff. *de dispensat.super defectu natalium,n.42.* vide concor.
NEGLIGENTIA † nihil aliud est, quam priuatio diligentiæ & priuatio, & negatio idem sunt. Bart. *cons.* 102. *Charissime domine, num.* 2. *lib.* 1. † Et dicitur peccatum mortale in eo, qui tenetur facere, & non facit. Socin. *cons.* 2. *Sequendo ordinem, num.* 8. *& sequent. ver. quia imputatur, lib.* 1. † Et negligentia non est aliquid formati, quod sensu percipiatur; ideo testes, vt probent negligẽtiam, debent reddere causam scientiæ, etiam non interrogati, alias non probant. Bart. *d. consil.* 102. *nu.* 3. *& seq. lib.* 1. vbi late, quomodo probetur negligentia, & excludatur, vide eum, per totũ. † Negligentia non probatur per testes, qui dicunt, tales fuisse negligentes, nisi ẽt reddant causam scientiæ, put in negatiua; quia ista sensu corporis non percipiuntur, & propterea magis dicuntur iudicare, q̃ testificari. Bart. *cons.* 102. *nu.* 2. *ver. super eo, quod, lib.* 1. † Dicit tamen Bart. quod si testes dicerent Commune omisisse persequi male factores, & bannitos, prout poterant, si voluissent, & reddant rationẽ; quia erant præsentes in loco, & non potuisset fieri aliter, quin vidissent, probaretur negligentia. Bart. *d. cons* 102. *n.* 1. *in fin. ver. si tamen possent. lib.* 1. † Declara; quia negligentia probatur ad inducendã suppletionem si quid debet fieri certo termino à iure statuto, & illud non est factũ; si vero terminus non est à iure statutus, debet ab homine statui, anteq̃ dicatur quis negligens; vt igitur probetur negligẽtia, debet hoc casu statui terminus ad faciendum; quo elapso probatur negligentia. Card. Zaba. *cons.* 65. *In casu domini Christophori, n.* 1. vbi late. † Amplia; quia negligentia non probatur eo solo, ꝙ non fuerit aliquid factum, sed debet ꝓbari, ꝙ talis facere potuit, & non fecit. Bart. in *l. ab hostibus. §. si fil-*
lut. matrim. & in l. idemque ff. pro socio, facit, ꝙ dixit idem Bart. in *l. §. quod diximus. ff. si quis cautio. & in l. item illa. ff. de constit. pecun. & in l. qui commeatus. ff. de re milit. & in tract. de testib. versic. lata culpa, in fin.* Dec. *cons.* 430. *Quod supra pro veritate, colum.* 1. † Extende idem esse in probatione latæ culpæ. Alexand. *consi.* 74. *Viso titulo quæstionis, colum.* 2. *lib.* 7. † Extende; quia imo sufficit offuscare, seu in dubium reuocare negligentiam. Syluan. *cons.* 93. *n.* 12. Crauet. *cons.* 15. † Extende; quia licet repressaliæ concedi possint propter iniustitiam iudicis notoriam; ita ẽt propter negligentiam in faciendo iustitiam; sñ negligentia non probatur in iudice, nisi sit facta interpellatio, qñ sedet pro tribunali; quia congruis loco, & tempore fieri debet. Rom. *cons.* 48. *Inspectis, in fi.* vbi apost. in *ver. interpellatio.* † Amplias, qa negligentia contra Cõmune, vel obligatum capere bannitos ad hoc, vt probetur, requirit primo, ꝙ constet, ꝙ sciuerit bannitos fuisse in territorio, & ꝙ locus, in quo fuit commissum delictũ, esset in potentia, & habilitate, vt posset Commune præstolari, & capere. Bart. *d. cons.* 102. *Charissime, in prin. lib.* 1. † Extende, qñ vt probetur negligentia tutoris in mutuanda pecunia pupilli, debet constare, ꝙ in ciuitate fuissent, qui recepissent pecuniam, alias non probatur negligentia. Bart. *d. cons.* 102. *n.* 1. *ver. si enim vult, lib.* 1. Ang. *cons.* 7. *Statuto. circa fi.* † Item, si agitur de negligentia tutoris in emendis bonis, debet probari, ꝙ essent bona vtilia venalia. Bar. *d. cons.* 102. *n.* 1. *ver. item si volo probare, lib.* 1. † Item si agatur de probanda negligentia in eo, ꝙ potuit per alium gerere, debet ꝓbari, ꝙ adessent tales, per quos, & c. Bart. *d. consil.* 102. *n.* 1. *vers. item si volo quem probare, lib.* 1. † Adde tñ; quia si ista probarentur, onus ꝓbandi diligentiam esset translatum in partem contrariam, dicit Bart. *d. cons.* 102. *n.* 1. *versic. & hoc probato, lib.* 1. † Amplia; quia excludi actus negligentiæ sunt, si actus, cui debuit prouidere is, qui dicitur negligens, fuit in loco secreto, vel abscondito factus, item si in loco vicino flumini, vel syluæ, vel confinio alterius territorii. Item, si in loco remoto; item, si homines erant absentes, vel alio occupati; itẽ, si de nocte, vel tempore, quo clausæ erant por-

tæ ciuitatis. Item, si erant malefactores in tanto numero, quod non poterant capi; item, si statim se receperunt malefactores in aliquo fortalitio, vel in ecclesia. Bart. plene *d. cons.102. Charissime, n.4.vers.ad vltimum,lib.1.& in §.occisoris,l.1.ff.ad Syll.* Calcan. *cons.64.* Jul. Clar. *§.fin.in præxi crimin.q.29.nu.9.* † Item potest probari diligentia, quod omnes exierunt ad prosequutionem sono campanæ, factũ est præconium, & alios similes actus fecerunt vere, & non ficte, cum assistentia officialis. Bart. *d.cons.102.n.5.ver.potest etiam,lib.1.* vbi apost. *in ver.diligentiam.* † Item ꝓbaretur excusatio negligentiæ; quia tutor non exegerit à contutore, si probatur, ꝙ fuit datus contutor à testatore, & quod semper fuit non soluendo. Soc. *cons.282.nu.8.lib.2.* † Limita; quia negligentia Abbatis in ministrando Sacramenta Parochianis Ecclesiæ vniæ monasterio, probatur eo; qa fuit interpellatus ad prouidendũ, & non ꝓ audiit. Alex. *cons.81. Stantib.iis,in princ.lib.4.* † Et sufficit vnica interpellatio in extraiudicialib⁹ licet aliquiteneant, ꝙ trina requiratur, q̃ inferior interpellat superiorem; tamen communis * opinio est, ꝙ sufficiat vna, & in iudicialibus, licet trina requiratur; tñ vna sufficit, quãdo interpellatus dixit nolle comparere, vel nolle prouidere secundum magis * communem opinionem. Alex. *d.cons.81.ver tot.in prin.lib.4.* vbi distinguit finaliter, ꝙ sunt certi casus, in quibus trina requiritur, & illi debent seruari, in aliis vna sufficit, & apostilla ibi in *ver.trina*, cicat prò vtraque, sed ꝙ vna sufficiat, dicit esse verum. Vide, *Interpellatio,quando sufficiat vna,vel trina requiratur. Conclus.326.* † Limita; quia negligentia Prælati probatur eo ipso, ꝙ res est notoria, quod non incumbit curę animarum, q̃ debet exercere, & quod sine sacramẽtis mortui sunt parochiani, & istud est notoriũ in ciuitate, vel loco; qa certus certiorari non debet. Alex. *d.cons.81. Stantibus,n.5.ver.confirmatur,lib.4.*

Negligentia semper est mala in omnibus, & punibilis. Concl. 33.

1 PAPA † qui tenetur tueri iura Rom. Ecclesiæ sponsæ suæ, & iurisdictionem ecclesiasticam, si negligat; iram Dei super se provocat. Ægid. Bellam. *cons.40.n.22.ver.ad secundum quæsitum, cum seq.* vbi plura contra negligentes, & inter cætera dicit, Pontifices muti, cũ sint cornuti, non audent cornibus vti; facilitas veniæ incẽtium tribuit delinquendi, principiis obsta, sero medicina paratur; omne malum dum nascitur, facile opprimitur, tardius, dum inueterascit; dum paruus est hostis, eum interfice, & tandem *nu.24.ver.ad quartum.* dicit, ꝙ vox cras, & cras, est vox coruina, quæ Deo, & hominibus displicet, & *n.31.ver.ad quartum*, si ea, quæ male vsurpantur, omittimus excessus, viam aliis aperimus. *35.quæst.9 2 cleri.* † Extende; quia quando imminet scandalũ, vt quia ecclesia eximitur eius priuatur sua iurisdictione, tacendum non est, sed potius martyrium subeundum, *7.q.1.§.cum vero prælatorum.* Ægid. 3 Bellam. *cons.40.n.27.* † Extende; quia ẽt si ecclesia ratione schismatis ecclesiæ turbetur, & non expediat nouas inducere diuisiones; tñ quando negligentia respicit oppressionem iurisdictionis ecclesiasticæ, viriliter agendum est, vt prouisio fiat condigna. 4 Ægid. *d.cons.40.n.37.ver.ad quintum.* † Et quia semper nocuit differre paratis, & cuius causa esse dignoscitur, in alienis vigilet negotiis. Ægid. *d.cons.40.n.39.ver.ad secundum,in fin.* † Et quia melius est ante tepus occurrere, vt celeri, & opportuno remedio nouis morbis noua antidota præparentur. Æg. Beli. *d.cons.40.nu.44.ver. 6 aliquartum.* † Amplia; quia negligens, seu dissimulans punitur, vt violator; quia si tacebimus nos, lapides clamabunt. Ægid. *d.cons.* 7 *40.n.44.vers.ad quartum.* † Et ob negligentiam iudicis in facienda iustitia concedi possunt repressaliæ, *cap.1.de milite v.fallo, qui consuesti.in vsib.feud.* Rom. *cons.48.colu.2.ver.item non potest dici*, vbi tñ requirit, ꝙ fuerit interpellatus in dex congruis loco, & tempore, 8 si quis ederet ad tribunal. † Et ob negligentiam officialis in faciendo iustitia ipse tenetur ad damna de suo parti læsa; item ciuitas, q̃ eidem officialem elegit, tenetur de suo parti; qa est culpa in mala electione, exhibendo tñ officialem liberatur. Rom. *cons.338.nu.6. & seq.ver.cæterum.* vbi apostilla in *ver.obligatam fore.* quæ citat pro 9 vtraque, & * dicit hanc communem. † Generaliter tutor, curator, & executor, administrator, iudex, & alii deputati ad officia, si sunt negligentes in officiis, possunt priuari, & remoueri, ꝓ ut fuerunt amoti ex constitutione publica Florentiæ oẽs, qui tutis negotiis erant implicati taliter, quod alienis non possunt inseruire, super qua consulunt Rom. *consil.80. Confirmanda, per tot.* vbi, quod fuit remotio iusta, & ibi apostilla in *ver.item & iustitia*, vbi extendit ad Syndicos, procuratores, custodes, medicos, prælatos, Principes, etiam Reges, citat concord. & multa similia per 10 Gome. *de triennal.quæst.28.* quem videas. † Extende; quia negligens in officio suo in Ecclesia sibi cõmisso potest priuari officio. Rom. *cons.362. Quoad primum,in fi.* vbi apost. dat conc. † Extende in 11 iudice negligente; quia pòt amoueri. Rom. *cons.428. In terminis, n. 5.ver.tertio qua ratione.* vbi apost. dat conc. in *ver. amouere posse.* Cta- uett. *consil.132. Homines S. Andreæ,nu.3.* vbi similia adducit. † Extende in tutore, qui propter negligentiam amoueri potest à tutela. 12 Rom. *d.cons.428.n.5.ver.quarto qua ratione.* † Et exequutor ad piam causam, si est negligens in exequendo, potest priuari officio exequutoris. Rom. *d.cons.428.n.3.& seq.* † Extende in ꝓcuratore neg- 13 ligente; quia potest amoueri. Rom. *d.cons.428.nu.5.ver.tertio.* † Generaliter negligentia dicitur peccatum mortale in eo, qui tenetur facere, & non facit; ideo obligatur de suo omnis administrator rei alienæ, qui negligit; ideo tenetur de leui, & leuissima. Soc. 14 *cons.2.&quendo ordinem,n.8.& seq.ver.quia imputatur,lib.1.* † Imo imputantur magis Episcopi, & Ecclesiastici de negligentia, q̃ alii; 15 quia taciturnitas a bono in præsidemortale peccatũ est, & silentes prælatos dñs per prophetã increpat; plura Rom. *cons.522. Beatissimus,n.10.& seq.* vbi ꝙ parũ prodesset iura condere, si non mandarentur exequutioni. Vide, *Seuerit as per iudicẽ exercendã.1.& quando secus. Concl.237.* † Et iustus à lege, vel iudice agere, seu prosequi ius 16 suum in certo termino, vel duobus terminis affignatis, si negligat, priuatur iure suo, & actione ob negligentiam. Rom. *cons.431. in terminis.per tot.*

Negligentia inferiorum prælatorum qualiter suppleatur. Concl. 34.

NEGLIGENTIA † prælatorum inferiorum, qui præscripserunt 1 contra Episcopum, suppletur per Episcopum, præfixo prius termino ipsi inferiori, quo elapso potest Episcopus cognoscere, & negligentiam supplere. Calde. *cons.192. in princ. ver. & si Capitulum*, alias *2.de præscripto.* † Amplia; quia institutiones prælatorum inferiorum per modum reuisionis, possunt ab Episcopo reuideri, & si sunt nullæ, possunt tanquam nullæ declarari. Calde. *d.cons.* 2 *192.in fi.* alias *2.de præscripto.* † Declara; quia ea, quæ deuoluuntur propter negligentiã primi, dicuntur quasi subsidiaria; ideo non 3 exercentur, nisi sequuta deuolutione; ideo prius facta non valent, Anch. *cons.198. Prædictis,subtiliter,n.5.* Vide Conclus. prox. seq.

Negligentia inferiorum prælatorum per quos suppleatur. Concl. 35.

INFERIORES † prælati, qui contra Episcopũ præscripserunt, si 1 negligant iustitiam administrare, potest Episcopus eis præfigere terminũ, quo elapso ipse procedet *c.irrefragabili.§.excessus,de for. comp.* Cald. *cons.192. in prin.ver.& si Capitulum*, alias *2.de præscr.* † Ex- 2 tende, vt imo ab inferiori prælato ex præscriptione appelletur ad Episcopũ. Cald. *d.cons.192. in prim.ver.appellatur tamẽ*, alias *2.de præscr.* † Extende, vt imo episcopus possit videre an institutiones inferiorũ in beneficiis factæ sint canonicæ, & si repetit eos deliquisse, annullabit institutionẽ; sed tñ exemptos non puniet; quia solũ superiori denunciabit. Cald. *d.cons.192. in fi.ver.item habebuntur*, 3 alias *2.de præscr.* † Amplia; quia regulariter deuolutio causata ob negligentiam deuoluitur ad superiorẽ, non è contra, *c.1.de suppl. negl.prælin 6.& c.grandi,eod.tit.* † Restringe tñ; quia fauore cultus 4 diuini, ne ecclesiæ diu vacent, ét negligentia Papæ suppletur, per inferiorẽ collatorem, *c.præsenti,de præb.in 6.* nisi dicas, ꝙ ibi relaxatur reseruatio lapso mense, non aũt suppletur per modũ negligẽtiæ. † Restringe; quia in iurisdictionalib. mixti fori licet ecclesiasticus sit maior seculari; si tñ ecclesiasticus præueniens, blasphemantẽ negligit punire, secularis potest supplere; qa crimina sunt 5 in maiestatẽ diuinam, quæ non admittunt præuentionẽ in casu negligentiæ. Anch. *cons.196. Magnifice, & illust.in fi.* & ita plenissime Fel. *in c.qualiter,& quando,in 2.limit.de iud.* † Amplia in visitatione 6 præscripta contra episcopũ; quia si est negligens intra terminum ab episcopo prefigendũ; tunc episcop⁹ visitare pòt propter negligentiã *c.irrefrag.de off.ord.* Rom. *cons.371. In proposito,in fi.* vbi apost. 7 *fi.in ver.irrefrag.* † Amplia in collatione beneficiorũ; quia si inferior collator negligit conferre, collatio deuoluitur successiue ad immediatũ superiorẽ; vnde si inferior collator negligit cõferre, collatio deuoluitur ad Episcopum, *c.licet.de suppl.negl.prælat.* si Episcopus negligit, deuoluitur ad Metropolitanũ, *c.2.de concess.præb.* si 8 Archiepiscopus negligit, deuoluitur ad Patriarchã, si Archiepiscopus est illi subiectus alias ad Papã, *d.c.licet*, ita plene Rom. *cons.* *361.In casu,ppositæ,n.6.* & ibi apost. in *ver.ad Papã*, dat conc. † Extende; quia ẽt Legat⁹ de Latere, licet possit præuenire ordinariũ; qa 9 concurrit cũ eo in collatione; non tñ si velit conferre p deuolutionẽ; quia eo casu est vltim⁹, ad quẽ fiat deuolutio, sicut Papa, ita R.O. *d.cons.361.n.6. vsq; in fin.* † Extẽde, vt idẽ sit, si agat de deuolu- 10 tione iuris patronat⁹; qa patron⁹ in tẽpore nõ plentauit; qa licet

Legatus

Legatus possit conferre beneficium iuris patronatus præueniendo patronum, & illo spreto, vt per Rom. *d. cons. 361. in princ.* & latius *n. 3.* tamen si velit Legatus conferre ex iure deuoluto nõ potest; quia gradatim fit deuolutio primo ad Episcopum, postea Archiepiscopum, vel Patriarcham, vltimo ad Legatum, vel ad Papam. Rom. *d. cons. 361. n. 6. vsq; in fi.* vbi apost. in *ver. gradatim.* † Et regula est, q̃ in supplenda negligentia attenditur locus, vbi est situ beneficium non locus, vbi est primus collator residens, secundum Rom. *d. cons. 361. n. 5.* verbi gratia, vnus Episcopus habet collationem beneficii ex priuilegio, vel alias in diœcesi alterius, Episcopus diœcesis beneficii supplebit, nõ autem superior Episcopi negligentis. † Declarat Apostill. ad Rom. *d. cons. 361. n. 5. in ver. beneficium,* vt aliquando in Rota Romana fuerit reprobata opinio Ro. nani. † Amplia; q̃ Episcopus, & alii iudices ecclesiastici supplent negligentiam, & iustitiam Principis, & iudicis secularis; *c. qualiter, & quando, de iudic.* est tex. clarus in *c. transmissa, cap. licet, & cap. seq. de foro compet.* & etiam de iure ciuili est text. in *auth. vt differentes iudices, collum. 9 per tot.* vbi clarissime hoc deciditur vniuersaliter maxime in §. *fin.* vbi Iacobus de Beluis. Bartol. & alii, Barto. idem tenet in *extrau. ad reprimendũ, in ver. Denunciationem, n. 9.* Abb. & Canonistæ, in *cap. Nouit. de iudic.* Vide, *Episcopus est superior omnib. Concl. 240.* † Limita; quia Principes, & iudices seculares non possunt supplere negligentiã, vel iniustitiam iudicis ecclesiastici; q̃a inferior non supplet superiorẽ, *d. c. qualiter, & quando, de iudic.* vbi Host. Abb. Antiq. Io. And. Collecta Henr. Boic. Ant. de But. Petr. de Anch. *n. 4.* Card. Zab. Ioa. de Im. Ioa. de Anan. Abbas Panorm. * Barba. Felin. & cæteri * omnes, Marian. Soc. in *cap. n. 28. de foro compet.* Dec. in *c. decernimus, nu. 167. versi. & hoc præcise prohibetur, de iudic.* Geminia. & Præpos. in *cap. si quis cum clerico, 11. quæst. 1.* vbi, q̃ si returritur ad eos, ipsi tenentur remittere ad superiores Ecclesiasticos; quia inferior non iudicat, neq; supplet facta superioris; item quia non sunt capaces; itẽ quia, si quæ iura antiqua reperiri possent contraria, sunt abrogata, & correcta. Alex. *cons. 8. Videtur, col. 2 ver. Quinimo, lib. 1.* quem citat, & sequitur Chassan. in *consuet. Burg. fol. 50. pag. 2. ver. vndecimo. fallit.* latissime Steph. Aufr. in *clemen. 1. de offi. ord. nu. 67. & seq.* vbi citat plurimos, & dicit * communẽ, & plenius Andr. Barba. *d. cap. qualiter, & quando. de iudic. n. 16. ver. vltimo nota. cum seq.* vbi in fin. vltra rationes sup. allegatas, ob quas ecclesiasticus suppleat negligentiã secularis, non è contra, dicit; quia ecclesiasticus habet iurisdictionẽ secularem habitu, quã potest exercere, si secularis negligit, non sic è contra. † Extende limitationẽ, vt procedat in tũ, quod contrarium facientes sunt excõmunicati ex Decreto Concilii Toletani, *c. inolita. 11. q. 1.* & magis expresse in *c. si diligenti. de foro compet. & in cap. Nouerit, de sent. excomm.* vbi omnes * Doctores. † Extende; quia istud est de iure diuino, & humano, vt in *c. inferior. 21. distinct.* vbi adducitur illud dictũ Isaiæ Prophetæ, *cap. 10. Nunquid gloriabitur securis contra eũ, qui secat cũ ea? aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur?* quasi Deus Principes seculares, vt ministros instituerit ad tuendã, & protegẽdam ecclesiã, & iurisdictionẽ ecclesiasticam, *cap. Principes, & c. Administratores. 23. quæst. 5.* Vide, *Clerici digniores, & maiores quocumq; laico. Concl. 384.* Vide, *Dignũ magis trahit, &c. Concl. 435.* † Item probatur ex sacra Scriptura, cũ Saul Rex expectasset Samuelem summum Pontificem, vt sacrificaret, prout conuenerat, & ipse Pontifex nõ venisset hora statuta, quia Saul Rex voluit supplere, & sacrificiũ offerre, fuit sibi ipsi dictũ, quod stulte egisset, & propterea Dñs repulit eũ, & de Regno eiecit, vt habetur in *lib. 1. Regum, cap. 13. n. 8. & seq.* & propterea constat Osasch. male loqui *decis. 68. in fin.* dũ vult, q̃ possint Principes apponere manum ad sacra in casu supplemẽti, vel necessitatis. † Ad idem facit, quod habetur in *lib. Num. c. 16.* de Core, Datan, & Abiram Primatibus, qui surrexerunt contra Moysen, & Aaron, volentes ea, quæ sunt sacerdotii, contemnere, & vsurpare, & terra aperta est, & deglutiuit eos cum sequacibus eorum. † Sic euenit Oziæ Regi Iuda, qui bona semper fecit, sed exaltatus nimis voluit offerre incensum Domino in templo, & reclamantibus Pontifice, & sacerdotibus, q̃ ad eum non spectaret, minatus est eis, & dum perseueraſſet, lepra miraculose à Dño est percussus, vt in *lib. Paralipo. c. 26.* & hoc exemplũ adducit Boeri. in *consuet. Biturices. §. 21.* vbi alia plura dicit circa hoc videnda. † Sic etiam patet exemplum in Ochozia Rege, qui volens apponere manus ad Eliam misit bis Principem quinquagenariũ cum militibus, vt caperet eum, & bis descendit ignis de cælo, & deuorauit eos, vt habetur in *lib. 4. Regum, c. 1.* † Sic etiam interuenit Achab Regem, dũ voluit Micheã Prophetam retinere, eo, q̃ mala futura ipsi Regi enunciabat, fuit Rex in bello vulneratus, & mortuus, & Regnũ auulsum ab eo, vt in *lib. Regũ 3. c. fi.* † Simile videm⁹, q̃ multi ministri, & exequutores iustitiæ iussu à Regib. apponere manum ad sacerdotes noluerunt obedire, & qui contrarium fecerunt, acceleraverunt sibi iram Dei, & exitum malum, tam ipsi, quam præcipientes habuerunt, vt de Saul, cui seruiemissarii noluerunt parere, vt occiderent sacerdotes, sed Doeg Idumæus seruus Saul interfecit, & Saul cum eo malum finem habuerunt, vt in *lib. Regum c. 22.* † Et vnicum exemplum deberet sufficere, q̃ est tremendum, & horrendũ in hac materia, de quo in *lib. 1. Regũ. cap. 15.* Nam cum Samuel Pontifex iussisset Saulo Regi, vt ex parte Dei interficeret Amalech Regem, & cunctum populũ, & animalia omnia in ore gladii essent, accessit Saul, & cepit Regem, & interfecit oẽs, sed conseruauit viuum Regẽ Amalech, & optima quæq; reseruauit, vt offerret Deo, & cũ Samuel Pontifex ipsum Regem reprehenderet, q̃ iussum Dei non impleuisset, contradixit Rex Saul, q̃ imo ipse seruasset verbũ Dei; quia fecisset seruare pro holocaustis Dño optima, & sic voluit supplere præceptum Dei, & Põtificis Ecclesiastici ex sacrificiis, quasi melius esset sacrificare, quam obedire; cui Samuel, melior est obedientia, quã victima, & auscultare magis, quã offerre adipem arietum, quoniã quasi peccatũ ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquirere. Pro eo ergo, q̃ abiecisti sermonẽ Domini, abiecitte Dominus, ne sis Rex, & fecit Samuel sibi adducere Agag Regem Amalech, & concidit eũ in frusta Samuel coram Dño in Galgalis. Hinc sumitur exemplum, q̃ Principes seculares sunt exequtores verbi Dei pronunciati per Pontifices Ecclesiasticos, q̃ non debent velle supplere aliquid prætextu boni, & q̃ si non obediunt, Deus aufert Regna, & q̃ neglectum per seculares potest supleri per Ecclesiasticos, & exequi, Samuel per se ipsum supplenit omissum, & neglectũ per Saul. Huic simile est aliud exemplũ. *Paralipom. 2. c. 23.* vbi Ioiada Pontifex, & Sacerdos iubet Centurionibus, & Principibus exercitus Regis, vt Athalia Regina interficiatur cũ sacerdotibus Baal, & ipsi obsequentes iussioni Pontificis interfecerunt Athaliã, & sacerdotem Balial, q̃ est argumentũ sacerdotibus iusta præcipientibus omnino obediendum per Principes seculares. Vide plenius in *ver. Iurisdictiones an sint distinctæ, vel non. Conclus. 544.*

Negligentia propria semper nocet, & quando secus. Concl. 36.

NEGLIGENTIA † propria semper nocet; ideo multi sunt casus, quibus quis priuatur iure suo ex sola negligentia, de quibus Felin. in *c. irrefragibili, n. 1. ff. de offic. ordin.* Vide, *Negligentia. Concl. 39. nu. 9. & sequent.* † Ideo habens gratiam, & fructus per biennium percipiat in absentia, si negligat præsentare gratiam Capitulo, & interim fructꝰ inter præsentes distribuuntur, sibi præiudicat, & valet distributio. Oldr. *d. cons. 56.* † Idem in negociorum gestore; creditore; quia si potuit sibi ex pecuniis sui debitoris satisfacere, & non fecit, perdit actionem suam. *l. debitor. ff. de negoc. gest.* per quẽ tex. ita etiam in vxore, quę administrauit bona mariti bannitti, & potuit sibi satisfacere de dote, & non fecit, perdit actionem Roman. *cons. 187. n. 4.* † Idem in eo, qui habet mandatũ de prouidendo directum ordinario; quia si negligit præsentare illud, & interim ordinarius conferat, valet collatio. *c. dilectus, de concess. præb. &c. 1. lib. 6.* Oldr. *cons. 56. in fin.* † Amplia; quia negligentia impetrantis in non faciendo sibi puideri per exequutorẽ corrodit gratiã iam, maxime, si negligentia est notabilis vltra sex menses. Calder. *cons. 254.* alias *33. de præben.* vbi ponit plura exempla. † Amplia; quia præsumitur contra negligentẽ petere, q̃ si sibi debetur, vel negligentem sumere iudicium, & malitia hoc faciat, ne possit probari, q̃ recens est. Roman. *cons. 169. Magister Paulus, nu. 3.* Affl. *decis. 33. nu. 21. In nona præsumptione,* quem ibi sequitur alios adducendo Vellu. *nu. 30. ver. circa vero nonam.* Vide, *Dolus non præsumitur, &c. Concl. 579.* † Extende; quia locator, qui nõ petiit pensiones per decẽ annos, & statim mortuo conductore, petit per tot annos præsumitur satisfactus, & q̃ de præsenti petat; quia mortuus est, qui erat informatus, & posset probare. Rimin. Iun. *cons. 407. n. 11. & seq.* maxime *n. 14. & per tot. lib. 4.* † Et in marito, qui non petiit in vita prætiũ rei dotalis venditæ per ambos, quia licet ambo prætiũ sint confessi, præsumitur totũ peruenisse ad maritum ex negligentia non petendi. Crauet. *cons. 91. n. 10.* Vide, *Facto non minus, quam verbo datur consensus. Concl. 15.* † Extende; quia vendens rem, vel concedens in emphyteusim, etiam si sit Ecclesia, si prætendit se læsum, vellesum, & differat instituere iudicium, post quam emptor, vel institus fecit multa melioramenta, præsumitur ex dolo facere. Bar. in *l. 2. C. de locat. prædio. ciuil. lib. 11.* Anch. *cons. 122.* Castr. *cons. 58. in prin. lib. 2.* † Extende; q̃a fideiubens p carcerato de soluẽdo q̃ quid, pbabitur eũ debere creditori, intelligitur, dũmodo post creditor in vita debitoris, qui fuit carceratꝰ, quia cũ sit informa-

tus

tus fideiussor, non tenebitur post mortem debitoris, si post mortem fiat probatio. Doct. communiter * *in l. qui Romæ. §. Agerius.* vbi Alex. n. 5. Ial. n. 6. *ver. iste tex. & n. 7. ver. vt tanquerationem. ff. de ver. oblig.*

11 †Extende; quia quando saldum, & calculatio generalis est dubia an comprehendat apocham obligationis, & creditor post saldū stet per longum tēpus, quod non petiit, non auditur; quia præsumitur includi in saldo, ita in simili Alex. *cons.* 115. *Visa scriptura. col.*

12 *2. lib. 7.* † Extende; quia habens scripturam facientē ad causam, & illam non producens præsumitur, hoc facere; quia contra eū faciat talis scriptura. Bald. *cons.* 406. *Præmittendum. libr. 4.* Crau. *cons.* 134. *n.* 17. sicuti è conuerso producens scripturam censetur illam

13 approbare. Rom. *cons.* 433. *in fi.* Afflict. *decis.* 14. *num.* 6. † Extende; quia habens exceptionem releuantem & differens opponere per longum tempus præsumitur ex calumnia proponere; quia si fuisset vera, non tantum distulisset, maxime, qñ ipse potuit habere plenam scientiam. Castr. *cons.* 282. *In causa ista. in pr. ver. nec obst. at. lib.*

1. sequitur Crau. *cons.* 335. *n.* 6. & *cons.* 450. *n.* 16. vbi plures concordant Castr. *cons.* 283. *Super isto negocio. col.* 2. *vers. secundo objcitur. lib.* 1.

14 † Extende maxime, quando pars differens oppositi aliam exceptionem excludentem ei stam, quam distulit opponere, velleti si petat restitui in integrum ad appellandum, excludit se à facultate appellandi; vnde si probato, quod renunciauit appellationi, non potest post longam moram allegare, quod renunciatio erat qualificata, dummodo sententia ferri deberet de consilio alterius; quia præsumitur non vera exceptio; quia distulit; & quia aliā exceptionem restitutionis in integrum opposuit. Cast. *d. cons.* 283.

15 *n. 3. lib.* 1. † Extende; quia qui allegat furtum, vel saccomannū post mortem eius, qui viuens tacuit, & quando hæres in prima instātia nihil dixit; præsumitur contra testes examinatos post talē negligentiam, & post didicita testificata. Cast. *cons.* 192. *Visis & ponderatis n.* 4. *lib.* 2. † Extende multis modis, quando quis potest probare per testes: instrumentarios, & ipse negliget volens inducere

16 non instrumentarios præsumitur ex dolo. Vide, *Præsumitur malū mdubio. Concl.* 617. † Amplia Florentiæ; quia tactus, vel captus, qui habet bollettinum, vel saluum conductum, si non ostendit illū eadem die, non potest se ex illo iuuare, ita disponente *l. tactus.* Vide, *Tactus personæ est species, &c. Concl.* 13. Extende; quia occultans, vel non ostendens id, super quo se fundat, habet præsumptionē

18 contra. Vide, *Occultans habet præsumptionem, Concl.* 62. † Amplia; quia pro non facto, & negligentia datur actio, & captura. Ang. *cons.* 12.

19 *Nos Angelus. per tot.* Vide, *Captura pro non facto, &c. Concl.* 67. † Amplia; quia exceptionem habens, ne teneatur ad aliquid, nisi certo facto vel impleto, si nihil opponat, sibi præiudicat multis casib⁹.

20 Vide, *Exceptio competens non, &c. Concl.* 398. † Amplia; quia in iis, quę respiciunt vtilitatem vtriusque partis; quia lapsus termini, & negligentia non facientis præiudicat; ideo si vendatur res pacto, quod debeat mensurari intra mensem, & pretium non debeatur ante mensuram, lapso mense ad mensurandum debetur pretiū.

21 Dec. *cons.* 452. *Visa instructione, n.* 10. late Soc. *cons. fi. n.* 3. *lib.* 4. † Extēdeidem in eo, qui emit, & promisit soluere pretium in pluribus terminis, dummodo pretium in actu solutionis inuestiri debeat; quia si factæ sunt plures solutiones simpliciter sine inuestitura, si⁹ inuestiendi censetur remissum pro summa soluta. Ruin. *cons.* 46. *per in. lib.* 5. vbi secus esse ait, qñ non esset adiecta hæc conditio in

22 exequutione, & actu soluendi. † Amplia; quia promittens scribere certo mercatori in Anglia, quod det pecunias necessarias pro mercantijs emendis, si omittat scribere, q̄ probatur, si ille mercator asserat ad protestationem nihil scire, ille, qui omisit scribere, tenetur ad damna, & interesse. Alex. *cons.* 41. *Viso puncto, per tot.*

23 *lib.*, & duplicatur *cons.* 52. *lib.* 3. vbi in princ. dicit, quod damna veniunt in actione mandati directa, & contraria. † Extende, vt p̄cedat ēt in pacto nudo, qñ vestitur cohærentia contractus; item, quando in curia mercatorum est, vbi æquitas seruatur. Alex. *dict.*

24 *cons.* 41. *num.* 1. & *seq. lib.* 3. Vide, *Pactum nudum qualiter, &c. Concl.* 19. † Amplia; quia appellans à sententia si patitur citari in causa exequutionis, & differt docere de appellatione, licet postea in fine doceat, condemnatur in expensis propter præsumptam calumpliam de fatigandi aduersariū. Castr. *cons.* 283. *col.* 3. *n.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia mercator transmittens libros societatis in alieno territorio etiam in vim pacti sine cautione de exhibendo non excusatur; quia nō facit, quod facere debuit. *l. debitorū. C. de pact.* vbi Bald. nam tenetur exhibere in loco, vbi mercimoniam, & rationem

26 exercuit. *l. prator. §. ut etiā. ff. de edend.* & debuit hanc cautionē præstari facere, *l. si quæ sunt cautiones. ff. famil. herciſc.* & solent præstari. *Lomb. es. cum l. seq. l. pro socio arbitro. ff. pro socio.* † Amplia in patre, qui sine filiis fecit testamentū, in quo instituit extraneos hæredes cū clausula codicillari; quia si postea habuit filios, & nō mutauit testamentū. subsistinetur ex clausula codicillari, qñ est concepta per verba futuri temporis, maxime ex quo sciuit, & potuit mutare testamentum, si voluisset, & ex quo non voluit, præsumitur voluisse decedere cū illo testamento, quod in vim fideicōmissi subsistatur, vt filii nati post retenta legitima restituant residuū hęredi scripto. Cast. *cons.* 200. *nu.* 3. *lib.* 1. & plenius *cons.* 15. *per tot. lib.* 2. Alex. *cons.* 30. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, qñ testator instituit filiū impube, & eidē substituit aliū vulgariter, pupillariter, & p̄ fideicōmissum, si mortuo pupillo superstite testatore, qui diu vixit, licet pupillaris substitutio euanuerit; non tñ vulgaris; quia præsumitur testatorē voluisse succedere substitutū ex vulgari, ex quo neglexit aliter prouidere. Cast. *d. cons.* 15. *col.* 3. *in fi. lib.* 2. † Limita; quia 28
negligentia in vno non nocet in alio separato Cast. *cons.* 54. *Videtur dicendū. n.* 2. *lib.* 1. † Restringe, vt non procedat in iis, quæ consistunt in animo, neq; in iis, quę dependent ab actu, in quo cōmissa est negligentia. Cast. *d. cons.* 54. *n.* 4. *ver. nec obst. at. li.* 1. † Limita; quia 30
si quis in re communi adhibet illam diligentiā, quā adhibet reb⁹ suis, non potest teneri de negligentia. Rom. *cons.* 413. *Qu. ad primū. n.* 12. *vers. q. aūt non teneatur.* † Limita; quia speciale est in negociorū gestore; quia si negligit facere multa, quæ essent agenda; non tñ tenetur, ex quo negociorū gestio est actus voluntatis, & finitur semper, quod vult gestor, nisi vno casu, qñ videlicet ipse suscepit gestionē alio concurrente, & offerente facere gestionem cum diligentia. Rom. *d. cons.* 413. *n.* 4. *ver. postremo.* † Extende; quia si 32
negligit exigere à debitoribus ita, quod debitores efficiatur non soluendo, non tenetur, quia non habet ad hoc mandatū, & maxime si adhibuit eandē diligentiam, quā rebus suis est solitus, puta quia exegit debitores communes. Rom. *d. cons.* 413. *n.* 16. & *seq. ver. quoad septimā.* † Declara; quia vnico casu tenetur, videlicet, qñ negociorum gestor erat consanguineus, vel coniuncta persona; q̄ potuit, & debuit agere ad interrumpendā præscriptionē. Rom.

d. cons. 413. *n.* 17. *v. licet casu.* alleg. *l. sin aūt. ff. de neg. gest.* † Restringe in 34
tutore; quia bene tenetur de negligentia, si nō exegit. Rom. *d. cōs.* 413. *n.* 17. & 18. vbi declar. Vide, *Negociorum gestor de quib. Concl.* 42.

Negligentia Prælati, vel Rectoris, quando noceat Ecclesiæ, vel non. Concluſ. 37.

RECTORIS † negligentia nocet ecclesiæ, si testator reliquerit 1
construi capellam in tali ecclesia intra certū tempus, si non construatur intra tēpus prædictū; quia Rector non petiit, applicatur alteri Ecclesiæ Lap. *alleg.* 88. *n.* 3. *in fi. ver. itē ad rectorē, n.* 14. Amplia; † quia si Papa vniuit prioratum curatum alicui monasterio 2
cum clausula, quod cura nullatenus negligatur, si fuit neglecta p̄ Abbatē, & Conuentū, ēt quia interpellati non prouiderunt; & mortui sunt parochiani sine Sacramētis, debet reuocari vnio, & factū Prælati, & Capituli simul nocet Ecclesiæ. Alex. plene *cōs.* 81. *Stantibus. n.* 6. & *p tot. ver. circa secundum, lib.* 4. † Limita; quia si Baro 3
dotauit Ecclesiam, vel Monasterium, & monachi ingrati adhærent inimicis Baronis, an possit reuocare donata. Alex. *d. cons.* 81. *n.* 8. *ver. nec obst. at. lib.* 4. refert disputatū. & concluſum, q̄ non; quia delictum Prælati, vel Capituli non debet nocere Ecclesiæ quod dicit Alexander verum, qñ Ecclesia p̄tiuaretur omnibus bonis; secus si particularibus bonis. sed puniri, & amoueri debent omni casu delinquentes. Vide, *Prælatus ex negligentia. Concl.* 502. Vide, *Prælatus contrahendo. Concl.* 506.

Negocium quid sit, & quid negociari. Concluſ. 38.

NEGOCIVM † est quasi negans ociū. Bald. *cons.* 101. *Quæritur, v-* 1
trū, ante med. ver. quid aūt sit negocium, lib. 4. † Negociari p̄prie 2
ille dicitur, vel mercari, qui rē emit, vt illam integram vēdat sec⁹ si emat, vt reducat ad aliquā formam, vel si vendat vinum, granū, oleum, vel fructus, quos colligit in rebus suis. Abb. *cons.* 6. *Casus super quo, in fi. lib.* 1. Vide, *Mercantia in quibus differat. Concl.* 205.

Negocium quibus modis ad nos spectare dicatur. Concl. 39.

NEGOCIVM † spectat ad nos duobus modis, re ipsa, vel cura, 1
aut sollicitudine, Bart. *in l. si pupilli, in pr. ff. de negoc. gest.* † Extē- 2
de; quia imo quatuor modis negocium dicitur spectare ad nos, vt Concl. prox. seq. † Necessitate obligationis; quia negociū ipso 3
gestu nostrū est. Necessitate rei; quia negociū dicitur nostrū re ipsa. Necessitate officii, qñ negociū dicitur nostrum cura, & sollicitudine. † Voluntate ēt dicitur negociū nostrū, non necessitate, 4
prout qñ fit ratificatio, ita Bald. *in l. si pecuniā. n.* 3. *ver. quæro hic primo. C. de neg. gest.* vbi plene Cast. declarat, quē videas; quia in singulo casu exemplificat. † Imo septem modis negociū gestum ad nos p- 5
tinere, declarat idē Bart. *in d. l. si pupill. §. item quæritur*, primo modo

pertinet ad nos cura, & sollicitudine; secundo, re ipsa; tertio ratihabitione; quarto ipso gestu; quinto, more ciuitatis; sexto, naturali ratione; septimo ex virtute consequentiæ, ita Bart. ibi *n. 4. &*
6 *seq. ff. de neg. gest.* † Primũ cura, & sollicitudine non tenetur, nisi et[9] contemplatione sit gestũ, & ideo agens debet hoc probare, & nõ sufficit scientia. Bart. *d. l. si pupill. §. item quæritur, nu. 4. & 5. de neg. gest.*
7 † Secundũ, qñ vere spectat, & sic re ipsa tenetur sciens, qñ probatur negociũ gestũ illius contemplatione, vel vtiliter gestum, vt declarat Bart. *d. l. si pupilli, §. item quæritur, n. 5. & seq. ver. sed quantum ad eum, ff. de neg. gest.* vbi, quod datur retentio impensi in re aliena
8 contra dominum, & quandoque etiam datur actio. † Tertium,
9 quando negocium nostrũ est ratihabitione, est res clara. † Quartum, quando nostrũ est ipso gestu, vt quia debitori meo fuit solutum; quia si nomine meo facta est solutio, res est clara; si soluës nomine suo potest repetere tanquam indebitum; sed si creditor, qui recepit, declarat in causam mei debiti; tunc negociũ vtiliter
10 gestum nomine meo dicitur. Bart. *d. §. itẽ quæritur, n. 10.* † Quintũ; quia more ciuitatis ad nos spectat negociũ, prout in donis nu-
11 ptialibus. Bart. vbi supra. † Sextũ; ratione naturali, vt si redemisti
12 rem meam ab hostibus. Bart. vbi supra. † Septimum; in consequentiã negocium est nostrum, de quo Bart. *in l. ex facto, n. 5. ff. de*
13 *negoc. gest.* † Adde tamen, quod ét in iis, in quibus quis non tenetur præcise, & directe; sed causatiue, videlicet necessitate causatiua, & negociam gestũ pro tali dicitur vtiliter gestum, & cõpellitur ratum habere, & soluere, prout de patre, qui tenetur causatiue redimere filium emancipatum, si tertius redimat nomine patris, repetit à patre expensum, & compellitur pater ratum habere. Cast. *cons. 444. Viso puncto. lib. 1.* vbi extendit, etiam si filius redemptus moriatur.

Negociorum gestor qua actione teneatur, & è conuerso. Concl. 40.

1 DEPVTATVS † ad gerenda negocia pluriũ obligatur tã ei, qui deputauit, & è contra, quã etiam aliis, quorũ erat negociũ, licet ipsi non deputauerint, si negociũ re ipsa aliis competebat, ét si ipse gerẽs ignorauit; secus si negociũ ratihabitione solũ spectabat aliis, qui non deputarunt; quia si gerẽs ignorauit, nõ obliga-
* tur illis. Bald. *cons. 449. Ista est subtilis, in pr.* vbi dicit * communem,
2 *lib. 2.* † Regula est, q̃ gerens negotium cõmune, tanquã ex mandato vnius tantum obligatur mandati versus mandantẽ, versus tertiũ obligatur actione negotiorum gestorum, si sciuit negociũ spectare ad tertiũ, vel scire debuit, ét si alius nomine non gessit.
* Ang. *cons. 322. Præsupposita pro constanti*, vbi dicit hanc * communẽ,
3 *circa med.* † Contrariũ, q̃ imo solus mandans obligetur negociorum gestorũ actione versus dominum, non aũt is, qui gessit negocia mãdato alterius, tenet idẽ Ang. qui refert opinio. diuer. *d.*
4 *cons. 322.* † Declara; quia qñ gestor habuit mandatum ab vno ad gerẽdum negocia, & gessit negocium spectans ad plures, credés ad solum mandantẽ spectare, reuera obligatur soli mãdanti, & eidem soluendo liberatur; si vero gessit negocia communia sine mandato credés spectare in totum vbi, illi soluendo non liberatur, sed tenetur actione negociorum versus õnes, ita distinguit
5 Ang. *d. cons. 322. circa fi. ver. quid ergo si uris. vsq; in fi.* † Extende; q̃ a bene is, q̃ mãdat negocium cõmune tertio, sine dubio obligatur domino; ideo dominus pót contra eũ agere actione negociorum
6 gestorũ. Ang. *d. cons. 322. in pr. & p tot.* † Extende; quia ét cũ mandato vnius gerens negocia cõmunia nomine mandantis solũ obligatur domino, ét si ignorauit negociũ ad aliũ, quã ad mandantẽ,
7 spectare. Bald. *cons. 449. in pr.* † Restringe, qñ quis gerit negocia aliena ignorãs cũ mandato alterius, ipsa negocia nõ re ipsa ad dominũ spectarent, sed ratihabitione, put in mercibus; quia non re ipsa, sed ratihabitione mercãtia pót spectare ad dominũ; quia tũc
* non obligatur secundũ * communẽ opinionẽ, de qua Bald. *d. cons.*
8 *449. ante med.* † Amplia in casu conuerso; q̃a gerens negociũ vtile absentis repetit ab ipso absente actione negociorũ gestorum.
9 Anch. *cons. 285. Tria prime. n. 6. & seq. ver. descendo breuiter.* † Extende in eo, qui præstat alimẽta pupillo; quia repetit ab obligato præstare alimenta ipsa actione negociorũ gestorũ. Bart. *in l. Nesennius, circa fi. ff. de neg. gest.* & declara multis modis, vt per Rim. Iun. *cons. 132. per tot. lib. 2.* Cast. *cons. 444. Viso puncto in fi. lib. 1.* vbi idẽ in medicinis, &
☞ sumptib. funeris filii; quia repetit à patre obligato. Vide, *Alimenta*
10 *præstita ab obligato. Concl. 302.* † Extende in dote data mulieri, ad q̃ nõ tenebatur, sed alius, q̃a repetit actione negociorũ gestorum.
☞ Corn. *cons. 124. Viso puncto. p tot lib. 1.* Vide, *Dos data a tertio. Concl. 786.*
11 † Extende; q̃a redimens filiũ à captiuitate nomine patris dicitur facere negociũ vtile patris, qui tenetur fãltẽ causatiue redimere filiũ ét emancipatũ. Castr. *cons. 444. per tot.* vbi extendit, ét si post-

ea redemptus moriatur, antequam ad patriã venerit; quia insipi-
citur principiũ, vt negociũ sit vtile, & pater cõpellatur ratũ habe-
re. † Extende in eo, qui soluit, p socio delinquente; quia repetit, sen il
quo fecit negociũ vtile redimendo eum à captura, vel pena. Ang.
Aret. *cons. 105. Viso supradicto, in pr.* † Restringe in procuratore meo, il
vel alio, qui soluit non pure, sed conditionaliter, p alio; quia ipsũ
non liberat, ex quo solutio non est irreuocabilis; ideo nõ repetit
actione negociorũ gestorũ, quasi fecerit negociũ vtile; q̃a pas-
sus est, quod is, cui soluit, agere cõtra principalem, & non oppo-
suit de solutione, non repetit à debitore, sed ab eo, cui soluit. Cast.
cons. 180. Visis omnibus, p tot. lib. 2. † Amplia; quia qñ negociũ perti-
net ad me alitero de quatuor modis, de quib[9] supra, videlicet cu-
ra, & sollicitudine; item re ipsa, item ipso gestu; item ratihabitio-
ne, & gerẽs fecit cõtemplatione mei, certe teneor actione negocio-
ciorũ gestorũ; si vero gessit contemplatione alteri[9]; ad quem nõ
spectat negociũ, teneor in quantũ factus sum locupletior; plene
Bart. *in l. si pupilli. §. itẽ quæritur, nu. 6. ff. de neg. gest.* vbi plene declarat,
quid sit p bandũ, vt detur actio. † Amplia; quia soluens de suo in
vtilitatem Ecclesiæ, vel Episcopi repetit actione negociorũ gesto-
rũ ab Ecclesia, & Episcopo, licet mandatũ non habuerit. *c. quicunq.*
12. q. 4. Abb. *cons. 7. Tria, in pr. lib. 2.* † Extende; quia expendés patri-
cularis p sona in vtilitatem Ecclesiæ repetit expensum fauore, &
in vtilitatem Ecclesiæ. *c. 1. depos.* Abb. *d. cons. 7. in pr. ver. secundo, lib. 2.* v-
bi reddit rationem; quia si non fuisset illa pecunia expensa, tantũ-
dem tenebatur de suo expendere Ecclesia. † Extende; qua Rec-
tor Ecclesiæ expendens de suo, p soluendis debitis Ecclesiæ re-
petit solutũ pro Ecclesia, & ad vtilitatẽ Ecclesiæ. Abb. *cons. 10. Ri-*
uiter, in fi. lib. 2. allegat text. *in c. quicunq.*, 12. q. 4. † Extende; quia cu-
quutor etiã, p hibitus exequi officiũ, in quo deputatus erat ad pia
causam, si exigat, & soluat Ecclesiæ, videtur recte soluisse, & libe-
rasse. Rom. *cons. 428. In terminis. n. 8. & seq. ver. circa tertiũ*, vbi plura
similia adducit, licet *n. 12. & seq.* contrariũ concludat, qñ consti-
tutio, vel lex, p hibens redderetur eluso ria. † Restringe; quia Ec-
clesia non tenetur ex mutuo pro Ecclesia recepto, nisi probetur
conuersũ in Ecclesiæ vtilitatem. Abb. *d. cons. 7. n. 1. ver. sed iis non ob-*
stantibus, lib. 2. † Restringe idem in ciuitate, quæ nõ obligatur et
mutuo recepto sine mandato, nisi probetur versum in vtilitatem
Ecclesiæ. Abb. *d. cons. 7. n. 2. ver. nã & ciuitas. lib. 2.* † Amplia; quis imo
expendens in causam piã, puta in sepultura, & funere, etiã invito
& prohibente eo, ad quem impensa funeris spectat, nihilomin[9]
fauore piæ causæ recuperat ab ipso impendere debente. Ro. *cons.*
428. In terminis. n. 10. ver. hoc quidem primo, allegat rex. *in l. at si quis. ff.*
Labeo, alias incip. *Si in prohibente. ff. de relig. & sumpt. funer.* † Amplia
qa si castrũ cõmune fuit occupatũ, & manu armata per vnum ex
condominis recuperetur cũ expensa, tenetur alii contribuere ad
expensas factas in recuperatione; quatenus nomine cõmuni fa-
cta sit; secus si nomine proprio; sed in dubio præsumitur nomine
cõmuni facta; quia alias præsumeretur, q̃ acquirens vel volens
alienũ occupare, vel sibi iactare donando. Alex. plene *cons. 8. in-*
quisitus, lib. 2. nu. 8. & 9. vers. vltimo in quantũ. † Extende, vt procedat,
etiã si occupatio castri fuisset facta in odiũ eius, qui recuperauit;
quia debet constare, q̃ odio illius; imo si constaret, & odiume-
set irrationabile, & nihilominus adhibuisset maiorem diligen-
tiã in custodiendo castrũ, sibi non potest imputari, & debet face-
re ratã expensarũ. Alex. *d. cons. 168. in fi. vers. nec obstat si dicatur.* Ab.
2. vbi apost *in ver. absque culpa*, dat concord. † Limita; quia Clericus
acceptans sine episcopo superiore onera extraordinaria, non pot
soluendo aliquid repetere ab Episcopo, quasi ratã Episcopi solue-
rit, quia non potuit tale statutũ facere; ideo cum sit nullum, non
obligatur Episcopus. Abb. *d. cons. 7. col. 2. in pr. ver. quicunq, lib. 2.* † Li-
mita; quia actio negociorũ gestorũ extinguitur facta consigna-
tione, vel traditione; ideo si quis emat nomine Titi, & Titius fa-
teatur rem emptam habuisse, cessat actio negocii gesti. Anch. *cons.*
318. In quæstione, quæ vertitur. n. 2. † Limita; quia negociorum gestor
nõ recuperat ab eo, pro quo de facto fuit compulsus soluere, in-
debitũ soluit. Abb. *d. cons. 7. Tria col. 1. in fi. n. 2. ver. fi n de facto. lib. 2.* Vi-
de, *Damnum rescitur ab illis. Concl. 7.* † Limita in eo, qui litigant p
me, & succubuit; quia sum vt consanguineus, sine vt socius, sine
vt minister, vel procurator generalis, non repetit expensas, nec
interesse à sufficienti partium enumeratione actione negociorũ
gestorum: quia si causam iniustã substinuit, debuit cedere, & cul-
pa sua fecit: quia bonã fidẽ agnoscere tenetur; si vero sine culpa ius-
tã causã, & succubuit: quia sui culpa succubuit, etiã si eximius
iudicis; quia non fecit negociũ vtile: ideo non cõpetit actio, sed
vno casu solo, quãdo obtinuit sententiam fauorabilem, ita Ang.
Aret. *cons. 105. Viso supradicto them. n. 6. & seq. v. & capto secundo*, vbi q̃
etiam ita consuluit dominus Franc. de Padua, qui fuit Card. Zab.

Negocia-

Negociorum gestor cui acquirat ante ratificationem, & post. Concl. 41.

1 NEGOCIORVM † gestor acquirit dominiũ rei emptæ sibi, sic emat nomine alieno, donec sequatur ratificatio, & dominiũ nõ stat pendens in aere, prout quidam voluerũt secundum verã 2 opinionem, de qua Ang. *cons.*232. *Punctus talis est, in pr.* † In contrarium dicit Alex. *cons.*232. *n.*5. *lib.*6. esse *communem, quod non acquiritur alicui, videlicet acquirenti, nec personæ nominãdæ, donec fiat declaratio, & ratificatio, sed debet esse penes vendentẽ.*

☞ Vide, *Acquirere alteri quando, &c. Concl.*440. *n.*50. *& multis seq.* Vide, 3 *Emptio pro persona nominanda. Concl.* 133. † Limita; quia statim sequuta ratificatione dominium transfertur in eum, cuius nomine est facta acquisitio, Ang. *d. cons.*232. *in princ.*

Negociorum gestor de quibus teneatur, vel non. Concl. 42.

1 NEGOCIORVM † gestor tenetur ad fructuum restitutionem; non tamen tenetur de casu, sed solum de dolo, lata, & leui 2 culpa, *l. si negocia. ff. de negoc. gest. l. tutori. C. eod. tut.* † Restringe, nisi quis gesserit negocia minoris; qa tenetur de casu, puta si neglexit exigere, & debitor decoxit. gl. *in l. si pupilli, in ver. locupletior, & in d.* 3 *l. si negocia*, vbi Doct. *ff. de negoc. gest.* † Contrarium; quia imo etiam si gesserit negocia minoris, maior administrans tenetur de dolo, lata, & leui. Rom. *cons.*414. *Quoad primum, n.*5. *ver. quod tertiũ.* vide infra *n.*12 † Declara; quia attenditur principium, & nõ finis, vt qs teneatur de dolo, vel culpa ex administratione, & propterea sufficit, quod negocium sit vtiliter gestum à principio, licet diuersus exitus sit secutus. *l. si successori l. sed an vltro. §. fi. ff. de negoc. gest.* & ita Castr. *cons.*444. *Viso puncto, lib.*1. vbi, quod redimens filium reperit à patre tanquam obligato, & compellitur ratum habere, li-

☞ cet filius fuerit mortuus, antequam redierit domũ. Vide plenius 5 *supra, Negligentia. Concl.*36. † Amplia; quia imo negociorũ gestor tenetur de leuissima, quando committitur negocium requirens exactissimam diligentiã, prout onerare naues, galerias gubernare, & similia. Alex. *cons.*41. *Viso puncto. n.*6. *lib.*3. † Amplia; quia negociorum gestor si est coniuncta persona pupilli, licet non possit exigere; ideo non tenetur, si non exegit, bene tenetur, si tanquã coniuncta persona non interrupit præscriptionem, quam seiuit præiudicare pupillo. Rom. *cons.*413. *Quoad primum. nu.*17. *ver. prima,* 7 *qua.* & plenius, *cons.*426. *Negociorum. in pr.* † Declara; quia licet ab alio exigere non possit, & de non exacto non teneatur, bene te-8 netur, si non exigit à seipso. Rom. *d. cons.*426. *col.*2. *ver. quinto.* † Amplia; quia si non adhibuit eandem diligentiam, quam rebus suis, tenetur; secus si eandem adhibuit; quia vlterius non tenetur. Rõ. 9 *d. cons.*413. *n.*17. *ver. secundo quia.* † Amplia in tantum teneri negotiorũ gestorem versus pupillum, vel socium cõmunicare vtiliter gesta, & emendare damnosa ex dolo commissa, vt non possit prætendere compensationem vtilitatis à se causatę cum damno à leipso causato. Rom. *cons.*414. *Quoad primum. n.*7. *&* 8. *ver. quoad vlti-*10 *mũ.* † Amplia; quia negociorum gestor tenetur negocium ceptũ 11 adfinẽ perducere. Rom. *d. cons.*426. *in pr. ver. tertio negocium.* † Amplia; quia tenetur pro pecunia, cum qua negociatus est, si creditores effecti sunt non soluẽdo, nisi aduersa fortuna euenerit. Rõ. 12 *d. cons.*426. *col.*2. *ver. quarto.* † Limita; quia non tenetur negociorũ gestor de neglectis, & de iis, quæ gerenda erant pro pupilli vtilitate; quia sola voluntas negociorũ gestoris attenditur, & finem facit, nisi, quando ipse suscepit negocium, alter diligens esset facturus, & susceperus negociũ; quia tũc bene tenetur. Rom. ple-

*nus cons.*413. *Quoad primum. n.*4. *ver. postremo,* & repetit *cons.*426. *Ne-*

☞ *gotiorũ vero, in pr.* Vide supra *in pr. ver. Restringe.* vbi contrarium, qñ gessit negocia minoris. Extende, & declara supra *in ver. Negligentia* 13 *propria semper nocet, & quando secus. Concl.*36. † Limita; quia negociorum gestor minor si administrauit rem communem, non tenetur, nisi de dolo, & lata culpa, siue res sit diuisibilis, siue non, & idem, si administrator erat maior, & nõ poterat administrare partem suam, quin administraret totam rem communem. Rom. *cõs.*

14 414. *Quoad primum, in 2. dub.* maxime *n.*4. † Restringe, qñ maior erat, & administrauit rem communem cũ minore, & poterat suã partẽ administrare; quia tunc tenetur de leuissima, & casu fortuito, maxime, qñ culpa præcessit casum fortuitũ. Rom. *d. cõs.*414. *n.*4. *ver. si vero conueniatur.* Vide, *Administrator rei communis. Concl.*206.

Nepesina Terra, statuta, consuetudines, & priuilegia eius. Concl. 43.

1 NEPE † Terra est, quæ alias fuit à latronibus derobata, & de-præda tempore Baldi, vt ipse Bald. *cons.*236. *Viso instrumento, lib.*5. ait.

Nepos quis proprie dicatur, & quid in materia fauorabili, vel odiosa. Concl. 44.

NEPOS † dicitur filius filii, & pronepos, & deinceps, qui de- 1
scendit ex filio, vel filia de propria significatione. Fed. de Sen. *cons.*39. *Viso puncto.* Dyn. *cons.*16. *Diligenter considerata. n.*um. 8. *vers. item consilium mei Dyni,* vbi, quod filius ex fratre, vel alius transuersalis proprie non est nepos, sequitur Fel. plene *in c. per tuas, n.*4. *ver. prima cõclusio, de probat.* † Declara tamẽ, quod filius fratris dicitur ne- 2
pos, sed improprie; ideo in odiosis dispositionibus, in quibus nepotes excludunt filias, vel sorores, intelligitur de propriis nepotibus descendentibus ex filio, non de transuersalib. Fed. de Sen. *d. cons.*39. *per tot.* † Restringe; quia filii fratrum ex communi vsu 3
loquẽdi nepotes dicuntur. Dyn. *cons.*16. *n.*9. *ver. præterea posito.* Alex. *cons.*5. *Circa primum. n.*18. *in fi. ver. postremo non obstat, lib.*3. † Amplia 4
tamen; quia appellatione nepotum veniunt ẽt pronepotes, maxime, quando concurrunt coniecturæ, & ideo fideicommissum factum, per quod vocantur nepotes, extenditur ad pronepotes, si extant coniecturæ, veluti si testator instituit nepotes duos, & aliquo ex eis mortuo sine filiis instituit superstites, necessario intelligitur de filiis nepotum propter latinitatem; quia verba pluralia non applicantur singulari. Cuman. *cons.*13. *Titius instituit. per totum.* maxime *post med.* idem, si instituat fratrem, si extabit, alias nepotẽ suum ex fratre maiorem natu; quia habet locũ in pronepote, qñ grauauit eum perpetuo. Cuma. *cons.*68. *per tot.* † Contrarium; qa 5
imo regula est, quod appellatione nepotis non veniat pronepos, nisi extent coniecturæ in contrariũ. Corne. *cons.*207. *De pluribus, n.*15. *ver. nec obst. at. d.* §. *vt instituens. lib.*2. † Declara; quia in materia 6
correctoria nõ venit pronepos appellatione nepotis, & nisi aliud declaretur per aliam legem, alias secus. Fulg. *cons.*68. *in fi. ver. quibus ex omnibus.* Alex. *cons.*123. *in pr. lib.*5. † Declara; quia imo appella- 7
tione neporum veniunt pronepotes; quia idem nomẽ, & dictio, *pro*, est solum adiectiua ordinis, & si quando appellatione nepotis non continetur pronepos, illud est; quia disponens se restrinxit ad certos nepotes. Castillion. *cons.*26. *n.*8. *ver. rursum. cum sequen.* vbi ita declarat, & respondet ad contraria, quæ adduxit, & *nu.*10. dicit difficilius appellatione filii venire nepotem, quam appellatione nepotis venire pronepotem, & *n.*12. facit conclusionẽ affirmatiuam veram, quod pronepos venit appellatione nepotis, & idem clare etiam dicit Alex *cons.*125. *Attentis verbis, num.* 11. *& sequen. ver. & licet per hæc satis. lib.*5. vbi dicit quod dicitur de nepote, vt veniat pronepos, idẽ in auia venit, p. auia, quia, *pro* adiectiua, vt denotat, non de primo gradu. † Contra declarationẽ videtur facere, quod dicitur de fratre cugino, seu fratre patruele, seu 8
de patruo simpliciter, & patruo magno; quia licet illa verba, *magnus*, stent adiectiue, vt non de primo, sed de secundo; tamen nõ veniunt appellatione simplicis fratris, vel patrui. Vide, *Fratris appella. qui veniãt. Concl.*450. † Amplia; quia in fideiussionib. pænalib. 9
factis pro nepotibus non veniunt transuersales, sed intelligitur fideiussio præstita de descendentibus nepotibus. Dyn. *d. cons.*16. *n.* 8. quod limitat, qñ extat cõmunis vsus loquendi cõtrarius. † De- 10
clara; quia licet nepotis appellatione veniat filia filii; tamẽ in materia successionis, vel exclusionis à successione aui non cõtinetur neptis nata post mortem aui; quia non est neptis, quæ non fuit in rerum natura tempore, aui, ideo dicitur neptis per modũ demõstrationis, sed non per modum essentiæ. Bald. *cons.*394. *Punctus talis est, Antonius, lib.*3. vbi, quod si auus instituat filios, & inuicẽ substituat mandans, si aliquis eorũ habeat filiam, quod non consequatur, nisi dotẽ; quia nihilominus nata post auũ habebit hæreditatẽ patris, & ex fideicommisso restituet retenta legitima, & Trebellianica, & idẽ Bald. *cons.*404. *Punctus talis est, eod. lib.*3. vbi idem concludit, licet, quoad Trebellianicam non ponat pro absoluto, & *cons.*150. *Proponitur, qꝰ, in pr. lib.*5. vbi, quod ſtãte statuto, quod dotata ab auo non succedat auo, neq; descendentibus; quia nõ habet locũ in nepte concepta post mortem aui. † Contrariũ tenet 11
Bald. *cons.*176. *Statuto cauetur, lib.*5. vbi, quod in materia indifferenti, imo nepos conceptus, viuo, vel mortuo auo æqualiter est nepos, & ex eadẽ radice. † Declara; quia differentia attenditur, an 12
sit conceptus viuente auo; vel non, solum quoad hoc, qñ ille nepos vellet succedere auo tanquam proximior, non autẽ si agatur de alio articulo, vel alia controuersia. Bald. *d. cons.*176. *n.*6. *ver. nam in materia. lib.*5. † Amplia, vt procedat in omni dispositione, quan- 13
do lex vel statutũ mandaret, qꝰ verba intelligantur secundum ꝓpriã significationem; quia non attento communi vsu loquendi nepotum appellatio intelligeretur de descendentibut, & non de transuersalibus. Fel. *d. c. per tuas, n.*8. *de probat. vers. & tenendo hanc con-*

14 *clusionem.* † Amplia, nisi is, in quem verba statuti debent verificari, haberet nepotes ex filio, & nepotes ex fratre; quia intelligeretur dispositio de nepotibus ex filio, Fel. *d.cap.per tuas, n.8.ver.Limita*
15 *secundo, de probat.* † Amplia in iis, quæ sunt transmissibilia ad solos descendentes, prout feudis; quia appellatio nepotum intelligitur de descendentibus, Fel. *d.c.per tuas, n.9.ver. Limita tertio, de pro-*
16 *bat.* † Amplia; quia appellatione nepotum veniunt ét nati ex fæ-
17 minis. Fulg. *cons.131. Quidam ser Secretus in fi.* † Declara tamen; quia secundum propriam significationem, & in materia statuti nepotes ex fratribus appellantur inter se patrueles, nati vero ex sororibus appellantur consobrini. Alex. *cons.153. Viso themate, n.2. & seq. ver. nam consobrini. lib.7.* vbi, quod de vno ad alium non fit extensio; nec è contra. Sed tamen dicas, quod de communi vsu loquendi Lombardorum nepotes ex fratribus appellantur cugini; nati vero ex istis nepotibus appellantur consobrini. Vide, *Fratris appella-*
18 *tione qui veniant, vel non. Concl.* 450. † Limita, nisi statutum, vel lex faceret mentionem de fratribus; quia postea loquendo de nepotibus, intelligeretur ét de nepote ex fratre Fel. *d.cap.per tuas, n.6. v. & tenendo hanc partē, de probat.* Fulg. *cons.68. Mattheus de Perono.* Alex.
19 *cons.49. Matureponderatis, n.8.* † Extende; quia nedum nepos ex fratre venit hoc casu, sed etiam appellatione neporis venit pnepos, si adsunt coniecturæ, vel alias constat de mente. Fulg. *d. cons.68. p*
20 *totū.* vbi casus. † Extende; quia ex communi vsu loquendi appellatione nepotis venit filius ex fratre, & omnis descendens ex fra-
21 tre. Fulg. *d.cons.68. n.4.* † Restringe; quia conceptus post mortem testatoris non est illi nepos. Fulg. *d.cons.68. num.2.* quod intelligitur in successione legali, secus in fideicommissaria. Fulgos. *cons.*
22 *34. num.4.* † Limita, qn persona de qua loquitur dispositio, non haberet filios, neq; nepotes ex filiis; quia intelligeretur de nepo-
23 te ex fratre. Fel. *d.cap.per tuas, n.7.ver. Secundo limita de probat.* † Limita; quia ex communi vsu loquendi in omni materia filius fratris appellatur nepos; & ideo improprie ex larga significatione continetur. Dyn. *d.cons.16. n.9.* Fel. late *in d.cap.per tuas, n.5.ver. Secunda cō-*
24 *clusio, de probatio.* † Restringe limitationem, vt non procedat in statutis, maxime pœnalibus, in quibus propria significatio attendi
25 debet. Fel. *d.c.per tuas, n.6.ver. Sed contra istam de probatio.* † Contrarium, quod imo ét in statutis pœnalibus communis vsus loquendi attendatur, probat per plura Felin. *d.cap.per tuas, n.7.ver. Sed pro i-*
26 *sta non discedas. de probat.* † Declara primo, vt limitatio non procedat in statuto mandante verba debere intelligi proprie. Fel. *d.cap. per tuas, n.8.ver. & tenendo hanc conclusionem, de probatio.*

Nepotes qualiter succedant, an ex persona propria, vel parentum. Concl.45.

1 NEPOTES † ex filio succedentes auo paterno; vna cum filiis a-ui repræsentant locum sui patris, & succedunt in stirpes, videlicet in ea parte, in qua pater eorū, si viueret, succederet. *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. cum filius.* Card. Zabar. *cons.22. Matres, &*
2 *proximi, in pr.* Corn. *cons.207. De pluribus, in pr. lib.2.* † Extende; qa neporibus ex filio præmortuo competit ius petendi legitimam, & illius supplementum, prout filio competeret, si viueret. Card.
3 Zabar. *d.cons.22. in pr.* † Amplia; quia nepotes ex fratre, si agitur de successione patrui, succedunt vna cum alio patruo; quia subintrant in locū eorum patres defuncti. *auth. vt fratrum filii collat.9.*
Vide plenius, *Filius patrem repræsentat. Concl.* 332. Vide Ant. Gabriel. *lib.4. tit. de successio. Concl.1. In successione aui ab intestato.*

Nihil in essentia non potest deducere aliquid. Concluſ.46.

1 EX † nihilo nihil fit. † Et nemo præsumitur ex nihilo, vel de vento ditatus. Bald. *cons.265. Creditor in libris, in fin. lib.1.* Vide,
2 *Essentia rei debet dari, &c. Concluſ.334.* Vide, *Qualitas non entis considerari. Concluſ.6.*

Nobilitas duplex est, certa, & præsumptiua. Concl. 47.

1 DVPLEX † est nobilitas; altera, quam habet quis ex maioribus suis & ista est præsumptiua; altera, quam quis ex propria virtute sibi acquisiuit, & ista dicitur magis certa, & magis commendabilis. Alex. *cons.209. Ponderatis, n.8. ver. vnde dicit Cyn. lib.6. &*
2 *cons.213. Ponderatis, n.9. ver. in eo etiam concurrebat, lib.6.* † Et ideo dicit Alex. *d.cons.209. n.7. in fi. ver. & quamuis, lib.6.* quod iuuenis virtuosus, & bene morigeratus, qui acquisiuit sibi nobilitatem ex propria virtute, non recipit offuscationem à patre, licet rustico, dū-

modo filius artem rusticalem non exerceat. Vide, *Ciues qui dicantur. Concl.274.*

Nobilium appellatione qui veniāt, vel non, & in dubio nemo nobilis præsumitur, nisi probetur. Concl.48.

REGVLA; † quia nobiles dicuntur habentes merū, & mixtū 1
imperium ex priuilegio, vel consuetudine; ideo habens ca-
stra, vel feudalia, vel allodialia cum iurisdictione, ac mero, & mi-
xto imperio, dicitur nobilis. Bald. *cons.129. Factum proponitur, n.4.*
v. circa tertium, lib.2. Soc. *cons.246. n.3. lib.2.* & Castr. *cons.107. Quantū*
ad primum, in princ. lib.2. vbi, quod dispositio excipiens Marchio-
nes, Barones, & nobiles, debet intelligi de maioribus nobilibus
secundum qualitatem materiæ. † Extende; quia dicitur quis no- 2
bilis secundum consuetudinē loci, quando talis reputatur. Soc.
d.cons.246. n.3. lib.2. † Restringe; quia dispositio loquens excipi- 3
do barones, & nobiles, intelligitur de nobilibus, nō baronibus,
ne sit superflua dictio, *nobiles*, maxime secundum qualitatem per-
sonæ, cui dirigitur dispositio. Castr. *d.cons.107. n.2. & seq. lib.2.* vbi
loquitur in facultate legitimandi concessa Notario plebeio, ex-
ceptis baronibus, & nobilibus, &c. quia de omnibus nobilibus
excipit ne iste apponat manum maioribus se. † Amplia; quia no- 4
bilis dicitur quis ex nobilitate maiorum suorum, qn retinet di-
uitias, & nobilitatem, alias secus, Soc. *d.cons.246. n.3. lib.2.* vbi alle-
gat Philosophum *in 5. politic.* † Declara; quia non sufficit, quod qs 5
sit de casata nobili, vt nobilis dicatur; quia multi sunt de eadem
casata, & aliqui nobiles, aliqui ignobiles. Soc. *d.cons.246. n.3. lib.2.*
† Amplia; quia nobilis dicitur curialis Principis; quia tale officiū 6
nobilitat ét ignobiles. Aret. *in §. fi. in gloss. fin. Instit. de except.* Ias. *in l.*
omniū, in pr. C. de testā. † Extende; quia imo seruientes principis 7
quocunq; officio nobilitantur, in tantum, quod etiam coquus
principis dicitur habere dignitatem. Barb. *de præstantia Cardin. q.*
1. colum.2. Chassan. *in tract. de gloria mundi, par.8. in consider.19.* † Ide 8
dem in Notario, qui seruus publicus dicitur; si tamen principis
est Notarius dicitur nobilis, & habere dignitatē. Vide, *Notariatus* 9
est vile officium. Concl.69. † Amplia in Doctore, & iudice; quia dici-
tur nobilis, & maior est nobilitas ex scientia quæsita, quàm ma-
iorum suorum nobilitate. Alex. *cons.213. Ponderatis, n.9. ver. in eo et*
concurrebat, lib.6. † Amplia; quia nobilitas non habetur à matre 10
ideo natus ex muliere nobili, patre bastardo, vel plebeio non est
nobilis; quia imo nobilitas mulieris offuscatur per maritū ignō-
bilem. Anchar. *consil.389. n.3.* plene Staphyl. *de litter. grat. sol. mnbr*
121. ver. sed quid si aliquis. † Contrarium tenuit Rota, quod sola 11
communis opinio, vel fama facit aliquem nobilem ad effectum
regulæ priuilegiantis nobiles, & quod sufficeret probatio, quod
mater esset nobilis cum communi reputatione. Sarnen. *super re-*
gul. decis.37. † Limita; quia appellatione nobilium non veniunt 12
illegitimi; ideo statutum concedens dignitatem, vel priuilegia
filiis nobilium non comprehendit illegitimos. Gemin. *cons.101.*
in fin. ver. ad vltimum. alleg. Ang. *cons.30. circa fin.* qui dicit, quod ap-
pellatione plebeiorum veniunt filii illegitimi nobilium, & idem
Gem. *cons.140. in fi. ver. ad vltimum,* & quod non veniant bastardi
appellatione nobilium, & non sint nobiles, neque de familia no-
bili. Anchar. *cons.389. Visis diligenter, in princ.* † Extende; quia licuis 13
bastardus non est nobilis, nec habet priuilegia nobilium; ita nec
descendens ex bastardo, licet sit de legitimo matrimonio etiam
ex muliere nobili, non est nobilis. Anchar. *d. cons.389. in princip.*
† Limita; quia in dubio quis præsumitur plebeius, & non nobi- 14
lis. Socin. *cons.246. Eleganter, num.2. lib.2.* † Declara; quia nobili- 15
tas iudicatur secundum consuetudinem loci; quia in multis lo-
cis omnes de consilio sunt nobiles, prout Venetiis, alibi secus,
& in aliquibus locis omnes milites, & equites sunt nobiles, a-
libi secus, prout Florentiæ, ita Castr. *consil.125. Dubitatur, n.4. in*
4. dubio. lib.2.

Nobilitas habet multa priuilegia. Concl. 49.

SI † inuestiatur nobilis de feudo, vel emphyteusi, operatur, 1
quod non admittetur spurius, & ignobilis, vel rusticus; quia
de eis non videtur cogitatum, licet inuestitura loquatur pro ēs
& quibus dederit; quia intelligitur de psonis habilibus, & pars
conditionis. Bald. *consil.207. Quæstio est, spurius, numer.3. versi. sed*
considera, & in fin. ver. porro, libr.2. † Amplia; quia in delictis pu- 2
niendis mitior pœna imponitur nobili, quam vili personæ,
quia nobiles ignominiosis pœnis non subiiciuntur. Fulgos.
consil.157. Supposito statuto, colum. pen. num.4. † Extende; quia no- 3
biles in pecunia, ignobiles, & viles in persona plectuntur. Fulg.
d.cons.

d.cons.157.n.4. allegat l.si.ff.de iniur. † Declara; quia nobiles grauius puniri debent, quã ignobiles, si agitur de pœna pecuniaria; si vero agitur de pœna corporali, grauius punitur ignobilis, quã nobilis, communem * dicit Clar.in §.fi.q.60.n.24.ver.prodest etiã, vbi, quod nobiles furcis non suspenduntur regulariter. † Amplia; qa nobiles & habentes dignitatem regulariter furcis nõ suspendũtur. Clar. §.fi.q.60.n.24.ver.& ideo, vbi, quod hoc est introductum de consuetudine, sed decapitantur. † Restringe, qñ nobilis committit delicta ignominiosa, prout est furari res sacras, vel Principis; quia furcis suspenditur. Clar.d.§.fi.q.60.n.24.circa fi.ver.dicit tamen. † Restringe; qñ committunt proditionem Principi; quia imo altioribus furcis suspenduntur. Clar.d.§.fi.q.60.n.24.in fi. vbi alios citat. † Amplia; quia nobilis, & multo magis nobilior non præsumitur decipere. Aegid. Bellam. cons.33.n.44.ver.faciunt iura. † Amplia; quia egregius miles, & vtilis Principi, vel Reipublicæ excusatur, & releuatur in multis à pœna delicti. Clar.d.§.fi.q.60.n.25.vers.item prodest. † Extende; quia insignis peritia in aliqua arte reddit immunem à pœna delicti, vel q̃ saltem diminuatur. Clar. * d.§.fi.q.60.n.26.ver.pariter etiam, vbi dicit * communem, licet dicat, quod iudices inferiores hoc non possunt, nisi consulto Principe, & quod raro hoc accidit. † Limita; quia in assequendis beneficiis ecclesiasticis non consideratur nobilitas, sed personæ idoneitas; quia personarum acceptio reprobatur. Anch.cõs.131. Ad exclusionem domini,n.4. † Declara; quia facilius datur dispensatio ad plura incompatibilia nobili, quam ignobili, v.de multa, in fi.cum ibi notat.dẽ præben.

Nobilitas perditur multis modis. Concluſ. 50.

1 MVTIER † nobilis eo ipso, quod in personam suam peccauit, efficitur vilis, & infamis, l.Senatoris filia.ff.de rit. nuptia. Ang. Aret.cons.74.In casu prædicto,in pr.& in fi. allegat Bart.in l.1. ff. de ijs, 2 quib. vt indig. † Extende, vt idem sit, si nobilis nubat vili, & spurio; quia dotem consequi debet secundum conditionem mariti, etiam stante statuto, quod tanta dos debeatur vni sorori, quãta alteri; quia recipit hanc passiuam interpretationem. Ang. Aret.d. 3 cons.74.n.19.& seq. vsque in fi.ver.quinimo. † Declara, si dos est assignanda per patrem; quia non cogitur assignare, nisi condignam viro; secus, si iam esset assignata, vel legata per patrem mortuum; quia non debet minui, licet nubat indigno, maxime quando est loco legitimæ. ita Alex.cons.209.Ponderatis ijs,per tot.lib.6. vbi pro vtraque parte, & ita distinguit.

Noctuæ natura, & qualitas. Concl. 51.

1 NOCTVA † excæcatur luce diei; & ideo non volat, nisi de nocte; basse tamen volat cum grillis noctis, Bald. cons. 44. Iste Dominus Christophorus,in pr.lib.2.

Nomina naturalia quæ sint, & quæ iuris. Concluſ. 52.

1 FILIVS † est nomen naturæ, seu naturale, sicut & pater, & mater. Alex.cons.60.Visa legitimatione,n.15.ver.ex prædictis,lib.2.& cõs. 2 144.Viso statuto,n.4.lib.7. † Nomina iuris ciuilis, & à iure inuenta sunt, prout coniuncti, & similes. Alex. d.cons.60.nu.15.lib.2.& cons. 3 144.n.4.lib.7. Vide Conclusionem proxime seq. Vide, Nomina collectiua, &c. Concl.54. † Differunt nomina naturalia à nominib. iuris; quia nomina naturalia extẽduntur, & comprehendunt spurios, & naturales tantum; secus est, si nomina sunt iuris; quia non comprehendunt, nisi legitimos & naturales. Alex.d.cons.144.n.2. 4 & seq. & maxime n.4.lib.7. † Bene verũ est, quod nomina, siue naturalia, hoc est, appellatiua, siue ciuilia sint, in plurali pronunciata important idem, quod nomina collectiua, prout Titius, & sui, vel Titius, & eius liberi, vel descendentes; quia non sunt restricta, sed plures comprehendunt; ita Crau.cons.22.per tot. maxime n. 4. & seq.

Nomina vniuersalia sunt nomina iuris, & quæ. Concluſ. 53.

1 VNIVERSITAS, † grex, armentum, peculium, & similia nomina, quę vnum corpus fictum ex pluribus corporibus constituunt, dicuntur nomina iuris. Fed.de Sen. cons.1.n.7.ver.præterea dictum est, vbi, quod gerunt vicem vnius, & qui habet aliqua singula ex illis corporibus, veluti habens duos, vel tres Canonicos, non dicitur habere partem Capituli in iis, quæ sunt Capitularia. 2 Vide, Castrum,villa,ciuitas, &c.Concl.115. † Generationis nomẽ est aptum comprehendere tam masculos, quã fœminas ex sui significatione; quia est collectiuum; vel vniuersale. Alex.cons.61. Super eo,n.4.vsque in fi.lib.1. † Monasterium, item prioratus membra, & Ecclesię separatę dicuntur quid vniuersale; ideo soluunt propria debita, exigunt propria credita, licet sint sub eadem regula, & religione; tamen vnũ pro alio non tenetur. Petr. Anch.cons.332.n.4, & seq. Castrũ est quid vniuersale. Vide, Castrũ,villa,ciuitas quid, &c. Concl.115. † Mensa, apotheca, & fundacus, seu exercitium mercimoniæ alicuius dicitur nomen vniuersale. Vide, Mensa quid sit, & apotheca, Concl.196. Vide, Verba vniuersalia omnia, &c. Concl.121. Vide, Vniuersale habet multa, &c. Concl.250.

Nomina collectiua, & appellatiua quæ dicantur. Concluſ. 54.

COLLECTIVA † nomina sunt nomina pluralia, prout filii, nepotes, liberi, descendentes, & similia, vt in ver. Substitutio. Cõcluſ.802. Castr.cons.191. Videtur dicendum,lib.1. & clare de singulis, videlicet, de filiis, de liberis, & de descendentibus. Tiber. Decian. cons.1.n.199.& seq.lib.1. Alex.cons.25.In causa,in pr.lib.4. † Et quod filiorum appellatione; quia est per nomen collectiuũ, veniant nepotes. Alex.cons.43.Ex narratis,in fi.lib.5. vbi dicit * communẽ, & * Caccialup. cuius est cons.Alex.14.Super quæst.n.4.lib.4. Vide, Collectiua nomina quæ sint. Concl. 451. † Contrarium, quod nomina filii, & 3 nepotes sint nomina appellatiua, non collectiua. Cra.cons.22.n.4. ver.& si dicatur. † Declara; quia quod dicitur, quod sunt nomina appellatiua, alio modo exponitur, videlicet nomina naturalia. Alex.cons.60.n.15.lib.2.cons.144.n.4.lib.7. & qñ sunt in plurali, possunt esse collectiua. † Descendentes igitur, & liberi dicuntur nomina collectiua, l.liberorum, ff.de verb.signif. vbi, q̃ in infinitũ complectitur descendentes. Decian. d.cons.1.n.207.& seq.lib.1. vbi citat infinitos. Ruin. cons.110.n.14.lib.2. Decian.cons.33.n.101.ver.septimo considero,lib.1. vbi dat concord. † Extende, vt etiam procedat, qñ cõiuncti vocantur copulatiue, videlicet, prout substituo fratrẽ, & liberos, & descendentes eius; quia adhuc ordine successiuo, & in infinitũ. Decian. d.cons.1.n.208.& seq.ver.neque obstat,lib.1. † Declara, vt per Soc.cons.113.n.3.lib.1. q̃ nomina filiorũ, nepotũ, &c. sunt collectiua, sed existentiũ in eodem gradu descendentes, liberi, & alia nomina, quæ extenduntur, sunt collectiua existentiũ, non in eodẽ gradu, sed in diuersis gradibus; & ideo n.4.ver.& ad text. dicit collectiua eiusdem gradus copulata venire simul, non sic, si gradus sunt dispares. † Dicas, quod natura nominũ collectiuorum est, quod singulare complectatur pluralitatem, sicque sunt singularia voce, pluralia vero intellectu. Royas in epitom.succeſſ. c. 6.n.14.tom.8.pær.1.fol.398. Et qñ inducatur fideicommissum exnominibus collectiuis, Vide, Fideicommissum quando, &c. Concl.ſſ.252. † Stirps, Progenies, Posteritas, sunt nomina collectiua synonyma, & important idẽ, quod descendentes masculi, ita Simon de Præt.cons.110.n.12.& seq.lib.1. Et posteri, est nomen collectiuum. Rui.cons.22.n.11.lib.2. Vide, Stirpis appellatione qui veniant. Concl.704. † Consortes de Bardis idẽ, quod agnatio, dom⁹, & familia, Rui. 10 cons.24.Visa,n.5.& 6.lib.2. † Suos, est verbum collectiuum, vnde si 11 substitutio sit de Titio, & suis, est idẽ, ac si dixisset descendentib⁹, & liberis & sunt collectiua. Crau.d.cons.22.per tot. maxime n.4.ver. & si dicatur. † Attinentes dicuntur nomen collectiuũ, & intelligi 12 debent proximiores tantũ. Paris.cons.49.p tot.lib.2. † Illi de gene- 13 re, vel de familia, & alia similia sunt nomina collectiua. Alex. cõs. 25.In causa,n.2.lib.4. † Familia, & agnatio, pariter dicitur nomen 14 collectiuũ, & qñ testator habuit parem affectionẽ omnibus, veniunt omnes ét nati post Rol. à Val.cons.70.n.47.& seq.lib.3. est tex. de familia, vt gradatim omnes comprehendat ordine successiuo, in l.fi.C.de verb.signif. vbi gl.in ver.post eos. † Et dicit Ruin.d.cons.22.n. 15 14.lib.2. quod sicuti nomen familiæ est collectiuũ, & importat omnes tã natos, q̃ nascituros; idem est in nomine descendentium; quia non est minus collectiuũ, q̃ nomen familię. † Hæredes, suc- 16 cessores, liberi, sunt nomina collectiua existentium in diuersis gradibus Soc.cons.12.Præsens consultatio,n.6.& seq.ver.capio nunc secũdum,lib.2. vbi, quod ordine successiuo dicantur vocati in infinitũ, qñ applicantur ad descendentes, vel existentes de familia testatoris, alias intelligit de primis, qñ ex familia sunt. † Liberi, fami- 17 lia, agnati, cognati, sunt nomina collectiua, Caccial. inter cons. Alex.cons.14.n.4.lib.4. Propinquiores est nomen collectiuũ. † Ex- 18 tende, ét si in singulari proferatur nomen appellatiuũ, prout p̃ pinquior. Dec.cons.320.col.2. † Contrarium Crau.cons.180.col.3.n. 19 3.& p tot.& cons.161.per tot. maxime n.9. † Proximi, proximiores, p̃- 20 pinqui, coniuncti, sunt nomina collectiua importantia tã masculos, q̃ fœminas ex propria significatione sunt proximi, vel proximiores. Bald.cons.477.Casus talis est,quidam Titius.lib.3. Ang.cons. 179.seu 279.Viso facto. Ias.cons.159. In præsenti consultatione, col.3.ver.

*quarto in terminis nostris.lib.*4.Dec.*in l.fœmina,col.pen.ff.de reg.iur.* Propinquipariter † important,tam masculos, q̃ fœminas. Bald. *cons.* 334.*In quæstione,lib.*3. † Coniuncti ẽt idẽ important,tam masculos quam fœminas. Alex. *cons.*15.*Circa dubitationem,col.fi.lib.*2.†Idem in verbis Posteri,generatio,vel de genere; quia important masculos,& fœminas. Vide, *Agnatorum appellatione.Concl.*245.† Filii autẽ ex propria significatione non continẽt fœminas,sed ex interpretatione,*l.adoptiuis,C.de adoption.*ibi,*q; in filio diximus, in filia extenditmus.l.pronunciatio,in pr.ff.de verb.signif.*Bart.*in l.ff.eod.tit.* † Vide omnino Fel.*in cap.Capitulum,de rescrip.in pr.* vbi dicit, q; nomina collectiua sunt omnia nomina,quæ in singulari multitudinẽ significant; quia sunt singularia voce,sed pluralia intellectu,prout populus; plebs, Capitulum,collegium, officium,multitudo , vniuersitas,conuentus,congregatio,synodus,cætus, & alia similia. Vide, *Descendentium posterorum.Concl.* 220. Vide, *Dictiones collectiuæ quæ sint.Concl.*232.† Nomina omnia,aut naturalia sunt,aut ciuilia; naturalia sunt,filius,pater,fratres,dẽ sanguine,& similia; ciuilia sunt à lege inducta,prout agnatio,cognatio. Bart.*in l.tutelas,ff.de capit.diminut.l.pronũciatio,ff.de verb.signif.* vbi distinguit,q̃ talia nomina comprehendant,vel non,plene Palæott.*de spuriis cap.*59.& plenius*cap.*60.vbi,quod communis vsus loquendi derogat; quia attendi debet,& naturalia sunt nomina, quæ apud omnes sunt ciuilia,quæ diuersimode possunt intelligi. Vide,*Nomina naturalia quæ.Concl.*52.† Aliqua sunt æquiuoca,aliqua certa;æquiuoca,quę ad plura applicantur,& plura possunt diuersa continere. Sebast. Medic.*de definitio.q.*5.*n.*7.*&* 12.*tom.*18.*fol.*299.† Aliqua sunt potius indefinita,quam collectiua,prout si fœminę vocãtur, vel fratres, vel filii,ita Ruin.*cons.*159.*n.*13.*& seq.lib.*2.† Vide plenissimè Simon.de Præt.*de interpret.vlt.volunt.dubitat.*6.*li.*3.*solutio.*11.*n.*10.*& seq.fol.*288. vbi ponit omnia ista. Agnati, qui ex personis virilis sexꝰ procreati sunt,& in testamento de creatis ex legitimis nuptiis intelligũtur. Affines,qui ex marito,& vxore cognati dicuntur, licet imperitia Notarii pro agnatione quandoq; ponatur,*n.*14. Attinentes ex parte patris,*n.*15. Antiquitas pro consanguinitate, & agnatione,*n.*16. Casata pro agnatione,*nu.*17. Cyppus pro agnatione,*n.* 19.Consortes qui de agnatione, *nu.*20. Consanguinei secundum communem vsum agnati,*n.*21.Domus pro agnatis,*nu.*22.Domestici,qui de familia,*n.*23.Descendentes,propriè masculos, & fœminas continẽt.*n.*24.Familia diuersimode,sed in dubio de agnatione testatoris,*n.*25.*& seq.* Familiares sunt seruientes commensales,*n.*31.Gens,generatio,genus pro agnatione,*n.*34.Hæredes in conditione pro descendentibus.*n.*38.Linea masculina pro agnatione,*n.*39.Progenies vltra nepotes,impropriè ꝓ filiis,*n.*60.Proles de omnibus,qui appellatione liberorum veniunt *n.* 63. Vide *Parentelæ appellatione qui,&c.Concluſ.*82. Vide, *Descendentium posterorum,&c.Concl.*220.

Nomina collectiua quando retineant suam naturam, vel non. Concl. 55.

1 COLLECTIVA † nomina,prout filii Titii, & filii Seii, important,vt omnes filii Titii pro vno,& omnes filii Seii pro vno reputentur in substitutionibus.Castr.*cons.*191.*Videtur dicendum.li.*
2 1.† Et idem,q̃ instituuntur,puta Titius,& filii Mæuij; nam filij Mæuij sub collectiuo nomine repræsentant vnã personam, quãtocunq; numero sint.Iul.Clar.*in §.testamentum,q.*80.*in fi.* † Et idẽ in donatione;quia si quis donat vxori, & filiis centum , censetur donare medietatẽ vxori,aliam medietatẽ filiis repræsentatis sub nomine collectiuo pro vna persona.Rom.*cons.*405.*Præsuppositis,n.* 6.*in fin.cum seq.ver.quo ad secundum*,vbi apost.*in ver.collectiuo*,allegat
4 Affl.*dec.*393.*Hieronymus,n.*6.† Limita, quando nominibus collectiuis adiicitur dictio,*æque*,vel dictio distributiua quilibet ex filiis Titii;quia tunc importat expressionem nominatam in capita. Castr.*d.cons.*191.*lib.*1.

Nomina collectiua vocatorum,quando ordine successiuo,vel copulatiuo disponant. Concl. 56.

1 REGVLA † est,quia vocati per nomina collectiua,puta descẽdentes;liberi,de familia,de genere, vel agnatione, vel alia similia,semper censentur vocati ordine successiuo,vt primo filii, postea nepotes,& deinceps de gradu in gradum , & qui sunt in priori gradu,præferri debent.Alex.*cons.*25.*In causa inter Antonium, in pr.lib.*4. vbi apost.*in ver.successiuo*,allegat Tiraq.*tract. de retractu*,*
2 §.11.*gl.*4.*n.*2.†Et ideo qui est de vocatis nomine collectiuo in gradu inferiori,vt admittatur,debet probare se talem, & eius patrẽ
3 esse mortuũ. Alex.*d.cons.*25.*n.*2.*& seq.ver.& pconsequens,lib.*4.† Extẽde,q̃ isti, inter quos cadit ordo charitatis,instituuntur alternatiue,prout instituo fratrem meũ, vel eius liberos,semper importat fideicommissum, vt liberi vocentur, videlicet post filios fratris vocentur nepotes.& sic ordine successiuo, & donec extat filius,non venit nepos,neque donec extat nepos,venit pronepos, communem * dicit Iul.Clar.*d.§.testamentũ,q.*80.*n.*5.late Dec.*cons.* 95.*col.*2.*in fi.cum seq.ver.sed prædictis non obstantibus.* Couar.*inc.Raynutius,§.*2.*in fi.de testam.* vbi dicit * communem. † Extende,q̃ si substituuntur liberi alicuius,in quo cadit ordo charitatis; quia si substitutio est fideicommissaria , importat fideicommissum ordine successiuo,donec extent de liberis vsque ad decimũ gradũ.Curt. *cons.*42.*n.*22.& iste casus æquiparatur,ac si essent instituti alternatiue, vt dicit Dec.*d.cons.*95.*n.*3.*in fi.&n.*4.vbi idem dicit,q̃ si fuit dictũ,*vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum*; quia res est clara.† Declara totam istam materiam; quia nomina collectiua habent diuersam significationem,prout contingit poni in diuersis dispositionibus;nam si nomen collectiuum liberorum ponitur copulatiue in substitutione directa in personis, in quibus cadit solũ ordo charitatis,prout si instituo fratrem meũ,& eius liberos;ille non importat ordinẽ successiuũ, neq; fideicommissum, sed pariter,ac simul,& semel sunt instituti,frater in medietate,& eius liberi in alia medietate.Clar.*in §.testamentum,q.*80.*in pr.* vbi * dicit * communẽ,& magis communem,*iunctò si.* † Et idem est si vocatur, vel instituitur frater cum liberis suis;quia semper simul,& nunc ordine successiuo sunt instituti,vel vocati.Iul.Clar.*d.q.*80.*in §.testamentum,n.*6.*ver.quandoplures*,vbi dicit * communẽ. † Sivero instituantur filii, & eorũ liberi, in quibus cadit necessitas instituẽdi;tunc liberi instituti censentur ex consilio Galli,nesi filius decederet viuo testatore corruat testamentũ; ideo vulgariter sunt instituti; secus, si substitutio esset compẽdiosa, vel per fideicommissum,vel constet de mente,vt quia dixit omnes liberos,quẽlibet liberorum, vel adest dictio,*semper , perpetuo , in infinitum*, vel quid simile. Vide, *Substitutio vulgaris quando.Concluſ.*802.Vide plenius, *Ordo successiuus.Concl.*199.

Nomina generalia quæ dicantur,& quæ specialia. Concl. 57.

NOMEN † generale est conuentio; quia complectitur omnẽ contractum.*l.*1.*ff.de pact.* tamen contractus habentes speciale nomen prout emptio,locatio,&c.non dicuntur conuentio,& non cadunt sub dispositione odiosa de conuentione loquente. Cast.*cons.*92.*Notandũ est,in pr.lib.*1.vbi idẽ de permutatione, quod est nomen generale comprehendens venditionẽ;tamen non operatur in iis,quæ habent nomen speciale. † Idem in transactione,quæ est,q̃ recedit ur à lite;tamen sunt alii actus,ex quibus à lite receditur,& habent specificum nomen qui non cadunt in dispositione transactionis,vt iuramentum,sententia , confessio. Castr.*d.cons.*92.*col.*1.*ver.& omnis actus,lib.*1. Vide, *Generalis dispositio omnes,&c.Concl.*29.† Dicas,q; mentio alia generalis,alia specialis; alia specifica,seu nominatim facta;& ideo,q; dicitur, exhæredationẽ nominatim fieri debere,intelligitur,q; non sufficit generalis,veluti si exhæredo liberos; quia continet descendentes omnes;non tamen requiritur specifica,videlicet Titiũ, & Seium filios,sed sufficit specialis,videlicet filios meos.Bart.*cõs.*21.*Videtur, n.*2.*lib.*1.Men.*cons.*106.*n.*18.†Idem in derogatione testamenti habentis clausulam derogatoriam; quia non sufficit generalis derogatio,nõ obstante quocunq; testamento, neq; requiritur nominatim derogatio cũ verbis primi,sed sufficit specialis derogatio,non obstante quocunq; testamento ẽt habẽte clausulam derogatoriã Bart.*d.cons.*21.*lib.*1.*p tot.* † Idem in derogationibus priuilegiorũ. Cast.*d.cons.*3.*li.*1.*n.*5. Vide, *Derogatio legibus,&c.Concl.*216. Vide, *Expressio generalis,specialis,& singularis,quando dicatur.Concl.*sq. *cum duabus Concl.ibi seq.* Vide, *Testamentum validum,&c.Concl.*157.

Nomina diuersa diuersitatem rerum significant. Concluſ. 58.

VARIETAS † nominis varietatem rerum,& effectuũ indicat; *l.qui venenũ,in pr.ff.de verb.signif.*Fed.de Sen.*cons.*145.*sub n.*7.*arca si.ver.primo an Dominus Rentius*,vbi,quod appellatione monasterii non veniunt loca Religiosa mendicantium,vbi multa similitudo sed tamen in hoc contrariũ tenet,*verb.si vis tenere*, quod imo monasterium conuenit tam monachis; quam aliis religiosis.† Ergo diuersitas nominis inducat diuersitatem rerum,vt præsumitur absolute non sit beneficium,& in materia odiosa non veniat appellatione beneficii,licet habeat ões qualitates beneficii. Abb. *cons.*47.*Illud de iure,in fi.ver.opitulatur,lib.*2.maximè,q̃ consentiendo est in loco,q; non sit beneficiũ. † Amplia;quia aliud est testamẽtũ,aliud codicillus propter diuersitatẽ nominũ.*l.si idem,C.de codicill.* † Limita;quia diuersitas nominis,q̃ materia est eadem,& eiusmodi alligata,non variat dispositionẽ legis,ẽt prænalis.Gem.*cons.*6. *n.*6.*ver.quia variatio.*Abb.*cons.*47.*n.*2.*ver.ex diuersitate,lib.*2.† Limita; quia

quia omnis denominatio à nomine proprio, & à cognatione in eadē persona nō inducit diuersitatē; ideo si ego Dominic. Tuscus sim nominatus in obligatione, sola denominatione cognationis nominor; puta Tuscus: idē erit, si constat de corpore. Bart. *consil. 179. Martinus Baroncii, lib. 1.* vbi ponit pro regula, q̄ idem importat Martinus Baroncius seu de Baroncijs, q̄ importat solus Baroncius, concord. Io. de An. *cons. 17. n. 10.* Vide, *Identitas rerum & corporum. Concl. 4.* † Extende; quia multæ sunt leges, quæ vtuntur eodē sermone loquendi, puta, nominat Publium Mæuium, postea sequitur nominando, idem Mæuius. Bart. *d. cons. 179. Martinus Baroncii. n. 2. ver. præterea nos reperimus, lib. 1.* vbi multa simil. † Limita ēt, quando aliquis haberet duo nomina; quia si aliquī solent appellare Petrum, aliquī Antonium, vt quia sit Petrus Antonius, censetur idem. Io. de An. *d. cons. 17. n. 10.* Vide, *Pluralitas non præsumitur. Concl. 368.* Vide, *Pluralitas actuum, & dispositionum. Concl. 369.*

Nomina possessiua, *meum & tuum*, quid importent. Concl. 59.

1 MEVM, † *tuum, & suum* sunt verba importantia dominium, & proprietatem. *l. 2. in pr. ff. de relig. & sumpt. funer.* Bald. *cons. 311. Reuerende Pater, n. 2. & 3. ver. tertio videtur, lib. 2.* & idē dicit in vltima voluntate. Rol. à Vall. *cons. 71. n. 28. lib. 2.* quod dispositio facta de omnibus bonis suis non comprehēdit feudalia, neq; subiecta fideicommisso, q̄ non potest alienari: quia nō est dominus. Rom. *cons. 509. Circa propositū, n. 6. ver. & quod iste Mariottus*, qui loqtur in donatione. Bart. *cons. 50. Gilius, lib. 1.* quod duplicatur *cons. 87. lib. 2.* Vide, *Libellus quando petitorium. Concl. 316.* Vide, *Meum*, quomodo, & qualiter. *Concl. 225.* Vide, *Suus, sua, suum*, quid importet. *Concl. 2 923.* † Adde; quia dictio *eorum*, videlicet exemptio concessa pro bonis eorum, importat pronomen possessiuum. Bald. *cons. 112. De generali, n. 4. ver. huc accedit, lib. 2.* sed ego credo, quod sit nomē possessiuum; quia est genitiui casus, & omnes casus genitiui sunt possessiui. † Contrarium, quod bona, quę possunt vendicari, veniāt, prout supposita fideicommisso, quia dictio, *meorum*, non restringit, q̄n maxime præcedit dictio vniuersalis. Bart. *cons. 59. nu. 2. lib. 1.* Decian. plene *cons. 57. n. 20. & seq. lib. 1.* qui loqtur, q̄n alia concurrebāt; & quia necessario de illis debuit intelligi. † Declara; quia licet pronomen, *meum, tuum, suum*, possit importare dominium, & possessionem; tamen quando actus non valeret, si importaret dominiū, exponitur, vt importet possessionem, veluti si maritus legauit vxori suum arredium; quia non intelligitur de dominio vxoris; quia res legata rij ipsi non legatur, sed exponitur suum, respectu possessionis. Bald. *cons. 271. Factum ta. e, lib. 4.* Item pronomē, *meum, &c.* importat rē communē. Vide, *Commune inter plures quādo dicatur singulorum. Concl. 534.* † Amplia; quia nomina possessiua, siue adiiciantur tempori præsenti, siue futuro, semper restringunt disposita ad tempus præsens; vnde si testator legat fundum suum Cornelianum, non venit accessio facta post testamentū ad fundum; quia pura emerit testator alia bona, & fundū ampliauerit, *ita* omnes. *inl. serui electione, §. fi. ff. de leg. 1.* vbi Ias. *n. 8. & nu. 20. & 21.* vbi declarat Bart. ibi, dum videtur sibi contrarius in hoc, Rol. à 6 Vall. *cons. 71. n. 29. lib. 2.* Franc. Marc. *dec. 331. n. 14. & seq.* † Extende; quia verba, *mea, tua, sua*, sunt nomina possessiua denotantia tem- 7 pus præsens. Bart. *cons. 116. Statuto, nu. 7. ver. ex iis, lib. 1.* † Et sunt nomina possessiua; ideo important præsens tempus. Bellon. *cons. 5. In puncto, de quo quæritur, nu. 3. ver. secundo magis*, quod intelligit, & declarat ibidem *n. 16. ver. non obstat, q̄ pronomina*, procedere in dubio; 8 secus, si constat de mente. † Declara, q̄ ēt quandoque non referuntur ad tempus præsens. Bellon. *d. cons. 5. n. 16. in fi. ver. secundo dico.* 9 † Amplia; quia genitiuus casus importat idem, q̄ *meum, tuum*; idem, est met, vel Petri, importat idem, quod meū, vel suum, videli- cet Petri. Ang. *cons. 261. n. 3.* Vide, *Genituus quando importet, &c. Concl.* 10 37. † Limita, seu declara, vt ēt importent dominium largo modo, puta ratione iurisdictionis, vel protectionis. Fed. de Sen. *cons. 279. Quidam in suo*, vbi loquitur in priuilegio concesso religiosis, vt in bonis suis possent q̄dificare oratoria, vt possint ēt in bonis suppo- 11 nitis suæ religioni. Vide, *Dominiū sumitur large, &c. Concl. 600.* † Limita, q̄n præcedit vniuersalis dictio, *omnium bonorū suorū*, ita Bart. *cons. 50. Gilius Petri. n. 2. lib. 1.* quod duplicatur *cons. 87. Matthiolus, lib.* 12 2. † Declara; quia si pronomen, *meum*, adiicitur signo vniuersali simplici, prout, *omnium bonorum*, veniunt late omnia etiam iura, & actiones; si vero adiicitur signo vniuersali qualificato, prout, *omnia bona mea mobilia, & immobilia*, restringit, vt adiura non extendatur. Bart. *d. cons. 50. lib. 1. & cons. 87. lib. 2.* vbi a post. dat concor. Ad- 13 de, † quod illa verba, *pro suis, & tanquā sua*, non important dominium de per se, nisi q̄n titul⁹ probatur. Alex. *cons. 192. In causa, & li-* 14 *te. n. 7. & 8. lib. 2.* Vide, *Bona esse in bonis, &c. Concl. 109.* † Limita; quia nomina possessiua important præsentem statum; nisi dicatur de futuro; ideo si quis substituat filio suo per hæc verba; *cui substituo decedenti proximiores meos*, intelligitur; qui erant tempore vitæ testatoris, quibus defunctis nō veniunt alii proximiores propter pronomen, *meos*, Bald. *cons. 277. Casus talis est, quidam n. 3. ver. quia illa dictio, lib. 3.* † Adde tamen, q̄ pronomen in tertia persona, prout si 15 testator dicat, *bona sua*, intelligitur de bonis testatoris, non autē hæredis, nisi de contrario constet, apost. ad Bart. *d. cons. 87. in ver. Restringere, lib. 2.* Rol. à Vall. *cons. 70. n. 78. lib. 2.* vbi dicit * communē. *
† Contrarium, q̄ ista pronomina possessiua æquiuoce posita, si- 16 gnoratur, an debeant referri ad testatorem, vel hæredem, referuntur ad hæredem. Soc. *cons. 249. & cons. 252. lib. 3.* † Limita; quia 17 restrictionem important verba illa, *meorū*; quia vsusfructus relictus omnium bonorū suorum mobilium, & immobilium, non extenditur ad vsumfructum nominum debitorum propter istud pronomen, *meorum*, quod denotat dominiū, & proprietatē. Bald. *cons. 418. Andreas q. lib. 3.* † Declara tamen; quia si dispositioni gene- 18 rali comprehendenti ēt nomina debitorum adijciatur pronomen istud, extenditur etiam ad ipsa nomina comprehensa in generali dispositione. Bald. *d. cons. 418. circa med. ver. eo licet, lib. 3.* Vide Soc. *Reg. 21. Dominium per pronomina possessiua significatur*, vbi limitat quatuor modis.

Nomina, seu pronomina demonstratiua ad oculum quæ sint. Concl. 60.

PRONOMINA † vero demonstratiua sunt, *ipse, ipsa, ipsum*, quæ ad 1 oculum demonstrant, & restringunt. Rol. à Vall. *cons. 61. nu. 21. lib. 3.* † Idem in pronomine, *hic, iste*, quia est demonstratiuū. De- 2 cian. *cons. 12. n. 4. lib. 2.* † Idem in pronomine relatiuo. Decian. *cons.* 3 *20. n. 10. lib. 2.* vbi, quod importat identitatem.

Nomina debitorum quando faciant speciem, vel quātitatem. Concl. 61.

EST † differentia, an mulier dederit in dotem nomina debito- 1 rum certæ quantitatis, an vero dederit quātitatem; quia primo casu, si habet pignus, censetur dedisse possessionem pignoris in hypothecaria marito, quasi dederit speciem; secus si assignauit dotem in quantitate. Ruin. *cons. 53. n. 23. & seq. vsque in fin. lib. 2.* maxime, *num. 28.*

Nomina debitorum an inter mobilia, vel immobilia computentur, vel sint tertia species. Concl. 62.

NOMINA † debitorū, necnon iura, & actiones, & alia incor- 1 poralia, quæ loco non circumscribuntur, non veniūt appellatione bonorum mobilium, neq; immobilium; quia mobilia, & immobilia circūscribuntur loco, & sic est tertia species. Oldr. *cōs. 219. Factum tale est, Dominus Rex*, Bald. *cons. 418. Andreas q. lib. 3.* vbi, q̄ si testator relinquat vxori vsumfructum omnium bonorum mobiliū, & immobilium, non habebit nominum debitorum. Vide, *Iura, & actiones non, &c. Concl. 494.* † Contrarium tenet Lap. *alleg.* 2 *92. n. 8. ver. modo est quæstio*, vbi, quod licet loco non circumscribatur; tamen adnumerātur inter bona loci, vbi debet fieri exactio, vel potest fieri; tamen *n. 9. ver. aduertendum est*, dicit, quod veniunt sub dispositione odiosa statuti loquentis de bonis mobilibus, & immobilibus. † Declara, vt procedat, q̄n de necessitate debēt ap- 3 plicari; quia de eis nihil est dispositum, veluti data est forma alienationis bonorum mobilium, & bonorum immobilium minoris, & nihil est dispositum de nominibus debitorum; tunc fit de necessitate adnumeratio secundum mobilia, vel immobilia, prout ipsa nomina applicari possunt. Bald. *d. cons. 418. post med. ver. non obstat, lib. 3.* † Amplia; quia nomina debitorum inhærent, prout ac- 4 tio personalis personæ, & ossibus creditoris; ideo sequuntur personam testantis, licet sint alibi, prout bona mobilia, nisi alibi essent perpetuo destinata; quia tunc essent quasi immobilia, prout loca impresti torum Venetiarum. Alex. *cons. 19. n. 9. lib. 6.* Vide, *Bonorum mobilium. Concl. 103. n. 15. & seq.*

Nomina debitorum qualiter veniant in obligatione, & exigantur. Concl. 63.

NOMINA † debitorū cadunt in obligatione simpliciter bo- 1 norum, *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.* Bald. *cons. 25. nu. 5. ver. sextum dubiū, lib. 1.* Signor. *cons. 259. in princ.* Bart. *in l. grege, §. cum pignori, ff. de pignor.* tradunt * omnes *in l. 3. C. de hered. actio.* vbi Bartol. * Bald. & Salyc. Castr. *cons. 198. lib. 1.* Ancharan. *cons. 101. nu. 9. & 10.*
† Restringe in nominibus debitorum, quorum dies non venit, 2

& quæ sunt sub conditione; quia illa non sunt in bonis nostris.
3 Vide, *Obligatio est stricti iuris, & c. Concl. 33. ver. Declara, n. 29.* † Et ob-
☞ ligatus soluere centum, vel delegare tot nomina debitorum, in-
telligi debet de veris nominibus, & exigibilib. Bald. *cons. 358. Do-*
4 *bitari potest. lib. 5.* † Amplia; quia nomina debitorũ veniunt in hy-
potheca, nedum expressã, sed ẽt in tacita. Cast. *d. cons. 198. Notandũ*
* 5 *primo, lib. 1. in pr.* vbi videtur dicere * communem. † Contrarium,
quod in tacita non veniant nomina debitorum, gl. *in l. 3. C. de hæ-*
6 *reditar. actio.* † Amplia; quia debitorum nomina, quę sunt obliga-
ta, nõ possunt cedi alteri in præiudiciũ habentis priorẽ obligatio-
nẽ; ideo prefertur habens obligationem habenti cessionẽ, ẽt
si esset lata sententia pro cessionario contra debitorem nominis;
7 quia impeditur exequutio. Alex. *cons. 17. per tot. lib. 1.* † Extende; qa
imo etiam si cessionarius reportasset sententiã ad sui fauorẽ con-
tra debitorẽ cessum creditor habens vtilẽ hypothecã anteriorẽ
propter impedire exequutionẽ d. sententiæ. Alex. *cons. 17. Requisi-*
tis, vol. 1. Soc. *cons. 258. Visis processu, col. pen. vol. 2.* Negus. *de pignor. 3. mẽ-*
8 *bro 2. partis, n. 24.* † Amplia; quia cedens nomen debitoris non põt
agere contra nomen debitoris cessum, qñ cessio est facta ad cõ-
modũ cessionarij. *Pedem. decis. 62. in pr. per totam*, quod intelligit, si
* nomen debitoris cessum opponat de cessione, & hanc commu-
9 nẽ * dicit eadẽ *d. Pedem. decis. 45. n. 4. & seq.* maxime *n. 6.* † Contra-
riũ, quod imo cedens, vel vendens nomen debitoris, ẽt ad com-
modum cessionarii possit agere contra nomen cessum, qñ non
interuenit vnum de tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* & sibi nõ
obstet exceptio opposita per nomen cessum, tenet eadem *Pedem.*
* 10 *decis. 62. n. 3.* vbi dicit hanc * communem. † Declara multis modis,
11 de quibus *d. Pedem. decis. 62. n. 6. & seq. ver. quid dicendũ.* † Declara; qa
qñ nomen debitoris datur in solutum alicui, & postea ẽt fit ces-
sio; tũc dicitur periculo cessionarij, & cedens non põt agere, si
opponatur; qñ vero simpliciter cessio fit, dicitur periculo cedẽ-
tis; & põt agere, nisi interueniat vnum de tribus, de quibus *in d.*
leg. 3. C. de nouatio. ita ex mente Alex. *Pedem. d. decis. 62. n. 7. & seq.* vbi
12 *n. 10.* idem affirmat. † Declara; aut cessio est voluntaria, & siue fit
ad commodũ cessionarij, vel cedentis, semper requiritur vnũ de
tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* aut est necessaria; & secus, qa
13 sola scientia sufficit. Cuma. *cons. 4. per tot.* maxime *n. 5.* † Restringe,
qñ cessio esset facta ad commodũ cedentis & eius periculo; tunc
põt agere, & exceptio cessi nõ releuat, nisi ex parte cessionarij in-
terueneri vnum de tribus, de quibus *in d. l. 3. C. de nouatio.* ita *d. Pe-*
* *dem. decis. 62. in pr.* & plenius *decis. 45. n. 4. ver. ego tamen*, vbi dicit * cõ-
14 munem. † Amplia; quia competit actio vtilis personalis, & actio
vtilis hypothecaria creditori creditoris habenti nomen debito-
ris sui obligatũ. Alex. *d. cons. 17. n. 4. & seq. lib. 1.* Vide plene, *Debitor.*
Concl. 45. Bart. *in leg. grege. § cum pignore, ff. de pign. & in d. l. nomen, C. quæ*
res pign. obl. poss. Castr. *in l. quanquã, C. de hæred. & act. vend. & cons. 198.*
15 *lib. 1. in pr.* † Declara; quia quod dicitur creditorẽ habere ex hypo-
theca obligata nomina sui debitoris vtiliter intelligi debet, quod
habet vtile in pignoribus obligatis per illum debitorẽ, cuius no-
men est in obligatione, sed pro exactione datur vtilis personalis.
16 Cast. *cons. 198. Notandũ primo, n. 2. ver. secundo præmittendũ. lib. 1.* † De-
clara; quia non extinguuntur directæ actiones residentes penes
eũ, qui obligauit nomen debitoris; & ideo eidẽ poterit debitor
soluere, & liberatur, iuxta tex. *in d. l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.*
iuxta terminos *l. 3. cum ibi not. at. C. de nouatio.* videlicet qñ debitori
non esset denunciatum, neq; intimatum, quod nõ soluerit. Alex.
cons. 15. col. 2. lib. 6. secus, si fuisset protestatum, vel denunciatũ, ne
solueret; quia directæ impediuntur, & male solueret, nisi princi-
palis creditor, qui obligauit dare fideiussorem debitori de rele-
uando ipso indemne; quia tunc põt compelli soluere primo cre-
ditori, qui obligauit. Bart. *in l. nam, & si fur, in pr. & in fi. ff. si cert. pet.*
Alex. *in l. si hæres, col. 1. ff. ad Treb.* Innoc. pulchre *in c. sane, il secondo, de*
offic. deleg. Alex. *in l. de pupillo, § is cui, col. 2. in fi. ff. de nou. oper. nunciatio.*
☞ Mel. *in c. cum M. Ferrarien. nu. 56. ver. secunda declaratio, de constit.* Vide,
17 *Cedens iura. Concl. 185.* † Extende, vt non requiratur excussio. Alex.
cons. 15. col. fi. lib. 6. Soc. *cons. 158. col. pen. li. 2.* Neg. *de pign. in 8. parte 1. mẽ-*
18 *bro, n. 26.* † Extẽde; qa si res pignorata traderetur per debitorẽ de-
bitoris tertio, vel cessionario, bene cõpeteret actio vtilis psona-
lis cõtra detinentẽ pignus, & ẽt vtilis hypothecaria. Bald. *cons. 18.*
19 *lib. 4. per tot.* † Restringe, quia non cõpetit actio personalis vtilis,
neq; hypothecaria vtilis contra eum, cui facta est solutio per de-
bitorem mei debitoris, cuius nomen est mihi obligatũ, qñ solu-
tio est legitima, vel mandato iudicis, vel consensu debitoris, qui
habebat debitorẽ nominis, & creditorẽ. Alex. *d. cons. 17. n. 4. & 5.*
☞ *lib. 1.* vbi reddit rationẽ. Vide, *Actio personalis contra quos, Concl. 99.*
20 † Regulã facias, quod cedens nomẽ debitoris, vel obligatus; vel
☞ vendens retinet directas actiones, & ideo potest agere; & exer-
cere directas, & exigere à nomine debitoris cesso, ante ẽ inter-
nerit vnũ de tribus, de quibus *in l. 3. C. de nouatio.* ita *Pedem. decis. 62.*
in pr. † Extende, vt ꝓcedat ẽt in vxore dante, vel cedente nomina
debitoris marito in dotẽ; quia ipsa, donec interueniat vnum de
tribus prædictis, potest exigere. *Pedem. d. decis. 62. n. 11.* † Extẽde, vt id
procedat ẽt si nomẽ cessum sciret alio modo, q̃ ex tribus, de qui-
bus *in d. l. 3. C. de nouatio.* quia non minus potest cedens exigere, &
eũ liberare in præiudicium cessionarii, Cuman. *cons. 4. Quod Sem-*
pronius, maxime *n. 4.* vbi dicit * communẽ, & magis communem, *
qui loquitur, siue cessio sit ad commodum cedẽtis, siue cessiona-
† Extende sine dubio Notarios Apostolicos, & Imperiales posse rogare valide instrumenta, non obstante statuto, & consuetudine, quando in illius productione nihil fuit oppositum Boer. *d. dec. 242. circa fi.* † Extende, quando Notarius Apostolicus, vel Imperialis fuit creatus ante conditum statutũ prohibens non posse rogari, nisi per Notarium matriculatum, ita Ruin. *cons. 201. n. 12. v. non obstat etiam. lib. 1.* † Idem, quando instrumentum fuit rogatum ante conditum statutum, vel legẽ prohibentem. Boer. *d. decis. 242. prope fin. ver. tamen licet in casu.* † Idem, quando fuit rogatum instrumentum ante firmatam consuetudinem contrariam. Ægid. Bell. *cons. 42. nu. 8.* † Extende, quando uon probatur negatiua, quæ est fundamentum intentionis impugnantis testamentũ, vel instrumentum, videlicet quod adsit statutum, vel cõsuetudo, quod debeat esse matriculatus, & Notarius rogatus non sit matriculatus; quia si hoc non probatur impugnans nõ habet intentum. Ceph. *cons. 167. n. 8. ver. secundo dico.* † Extende; quia procedit, quando nõ probatur scientia statuti per Notarium, & partes; quia præsumitur ignoratia in dubio, & pœna, prout est nullitas actus, non habet locum contra ignorantes. Cephal. *d. cons. 167. nu. 9. & seq.* † Limita; quia Notarius quicunq; creatus in certa iurisdictione non potest extra illam iurisdictionem, & locum, quo facultas est sibi * concessa, conficere instrumenta, vt per Innoc. Hostien. & * omnes, *in c. cum P. Tabellio. de fid. instrum.* Bero. *cons. 89. lib. 3.* Rol. à Vall. *cons. 91. lib. 3.* Natt. *cons. 672. n. 46.* Ægid. Bellam. *cons. 42. in princ.* † Et est ratio; quia cum agatur de iurisdictione voluntaria concessa ab inferiore, non potest extra locum concedentis exerceri. *c. Rom. §. pen.* vbi Anch. Gem. & Franch. *de for. compet. lib. 6.* & communem * dicit Abb. *in d. c. cum P. Tabellio, de fid. instrum. nu. 9.* & ita consuluit Ægid. Bellam. *cons. 42. in princ.* Io. Arminiac. *cons. 43. n. 4.* quos refert & sequitur Rol. Vall. *d. cons. 91. lib. 3. nu. 11.* † Contra limitationem facit, quod imo possit Notarius ab inferiore cõstitutus extra territorium rogare instrumenta inter volentes; quia actus conficiendi instrumentum est officium, non autem iurisdictio voluntaria, ita Bald. *in l. 1. C. de summ. Trinit. & fid. catholic. n. 16.* qui restringit, dummodo inter subditos eius, qui creauit, allegat Guilell. de Cun. vt ibi; sequitur Anch. *in repet. c. canonum, nu. 193. de consti.* Abb. *in c. sicut, nu. 14. & 15. ne clerici, vel monachi.* Castr. *in l. fi. C. de tempor. in integ. restit.* vbi dixit se ita consuluisse, & est *cons. 226. in princ. lib. 2.* Præpos. Alex. *in c. per venerabilem, n. 231. qui filij sint legitim.* Felin. *in d. c. cum P. Tabellio, nu. 18. de fid. instrum.* sequitur Franc. Marc. *dec. 489. num. 12.* Boer. *decis. 242. num. 2.* Alciat. *d. l. 1. C. de summ. Trinit. circa fin.* Mascard. *Concl. 926. nu. 13.* & Marcabrun. ab Anguis. *cons. 58. num. 5.* † Imo Ægid. Bellam. *d. cons. 42. in prin. per tot.* dicit indistincte, quod Notarius ab inferiore creatus non potest extra territorium creãs rogare instrumenta, etiam quod sit voluntaria iurisdictio, & loquitur inter subditos creantis Notarium, licet ambigue loquatur, tamen *num. 6.* dicit neminem ab ista opinione deuiare. † Declara; quia bene potest Notarius etiam ab inferiore creatus rogare instrumenta extra territorium creantis de licentia eius, qui præest territorio, prout Hostien. *in summa, tit. ne cleric. vel monach. §. clericus. ver. quid igitur.* sequitur Spec. *tit. de instrum. editio. §. restat, ver. quid de iis, nu. 25.* Præpos. *in c. per venerabilem, §. quid autem, nu. 133. qui filij sint legit.* † Et in admisso à Vicegerente, vel officiali eius, qui præest territorio, vt valeat rogitus Notarii forensis. Bertran. *cons. 34. num. 12. post tertium vol.* † Declara; quia statutum inhabilitans Notarium, ne possit rogare instrumenta, nõ habet locũ in Notario forense, qui rogat inter forenses instrumentũ de re extra territorium. Castrens. *cons. 226. lib. 2.* quia tale statutum non comprehendit forenses, & Castren. sequitur Crauet. *de antiq. temp. p. 1. ver. quarto limitatur, num. 82.* vbi alios allegat. † Non tamen inducitur derogatio statuti ex eo solo, quod Notarius prohibitus rogatur in præsentia Principis; quia oportet, quod Princeps sciat defectũ, & ex certa scientia admittat, ita Natt. *cons. 672. num. 51.* † Declara; quia bene probant vbique talia instrumenta rogata intra iurisdictionem concessam Notariis creatis ab inferioribus. Ant. de But. *in d. c. cum P. Tabellio, num. 4.* Abb. *nu. 8. & seq.* Felin. *num. 16.* vbi * de communi, *de fid. instrum.* Rota *tit. de fid. instrum. decis. 5. in nouis.* Bald. *in l. 1. C. de summ. Trinit. nu. 16.* † Declara, quia valeret instrumentum factum per forenses, & Notarium forensem in territorio alieno, quando super re extra territorium, ita Castr. *d. cons. 226. lib. 2.* & per iura, quæ supra *ver. in contrarium.* † Declara; quia bene Notarius Apostolicus, vel Imperialis ex prorogatione partium potest vbique, vt supra, in princip. rogare. † Limita, quando ex lege, vel statuto, aut consuetudine specialiter in loco esset prouisum, quod forensis Notarius non possit rogare instrumenta, prout in Hispania attestatur adesse legem prohibentem, nisi certa solemnitate seruata. Lopez. *in c. per vestras, nu. 21. extra de donat.* Ang. *cons. 194. nu. 1.* Fulg. *cons. 151. col. 2.* Barbat. *cons. 79. & cons. 102. num. 8. lib. 3.* Bero. *cons. 89. nu. 7. lib. 3.* Natt. *cons. 672. nu. 46.* Rol. à Val. *consil. 91. lib. 3.* Boer. *decis. 242. nu. 3.* citant Specul. *in tit. de instrum. editio. §. restat, nu. 25.* Castil. *consi. 23.* Bald. *d. cons. 179. Instrumentum, lib 3.* Rol. à Vall. *consi. 49. nu. 53. & 54. lib. 4.* † Contrarium videtur; quia non potest inferior tollere legem superioris. Vide, *Inferior. Concl. 120.* & declara vt *in v. Statutum. Concl. 565.* † Declara, quia si notariatus, & priuilegium præcederet statutum, nõ posset tolli, secus si post; quia concedens simpliciter non voluit derogare statuto, ita Rui. *consi. 201. num. 12. ver. non obstat. lib. 1.* & ita idem Ruin. *cons. 69. nu. 8. & seq. lib. 3.* vbi videtur tenere, quod Princeps non præsumitur derogasse statuto prohibenti; quia nõ præsumitur habuisse sciẽtiam de illo, igitur si statutum fiat, postquam est Notarius, videtur fateri, quod statutum non detrahit superiori in istis terminis Alex. *consi. 193. nu. 8. lib. 2.* † Dic, quod Specul. Ang. & Fulgos. non aperiunt, de quo Notario loquantur, ideo de creato ab inferiore sunt intelligendi, prout loquuntur Io. Fab. *in l. secundum, C. de don.* Luc. de Pen. *in l. diuæ. C. de decurio. lib. 10.* prout se declarat *in l. fin. nu. 57. C. de locat. pred. tam ciuil. quam fiscal.* Vital. *in clem. dudum, §. ad honorem, nu. 73. de sepult.* Bart. *in l. apud proconsulem. ff. de manum. vind. & & in l. 1. ff. de offic. proconsul.* † Dum allegatur Hostien. Io. And. Butr. & Abb. *in c. sicut. ne clerici, vel monachi, & in c. per venerabilem, qui fil. sint legitim.* Felin. *in cap. cum P. Tabellio. num. 17. de fid. instrum.* nihil faciunt; quia dicunt magis prorogari de consensu partium rogitũ Notarii, quam legitimatio: & quod propterea de consuetudine Papa non legitimat in terris Imperii, nec Imperator in terris ecclesiæ, de rogitu non dicunt. † Bald. *consi. 179. lib. 3.* & Castil. *consil. 23.* Ioan. Lopez. *in præfatio. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* loquuntur in Notario Imperiali, sed non infertur bene idem in Notario Apostolico. Afflict. *in const. Regni 1. de fid. instr. nu. 21.* vbi bene affirmat de Imperialibus, sed *num. 22.* de Apostolicis dubitat, & idem etiam respondet Ruin. *consi. 201. lib. 1.* cui se subscripsit Bero. *cons. 89. lib. 3.* † Declara igitur, quod non habet locum limitatio in Notariis creatis ab Imperatore, vel Papa; quia vbique possunt rogare, nec possunt prohiberi per legem inferiorum. Gem. *in c. Romana, §. pen. de for. compet. lib. 6.* vbi Franc. Ias. *cons. 122. num. 7. & 8. lib. 4.* Dec. *cons. 17. nu. 2. ad fin.* Ceph. *cons. 167. n. 7.* Marcabrun. ab Anguil. *consi. 58. nu. 123.* & est communis * opinio, quod in Apostolicis, & Imperialibus non valet prohibitio; quia voluntaria iurisdictio concessa ab illis potest vbique prorogari, vel quia sit officium, non

autem iurisdictionis actus rogitus Notarii, vt in apostil. prox. seq. * & de communi Ægid. *cons.* 42. *nu.* 8. & de * magis communi Boer. *decis.* 242. *num.* 4. vide tamen plene Rebuff. super *constit. Regiis. tit. de literis oblig. art.* 2. *glos. vnic. num.* 44. vbi, quod est contra ius omnis constitutio contra Notarios Apostolicos, licet contra Imperiales admittat constitutionem, sed Alex. etiam in Notario creato vigore facultatis Imperialis tenet, quod constitutio inferioris non valeat, *cons.* 193. *Exthemate. nu.* 8. *lib.* 2. Vide Ant. Gabr. *lib.* 1. *tit. de fid. instrum. concl.* 1. *Notarius non potest conficere instrumentum extra territorium eius, qui creauit.*

Notarii duo rogati qualiter conficiant instrumenta, vt probent. Concl. 73.

1 SI † instrumentum rogatum est à duobus Notariis simul non valet instrumentum ab vno solo rogatum, & traditum, nisi simul ambo subscribant; quia licet vni Notario credatur, tamen non procedit, quando duo simul sunt rogati. Bald. *cons.* 387. *In primis videndum, in fin. ver. vltimo quæritur. lib.* 3. allegat tex. *in auth. de hæred. & Falc. §. si vero absint.* Guido Pap. *decis.* 122. Bar. *cons.* 114. *Inprimis, in fin. lib.* 2. plene Alex. *cons.* 124. *Viso processu, nu.* 4. *ver. aliaratione. lib.* 7.
2 vbi apostill. *in ver. scribat*, dat concord. plures. † Et ideo quando Notarius dicit, quod fuit rogatus vna, vel simul cum alio Notario, nisi dicat in solidum fuisse rogatum, non potest solus releuare instrumentum, & releuatum non probat. Alex. *d. cons.* 124. *Viso processu. num.* 4. *ver. aliaratione. lib.* 7. & ibi apostill. *in ver. scieb at*, dat
3 plures concor. † Sic in procuratoribus pluribus constitutis, quia nisi dicatur in solidum, vnus solus non potest sine alio. Alexand. *d.*
4 *cons.* 124. *num.* 4. *lib.* 7. † Sic in argentariis, prout in Notariis electis ad scribendum simul non statur vni, nisi alter etiam se subscribat.
5 Alexand. *d. cons.* 124. *num.* 4. *ver. ad idem. lib.* 7. † Extende maxime, quando extat statutum, prout Mediolani; quod in rogitu instrumenti interueniant duo Notarii; quia releuatum ab vno solo non dicitur publicum instrumentum; & non habet exequutionem paratam. Castr. *cons.* 203. *nu.* 2. *ver. secundo vero. lib.* 2. plenius Alex. *cons.* 95. *In causa, & lite, nu.* 3. *& seq. ver. alio principali fundamento, lib.* 1. vbi extendit, etiamsi partes iurassent; quia iuramentum non
6 supplet solemnitatem probatoriam. † Amplia; quia si duo instrumenta conficiantur diuersa, seu varia à duob. Notariis rogatis simul de eodem contractu, neutrum valet; quia sibi inuicem derogant, quando varietas est circa substantialia. Bald. *d. cons.* 387. *in fi.*
7 *lib.* 3. Bar. *consi.* 114. *Inprimis, in fin. lib.* 2. † Amplia, vt procedat, etiam si pars, quæ impugnat tale instrumentum rogatum à duob. Notariis, & releuatum ab vno solo Notario illud produxit in iudicio in parte, & partibus; quia licet videatur fateri, non tamen simpliciter, sed quatenus probet, seu solemne existat, ita Alex. *d. cons.* 124. *num.* 5. *ver. nec obstat. si diceretur, cum seq. lib.* 7. vbi, quod imo producens instrumentum, potest illud dicere non solemne, vel falsum.
☞ Vide, *Producens scripturam censetur fateri contenta in ea. Concluſ.* 872.
8 † Amplia; quia si vnus Notarius assumitur in collegam alterius ad actum, sibi vni non creditur, sed vel ambo subscribant, vel vnus scribat; alius subscribat. Bald. *in l. iurisiurandi. C. de testib.* Bologn. in
9 apostil. *ad cons.* Ioan. *de Anan.* 49. *in fin.* † Limita, nisi essent rogati ambo, vel duo Notarii in solidum; quia tunc quilibet eorum potest dare authenticum, & valet, vt innuunt Doct. prædicti. Alex. plene *d. cons.* 124. *Viso processu, num.* 4. vbi apostill. *in ver. scribat. lib.* 7.
10 † Limita; quia imo si duo Notarii fuerunt adhibiti ad rogitum instrumenti, & alter ex eis erat priuatus officio, ita vt non valerent eius instrumenta, tunc instrumentum ab vno solo rogatum subsistinetur, & valet. Bald. *in l. Imperator. ff. de statu homin.* sequitur Alex. *consi.* 93. *Repetitus, num.* 12. *ver. nec obstat, eod. lib.* 6. vbi, quod illud est, non quia illud suppleat personam alterius; sed quia vnus Notarius solus sine alio potuit esse rogatus, & sic de rogitu in solidum.

Notarius an possit compelli rogare, & edere instrumenta. Concl. 74.

1 NOTARIVS † compelli potest rogare, & conficere instrumenta publica, *l.* 1. *C. de tabul.* Fed. de Sen. *consil.* 113. *Titius constituit,*
2 *in princ.* vbi, quod est seruus publicus. † Amplia, vt possit compelli ad exhibendum instrumentum per eum rogatum. *l. fin. cum ibi not at. C. ad exhib.* Fed. de Sen. *d. cons.* 113. *num.* 2. *ver. si autem confecisset.*
3 † Amplia; quia summarie compellitur exhibere Notarius imbreuiaturam, si summarie constat de rogitu, & confectione instrumenti. Feder. de Sen. *d. cons.* 113. *in fi. ver. super vltimo.* † Amplia; quia licet Notarius nõ debeat rogari de testamento, vel alio actu non solemni, tamen postquam fuit rogatus etiam non solemniter; tenetur dare instrumentum eo modo, quo fuit rogatum, nec potest excusari prætextu, quod non sit instrumentum solemne. Ang. *cons.* 275. *Thema. super quo, col.* 3. *ver. licet enim Notarius*, vbi, quod ita obseruat communis consuetudo. † Extende, quia Notarius; nulliter rogatus de testamento non potest puniri pœna falsi, ex eo, quod dedit publicum instrumentum testamenti, vel illud registrauerit in archiuio. Alex. *cons.* 73. *Non puto, nu.* 6. *lib.* 1. quod est Ant. de Prato Veteri.

Notarius debet rogari ab vtraq; parte, & quando secus. Concl. 75.

NOTARIVS † debet rogari ab vtraque parte, alias si rogatur a ab vna parte tantum, non potest testificari de consensu eius, qui non inuocauit, sed tacuit, vel quem non vidit. Lap. *allog.* 17. *In nomine Domini, num.* 7. *ver. aut ipsa non inuocauit.* Bar. *cons.* 114. *In primis, num.* 2. *ver. sed an instrumentum. lib.* 2. Alexan. plene *cons.* 10. *Eximie Doctor. lib.* 2. *per tot.* & tuetur tollendo contraria *cons.* 38. *lib.* 7. vbi plena apostil. *in ver. vtramque*, dat concord. † Intelligas in instrumentis, & rogitibus factis gratia vtriusque, secus si gratia vnius tantum. Bald. *consi.* 387. *num.* 3. *lib.* 3. quia tunc sufficit rogitus illius, cuius gratia fit actus. Alexan. *d. cons.* 110. *per tot. lib.* 2. † Amplia; quia Notarius non potest conficere publicam scripturam contractus, nisi vtraque parte mandante, alias mandatum ab vno non valet. Bald. *cons.* 147. *Statutum, quod supponitur, in fin. lib.* 1. Alexan. *d. cons.* 110. *lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiamsi actus pendens ab vtraq; parte sit ad fauorem vnius tantum, & in odium alterius; quia si est contractus, vterq; debet rogare Notarium, secus, si esset actus, qui non fit per contractum duorum, prout protestatio, aditio hæreditatis, testamentum, & similia. Alexand. *d. consi.* 110. *n.* 3. *ver. hanc conclusionem, li.* 2. vbi ita declarat. † Declara, quia ex præsentia partium præsumuntur omnia solemniter acta, & ideo si instrumentum est cum signo, vel subscriptione, ex quibus rogitus præsumitur, præsumptio erit de rogitu ab vtraq; parte. Bald. *consi.* 43. *ver. nec obstat. lib.* 1. *& consi.* 476. *nu.* 2. *vsque in fin. lib.* 1. *& consi.* 454. *Quædam scriptura, circa fin. lib.* 5. † Extende in donatione, quæ respicit fauorem donatarii tantum, & tamen ab vtraque parte debet Notarius rogari, Castr. *in l. prætor ait, num.* 7. vbi Alexan. *num.* 5. Ias. *num.* 1. *ff. de eden.* Dec. *in cap.* 1. *de fid. instrum. nu.* 3. & 24. † Amplia; quia Notarius ad hoc, vt conficiat instrumentum inter partes, debet rogari à partibus, non autem potest esse rogatus ab alio Notario. Bald. *consil.* 307. *Proponitur, quod, circa fin.* 5. † Declara totam istam materiam; quia in contractibus, qui fiunt à pluribus partibus, non potest rogari, neque conficere instrumentum, nisi vtraq; parte rogante: si vero sumus in instrumento, quod pendet à voluntate vnius, tunc sufficit, quod rogetur abilla parte, ita Alexand. *d. consil.* 110. *Eximie Doctor. per tot. lib.* 2. & confirmat tollendo in contrarium allegata *consi.* 38. *per tot. lib.* 7. & idem etiam tenet Alexand. *consi.* 6. *num.* 6. *& consil.* 42. *num.* 6. *lib.* 4. † Sed bene potest conficere scripturam non publicam, sed privatam, de iis, quæ vidit, & audiuit fieri inter partes, licet non fuerit rogatus, gloss. *in l. si quis decurio. C. ad l. Cornel. de falſ.* Specul. *tit. de instrum. editio. §. 1. ver. sed pone, nu.* 14. *& §. seq. ver. & breuiter sciat*, & prædicta non vt Notarius facere debet, & talis scriptura potius erit attestatio, quam instrumentum; ideo non habebit exequutionem paratam, ita apost. ad Alex. *d. cons.* 38. *in ver. vtramque. lib.* 7. † Et dato, quod esset rogatus à partibus, non tamen potest conficere instrumentum, nisi de iis, quæ vidit, & audiuit propriis auribus, & propriis oculis. Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. num.* 10. *ver. aliaprimum*, latius Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. editio. §. restat. in ver. audiuerit.* † Et intelligitur de iis, quæ vidit, & audiuit à partibus, tempore, quo conficiebatur contractus. Alexan. *cons.* 119. *in fin. processu, col. fin. num.* 4. *lib.* 1. Socin. *consi.* 95. *lib.* 3. Marsil. *singular.* 462. incipit, *Notario.* † Et quod Notarius non possit conficere instrumentum, nisi de iis, quæ vidit, vel audiuit, plene Alex. *cons.* 198. *Viso processu. num.* 8. *lib.* 7. vbi plena apostil. dat plurimos concordes *in ver. sensibus*, licet in fine dicat, quod aliter sensit. Felin. *in cap. seruus col.* 2. *de testib.* † Amplia, quia propter ea instrumentum quoad testios absentes, qui non rogarunt Notarium, neq; habent causam ab iis, qui rogauerunt, non probat plene, neque præiudicat. Alexand. *consil.* 37. *num.* 4. *lib.* 3. & plenius *consil.* 104. *In causa, & lite nu.* 2. *lib.* 4. † Extende; quia imo præsens rogitui, qui non rogauit, Notarium, non sibi præiudicat; quia non sufficit dicere, debuit prohiberè Notarium, quia requiritur rogitus ab vtraque parte. Alexand. *dict. consil.* 38. *Consultus, num.* 2. *& sequent. vt. & dum dicitur, lib.* 7. † Amplia, vt procedat etiamsi Notarius esset rogatus à

gatus à compositoribus, quia non sufficit, nisi partes consentiant.
16 Alex. *d. cons. 38. nu. 3. & seq. ver. non obstat etiam, vt dicitur, lib. 7.* † Amplia, vt procedat etiam in curia mercatorum, & inter mercatores; quia non sunt sublata ea, quæ sunt iuris Diuini, & naturalis, prout est rogitus, & consensus. Alex. *d. consi. 38. nu. 8. ver. non obstat*
17 *vltimum. lib. 7.* † Amplia; quia si Notarius exprimit se rogatum à Titio, & Seio excluditalios contrahentes, à quibus non fuit rogatus. Alex. *d. cons. 38. num. 7. ver. præterea dum Notarius, lib. 7.* sequitur Rub. Alex. *cons. 35. n. 7. vsque in fi.* Crauet. *cons. 117. n. 2. & 3.* Alex. *cons.*
33. nu. 18. lib. 3. Bar. *in l. sciendum. n. 15. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. de hæred.*
18 *instit.* ibi. *si non apparet, a quo fuit rogatus.* † Limita contra seipsum; quia Notarius bene potest se obligare versus alium, & de sua obligatione conficere instrumentum publicum, quod valebit, & probabit, licet non possit se ipsum rogare, & sibi iubere. Bal. *consi.*
43. Quædam scriptura, per tot. lib. 1. vbi, quod præsumitur præsentia partis, & rogitus, qui in hac parte sufficit ab vno; & quod aliquibus casibus valet rogitus vnius partis tantum & duplicatur *consi.*
19 *454. li. 5.* † Limita in actibus, qui fiunt gratia vnius partis tantum, & in fauorem vnius tantum; quia sufficit, quod Notarius fuerit rogatus ab illa parte, in cuius gratiam fit actus ille, licet nõ fuerit rogatus ab alia parte. Bald. *cons. 387. Inprimis videndum, num. 3. ver. sed*
nunquid, lib. 3. vbi loquitur in cõfessione liberatoria absente parte facta, sed tamen præsente fideiussore absentis; quia sufficit rogitus fideiussoris solius, Bar. *d. cons. 114. Inprimis, nu. 2. ver. sed an instru-*
20 *mentum. lib. 2.* † Et ideo si conficit instrumentum testamenti, debet rogari à testatore, alias non valet instrumentum testamenti quia non habet suam solemnitatem. Rom. *cons. 306. Proposita consultatio, in princ.* vbi reddit rationem; quia alias esset suspectus de falso se ingerendo, & affectando instrumentũ testamenti sine rogitu testatoris. † Declara; quia Notarius vt possit dici rogatus,
21 debet publicare instrumentum, & legere coram partibus, & testibus; ideo si quis dicat Notario, *surgete rogato de questo*, id est, *sis ad hoc rogatus*, & taceat, non potest dici rogatus, neq; potest dare instrumentum de hoc. Alex. *cons. 77. In causa accusationis, nu. 2. ver. ter-*
22 *tium inditium, lib. 1.* † Et quod ad essentiam rogitus requiratur publicatio. Bar. *in l. contractus, col. 1. C. de fid. instr.* † Et quod debeat legi
23 contractus coram partibus. Felin. *in c. 1. n. 16.* vbi etiam Deci. *n. 14. de fid. instrum.*

Notarius potest rogari de commissione sibi facta, & qualiter, & quando secus. Concl. 76.

1 NOTARIVS † potest rogari de commissione, & mandato sibi facto, puta ab Episcopo, vt eius nomine accipiat fideiussionem ab vsurario, sed debet ad hoc, vt ipsi credatur, super hoc cõficere publicum instrumentum cum testibus, alias sibi non creditur, quia agitur de præiudicio alterius. Bald. *cons. 317. Super primo*
2 *puncto in prin. & per tot. lib. 3.* Angel. Aret. *cons. 104. n. 27.* Vide Conclusionem prox. seq. † Contrarium tenet Bald. *cons. 318. Amplius,*
3 *quod dicta cautio. lib. 3.* vbi, quoad cautionem prædictam de consuetudine seruatur, quod valeat receptio à Notario de mandato, etiam si non confecit instrumentum de mandato; quia non est actus, qui fiat in contradictorio. Ang. Aret. vbi supra. † Amplia, vt procedat in omnib. commissionibus, quæ fiunt in contradictorio; quia debent rogari per publicum instrumentum, alias non
4 creditur soli Notario. Io. de Anan. *cons. 49. Dubium, de quo, in fin.* vbi
5 dicit* communem, & ibi Bologn. & apostil. in fin. Vide, *Notario*
6 *quando, & in quibus non credatur, vel è contra. Concl. 83. n. 6. ver. Amplia;*
quia non creditur, vbi plenius. † Extende, quando vnus Notarius assumptus est in collegam alterius, tunc vnus non potest solus rogare, sed vnus scribat, alter subscribat, vt credatur. Bald. *in l. iurisfu-*
7 *randi. C. de testib.* sequitur Bologn. d. apostil. ad *cons. 10. de Anan. 49. in*
fi. vide, *Notarij duo rogati qualiter. Concl. 73.* † Amplia idem in commissione facta Notario, vt vadat ad examinandum testes; quia potest de hac commissione rogare instrumentum, & creditur. Ang.
Aret. *cons. 164. In casu proposito, nu. 26. & seq.* vbi probat; quia sicuti potest cogi Notarius, vt faciat rogitum de omnibus, quæ spectãt
6 ad officium suum, ita potest, & debet posse facere rogitum de cõmissione ipsi facta. † Contrarium, quod imo Notarius non possit
* rogari de commissione sibi facta ad examinandum testes, & ipsi non creditur. Alex. *cons. 213. Viso, & opportune, n. 6.* vbi dicit* magis
communem, & apost. ibi. *in ver. alterius*, dat concor. *lib. 2.* & iterum
* *cons. 212. Ponderatis. nu. 18. ver. præterea, lib. 6.* vbi dicit* magis communem, quod ipsi non creditur, & ibi apost. *in ver. facta*, citat plures concord. & Alexan. ibi tollit contraria, & respondet ad rationem Bar. vt videri potest, concordat Dec. *cons. 159. nu. 6.* vbi* dicit
7 communem. Rolan. à Vall. *cons. 32. n. 2. lib. 3.* † Limita; quia nuncio non creditur de commissione sibi facta, nisi sit iuratus, & deputatus. Vide, *Nuncio non creditur extra, &c. Concluf. 155.* † Restringe, quia bene creditur testibus dicentibus se accepisse possessionem 8
de mandato Titii; quia probant mandatum, & commissionem sibi factam. Alexand. *cons. 88. Quoniam, num. 31. ver. prædictis etiam non*
obstat. lib. 5. † Restringe in arbitratore; quia de negocio sibi com- 9
misso potest testificari. Alex. *d. consi. 88. num. 32. ver. & sicut dicimus,*
col. pen. lib. 5. vbi apost. *in verb. arbitratore*, dat concord. Vide, *Testes o-*
mnes sunt idonei, &c. Concluf. 191. † Limita in iis, quæ non fiunt 10
in contradictorio; quia commissio probatur ex instrumento facto per Notarium, in quo asserit de commissione Episcopi fecisse, & loquitur in fideiussione recepta per Notarium ab vsurario. Bald. *cons. 318. in prin. lib. 3.*

Notarius non potest sibi aliquid adscribere in testamento à se ipso rogato, & qualiter procedat, vel non. Concluf. 77.

NOTARIVS † non potest sibi adscribere, neq; filio suo in po- 1
testate existenti in testamento, per eundem Notarium rogato, etiamsi filius Notarii deputetur hæres exequutor ad pias causas. Bald. *cons. 96. Factum tale est, lib. 2. & cons. 420. Viso testamento, in*
princ. lib. 2. quod est Petri de Vbaldis. Bar. *in l. si pater. ff. de falsa.* apost.
ad Bartol. *cons. 61. lib. 1. in ver. adscribere.* † Extende in casu conuerso; 2
quia filius Notarius non potest rogari de legato facto patri suo, in cuius potestate est. Bal. *consi. 92. Dispositio codicillaris, in fi. lib. 5.* Ratio † est; quia cum filius acquirat patri, non potest pater adscribere filio, quia sibi adscriberet, & è conuerso, quia filius in potesta- 3
te patris, & pater potest iubere, & coercerè, ideo non potest adscribere aliquid patri, sicuti neq; sibi, sec⁹, si cesset patria potestas. Bar. *cons. 61. Filiusfamilias, lib. 1. per tot.* maxime *nu. 4.* † Amplia; quia 4
Notarius rogans testamentum paternum non potest sibi adscribere legatum, vel id, quod omnino non erat habiturus sine testamento; & ideo punitur, sicut alius, secus est, si sibi adscriberet 5
solum id, quod ab intestato erat habiturus. Socin. *consil. 163. Non*
fuisset opus, num. 2. ver. primaratio. lib. 2. vbi dicit ita omnes* Docto- *
res tenere. † Restringe, vt non procedat, quando Notarius sibi 5
adscriberet solum id, quod alias erat sine testamento habiturus, quia valet, & cessat suspicio falsi. Socin. *d. consi. 163. num. 2. lib. 2.* vbi
dicit* communem. † Amplia; quia Notarius sibi aliquid adscri- *6
bens in testamento in scriptis, de quo fuit rogatus, pœna falsi punitur, quæ est deportationis, & confiscationis bonorum. Clar. *in*
§. falsum, num. 34. ver. adscribens, vbi dicit hanc pœnam imponi sine dubio & senatusconsul. Liboniano, vbi, quod ex sola scriptura testamenti in scriptis probatur hæc falsitas. † Extende etiam in te- 7
stamento nuncupatiuo secundum * communem, de qua Dyn. *
quem ad hoc citat Bello. *cons. 80. num. 3.* Boss. *tit. de iis, qui sibi adscribunt, nu. 3.* Clar. *d. §. falsum, num. 34.* & extat *cons. Rom. 185. Pro decisione, in fin. num. 12. quoad vltimum*, vbi magis arguit in nuncupatiuo; quia vt inquit probatur per instrumẽtum rogatum à Notario testamentum nuncupatiuum, & dicit, quod tenetur pœna falsi, & perdit sibi adscriptum; quia habetur pro non scripto, & accrescit institutis, vel quibus de iure. † Et quod pœna Notarii sibi ad- 8
scribentis aliquid est pœna falsi, & priuationis illius, quod sibi adscripsit, quod pro non scripto habetur, Rom. *cons. 185. in fi. n. 12.*
† Et istud non scriptum applicatur institutis, vel substitutis ad 9
quos spectat residuum, si extant, sin minus, ad venientes ab intestato. Rom. *d. cons. 185. in fi. n. 13.* † Amplia; quia non probat instru- 10
mentum rogatum per Notarium ad fauorem Notarii. Sign. Homod. *cons. 66. col. 2. in fin. ver. vnum tamen*, vbi declarat, quando instrumentum mere est ad fauorem Notarii. † Limita; quia bene 11
potest pater existens Notarius adscribere legata, & institutionẽ filio suo emancipato. Bald. *d. cons. 420. in princ. lib. 2.* Bar. *cons. 61. n. 2.*
lib. 1. allegat *l. diuus, ff. ad l. Corn. de falsa.* † Extende; quia idem est in 12
casu conuerso; quia filius emancipatus potest rogari de testamẽto, in quo pater Notarii instituitur hæres. Bar. *d. cons. 61. Filiusfamil. num. 2. lib. 1.* allegat *l. si pater, ff. ad l. Cornel. de falsa. & cons. 174. Ser*
Ioannes, nu. 7. ver. restat, lib. 1. † Et ideo filius potest rogari de testa- 13
mento, in quo mater Notarii instituitur hæres; quia non est in potestate matris, & potestas est, quæ prohibet. Bar. *d. cons. 61. nu. 2.*
lib. 1. allegat tex. *in l. si pater, §. fin. ff. de falsa.* † Et idem est in Presbyte- 14
ro Notario; quia antequam inhibeatur à superiore, potest rogare instrumenta, & quia ordo sacer eximit à patria potestate simpliciter secundum aliquos, & secundum alios eximit quoad aliqua, secundum vtramque opinionem quoad hoc potest rogare instrumenta pro patre, & testamentum, in quo pater instituitur, valet, quia habetur pro emancipato. Bar. *d. cons. 61. Filiusfamil. per tot. lib. 1.*

15 † Declara tamen; quia licet filius emancipatus sit testis in causa patris per rogitum instrumenti; non tamen admitteretur tanquam testis ad deponendum pro patre; quia testificatus pendet à solo teste; & ab illius authoritate, rogitus vero pendet à publica authoritate; & testibus descriptis in instrumento; item quia Notarius iurauit in principio officii. Bar. *d. cons. 174. Ser Ioannes, n. 7. v.*
16 *restat videndum. lib. 1.* † Limita; quia valet instrumentum donationis rogatum per Notarium ad fauorē nepotis, transuersalis Notarii, quando donans erat frater consobrinus eiusdem Notarii.
17 Bald. *cons. 60. Vsque ad quingentos, in fin. ver. est sciendum. lib. 4.* † Declara; quia licet non valeat testamentum, in quo Notarius sibi aliquid adscripsit, quoad id, quod est in fauorem Notarii, bene valet, quoad reliqua, maxime, si probetur per testes, vel subscriptio-
18 nem testatoris. Bald. *cons. 92. lib. 5. circa fi.* † Limita; quia potest rogari de testamento, in quo vxor Notarii proximior testatoris est substituta; quia non spectat commodum ad Notarium. Signorol.
19 *cons. 238. nu. 7. ver. vel potest dici.* † Limita, quia licet Notarius non possit rogari de testamento, in quo sibi aliquid adscribit, & vltra nullitatem puniatur de falso, vel quasi falso; tamen si probaretur per testes, & per subscriptionem testatoris illud factum, non puniretur Notarius, quando testamentum esset nuncupatiuum; secus si in scriptis celebratum, imo etiamsi duo testes tantū essent pro Notario, euitaret pœnam, sed non caperet legatum, nisi adsit numerus sufficiens testium sine scriptura, & vltra scripturam. Bald. *d. cons. 92. per tot. lib. 5.* & quod si probet Notarius legatū per testes in testamento nuncupatiuo, nō incurrat aliquam pœnam,
* communem * dicit Clar. *d. §. falsum, n. 34. circa fi.* allegat Anan. *in c. accedens, n. 6. de crimin. falsi.* & forte eundem sensum habuit Roman. *cons. 181. n. 12.* dum dicit, quod punitur pœna falsi, quia nuncupatiuum probatur per instrumentum Notarii; forte secus vult di-
20 cere, si non per instrumentum probaretur. † Extende; quia imo absolute talis pœna Notarii sibi adscribentis aliquid non habet locum in testamento nuncupatiuo. Cuman. *cons. 79. Quidam fecit testamentum, per tot.* Alex. *cons. 50. Ponderatis, nu. 2. v. hoc probatur, lib. 3.* quia nuncupatiuum recipit fidem à testibus, non à scriptore.
21 † Contrarium supra in secunda extensione post secundam am-
22 pliationem, *nu. 7.* †Extende maxime, quando non sibi adscripsit legatum, neque institutionem in testamento nuncupatiuo, sed mercedem rogitus testamenti; quia pœnam non incurrit. Cuma.
23 *d. cons. 79.* † Limita, quando qui scripsit notam testamenti, non fecit, vt Notarius, sed vt simplex scriptor; puta Notarius facit scribi testamentum, puta ab alio, vel ab hærede, vel legatario; quia si rogatur à Notario, licet scriptor scripserit sibi legatum, non vt Notarius, non patitur pœnam, neq; est prohibitum; quia tale testamentum non probatur per scripturam scribentis, sed per authoritatem Notarii. Alex. *cons. 50. Ponderatis verbis, per tot. lib. 3.* vbi dat plura similia de testamento nuncupatiuo; quia non recipit robur à scriptore, sed à testibus. Idem de eo, qui dictauit scienter notam, ex qua factum est testamentum nullum; quia ipsa non faciebat fidem, sed pendebat à rogitu. Item; quia ad scribendum instrumentum potest adhiberi seruus, qui non potest esse Notarius.

☞ Vide, *Testamentum non valet quoad legata facta ei, qui scripsit testamentum. Concl. 143.*

Notarius potest rogari de instrumento contra se ipsum, & valet. Concl. 78.

1 NOTARIVS † potest conficere instrumentum publicum contra se ipsum, & valet, & probat, ac si esset rogatum inter partes. Bald. *cons. 43. Quædam scriptura, per tot. lib. 1. & cons. 476. Factū tale*
2 *est, n. 7. ver. sed hic est solum dubium, lib. 1.* & latius *cons. 454. Quædam scriptura, lib. 5.* Alex. *cons. 185. Viso processu, n. 8. v. cedit etiam. lib. 7.* † Amplia; quia Notarius potest testari, & potest rogari de suo testamēto, & repræsentat hoc casu duplicē personam, videl. Notarii, & testatoris. Sign. *cons. 65. Factum tale est, col. 2. in fi. v. vnum tamen obsta-*
3 *re videtur.* † Amplia; quia Notarius eo ipso, quod est Notarius, potest conficere quæunq; instrumenta, & tantum valet, & probat primum instrumentum, quantum millesimum. Bald. *consil. 300.*
4 *Tex. est in c. lib. 2. n. 4. v. super alio.* † Amplia; quia secundus Notarius, qui ex forma statuti debet adhiberi in rogitu, alias instrumentū non valet, si tamen Notarius secundus adhiberetur ex post ad instrumentum rogatum contra ipsum Notarium secundum adhibitū post conualidatur. Alex. *cons. 184. Viso processu, n. 7. ver. concurrit,*
5 *lib. 7.* † Limita; quia non probat instrumentum Notarii in fauorem ipsius Notarii. Sign. Homod. *d. cons. 66. col. 2. in fi. ver. vnum tamen*, vbi declarat hoc procedere, quando instrumentum mere est
☞ ad fauorem Notarii. Vide Concl. prox. præced.

Notarius qualiter authenticare debeat instrumenta mortui Notarii. Concl. 79.

NOTARIVS † viuens, qui non est rogatus de instrumento potest authenticare instrumenta mortui sine licentia, & commissione iudicis. *c. cum P. tabellio. de fid. instr.* Vide, *Instrumentum quando dicatur. Concl. 239.* Vide, *Transumptū scripturæ. Concl. 374.* † Et de licentia generali non potest authenticare notā mortui aliquid addendo, vel minuendo, & ideo si talis nota est nulla, non potest aliquid supplere. Alex. *d. cons. 153. nu. 14. & 15. ver. ad idem, lib. 2.* † Et si authenticare: Notarius ex originali defectuoso aliter; quam deberet, potest pars petere, quod exhibeatur originale; ad quod exhibendum hæredes tenentur, & reperta nullitate ex originali iudex mandabit non stari authentico. Alex. *d. cons. 153. col. fin. nu. 16. v. sit cautus. lib. 2.* † Amplia; quia instrumentum habens verba æquiuoca, & dubia, quæ non possunt certam habere interpretationem, non possunt authenticari. Alex. *cons. 153. Videtur prima, n. 6. in fine, ver. facit quod not. Bart. lib. 2.* † Amplia; quia scriptura Notarii mortui reperta extra protocollum Notarii sinē subscriptione, licet sit scripta manu Notarii mortui non potest authenticari; quia non præsumitur rogata, secus si in protocollo esset reperta; ideo non probato rogitu cum causæ cognitione non potest authenticari. Alex. *d. cons. 153. n. 7. & seq.* maxime *n. 11. lib. 2.* † Extende; quia si in protocollis suis non facit mentionem de tali scriptura Notarius, ex licentia generali non potest dare authenticam. Alexan. *d. cons. 153. nu. 13. ver. nam ad hoc. lib. 2.* Vide, *Originale, & protocollum. &c. Concl. 202.* † Amplia; quia ad hoc, vt Notarius possit authenticare instrumenta Notarii mortui, tria sunt necessaria; quæ debent probari; Primum, quod ille, cui fit commissio, sit Notarius; secundum, quod is, qui dat licentiam, sit iudex ordinarius, vel habeat facultatem, tertium, quod constet instrumentum exemplarum esse manu Notarii, cui data est licentia exemplandi. Alex. plene *cons. 198. Viso processu, per tot. lib. 7.* vbi qualiter ista probentur, & discutit latissime. † Declara tamen; quia in multis locis sunt statuta, quæ dant aliam formam, prout Mutinæ sufficit, quod hæres det licentiam alicui Notario de collegio, vel quod habens causam a Notario mortuo possit authenticare, super quo statuto Alexan. *d. cons. 198. num. 5. ver. præterea ex forma prouisionis. lib. 7.* Vide, *Notarij scriptura, vt probet. Concl. 97.*

Notarii verba dicuntur verba partium, & quando secus. Concl. 80.

VERBA † Notarii sunt verba partium, quando sunt verba respicientia contractum; quia quantum ad disponendum sunt verba contractus, & contrahentium, sed tamen describuntur a Notario pro implemento sui officii, & ideo quando sunt talia, disponunt. Bald. *consil. 263. Verba instrumenti procuræ. lib. 1.* Roman. *consil. 179. Amplissime Doctor. nu. 6.* vbi apost. *in ver. præsumuntur*, dat concor. & dicit Rom. ibi quod licet sint verba Notarii describpta præsumuntur sibi dicta à partibus prius; ideo sunt verba partiū † Extende; quia si in legitimatione fuit dictum, quod erat exoluto, & soluta, & reuera erat ex coniugata, ea dicitur nulla, & illa verba cum respiciant substantiam, licet essent Notarii, dicuntur partium, nec admittitur excusatio. Bald. *in l. 1. in fin. C. de priuil. dat.* Io. Andr. *in c. cum in iure, de offic. deleg.* † Idem in simili Rom. *d. cons. 179. n. 6.* vbi, quod si filius codicillando errauit in nomine patris, ex quo errore inducitur præsumpta dementia, & nullitas codicillorum, non potest saluari, quod sint verba Notarii, & error notarii; quia præsumuntur prius dicta à partibus, & apostilla *ne præsumuntur*, dat concord. † Amplia; quia verba parentum pro pueris tacentibus ob reuerentiam contrahentibus matrimonio dicuntur verba contrahentium. Lap. *alleg. 57. nu. 13. ver. Thomas, super quarto.* † Amplia; quia verba recipientis feudum in antiquum, dicuntur etiam verba concedentis, quando inuestitura fuit per Notarium rogata; quia verba Notarii sunt verba partium rogantium. Dec. *cons. 184. in causa, & lite. num. 8.* vbi apost. *in ver. partium.* †Declara, vt non procedat in verbis exequutiuis, & conditionaliter prolatis, quæ non disponunt; secus, si disponunt. Dec. *d. cons. 184. num. 9.* vbi ita declarat *clem. 1. de præb.* † Amplia; quia quicquid reperitur scriptum in instrumento, præsumitur de voluntate disponentis, vel disponentium. Bald. *in l. errore, C. de testam.* vbi etiam Angel. Bar. *in l. si quis filiabus, ff. de testam. tutel.* Roman. *cons. 179. amplissime Doct. col. 1. v. nec refragatur.* † Limita, quando sunt verba dicta ab vna parte, & descripta à Notario, quæ respiciūt obligationē alterius, qui in illo contractu non probatur præsens, velutii

Nota-

Notarius dicat, quod talis filiusfamilias confessus fuit dotē suæ vxoris, & promisit restituere per hæc verba, *Io prometto, & mi obligo, id est, promitto, & me obligo, col consenso di mio padre*; quia non probant ista verba præsentiam, neq; consensum patris; quia sunt verba dicta à filio, non autem verba Notarii pro substantia contractus. Cuman. *consil.* 40. *Cuidam filio, nu.* 3. *ver. ad secundum.* † Extende, vt idem sit, si Notarius dicat, quod vxor fecit compromissum cū præsentia mariti; quia non probat præsentiam mariti; quia enunciatiua. Rom. *consil.* 156. *Honorande Domine, n.* 3. *ver. quinimo*, vbi apost. *in ver. non probant.* † Contrarium eadem apost. ad Rom. *consil.* 156. *in ver. non probant*; quia cum verba Notarii sint verba partium, probant inter contrahentes, vbi allegat plures. † Limita; quia verba Notarii ad probandam numerationem veram plus operantur, quam verba partium; quia licet quis in propria confessione fateatur habuisse ad instantiam Seii præsentis, & deponentis, nō probetur naturale, & verum depositum, tamen secus est, si ista sint verba Notarii in instrumento posita; quia attestetur, prout testis, & de vero, & naturali actu intelliguntur verba Notarii. Bald. *consil.* 28. *in princ. lib.* 1. & Alex. *consil.* 178. *Viso processu, nu.* 4. & iterum *consil.* 179. *Visis, ac ponderatis, nu.* 4. & 5. *lib.* 7. vbi dicit * communem, quia Notarius, qui non potest rogari, nisi de iis, quæ coram eo gesta sunt, & vidit, vel audiuit, cum sint verba Notarii de præterito, ne contineant falsum, debent intelligi tunc tempore instrumenti, ac vere; secus, si confessio esset partis, vel partium verba. † Limita in verbis Notarii, quæ ipse tenetur ex officio suo apponere non in cōtractu, sed in instrumento; quia ista proprie sunt verba Notarii, & non dispositiua partium, prout sunt annus, mensis, dies, testes, & alia solemnia instrumenti; quia ista sunt vere verba Notarii, alia vero extra ista, & quæ pertinent ad contractum, licet sint verba Notarii; tamen etiam sunt verba contrahentium, & disponunt. Bald. *consil.* 263. *Verba instrumenti procuræ, n.* 2. *ver. in contrarium, lib.* 1. † Extende; quia alia verba Notarii, prout, *quod testator sit sanæ mentis, & intellectu*, & in sententia, *visis, &c.* in instrumento mulieris, & minoris de certioratione facta per Notarium, sunt verba Notarii, & non partium; ideo non probant, licet præsumptionem inducant, quæ transfert onus probandi contrarium. Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in instrumento descripta, & quando secus. Concl.* 242. † Limita; quia verba Notarii enunciatiua non probant, nisi partes consenserint; ideo si Notarius dicat, q̄ sententia transiuit in iudicatum contra absentem, & non consentientem, talia verba nihil probant. Alex. *consil.* 42. *Viso processu, circa fin. lib.* 4. vbi dicit * communem. † Extende etiam in iudicialibus; quia licet Notarius dicat, *talis testis iuratus, &c.* non probatur iuramentum testis. Alex. *d. consil.* 42. *in fin. lib.* 4. † Restringe; quia in iudicialibus verba Notarii de facto iudicis bene probant, prout, quod admisit, vel decreuit. Alex. *d. consil.* 42. *in fin. lib.* 4. vbi de communi; * quia quando illud potuit interuenire, & de facto iudicis asserit; plene probat, idem Alexan. *consil.* 110. *lib.* 2. & 38. *lib.* 7. † Restringe, quia verba Notarii probant, si de enunciatis est rogatus, & verisimiliter potuerunt interuenire enunciata in actu. Alex. *d. consil.* 42. *in fin.* vbi dicit * communem, *lib.* 4. & *consil.* 110. *per tot. lib.* 2. & *consil.* 38. *per tot. lib.* 7.

Notarii verba in instrumento posita sumenda sunt, prout iuris, & quando secus. Concl. 81.

NOTARIVS † potest attestari, etiam de iis, quæ sunt iuris in suo instrumento, licet secus sit in teste. Oldrad. *consil.* 100. *In executione, ver. non obstat, nu.* 5. vbi dicit hoc esse in Notario de iure, & de consuetudine; quia fides Notarii est approbata, non autem testis fides. † Contrarium videtur velle Bal. *consil.* 28. *in quodam instrumento, in pr. lib.* 1. vbi, quod verba Notarii, quæ referuntur ad instar verborum testium, sunt sumenda de actu vero, & naturali percepto per visum, prout in teste; ideo si dicat, quod talis ad præsentiam Seii præsentis, & deponentis confessus fuit, probat verum depositum, & naturale, prout si testis hoc deponeret. Vide, *Notarij verba dicuntur verba partium, & quando secus. Concl.* 80. Amplia † quia si Notarius in instrumento dicat, *talis promisit tali præsenti*, intelligitur per stipulationem, videlicet præcedente interrogatione; quia omnia semper solemnia præsumuntur. Bald. *consil.* 476. *Factum tale est. n.* 3. *ver. nam istud verbum, lib.* 1. † Extende, vt idem sit, si Notarius dicat, *talis fideiussit*; quia intelligitur solemniter, & in forma iuris. Bald. *d. consil.* 476. *n.* 3. *lib.* 1. † Extende; quia si debitor, seu obligatus in receptione pecuniarum dicat, quod promittit dictas pecunias inuestire in vno nauigio, vel restituere & non dicat ad beneficium cuius; intelligitur ad bēneficium dantis pecuniam, & hæredum suorum, Bal. *d. consil.* 476. *per tot.* vbi est casus, *lib.* 1. Vide, *Promitto importat, &c. Concl.* 910. † Limita; quia verba Notarii debent intelligi de actu naturali, prout in teste. Socin. *consil.* 143. *Diu profecto, in princ. lib.* 1. † Extende maxime, quando agitur de numeratione pecuniæ, à pari procedunt testis, & Notarius. Soc. *d. consil.* 143. *nu.* 7. *lib.* 1. Vide Concl. prox. seq.

Notarii verba qualiter interpretanda. Concl. 82.

VERBA † Notarii in instrumento per eum rogato asserentis, quod Titius confessus fuit ad instantiam Seii præsentis, & deponentis, intelligi debent de vero, & naturali depositō facto tempore confessionis; quia verba Notarii, & testium à pari procedunt, vt intelligantur de actu vero, & visibili, non autem de ficto. Bald. *consil.* 28. *In quodam instrumento, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia debent intelligi verba Notarii secundum communem vsum, & prout testes intellexerunt. Bald. *consil.* 28. *colum. fin. ver. item quia verba tabellionis. lib.* 1. † Amplia; quia debent intelligi, prout à prudente; ideo verbum, *promisit*, redactum in scriptis importat stipulationem. Vide, *Notarij verba dicuntur verba partium. Concl.* 80.

Notario quando, & in quibus non credatur, vel è contra. Concl. 83.

NOTARIO † dicenti se rogatum de instrumento publico, sed quod amisit imbreuiaturam, non creditur etiam cum iuramento de amissione, nisi probet casum amissionis. Feder. de Sen. *consil.* 113. *num.* 2. *ver. dico insuper.* Vide, *Instrumentum non probat quoad multa in instrumento descripta, & quando secus. Concluſ.* 242. † Amplia; quia, non creditur Notario attestanti se feciſſe sequestrum Titio; quia si non est rogatus cum testibus, non probat; quia non creditur Notario, nisi prout alteri testi, ita vt si attestetur, vel deponat sine iuramento, nihil probet. Abb. *consil.* 16. *Ad claram, in fin. lib.* 1. † Amplia; quia Notario, & eius attestationi non creditur in iis, de quibus non est rogatus, ideo si asserat constituentes syndicum facere maiorem partem, vel calculando summas in instrumento, errauerit ista omnia non vitiant instrumentum, licet constet de contrario eius, quod asseruit; quia de illis non fuit rogatus, nec ad eius officium spectant. Fed. de Sen. *consil.* 288. *per tot.* Fulg. *consil.* 163. *In causa, & quæstione, col.* 2. *v. sed nec ex illa.* Vide, *Instrumentum non dicitur. Concl.* 254. † Extende, vt idem sit in verbis narratiuis, de quib. non est rogatus, cum diu talis testator sanus mente, & intellectu, de quo vide plene Marsil. *in l.* 1. *§. si quis dicat, num.* 5. *& seq. ff. de quæst.* Vide, *Instrumentum non probat. Concl.* 242. Alexand. *consil.* 141. *Ponderatis. nu.* 11. *ver. non obstat superius dictum, lib.* 1. † Imo, quod talis clausula de consuetudine Notariorum consueuerit apponi. Alexan. *d. consil.* 141. *in fin. lib.* 1. † Amplia; quia non creditur Notario dicenti; prout constat ex instrumento rogato per talem à me viso, & lecto; quia nisi ostendat, ipsi non creditur, *authent. si quis in aliquo. C. de eden.* Vide, *Mandatum non præsumitur. Concl.* 32. Vide, *Relatum debet probari. Concl.* 128. † Extende, quia imo etiamsi inserat tenorem instrumenti alieni in suo instrumento, illi non statur, nisi ostendatur instrumentum; cuius copia est inserta, gl. *in c. Abbate, de verb. signif.* Vide, *Insertum non probat, & quando secus. Concl.* 193. Extende; quia † non creditur Notario actorum dicenti constare de mandato talis; quia illud produxit in actis suis rogato per talem sub tali die, & anno; quia quoad illos, qui non interfuerunt productioni; non probat. Alex. *consil.* 6. *Ponderatis, nu.* 5. & 6. *ver. non obstat, quod in actis. lib.* 4. & *consil.* 110. *per totum. lib.* 2. † Extende; quia imo etiamsi Notarius actorum scripsit, quod talis produxit instrumentum sui mandati in actis, non probat, nisi illud sit registratum ad verbum in actis, & tunc bene probat quoad præsentes actui, sed non quoad alios. Alexand. *d. consil.* 6. *nu.* 7. & 8. *ver. vnde facit id quod. lib.* 4. † Extende; quia imo si Notarius rogatus de instrumento inter partes enunciat constare de instrumento procuræ talis ab ipso viso, & lecto, licet quoad contrahentes talis enunciatio probet, non tamen quoad alios, & absentes. Alex. *d. consil.* 6. *nu.* 6. *in fin.* & 7. *ver. nec obstat id, quod. lib.* 4. vbi apostill. *in ver. rogatus*, vbi citat Alex. *consil.* 37. *num.* 4. *lib.* 3. † Vide ad istam extensionem Alex. *consil.* 3. *in princ. lib.* 2. & *consil.* 191. *lib.* 6. & omnino Socin. *consil.* 173. *lib.* 2. † Extende; quia non creditur Notario, si scripsit in actis, *facta fuit fides iudici de mandato, &c.* quia sibi non creditur, nisi citata sit pars, vel scripserit ea in iudicio præsente, & patiente, plene Alexan. *d. consil.* 147. *Visis dubitationibus. num.* 5. & *seq. ver. non obstat, quod satis videtur, lib.* 6. vbi, quod si dixit, quod fuit facta fides iudici de mandato procuræ per talem Notarium, qui de eo fuit rogatus, non probat. † Declara; quia verba Notarii enunciatiua in iudicio non probant enunciatum contra eum, qui in iudicio non fuit præsens, & tacens, si vero fuit præsens, & tacens in iudicio, bene probant. Alex. *d. consil.* 147. *nu.* 5. *ver. præterea. lib.* 6. † Amplia; quia non creditur

Notario, neq; eius instrumentis ex sola quasi possessione quando non fuit creatus Notarius; quia sola quasi possessio nihil operatur, quando non fuit creatus Notarius. Cald. *cons.*175. *in fin.* qui allegat Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. de instrum. edition. §. restat, super*
15 *ver. & scias*, quem dicit ita intelligi, & est *cons.*2. *de fid. instrum.* † Declara, vt ampliatio non procedat; quando esset vere creatus, licet esset indignus; quia tunc bene quasi possessio iuuat, vt valeãt instrumenta, donec amoueatur. Calder. *d. cons.*175. *in fin.* alias 2. *de fid.*
16 *instrum.* † Amplia; quia non creditur verbis Notarii referentis verba se obligantis, quoad ea, quia dicta verba tendunt in præiudicium alterius. Cuman. *cons.*40. *Cuidam filio. nu.*3. *ver. ad secundum.*
17 † Amplia; quia si in compromisso, vel contractu vxoris requiritur præsentia mariti ex solemnitate statuti, non creditur Notario asserenti cum præsentia mariti contraxisse, late Rom. *cons.*156. *Honor. ande Domine, nu.*3. *ver. quinimo*, vbi apostill. *in ver. non probant*, dat
18 exempla alia. † Contrarium eadem apostil. ad Roman. *cons.*156. *in ver. non probant*, vbi, quod verba Notarii sunt verba partium. Am-
19 plia; † quia scriptura Notarii non solemnis dicitur priuata, & non plus probat, quam faciat priuata scriptura. Bald. *cons.*432. *Super du-*
20 *bia, in fin. ver. item non omnis, lib.*3. † Extende, quod scripturæ Notarii non creditur sine testibus; nisi in iudicialibus. Card. Zabarell. *cons.*41. Alex. *consil.*166. *In causa, & lite, num.*11. *ver. quinimo, lib.*6. vbi apost. *in ver. testibus*, citat Corn. *cons.*214. *colum.*2. *lib.*1. & 220. *col.*2.
21 *lib.*2. Crauet. *cons.*56. *num.*1. † Amplia; quia licet credatur Notario, & instrumento eius publico regulariter, quando solus fuit rogatus, si tamen duo Notarii simul sunt rogati, non creditur vni tantum, imo si faciant instrumenta diuersa; neutri creditur. Bald.
☞ *cons.*387. *In primis videndum, in fin. ver. vltimo quæritur, lib.*3. Vide, *Notarij duo rogati.. Concl.*73. † Amplia; quia non creditur Notario asse-
22 renti se certiorasse mulierem, vel minorem de beneficio Velleiani, vel alio beneficio sibi competenti, cui renunciauit. Alex. *consil.*
☞ 191. *Perspecto. nu.*3. *ver. fortificari. lib.*6. Vide, *Minor renuncians beneficio.*
23 *Concl.*246. † Amplia; quia Notario non creditur de iis, in quibus non est deputatus; sed aliis deputatus existit. Bald. *consil.*227. *Quod*
24 *non posset. nu.*5. *ver. ad tertium, lib.*4. † Amplia; quia non creditur Notario scribenti super prothocollo, *fuit cassum de consensu partium*, nisi adsit rogitus testium, & cassatura non attenditur. Abb. *consil.*
34. *Super quæstionis materia. nu.*5. *lib.*2. vbi, quod est not. dictum. Io. Andr. quem allegat Alex. *cons.*59. *Viso processu. num.*4. & *seq. ver. nunc*
☞ *venio lib.*2. Vide, *Cancellatio quando attendenda. Conclus.*20. Amplia;
25 quia † non creditur Notario confitenti, etiam cum iuramento in iudicio, quod instrumentum ab eo rogatum sit falsum; quia non potest præiudicare parti, cum iam functus sit officio. Bald. *consil.*
252. *Postquam Notarius, in pr. lib.* 4. vbi tamen recitans opinionem
26 suam dicit e contrarium, quod ipse non adhiberet fidem tali instrumento, & quod causa est concordanda. † Alexand. *consil.*133.
*Stantib. in fi. lib.*7. *n.*16. *ver. postremo simpliciter*, quod non creditur in
27 hoc Notario, & valet instrumentum alio non probato. † Amplia; quia non creditur Notario, neq; eius instrumento in iis, quæ tempore confecti instrumenti nõ fuerunt facta; quia de aliis Notarius non intelligitur rogatus. Cardin. Zabar. *cons.*10. *Iacobus exe-*
28 *quutor, num.*7. *ver. & hic dico.* Ant. de Butr. *cons.*32. *in prin.* † Extende; quia regulariter non creditur Notario referenti aliquid, quod tempore confecti instrumenti non potuit interuenire. Cast. *cons.*
* 202. *In causa confinium, num.*4. *lib.*1. vbi dicit * communem, & *cons.*
429. *col.*2. *lib.*1. Ant. de Butr. *d. consi.*32. *in princ.* Castr. *consi.*38. *num.*2.
29 *lib.*2. † Declara duobus modis, quando pars aduersa fuit præsens, & tacuit; quia probat assertio Notarii, & idem, quando sumus in antiquis, & est quasi impossibilis probatio. Castr. *d. consil.*202. *nu.*
30 4. *lib.*1. † Extende, vt procedat etiam circa solemnia instrumenti, quia solum potest probare Notarius, & instrumentum solemnitatem interuenisse quoad ea, quæ in actu instrumenti potuerunt interuenire. Cardin. Zabar. *consi.*14. *Statuto Trigesti, in princ.* Castr.
*d. consi.*429. *colum.*2. *nu.*5. *lib.*1. vbi etiam si iudex & Notarius simul attestentur, & idem, quando iudex, & Notarius attestentur de præterito quod non probent. Ant. de Butr. *d. consi.*32. *in prin.* Castr.
31 *d. consi.*38. *num.*2. *lib.*2. † Declara, & restringe multis modis: primo, quando sumus in assertionibus, quæ tendunt ad validitatem actus. Ant. de Butr. *d. consi.*32. *num.*2. Abb. *consi.*33. *col. fin. in princ. lib.*2.
32 † Idem, quando illud fuit assertum per Notarium de præterito extra rogitum partibus præsentibus, & non contradicentibus.
* Ant. de Butr. *d. consi.*32. *nu.*2. *ver. secundo ex theorica*, vbi dicit * com-
33 munem. Castr. *d. consi.*202. *nu.*4. *lib.*1. † Extende; quia non potest Notarius rogari, quod res oblatæ in absentia sua sint eædemmet res, de quibus agitur inter partes, ex quo non erant ad præ-
34 sentiam. Alexan. *consi.*119. *Viso processu, colum. fin. lib.*1. † Restringe in casu contrario; quia bene creditur Notario asserenti quartum arbitrum, sine quo fuit laudarum, fuisse requisitũ; quia hoc potuit fieri in actu laudandi, & maxime, quando de consuetudine, & stylo ita obseruantur, quod Notario credatur, prout leue, in officio mercantiæ. Abb. *consi.*33. *n.*6. & *seq. col.*4. *in pr. v. sed præsupposito. lib.*2.
† Amplia; quia non creditur Notario subscribenti, & attestanti se ei Notarium Apostolicum, vel alias ex illis verbis, *& ego N. publicus Apostolica authoritate notarius, &c.* quia ipsi non creditur sine literis testimonialibus, vel nisi probetur aliter, quod sit Notarius. Maria. Socin. *cons.*33. *lib.*1. † Amplia; quia si reperitur instrumentum imperfectum, licet Notarius dicat non habuisse effectum, vel fuisse cancellatum, non ipsi creditur, nisi quatenus cancellatio fuit solemnis à partibus cum præsentia testium. Ang. *cons.*246. *Titius, vt hæres, nu.*2. *ver. non autem*, sequitur Alex. *cons.*59. *n.*5. *ver. & quod dicta scriptura, lib.*2. † Declarat Alex. qui refert opiniones *d. cons.*59. *nu.*5. 57
*& seq. v. nec obstat secundum eum, lib.*2. † Restringe; quia bene creditur, si cancellauit ex causa non diminuente instrumentum, veluti si ex causa extensionis; quia talis cancellatio non diminuit virtutem instrumenti. Ang. *cons.*346. *per tot.* Vide, *Notarius quando posse, &c. Concl.*86. † Restringe idem, si cancellauit exprimendo; quia ex
per errorem Alex. *d. cons.*59. *n.*5. *v. & quod dicta. lib.*2. † Amplia; quia
non creditur Notario attestanti aliquid, quando illud, de quo attestatur, non potuit interuenire tempore rogitus, sed alio tempore. Fulg. *cons.*163. *In causa, & quæstione, col.*3. *in princ. v. ea autem particula, & n.*2. *v. & licet ipse Ser Antonius*, Bald. *in l. ex iis. circa fin. C. de testam. milit.* & dat exempla. Castr. *d. cons.*429. *n.*5. *col.*2. *in prin. ver. pretea posito, li.*1. vbi si narrat solemnitates interuenisse, quæ debuerunt fieri ante, vel si narret litis contestationem, iuramẽtum calumniæ, confessionem in iudicio, quæ non potuerunt interuenire in ipso instrumento, & communem * dicit *cons.*202. *num.*4. *col.*
*lib.*1. † Extende; quia non creditur Notario attestanti in instrumento aliquid de præterito; quia instrumentum rogatum non probat; nisi in iis, quæ sunt gesta coram Notario, & testibus tempore instrumenti; si vero de gestis de præterito, vel extra instrumentum, non probat; quia non est de rogitu, sed sunt literæ testimoniales. Castil. *cons.*30. *n.*3. & 4. Extende; quia imo Notarius nõ potest rogari, nisi de gestis in præsentia sui, & testium tempore contractus. Castr. *cons.*241. *n.*2. *lib.*1. vbi apost. citat Corn. *cons.*143.
*Licet, n.*1. *lib.*4. & *cons.*161. *n.*3. *eod. lib.* & rursus Cast. *cons.*52. *col.*1. *in pr. lib.*2. vbi apost. citat Corne. *cons.*154. *n.*7. *lib.* 4. † Amplia; quia non creditur Notario, & eius scripturæ contra testem, qui dicit se nõ depositisse, prout scripsit Notarius. Alex. *cons.*70. *Viso. nu.*2. *ver. secundo respondeo, lib.*1. qui dicit solum quoad causam falsi contra testem intentatam non credi in aliquo, si testis negat ita depositisse, vbi apostil allegat Alex. *cons.*65. *lib.*2. plenius *cons.*74. *n.*12. *lib.*1. vbi
de * communi attestatur, idem Alex. *d. cons.*65. *lib.*2. Contrarium,
quod † credatur Notario, quando lis non est inter eum, & testem dicentem contrarium, sed inter testem, & tertium. Alex. *cons.*77.
*n.*2. *ver. nec adhoc obstat, lib.*1. † Declara, si Notarius est persona honesta, & non suspecta, statur Notario, non autem testi contrario asserenti. Io. de Imol. *cons.*4. *nu.*2. vbi, quod statur libro Notarii de licentia data licet pars examinata dixerit non habuisse licentiam.
† Amplia; quia non creditur Notario narranti in obligatione
bonorum Ecclesiæ, quod de mandato Papæ, nisi aliter doceatur. Anch. *consi.*301. *Viso diligenter. in prin.* † Amplia; quia non creditur
Notario facienti mentionem in suo instrumento, quod talis habebat mandatum procuræ; quia non probat, nisi exhibeatur. Ia-
lex. *cons.*191. *Perspecto instrumento. lib.*6. Vide plene *in ver. Mandatum*
*Concl.*32. † Amplia, quia non creditur scripturæ Notarii, etiam
publicę cum subscriptione trium testiũ, quando vnus cõtradicit
& alii duo non iustificant scripturam. Card. Zab. *cons.*41. † Am-
plia; quia non creditur soli Notario attestanti sibi commissum
fuisse factam ad scribendum. Io. de An. *cons.*49. *Dubium, de quo*
vbi dicit * communem, sequitur ibi Bologn. in apost. & est com-
munis * opinio. Alex. *cons.*213. *n.*6. *lib.*2. † Extende, quia non creditur iudici delegato, quod sit delegat°, nisi doceat de sua delegatione. Alex. *cons.*213. *nu.*8. *v. omnes etiam. lib.*2. Vide, *Delegato, &c. Concl.*154. † Idem in socio faciente librum extra ea, quæ sunt licentiæ; quia licet attestetur se ab aliis sociis habere mandatum, non probat, neq; sibi creditur, nisi aliunde probet. Alex. *cons.*188.
*Visis subtilissimis, nu.*4. *v. nec etiam sufficeret lib.*2. † Extende, quia instrumentum mortui non potest leuari, neq; probat tantumpta-
tum per alium Notarium, nisi constet, quod de licentia iudicis & non statur Notario attestanti de tali licentia; quia debet de ea aliter constare. Alex. *cons.*187. *Visis, col.*2. *in prin. lib.*6. Boer. *decis.*
*Quoad primum, n.*8. † Et quod nõ creditur Notario authenticanti
instrumentum ab alio rogatum, si attestetur de commissione sibi
facta ad authenticandum. Afflict. *decis.*317. vbi late, † Et quod non
credi-

credatur Notario attestanti de auctoritate sibi concessa. Bar. *in l. ex sententia. ff. de testam. tutel.* Alex. *cons.* 104. *Circa primum, ad fin. lib.* 5. *& cons.* 212. *Ponderatis. nu.* 22. *lib.* 6. Afflict. *decis.* 317. *In causa cuiusdam*
* *Legati.* Alex. *cons.* 213. *num.* 4. *lib.* 4. vbi dicit * communem. Declara;
54 quia † licuti non creditur testi, quantumcunq; excellenti vnico, ita neq; Notario attestanti aliquid etiam cum iuramento, neque scripturæ ipsius, nisi sit solemnis cum testibus. Alex. *cons.* 166. *n.* 10.
55 *in fi. cum seq. ver. præterea, lib.* 6. † Amplia; quia non creditur Notario attestanti se notificasse laudum parti condemnatæ, vt inde oriatur, quod transiuerit in iudicatum. Castr. *cons.* 241. *In quæstione, col.*
56 2. *in fi. ver. nunc restat, lib.* 1. † Amplia; quia non creditur Notario attestanti aliquid de præterito, non enim probat. Ant. de But. *consil.*
57 32. *in princ.* Castill. *cons.* 30. *nu.* 3. *&* 4. † Contrarium, quod Notario credatur etiam de præteritis, quæ non potuerunt interuenire in actu rogitus, quãdo dispositiue attestatur; quia potuit de præterito fuisse rogatum. Ant. de But. *d. cons.* 32. *circa fi. ver. iuuat etiam.* De-
58 clarat † procedere ampliationem in verbis enunciatiuis, & contrarium in verbis dispositiuis, quando vere, vel præsumptiue cõstat de præterito eum fuisse rogatum, vel informatum, vt si Notarius ad totam causam dicit in sententia citationem præcessisse; quia verisimile est, & potuit ipse scire, & esse rogatum. Anton. de
59 But. *d. cons.* 32. *in fi.* † Amplia; quia in tantum est verum, quod Notarius aliquid de præterito enunciatiue, vel dispositiue ponens in instrumento debet intelligi interuenisse tunc tempore rogitus sui, vt valeat, non autem potest rogari de iis, quæ non interuenerunt in instrumento tempore rogitus, ita plene Alexan. *consi.* 178. *Viso processu, n.* 4. *ver. & illa verba instrumenti. lib.* 7. vbi apostill. *in ver. tunc,* dat concord. & intelligit Alex. quando illud de præterito enunciatum potuit tempore actus interuenire, & non probatur,
60 quod ante instrumentum fuerit. † Extende; quia licet quis in instrumento confiteatur habuisse, & recepisse à Titio centum, licet illa verba possint verificari, quod habuerit ante contractum; tamen illa verba debent intelligi tempore instrumenti, vel incontinenti ante, non ex interuallo. Alex. *cons.* 77. *Viso processu, n.* 10. *ver.*
61 *nec potest dici, lib.* 6. vbi apostill. *in ver. tempore,* dat concor. † Extende; quia verba Notarii, quod Titius dedit, vendidit, tradidit Titio emptori, necessario debent intelligi de tempore instrumenti, nõ ante; quia Notarius non potest rogari, nisi de iis, quæ fiunt coram eo, & ideo cum possint in actu instrumenti interuenisse, necessario debent intelligi de tempore instrumenti, vt si in conspectu rei venditæ sint dicta, importent veram traditionem, si in absentia rei, importent licentiam ingrediendi. Alex. *cons.* 179. *Visis, n.*
62 3. *v. ad quod resp. lib.* 7. † Sic etiam quando Notarius dicit, quod Titius habuit, & recepit à Sempronio centum, licet non dicat, *in præsentia mei Notarij, & testium,* tamen intelligitur numerata fuisse pecuniam; quia sunt verba Notarii, non autem confessio partiũ.
*63 Alex. *d. cons.* 179. *num.* 4. *lib.* 7. vbi dicit * communem. † Sic etiam, quando Notarius in instrumento dixit, *Titius dedit, & numerauit scio,* intelligitur tunc in instrumento, & contractu. Alex. *d. consil.*
64 179. *n.* 5. *ver. & bene ad propositum, lib.* 7. vbi, quod alias Notarius cõmitteret falsum, & præsumeretur deliquisse in officio. † Restringe, quando si de præsenti verba intelligerentur, annullaretur instrumentum, & contractus, vel pars, non induceretur delictum, ita tenebat quidam aduocatus, vt refert Alex. *d. cons.* 179. *in pr. li.* 7.
65 *ver. tamen contra hoc,* vbi vult, quod pactum legis commissoriæ in pignore reprobatum, si apponitur à principio; secus, si ex post facto, dicebat, ne pactũ annullaretur, verba intelligenda de præsento, vt pactum valeat; quia non à principio, & quia delictum præsumptarum vsurarum ex pacto nullo resultans cessat, & verba indubio pro validitate actus interpretanda, & vt excludatur de-
66 lictum. † Contra restrictionem tenet Alex. *d. cons.* 179. *nu.* 3. *& seq. ver. ad quæ respondeo, lib.* 7. quia ex quo Notarius non potest rogari, nisi de iis, quæ tempore contractus interuenerunt, alias committeret falsum, & delinqueret in officio; igitur si sunt verba Nota-
67 rij, trahuntur necessario ad tempus contractus, etiamsi agatur de nullitate; quia maior præsumptio tollit contrariam; secus, si essent verba partium. † Amplia; quia non creditur Notario asserenti aliquem esse procuratorẽ, vel habere mandatum, vel syndica-
* tum, nisi doceat de eo, secundum * communem, de qua Curt. Iun.
67 *cons.* 312. *n.* 68. *& seq.* † Extende; quia mandatum vniuersitatis non præsumitur, nisi ostendatur, etiamsi in sententia sit facta mentio de syndicatu, etiamsi iudex pronunciasset ipsos fore syndicos, & habere mandatum sufficiens; quia non præiudicat. Curt. Iun. *dict.*
68 *cons.* 312. *n.* 69. *& seq.* † Amplia; quia illa verba Notarii, *sanus mente, & intellectu,* non probant sanitatem; quia non est officium Notarii hoc iudicare. Rom. *cons.* 520. *Circa propositam, nu.* 12. *ver. nec refraganti.*
69 *ver.* vbi apost. *in ver. non probant.* dat conc. † Extende, etiamsi Notarius asserat, *sponte, & ex certa scientia, nõ per errorem fecit talis,* &c. quia dubiũ est, an talia verba prolata à Notario inducant certã scientiam, & maxime, quando constat contrarium, videl. quod errore ductus fecit. Rom. *d. cons.* 520. *n.* 13. *ver. nec præmissæ conclusioni.* † Ex- 70
tende, quia licet verba Notarii in contractu dicantur verba partium, & propterea tanquam ad partes relata videantur, probare, sup. *Concl.* 80. tamen secus est, quando constat, quod ex eadem facilitate, qua motus fuit quoad contractũ, etiam motus fuit quoad verba. Rom. *d. cons.* 520. *n.* 12. *ver. nec refragatur.* † Limita; quia cre- 71
ditur Notario, quando scriptura est solemnis, & dubitatur, an sit manu Notarii, si affirmat; quod manu sua, vel non, illi creditur, Alex. *cons.* 147. *num.* 6. *ver. non obstat, quod creditur, lib.* 6. *& cons.* 198.
Viso processu, in prin. ver. tertio oportebat, lib. 7. † Limita; quia Notario 72
attestanti in scriptis se interfuisse omnibus supra narratis est credendum in iis, quæ ad officium suum spectant. Feder. de Sen. *cons.*
129. *nu.* 3. *ver. an vero.* † Limita; quia creditur Notario attestanti in 73
contractu, inuentario, & omni actu per eum rogato fuisse præsentes tales, & tales testes, etiam, quod se non subscripserint; quia non reperitur cautum, quod debeant subscribere. Cast. *consi.* 326.
Non multum, in prin. lib. 1. † Extende, vt procedat, etiamsi testis di- 74
cat, non recordari se fuisse præsentem; quia per hoc non minuitur fides Notarii, nisi contrarium probetur. Castr. *d. cons.* 326. *in pr.*
lib. 1. † Limita, quia creditur Notario attestanti se rogatum de in- 75
strumento, & circa ea, quæ ad eius officium pertinent. Cald. *consi.*
168. alias 2. *de testib. nu.* 2. *ver. item presbyter. cons.* 174. *ver. creditur ergo.*
† Limita, quia creditur Notario in iis, quæ spectant ad officium 76
suum cum iuramento, prout si agatur de matrice originali, creditur Notario, si duæ reperiuntur, quæ sit vera matrix. Alex. *consil.*
105. *In causa, in prin. v. præterea, quod illa sit matrix, li.* 2. † Limita, quia 77
creditur Notario, & eius scripturæ sine testibus in iudicialibus; quia est speciale, quod sine testib. credatur. Card. Zab. *cons.* 41. *Cũ*
præsupponatur. Corn. *cons.* 141. *in prin. lib.* 3. Vide, *Iudicij calor multa o-* ✠
peratur. Concl. 483. † Extende maxime in Notariis castrorum, & 78
villarum, si per modum actorum scribant etiam sine testibus; & idem, si talis Notarius attestetur de facto eius proprio, quia sibi creditur. Doct. maxime Fel. *in c. quoniam contra, col.* 2. vbi etiã Dec.
de probat. faciunt tradita per Dec. *cons.* 42. *Et pro facultate, n.* 4. † De- 79
clara, quia licet credatur Notario deputato ad iudicialia de omnibus, quæ sine testib. scribit; quia non adhibentur testes; tamẽ si scribat productum fuisse instrumentũ, cuius executio fuit concessa, & non reperiatur, nisi vna fides de instrumento in actis, nõ creditur Notario hoc attestanti, & executio est nulla. Corn. *consil.*
141. *per tot. lib.* 3. † Declara; quia sibi creditur in iudicialib. sine te- 80
stibus quoad partes præsentes, & tacentes, vel citatas, alias non. Alex. *cons.* 147. *Visis dubitationib. in prin.* maxime *n.* 5. *& seq. lib.* 6. † Li- 81
mita, quia si Notarius rogatus de testamento, vel codicillis, quorum verba essent ambigua, deponeret super interpretatione verborum duorum, ipsi crederetur, si est vir nobilis, & qualificatus, quando verba non repugnant interpretationi, glo. not. *in l. Titio, ff. de cond. & demonst.* quam exaltat Bald. *in l. indicia, C. de rei vend.* Bar.
in l. Celsus. ff. de vsucap. Ant. de But. *in cap. si diligenti, de præscript.* Curt.
cons. 71. *Princeps, col.* 2. † Limita; quia creditur Notario dicenti, q 82
partes adhibuerunt sigilla propria instrumento, quod exhibetur authenticum; quia probat, etiamsi sigilla nõ appareant; quia sibi creditur in hoc, & in omnem casum, si partes non se restrinxerunt, quod non valeat, nisi cum sigillis, non vitiat. Alex. *cons.* 98.
Breuiter puto, per tot. lib. 1. † Declara, quia si Notarius in instrumen- 83
to attestatur aliquid interuenisse, vel factum in instrumento per eum authenticato, quod potuit interuenire, & fieri tempore cõtractus, ipsi creditur, alias non. Alexan. *d. consi.* 98. *lib.* 1. plenius *cons.*
119. *Viso processu, nu.* 4. *ver. quia respondeo, quod Notarius, lib.* 1. *& consil.*
191. *lib.* 6. Socin. *consi.* 95. *lib.* 3. Marsil. *singul.* 462. *Notario.* † Limita; 84
quia creditur instrumento, & assertioni Notarii dicentis mulierem fuisse certioratam de beneficio Velleiani, cui renunciauit. Imol. *in cap. cum contingat, col. fin. de iureiurand.* Felin. *in cap. si diligenti, num.* 19. *de for. compet.* † Limita; quia creditur Notario asserenti se 85
infirmum, vel impeditum ad effectum, vt valeat delegatio facta, vel substitutio in alium loco sui, & idem in omni officiali. Alexan.
consi. 34. *Consultus, num.* 5. *ver. quia statur, lib.* 4. † Limita; quia magis 86
creditur Notario, & examini scripto per eum, quam testibus dicentibus non deposuisse, prout reperitur scriptum. Castrens. *cons.*
372. *Præsupponitur. quod, colum.* 3. *ver. & confirmantur prædicta, lib.* 1. vbi apostill. citat Socin. *consil.* 29. *Primo aspectu. ver. Notarius.* Vide, *Nun-* ✠
cio non creditur extra officium suum, sed bene in iis, quæ spectant ad officium suum. Concl. 155. Vide, *Testibus contradicentibus Notario non creditur. Concluſ.* 245. Vide Antonium Gabriel. *libro primo, de fide instrument. Concluſ. secunda. Notario asserenti collegialiter factum an credatur.*

Vide, quod Notario non credatur. Mascard. *Conclus.* 143. *Assertio Notarij.*

Notarii de stylo ponunt multas clausulas, quæ nihil operantur. Conclus. 84.

1 NOTARII † de stylo suo ponunt clausulam codicillarem in testamentis. Card. Zabar. *cons.* 20. *Iacobus testator, in fin.* vbi, quod non debet operari contra mentem testatoris. Ang. *cons.* 364. *nu.* 6. *col. pen. v. quapropter moueor*, vbi, quod non valet, si testator non intellexit illius efficaciam, & quod debet certiorari. Alexan. *cons.* 52.
2 *Circa hanc, n.* 29. *ver. nec obstat, lib.* 4. quod est Barbatiæ. † Inculcant multas clausulas in absolutionib. quia licet solutione eius, quod debetur, tollatur omnis obligatio; tamen Notarii ponunt actum solutionis, postea liberationem, & ex abundanti inculcant pactum de non petendo, quod semper debet referri respectu solutionis factæ. Abb. *cons.* 97. *Viso instrumento, per tot.* maxime *in fin. ver. nec obstant contraria*, vbi, quod ista est consuetudo Notariorum.
3 † Amplia; quia imo Notarii præsumuntur rogati apponere clausulas consuetas in instrumentis, & qualiter, & de quibus clausulis intelligatur. Vide plene Anton. Gabr. *lib.* 6. *tit. de consuet. Concl.*
4 3. *Notarius præsumitur rogatus.* † In testamentis apponunt clausulam, *sanus mente, & intellectu*, de consuetudine; ideo non operatur.
5 Alex. *cons.* 141. *Ponderatis, in fin. lib.* 1. † Et quod Notarii apponant multas clausulas, quas non intelligunt. Alex. *cons.* 52. *num.* 29. *lib.* 4. Vide de hac materia plenius *in ver. Clausulæ, quæ de stylo apponuntur, non operantur multum. Concluſ.* 304. Vide, *Notarij error non debet nocere. Concluſ.* 87.

Notarius quæ possit addere, vel non in extensione instrumenti. Concl. 85.

1 NOTARIVS † in extensione instrumenti potest addere clausulas suas solitas apponi in omnibus instrumentis, etiamsi in originali clausulæ non sint extensæ. Bald. *cons.* 414. *Cum per statutum, lib.* 4. Alexan. *cons.* 89. *Viso themate. nu.* 12. *ver. non obstat, lib.* 3. vbi, quod semper præsumitur rogatus secundum clausulas consuetas, vbi apost. *in ver. consuetas*, dat concord. & *cons.* 53. *In causa, & lite,*
2 *nu.* 11. *lib.* 7. vbi apost. *in ver. consuetas*, dat concord. † Et quod possit Notarius addere, vel non in extensione ex protocollo, Vide plene
3 Bologn. *cons.* 300. † Et propterea appellatur imbreuiatura illa scriptura matrix; quia breuior est. Bald. *cons.* 398. *Quæritur, an per solam, in fin. lib.* 5. Vide, *Originale, & protocollum, seu matrix, vel imbreuia-*
4 *tura Notarij quid sit, &c. Concl.* 201. † Et quod possit Notarius illam imbreuiaturam, seu breuem notulã extendere; quia præsumitur, quod habeat mentem disponentis, vel contrahentium, & illi ex-
5 tenso credatur. Guid. Pap. *decis.* 129. † Et ideo omnia, quæ de iure insunt ex natura contractus, potest extendere, prout quod vẽditor promisit dare possessionem rei venditæ, & promissionem de euictione. Alex. *cons.* 28. *Viso, & præhabito, nu.* 2. *ver. & præterea, lib.*
6 2. † Et quod possit in extensione imbreuiaturæ propriæ supplere secundum ius, & consuetudinem, & quod talis imbreuiatura recipiat suppletionem renunciationum, & aliarũ clausularum, quæ de iure, vel consuetudine apponi solent. Bald. *in rubr. C. de fid. instr.*
7 11. *col. ver. quæro de tertio, & in l. contractus. C. de fid. instrum.* † Declara hoc procedere in Notario, qui fuit rogatus, & fecit imbreuiaturam; secus in alio; quia non potest supplere, neq; extendere. Bald.
8 *d. rubr. C. de fid. instrum. col.* 12. *ver. quarto quæro.* † Amplia, vt procedat etiam, quando Notarius esset mortuus; quia si extat statutum, q̃ fiat extensio secundum stylum Notarii poterit apponi obligatio, & hypotheca bonorum, licet non sit scripta. Bald. *consil.* 414. *lib.* 4.
9 † Extende; quia habens facultatem explendi instrumenta mortui ex statuto Pistorii potest addere, & supplere diem omissum in imbreuiatura, aut ex præcedentibus instrumentis, aut ex alio extẽso rogato simul cũ non extenso. Ang. *cons.* 380. *Reperiuntur inter, per tot.* vbi in fine, quod melius, si de mandato iudicis hoc facit.
10 † Amplia; quia Notarius potest addere nomen Principis in instrumento per eum rogato, antequam illud reddiderit extensum partibus, postea vero non posset sine auctoritate iudicis. Angel.
11 *cons.* 292. *Visis omnibus, in prin. ver. quinimo.* † Contrarium dicit Ant. de But. *cons.* 11. *n.* 2. vbi, quod omnia omissa, quæ sunt de substantia, prout annus, dies, consul, subscriptio, non possunt addi, etiam si
12 recordetur; quia præsumeretur machinatio. † Declarat idẽ Ant. de But. *d. cons.* 11. *n.* 3. & 4. quod si additur id, quod fuit omissum, & est de solennitate, prout dies rogitus, & similia, si quidem Notarius recordetur bene, & partes non contradicunt, valet, alias non potest sine decreto iudicis, qui examinabit, an ex errore, vel sciẽ-
13 tia, & quid sit verisimile. † Amplia; quia licet Notarius non possit addere substantialia in extensione instrumenti alterius, & defuncti; tamen bene potest addere inuocationem Domini, & nomen Imperatoris, quando resultant ex aliis instrumentis. Ruin. *cons.* 159. *li.* 4. † Extende; quia iussu iudicis poterit addere ea, quæ
14 sunt de substantia, quando probantur interuenisse. Cravet. *consil.* 216. *nu.* 7. & 8. & Angel. *cons.* 275. *per tot.* † Amplia; quia Notarius
15 semper censetur rogatus, vt apponat omnes clausulas, quæ de stylo sunt. Alex. *cons.* 27. *In causa, & lite, num.* 2. *lib.* 2. vbi plene apost. *in ver. consuetas. l. quod si nolit*, §. *qui assidua, ff. de ædil. edict.* Ia Clarissime *in l. certi condictio, ff. si cert. pet. in* 3. & 4. *col.* Felin. *in c. cum* M. Ferrarien. *de constit.* Dec. *cons.* 449. & 490. *col. pen.* Alex. *cons.* 27. *In causa, & lite, n.*
2. *ver. accedat, lib.* 2. vbi plena apostill. *in ver. consuetas*, citat plurimos concord. & Alex. *consil.* 105. *In causa, in fi. lib.* 2. vbi apost. *in ver. consuetas, & cons.* 89. *nu.* 12. *lib.* 3. vbi apost. † Extende, vt procedat, quod
16 possit Notarius addere clausulas solitas, etiamsi partes nihil dixerint; quia censetur de eis rogatus. Alex. *d. cons.* 27. *nu.* 2. *ver. accedit, lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam in clausulis pœnalibus, puta
17 dupli, & apponi consuetis. Alex. *cons.* 66. *In causa, & lite in prin. nu.*
3. *lib.* 7. *ver. hoc etiam suadet.* † Extende in tantum, quod si Notarius
18 omiserit clausulam solitam apponi in instrumento, præsumitur per errorem, & habetur pro apposita. Socin. *cons.* 101. *colum.* 2. *lib.*
3. Aretin. *cons.* 47. *col.* 2. † Declara; quia censetur rogatus, & po-
19 test apponere clausulas solitas, & consuetas, quæ respiciunt executionem, & dilucidationem contractus, non autem de clausulis, quæ alterant contractum, vel dispositionem. Alex. *cons.* 28. *nu.*
4. vbi apost. *in ver. non potest*, dat similia, *lib.* 2. † Extende, quia potest
20 apponere pactum executiuum, quod in casu restitutionis dotis mulier possit propria auctoritate capere bona mariti, & illa vendere, & sibi satisfacere. Doct. *in l.* 3. *C. de pignor.* vbi, quod consueta apponi habentur pro appositis. † Contrarium, quod non possit
21 extendi constitutum. Alex. *cons.* 28. *Viso, & præhabito, lib.* 2. *nu.* 4. *ver. aut volumus*, quia non venit ex natura contractus, & quia nullus præcisus modus tradendi possessionem est de natura contractus, ergo non plus cõstitutum, quam alius modus potest extendi, sed loquitur in eo, qui releuat alienum contractum. Dec. *in l. contractus, & in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur.* † Declara; quia con-
22 trarium non loquitur, quando constat de consuetudine Notarii, sed solum in terminis iuris communis, vt ex d. cons. Alex. quod est sub *nu.* 70. *lib.* 2. qui in *col.* 3. *ver. nec obstat. si diceretur, iuncto ver. quia respondeo, quod in actis non inuenio.* & ideo vera est extensio, quando constat de consuetudine Notarii. † Et quod permittitur Nota-
23 rio, an pariter permittatur commissario eius imbreuiaturarum, vide Dec. *d. l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. in fin.* † Extende; quia
24 potest addere constitutum, per quod transfertur dominium, & possessio, maxime, quando in instrumento adest clausula cæterata, vel cum clausulis solitis, &c. ita Grat. *cons.* 70. *n.* 32. *ver. item quia, lib.* 1. † Item potest addere pœnam in instrumento ratione gene-
25 ralis consuetudinis, licet nihil sit dictum per partes. Ias. *cons.* 153. *col.* 3. *lib.* 2. † Amplia; quia procedunt prædicta in Notario, qui potest extendere, & etiam in partibus; quia mandatum factum ad
26 vendendum cum clausulis solitis posset apponere procurator in venditione, constitutum, & alias clausulas, quæ sunt de stylo. Vide de Soc. *cons.* 239. *col. fin. lib.* 2. † Vide, *Procurator quid possit. Concl.* 841.
27 Extensio † autẽ debet fieri secundum stylum, & consuetudinem
28 Notarii defuncti, & si de eo non constat secundum consuetudinem generalem aliorum Notariorum, & ex vnico actu non probatur stylus Notarii defuncti; quia plura instrumenta requiruntur. Alex. *cons.* 28. *n.* 8. & 9. *lib.* 2. † Amplia; quia clausulæ solitæ ap-
29 poni in adiudicationib. prout est cõstitutum, cessio iurium, promissio defensionis, & aliæ solitæ clausulæ possunt nedum per Notarium, sed per arbitrum, & per iudicem confirmantem sententiã adiudicationis apponi. Ias. *d. l. certi cõdictio*, §. *si nummos, col.* 4. *ff. si cert. pet.* † Restringe, quando constaret de contraria mente, puta, quia
30 is, qui fecit contractum semper, & per longum tempus permansit in possessione nomine suo; quia cum ista sit specialis præsumptio, quæ præfertur generali præsumptioni, quod ex clausula, &c.
31 possit extendi cõstitutum, debet hoc casu cessare extensio. Alex. *cons.* 28. *nu.* 10. *ver. præterea, lib.* 2. † Amplia; quia multo magis clausula cæterata potest extendi, sicuti in totum omissa potest supplere; ideo si Notarius in instrumento dixit; *me Notario pro dicto N. absente acceptante, &c.* talis clausula poterit extendi secundum communem stylum consuetum. Bart. & alii *in l. Gallus*, §. *idem credendum. ff. de liber. & posthum.* Alexan. *cons. i.* 163. *colum. fin. ver. non obstat etiam, lib.* 7. Socin. *cons.* 101. *Visis, col.* 1. *lib.* 3. † Et talis clausula importat
32 acceptationem pro N. absente, sed pro omnibus aliis, quorum interest; nec est dubium, quod Notarius potest stipulari pro omnibus, quorum interest. Bart. *in l. stipulatio ista*, §. *si stipuler, ff. de verb. obl. & in l.* 2. *ff. rem pupill. saluam fore. & in l. nec ti*, §. *eorum. v. quæro num-*
quid

* *quid Tabellio. ff. de adoptio.* Alex. *d.* § *si stipuler*, qui dicit * communem.

33 † Amplia; quia in Bullis Apostolicis clausulæ solitæ debent apponi, & omissæ possunt suppleri, *c. accepimus*, vbi Ant. de Butr. *de æt. & qualit.* Alex. *d. cons.* 27. *n.* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia Notarius ex

34 generali commissione releuandi instrumenta mortui potest extendere clausulas cæteratas. Spec. *de instrum. editio.* § *. ostenso, ver. illud, & v. tutius autem.* † Contrarium, quod imo requiratur speciа-

35 lis auctoritas iudicis extendendi clausulas cæteratas secundũ stylum Notarii mortui, & quod requiratur citatio partis, vt constare possit de stylo, & solito Notarii mortui Castr. *cons.* 172. *Videtur dicendum, in pr. li.* 2. vbi, quod tutius est habere specialem commissionem, & quod ita seruatur ex communi vsu. † Declara tamen;

36 quia si extat statutum, prout Vicentiæ, quod Notarius, cui facta est generalis commissio, iuret releuare secundum formã imbreuiaturæ Notarii defuncti, & secundum formam contractuum consuetã, & vsitatam per Notarium defunctum; tunc poterit extendere clausulas cæteratas ex generali commissione, ne statutum, & eius verba reddantur superflua. Cast. *cons.* 172. *n.* 2. *vsque in fi. lib.* 2. vbi dicit in fin. quod debet facere mentionẽ de extensionibus factis ad maiorem cautelam; quia pars non citata possit audiri, quando extensio non esset bene facta, & dicit, quod omissio

37 citationis non annullat extensionem, sed præseruat ius eam ex causa legitima impugnandi. Vide, *Clausula, & c. quid cõprehen. Conclus.* 302. Vide, Dictio, *& c.* quid important. *Concl.* 277. † Limita, quia obligatio bonorũ, & hypotheca non potest addi, vel suppleri in

38 extensione instrumenti, quando originale non continet talem obligationem. Bald. *cons.* 414. *lib.* 4. & credo, quod loquatur, quando Notarius erat mortuus, licet expresse non dicat, vide Dec. in *l. semper in stipulationib. col. fin. ff. de regul. iur.* † Contrarium, quod imo hypotheca omissa in instrumento per errorẽ possit suppleri per Notarium, quando de stylo est solitus apponere; quia censetur rogatus apponere omnes clausulas de stylo solitas, *l. fi. in fin.* & ibi gl. & Bal. *C. de fideiuss. l. huiusmodi*, vbi Modern. *ff. de leg. 1. c. cum M. Ferrarienſis, de consit.* Negul. *de pignor. in* 1. *memb.* 3. *part. sprin. nu.* 24. &

39 25. vbi, quod Notarius potest supplere hypothecam omissam, & iudex ex officio posset supplere omissionem; quia habetur pro apposita, & partes censentur concordasse de eo, quod consuetũ est. gl. *in l.* 4. *§. in commissoria, ff. de leg. commisso.* Bald. *in l.* 1. *in* 2. *q. C. pro socio, & in l. incendium, C. si certum pet.* plene Ias. *in l. certi condictio*, §. *si nummos. n.* 5. *& seq. ff. si cert. pet.* vbi ponit infinita exempla, & *nu.* 24. dat exemplum hypothecæ, & latius *cons.* 153. *col.* 3. *lib.* 2. vbi affirmat

40 de hypotheca, & constituto. † Extende; quia si Notarius omisit hypothecã in ratificatione laudi, censetur tamen apposita. Boer. *decis.* 182. *n.* 54. facit *l. quod si nolit*, §. *qui assidua, cum ibi not. ff. de ædil. edict. l. si prius*, §. *recte placuit*, & ibi Bar. *ff. de aqu. plu. arcend. l. fin. in fi.* & ibi gl. & Bald. *C. de fideiuss.* Ias. *in l. vt liberis, C. de collat.* † Et quod possit

41 Notarius in extensione ex suo officio supplere, & apponere clausulam hypothecæ. Bald. *in l.* 1. *in vlt. col. ff. solut. matr.* Alex. *cons.* 28. *lib.* 2. ibi addit Corn. *cons.* 225. *in fi. lib.* 3. Soc. *cons.* 94. *lib.* 1. Dec. *cons.* 449. Paris. *cons.* 27. *n.* 2. *& cons.* 89. *in fi. lib.* 3. Negul. *de pignor. in* 1. *membro* 3. *parte principal. nu.* 24. Tiraq. *de retr. act. conuent.* §. 3. *gl. vnica, n.* 3. & Flo-

42 rentiæ Proconsul sæpe apposuit ex potestate sibi data à statuto artis Notariorum addendi, & supplendi iuncto stylo, & consuetudine apponendi, ex eo, quod clausula apponenda habetur pro apposita. Bald. *in l. fi. C. de fideiuss.* Ias. *in l. certi condictio.* §. *si nummos. ff. si cert. pet. & cons.* 153. *col.* 3. *lib.* 2. † Limita in iuramento; quia etiamsi sit

43 solitum de consuetudine in actu præstari; si tamen non apparet præfatum, censetur omissum. Soc. *cons.* 85. *Consilius nostris, n.* 5. *lib.* 1. Vide, *iuramentum debet expresse. Conclus.* 521. † Limita; quia si nota-

44 rius rogatus de testamento Titii tradidit originale testatori, qui illud cancellauit, & fecit in eo apostillas, & inter lineaturas mutando institutionem hæredis non potest illud releuare mundum nec immundum; mundũ non potest omittendo apostillas; quia non concordat cum originali includendo apostillas; minus, quia de illis non est rogatus, & sic non probat; quia apostillæ probant

45 renocationem, sed non probant secundam voluntatem. Ioan. de Anan. plene *cons.* 28. *Visis, & ponderatis, in prin.* vbi plene Bologn. in apostil. † Limita; quia clausulæ apponendæ debent esse proportionabiles dispositioni principali, alias censentur per errorem, & possunt corrigi; ideo si quis cedat iura, si quæ habet, non potest clausula pacisc ens defendere esse pura, sed debet esse conditiona-

46 lis, sicut dispositio, alias corrigi potest tanquam erranter posita. Alexan. *d. cons.* 27. *In causa, & lite, per tot. lib.* 2. Vide, *Clausula, & c. quid comprehendat. Conclus.* 302. Vide, Dictio, *& c.* quid importet. *Conclus.* 277. † Limita; quia ea, quæ sunt de natura, vel solennitate contractus intrinseca, præsumuntur, & possunt extendi, quod est verũ in solennitate intrinseca naturali; secus si est intrinseca materialis, quæ recipit variationem, quia illa non potest extendi per Notarium, vt est ficta traditio, quæ variis modis fieri potest per traditionem clauium & alios modos, non potest extendi per constitutum, vel precarium, si non est dictum. Alex. *cons.* 28. *Viso, & præhabito, n.* 4. *& seq. lib.* 2. *v. aut volumus*, vbi plena apost. † Idem in pœ- 45
na; quia licet Notarius sit solitus apponere pœnam in contractu, non potest illam extendere, si non est promissa; quia non est vniformis, sed variabilis; secus, quando esset vniformis. Alex. *d. consi.* 28. *nu.* 6. *ver. confirmantur, lib.* 2. † Idem in pretio; quia licet sit de na- 46
tura emptionis, & venditionis, tamen quia est substantia materialis, & variabilis, non potest extendi à Notario, si non est conuentum, ita Alex. *d. cons.* 28. *n.* 5. *ver. ad hoc etiam facit, lib.* 2. † Idem in 47
prætoriis stipulationibus, licet sit de natura actus, quod detur fideiussor; tamen quia est substantia materialis, & variabilis; quia non semper idem fideiussor, non potest Notarius extendere fideiussorem non conuentum. Alex. *d. consi.* 28. *n.* 6. *v. item pone, lib.* 2. † Limita; quia Notarius non potest extendere clausulas, quæ dis- 48
positionem alterant, vel nouum effectum inducunt, sed solum potest extendere clausulas, quæ executionem, vel clariorem dilucidationem important, apostil. ad Alex. *d. cons.* 28. *nu.* 4. *in ver. non potest, li.* 2. vbi ponit plurima exempla. † Primo, licet sit mos in lo- 49
co, vt conductores periculum sterilitatis suscipiant, si non est dictum, non potest extendi. Ang. *in l. licet, col.* 1. *C. locati.* apost. vbi supra. † Secundo non potest extendere in fideiussione, quod fide- 50
iussor renunciauit epistolæ diui Adriani, vel discussioni, si non est dictum. Bald. *in rubr. C. de reuoc. iis, quæ in fraud. credit. col. fin.* apost. vbi supra. † Declara tamen; quia sufficit rogitus in genere, vt solita 51
possint extendi etiam si mutant effectum, d. apostil. ad Alex. *cons.* 28. *n.* 4. *in ver. non potest, lib.* 2. allegat Bald. *in d. rubr. C. de reuoc. iis, quæ in fraud. credit.* & Marsil. *singul.* 123.

Notarius quando possit corrigere errorem suum, vel non. Concl. 86.

NOTARIVS † si fecit errorem in scriptura, vel exemplatura in- 1
strumenti, potest errorem suum corrigere, antequam dederit instrumentum, vel actum corrigendum partibus, & ante motam quæstionem, alias secus. Calder. *cons.* 174. alias 1. *de fid. instrum. ver. & nam ipse Notarius.* Bald. *consi.* 391. *Post instrumentum. lib.* 2. Ang. *consi.* 292. *Visis omnibus. num.* 1. *in fin. ver. quinimo*, vbi loquitur, quando omisit nomen Principis; quia potest addere, antequam restituerit illud partibus, postea non, nisi cum auctoritate iudicis. Alex. *cons.* 70. *Viso processu, n.* 4. *lib.* 1. vbi dat modum, qualiter fiat correctio. Ant. de Butr. *cons.* 11. *num.* 4. plura allegat Ang. Aret. *cons.* 102. *In casu, in prin.* vbi idem in teste, nisi faciat incontinenti. † Contra- 2
rium, quod Notarius, qui tradidit instrumentum publicum parti sine die; quia nõ erat dies descriptus in protocollo per errorem, si recordetur de die; possit diem supplere. Bar. *consi.* 197. *Reperitur, per tot.* maxime *in fin. lib.* 1. & apostil. 1. ibi dicit, quod est consilium Bart. & Franc. Tigrini. † Declara; quia Notarius, etiamsi tradidit 3
instrumentum parti, potest corrigere errorem in instrumento propria auctoritate, si corrigit eo modo, quo lex; quia habet præsumptionem iuris pro se, & maxime potest corrigere addendo clausulas generales, secundum quas censetur rogatus. Alexand. *d. consi.* 89. *num.* 13. *ver. præterea, lib.* 3. vbi apostil. citat Ias. *consi.* 28. *lib.* 1. † Declarat plene Bart. *consil.* 208. *Ex facto, in princip. lib.* 1. vt circa 4
ea, quæ ad Notarium spectant, & quæ non vitiant instrumentum, prout est mala latinitas, Notarius possit corrigere absolute; quæ ad eum spectant circa ea, quæ pariter ad eum spectant, sed vitiant, prout indictio, annus, & similia, & si constat, in quo est erratum, prout in indictione, quæ ex anno apparet errata, potest corrigere, si non apparet, in quo sit erratum, vt quia omisit annum, vel diem, & si ipse dicit se recordari, potest corrigere, quia illi statur in iis, quæ spectant ad officium suum; si vero error est in commitendo, vt quia posuit vnum annum, vel vnam diem pro alia; & tunc non potest corrigere iam datum parti, quia functus est officio, nisi doceat de errore per testes, & aliis modis. † Si vero error non est circa ea, quæ spectant ad Nota- 5
rium; sed ad partes, puta circa contractum, si Notarius vult incontinenti corrigere, prout testis, & potest, alias non, nisi docto de errore. Bartol. *d. consil.* 208. *Ex facto, n.* 3. *vers. circa secundum. lib.* 1. † Probatur error, si Notarius exhibet scripturam originalem a- 6
liter dicentem; quia sic apparet erratum in transcribendo. Bart. *dict. consil.* 208. *num.* 4. *vers. est ergo videre, libr.* 1. vbi apostill. *in ver. est ergo.* citat Alexan. *consi.* 105. *lib.* 2. Vide, *Notarij error qualiter probetur. Conclus.* 89. † Et si data est copia authentica errata vni parti, docto 7
de errore ex ostensione protocolli exhibiti iudex mandabit errorem corrigi, & partem debere restituere Notario scripturam

sumptam

sumptam erratam, & in qua apparet error. Bar. *d. consil. 208. in fin.*
8 *ver. at quia, lib. 1.* † Declara tamen, quod licet hoc possit à seipso facere, tutius tamen est, quod faciat cum auctoritate iudicis. Bar. *in l. si librarius. ff. de reg. iur.* quem allegat ad hoc Calde. *d. consil. 174.* alias *1. de fid. instrum.* vbi etiam allegat Io. Andr. *in additio. Specul. in tit. de instrum. editio. §. postremo, ver. sed quid si confecto,* & idem dicit Cuma.
9 *consi. 23. Viso compromisso, circa med.* † Contra declarationem Ias. *consi. 28. lib. 1.* qui dicit, quod potest Notarius corrigere errorem, etiam post datam copiam, & non esse verum, quod requiratur de necessitate auctoritas iudicis; licet detur pro consilio à Doctori-
10 bus. † Vide Abb. *consi. 34. Super quæstionis, materia, col. 2. ver. non obstat tertio, lib. 2.* vbi, quod Notarius potest addere ea, quæ sunt necessaria ex concomitantibus contractum, non ea, quæ validant, vel inualidant contractum, & ipsi in hoc non creditur. Et an, & quando Notarius possit corrigere errorem suum Bar. *in l. Imperator, ff. de statu homin.* vbi Alexand. in apostill. & *in d. l. si librarius.* vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.* Felin. *in c. ex literis, col. 2. cum duab. seq. de*
11 *fide instrum.* † Amplia in compromisso facto inter talem, & talem super lite hæreditatis Titii; quia si de consensu partium volunt addere declaratiue de hæreditate Titii hæredis Sempronii, potest Notarius hoc addere, ex quo per relationem ad acta litis hoc constat, & quasi inest; & quia non agitur de præiudicio alicuius. Cuman. *consi. 23. per tot.* vbi nihilominus addit, quod tutius erit ad-
12 dere commissionem iudicis. † Amplia; quia Notarius antequam dederit parti publicum testamentum, potest declarare omnes errores, seu omnia verba æquiuoca, vel incerta; ideo si instrumentum habet annum, qui non intelligitur, licet paria sint, non habere annum, vel habere taliter, quod non intelligatur; tamen statur Notario, si ipse recordatur, & potest corrigere, dare in publicum cum anno certo, & illi statur. Alex. *consi. 190. Plura narrata,*
13 *n. 2. ver. & etiam defectus, iuncto n. 7. cum seq. ver. ex quib. lib. 6.* † Idem in aliis defectib. puta si abbreuiatura, quæ non intelligitur, fit per literas zifferatas dubias, dummodo possint intelligi, vel si protocollum non sit subscriptum, potest Notarius dare authenticum,
14 & illi statur. Alex. *d. consi. 190. n. 8. & seq. lib. 6.* † Amplia, quia Notarius nedum potest corrigere errorē instrumenti, sed etiā potest declarare verba dubia instrumenti. Bald. *consi. 309. in fi. lib. 5.* & si illud iam dedit dubium iudex, præcipiet, quod debeat illud decla-
15 rare. † Amplia; quia Notarius potest supplere id, quod omisit in instrumento exemplato per errorem, veluti si omisit diem; qui tamen est in protocollo; quia istud non est vitium, nec oritur ex tali omissione præsumptio contra Notarium. Bald. *consi. 398. Quæ-*
16 *ritur, an per solam, n. 6. v. sed adhuc quæritur, lib. 5.* † Extende, vt idē sit in protocollo, quia potest addere diem, & mensem omissum, & valet apost. à Notario approbata circa tempus instrumenti; secus si Notarius expresse non approbaret apostillam. Angel. *consi. 341.*
17 *Pater emit. in fi. ver. de tertio.* Vide, *Notario, quando, & in quibus non creditur, vel è contra. Conclus. 83.* † Amplia; quia Notarius potest corrigere errorem suum commissum in originali, dummodo faciat in continenti, vel intra modicum spatium. Alex. *consi. 70. Viso processu, n. 4. lib. 1.* vbi, quod non potest puniri de falso, si nota sit diuersa ab extenso; quia præsumitur correctio erroris. Bar. *consil. 208. Ex facto, num. 3. ver. circa secundum, lib. 1.* vbi dicit idem esse in teste, & opinionem esse veram, & loquitur in errore commisso circa ea, quæ ad partes, & contractum spectant, & ibi apost. *in ver. ex facto, & in*
18 *ver. erroris,* dat concor. † Extende; quia correctio præsumitur facta incontinenti, & tempore debito, & permisso. Alex. *d. consi. 70. nu.*
19 *4. lib. 1. ver. & in dubio.* † Et dicitur incontinenti, si correctio fiat, antequam copiam tradiderit parti. Alexan. *d. consi. 70. nu. 4. ver. &*
20 *fortius, lib. 1. & consil. 105. libr. 2.* † Melius est in casu correctionis, quod conficiat nouum originale, quam quod aliquid addat, vel cancellet in prima matrice, ne resultet suspicio falsitatis. Alexan.
21 *d. consi. 70. nu. 4. ver. & dicit Ioan. And. lib. 1.* † Amplia; quia Notarius viuens potest corrigere, & addere suo originali substantialia omissa, prout est locus, & potest exemplare authenticum cum loco omisso de licentia iudicis. Fastol. *dub. 48. Secundum dubium,* vbi loquitur etiam post conclusum in causa. Specul. *in tit. de instrumen.*
22 *editio. §. instrumentum,* vbi Io. And. *in princ.* † Extende, vt idem sit de die, & tempore omisso in protocollo; quia Notarius potest addere, & illi statur, si approbat apostillam. Ang. *consi. 341. Pater emit, in fin. ver. de tertio.* Castr. *consi. 364. Incipiendo, col. 2. v. nam frequenter, lib. 2.*
23 † Extende; quia etiam si verba instrumenti sint dubia, statur declarationi Notarii viuentis. Corn. *consi. 316. Videtur prima facie, lib. 3.*
24 *nu. 7. & seq.* Bald. *consi. 309. in fin. lib. 5.* † Et in omni dubietate circa contractum, & contenta in instrumento Notarius potest esse testis. Ant. de Butr. *consi. 11. num. 6.* vbi, quod potest etiam attestari circa ea, quæ sunt voluntatis partium, non circa ea, quæ sunt solemnitatis. † Restringe; quia hoc procedit, si lis non pendet; si ve-
25 ro lis pendet, requiritur citatio partis. Fastol. *d. dubio. 48. in fin.* Vi-
26 de, *Litis pendentia operatur. Conclus. 381.* † Restringe, quando partes contradicerent; quia tunc non posset addere à seipso sine decreto iudicis. Ant. de But. *d. consi. 11. n. 4.* vbi secus, si partes non contradicant. † Amplia; quia etiam potest probari locus generalis omis-
27 sus, vel specialis per testes. Castr. *consi. 420. Viso & examinato, lib. 2.*
28 *in prin.* † Amplia, vt quæ dicta sunt de omissione Notarii circa solemnia, & substantialia cōtractus, vt non possit illa addere ex interuallo sine iudice procedant etiā circa solemnia ex consuetudine. Caballin. d. apostill. ad Anton. de Butr. *consi. 11. in ver. Omissum.*
29 † Amplia; quia quod dicitur de accommodatione instrumenti secundum clausulas solitas, & consuetas, vt idem sit in commissione alteri data, quod accommodaret instrumentum; quia intelligitur in bonam partem, videl. secundum clausulas solitas, & consuetas, & sic in casu licito. Alex. *consi. 89. Viso themate, n. 13. & seq.*
30 *ver.* sed Bar. *respondendo, li. 3.* † Amplia; quia etiam mortuo Notario potest alius cui sunt demandatæ rogationes Notarii mortui, reluare instrumentum authenticum ex protocollo carente loco, tempore, & aliis solemnibus, quando extaret statutum (prout Cortonæ) hoc mandans; quia iudex habita veritate potest mandare, quod authenticetur, Bald. *consi. 397. Punctus talis, & consi. 398.*
31 *Super eo. li. 3.* † Extende, quia instrumentū originale sine die, & loco potest authenticū dare cum die, & loco; quia præsumitur sub di, & loco præcedentis instrumenti. Ang. *consi. 380. Reperiuntur, n.*
32 2. Bald. *consi. 168. in pr. lib. 4.* † Idem, quando duo contractus reperiuntur in eodē instrumento, & vnius contractus est facta extensio; nam tunc licet originale careat die, & loco, potest supplerii non extenso eadem dies, & idem locus, qui sunt in extenso. Ang.
33 *d. consi. 380. per tot.* vbi etiam sine iudice, licet melius sit cum iudice. † Extende idem, quando instrumentum probatur, vel reperitur minus solemne inter scripturas, & alias imbreuiaturas Notarii rogatas; quia præsumitur rogata, nedum si in libro, sed etiam in
34 filcia, vel cōpendio, aut fasciculo; quia æquiparatur hæc cōpaginatio clausulæ, *actum,* & suppleri debet ex aliis instrumentis, si potest, late Crau. *consi. 637. In causa Barthol.* maxime *n. 9. & seq.* & videtur velle Alex. *consi. 48. In causa, & lite, lib. 5. n. 3. v. & per hæc verba,* vbi ponit alteruatiue subscriptionem, vel quod reperta sit in protocollis. Sign. *consi. 224. In quæst. præsuppositā,* & quod æquipolleat subscriptioni. Ruin. *consi. 159. n. 11. lib. 4.* † Imo Ang. *consi. 275. Thema, fo-*
35 *per quo consilium. per tot.* concludit, quod ex scriptura informi testamenti, si probatur rogata per duos testes, ex quo rogitus, probatus, debet releuari ex tali probatione rogitus, prout iacet, ita vt sit cōtineat testamentū solemne, & validum, releuetur tamen eo modo, quo est; quia Notarius tenetur edere probato rogitu, etiā si careat solemnibus, maxime, quando reperta est inter scripturas alias, & dicit de mandato iudicis propter rogitum probatum hoc
36 fieri, vbi latissime. † Extende; quia de mandato iudicis potest ex quacunq; scriptura mandari confici instrumentum, si probantur per testes substantia, & rogitus, & alii defectus; quia etiam sine scriptura hoc posset iudex ex sola probatione testium. Castr. *consi.*
37 *307. Ad primum, lib. 1. per tot. & in fi.* videtur tamen requirere, quod sit solemnis quoad substantialia, ad hoc, vt circa rogitum possit authenticari. † Contrarium, quod imo non possit Notarius subrogatus etiam de licentia speciali iudicis supplere diem, & locum
38 omissum à Notario mortuo, tenent Io. Andr. *in additio. ad Specul. tit. de instrum. editio. §. ostenso, n. 17. ver. instrumentum.* Purpur. *consi. 78. Ex facto proposito, in fi.* Nat. *consi. 329. per tot.* † Restringe; quia Notarius ex generali commissione non potest releuare scripturam in publicam, nisi fit solemnis, & rogata, secus de speciali commissio-
39 ne iudicis, quia dummodo sit perfecta quoad voluntatem, est in arbitrio iudicis mandate, quod releuetur. Castr. *consil. 111. Visis, & ponderatis, lib. 1.* & ideo Notarius ex seipso non releuat scripturam non habentem rogitum, quando est extra protocolla reperta, quia de se fidem non faceret; quia non subscripta, de speciali autē
40 mandato iudicis potest probato rogitu, & idem *consi. 291. Quarto puncto, in fin. lib. 1.* vbi, quod iudice mandante præiudicabit omnibus scientibus, & citatis. † Amplia, & declara; quia vbicunque specialis commissio iudicis requiritur ad publicationem scripturæ non habentis perfectionem, & repertæ extra rogitus Notarii
41 debet pars citari, alias publicatio non noceret non citatis. Castr. *consi. 195. Visis iis, in pr. lib. 2.* vbi late. † Amplia, quia aliud est quærere, an abbreuiatura Notarii carens solemnitatib. requisitis probet, & non probet, aliud an ex ea possit releuari publicum instrumentū; quia si constat de rogitu; tunc potest mandato iudicis in publicā redigi, etiamsi sit separata ab aliis rogitibus; quia istud est arbitrariū iudici. Crau. *consi. 216. n. 6. & seq.* vbi late. † Limitas quin

Notarius non potest aliquid addere, minuere, vel mutare primæ matricis instrumenti; quia sicut non est licitum hoc facere, quando contractus celebratur in scriptis; ita neque quando de eo per Notarium sit instrumētum; quia apud tabellionem dicitur semper contractus celebrari in scriptis. Bald. *cons.* 349. *Factæ fuerunt, n. 5. ver. item in contractu, lib.* 1. Vide. *Contractus in scriptis, &c. Concl.* 991.

† Extendē; quia non potest corrigere, vel addere diem omissum per errorem, quando contractus est celebratus in scriptis, licet secus si sine scriptis; quia si recordetur de omisso die potest supplere. Guid. Pap. *decis.* 582. † Contrariū Ant. de But. *cons.* 11. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod non potest addere, etiamsi recordetur diem, vel consulem, aut similia, nisi quando partes non contradicunt; secus, si cōtradicunt; quia requiritur decretum iudicis. † Limita; quia Notarius postquam dedit instrumentum partibus, non potest errorem suum corrigere, nisi de mandato iudicis dato libello, & parte citata. Bald. *cons.* 391. *Post instrumentum, lib.* 2. Castr. *cons.* 304. *in fin. lib.* 2. *& cons.* 463. *In causa vertente, nu.* 2. *ver. nec obstat, lib.* 2. vbi, quod Notarius dando instrumentum authenticum vno modo, non potest postea corrigere, & si faceret contrarium, magnum errorē committeret, & vide omnes allegatos supra. † Extende, quia etiam si constat clare de errore instrumenti exemplati; quia discordat cum originali, debet tamen postquam productum est tale instrumentum corrigi de mandato iudicis, & non alias. Bald. *consil.* 307. *Proponitur, quod, per tot.* maxime in fin. vbi, quod veritas est attendenda, *lib.* 5. Abb. *cons.* 99. *Illud, n.* 4. *lib.* 1. † Contrarium Ias. *consi.* 28. *lib.* 1. vbi, quod etiam post latam sententiam Notarius potest à seipso corrigere errorem suum sine iudice, licet dederit copiam authenticam erratam, quæ fuerit producta, & super ea pronunciatum, bene dicit, quod pro consilio datur à Doctoribus, quod faciant auctoritate iudicis, sed non est necessaria. † Declara; quia si Notarius omisit aliquid per errorem scribere, prout substitutio in testamento, & dedit authenticum testamentum sine substitutione, postea habita cognitione, quod errauit, suppleat à seipso, & dat aliud authenticum cum substitutione, licet debuerit facere cum auctoritate iudicis, non à seipso, non potest puniri de falso; quia est error, sed bene potest puniri pœna extraordinaria pro temeritate. Castr. *cons.* 364. *Incipiendo, per tot. lib.* 2. † Declara tamen; quia si Notarius perfecit instrumentum inualidum, potest per iudicem compelli, postquam illud tradidit authenticum, vt perficiat illud iuxta stylum suum, & aliorum Notariorum. Bald. *cons.* 309. *Decreto Magnifici, lib.* 5. vbi, quod si est rogatus Notarius de fideiussione de iudicato soluendo, & illam extendit, quæ non valet, potest sibi præcipi per iudicem, vt illam extendat, iuxta stylum Notariorum in forma valida. † Extende; quia Notarius non potest aliquid addere in instrumento sine iudice, postquā tradidit instrumentū authenticum parti, & est productum. Abb. *d. cons.* 99. *Illud, col. fi. n.* 4. *lib.* 1. † Restringe, seu declara; quia imo Notarius postquam dedit copiam parti authenticam, & est producta in actis, potest sine iudice addere id, quod spectat ad Notarium, & relatiue inest, veluti si instrumentum de protocollo extractum dicat eisdem anno, & indictione, die 5. Decembris, poterit Notarius specificare, & addere annum, & indictionem; quia relatiue inest, & dicitur declaratio, seu elucidatio veritatis, non additio, vel correctio. Angel. Aretin. *consil.* 102. *In casu, & themate, per tot.* vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur etiam in casu statuti Cæsenæ, quod addens aliquid scripturæ authenticæ, vel priuatæ incidat in falsum. † Idem in indictione errata; quia cum constet de errore ex expressione anni, poterit Notarius corrigere, etiam postquam dedit instrumentum authenticum parti. Alex. *cons.* 190. *Plura narrata, n.* 5. *& seq. ver. quia respondeo, lib.* 6. *& n.* 6. dicit hoc maxime verum, quando in originali erat dictio, &c. & apost. ibi *in ver. post-quam*, dat concord. pro vtraque parte. † Limita, quando error est in controuersia, & in substantialibus; quia Bononiæ extat statutum, vt non mittatur ad corrigendum, nisi docto de errore, & qualiter doceatur. Alexan. *cons.* 88. *In causa, per tot. lib.* 4. vbi, quod si cessio fuit facta de iuribus talibus qualibus, & aliter fuit scriptum error probato corrigi debet, vbi dicit, quod tale statutum prohibet appellari, nisi docto de errore in prima instantia, & quod in secunda instantia error non potest probari ex illo statuto. † Limita; quia omissio solemnitatis de iure cōmuni, quando est remissa de iure consuetudinis, non vitiat, vt per Caballin. *in addit. ad cons. Anton. de Butr. 11. in ver. Omissum.* Vide Mascard. *Concl.* 644. *Error in Notario*, vbi, quod corrigit indictionem, diem, & alia omissa, non ex dolo; quia non dicitur functus officio, & quando non possit corrigere, vide eum, vbi etiam, qualiter error probetur.

Notarii error non debet nocere partibus, & quando secus. Concl. 87.

ERROR † Notarii, qui rogatus fuit de instrumento die 15. & in insinuatione, & registro transcripsit tanquam rogatum sub die 16. non debet nocere partibus, & veritati, si constat de errore vere, vel præsumptiue, *l.* 2. *C. de errore aduoc.* Cald. *cons.* 174. alias 1. *de fid. instrum. in pr.* quod est Francisci de Rampo, & quod error Notarii non noceat veritati docto de eo vere, vel præsumptiue. Gaspar. Calder. *d. cons. in subscriptione circa fin.* allegat glo. *in c. ad audientiam, de rescript.* & plene Bar. *in l. si librarius, in prin. ff. de reg. iur.* † Et quod error Notarii non debeat nocere partibus. Rom. *cons.* 170. *Sciebant, n.* 3. *ver. ad secundum*, vbi apost. *in ver. non debet*, citat concor. † Amplia; quia creditur Notario asserenti se errasse; quia quoad alia sibi creditur. *l. si quis decurio, C. ad l. Cornel. de falsi.* Calder. *d. consi.* 174. alias 1. *de fid. instrum. ver. creditur ergo.* Vide, *Notario quando, & in quibus. Concl.* 83. † Amplia; quia si Notarius omisit scribere quandam substitutionem, quæ facta fuit, si semel dedit instrumentum authenticum sine substitutione, non potest postea addere substitutionem omissam, nisi examinatis quinq; testibus instrumentariis coram iudice, & de mandato iudicis corrigere, ita quod non sufficerent quatuor testes cum Notario. Castr. *cons.* 304. *Super primo, in fi. lib.* 1. & si contrarium facit, committit magnum errorem, vt dicit Castr. *cons.* 463. *In causa vertente, nu.* 3. *lib.* 2. *& cons.* 364. *Incipiendo, circa fin. ver. nec debet error, lib.* 2. † Declara tamen; quia licet male faciat Notarius, si postquam dedit instrumentum authenticum erratum, puta; quia omisit substitutionem vere factam a testatore, quam non scripserit, postea det aliud instrumentum cum substitutione, non tamen potest de falso puniri, sed de temeritate; quia debuit facere de mandato iudicis, & citata parte, sed non cadit in hoc falsitas; quia non adest dolus in errante, neq; mutatio veritatis, plene Cast. *cons.* 364. *Incipiendo, per tot. lib.* 2. † Amplia, vt imo ante motam quæstionem Notarius possit à se ipso errorē corrigere. Calder. *d. cons.* 174. alias 1. *de fid. instrum. ver. nam & ipse Notarius.* Vide, *Notarius quando possit. Concl. prox. seq.* † Amplia; quia error Notarii, vt quia omisit aliquid substantiale, de qua omissione constat ex præcedentibus, & sequentibus, non nocet; quia habetur pro scripto id, quod errore scribentis fuit omissum. Castr. *cons.* 60. *li.* 1. Decian. *cons.* 33. *n.* 101. *li.* 3. Rom. *cōs.* 170. *in fi.* & Alex. *cons.* 52. *n.* 22. *in fi. & n.* 23. *lib.* 4. † Extende, si omisit in procuratorio verbum, *procuratorem*, quando constat, quod debuit exprimi; quia dictio non præiudicat instrumento, sicuti nec syllaba omissa in testamento, vel rescripto vitiat. Rom. *d. cons.* 170. *num.* 3. † Amplia; quia error Notarii circa indictionem non vitiat instrumentum, neq; nocet partibus, & potius præsumitur erratum in indictione, quam in anno. Dyn. plene *cons.* 13. *Quæstio talis est, in quodam, per tot.* Vide, *Instrumentum non dicitur, &c. Concl.* 154. † Declara, vt per Mascard. *d. Conclus.* 644. *Error in Notario, videlicet nisi dolose omiserit.* † Amplia, quia verba, quæ non habent sensum, & non possunt aliquid importare, non vitiant clarā dispositionem; quia si aliquæ literæ, quæ non possunt legi, sunt appositæ per Notarium, non propterea vitiatur substantia; quia dicuntur zifferæ nihil releuātes. Bald. *cons.* 196. *Super eo, quod, n.* 1. *ver. tertia ratio, cum seq. lib.* 4. vbi ponit casum de Notario, qui in testamento scribit, *& al detto herede, morendo senza figliuoli, sustituisco l' altare di S. Iacomo. sicut est*, id est, *& dicto hæredi meo si moriatur sine filiis, substituo altare S. Iacobi, sicut est.* quæ verba, *sicut est*, non poterant legi, & ideo nōn vitiant; quia q; oculus non ostendit, intellectus certificare debet ex verisimili mente. † Amplia in errore, qui prouenit ab ignorantia, quando constat de mente; nā si Notarius scripsit, quod pater legauit filio iure restitutionis, cum debuerit dicere, iure institutionis, non vitiatur testamentum ex præteritione, sed valebit etiā quoad substitutionem pupillarem. Bald. *cons.* 30. *Viso testamento, lib.* 5. Ias. *in authent. nouissima. n.* 30. *C. de inoff. test. am.* † Contrarium tenet Bald. in patre, qui legauit filiæ centum iure legati, & successionis, vt dicatur præterita, & rumpat testamentum, & excludat substitutos extraneos, videl. vxorem, & filios vxoris. Bald. *cons.* 233. *Proponitur, quod, per tot. lib.* 5. † Extende; quia si Notarius fecit fideicōmissum, in quo substituit loco decedentiū sine filiis alios, & Notarius scripsit, quod loco superuiuentium substituit, &c. quia ex imperitia Notarii substinetur substitutio, ne sit inanis, & contraria menti, vbi late ponit multa similia de errorib. Notarii apparentibus ex imperitia, quæ non debet nocere partibus, si constat de errore. Bald. *in l. quod si ante, C. de donat. ante nupt.* Corn. *cons.* 315. *Plurimum inepte, lib.* 1. Soc. *cons.* 146. *Viso processu, col.* 2. *in fi. & seq. lib.* 1. Castr. *consi.* 353. *Ad primum dicendum, in pr. lib.* 3. Io. de Amic. *cons.* 29. vbi, quod ignorantia Notarii non debet operari, quod pars offendatur, sed verba

verba debent referri ad ea, quæ facto, de quo agitur, sint verisimiliora, & aptiora; nam voluntas dubia disponentis debet interpretari secundum magis verisimile. Alex. *cons.*75. *col.*1. *lib.*4. quia, vt inquit Bald. *cons.*180. *Mortuo filio, lib.*3. verisimilitudo est cognata
15 naturæ, & habetur etiam pro lege. Oldr. *cons.*13. *Cum quo, in fi.* † Extende, quia si Notarius rogatus de testamento dixit: *Titius sanus corpore, licet languens mente, considerans mortis periculum*, constat de errore; quia nō propterea probatur demēs testator, vel fatuus, quia is, qui fatuus est, non considerat periculum mortis, ita Boer. *decis.*
23. *n.*74. Socin. Iun. *cons.*101. *n.*13. *lib.*1. sequitur Mantica *de coniectur.*
16 *vlt. volunt. lib.*2. *tit.*5. *nu.*5. † Et quod fideicommissum debeatur, si constat de mente, etiamsi verba sint defectiua, & male scripta. So-
17 cin. Iun. *cons.*181. *De duobus, nu.*12. *lib.*2. † Et quod si Notarius errauit in fideicommisso, vel substitutione, siue in grammatica, siue in sententia, ponendo vnum verbum, seu participium pro altero, non debeat nocere partibus, est tex. *in l. si librarius, ff. de reg. iur. l. errore. l. ambiguitates, C. de testam.* Bald. *in l. Imperator, ff. de stat. homin.* De-
18 clara; † quia prædicta procedunt, si constat de errore, sed difficultas est in probando errore; quia in dubio non præsumitur error. Ang. *d. l. errore*, vbi etiam Bald. *C. de testam.* qui dicit, quod quicquid est scriptum in instrumento, præsumitur scriptum de voluntate eius, qui disposuit, & idem dicit Bart. *in l. si quis filiabus, ff. de testam. tutel.* Rom. *cons.*179. *Amplissime Doctor, col.*1. *in fi. ver. nec refragatur.* Vide, *Latinitas falsa vitanda, & supplenda. Concl.*11. † Qualiter
19 autem probetur error, & quot testes requirantur, sic distingue; quia si agitur de solemnitate probanda, quæ interuenit, sed omissa, vel errata fuit, vt puta; quia septem testes quidem interuenerunt in testamento, sed Notarius solum scripsit quinque, & solennitas probatur per duos testes: si vero error respicit substantiam testamēti, puta, quia omisit scribere institutionem hæredis, & requiruntur septem testes; aut respicit substantiam legati facti quidem, sed non scripti errore, & requiruntur quinq; testes. Bar. *in l. cum proponebatur, in fi. ff. de leg.*2. Imol. *in c. cum esses, de testam. n.*17. *ver. si vlterius quæritur.* Alex. *cons.*140. *Super testamento Ser Nicolai, n.*3. *lib.*1. Franc. Curt. *in addit. ad Alexan. in d. l. errore scribentis. C. de testam.*
Vide, *Testamentum requirit septem testes, & quando minor numerus. &c.*
20 *Concl.*122. † Amplia; quia falsa, seu mala latinitas Notarii non debet nocere partibus in dispositione testamentaria, sed debet sumi dispositio ex mente verisimili reiectis dictionibus superfluis malam latinitatem inducentibus. Castr. *cons.*309. *In isto facto, in princ.*
21 *lib.*1. vbi apost. dat concord. † Amplia; quia ad substinendum instrumentum verba impropriantur; ideo in mandato procuræ verbum, *constituo*, ponitur pro *substituo*, Bald. *in l. penult. C. de procur.*
22 † Et quod in mandato verba impropriētur, vt mandatum valeat. Ant. de But. *in c. petitio, de procurat.* Alex. *in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat.*1. Bar. *in l.*1. *in prin. ff. quod cuiusque vniuersitat. & in l.*1. *C. de neg.*
23 *gest.* † Amplia; quia Notarii inculcant multa verba abundantia, *dedit, vendidit, tradidit, &c.* de quibus Alex. *cons.*10. *n.*6. *lib.*4. Ias. *cons.*
24 149. *col. vlt. in prin. lib.*4. Bar. *in l.*2. *C. de acquir. hæred. in fin.* † Adde tamen; quia substitutio reciproca non cōtinet fideicommissariam, nisi adsit conditio mortis, vel tractus successiuus temporis, bene est; quia Notarii hoc ignorant, quod semper in reciproca addant; *inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicōmissum*; quia hoc modo continebit omnes substitutiones, & licet Notarii etiā non intelligant hanc clausulam; tamen operabitur ad mentem testatoris; quia imperitia, & non intelligentia Notarii non vitiat, prout dicimus de cantore, qui per practicam cantat nescians notas, & tamen cantat. Alex. *cons.*208. *Ponderatis narratis, in prin. vsque ad*
25 *nu.*4. *lib.*6. † Amplia; quia si errore Notarius minus scripsit, quam fuerit dictum, & testes instrumentarii probent plus, quam contineat instrumentum, statur testibus, non instrumento errato.
26 Castr. *cons.*18. *n.*3. *v. illud autem constat, lib.*2. † Extende idem in casu contrario, si plus scripsit, vel obligauit, quam fuerat dictum. Alex.
27 *cons.*88. *In eam omne, n.*6. *ver. sed in casu nostro, lib.*4. † Limita, seu declara; quia statur verbis testamenti, licet non subsit causa legitima, quando non constat, quod errore Notarii, vel ignorantia sic fuerit scriptum; quia licet si constaret de errore, non noceret partibus, secus si non constat, quod errauerit. Castr. *cons.*71. *in fi. lib.*2. vbi, quod testator, qui instituit duos hæredes, & legauit vxori certum quid, si vitam vidualem seruauerit, & si transiuerit ad secunda vota, instituit hæredes pauperes, quia licet sit sine sale rationis priuare hæredes pro inobedientia legatarii, & possit esse ex igno-
28 rantia Notarii; quia tamen non constat, statur verbis. † Limita; quia error non adscribitur Notario, sed partibus, quando fuit erratum circa substantialia cōtractus, puta si testator errauit in nomine proprio, vel in nomine filii, aut filius in nomine patris; quia præsumitur dementia, quæ annullat actum, nec releuat dicere, quod sit error Notarii, qui non debet nocere; quia verba substantialia contractus censentur dicta à partib. Notario, & sic sunt verba partium, non verba Notarii. Rom. *d. cons.*179. *Amplissime Doctor, n.*3. *& seq.* maxime *n.*6. vbi apost. *in ver. præsumuntur.* † Extende, vt i-
dem, si reperiatur originale instrumentum post mortem Notarii imperfectum; quia non probat Bar. *cons.*46. *Viso quodam, lib.*1. † Limita; quia si dicat testamentum, instituo hæredes filios masculos, & si decedant quandocunque, tunc in locum & partem ipsorum filiorum Dominam Acholinam vxorem, & filios eiusdem voluit testator; quia si deest verbum, *succedere*, non valet substitutio in præiudicium filiæ præteritæ, quæ nec ex clausula codicillari restituere tenetur. Bald. *cons.*233. *per tot.* vb in fi. dicit valde dubitabile, *lib.*5. & non soluit plene. † Limita; quia ignorantia Notarii ne-
scientis importantiam verborū nocet; quia quandoq; vnum verbum pro alio ponunt in testamentis. Bald. *cons.*484. *Considerandum est, circa med. lib.*2. vbi, quod si testamentum dicat: *& talis filio meo decedente quandocunq; instituo, & substituo talem*; illud verbum, *instituo*, forte ex imperitia positum, operatur, quod substinetur tanquam institutio, etiamsi moriatur primus hæres ante testatorem. † De-
clara, vt per Castren. *cons.*149. *Clarum est, col.*2. *ver. breuiter, lib.*1. vbi, quod Notarius per imperitiā ita confuse, & inepte loquutus est, vt dicit tex. *in auth. de testam. imperfect. post princ.* vt sua scriptura potius diuinantibus, quam interpretantib. aliquid significet, vnde ne imperitia Notarii mentem testatoris offendat, *l. ambiguitates. C. de testamen.* debemus assumere partem, quæ verisimilior est, & magis conuenit rationi. † Et ideo quantum fieri potest, verba
Notarii sunt deducenda ad verisimilem mentem, vnde Bart. in pulchro casu *cons.*57. *Annacellus, li.*1. dicit, quod in substitutione facta per testatorem Notarius scripsit, *si nullus ex dictis hæredibus meis decesserit sine filiis, succedat Hospitale*, dicit Bar. quod aliquo decedente sine filiis, euanescit substitutio secundum verba Notarii, qui substituit, *si nullus decesserit sine filiis*, sed quia est absurda interpretatio exponi debet, *& si aliqis ex dictis hæredib. &c.* probat; quia testator vulgariter loquendo dixit, *& se nessuno de detti miei heredi morisse senza figliuoli, sustituisco l' hospitale*, id est, *& si nemo ex dictis meis hæredibus moriatur sine filiis, substituo Hospitale*, & secundum communem vsum vulgarem, *& nessuno*, id est, *nemo, &c.* exponi debet, *& se alcuno*, id est, *& si aliquis.* Notarius autem non sciens aliter ponere in Latino dixit, *& si nullus, &c.* † Et Bald. *in l. quoties, C. de hæred. instit.* quem refert, & sequitur Barba. inter consilia Alexan. *cons.*52. *Circa hanc, nu.*28. *lib.*4. dicit, quod Notarius fecit testamentum, in quo pater instituit filium hæredem, legauit fratri testatoris mille, & Ecclesiam instituit parochialem in quinq; solidis, mortuo filio ante patrem, postea pater, secundum verba ecclesia succedit tanquam instituta; quia alius non est institutus, sed Bald. vult, quod secundum mentem succedat frater; quia ignorantia Notarii non debet nocere. † Sic etiam testator, qui voluit filios masculos, & descendentes masculos instituere, vt quia ex aliis constat, & Notarius scripsit ex ignorantia filios, & descendentes legitimos, fidum est menti, non ignorantiæ, & errori Notarii. Alex. *d. cons.*52.
*n.*29. *in fi. lib.*4. † Sic etiam casum notabilem ponit Clar. *in §. testamentum, q.*4. *in fi. v. non omittam*, testator fecit suum testamentum, in quo instituit hæredem vniuersalem ore suo cum septem testibus rogatis, & Notarius posuit clausulam codicillarem hoc modo, videl. *voluit testator dictum testamentum valere iure codicillorum, ad donationis causa mortis, & non alias, aliter, nec alio modo*, fuit iudicatū, quod non potest valere, vt testamentum, sed vt codicillus, secundum * communem, de qua Clar. vbi supra, sed dicit male iudicatum, quia constat de errore & ignorantia Notarii, tamen in hoc nocuit. † Extende; quia imperitia Notariorum destruit mundū, & ponit conscientias bonorum virorum in magno diferimine. Bal. *cons.*5. *Viso testamento, lib.*4. vbi ponit errorem Notarii in testamento eius, qui instituit filios, addens, *& si aliquis eorum decesserit sine filiis, quod succedat alter, & quod A. non possit alienare sine licentia proximiorum modo aliquo, & etiam Rectoris Ecclesiæ, debeat habere victum, & vestitum, & habitationem*: vbi, quod quærendū est de mente, & debet auctoritate Episcopi transigi propter incertitudiné, vide tamen Bald. super hoc facto dicentem, quod valet legatum alimentorum perpetuum tanquam Rectori, nisi doceatur, quod ratione personæ, *cons.*126. *Factum sic proponitur, lib.*5. † Idem tenet
Ang. *cons.*338. *Ser Simon de Regio, in princ.* vbi, quod imperitia Notariorum subuertit mentes testantium, & ponit casum de legato vsus fructus omnium bonorum vxori facto, sicut habebat in domo testatoris, etiam se alimentando, super quo contraria consilia reddunt. Bald. *consil.*209. *lib.*3. & Angel. *d. consil.*

338. Vide, *Instrumentum. Conclus.*252.

Not-

Notarius de quibus teneatur ad interesse partis. Cõcl. 88.

1 NOTARIVS,† qui accepit fideiussorem non idoneum, non tenetur de iure communi de suo proprio, nisi exter consuetudo. Ang. *cons.* 286. *Quoniam in facto, col. fi. vers. & si dicti fideiussores.*

2 † Vide Clar. in § *fin. q. 46. nu. 12. & seq.* vbi, quod tenetur Notarius, si recipiat fideiussionem decretatam à iudice sub nomine idonei fideiussoris, & nõ sit idoneus, vbi, quod ita seruatur. Vide, *Iudex, seu officialis, &c. Concl.* 475. Vide, *Fideiussores idonei qui, &c. Cõcl.* 331. † Amplia; quia Notarius, qui in præiudicium pupilli scribit minorem æstimationem rerum pupillarium in inuẽtario, tenetur ipse, *l. fi. C. de magistr. conuenien.* vbi Bart. † Amplia; quia Notarius tenetur de dolo, & lata culpa, si minus idoneum recipit fideiussorẽ, vel minus caute cõscribit inuentarium pupilli, & æstimationẽ; qa si leditur pupill⁹, tenetur in subsidiũ, *l. fi.* & ibi gl. Bart. & apost. ad Bart. *C. de magistr. conuenien.* † Amplia, quia Notarius, & quilibet alius approbator fideiussoris tenetur vt fideiussor, maxime si approbatio fit in iudicio. Alex. in *l. si vero*, §. *qui pro rei*, *ff. qui satisd. cog. n. 4.* vbi pro vtraq; parte, & sic distinguit, quod in subsidium teneatur. † Extende, vt procedat multo magis, quando esset Notarius, vel alius deputatus ad recipiendum fideiussores, & illos approbandum. *l. 1. §. D. Adrianus, ff. de magistr. conuen.* per quem 7 text. ita Alex. *d. l. si vero, §. qui pro rei, n 4. ff. qui satisd. cogan.* † Extẽde; quia is, qui affirmat fideiussorem esse idoneũ, tenetur vt fideiussor, *l. cum ostendimus, §. fi. ff. de fideiuss. tutor.* † Amplia; quia is, qui inducitur vt fideiussor, & patitur se scribi fideiussorem nõ contradicendo, videtur fideiubere; & idem est in Notario, vt est text. in 9 *d. cum ostendimus, §. fi.* vbi Bart. *ff. de fideiuss. tutor.* † Tenetur Notarius ad interesse parti damnificatæ ex eo, quod omiserit scribere 10 aliquid. Bart. in *l. fi. C. de magistr. conuenien.* † Differentia tamen est; quia probato dolo Notarius tenetur ad interesse, & statur iuramento partis; secus si propter culpam; quia tunc interesse debet plene probari, apost. ad Bart. *d. l. fi. C. de magistr. conuenien.* quod declara plenius, vt per Iaſ. in *l. errore scribentis, in pr.* maxime *n. 2. C. de testam.* vbi, quod si est dolus, statur iuramento damnum passi; si lata culpa, debet probari interesse: & idem, si est error in cõmittendo, statur iuramento, secus in omittendo.

Notarii error qualiter probetur. Concl. 89.

1 PROBATVR † error Notarii, si constat, quod aliter fuerit à partibus dictum, quam ab eo scriptum; & ideo corrigi debet error, si de eo constet. Alex. *cons.* 27. *In causa, & lite, in pr. & per tot. lib.* 2. † Item si constat ex originali matrice, ad quam recurrendũ est, quod plus, vel minus in extenso, & publicato per errorẽ fuit scriptum. Alex. *cons.* 105. *In causa correctionis, in pr. & per tot lib.* 2. † Item probatur error Notarii ex dicto ipsius Notarii cum vnico teste. Alex. *cons.* 105. *col. pen. n. 4. ver. secundo principaliter, lib.* 2. & iterum in fine, *n. 6. vers. item respondeo*, vbi, quod vnus testis cum Notario ꝓbat; quia etiam Notarius ad probandum errorem connumeratur vt testis. Vide, *Error qualiter probetur. Concl.* 319.

Notarius quando de falso puniri possit, vel nõ. Concl. 90.

1 NOTARIVS † conficiens, & rogans testamentum non solemne, potest puniri de falso. Bald. *cons.* 284. *Factum tale est, circa vers. adeo quod si Notarius, lib.* 3. Vide, *Instrumentum non dicitur. Concl.* 254. † Contrarium, quod Notarius conficiens testamentum nullum non possit puniri pœna falsi. Alex. *cons.* 73. *n. 6. lib.* 1. quod 3 est Anton. de Prato Veteri. † Amplia; quia instrumentũ rogatum a Notario, licet non reddatur falsum in præiudicium partis; tamẽ si Notarius confiteatur illud esse falsum, redditur taliter suspectũ, quod licita est transactio etiam cum Ecclesia. Bal. *cons.* 252. *Postquã Notarius, lib.* 4. † Amplia; quia Notarius sibi aliquid adscribẽs, vel patriuo, in cuius potestate est, in testamento per eum inscriptis rogato, punitur de falso, seu quasi falso. Bald *cons.* 92. *Dispositio codicis, lib. ii. 5.* † Restringe, vt non procedat pœna falsi in Notario, qui sibi aliquid adscripsit in testamento nuncupatiuo, quando aliter per testes, vel subscriptionem testatoris, potest factum probari. 6 Bald. *cons.* 92. *lib.* 5. † Amplia; quia Notarius rogatus de instrumẽto fillud celat, tenetur de falso. *l. presbyter. C. de Episc. & Cler.* Alex. 7 *cons.* 74. *Viso testamento, n. 12. lib.* 1. † Amplia; quia Notarius, qui cõfecit instrumentum, in quo dicit, *præsentibus talibus testibus*, si illi dicant contrarium, puniri debet de falso, nec excusatur, si velit dicere, quod fuerunt præsentes, sed forte non intellexerunt; quia præsentia præsupponit intelligentiam, plene Iaſ. in *l. 2. §. volunt autem. ff. solut. matr. nu.* 25. † Amplia; quia Notarius conficiens rogi- 8 tum instrumenti reprobati puniri potest pœna exilii. Guido Pap. *dec.* 433. vbi, quod non potest excusari; quod ignorauerit tales cõtractus esse reprobatos, per not. in *l. generali. Cod. de ꝓb. lib.* 10. licet fateatur, quod attenta qualitate personæ, & contractus possit puniri plus, & minus. † Amplia; quia Notarius mutans, & varians 9 notam instrumenti tenetur de falso, si hoc faciat sine auctoritate iudicis. Alex. *cons.* 89. *Viso themate, nu. 4. vers. Notarius enim, lib.* 3. vbi æquiparantur in hoc Notarius, & testis circa falsi commissionem. † Restringe, nisi Notarius extenderet notam instrumenti 10 addendo clausulas solitas, & consuetas; quia secundum eas præsumitur rogatus; & tunc non tenetur de falso. Alexand. *d. cons* 89. *num.* 12. *& seq. vers. non obstat id, quod, lib.* 3. † Amplia; quia Notarius 11 scribens, quod in mutuo talis numerauit pecuniam mutuo, si nõ vidit pecuniã, tenetur de falso, Incertus Auctor post regulas Socin. *reg.* 1. *Notarius*, vbi ponit quatuor fallentias. † Limita; quia si 12 Nota ius de testamento rogatus omisit scribere substitutionem factam per obliuionem, vel errorem, & tradidit testamẽtum authenticum sine substitutione, & postea cognito, quod substitutio fuit facta de nouo, dedit authenticum cum substitutione, nõ potest puniri de falso; quia non adest mutatio veritatis in primo: ga est error; in secundo est veritas scripta, & cessat dolus, sine quo nõ datur falsitas. Castr. *cons.* 364. *Incipiendo, per tot. lib* 2. † Extende; quia 13 ex datione testamenti authentici imperfecti non oritur falsitas; quia potest Notarius vni particulam ad ipsius pertinentem, alteri aliam particulam, & hæredi potest dare testamentum authenticum cum sola institutione hæredis sine legatis, & sine substitutionibus, licet non possit dare substitutionem sine institutione; quia non valeret, & sic ex diuersitate, quod vnum instrumentum authenticum plus contineat, quam aliud, non oritur falsitas punibilis. Castr. *cons.* 364. *per tot.* maxime *n.* 12. *vers. nam etsi test. mentũ, lib.* 2. † Extende; quia imo Notarius excusatur à falso, si dedit pu- 14 blicum instrumentum, quod erat cancellatum ex laudo, vel cõsensu, aut pacto partium. Alex. *cons.* 74. *Viso testamento, in prin. lib.* 1. qui dicit teneri solum pœna stellionatus, si cum dolo, alias secus. † Extende; quia non potest puniri de falso, sed ét non potest tor- 15 queri prætextu contrarietatis instrumentorum; quia imo stat simul, sed necesse est, quod probetur, subſtitutionem additam non fuisse factam, quia tunc esset instrumentum falsum. Cast. *dict. cons.* 364. *prope fi. vers. si enim ex verbis, lib.* 2. † Extende, etiam si inquisitio 16 contineat, quod prædicta fecit malo animo ex dolo falsum committendo; quia nisi probetur, non procedit inquisitio, ex quo constat de contrario. Castr. *d. cons* 364. *in fin. lib.* 2. † Extende; quia 17 non solum Notarius à falsitate excusatur ex præmissis, sed etiam is, qui obtinuit authenticari instrumentum. Castr. *d. cõ. cons* 364. *in fin. vers. ex iis, lib.* 2. Vide Concl. prox. seq. Vide Mascard. *concl.* 644.

Notarius à falso multipliciter excusatur. Conclusio 91.

1 NOTARIVS † qui rogatus fuit de instrumento cõfecto à monialibus, & dixit, *acta in parlatorio monialium*, non potest puniri de falso, licet in alio loco monasterii, & nõ in parlatorio fuerit confectum instrumentum. Bald. *cons.* 244. *Dubitatur de quodam, in pr. lib.* 1. Vide, *Instrumenta diuersa ab eodem. Concl.* 248. Vide, *Testes à depositione falsa. Concl.* 251. † Amplia; quia Notarius, qui in testamẽ- 2 to scripsit, quod testes fuerunt adhibiti, vocati, & rogati per testatorem non potest de falso teneri, licet testator non vocauerit, neque rogauerit, sed Notarius; quia verba illa possunt verificari in casu ficto, ex quo rogitus factus à Notario, vel alio in præsentia testatoris videtur rogitus testatoris. Alex. *cons.* 33. *Ponderatis, num.* 15. *vers. præterea si testes, cum seq.* maxime *num.* 20. *li.* 3. † Amplia; quia 3 Notarius conficiens instrumentum, in quo scripsit, quod septem moniales interuenerunt, nõ potest puniri de falso, licet quatuor solæ interuenerint, & aliæ tres recesserint ante stipulationem dicentes contentari de eo, quod quatuor fecissent, quia per fictionem omnes interfuerunt. Bald. *d. cons.* 244. *nu.* 2. *vers. dubitatur secundo. lib.* 1. *vsq; in fin.* † Amplia; quia Notarius bonæ famæ, & con- 4 ditionis non potest inquiri de falso, etiam si per vnum testem instrumentarium probetur ipsum aliter confecisse instrumentum, quam fuerit dictum; quia potius præsumitur error Notarii, quam dolus, vt excusetur à falso, secus si esset malæ famæ. Cumanus *cons.* 136. *Ad primum satis per tot.* Alexand. *cons* 53. *In causa, & lite, num.* 16. *vers. imo scribendo. lib.* 7. vbi apost. in *vers. errorem*, citat plurimos cõcord. Vide, *Instrumentum qualiter, &c. Conclus.* 253. † Declara; quia 5 si No-

si Notarius esset malæ opinionis, & famæ in præteritum, non ex-
cusaretur eo casu tanquam error præsumatur, ita Alexand. *d. cons.*
6 53. *num.* 16. *lib.* 7. † Amplia, quia Notarius absens rogatus ad rela-
tionem alterius non committit falsum, quando stylus, & consue-
tudo ita est; quia excusat à falso. Alexand. *cons.* 70. *Viso processu, nu.*
7 3. *lib.* 1. † Amplia; quia Notarius non tenetur pœna falsi, quan-
fuit rogatus ad relationem alterius, etiam si nō probaretur, quod
ita retulerit Notarius rogatus ad referendum. Alex. *d. cons.* 70. *nu.*
8 3. *vers. nec obstat etiam. li.* 1. † Amplia; quia Notarius non potest pu-
niri de falso, licet scriptura instrumenti reperiatur diuersa; quia
statur pleniori, videl. originali manu Notarii, & præsumitur cor-
rectio facta in tempore potius, quam falsitas. Alex. *cons.* 70. *n.* 3. &
☞ 4. *vers. venio ad secundum, lib.* 1. Vide, *Notarius quando possit, &c. Concl.*
9 86. † Et qualiter excusetur, quando dedit instrumenta diuersa, q̃
10 non concordant cum originali. Ias. *cons.* 62. *lib.* 1. † Extende; quia si
dedit copiam diuersam ab instrumento, excusatur à falso, & quo-
11 modo. Ias. *d. cons.* 62. *li.* 1. † Amplia; quia instrumentum non potest
dici falsum, nec potest Notarius de falso puniri, licet sit varietas in
verbis, sed non in effectu. Alex. *d. cons.* 70. *n.* 5. *in ver. non obstant dicta*
12 *testium, lib.* 6. † Extende; quia si testator instituit filium, & nepotes
ex alio filio, & primo loco inuicē instituit nepotes, postea si mo-
riantur. vel filius, vel nepotes, eos inuicem substituit, & sic fecit
duas substitutiones, & de hoc testes deponant, Notarius vero so-
lum scripsit, quod testator ipsos heredes inuicem substituit, si de-
cesserint sine filiis, non potest puniri de falso; quia hæc vnica sub-
stitutio habet eundem effectum, vt primo nepotes inter se; se-
cundo nepotes, & patruus sint substituti reciproce, *l. coheredu*, §.
13 *qui discretas. ff. de vulg. & pup.* Castr. plene *cons.* 18. *n.* 2. *lib.* 2. † Amplia;
quia Notarius potius præsumitur errore, quā dolo fecisse instru-
mentum aliter, quam fuerit dictum, quando ex coniecturis non
constat de dolo; ideo de falso non tenetur. Alex. *d. cons.* 70. *num.* 8.
14 *& cons.* 74. *num.* 4. *lib.* 1. † Extende; quia Notarius potius errasse,
quam falsum commisisse præsumitur, plurimos citat Bertaz. *cons.*
53. *nu.* 22. *inter cons. crimin.* allegat Crau. *cons.* 75. *num.* 8. qui plene de
hoc, & alios, & dicit, quod etiam subtilitate magna excusanda est
falsitas Notarii. Becc. *cons.* 78. *num.* 12. & 14. idem Bertaz. *cons.* 189.
num. 4. & 9. & *seq.* vbi apostill. *in ver. malitia.* Becc. plene *cons.* 102.
15 *num* 17. & *seq.* † Extende; quia error probatur iuramento Notarii,
maxime probata bona fama. Becc. *cons.* 78. *num.* 30. vbi alios citat.
16 † Extende; quia maxime procedit in Notario bonæ famæ, & opi-
nionis, in quo potius error, quam falsitas presumitur, etiam quo-
ad diuersas scripturas fecerit discordantes de eodem instrumen-
☞ to. Vide, *Falsum non committitur in casib. seq. Concluſ.* 49. *n.* 6. *vers. Am-*
17 *plia, quia ex varietate.* † Extende multis casibus, de quibus supra, in
☞ *ver. falsitas, quando non est punibilis.* Vide, *Falsitas quando non est puniби-*
18 *lis. Concl.* 50. † Restringe; quia præsumitur error Notarii, si allege-
tur, vel si non constat de contrario, plene Petr. Surd. *cons.* 149. *per*
19 *totum.* vbi ponit alias declarationes. † Restringe; quia imo præsu-
mitur dolus in Notario, si est homo diligens, & sagax. Curt. Sen.
cons. 56. *Super processu*, quem sequitur Menoch. *de arbitrar. casu* 309.
in fi. plene Boss. *de falsis, nu.* 57. *& seq.* vbi plures allegat, quod præ-
20 sumitur dolus in Notario ratione officii. † Vide omnino Boss. *in*
prax. crim. tit. de fals. n. 40. *& multis seqq.* vbi quod si testamentum a-
liter est scriptum quam fuerit dictum, dicitur falsum, & Notarius
potest de falso puniri, si extant tres testes, si duo, potest torqueri,
21 *& n.* 57. *& seq.* quod ratione officii dicitur in dolo in dubio. † De-
clara melius totam istam materiam, quando presumatur dolus in
Notario, vel error; & dicas, quia si aliter scripsit, quam fuerit actū
circa substantialia, & conuincitur per testes, prout si dicat, testa-
torem ore proprio nominasse hæredem, & non sit verum, in du-
bio ratione officii puniri debet de falso, nisi bona qualitas Nota-
rii aliter suaderet, & ipse allegaret errorem; quia credidit idem
importare; si vero negat esse verū, quod testes dicunt, & conuin-
catur saltem per tres, potest condemnari de falso, etiam si postea
conuictus vellet allegare errorem; quia non cessaret dolus, nisi e-
lideret parum per illam præsumptionem; quo casu deberet tor-
qu-ri, an dolo, vel errore, ita pulchre Boss. *de falsis, n.* 57. *vsq; ad nu.*
22 67. vbi late. † Amplia; quia Notarius, qui rogatus fuit de testa-
mento, non punitur de falso, si illud publicauit, licet testator post
publicationem sibi dixerit, *non fate altro sino à domani*, id est, *nihil fa-*
cito aliud vsque in crastinum; quia lapso die crastino potuit publica-
re. Alexand. *cons.* 73. *Non pato*, quod est Anton. de Prato veteri, &
23 *cons.* 74. *lib.* 1. vbi est casus. † Et maxime hæc procedunt, si testator
viuit; quia potest reuocare testamentum. Alexand. *cons.* 74. *num.*
24 4. *lib.* 1. † Amplia; quia Notarius excusatur à falso, si primo roga-
uit testamentum, postea scripsit illud stante consuetudine sic fa-
25 ciendi. Alexand. *dict. cons.* 73. *num.* 6. *lib.* 1 † Amplia; quia quælibet
causa excusat Notarium à dolo, & falso; ideo stante statuto, quod
teneatur Notarius intra certum tempus registrare instrumentū,
excusatur, si registrauit testamentum suspensum; quia non com-
misit Notarius falsum registrando. Alexand. *dict. cons.* 73. *num.* 5. *lib.*
1. † Amplia; quia Notarius, qui ad relationem alterius scriptare-
lationem citationis falsam, non potest puniri de falso, quia non
præsumitur dolus, ex quo fecit alio dicente, quod ita scriberet;
quia erat facta citatio. Ioann. de Imol. *cons.* 104. *Visis & ponder. ac.*
† Extende; quia neque is, qui scribi fecit, potest de falso puniri, ut
nisi instante Notario, cui dedit falsam relationem. Bart. in *l. qui se-*
no. ff. de furt. Ioann. de Imol. *d. cons.* 104. *in fin.* † Extende; quia si No-
tarius ab alio recepit schedulam falsam, quæ in actis posita est, &
dedit instrumentum, non tenetur pœna falsi, late Menoch. *de*
arbitr. cas. 109. *in pr.* quia cessat dolus. † Amplia; quia si instrumē-
tum dicat, quod ædificium fuerat demolitū, & probetur demo-
litio post instrumentum facta; non tamen instrumentum dicitur
falsum, quia saluatur, quia potuit à partibus esse dictum; item quia
si de proximo erat demoliendum, de proximo accingendus ha-
betur pro accincto. Ioann. de Imol. *consil.* 31. *Ad primum per te.*
† Amplia; quia Notarius excusatur à falso, licet tres testes instru-
mentarii deponant testamentum non fuisse factum, prout refe-
ritur registratum, quia si extant alii quatuor testes pro testamen-
to, qui deponant ita fuisse dictum, prout scriptum, licet non va-
leat testamentum, bene Notarius excusatur à falso, ita Felin. in
cap. cum Ioannes, num. 51. *de fid. instrument.* Bossin *tit. de fals. num.* 37. &
seq. quia stant ista simul, quod non valeat testamentum, sed tamen
non sit falsum. † Amplia; quia Notarius, qui commisit falsum nō
ex dolo, vel malignitate, sed ex rusticitate, ignorantia, vel teme-
ritate, excusatur à pœna falsi. Anch. *cons.* 24. *Visa inquisitione*, sequitur
Socin. in *l. si is, qui ducenta*, §. *verum. colum. pen. ff. de reb. dub.* facit Alex.
cons. 1. *Ponderatis iis. lib.* 6. Corn. *cons.* 147. *Quia causa, lib.* 2. Barb. *cons.*
79. *lib.* 3. vbi plura ad excusandum à pœna. Vide, *Falsitas quando non*
sit punibilis. Concl. 50. *versic. Amplia, quia falsitas commissa.* † Amplia;
quia ad probandam falsitatem contra Notarium nō sufficit, quod
mutauerit verba instrumenti, nisi mutauerit substantiam; nam si
instrumentum depositionis testis, qui in primo originali dice-
bat, quod dici audiuit ab omnib. mutetur, quod audiuit à mu-
tis, non est falsitas; quia sic debebat interpretari illa dictio, *ab om-*
nibus, videlicet *à multis*, ex communi vsu loquēdi, & ne sit capti-
sa depositio. Castrens. plene *cons.* 372. *Præsupponitur, quod. num.* 3.
sed posito, lib. 1. & licet male fecerit; quia non ad ipsum, sed ad iu-
cem spectat interpretari, non falsum commisit propterea. † Et
tende; quia si testis dictum mutauit, vt credit, in verbum, & prout
credit, nō est falsitas, quia cum dimiserit rationem; quia vidit, &
præsens fuit, probat illa credulitas. Castr. *d. cons.* 372. *col. penul. num.*
4. *lib.* 1. † Extende; quia Notarius non committit falsum, si inferat
in instrumento aliqua, quæ non sunt necessaria; si tamen illa non
sunt superuacanea. Castr. *d. cons.* 372. *in fi. ver. ad prædicta. lib.* 1. † Ex-
tende maxime, quando non est nocua falsitas, & est sine dolo,
non punitur. Castr. *d. cons.* 372. *in fi. lib.* 1. Vide Conclusionem præ-
præced.

Notarii falsitas qualiter probetur. Concl. 92.

NOTARII † falsitas vt probetur, requirūtur tres, vel quatuor
testes, & duo non sufficiunt. Castr. *cons.* 372. *Præmittendum est*
in pr. lib. 1. vbi apostill. allegat Soc n. *cons.* 170. *Diu, vers. confirmatur,*
lib. 2. † Amplia; quia non probatur falsitas contra Notarium, de
duo testes deponant vidisse originale, in quo non erant scripta
ea, quæ continentur in originali exhibito per Notarium, quia ex
quo non exhibetur originale assertum per testes, nec de eo aliter
constat, standum est originali exhibito per Notarium; quia dic-
ctum Notarii cum suo originali exhibito præualet dicto duorū
testium cum certa copia exhibita, quam dicunt continere illud
quod continebat primum originale, quod non exhibetur, nec
apparet. Castr. *d. cons.* 372. *Præmittendum, lib.* 1. *in pr.* mouetur etiam,
quia semper recurritur ad originale Notarii, item quia testes nō
probant, quod illud originale diuersum esset manu Notarii; item
quia comparatio scripturarum non fit ex dicto testium, nisi ocu-
lis subiiciantur; item quia scriptura de falso accusata est exhiben-
da, & de ea constare debet; itē quia licet testes de tenore deponē-
tes probent, illud est in fauorabilibus, ne perdatur probatio; non
in odiosis, vt probetur falsitas; item quia magis creditur Notario,
quod testis ita deposuerit, quam testibus, vel saltem non probare
hinc inde. † Amplia; quia Notarii falsitas non probatur ex eo, †
quod dedit primum instrumentum testameti sine substitutione,
& secundum cum substitutione, quia si vera est substitutio, non

colit falsitas in primo neq; in secundo; quia stant simul, licet error fecerit, & male Castr. *consil.* 364. *Incipiendo, per tot. lib.* 2. vbi latetuetur Notarium.

Notariatus non præsumitur, & quando secus. Concl. 93.

tarius esset confessus fabricasse multa falsa instrumenta; quia donec sit condemnatus, valent instrumenta postea rogata; quia cõmuni opinione fuit reputatus Notarius idoneus, quod sufficit. Alexand. *dict. cons.* 133. *num.* 9. *ver. etiam secundum eum. li.* 7. † Declara, 31
vt procedat limitatio nisi Notarius iam esset diffamatus de pluribus instrumentis falsis; quia tunc non valet rogata post diffamationem, sic videtur velle Bald. *dict. cons.* 66. *Circa principium, ver. sed prima opinio, lib.* 3. apostill. ad Castrens. *cons.* 103. *in ver. priuatus, lib.* 2.
† Et intellige declarationem, quando infamia Notarii, vel crimẽ 32
esset tale, quod ipso iure veniret priuatus officio; quia tunc bene sufficit, quod crimẽ sit notorium, alias requiritur priuatio iudicis. Castrens. *d. cons.* 168. *colum.* 2. *ver. item Bald. lib.* 2. *num.* 4. vbi, quod si non est crimen inducens priuationem ipso iure, potest rogare; etiam si sit notorium, sed tamé minuitur de fide. † Declara; quia 33
sola diffamatio non annullat instrumẽta Notarii delati, & diffamati, sed bene iudex ex ea potest inquirere de suspicione. Bald. *cons.* 347. *in pr.* vbi multa pro vtraque parte, *lib.* 3. & ita soluit, & ita etiam Castil. *d. cons.* 30. *n.* 14. vbi, quod diffamatio operatur, quod iudex facit magnam diligentiam super instrumẽtis postea factis.
† Tu dicas, quod in omnibus casibus, in quibus Notarius com- 34
misit falsum, & non est priuatus ipso iure, neq; per sententiam, licet valeant instrumenta confecta ante priuationem, tamen talia instrumenta in aliquo redduntur suspecta. Castr. *cons.* 103. *col.* 2. *in pr. ver. puto tamen, lib.* 2. † Limita; quia vilitas personæ Notarii etiã; 35
cum infamia iuris non habet vitiare instrumentum; de quo fuit ab vtraq; parte rogatus. Castrens. *cons.* 168. *Super primo. num.* 4. *vers.*

*super tertio lib.1.*vbi, quod ex quo nondum est depositus ab officio etiam si post contractam infamiam fuit rogatus, instrumentum
36 valet,& ibi apost.† Extende; quia imo Notarius infamis,& quod plus est,habens dignitatem, licet sit priuatus,vt non possit rogare instrumenta, tamen si rogatur à partibus super rebus priuatis, valent talia instrumenta. Bart. *cons.77. Quæritur,an notarius,in fi.lio.*
37 *1.ver.dico ergo*,& ibi apost.fin.*in ver.volentibus.* † Extende;quia imo Notarius infamis ex delicto, quando non est commissum in officio, non prohibetur esse Notarius.Bartol. *cons.77.per tot.* & plenius *cons.174.Ser Ioannes, num.5.& seq.lib.1.* & ibi apost. dant con-
38 cord.† Limita; quia Notarius committens errores, si non amouetur ab officio, valent instrumenta ab eo rogata. Cast. *cons.19.n.*
39 *4.ver.illud enim, lib.1.*† Limita ; quia inhibitio facta per iudicem, ne roget instrumenta, non annullat, si conficiat non obstante inhibitione, sed bene punitur; quia inhibitio afficit personam, sicut & præceptum, sed non tollit officium. Castrens. *cons.168. Super*
40 *primo.lib.1.col.2.ver.inhibitio autem.* † Limita; quia Notarius bannitus tanquam contumax, & rebellis Ciuitatis Mutinæ vigore statutorum dictæ Ciuitatis potest rogare instrumenta, & valent rogata: quia non est in specie priuatus officio notariatus. Anchar.
41 *cons.287. Iste B per tot.* † Extende ; quia Notarius etiã priuatus ipso iure officio notariatus, donec declaretur priuatus, potest rogare
42 instrumenta,& valent rogata. Anch.*d.cons.* 287. *nu.* 4.† Extende maxime, quando instrumenta rogata sunt ad pias causas. Anch.*d.*
43 *cons.287.ver tot.*† Extende ; quia Notarius communis si fuit amotus ab officio per priuationem, sed non ob falsitatem, poterit rogare instrumenta, si est in reliquis bonæ famæ, & maxime si fuit
44 gratiatus. Alex.*cons.190. Plura,n.34.ver.non obstat etiam,lib.6.*† Restringe in bannito ob crimen læsæ maiestatis. Anch.*d.cons.287.per*
45 *tot.* maxime *in pr.*† Declara totam istam materiam; quia Notarius priuatus totaliter officio, & condemnatus non potest rogare instrumenta , si vero priuatur officio notariatus quoad certam speciem , puta non possit exercere officium Notarii in palatio, vel in gabella, potest rogare instrumenta , & valent rogata extra illam partem officii, & idé est, quando est cõdemnatus pro aliquo delicto communi extra falsitatẽ ; quia potest semper rogare instrumenta. Alex. plene *d.cons.190. Plura.in fi.n.34.ver.obstat etiam,lib.6.* & sententia priuatiua non extenditur, nisi in quantũ verba sonãt.
46 † Limita; quia imo condemnatus per inquisitionem , vel in contumaciam, vel ex forma legis non prohibetur esse notarius. Bald.
47 *d.cons.174. in pr.lib.1.*† Limita ; quia imo si Notarius fecit instrumentum falsum . & sic deliquit in officio , tamen donec per sententiã amoueatur ab officio, valent sua instrumenta rogata. Bart. *d.cons.174.n.6.in fi.ver.& plus tenet, lib.1.*

Notarius actorum à quibus deputetur, & qualiter, vt suspectus amoueatur. Concl. 101.

1 NOTARIVS† actuarius deputari debet à iudice regulariter.
2 Bald.*cons.137. Ad officium, in pri.lib.3.*† Declara, nisi à statuto, vel alia constitutione Notarius sit deputatus, quia tunc seruatur
3 constitutio. Bald.*d.cons.137.ver.sed per formam,lib.3.nu.2.*† Amplia in tantũ Notariũ debere deputari ad acta conficienda, vt si alius Notarius conficeret acta, qui non esset deputatus, non valerent.
4 Bald.*d.cons.137.per tot.* vbi est casus *lib.3.*† Extende maxime, quando daretur certa forma à statuto eligendi Notarium; quia si non seruatur, deputatio esset nulla, quando forma est annullatiua cõtrarii, & ideo licet dicat statutum, quod Notarius eligatur ad rogandum acta coram iudice, continetur etiam sententia licet non feratur coram iudice, sed per iudicem ; quia bene rogitus fit co-
5 ram iudice. Bald. *dict. cons.137.per totum lib.3.* † Suspectus allegari potest Notarius. Bald.*d.cons.137. Ad officium ius dicentis, in princip. lib.3.*

Notarius debet habere salarium, & mercedem. Concl.102.

1 NOTARIVS† regulariter debet habere salarium,& mercedem pro labore sui officii: ideo pro rogitu habet vnum salarium , pro exemplatura aliud. Rom. *cons.25. Viso facto,num.2.* allegat gloss. *in l. fin. Cod. de princip. agen. in reb. lib. 12. in ver. exemplaria.*
2 † Amplia; quia Notarius, qui stat pro seruitore, seu garzono in apotheca ad salarium , si conficiat instrumenta pro domino; debet habere salarium vti Notarius. Rom.*cons.25.per tot.* vbi casus consilii, quod gerens duplex officium debet habere duplex salarium.
3 † Extende; quia si aliquid expendit in archiuiando instrumenta domini sui, repetit ab eo; quia negocium vtile gessit. Roman. *cons. 25.in fin.*

Notarius an compellat partes ad releuandum instrumenta ab eo rogata. Concl.103.

NOTARIVS† instrumenta per eum rogata debet semel relevare,& tradere parti. ita apostill. ad Alexand. *cons.106. Visis, in*
1 *fin lib.5.in ver.respondeo*, & sic infert, quod pro vna vice potest tradere.

Notorium, publicum, manifestum, & famosum quid sint,& in quibus differant. Concl.104.

NOTORIVM† est, & dicitur proprie, quod est ante oculos situm, vel est in mentibus hominum ita radicatum, quod e-
1 uelli, vel occultari non potest. Bald.*in l.cues. C. de appell.* quẽ sequitur Hieron. de Tort.*cons. sive post cons. Ant. de Butr. n.29.col.2.ver. notorium proprie est.*† Et notorium dicitur, quod aliqua tergiuersa-
1 tione celari non potest. Iul. Clar. *in praxi crim.qu.9.n.2.* Menoch. *de arbitr.cas.166.in prin.* vbi, quod celari non potest, dicitur notorium,& *n.4.*† Diffinitur notorium pluribus modis, duas definitiones ponit Abb *c.vestra, n.14. in fi. de cohab. cler. & mul.* quæ sunt cõmunes: prima; quia crimen, vel factum dicitur notoriũ, cuius est testis populus, & dissimulationi locus esse non potest; secunda est famosa loquutio ex euidentia rei surgẽs , quæ tergiuersatione
aliqua celari nõ potest. Salyc. *l.ea quidem,n 58. C. de accus.* vbi apost.
4 citat Bald. & alios. † Differunt tamen factum notorium ab ipsa notione notoria, prout probatio, & probatum; & ideo factũ, vel dictum non notum, quod ex probatione efficitur notorium, nõ transmutat suam essentiam, ita Salyc. *dict. l.ea quidem , num.61. C. de accusat.* vbi *nu. 62. & seq.* ponit plura exempla. † Scientiam requirit maioris partis populi , vel maioris partis vicinæ, quæ non sit
minor decem personarum. Abb *d.c.vestra,n.16. ver.venio ad secundum, de cohab.cleric.& mulier.* Salyc. *in l.ea quidem, num.58. C. de accusat.*† Est arbitrarium iudici, an aliquid sit notorium ex variis circumstantiis, qualitate actus, loci, temporis, quod factum non sit
de nocte, neq; secretum , licet possit esse notorium etiam de nocte, si adsunt luminaria, vel alius modus certitudinis. Abb. *d.c.vestra, num.16.* † Adinuentum est de iure Canonico notorium, quia
7 hæc dictio non reperitur in iure ciuili, nisi *in d.l.ea quidem, Cod. de accusat.* ita Gomez. *de delict.n. 41. in fi. & nu. 42.*† Declara, quia triplex est notorium , videlicet ex rei euidentia , & istud est maius notorium, ex confessione iudiciali , & ex probatione non impugnata. Dec. *d.cap.cum speciali, § .porro, num.2.ver.secundo not.de appell.*
† Bald. vero *cons. 429. ante med. ver. dico , quod triplex*, dicit esse tri-
9 plex, facti tantum, iuris tantum, & tertium est iuris & de iure, vel notorium rei iudicatæ , *lib.3.*† Publicum non includit notorium
10 ex necessitate, *cap.tua.de cohabit. cleric. & mulier.* & dicitur publicũ id , quod probari potest vltra consuetam probationem. Fed. *cons.*
8. *in princ.ver.item manifestum.* vide Abb. *in d.cap.vestra, num.12. de habit.cleric.& mulier.* Vide, *Publice aliquid fieri, vel occulte. Concl.967.*
† Et publicum non requirit, quod ad aures omnium deueneri, *cap.1.de postulat. Prælator.* vbi , quod satis est, quod fuerit publicea-
ctum. Abb. *cons.99. Illud, in pr.lib.1.*† Contrarium glos. *in clem.1. de sepul.ver.publice*, vbi , quod publicitas ex loco caulatur, & ex multi-
11 tudine adstantium. † Et quandoque publicum,& manifestum dicitur, quod per testes probari potest; glos. *in d.cap.vestra, de inhibit.cler.& mulier.* plene Abb. *d.cons.99.n.2.& seq.ver.sed ius non obstantib. lib.1.* vbi, quod publicum dicitur , quod transit in notorium,
12 vel in notitiam per famam.† Declara; quia si tractamus de publicitate iuris , sufficit fieri in loco publico coram teste. si de publicitate facti, requiritur locus publicus , & multitudo adstantium, ita vt transeat in notitiam vicinię, seu maioris partis, in qua actus
geritur, ita pulchre declarat Abb. *d.cons.99.& n.2. & seq.ver.sed ius*
13 *non obstantibus, lib.1.*† Manifestum est infra notorium , & dicitur manifestum id, cuius probatio est euidens, & manifesta, vt si quis nesciat legere, vel non audiat, licet hoc non sit notorium, quia nõ
videtur, tamen potest esse manifestum, quia per subiectionem, & experientiam manifeste constabit. Feder. *d.cons.8.ver. item manifestum.*† Adde, quod manifestum est, vltra probationem, alias suffi-
14 cientem; quia aliquid addit. Fed. de Sen. *cons.17. Quæsito alis, impr.*
† Et manifestum est quasi idem; quod publicum; quia debet fieri
15 per famam manifestum in vicinia , & saltem maiori parti vicinię, prout publicum, & non sufficit, quod actus fuerit in publico gestus coram quatuor testibus , nisi adsit multitudo adstantium. Abb. *cons.99.num.2.ver.sed ius non obstantibus, lib.1.* maxime *colu.3. in fine.*

18 *pr.ver.oportet.* † Differunt notorium, & manifestum; quia quod notum est omnibus; dicitur notorium, quod vero notũ est pluribus, sed non omnibus, dicitur manifestum. Ang. de Perus. *cons.*
19 10. *In causa prædicta, n.2. & 3.* † Abb. *in d.c.vestra, nu.12. de cohabit. cler. & mulier.* dicit manifestum quandoq; importare idem quod notorium; tamẽ minus est manifestum, quam notorium; quia manifestum est idem, quod famosum, nisi quia fama non habet cer-
20 titudinem, sicut habet manifestum. † Vide omnino Rom. *cons. 163. Constitutio, n.5. ver. quinimo,* vbi, quod notorium non applicatur non enti, prout quod quis non sit soluendo, sed potius intrat manifestum, vel famosum; quia notorium cadit in eo, quod videri potest, sed iudicio meo est subtilitas; quia notorium etiã supernon entia cadit, prout notoriũ, quod Papa non sit in tali loco, vel quod castrum non sit ciuitas, & quis non sit soluendo; quia
§ mendicus. Vide, *Manifestum esse qualiter, &c. Concl.72.* Vide, *Vsurarius qualiter manifestus. Concl.321.* Vide plenissime Ant. de Butr. *in d. vestra, de cohabit. cleric. & mulier. n.30. & seq.* vbi plenissime.

Notorium facti permanentis, & transeuntis, & iuris, & de singulis speciebus. Concl.105.

1 NOTORIVM † est duplex, aliud est facti, quando habet euidentiam, vt quia in Vrbe Romæ est Castrum S. Angeli, istud enim per euidentiam facti est notorium, vel quod in platea sit forus. Bart. *in l. Ciues, in fi. C. de appel.* vbi Bald. & Paul. de Castro, qui dicit notorium esse id, quod habet permanentiam, vt quis careat
2 oculis; quia ita potest videri sine probatione. † Aliud est notoriũ iuris id, quod constat per confessionem partis, vel per sententiã, aut instrumentum, seu aliis inditiis indubitatis, *c. cum olim, de ver. significat.* Feder. de Sen. *cons.8. Quæritur, quomodo, in prin.* vel ex testibus, & aliis probationibus; cõtra quos nihil est oppositum. Dec.
3 *in c. cum spectali, § porro, n.3. ver. in glos. de appell.* † Imo triplex est notorium; quia aliud est notorium facti tantum, aliud notorium iuris tantum, aliud notorium iuris & de iure, secundum Bald. *cons. 429. Licet iudex, ante med. ver. & dico, quod triplex, lib.3.* vbi ponit differentiã; quia in primis duob. notoriis citatio requiritur, & ordo seruari debet in notorio iuris & de iure, vel in notorio rei iudica-
4 tæ. † Item notoriũ est triplex, videl. præsumptum, quando lex præsumit natum in domo coniugium esse filium: item notorium iuris, prout confessio in iudicio: item notoriũ facti, ita Iaf. *in l. si vero, § quipro rei, n.8. ff. qui sat iisd. cog an.* vbi rursus, quod notorium facti est triplex, videl. facti permanentis, facti trãseuntis, & facti inter-
5 pellati, prout quod quis det ad vsuram. † Item notorium aliud est permanens, & istud non indiget probatione, aliud est notorium transiens, & istud debet probari in facto, & qualitate, videl. quod fuerit factum, & fuerit notorium, sed quoad ordinem iudicii, vt summarie procedatur, non requiritur probatio facti, ita Zabar. *cons.56.n.6. ver. sed ad hoc statim, cum seq.* vbi *num.8. ver. ad illud autem,* Ponit tertium notorium imminens, prout est illud, quod Christus Dominus Noster fuit; quia licet sit notorium non permanens, non etiam est transiens propter continuam lecturam scripturarum; ideo dicitur imminens. Vide omnino Ant. de Butr. *in cap. vestra, de cohabit. cler. & mulier. n.30. & seq.* vbi facit plenam repetitionem de multiplici notorio, & quando facti, quando iuris, & quæ inducant notorium, vel non, & *nu.34. & seq.* ponit exempla varia eorum, quæ inducunt notorium continuum, & *n.35.* de
6 notorio iuris, & *n.36.* ponit exempla notorii præsumptionis. † Et de istis notoriis permanẽtibus, videl. & momentaneis. Iul. Clar. *in prax. crim. q.9. n.2.* vbi, quod etiam id, quod est momentaneum,
* & non permanens potest transire in notorium, & dicit * com-
7 munem. † Et de notorio transeunti; vt si negetur, debeat proba-
8 ri. Alex. *cons.1. in fi. nu.11. ver. & dicitur, lib.6.* † Et licet notorium sit duplex, iuris, & facti, vel etiam triplex, vt supra: iuris est, quando iudici aliquid constat in iudicio per testes, vel instrumenta, vel alias facti vero est, quod omnibus ita notum est, quod tergiuersatione celari non potest, & notorium iuris est improprie noto-
9 rium, facti vero dicitur proprie notorium, ita Corrad. plene in *breuiar. §.3. fol.239. n.6. & seq.* † Vide Æg. Bellam. *cons.40. n.12. ver. sed quid si hæc,* vbi dicit esse triplex notorium, videl. iuris tantum, proprie factum in iudicio, item notorium præsumptionis, quãdo
10 lex præsumit factum notorium, de quo non constat, item notoriũ facti. † Notoriũ facti est triplex, videlicet notoriũ facti permanentis, prout, quod in Vrbe Roma est Castrum S. Angeli: secundum est notorium facti transeuntis, & non redeuntis, vt si in conspectu populi fuit occisus homo: tertium facti interpellati, prout in vsurario semper parato mutuare licet sæper nõ mutuet, sed paratum bancũ teneat Abb. *d.c. vestra, n.15. de cohabit. cleric. & mulier.* Salyc. *l. ea quidem, nu.64. & seq. C. de accusat.* & de isto vltimo notorio vsurarii; Abb. *cons.2. in prin. lib.2.* vbi dicit * communem. *
11 † Rursus notorium facti duplex; vnum est facti præsumpti iuris prouidentia, aliud facti demonstrati sui ipsius euidentia. Salycet. *d.l. ea quidem, num.63. & sequent. C. de accusatio.* vbi ponit exempla.
12 † Aliud vero notoriũ iuris; duplex, quia aliud est, quod resultat ex iure, prout confessio in iudicio, sententia, & similia, quæ faciunt notorium iuris; videl. notorium ex iure resultans: aliud vero notoriũ iuris est extra iudicium, prout præsumptio, quod natus in figura matrimonii sit filius, & hæc est notorietas iuris, vel quando insurgit alia probatio certa ex præsumptione iuris. Abb. *d. cap. vestra. nu.14. de cohabit. clericor. & mulier.* vbi, quod potest etiam dici, quod triplex sit notorium; videlicet iuris, & facti, & præsumptionis. Salyc *d.l. ea quidem, n.60. C. de accusat. cum seq.* † Notorium
13 iuris, prout per confessionem, & alios modos, potest continere errorem, tamen facit notorium, donec contrarium probetur, prout confessio erronea, sententia iniusta, & similia. Salycet. *d.l. ea quidem. C. de accusat. nu.60.* † Et dicit ibi Salyc. *num.90. in fi. v. tertio,*
14 *quia,* quod notorium iuris pro euidentia oritur, tunc nec trahitur retro, & in fin. dicit, quod istud notorium iuris fuit adinuentum de iure Canonico, quia iure ciuili est incognitum. † Est ta-
15 men differentia inter notorium iuris ex vna causa, & ex alia; quia si notorium surgit ex sententia, datur appellatio, præterquam si delictum esset inhumanum, si vero notorium iuris surgit ex confessione spontanea; quia potest esse erronea, de iure ciuili datur appellatio, de iure Canonico secus. Salycet. *d.l. ea quidem, n 89. & 90. Cod. de accusation.* vbi distinguit, quod secundum Iuristas datur appellatio, si non est confessus, & conuictus, de iure Canonico iudex non admittit, nisi causam exprimat, quando sponte confessus, sed tamen ipse dicit opinionem Iuristarum veriorem.
16 † Et adde, quod notorium iuris est improprie notorium; quia solum notorium facti proprie dicitur notorium, vt per Corrad. *in Breuiario, tit. de notor. nu.7. & 8.* † Et quod istud notorium iudi-
17 cis, quod oritur ex confessione, debeat intelligi de confessione iudiciali, quia si esset extraiudicialis nõ esset notorium. Abb. *cons. 2. Illud in facto, in pr. lib.2. in ord. III.* vbi, quod * omnes ita conue- *
18 niunt. † Extende, vt etiam probatio in iudicio facta inducat notorium, maxime, quando est conclusum in causa. Abb. *cons.12. Et si copiosius, n.3. lib.2.* vbi, quod imo secundum Innoc. notorium dicitur, quicquid in iudicio agitur. † Declara; quia notorium iuris o-
19 ritur ex notorio facto sui euidentia demonstrata, prout Prætor ciuitatis ex euidentia, ergo ex notorio iuris habet gladii potestatẽ, adulter, vel homicida ex facto inducit iuris notorium, quia puniri debet, sic Salyc. *d.l. ea quidem, n.62. C. de accusation.* vbi è cõuerso dicit idem in notorio facti deducti in notorium ministerio iuris, puta ex sententia, vel confessione, aut alias.

Notorium facti momentanei, & transeuntis quando dicatur. Concluſ.106.

FACTVM † momentaneum potest transire in notorium, prout 1
homicidium publice factum coram maiori parte populi, vel coram multitudine adstantium. Salyc. *in l. ea quidem, C. de accusat.*
† Et vox præconis, quæ paucis innotescit; quia momentanea, ta- 2
men transit in notoriũ, si fiat coram maiori parte populi, vel magna adstantium multitudine. Hier. de Tortis *cons. suo post consilia Ant. de Butr. n.27.* vbi ponit plurima exempla supradicta, & infrascripta. † Et illud, quod potest probari per testes vltra decem, di- 3
citur transire in notorium, licet factum sit momentaneum. Bald. *in l. si vero, § . qui pro rei qualitate. ff. qui sat iisd. cog an.* Hieron. de Tort. *d. cons. n.27.* & hæc est communis, & magis * communis. Farinac. *
q.21. n.47. in fin. † Et quod factum momentaneum possit transire 4
in notorium, est communis * opinio, vt dicit Hiero. de Tortis *d. * *cons. post cons. Ant. de Butr. n.27. col.2. in fi. ver. sed tamen,* vbi citat plurimos. Vide Conclusionem proxime præcedentem. † Limita, 5
quia factum momentaneum non potest transire in notorium, nisi concurrant tria, videl. loci qualitas, adstãtium multitudo, & temporis qualitas. Bald. *in l. ciues, & incola, C. de appellatio.* Hiero. de Tortis *cons. suo post cons. Anto. de Butr. n.27. col.2. ver. notorium proprie.*
† Et ideo factum in villa, in qua non extant nisi quinq; homines, 6
non potest transire in notorium, quando est momentaneũ, neq; factum in syluis, *l. si putator. ff. ad l. Aquil.* Hier. de Tortis *d. cons. nu.27. col.2. ver. notorium proprie.* † Restringe; quia factum in rure, vbi 7
maxima adstantium multitudo erat præsens facto, potest transire in notoriũ. Bald. *in d. l. ea quidem, C. de accusatio.* quem refert idẽ Hier. de Tortis *d. cons. n.27. in pr.* † Limita; quia factum momenta- 8
neum de nocte, quia homines nõ bene possunt videre, nõ potest

transire

transire in notorium. Hieron. de Tortis *dict. cons. nu. 27. col. 2. ver.*
9 *item factum de nocte.* † Extende; quia factum in carcere, vel in stinchis Florentiæ, non potest transire in notorium, quando est momentanenum. Hieron. de Tortis *d. cons. n. 27. col. 3.* vbi allegat Vgo.
10 de S. Gem. † Declara, nisi carcer esset patẽs populo, ita vt omnes astantes possent videre; quia tunc posset transire in notorium.
11 Hieron. de Tortis *d. cons. n. 27. col. 3.* † Restringe, quando factũ de nocte esset coram magna multitudine videntiũ. Hier. de Tortis
12 *d. cons. n. 27. in pr.* † Limita; quia factũ notorium actus momentanei, dato, quod sit tale, debet probari iudici iuris ordine seruato, alias non releuat, neq; super eo potest pronunciari; ideo homicidium notorium; quia facti est momentanei, si iudici non est probatum iuris ordine seruato, sententia non valet lata super notorio transeunte, secus super notorio permanẽte. Bal. *in auth. qui semel, C. quomod. & quãdo iudex, & in c. 1. §. iniuria. de pac. iuram. firm. col. 6. ver. in ista materia quæritur*, quẽ sequitur Hier. de Tortis *d. cons. post*
☞ *cons. Ant. de Butr. n. 27. in fi. v. sed quid fortius.* Vide plenissime Ant. de But. *c. vestra, de cohabit. cleric. & mulier.* Vide, *Notoria quando, & quæ dicantur. Concl. prox. seq. n. 30. & seq. & Concl. ibi prox. seq. n. 14. & seq.*

Notoria quando, & quæ dicantur, & quæ non. Concl. 107.

1 NOTORIVM † dicitur debitum Episcopo de iure communi.
☞ Lap. *alleg. 37. in fin.* Vide, *Notorium publicum, & Conclus. 104.*
2 † Notorium dicitur etiã delictum, si in loco habetur pro vero; & apud omnes loci nõ possit aliqua tergiuersatione celari, quod esset, quando omnes ita dicerent, & pro firmo tenerẽt. Lap. *alleg.*
3 *54. Factum super quo, circa fi. n. 5. ver. est autem notoriũ.* † Declara, quia delictum non dicitur notorium, nisi super eo sit pronunciatum
* citata parte, secundum * communẽ, de qua Mascard. *Concl. 1101.*
4 *nu. 9. & seq.* vbi declarat duobus modis. † Amplia; quia dicitur etiam notorium mihi id, quod nunquam vidi, vt est Ciuitas Hierusalem, quod Archiepiscopus Mediolani habeat tribunal, & similia. Fed. de Sen. *cons. 158. ver. ad secundum dico*, vbi, quod quando aliquid sic notorie habetur, & reputatur, sufficit etiam apud eũ,
5 qui non vidit. † Amplia; quia acta constituunt notorium publica-
* to processu. Soc. *cons. 120. n. 25. li. 4.* Rom. *cons. 227. in fi.* vbi de * cõmuni, & apost. *in ver. ex actis*, dat concord. Rom. *cons. 273. Clarum*
6 *est, in fi.* † Extende; quia quoad partes litigantes notorium inducitur ex actis; quia partes actitata scire præsumũtur. Ægid. Bellam.
7 *cons. 24. in fi.* & plenius *cons. 40. n. 12.* vbi secus quoad alios. † Amplia; quia confessio partis in iudicio facta inducit notorium eius, quod in confessione continetur, *cap. vestra, de cohabit. cleric. & mulier.* Feder. de Sen. *cons. 211. col. 3. n. 1. in fi. ver. præterea per confessionẽ, &*
cons. 255. n. 3. ver. item in c. vltimo. Cald. *cons. 209.* alias 3. *de appellat. in pr.* Castr. *cons. 17. Potestas supradictus, n. 3. lib. 1.* Anch. *cons. 189. n. 3. & 4.* Abb. *in d. cap. vestra n. 3.* vbi apost. *de cohabit. cleric. & mulier.* & Ægid.
cons. 40. num. 11. ver. sed quæres. Abb. *cons. 89. In quæstione, num. 3. lib. 1.*
8 † Extende; quia confessio delinquentis extra iudicium iunctis aliis inditiis de delicto commisso notorie probat notorietatem
9 delicti. Bartol. *in leg. ictus fustium, in pr. ff. de iis, qui not. infam.* † Declara tamen, quod omnis confessio partis etiam in iudicio non reddit notorium; quia negans credere positionem cum iuramẽto contra aliam confessionem iuratam nõ dicitur notorie periurus. Fed. *d. cons. 255. n. 3. & in fi. ver. crederem*; quia non est super negatione, sed super non credulitate iuratum. † Amplia; quia notorium dicitur ex euidentia rei, quæ tergiuersari non possit. Abb.
11 *d. c. vestra, de cohabit. cler. & mulier. n. 3.* vbi apost. † Amplia; quia sententia lata inter partes facit rem notoriam. Cald. *cons. 209. in prin.*
alias 3. *de appellat. in pr. ver. & maxime vbi crimen est notorium.* Abb. *in*
12 *d. cap. vestra, n. 3. de cohabit. cler. & mulier.* † Extende; quia sententia quæ transiuit in iudicatum, facit notorium in tantum, vt sententia lata contra rem iudicatam, tanquam cõtra notorium, sit nulla. Alex. *cons. 33. n. 7. lib. 1. & n. 8.* vbi apost. *in ver. notorium*, dat conc.
13 † Declara, nisi sit admissa, & facta probatio, vel confessio partis contra sententiam; quia potest reuocari, quia notorium rei iudicatæ est præsumptionis, notorium ex probatione est veritatis, id-
14 eo præualet. Abb. *d. cons. 89. n. 3. & 4. lib. 1.* † Declara, vt non procedat, si sententia esset lata ad alium finem; quia licet ex ea oriatur in consequentiam aliquid probatum; tamẽ non dicitur notoriũ. Feder. de Sen. *d. cons. 255. n. 3. vsq; in fi.* vbi, quod sententia lata in ciuili causa contra eum, qui negauerat cum iuramẽto, non probat
15 periurium esse notorium; quia ad aliũ finem lata. † Extende; quia etiam sententia interloquutoria inducit notorium. Bouer. *singul. in ver. Notorium n. 3.* allegat text. cum ibi not. *in l. si vero, §. qui prorei*
16 *qualitate. ff. qui satisd. cogan.* † Amplia; quia notoria dicuntur facta insignia, & notabilia, veluti si princeps expellit, & priuat vasallum castro notabili, & insigni, istud dicitur factũ notoriũ, quod non indiget probatione, etiam si vasallus agat spolio Bald. *cons.*
17 *323. Proponitur, quod dominus, lib. 2.* † Amplia; quia notorium iudici dicitur, quod apparet ex actis. Anchar. *cons. 297. Efficacibus, num. 7.*
Menoch. *de arbitrar. cas. 166. nu. 6.* Alex. *cons. 186. Visis, in fin. num. 16.*
ver. nec etiam obstat, lib. 2. † Et ideo relatio exequutoris, quod fecit
capturam in Ecclesia, inducit notorium iudici, quod in Ecclesia fuit captus reus, ideo debet relaxari, & iudex supplet in facto etiam parte non opponente in notorio, & in iis, de quibus constat ex actis. Rom. *cons. 227. Spectabilis, in fi.* † Idem id, quod iudex fecit, puta sententia ab eo lata, vel habet penes se. Signor. *cons. 222. num.*
9. & sequent. † Item ea, quæ ex ventre instrumenti producti apparent, quia dicuntur notoria. Abb. *cons. 44. In præsenti, in fin. lib. 1.*
† Extende; quia probatio facta in iudicio facit notorium etiam si contra sententiam. Abb. *cons 89. In quæstione, n. 2. & 3. lib. 1.* quia notorium ex sententia dicitur notoriũ præsumptionis. † Extende; quia supplicatio, & scriptura supplicationis ex archiuio publico sumpta inducit notorium. Rom. *cons. 350. in casu, nu. 20.* vbi apost. dat concord. † Amplia; quia notorium efficitur per bannimentum, seu proclama publicum. Bero. *cons. 171. num. 3. & 12. lib. 1.* Bouer. *sing. in ver. Notorium, n. 4. ver. ex præconizatione.* † Item per librũ campionis. Bero. *cons 87. num. 22. lib. 3.* † Item ex instrumentis in-
cameratis in archiuio, Bero. *cons 54. n. 28. lib. 2.* † Item notoriũ dicitur, quod ex inspectione instrumenti, vel scripturæ authenticæ potest in continenti probari. Castr. *cons. 257. In causa, quæ vertitur,*
col. 2. circa med. ver. constat autem, lib. 2. † Amplia; quia dicitur notorium, quod à iure communi est affirmatum. Menoch. *d. cas. 166 n.*
5. † Amplia; quia dicitur notorium id, quod notum est lippis, & ti-
tonsoribus. Sign. *d. cons. 222. n. 11.* † Amplia; quia depositio decem testium facit probationem notoriam, quando constituunt maiorem partem populi, alias non. Bouer. *sing ver. notorium, nu. 2.* vbi
n. 6. quod testes deponentes de notorio debent deponere, quod maior pars populi, vel vicinię, &c. Menoch. *de arbit. cas. 166. n. 4.* Et quod factum est coram decẽ personis dicitur notoriũ. Menoch.
d. cas. 166. n. 2. Amplia; quia arbitrarium est iudici, quid sit notorium; dummodo factum tale sit, quod omnes sciant, vel scire possint. Menoch. *d. cas 166. n. 7. & seq.* † Amplia; quia probatur, & efficitur notorium multis modis: primo si iudex præmittat declarationem super facto notorio, & hanc cautelam tradit Abb. *ad*
nostram il secondo, n. 7. in fi. de iureiur. sequitur Dec. *cons. 606. n. 13. non obstat, quod delictum.* Decian *in tract. crim. lib. 7. c. 9. n. 4. & an*
requiratur citatio vide supra *Concl. 110.* & idem Abb. *in cap. vestra in fin. de cohabit. clericor. & mulier.* vbi allegat text. cum gloss. *in lumen. pastoralis, in ver. declarato, de re iud.* quam ibi sequuntur omnes, maxime Ioann. de Im. *num. 55.* vbi idem dicit de contumace pronunciato; quia licet non esset contumax, tamen valeret processus. Cardin. Zabarell. ibi *n. 6. quæst. 17.* vbi, quod debet declarare, quale sit notorium, an facti, an iuris, & quod est vtilis declaratio, licet non necessaria, & plene Dec. *in cap. consuluit, in princip. de*
appellatio. vbi *nu. 6.* quod prius debet constare factum, antequam constet notorium, & hanc partem comprobat Conrad. *in Brev.*
tit. de notor. crimin. num. 11. ver. tertia limitatio, & clarius *numer. 13.* vbi, quod eodem modo proceditur recipiendo informationem super notorio ad effectum procedendi, sicut proceditur super ipso notorio. Ægid. Bellam. *cons. 40. numer. 37.* vbi dicit hoc esse vtile, & est votum D. Iuniani Thomasii, & *in fi. ver. item in primo termino*, quod est votum D. Roberti de Freta. † Et quod hæc declaratio sit necessaria reo citato. Iul. Clar. *§. fin. q. 9. in fi.* vbi dicit * cõ-
† Contrarium, quod declaratoria super notorio non sit necessaria, dicit Salycet. *in l. ea quidem, n. 83. in* 8. *qu. C. de accu. ation.* nisi opponeretur exceptio ad impediendum processum; quia tunc esset necessaria; & ibi vide apost. quæ dat concord. Ægid. Bell. *dict. cons.*
40. circa fin. ver. item in primo termino. Boss. *in prax. crimin. tit. quomod. proced. in crimine notorio, n. 16. & seq.* † Declara; quia aliquando aliquid est notorium extra locum, prout statutum, proclama, citatio generaliter facta contra libertatem Ecclesiæ, quę si citata parte producantur in iudicio in alio loco, efficiunt notorium illud factum, super quo potest etiam pronunciari, quod sit notorium in iudicio. Ægid. Bell. *d. cons. 40. nu. 36. & 37.* † Declarat Aret. *cons.*
163. Sicut Ioannes, nu. 3. ver. venio ad secundum, cum seq. quia licet crimen sit notorium facti transeuntis, si non constat iudici, & processit tanquam super notorio, secundum Canonistas processus est validus, secundum * communem, de qua Are. *dict. cons. num. 4.*
in fi. † Contrarium verius dicit Aret. *d. cons. 163. n. 3. in fi. & n. 4. cum 55*
seq. ver. fuit alia opinio, vbi, quod non sufficit qualitatem tribuen-
tam

tem iurisdictionem esse veram, sed debet cõstare, alias processus est nullus, & dicit procedere, tam in præsente, quam in absente, sed magis in absente, quia præsens, si non contradicat, videtur fateri absens secus, & *n.* 5. dicit procedere tam si ad querelam, quã si
36 ex officio procedatur; quia debet constare citata parte. † Declarat Aretin. *d. cons.* 163. *n.* 5. *in fin. & nu.* 6. *cum seq.* quia si notorium est in eodem loco, vbi est iudicium, valeat declaratio sine citatione secus in alio loco, quia debet probari: maxime *n.* 7. *in fin.* ita Hier.
37 Tortus *post cons. Anton. de Butr. nu.* 27. *ver. sed quid fortius.* † Declarat etiam Aretin. *d. cons.* 163. *n.* 6. *& seq.* quia si delictum est inexcusabilejta, quod non possit tergiuersari, neq; causa allegari, tũc nõ requiritur citatio, alias secus, sequitur Boss. *tit. quomod. proced. in crimin. not. n.* 6. † Declarat Castrens. quod in notoriis citatio non est
38 39 necessaria, nisi res sit dubia. *cons.* 412. *col.* 3. *lib.* 2. † Declarat Farinac. *q.* 21. *n.* 112. *& seq.* vt sententia solemnis non requiratur, sed qualis qualis, item in notorio permanente non requiritur, alias secus.
40 † Requiritur tamẽ citatio in tali declaratoria, & amotione à pos-
* sessione, communem * dicit apostill. ad *cons. Roman.* 469. *in ver. Auferre*, vbi citat infinitos, & quod notorius delinquens non possit
* cõdemnari sine citatione, magis communem * dicit Boss. *tit. quomod. proceditur in crim. not. n.* 6. Hiero. de Tertis *cons. suo post cons. Anton. de Butr. n.* 31. *ver. sed quid fortius*, & plene Carrer. *in praxi crim. fol.*
41 6. *num.* 10. *& seq.* † Contrarium in facto notorio. Bero. *cons.* 145. *in fin. lib.* 3. Felin. *in cap. Rodulphus, num.* 4. *ver. citatur, de rescript.* & hanc magis * communem, quando constat notorie; quod non habet
* ius Roman. *cons.* 482. *num.* 17. *& cons.* 499. *num.* 5. vbi apostill. magna, in fin. dicit magis * communem, & citat infinitos. Declara,
42 ☞ vt infra, *Notorium habet multa specialia. Concl.* 110. † Declara; quia citatus si negat factum, vel quoad alios sit excommunicatus, debet euitari, alias non. Felin. *d. c. Rodulphus. n.* 41. *de rescript.* vbi plura
43 allegat, & apost. ad Rom. vbi supra. † Declara, si potest subesse excusatio, requiritur citatio, etiam si esset contumax, etiam stante statuto, quod habeatur pro confesso, secus si non potest excusatio competere. Boss. *tit. quomod. proced. in crimin. not. n.* 6. *& seq.* Corrad. *de notorio, n.* 3. *& num.* 11. plenius Clar. *§. fin. quæst.* 9 *num.* 4. vbi, quod communis * opinio est, quod non citatur, si subest timor fugæ, vt instruatur, vel si nulla competit defensio, sed contrarium dicit Clar. ibi, quod si subest timor fugæ; debet capi, sed si esset vir potens, tunc non citatur. Anchar. *cons.* 227. *n.* 9. *& seq. & cons.* 439. *nu.*
44 11. *& seq.* † Limita; quia notorium quotidie dicimus, & allegamus, & quid sit notorium, ignoramus, glos. *in cap. manifesta, 2. q.* 1. quam
45 allegat Iul. Clar. *in praxi crim. q.* 9. *in pr.* † Et multa dicuntur notoria, quæ non sunt; ideo debet probari, quod sit notorium, & constare iudici, vt iudici, non autem per informationes extra iudiciales Iul. Clar. *ind. praxi crim. q.* 9 *n.* 5. *ver. caueat ideo.* Dec. *cons.* 606. *Se-*
46 *renissimus Imperator, n.* 13. *ver. non obstat.* † Limita; quia aliud est, quod delictum sit notorium, aliud, quod delinquens sit notorius, & ideo si delictum esset notorium; quia etiam permanet, & ignoretur, quis deliquerit, licet per testes probaretur Titium deliquisse, tamen Titius non esset notorius delinquens, ita Gem. *in cap.* 1.
47 *de offic. deleg. lib.* 6. *n.* 9. † Limita; quia notorium potest esse delictũ, sed nõ notorius delinquens; nam licet delictum sit notorium, & testes dicant Titium deliquisse, non tamen sequitur, quod proterea Titius sit notorius delinquens. Gem. *cap.* 1. *n.* 9. *de offic. deleg.*
48 *lib.* 6. & quod requiratur probatio super vtroque, Boss. *tit. quo-*
mod. proced. super crim. not. n. 15. † Limita, quando delictum esset notorium, & delinquens notorius, puta ex confessione, vel probatione notoria, vel quia in flagranti deprehensus; vel quia coram
49 iudice; quia si allegaret causam excludentem delictum; non esset notorius delinquens, secus si allegaret prædam fecisse, sed iuste fecisse; quia hæc negatio est calumniosa, & non tollit delictũ notorium, neq; delinquentem excusat, ita Franch. *d. c.* 1. *de off. deleg. lib.*
50 ☞ 6. n. 5. † Limita; quia notorium dici non potest homicidium, vel
* aliud factum, nisi etiam aliæ circumstantiæ, & qualitates sint no-
51 toriæ. Iul. Clar. in *prax. q.* 9 *n.* 3. vbi, quod est cõmunis * opinio. † Et vide plene per Lancellot. Corrad. *in Breu. de caus. crim. tit. de notor. crimin.* vbi, quotuplex notorium; qualiter probetur, & quid operetur. Vide etiam Grammatic. *dec.* 36. quasi per totam, vbi, quod
52 ☞ captus in flagranti, itẽ cõfessio in iudicio faciunt rem notoriam, nõ bannimenta publicata. Vide *Notorium publicum, manifestum quid sint, & in quibus differant. Concl.* 104.

Notorium quando debeat allegari, vel probari, aut nõ, & qualiter probetur. Concl. 108.

1 NOTORIVM † licet releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, glos. singularis ab omnibus approbata *in clem. appellanti, de appell.* Alex. *in l.* 2. *col.* 6. *ff. si quis in ius voc. non ierit.* Fel. *in c. cum ordinem, col.* 8. *de rescript. & in c.* 1. *n.* 9. *& in c. inter ceteras, de re iudic. in proœm. decretal. n.* 18. Ias. *in l. si vero. §. qui patri. ff. qui satisd. cogan. & in l. cum quid, col.* 6. *ff. si cert. pet.* Deci. *cons.* 402. *n.* 11. vbi alios citat, plures citat Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 264. Rom. *cons.*
153. *Constitutio, n.* 4. *ver. nec præmissis*, vbi dicit * communem. † Con- *2
trarium, quod non solum debeat notorium allegari, sed etiam probari, ita quod constet ex actis, vel apud acta. Alex. *cons.* 117. *Viso processu. col.* 3. *n.* 10. *lib.* 4. vbi dicit * communem, sequitur Ias. *in d. l.* *
si vero. §. qui pro rei, col. pen. ver. secundo aduerte, n. 13. *ff. qui satisd. cog.* vbi de * communi, & communem * dicit Rol. à Vall *cons.* 99. *n.* 16. *lib.* * *
1. † Declara in notorio ipsi iudici, vt iudici; quia licet non allegetur, neq; excipiatur de eo, neq; probetur, si iudex habet notitiã, iudex debet ex officio supplere; alias sententia est nulla. Perr. de Anch. *cons.* 6. *Viso themate quæstionis, n.* 12. *ver. item cum super*, vbi vult, quod iudex, qui scit impedimentum legitimum contumacis tanquam iudex, vt quia posuit eum in banno, si condemnat eum, vt contumacem, sententia est nulla, licet bannum non sit allegatũ. 3
† Declara, vt *in ver. Notorium facti permanentis. Concl.* 105. vt in notorio permanente sufficiat allegatio sine probatione, in notorio vero pertranseunte requiratur allegatio, & probatio. † Declara ple- 4
ne per Ias. *in d. l. si vero, §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan. in fin.* quia licet non debeat probari, debet tamen deduci, & licet factum ipsum probari non debeat, debet tamen constare iudici de notorio, *n.* 11. 5
& seq. † Extende; quia licet notorium non debeat probari, debet 6
tamen allegari, & deduci. Soc. & Ias. *in d. l. si vero, §. qui pro rei, ff. qui satisd. tenen.* Alex. *cons.* 186. *Visis, n.* 16. *ver. nec etiam obstat, lib.* 2. † Re- 7
stringe quatuor modis, primo in præparatoriis iudiciorum; quia citatus ad locum notorie non tutum, non tenetur comparere, neq; allegare locum non tutum, secundo, quando cõstaret notorium ex actis, tertio in consuetudine notoria, quarto si sumus in iudicio notificationis, & sic ad finem notificandi. Corrad. *in Breuiar. §.* 3. *tit. de notor. n.* 20. *fol.* 243. † Amplia; quia consuetudo noto- 8
ria non debet probari, sed allegari, plene Mascard. *Concl.* 423. *Consuetudo, n.* 27. *& seq.* vbi *n.* 32. dicit posse allegari, etiam post conclusum in causa, licet *n.* 31. citet aliquas authoritates cõtra ampliationem. † Vide Barbat. *cons.* 6. *n.* 10. *lib.* 4. vbi, quod si notorium est fun- 9
damentum processus iudicis, & non cõstat, quod iudici esset notorium, processus est nullus, quod etiam videtur de mente Abb. *d. c. ad nostram. 1. tit. 20. de iureiuran. n.* 7. vbi secus, si non est fundamẽtum iurisdictionis; quia si est facta declaratio super notorio, sufficit. † Declara; quia notorium, vt quia delictum fuit commissum 10
coram iudice, licet non debeat probari; quia ex quo iudex vidisse asserit; præsumitur notorium esse, & potest punire absq; alia probatione, etiam nõ subditum, tamen tutius est adhibere testes, qui deponunt vidisse, ne ex lapsu temporis pereat, vel non appareat notorium. Gomez. *de delict. n.* 48. *per tot.* maxime *in fin.* † Declara; 11
quia iudex potest se informare de notorio permanenti, & sufficit. Grau. *cons.* 104. *n.* 9. † Declara; quia iudici, vt iudici debet constare 12
de notorio. Rol. à Vall. *cons.* 99. *n.* 14. *& seq.* vbi *n.* 16. de * commu- *
ni, lib.* 1. † Declara; quia quod dicitur, notorium non debere probari, imo iudicem posse super notorio ferre sententiam, debet in- 13
telligi de notorio ex actis. Alex. *cons.* 186. *Visis, n.* 16. *ver. nec etiam obstat, li.* 2 & in isto notorio iudex potest supplere ex officio; alias secus, vt ibi. † Amplia; quia notorium facti permanentis, videl. vt 14
quis sit thesaurarius, vel gerat aliud officium, non debet probari, si constat notorie, illũ esse in possessione talis officii. Bald. *cons.*
229. *Primum dubium, n.* 5. *ver. quintum dubium, lib.* 1. † Extende; quia 15
notorium permanens non debet probari, quando est in loco iudicii, secus si alibi; quia si negetur, debet probari. Bald. *auth. qui semel. n.* 10. *C. quomod. & quand. iudex.* † Declara; quia notoriũ facti 16
permanentis non debet probari, secus in aliis notoriis, ita Bouer. *sing.* incip. *Notorium, n.* 5. allegat *l. si vero, §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogan.* † Declara plenius, quia duplex est notorium, aliud actu 17
permanens, aliud actu transiens, sed proprie notorium est, quod habet duos comites, videlicet apparentiam, & existentiam, plene Bald. *in d. auth. qui semel. num.* 10. *& seq. C. quomod. & quand. iudex.* † Et 18
notorium facti permanentis probatur per inspectionem oculare, quæ nunquam est excluſa, etiam si esset concluſum in causa. Bald. *d. auth. qui semel. n.* 12. *C. quomod. & quando iudex.* † Imo noto- 19
rium permanentis non indiget probatione. Card. Zab. *cons.* 56. *n.* 6. *ver. ad 9. respondeo.* † Notoriũ vero facti trãseuntis probatur per 20
cohærentias, & circumstantias. Bald. *d. authen. qui semel, n.* 12. *C. quomodo, & quando iudex, & n.* 9. *&* 10. dicit, quod probatur per reminiscentiam, quæ remanet in cerebro; quia si vidi aliquem decapitari in foro, & hoc sit notorium, licet transeat per reminiscentiam, durat, & probatur notorium. Vide, *Notorium momentaneum.*

Concluſ.

21 *Concl.*106.† Limita; quia duo debent probari, factum, & qualitas facti, factum ad effectum sententiæ, qualitas ad effectum procedendi summarie, prout in notorio. Card. Zab. *cons.*56. *n.*6. & 7.

22 Iul. Clar. *in praxi crim.* §. *fi. q.*9.† Declara; quia quod dicitur in notoriis ordinem non seruari, intelligitur, quando notorium facti transeuntis est probatum, & super eo est facta declaratio esse notorium; ideo multum releuare, quod ista permittantur, Corrad. *in Breuiar. fol.*240. *n.*13. Abb. *in cap. ad nostram, il ter. o. n.* 7. *de iureiur.*

23 vbi ponit pro cautela, quod fiat hæc declaratio. † Probatur autē notorium, quando non est ita notorium, quod transeat ad notitiam omnium duobus modis; quia si sumus in facto notorio de recenti, testes debent de ipso facto præsenti, & notorietate deponere; si vero factum est antiquum, debent deponere de notorietate facti. Corrad. vbi supra *n.*13. *& seq.* vbi late. † Limita; quia notoria dicuntur multa, quæ non sunt, & ideo si agatur de consuetudine, illa debet probari, nec sufficit dicere, quod sit notoria, neque quod iudex se informet; quia, vbi agitur de magno præiudicio, vel quando est quid facti, debet notorium probari, & super eo debet pronunciari. Dec. plene *cons.*483. *n.*27. *& seq.* plenius Rol. à

25 Vall. *cons.*53. *n.*34. *& seq. lib.*2. vbi alios allegat. † Contrarium simpliciter tenet Decian. *cons.*51. *n.*43. *& seq. lib.*2. vbi reprobat Deciū, & multos allegat pro ista parte, sed tamen constat, quod loquitur in consuetudine generali, & in eadem ciuitate, & etiam quando est antiquissima; secus si esset specialis, vt dicit ibi *n.*43. *iuncto n.*49.

☞ Vide, *Allegari debet id, quod est. Concl.*252. Vide, *Titulus quando ex necessitate. Concl.*319.

Notorium per quot testes, & qualiter probetur. Concluſ. 109.

1 NOTORIVM † probatur per duos testes; quia in ore duorum, vel trium, &c. Iul. Clar. *in prax. crim. q.*7. *num.*6. *ver. quæro nunc.*

* vbi dicit * communem. Abb. *in ca. vestra*, vbi omnes, *de cohab. t. cleric. & mulier. n.*17. Gem. & alii *in ca. 1. n* 9. *de off. deleg. li.*6. vbi Franch.

*n.*5. & ibi apost. plena. Salycet. *l. ea quidem, n.*82. *in quæstio. C. de accus.*

2 † Declara, dummodo testes probent, & deponant de maiori par-

3 te populi, vel viciniæ. Bouer. *sing.* incip. *Notorium, n.*6.† Et ad probandum notorium non sufficerent extraiudiciales informationes,

* & pœna; secundum * communem. Iul. Clar. *d. q.* 9. *nu.* 5. *ver. caueat*

4 *ideo.* † Et quod duo testes deponētes vidisse fieri delictum per talem, & quod fuit factum coram maiori parte populi, vel fuisse factum publice coram multitudine personarum, vel in platea, vbi

5 erat multitudo personatum. Gomez. *de delict. n.* 44.† Vide tamen eundem Gomez. *de delict. nu.*42. *circa med.* vbi, quod licet sufficiat, quod testes deponant, quod delictum fuit commissum in platea, vel ecclesia, absq; eo, quod dicatur coram multitudine populi; quia præsumitur, tamen melius est examinare plures testes, vt cō-

6 stet clarius de notorio. † Amplia; quia duo testes probant notorietatem facti, licet ipsi non probent essentiam, vel quidditatem; quia hoc sufficit ad probandum notorium, cum dicant maiorem partem populi asserere pro certo; quia sic viderunt, vel sciunt, ita Salyc. *d. l. ea quidem, num.*81. *q.*6. *C. de accus.* vbi dicit videri mirabile, quod probatio de auditu alieno, nedum concludat delictum, sed

7 notorietatem delicti.† Declarat tamē; quia necesse est, quod maior pars populi sciat, & viderit, & in hoc est vis probationis, secū-

8 dum Salyc. vbi supra *n.* 81.† Declara; quia vt testes probent notorium facti transeuntis; debent reddere rationem etiam nō interrogati prout in fama. Ias. *in l. si vero.* §. *qui pro rei, n.*14. *ff. qui satisd. cog.*

9 †Et an requiratur in notorio sciētia, & visio delicti, videtur, quod sic ex eis, quæ Salyc. *d. l. ea quidem, n.*81. *in* 6. *q.* vbi, quod licet testes probātes notorium nō debeant ipsi vidisse; quia sufficit, quod de scientia maioris partis populi deponant, vt quia maior pars populi asserit pro certo factum, & vidisse. Boss. *tit. quomod. proced. super*

10 *notor. crim. n.*13.† Declara tamen: quia licet non viderit in actu delinquentem, sufficit, quod viderit in actu proximo delicti, prout in adulterio, si populus deprehendit iuuenem in domo iuuenis, efficitur notorium adulterium, & notorius adulter ex actu propinquo, ita Abb. *in cap. cum non ab homine, nu.*19. *& seq. de iud.* quem

11 ibi alii sequuntur. Dec. *n.*50.† Amplia; quia imo si maior pars populi deponat de delicto, licet non deponat de notorio, tamen erit probatum delictum notorium. Salyc. *d. l. ea quidem, num.*82. *C. de accusat. in fi.*

Notorium habet multa specialia, & quæ. Concluſio 110.

rogatione, obstaret exceptio, ita Alexand. *consil. 72. in fin. lib. 6.* v-
bi, quod non sequitur propterea, quod si aliquo casu inducitur
ope exceptionis, quod inducatur in omnibus casibus, in quibus
10 de jure antiquo inducebatur. † Alia insurrexit quæstio super no-
uatione expressa aliquibus afferentibus non sufficere coniectu-
ras, neque præsumptiones; quia vbi requiritur expressum, non
sufficit tacitum, & plene Menoch. *de recuper. remed. 9. n. 378. & seq.*
* vbi latissime, Gabr. *d. consil. 155. n. 17.* vbi, quod magis* communis
11 est, quod non fiat, nisi expresse, *lib. 1.* † Contrarium tenent alii;
quia quod probabilibus conjecturis probatur, dicit constare ex-
presse; quia taciti, & expressi par est virtus. Alexand. *consil. 13. n. 8.*
12 *lib. 2.* Afflict. *dec. 44. n. 15.* Corn. *consil. 33. n. 23. lib. 2.* † Declara; quia
non statur coniecturis, nisi sint adeo apparentes, & vrgentes, q;
constet partes voluisse nouare. Socin. *d. consil. 21. n. 3. lib. 1.* & plenius
Menoch. *in tract. de recuper. in 9. remed.* vbi *n. 388. & seq.* ponit qua-
tuor conjecturas solemnes, & quod debeant esse efficaces conjec-
turæ. Dec. *consil. 400. in fin.* & vrgentes. Rimin. Jun. *consil. 201. n.*
15 & 16. plenissime Vrsil. *ad dec. Afflict. 353. num. 4. & seq.* vbi, quod
debent esse vrgentissimæ conjecturæ, vt inducatur nouatio, & q;
requirantur coniecturæ manifestissimæ. Alexand. *consil. 110. lib. 2.*
duplicatur *lib. 7. consil. 173. num. 6.*

Nouatio ex quibus, & quando inducatur, vel non. Concl. 119.

1 NOVATIO † vario modo facta, seu præsumpta fuit; nam de ju-
re antiquissimo Digestorum fiebat nouatio, si secunda obli-

gatio continebat minus, q; prima. Alex. *cons. 13. Visis, & consideratis,*
n. 4. ver. nec etiam prædictis obstat, lib. 2. † Postea contrarium fuit sta- 2
tutum de jure Digestorum, & jure Codicis, quod imo nouatio
non fieret, quando secunda obligatio contineret minus, etiam si
in secunda obligatione interuenisset secunda persona, *l. eum qui*
it. §. pen. ff. de ver. obligat. secus, si secunda obligatio plus contine-
ret, quam prima etiam solo tempore, *l. penult.* vbi Bart. & alii, *ff. de*
prætor. stipul. adeo, q; si contineret tantundem, non fiebat nouatio
nisi ecunda contineret quid diuersum à prima, *l. secundum Corne-*
lianum. ff. de nouatio. ita succincte Alex. *d. consil. 13. in princ. lib. 2.* † Vl- 3
timo de jure Codicis fuit inductum, q; etiam in casibus, in quibus
de jure Digestorum, qñ secunda obligatio continebat pluſquam
prima, non inducatur noua io, nisi expresse agatur, *l. fin. C. de no-*
uat. Alex. *d. consil. 13. in princ. lib. 2.* † Nouatio igitur inducitur, si fiat 4
expresse, & non alias, *l. fin. C. de nouat.* & ista est nouatio, q; fit ipso
jure. Bald. *consil. 318. Practica ciuitatis, n. 4. ver. & si dicatur, lib. 1.* Rom.
consil. 211. Allegationes, in princ. vbi apost. *in ver. præsumimus.* Alexand.
d. consil. 13. Visis, in princ. lib. 2. † Et ideo is, qui se obligat pro debito 5
alieno etiam vt principalis, præsumitur potius, vt fidejussor, q; a-
nimo nouandi. Rom. *consil. 211. Allegationes, in princ. ver. ijs tamen non*
resragantibus. † Amplia, quia nouatio etiam fit sine expressione per 6
instrumentum, & pactum contrarium primo; sed tamen ista est
nouatio, quæ ipso jure non inducitur, sed ope exceptionis dun-
taxat. Bald. *consil. 318. Practica ciuitatis, num. 4. ver. & si dicatur, lib. 1.*
† Et vbicunque secunda obligatio non compatitur cum prima, 7
semper fit nouatio. Dec. *consil. 564. num. 14. & 15.* apostill. *ad singul.*
Matthes. il. 178. in fin. Cephal. *consil. 454. num. 18. & seq.* plene Meno-
chius *de recuper. 9. remed. num. 391.* † Declara, quod dicitur induci 8
nouationem, quando secundus contractus est incompatibilis
cum primo in totum; secus si in parte, ita videtur velle Hier. Ga-
br. *consil. 81. n. 3. & seq.* † Et quando fit ex interuallo pactum diuer- 9
sum à primo, fit nouatio. Surd. *d. consil. 145. n. 27. lib. 1.* † Imo noua- 10
tio fit in eo, in quo oritur repugnantia, vt in vno pacto. Crauett.
consil. 167. num. 9. vbi, quod fit nouatio, si fiat secunda obligatio, in
qua pacta sunt diuersa, & incompatibilia. † Et quod nouatio in- 11
ducatur, quando secunda obligatio, vel secundus actus repugnat
primæ obligationi, vel primo actui. Dec. *in l. pacta nouissima, n. 2. C.*
de pact. plene Menoch. *de recuper. remed. 9. n. 390. & 391.* plenissime
Surd. *consil. 145. n. 24. & seq.* vbi de* communi, quod *l. fin. C. de nou.* *
non habet locum, quando repugnat contract⁹ secundus primo.
† Amplia; quia nouatio fit magis de facili in præfationibus, q; in 12
dispositiua contractus; quia si aliquid est dictum in præfationi-
b⁹, & postea ex interuallo fiat ille actus, censetur recessum à dictis
in præfationibus; secus si sunt dicta, & dispositiua in contractu;
quia per alium contractum ex interuallo non censetur à primo
recessum. Alex. *consil. 27. Attentis narratis, n. 4. & seq. ver. quod licet,*
lib. 3. vbi, quod si voluissent derogare partes primo contractui, di-
xissent. † Restringe, vt non procedat, maxime, quando ex primo 13
contractu contrahentes acquisiuissent ius tertio, stante statuto,
prout Cremonæ, quod possit ius acquiri absenti; quia per secun-
dum contractum nunquam censetur recessum à primo in præiu-
dicium iuris tertio quæsiti ex primo; quia neq; possent, si vellent.
Alex. *d. consil. 27. n. 2. & seq. ver. & puto breuiter, lib. 3.* vbi, quod exe-
quutores, qui poterant pro exequutione testamenti, si semel rem
stabilem vendiderunt cum pacto retrouendendi ad fauorem hæ-
redis, vendentes secundo loco eandem rem non tollunt pactum
retrouendendi, & hæres ex eo poterit agere. † Amplia; quia licet 14
non fiat nouatio ipso iure, nisi dicatur expresse; tamen fit ope ex-
ceptionis omni casu, in quo de iure antiquo fiebat, veluti per ad-
iectionem personæ nouæ quantitatis, vel etiam temporis. Fulg.
consil. 129. Matthæus Cimator, vbi inclinat in hanc partem propter
glossas. † Contrarium tenet Fulg. *d. consil. 129. col. fin. ver. ad quod in* 15
diuersam, & communem* dicit Jason *in l. 1. C. de iudic. in fin.* & quod *
ista sit magis* communis opinio, late Alex. *consi. 72. Visis in pr.* vbi *
tuetur eam, *lib. 2.* † Declara; quia fit ope exceptionis, quando con- 16
stat ex coniecturis, communem* dicit Dec. *consil. 409. in fin.* † Et *17
quod fiat nouatio ex solis coniecturis; quia satis dicitur expressa.
Menoch. *casu 235. num. 48. & seq. & consil. 374. n. 27. & 29.* vbi quod
hæc expositio est fauorabilis; quia reducit nos ad ius antiquum.
† Amplia; quia nouatio sit, quando debitor facit nouam obliga- 18
tionem pro omni eo, & toto, quod debet suo creditori. Bologn.
consil. 59. n. 5. in fin. vbi, quod saltem est coniecturata. † Extende vt 19
idem sit, quando pro exequutione laudi, vel alterius debiti fit ob-
ligatio; quia tunc est quædam transfusio, quæ fit ipso iure, vel sal-
tem est coniecturata, quæ fit ope exceptionis. Bologn. *d. consil. 59.*
num. 5. in princ. & per totum † Amplia; quia nouatio inducitur, si ex 20
mente apparet, puta si pro decem, q; tibi debeo, promitto quinde-

cim, vel aliud, inducta est nouatio; quia illa verba, *pro decem*, exponuntur, *loco decem*. Paris. *consil.* 107. *num.* 23. *& seq. lib.* 3. plene Alexand. *consil.* 13. *Visis, & consideratis, num.* 8. *ver. idem tenet, lib.* 2. † Amplia; quia nouatio fit etiam, quando probatur, quod vltima obligatio fuit pro residuo, etiam si in obligatione non fit scriptum, sed per testes probatur; quia licet non interuenerit stipulatio quoad residuum, sufficit pactum, vt ope exceptionis excludatur. Corn. *consil.* 23. *n.* 33. *& seq. lib.* 2. † Amplia; quia nouatio fit, qñ secunda obligatio est plenior, & continet plus, quam prima. Iaſ. *in l. qui vsumfructum, in princ. ff. de ver. oblig.* † Contrarium tenet Socin. *d. consil.* 21. *lib.* 1. Declara; quia ampliatio est vera, sed fallit tribus casibus: Primo in actione de dote: Secundo, quando in secunda obligatione pleniori fit ad cautionem maiorem: Tertio, quando prima est pura, secunda plenior est pœnalis; ita incertus author post regulas Socin. *Reg.* 6. *Stipulatio secunda continens.* † Amplia; quando secunda obligatio continet longiorem dilationem. † Contrarium Socin. *d. consil.* 21. *n.* 9. *& seq. lib.* 1. vbi allegat Rotam pro hac opinione. † Declarat Alex. *cons.* 72. *in fin. lib.* 6. quod quando prorogatio est de soluendo id, quod est in obligatione, oritur exceptio, donec terminus veniat, sed non extinguitur fideiussoria obligatio; secus, si obligatio prorogaretur, & idem dicit Soc. *d. consil.* 21. *n.* 10. *lib.* 1. † Amplia; quia habens actionem personalem ex diligentia sua acquirit nouam actionem additionalem primæ ex sententia, & diligentia sua in obtinendo sententiam, per quam poterit agere tanq̃ ex noua actione, si ex prima non posset obtinere. Calder. *consil.* 199. alias 3. *de re iudic.* vbi, quod inducitur nouatio ex sententia per modum additamenti remanente prima actione personali. † Amplia in confessione siue dotis, seu alterius rei; quia si dicatur, quod omnis alia confessio facta computetur in ista, inducitur nouatio, & cassatio aliarum confessionum, super quibus non debet fieri fundamentum, sine maiorem, siue minorem contineant summam. Iaſ. *consil.* 76. *lib.* 1. † Amplia; quia nouatio inducitur per stipulationem pœnæ *l. obligationum fere. §. fin. ff. de act. & oblig.* quando prima obligatio est lucrativa; secus si onerosa, ita declarat Dec. ex mente Bart. cuius opinio. dicit * cõmunem *consil.* 12. *n.* 3. *ver. septimo ex alio capite*, & de hac materia plene Iaſ. *in l. ita stipulatus, circa fin. ff. de ver. oblig.* † Declara, nisi adiectio pœnæ, vel alterius obligationis esset apposita ad fauorem solius creditoris; quia poterit petere primam obligationem, & committere adiectionem pœnæ ad sui fauorem. Dec. *d. consil.* 12. *per tot.* vbi est casus. † Amplia; quia per laudum arbitratoris fit nouatio voluntaria. Bald. *consil.* 77. *Quidam D. Galeatius, in princ. lib.* 1. *& consil.* 485. *Casus talis est, circa fin. ver. subtiliter etiam, lib.* 5. vbi, quod arbitramentum est transactio; ergo oritur ex eo nouatio, vt liberentur fideiussores. Dec. *consil.* 400. *in fin.* & quod oriatur nouatio ex laudo. Ang. Dec. *consil.* 400. *col. pen.* Dec. *consil.* 300. *n.* 9. Imol. *in l. fin. in §. in computatione. n.* 13. *C. de iur. delib.* Gozad. *consil.* 38. *n.* 9. † Contrarium tenet Soc. *consil.* 89. *Dubium est apud Doctor. n.* 4. *& seq. lib.* 3. vbi, quod censetur ex necessitate; ergo cumulatiua, & quod non fiat nouatio ex sententia, vel laudo, etiam si detur terminus ad soluendum; quia si prima obligatio est fortior, non est extincta, plene Fulg. *consil.* 141. *Nanes, & Corus, col.* 4. *in princ. ver. mouet præterea.* † Declara, vt non procedat ampliatio, quando in sententia esset expresse reseruatum ius antiquius, quod non censeretur facta nouatio; quia tunc non est facta, nec liberantur fideiussores. Bald. *consil.* 77. *ver. in contrarium, lib.* 1. † Declara; quia non fit nouatio circa decisa p transactionem, vel rem iudicatam, nisi sit dictum in specie, *non obstante*. Corn. *consil.* 148. *In præsenti consultatione. per tot. lib.* 2. † Declara, quia nouatio, quę oritur ex iuramento, sententia, vel laudo, non est extinctiua, sed accumulatiua nouæ actionis, ita Iaſ. *consil.* 16. *per tot.* maxime *in fin. lib.* 1. plenius idem Iaſ. *consil.* 168. *In causa, & lite, n.* 15. *lib.* 4. † Contrarium, quod si fiat compromissum super decisis per rem iudicatam, & feratur laudum, siue confirmatorium rei iudicatæ, siue nullum, fiat nouatio extinctiua rei iudicatæ, cuius virtus in compromisso, & laudo ẽt nullo est transfusa. Fel. *in c. inter Masterium, n.* 40. *de re iudic.* † Declara forte contrarium, quod inducatur nouatio extinctiua quoad fideiussores. Bald. *consil.* 485. *Casus talis est, circa fin. ver. subtiliter, lib.* 5. † Et procedit declaratio, etiam si laudum, vel arbitramentum sit homologatum per partes; quia bene oritur noua actio, sed non extinguitur antiqua, idem Iaſ. *d. consil.* 16. *lib.* 1. *n.* 2. *& seq.* † Vide eundem Iaſ. *consil.* 168. *col. ante pen. lib.* 4. vbi, quando, & qualiter fiat nouatio ex sententia, vel laudo. † Et idem, si laudum, vel sententia, vel homologatio habeant paratam exequutionem. Iaſ. *d. consil* 16. *per tot.* Vide, *Arbitria sunt, &c. Concl.* 455. *n.* 7. † Et quod ex sententia lata non inducatur nouatio laudi, neq; alterius obligationis. Alex. *consil.* 181. *num.* 11. *lib.* 6. † Extende; quia ex sententia non fit nouatio, neq; in reali, neq; in personali iudicio, sed bene ex sententia confirmatoria actionis resultet, quod actione prima intentata adjuuatur ex sententia. Rom. plene *consil.* 121. *Circa primum, col.* 1. *in fin. ver. quinimo, & col.* 2. *in princ.* Vide, *Nouatio quid sit, & de multiplici nouatione. Concl.* 116. *n.* 8. *& seq.* Vide, *Nouatio fit multis modis, & Conc.* 117. † Restringe, quando sententia esset absolutoria, vel extinctiua obligationis, quia bene tunc inducitur nouatio ex sententia, vel laudo, aut decreto. Bologn. *cons.* 59. *n.* 6. *& seq.* vbi late hoc comprobat dicendo, quid sit, si non operatur sententia absolutoria. † Et veritas est, quod ex sententia, & re judicata oritur noua actio ciuilis. Bart. *in l. Iulianum. ff. de cond. indeb.* sed tamen non nouat, nec tollit præcedentem obligationem neq; præcedentem actionem, *l. nepoti, &* ibi Bart. *ff. de fund. instruct.* Castre. *in l.* 1. *C. de iudic.* † Amplia in transactione; quia per transactionem fit nouatio. Bald. *d. consil.* 77. *lib.* 1. † Amplia; quia nouatio fit per adiectionem personæ ad stipulandum, quando adiectio fuit facta, vt adiectus succedat in ius obligationis, & solus interueniat in debito, & credito. Baldus *consil.* 249. *Super siuro Thesaurariæ. n.* 2. *ver. interdictum transfertur, lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *consil.* 396. *n.* 6. *lib.* 5. † Extende; quia per adiectionem nouæ personæ semper fit nouatio, etiam si secunda obligatio contineat minus, q̃ prima, quando noua persona interuenit per modum delegationis propriæ, vel impropriæ; vt quia iubet debitor nouam personam obligari ex causa delegationis. Franc. Aret. *consil.* 5. *nu.* 3. *ver. prima igitur, vsq; in fin.* † Declara; quia si quis volens liberare obligatum constituat se debitorem principalem, non dicitur fideiussor, & licet inducat nouationem, secus est, nisi iura primæa sint reseruata. Bertr. *consil.* 291. *in princ. lib.* 3. † Restringe, vt non procedat, quando adiectio fieret solum ad effectum, vt adiectio solueretur; quia dominus adhuc remanet creditor, licet tam sibi, qđ iecto solui possit. Bald. *d. consil.* 249. *num.* 2. *ver. interdum, vt adiuuatur lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *consil.* 396. *num.* 6. vbi, quod potius contineatur facta aggregatio, quam nouatio. † Restringe, quando est cubium; quia adiectio non inducit nouationem. Bald. *d. consil.* 249. *n.* 2. *ver. interdum dubitatur, lib.* 1. & duplicatur *consil.* 396. *lib.* 5. *nu.* 6. † Amplia in datione in solutum, etiam si fiat per viam cessionis. Surd. plene *consil.* 145. *n.* 14. *& seq. lib.* 1. *per tot.* † Amplia; quia nouatio fit formalis, si dicatur, *ex quindecim, quæ mihi debes, promitto decem*, vel è contra. Alex. *consil.* 13 *Visis, n.* 18. *ver. idem tenet, lib.* 2. Paris. *consil.* 107. *n.* 23. *lib.* 3. † Amplia; quia nouatio fit, vbicunque partes addunt vel minuunt primo contractui. Bald. *consil.* 349. *Facte fuerunt, nu.* 5. *ver. item ille, lib.* 1. † Et ideo secunda obligatio continens maiorem summam ex eadem causa, & inter easdem personas inducit nouationem, & liberationem: primæ obligationis continentis minorem summam ẽt quoad fideiussores. Bald. *consil.* 414. *Quoad punctum. per tot. lib.* 2. † Extende; quia vbicunq; ea, quæ sunt de substantia contractus, mutantur, vt si pretium consistens in pecunia mutetur in speciem, inducitur nouatio, etiam si secund contractus veniat in exequutione primi. Bald. *cons.* 433. *Casus talis est, n.* 6. *ve. sed imo videtur, lib.* 5. † Restringe regulariter, qñ secundus contractus venit ad exequutionem primi simpliciter; quia non censetur inducta nouatio; qa reputatur vnus contractus; qa secundus reputatur, tanq̃ pactum, cp est pars alterius. Bald. *d. consil.* 433. *n.* 6. *ver. item quando, lib.* 5. Pet. Anch. *consil.* 54. *n.* 3. † Idem in sententia, & laudo; qa cum sint ad exequutionem primi contractus & primæ obligationis, non extinguunt, & quatenus prima obligatio sit fortior, ad eam potest reuerti, ẽt si sententia, vel laudum concedat tempus, cp datur miserationis causa condemnatis, quia non propterea fit nouatio. Fulg. *d. consil.* 141. *col.* 4. *ver. mouet præterea.* † Restringe, qñ secundus contractus, nedum venit ad exequutionem primi, sed etiam reincidit in primum; quia semper attenditur primus. Bal. *d. consil.* 433. *n.* 6. *in fin. ver. item quando duo sunt, lib.* 5. Abb. *consil.* 24. *Illud de iure, p tot. lib.* 2. † Restringe; quia si facta sunt capitula inter Principem, vel ciuitatem habentem iura Principis prout ciuitas Senatum super vsuris restituendis per depositarium & postea fiant noua capitula, in quibus quantitas diuersa contonetur, sed nihil, p quem restitutio fieri debet, in hoc non est facta nouatio; qa imo secundum prima capitula fit interpretatio. Abb. *consil.* 24. *per tot. lib.* 2. † Restringe, quando esset pactum modificatiuum contractus; quia informat contractum. Bal. *d. consil.* 433. *n.* 4. *ver. item sciendum, lib.* 5. *& consil.* 337. *Et præmitto, in princ. lib.* 5. Anchar. *d. consil.* 54. *n.* 2. *ver. prima ratio.* † Restringe, quia sententia executiua prioris obligationis etiam si min⁹ contineat re, vel tempore, non inducit nouationem. Fulg. *consil.* 141. *col.* 4. *ver. mouet præterea.* † Idem in stipulatione, & contractu; quia si quid mihi debetur pure, & ego stipulor in diem, non fit nouatio. Fulg. *consil.* 141. *col.* 4. *circa med. ver. sic etiam*, vbi si quis acceptat laudum, vel sententiam continentem minus re, vel tempore, non censetur nouare, quia

agere

63 agere possit ex prima obligatione, quatenus sit fortior. †Amplia, quia ex contractu Capserij, vel mercatoris de soluendo centum in certo loco per talem inducitur nouatio, si ille, qui destinatus fuit ad soluendum sit paratus soluere, & paratam pecuniam offerat, quia tollitur prima obligatio. Bald. *d. consil. 349. n. 3. ver. amplius*
64 *secundum, lib. 1.* † Extende; quia etiam ex iussu facto mercatori fit nouatio, si mercator describat iussum creditoris in libro suo, & * ille acceptet. Bartol. & alii, *in l. singularia*, cuius opinionem *dicit
65 communem Purpur. ibi not. *n. 74. ff. si cert. pet.* †Contrarium Barbat. *consil. 37. lib. 1.* vbi, quod nisi mercator dicat, quod pro illo debitore assumit onus soluendi, non fit nouatio, sequitur Gabr. con-
66 *sil. 155. n. 20. & seq. lib. 1.* vbi declarat. †Declara; quia nouatio, quæ fit mutatione personarum, liberat ipso iure, si vero adhibeatur noua persona, inducitur liberatio ope exceptionis, & hoc, quando repetitur prima obligatio, si vero non repetitur, non fit nouatio, nec contingit liberatio. Bald. *consil. 454. in fin. lib. 2.* † Amplia;
67 quia nouatio fit ex delegatione crediti facta in alium apparenter, & existenter; secus, si apparenter, & non existenter, videl. quando esset actum, quod nihilominus spectet creditum ad delegantem, non obstante delegatione. Bald. *d. consil. 396. n. 7. versic. quando ergo, lib. 5.* & duplicatur, *lib. 1. consil. 249.* Surd. *consil. 145. num. 3. &*
68 *seq.* †Extende, quia per solam delegationem factam à creditore de suo debitore ad fauorem tertii, quando vterque conscripsit, & acceptauit delegationem, operatur nouationem, ita vt non dicatur amplius debitor delegantis, sed delegatarii. Franc. Aret. *consil. 6. in causa. & puncto, per totum.* Joan. de Imol. *consil. 37. in fin.* vbi dicit
69 *communem. †Declara, vt per Alexand. *consil. 174. n. 2. & seq. lib.* 7. videlicet, quando delegatur tanquam debitor, & vtitur verbo delegationis, & delegatus tanquam talis promittit, alias non. Vi-
70 de eum. †Imo, quod delegatio inducat nouationem, licet non fit dictum expresse, quando is, cui assignatur alius debitor, acceptauit obligationem tertii, inducitur nouatio ope exceptionis se-
* cundum * communem. Joa. de Imol. *consil. 37. in fin. ver. item aduer-*
71 *tendum.* †Limita; quia duobus modis expressa fit nouatio, extra illos non inducitur, primus est, quando fit formalis delegatio, quia debitor delegat suo creditori acceptanti alium debitorem, quitanquam debitor delegantis per stipulationem se obliget illi, cui suit delegatus, vel per Scripturam promittat ei soluere; quia verbum, *Promitto*, in scriptis importat stipulationem. Alexand. *consil. 173. num. 3. & seq. lib. 7.* Gabriel. *consil. 155. num. 20. & seq. lib. 1.*
72 †Secundus modus est, quando is, qui se obligat pro debitore, se obligat expresse creditori loco Titij debitoris, quia illa verba, *loco debitoris*, important nouationem. Alexand. *d. consil. 173. n. 3. lib. 7.* vbi, quod extra istos duos casus non inducitur nouatio expressa.
73 Gabriel. *d. consil. 155. num. 20. & seq. lib. 1.* †Limita; quia si prima obligatio est specialis, secunda generalis, nunquam fit nouatio, quia per genus non derogatur speciei, sed è contra. Alexand. *consil. 13. in*
74 *fin. lib. 2.* † Limita; quia per secundam obligationem nullam, seu inualidam non tollitur prima valida, & si secunda sit pinguior, puta cum fideiussore, vel pignore accessorio. Roman. *consil. 441.*
75 *in fin. nu. 8. & seq. ver. ex præmissis.* †Limita; quia nouatio nunquam censetur facta, quando secunda obligatio non est voluntaria, sed necessaria. Alexand. *consil. 72. num. 3. lib. 2.* vbi, quod in dubio non
76 censetur ex actu necessario recedere à jure suo. †Limita; quia, p missio facta per tertium, p taliin dubio censetur facta fideiussorio nomine, non autem animo liberandi principalem debitorem. Imol. *in l. delegare. ff. de nouat.* Alexand. *consil. 151. num. 3. lib. 2.* nam accessorie obligari videtur, & non inducitur delegatio, neque nouatio. *l. vbi quis. ff. de constit. pecun.* Barbat. *consil. 37. colum. 5. & 6. lib. 1.*
77 Aretin. *in l. singularia, ad fin. ff. si cert. pet.* quo fit, vt per interuenium promittentis obligatio prima non fuerit sublata, facit *l. fin. C. de nouat.* Barbat. *consil. 86. col. 7. lib. 4.* Gozad. *consil. 70. colum. 4.* Alexand. *in l. qui bis idem. ff. de verb. obligat.* Limita, vt non procedat nouatio, quando expresse non fuit actum, *d. l. fin. C. de nouatio.* imo hodie tacite præsumitur agi, quod non fiat nouatio, nisi dicatur expresse. Bald. *consil. 249. Super libris Thesaurariæ, in fin. ver. quartum*
78 *est, lib. 1.* quod duplicatur *lib. 5. consil. 396.* vbi, quod imo videtur tacite actum, quod non fiat, ita quod per transportationem credi-
79 diti mei in personam alterius non censeatur facta nouatio. †Extende etiam in lege noua, quia licet introducat nouam actionem, non tamen censetur extinguere actiones ex lege antiqua resultantes, sed erit cumulatiua. Fulg. *consil. 96. Antonius transiens, num. 2.*
80 †Extende; quia si conduxi ad nouennium aliquid, & ante finitam locationem conduco iterum eadem bona ad nouennium non censetur facta nouatio primæ locationis, sed secunda incipiet à fine primæ. Alex. *consil. 73. Ponderatis, in princ. lib. 2.* †Declara; nisi in secunda locatione dicatur, quod locat hinc ad nouem annos; quia licet non sit facta nouatio extinctiua, tamen secunda incipit à die locationis propter dictionem, *Hinc ad nouem annos*, imo dies locationis continetur in nouem annis. Alexand. *d. consil. 75. lib. 2. per totum*, vbi est casus. †Declara, vt procedat, quando no- 80
uatio fieret, seu prætenderetur facta coæqualiter, vt quia idem continetur in secunda, quod continetur in prima obligatione, tunc non censetur facta in dubio, nisi expresse sit actum, secus si obligatio non est æqualis, sed continet plus, vel minus; quia censetur facta, etiam si non sit dictum, secundum iura antiqua. Dec. *consil. 12. Et pro tenui facultate mea, & temporis angustia, in princ. ver. præterea.* † Restringe; quia imo nouatio sit tacite, quando causa 81
obligationis mutatur, vel forma prima non seruatur. Baldus *consil. 128. Factum tale, circa fin. ver. & si dicat, lib. 2.* †Limita; quia in ca- 82
pitulis cum Principe factis; quia habent vim legis, non fit nouatio, nisi in iis, q simul stare non possunt, prout in legibus, & quia in dubio non præsumitur nouatio. Abbas *consil. 24. Illud de iure, per tot. lib. 2.* † Limita in casu notabili; quia si sum descr ptus cre- 83
ditor in libris Thesaurarii, & deinde loco mei describat Titium, & deinde Titius faciat iterum eandem meam partitam rescribere, non dicitur facta nouatio, ita q Titio decocto creditores sui præferri debeant; quia Titius à me præsumitur adiectus solutioni, non autem censetur facta nouatio per transportationem dicti crediti de persona mea in personam illius. Bald. *consil. 249. per totum, lib. 1.* vbi est casus, & duplicatur *lib. 5. consil. 396.* †Declara, vt li- 84
mitatio procedat in dubio, sed quando apparet, quod transportatio fuit facta de credito, quod erat in persona mea, in personam alterius, vt ipse succederet in credito, tunc secus esset. Bald. *d. consil. 249. num. 2. circa princ. numeri, ver. interdum transfertur, li.* 1. & duplicatur *lib. 5. consil. 396. num. 6.* †Limita; quia nouatio non 85
censetur facta per adiectionem fideiussionis nouæ; quia æqualis obligatio non inducit nouationem. Bald. *consil. 266. Proponitur, quod quidam, in princ. lib. 1.* & idem videtur tenere *d. consil. 396. In libris Thesaurarij, num. 6. in fin. ver. interdum dubitatur, lib. 5.* quod duplicatur *lib. 1. consil. 249.* Castrensis *consil. 311. lib. 1.* †Extende; quia 86
non fit nouatio ad liberandum correum insolidum obligatum, licet aliter composuerit cum creditore, & dederit fideiussorem nouum, nisi sit dictum expresse. Castr. *consil. 392. Non reperio, prope fin. ver. nec obstat, lib. 1.* maxime, quando facta fuit protestatio. †Li- 87
mita; quia nouatio præiudicialis non inducitur contra communitatem per adiectionem nouæ obligationis factam cum ministris communitatis; quia sicut non possent expresse præiudicare communitati, ita nec tacite. Bald. *consil. 266. in princ. n. 2. lib. 1.* †Li- 88
mita; quia nouatio non fit, nisi stipulatione. †Socin. *d. consil. 89. n. 3. lib. 3.* quod intelligas tacite, & ex coniecturis, sed bene expresse potest fieri alio contractu, quam per stipulationem. Socin. *consil. 21. n. 9. lib. 1.* & quod requiratur stipulatio. Alex. *consil. 13. lib. 2.* †Li- 89
mita; quia licet fiat nouatio ex secunda obligatione, vel conuentione magis plene, quasi prima sit in secundam transfusa; secus si secunda sit minus plena, & multo minus, si secunda est nulla. Castr. *consil. 52. col. 2. prope fin. ver. si enim foret, lib. 2.* & quod nouatio non fiat, si secunda continet minus. Alex. *consil. 13. Visis, & consideratis, in princ. lib. 2.* †Restringe, quando secunda obligatio continet 90
plus; quia semper censetur facta nouatio, nisi sit ex diuersa causa, vel diuersa persona. Alex. *consil. 13. col. 2. in princ. ver. nec ad hoc obstat, lib. 2. & n. 3.* †Limita, quando in secundo contractu est iuramen- 91
tum, non est facta nouatio: Primo; quia iuramentum accumulat obligationem obligationi. Rimin. Jun. *consil. 201. Et prima consideratione, n. 2. & seq. lib. 2.* †Limita, quando actus fit ex necessitate; 92
quia non censetur facta nouatio. Alex. *consil. 72. nu. 3. ver. confirmatur, lib. 2.* † Limita in dote; quia nouatio non inducitur, nisi expe- 93
diat doti. Rim. Iun. *d. consil. 201. n. 22. & seq. lib. 2.* †Limita, quia no- 94
uatio non censetur facta de obligatione precedenti, quam partes ignorabant; quia per suos ministros in partibus longinquis erat facta. Alex. *d. consil. 13. Visis, in fi. lib. 2.* †Limita; qa nouatio non cen- 95
setur facta, qñ partes in aliquo modificant contractum; quia modificatio præsupponit primum contractum extare, nouatio vero primum contractum extinguit, & ideo multum refert, an partes velint extinguere contractum primum, & semper est nouatio, an vero primum contractum stare velint, & est modificatio. Bald. *in l. pacta nouissima. C. de pact. n. 10. ver. ego dico.* vbi, quod est reformatio, non nouatio. Petr. Anchar. plene *consil. 54. Apparet ex themate, num. 2. ver. sed certe.* † Alexand. *consil. 217. Viso quodam, in princ. lib. 7.* 96
quod est vltimum consilium, dicit aliter, quod si cassantur antiqua instrumenta, præterquam quoad hypothecam, dicitur facta nouatio quoad personalem actionem, non quoad hypothecam, & licet in vltimo instrumento nouante non sit hypotheca aliqua; tamen remanet viua hypotheca aliorum instrumento-

97 rum cassatorum, quæ potest exerceri. †Declara limitationem, vt procedat; quando substantialia contractus non mutantur, alias secus, quia si pretium in venditione mutetur in speciem in secundo contractu etiam tendente ad exequutionem primi, nihilominus est nouatio, licet primum non extinguatur propter mutatio-
98 nem substantiæ. Bald. *consil.* 433. *Casus talis, n. 6. lib.* 6. †Limita, quia si locator habens fideiussorem consentiat sublocationi faciendæ per primum conductorem, non censetur nouare, neque liberare suum fideiussorem, & principalem conductorem. Dec. *in c. de causis, n. 6. & 7. de offic. deleg. & consil.* 93. plene Marsil. *in rubr. de fideiussor.*
99 †Limita; quia si creditor progat terminum debitori ad soluendum, non liberatur fideiussor, plene Jas. *in l.* 1. *prope fin. ver. quid tenendum. Codice de iudic.* vbi recitat pro vtraq; parte, & declarat, vide, quæ ibi posui. Fulg. *consil.* 129. *Matthæus, per totum,* arguit pro vtraque parte, & dicit causam concordandam; tamen de rigore iuris dicit in fin. non esse factam nouationem. Alex. plene *consil.* 72. *num.* 7. *& seq. lib.* 6. vbi, quod ex quo nata est obligatio contra fideiussorem, dilatio solutionis non extinguit, nisi expresse sit actum, primam obligationem, &c. & apostill. *in ver. differenda,* dat
100 concord. plures. †Et quod non fiat nouatio ex prorogatione termini, nisi expresse agatur, tenent Castr. *in l. Valerianus. ff. de prætor. stipul. & in l.* 2. *ff. de nouatio.* Jas. *in l. qui bis idem, colum.* 3. *in princ. ff. de ver. obligat.* Socin. *consil.* 89. *Dubium est, colum.* 3. *lib.* 3. Alex. *in l. qui vsumfructum, ff. de ver. oblig. & consil.* 10. *Visis disputationibus, colum. pen. consil.* 13. *Visis, & consideratis, col. tertia, & per totum, & consil.* 72. *Visis, & diligenter consideratis, lib.* 2. vbi dicit, quod ista est magis communis
* *opinio, idem tenet Socin. *consil.* 21. *per tot. lib.* 1. Jas. *in l. singularia, ff. si cert. pet.* & ibi Dec. *col. penult.* Aretin. *in §. præterea, Instit. quibus mod. toll. obligat.* vbi, & ita obtineretur in practica, & quod alias fuit setquutus consulendo hanc partem Raphael. dicit *in d. l.* 2. *ff. de nouat.* quod ita teneret iudicando, & consulendo contra Bart. Rip. *in l.* 4. *§. si ex conuentione, n.* 7. *&* 8. *ff. de re iudic.* dicit quod ista est magis
* *communis opinio quicquid dixerit Dec. *d. consil.* 400. *in fin.* vbi
* dicit magis *communem cum Bart. sed veritas est in contrarium, vt ipse dicit, & pro hac parte est *decis. Rota* 860. alias est 1. *depos. in antiq.* & maxime, quando fideiussor non est obligatus ad tempus; quia per prorogationem termini non censetur liberatus. Angel. *in l. sed si manente. ff. de precar. & in l. si vnus. §.* 1. *ff. de pact.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. n.* 89. & facit; quia prorogatio censetur facta sub eisdem pignoribus, clausulis aliis, de quibus in prima obligatione. Negust *de pignor. in* 6 *parte princ. in* 3. *memb. n.* 6. Alex. plenissime *consil.* 72. *Habita, per totum,* maxime *n.* 9. *& seq. lib.* 6. vbi tollit contraria.
101 †Contrarium tenet Bart. *in l.* 2. *ff. de nouatio. & in d. l. Valerianus. ff. de prætor. stipul.* vbi etiam Angel. qui dicunt, quod non fit nouatio ipso iure, sed ope exceptionis, sequitur Imol. *in l. qui vsumfructum. ff. de ver. obligat.* Alexand. *in l.* 4. *§. ex conuentione. ff. de re iudic.* vbi dicit
* *hanc *communem, & magis *communem, prout etiam magis
102 dicit communem Dec. *consil.* 400. *in fin.* † Declara; quia opinio
* prima hodie est communis, & magis communis, * opinio vero
* Bart. fuit communis, & magis * communis vsque ad certa tempora, ita apostilla fin. *in l. fin. C. de nouatio.* Socin. *d. consil.* 89. *lib.* 3. Vi-
103 de supra *Concl.* 118. vbi plenius recitantur opin. & fit declaratio. † Extende; qa per prorogationem societatis initæ ad certum tem-
104 pus non fit nouatio. Dec. *d. consil.* 400. *Viso eleganti, n.* 2. †Declara; quia si diuersa est dilatio, & fideiussores de nouo se obligauerint, fit nouatio. Jas. *in l. qui bis idem, n.* 5. *ff. de ver. obligat.* Dec. *consil.* 464. *n.* 5. Crauett. *consil.* 167. *n.* 9. *&* 12. Crot. *consil.* 137. *n.* 31. *cum seq. lib.* 2. Cephal. *consil.* 66. *n.* 22. Non. *consil.* 82. *n.* 15. *& seq.* Simon de Præt. *consil.* 133. *n.* 3. *&* 4. Cauall. *decis.* 20. *num.* 4. *& seq. lib.* 1. Rota Roman.
105 *diuers. decis.* 562. *part.* 1. *per tot.* †Et saltem fit ope exceptionis. Bart. *in*
* *d. l. Valerianus. num.* 4. *ff. de prætor. stipul.* & est communis *opinio Jas. *d. l. qui bis idem, num.* 5. *ff. de ver. obligat.* vbi Alciat. *num.* 19. Zasius *num.* 30. idem Jas. *in l.* 1. *C. de iudic. num.* 18. *ver. limita,* vbi Jacobus de S. Georgio, *num.* 18. Corn. *ver. potest pro concordia.* Rota Roman. *di-*
106 *uers. decis.* 562. *n.* 12. *part.* 1. †Declara; quia multum refert, an obligatio sit adiecta obligationi finituræ tempore, vt quia quis se obligat pro tribus annis soluere affictum, & facta prorogatione locationis non est obligatus, & per prorogationem liberatur; aut est obligatus simpliciter pro tanto, & per prorogationem termini non liberatur; quia semper est eadem obligatio. Dec. *consil.* 93. *Pro tenui, in princ. & per tot.* & idem dicit Alexand. *consil.* 72. *Ha-*
107 *bita, num.* 4 *& seq. lib.* 6. †Declara; quia si obligatio est prorogata, semper fit nouatio, aut solutio obligationis prorogatur, & non fit nouatio. Socin. Sen. *consil.* 21. *n.* 10. *& seq. lib.* 1. Dec. *d. consil.* 93. *in fin.*
☞ vbi sic declarat. Vide plenius, *Fideiussor. Concl.* 317. *n.* 30. *& seq.* †Li-
108 mita; quia non fit nouatio ex contractu necessario; quia si non
109 durat; datur regressus ad prima iura. Boer. *decis.* 332. *in fin.* †Limita, qa vbicunq; in actu nouante, vel contractu sunt conseruata iura pristina, non inducitur nouatio. Gozad. *d. consil.* 38. *colum.* 1. quem sequitur Gabriel. *lib.* 3. *tit. de nouatio. Concl.* 1. *num.* 56. Bertrand. *consil.* 291. *lib.* 3. *in princ.* † Extende idem in laudo, & arbitramento; quia non inducitur nouatio, si iura antiqua sunt conseruata in transactione. Baldus *consil.* 77. *ver. in contrarium, lib.* 1. Purpurat. *in l. singularia. §. si nummos, num.* 69. *ff. si cert. pet.* †Extende in nouatione; quia licet per secundam, vel per solutionem tollatur, secus est, quando fit reseruatio expressa. Boer. *d. decis.* 332. *circa fin. ver. est consilium,* vbi magnificat hanc cautelam. † Contrarium, quod si facta est nouatio cum clausula, *Sine præiudicio iurium suorum,* non tollat nouationem; quia non potest referri ad dispositum specifice. Natt. *consil.* 403. *num.* 7. *in fin.* Menoch. *consil.* 2. *n.* 17. alias esset protestatio contraria facto, quæ non attenditur. Dec. *consil.* 460. *num.* 5. Grat. *consil.* 37. *num.* 35. *lib.* 1. Roland. *consil.* 51. *num.* 28. *lib.* 2. Cephal. *consil.* 223. *num.* 38. Grammat. *decis.* 49. *in fin.* †Declara forte; quia si adsit clausula, *Sine præiudicio iurium suorum, & non aliàs, aliter, nec alio modo,* potius factum, quam clausula, & protestatio contraria destruitur. Felin. *in c. in nostra, coroll.* 44. *de reser.* Bilgnet. *decis.* 3. *&* 4. *de reser.* quia talis clausula reddit actum conditionalem. Baldus *in auth. ingressi, num.* 7. *C. de sacros. Eccl.* Alexand. *consil.* 3. *num.* 5. *lib.* 1. Jason *in l. fin. num.* 140. *C. de iur. emphyteut.* Paris. *consil.* 19. *num.* 18. *lib.* 1. †Quando fit protestatio per creditorem per nouam concordiam, & receptionem noui fideiussoris, non intendit recedere à prima obligatione, neque nouationem facere, bene tunc non fit nouatio, neque liberantur obligatii in prima obligatione. Castrensis *consil.* 392. *circa fin. ver. item non obstat, lib.* 1. vbi, quod ita faciunt bene periti. † Limita; quia quando secunda obligatio fit, iura iuribus addendo, tunc non fit nouatio. Ceph. *consil.* 454. *num.* 70. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de nouatio. Concl.* 1. *Nouatio hodie quando inducatur.*

Nouerca quid sit, & quibus comparetur. Concl. 120.

NOVERCA †est matrigna, quæ iniusta mater dicitur: *Est mihi namque domi loco matris iniusta nouerca.* †Hinc dicitur, quod omnis præcipitata sententia, & præcipitata voluntas dicitur nouerca iustitiæ. Cardin. *in clem. pastoralis. §. verum, de re iudic.* †Et male præsumit lex de nouercal bus insidiis, & consiliis, vt plene Romin. Iun. *consil.* 428. *num.* 9. *& seq.* vbi allegat Bald. Castr. Corn. & alios. † Extende; quia omnis renunciatio facta per filios primo matrimonii præsumitur de facili ex dolo nouercæ causata, idem Riminald. *consil.* 428. *num.* 20. *& seq.* vbi multa contra nouercas, & earum insidias. †Et lex male præsumit de nouerca, quasi eius blanditiis parentes male tractent filios, *l.* 4. *C. de inoff. testam.* vbi Bigl. ponit versus. †Rixosa præsumitur nouerca priuigno; ideo licet pupillus non possit prouocare ad diuisionem sine causa legitima, bene prouocat, ne recipiat nouercam in societatem; quia rixosa dicitur. Castrensis *consil.* 179. *In causa, col. fin. ver. super quarto, lib.* 1. Vide Mascardum *Concl.* 196. *Quid præsumendum de Binubio.*

Nouitius quis dicatur. Concl. 121.

REGVLA †est, quod nouitius dicitur is, qui intrauit Monasterium, etiam si postea recesserit intra sex menses, si reuertitur; quia adhuc erit nouitius. Alexand. *consil.* 34. *Visis, & ponderatis, in princ. lib.* 5. *& consil.* 54. *Viso puncto, num.* 2. *lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti. †Sic nouus incola, & nouus habitator dicitur is, qui per aliquod tempus habitauit, postea recessit; quia si iterum reuertitur, gaudet beneficio venientium ad habitandum, quando sine fraude fecit, vt quia bannum, & priuilegium fuit concessum, postquam recesserat; quia non potuit diuinare. Alexand. *d. consil.* 34. *lib.* 5. *per totum.* † Declara; quia nouus habitator dicitur is, q forensis venerat ad habitandum, postea cum stetisset vnum, vel duos annos, recessit in patria sua, & stetit p sex annos absens; quia si redeat post quinquennium, dicitur omnino nouus; quia si redeat post quinquennium, dicitur omnino nouus; quasi quinquennio absens erat priuatus primo aduentu. *l. penult. Cod. de domest. & profess. lib.* 11. vbi Bart. Alexand. *consil.* 54. *Viso. num.* 5. *lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti.

Noui operis nunciatio cui competat. Concl. 122.

NVNCIATIO †competit omnibus aduersus ædificantem in loco publico. Bald. *consil.* 464. *Quatuor sunt, circa fin. ver. Illud certiss. lib.* 4. †Amplia; quia competit cuicunque domino, in cuius præiudicium fit nouum opus. † Extende; quia in dubio nunciatio impedit fabricari, & ti non constet de iure nunciantis, dum-
modo

modo non constet de non iure nunciantis; quia tunc potest sperni, alias non, nisi iudex remitteret nunciationem. Rom. *consil.* 51. *Attentu ijs, num.* 2. vbi apostill. citat eundem Roman. *consil.* 42. *n.* 3. 4 † Limita; quia vsufructuarius non habet ius nunciandi nouum opus, & ideo licet nunciat⁹ non possit excipere contra nunciantem, quod ei non competit ius nunciandi; tamen fallit, quando nunciatio fit ab eo, cui clarum est non competere, prout fructuario. Rom. *d. consil.* 42. *Visis, quæ egregie, n.* 3. *ver. hoc primo fundo,* vbi apostill. *in ver. potest opponi,* dat concord. & Roman. dat similia multa de interdicto, & de talibus exhibendis, de statuto, quod non possit exceptio opponi; quia non habet locum in ea, quæ clare constat, vel est notoria. Roman. *consil.* 51. *num.* 2.

Noui operis nunciatio qualiter facienda, vt dicatur habere effectum, vel non. Concl. 123.

1 NOvi † operis nunciatio fit per iactum lapilli in loco, in quo ædificatur nouum opus. Bald. *consil.* 245. *Proponitur, quod fuit,* 2 *lib.* 2. Bart. *consil.* 64. *Super puncto, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia fit etiam per præceptum prætoris, vel ius dicentis. Bald. *d. consil.* 245. *in* 3 *princ. lib.* 2. † Et quale debeat esse præceptum iudicis in nunciatione noui operis, vt valeat, plene Bart. *consil.* 80. *Quæritur, quæ sententia,* vbi, quod debet continere duo alternatiue, quod non ædificet, vel compareat, seu veniat responsurus, ita quod si contineat copulatiue, grauatur nunciatus, & præceptum nullum est, *lib.* 1. vbi concord. per apostill. & quod clausula, *Si senseris,* non releuat. † Item debet fieri in ipso opere, alias non valet, neque sufficeret, si * fieret in iudicio. Bart. *d. consil.* 80. *in princ. lib.* 1. vbi dicit* commu- 5 nem, idem tenet Bald. *consil.* 245. *lib.* 2. *& consil.* 463. *n.* 7. *lib.* 4. † Amplia; quia potest fieri opificibus in opere. Bald. *d. consil.* 245. *num.* 1. 6 *ver. item quod potest fieri, lib.* 2. † Declara tamen; quia si fiat opificibus ad hoc, vt noceat domino, requiritur, quod ipsi hoc nuncient domino, alias non patitur demolitionem dominus. Baldus *d. consil.* 245. *n.* 2. *ver. & primo considerandum, lib.* 2. *& n.* 3. *in fin. ver. secun-* 7 *do dicit.* † Restringe omnia prædicta, vt dum dicitur, nunciationem debere fieri, non sufficere, si fiat etiam legitime, nisi fiat in opere, & in loco, de quo est quæstio. Bald. *d. consil.* 245. *n.* 4. *ver. ego dico, lib.* 2. vbi declarat in loco operis, intelligi in tempore, quo in eodem loco fit præparatio operis, & non sufficit nunciare extra, * vel prope locum. Bart. *consil* 80. *Quæritur, in princ. lib.* 1. vbi, quod* omnes ita tenent, ita quod non sufficeret, si præceptum, vel nun- 8 ciatio fiat in iudicio. † Amplia; quia in nunciatione noui operis non requiritur aliqua causæ cognitio, & facta afficit, neque potest dici, quod fuerit facta de facto; quia sicuti ius dat hoc commodum nuncianti, ita confert aliud commodum nunciato, vt præstita fideiussione de demoliendo, nunciatus possit procedere in o- 9 pere, vsq; ad decisionem causæ. Castr. plene *consil.* 412. *lib.* 2. † Limita; quia non censetur intentata nunciatio noui operis, nisi fiat præceptum, quod destruatur ædificatum, & desistatur ab opere; quia si solum fiat, q̃ desistatur ab opere post iudicium cœptum, censetur potius intentatum aliud iudicium, quod vi, aut clam. Bart. *consil.* 80. *ver. apparet ergo, lib.* 1. *vsq; in fin.* vbi, quod de clausula, 10 *Si senserit, &c. compareat,* non iustificat præceptum nullum. † Contrarium tenet Bald. quod clausula, *Si senserit, &c.* iustificat, vt præceptum sit alternatiuum. Bal. *d. consil.* 245. *Proponitur, quod, in fin. lib.* 2. Vide, *Clausulæ præceptorum, &c. Concl.* 360.

Noui operis nunciatio operatur demolitionem ædificati post, & quando secus, & qualiter succurratur passo nunciationem. Concl. 124.

1 NOvi † operis nunciatio facta legitime operatur, quod spernens eam tenetur suis expensis demoliri facere opus, nisi sit sperte frustratoria. Bald. *consil.* 245. *Proponitur, quod duplex, in princ. lib.* 2. Angel. Aret. *consil.* 94. *In casu, col.* 2. *ver. sed ijs non obstantibus, n.* 3. 2 *& seq.* † Extende; q̃ imo debet fieri demolitio, si in spretum nunciationis fuit fabricatum; quia siue sit facta iure, siue iniuria, non 3 debet sperni, glos. *in l.* 1. *ff. de nou. oper. nunciat. l. de pupillo. §. meminisse. ff. eodem.* Angel. Aretin. *d. consil.* 94. *n.* 4. *& seq.* † Extende in tantum noui operis nunciationem operari demolitionem contra spernentem, vt procedatur ad demolitionem ipsam per viam atten- 4 tati. Bald. *d. consil.* 245. *n.* 2. *ver. secundo præmitto, lib.* 2. † Declarat Bart. *consil.* 64. *Super puncto, lib.* 1. quod prædicta procedant, nisi statutum 5 permittat ædificari posse, non obstante contradictione. † Amplia in tantum nunciationem noui operis operari, quod fabricatum post debeat demoliri, vt procedat, etiam si esset facta sine insertione causæ, etiam si spernens esset paratus docere de iniustitia nunciationis, & quod iuste ædificauit. Angel. Aretin. *d. consil.* 94 *In casu contingente, num.* 5. *& seq.* † Limita, quia demolitio debet pe- 6 ti, & terminari, antequam contestatio litis fiat in negotio principali, quia post litem contestatam non fit demolitio sine iustificatione causæ, & boni iuris, maxime, si constat de iure ædificantis. Bald. *d. consil.* 245. *nu.* 2. *ver. sciendum est autem, lib.* 2. vbi, quod debet terminari iudicium petitorij, & attentatorum simul, & semel. † 7 Limita; quia nunciatio facta opificibus in opere, si ipsi non certiorarunt dominum, non operatur, quod dominus teneatur demoliri facere sumptibus suis. Bald. *d. consil.* 245. *num.* 2. *ver. & primo considerandum, lib.* 2. vbi dicit, quod multi tenent contrariam opinionem, sed ipse sequitur hanc partem. † Contrarium, quod licet 8 non teneatur suis sumptibus demoliri, teneatur tamen patientiam præstare, vt demoliatur, tenent alii. † Declara; quia si non 9 constat de scientia domini, neq; de mandato ipsius ad opus nouum construendum, & prima opinio procedit; si vero constat de mandato, & scientia, secunda procedit, sic videtur velle Bald. *dict. consil.* 245. *num.* 2. *lib.* 2. † Limita, quando constat de bono iure ædi- 10 ficantis; quia nunquam fit demolitio operis. Bald. *d. consil.* 245. *n.* 3. *ver.* 3. *esi præmittendum, lib.* 2. † Limita; quia in casu permisso à le- 11 ge, vel statuto non sufficit nunciatio sine expressione causæ, videlicet damni infecti, ideo stante statuto Tudertino, quo cauetur, quod cuilibet super via liceat facere balconem, vel porticum pro suo velle sine contradictione alicuius, simplex nunciatio sine causa expressa non valet. Bart. *consil.* 64. *Super puncto, in princ. lib.* 1. † Extende; quia vbicunque quis denunciat nouum opus contra 12 legem, debet exprimere causam, alias nunciatio non valet, & potest sperni, & fabricatum non debet demoliri, secus quando præsumptio est p denunciante, vel saltem non resistit ius; quia tunc causa non debet exprimi, nisi petatur. Bart. *d. consil.* 64. *num.* 2. *ver.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia opus non debet demoliri post nunciatio- 13 nem factam ab eo, quem clare constat non habere ius nunciandi, prout in vsufructuario. Rom. *consil.* 42. *num.* 3. vbi apostill *in ver. Potest*, quæ citat concord. † Extende, vt idem sit semper, quod notorie constat nunciantinon competere ius. Roman. *consil.* 52. *num.* 2. 14 Et quod nunciatio calumnioſa possit sperni. Bart. *d. consil.* 64. *n.* 1. *ver. præterea, lib.* 1. vbi apostill. *in ver. præterea.* † Extende, vt idem sit, 15 quando statutum prohibet nunciationem fieri, vt quia permittit, quod quilibet possit ædificare ad velle suum sine contradictione; quia illa verba, *Sine contradictione,* tollunt nunciationem de jure, & de facto. Bart. *d. consil.* 64. *in fin. ver. tertio, lib.* 1. vbi apostilla *in* 16 *ver. contradictione,* dat concord. † Limita, quia demoliri non debet nouum opus, quando nunciatus dedit cautionem. Bald. *d. consil.* 245. *n.* 3. *ver. porro de eo, lib.* 2. vbi, quod nunquam demolitur ædificatum post cautionem præstitam, nisi simul cum negotio principali terminetur. Castr. *consil.* 412. *per tot. lib.* 2. † Et cautio de demo- 17 liendo opere non acquirit ius aliq̃ in negotio principali ei, cui p̃statur, quia nisi doceat nuncians se posse prohibere, non fit demolitio ex cautione. Bald. *consil.* 464. *Quatuor sunt, num.* 7. *ver. quicquid sit, lib.* 4. *vsq; in fin.* † Quando autem sit locus cautioni, vel non, vide gl. 18 *in l. vnica. C. de nou. oper. nunciat.* qui recitat quinque opiniones distinguendo, quod nuncians debet expectari p tres menses, non obstante cautione, si vult incontinenti probare, & hanc communem* opinionem, quod non sit locus cautioni ante tres menses, * quando nuncians dicit, hodie volo probare; quia debet per tres menses expectari. Jas. *in l.* 1. *num.* 19. *ff. de nou. oper. nunciat.* † Reme- 19 dium igitur est, vt nunciatus compareat; & petat remissionem nunciationis fieri à iudice, & afferat cautionem de demoliendo, si apparebit eum iniuste ædificasse. Angel. Aretin. *d. consil.* 94. *n.* 7. *ver. debuerunt enim.* † Limita; quia nunciatio facta quantumcum- 20 que legitime, si non fiat in loco operis, de quo est quæstio, non fit demolitio; quia non afficit. Bald. *d. consil.* 245. *num.* 4. *ver. & ego dico, lib.* 2. † Limita, quando in nunciatione adest clausula, *Et si senseris* 21 *te grauatum, &c.* quia resoluitur in alternatiuam, videlicet, quod non ædificet, vel veniat responsurus. Bald *d. consil.* 245. *in fin. lib.* 2. vbi, quod ita vidit teneri, & seruari per curiales Romæ, *& consil.* 464. *Quatuor sunt. num.* 7. *lib.* 4. † Restringe tamen, quando clausu- 22 la haberet copulam, videlicet, *Quod si senseris, &c. & nihilominus compareas*; quia tunc per comparationem non resoluitur. Bald. *d. consil.* 464. *num.* 7. *lib.* 4.

Noui operis nunciatio ad quem effectum fiat. Concl. 125.

1 NUNCIATIO † noui operis fit causa conseruandi iuris ipsius, qui nunciat, & causa damni repellendi. Baldus *d.consil.245. Proponitur,quod,num.1.ver.item,quod potest fieri causa iuris, lib.secundo.*

Noui operis nunciatio qualiter remittatur. Conclusio 126.

1 REMISSIO † nunciationis noui operis fieri potest sine causæ cognitione per iudicem, quando is, qui est nunciatus, vt desistat, præstitit cautionem de demoliendo in casu succumbentiæ, & tunc potest procedere in opere perficiendo, donec via ordina-
2 ria cognoscatur. Castr.*consil.412.Visis punctis,lib.2.* †Si vero non est præstita satisdatio de demoliendo, remissio noui operis facta sine causæ cognitione redditur nulla, sicut sententia, & dicitur facta sine causæ cognitione, si pars nuncians non fuit præsens, neq;
3 citata ad visitationem loci. Castr.*d.consil.412.per totum,lib.2.* †Ratio est in vtroque casu; quia quando præstatur cautio de demoliendo, jus prouidet, quod non impediatur nouum opus; ideo cognoscitur postea plene, an fiat demolitio, vel non, si vero petens remitti nunciationem sine satisdatione de demoliendo, censetur velle, quod cognoscatur prius plene de jure; ideo requiritur prius causæ cognitio. Castr.*d.consil.412.col.1.ver.nec habet*
4 *obstare,lib.2.* †Amplia; quia non valet remissio nunciationis facta per judicem, non præstita fidejussione de demoliendo per nunciatum sine causæ cognitione, etiam si sit justa; quia ex quo pars non fuit citata, non valet. Castr. *d.consil.412.col.2.ver.nec etiam ob-*
5 *stat,circa princ.lib.2.* †Restringe; quia bene valet, quamuis sit facta sine causa, & sic injuste, quando partes fuerunt præsentes. Castr. *d.consil.412.ver.nec etiam obstat, lib.2.* vbi ita declarat Bart. *l.qui opus,*
6 *ff.de nou.oper.nunciat.* † Amplia; quia est nulla, si est data licentia, & facta remissio nunciato, non citato nunciante ad talem licentiam, etiam si visitatio fuit cum causæ cognitione, & totum residuum. Castr.*d.consil.412.col.3.ver.sed ponamus,lib.2.* vbi tollit contrarium, vide eum ibi; quia cum sit magni præjudicij, debet pars citari, da-
7 to, quod aliquo respectu posset dici interloquutoria. †Extende; quia ædificatum post dictam licentiam nullam debet demoliri, si ædificans sciuit licentiam esse nullam; secus si ignorauit; quia error juris excusat à damno, & pœna, & demolitio est pœna. Castrensis *d.consil.412 col.3 num.3.lib.2.* vbi, qualiter procedat illa regula, quod quælibet causa excusat à pœna, & dolo. Vide, *Ædificatum non demolitur. Concl.32.*

Nouitas habet præsumptionem contra se. Conclusio 127.

1 PRÆSVMITVR † contra nouitatem inducentes contra antiquas consuetudines; ideo statutum nouum sine causa, vel lex noua, habet præsumptionem contra se. Ant. de Butr.*consil.42.n.2.*
2 *ver.primo ex nouitate*, allegat *l.fin.ff.de constit.princ.* † Et inducens nouitatem in re, vel seruitute habet præsumptionem contra se; quia omnes vti debent prout consueuerunt, *l.si prius.§.recte placuit.ff.de aqu.pluu.arcen. & in l.qui luminibus.ff. de seruit.vrb.a. prædio.* ibi, *sciat se formam, & antiquum statutum seruare debere.* Castr.*consil.30.nu.4.lib.2.* vbi, quod imo dicitur turbare, si facit in præiudicium alte-
3 rius. † Declara; quia inducens nouitatem in præiudicium alterius potest coerceri per interdictum *vti possidetis*, & alijs remedijs juris, secus, si quod faceret, facienti prodesset, & alteri non noceret; si vero non infert damnum, sed aufert lucrum, inspicitur, q maius est. Castr.*d.consil.30.num.4.lib.2.*

Nouum quando aliquid dicatur, vel non. Conclusio 128.

1 DICITVR † nouum, quod per confirmationem fuit innouatum, vetus vero dicitur, quod ante erat vsitatum. Bald.*consil.366.Verba rescripti,n.3.ver.porrosi quæratur, lib.3.* vbi late prosequitur, quod antiquum dicitur, quod per 40. annos, vel plures gene-
2 rationes durauit. † Extende; quia etiam dicitur aliquid nouum, licet sit antiquissimum, respectu antiquioris, prout de Testamento nouo, quod est lex Euangelica, respectu Testamenti antiquioris, prout lex Mosaica, sic dicimus Nouellas Constitutiones Justiniani, habito respectu ad jura antiquiora; sic dicimus de decisionibus Rotæ antiquis, & nouis; quia nouæ sunt antiquissimæ, sed respectu priorum dicuntur nouæ. † Extende; quia nouum
3 dicitur vectigal, vel noua gabella, quæ nunquam ampliùs fuit imposita, vel quæ fuit imposita ex causa, quæ cessauit, si iterum imponatur. Vide, *Vectigalia quæ dicantur. Concl.33.* † Amplia; quia feudum antiquum si omnino extinguitur, vt quia confiscatur, & de
4 nouo conceditur, dicitur nouum. Alexand.*consil.34.n.5.& seq.ver. hoc comprobatur,lib.5.* vbi apostill.*in ver.nouum*, dat concord. † Am-
5 plia generaliter; quia idem judicamus de restaurante id, quod penitus est extinctum, quod judicamus de eo, qui de nouo facit. Alexand.*consil.34.num.7.ver.pro hoc facit,lib.5.*

Nucerina Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl.129.

EPISCOPALIS † Constitutio est in ciuitate Nucerina, quod ad probandum aliquem manifestum vsurarium sufficiat probare publicam famam à majori parte populi. Bald.*consil.277.inquisitio formata*, vbi, quod non probatur fama ex auditu à pluribus, & pluribus, *lib.3.* † Erat in Ducatu Spoletano, quia constitutio Spoletana ligabat eam ad capiendum malefactores, & bannitos sub pœna, super qua constitutione Bart.*consil.102.Charissime,lib.1.* dicit, qualiter probetur negligentia, item ex quibus excusentur communitates à negligentia, item quæ diligentiæ fieri debeant.

Nullitatis iudex quis dicatur competens. Concl. 130.

JUDEX † causæ nullitatis competens via ordinaria principaliter intentatæ est judex ordinarius, etiam qui tulit sententiam, q
1 dicitur nulla. Bald.*consil.440.Præmissis verbis,num.2.ver.applicando, lib.4.* † Amplia; quia superior, cui prouincia subiecta est, dicitur
2 judex competens nullitatis. Bald.*consil.440.num.2.ver.item superior,lib.4.* † Amplia in successore judicis ordinarii, vel superioris,
3 Bald.*d.consil.440.num.2.lib.4.* † Amplia in judice appellationis, quando nullitas incidit in appellatione. Bald.*d.consil.440.num.2.*
4 *ver.item si causa nullitatis, lib.4.* † Amplia; quia quicunque potest declarare sententiam, potest etiam nullitatem cognoscere. Bald.
5 *d.consil.440.post med.ver.& potest dici,lib.4.*

Nullitas differt ab iniustitia, & quando secus. Concl. 131.

SENTENTIA, † seu laudum iniquum, siue injustum non dicitur nullum, nisi contineat expressum errorem; quia dicitur potius
1 latum contra jus litigatoris. Cuman.*consil.60.Visis compromissis fin.* † Contrarium, quod manifesta injustitia idem operetur, quod
2 nullitas. Card. Zabar.*consil.55.num.2.* vbi dicit esse notandum, † 3 quod imo euidens injustitia reddat sententiam nullam. Anto. de Butr.*in c.suam,num.5.de pœnis.* Alexand.*consil.77.n.17.lib.3.& consil.*
4 *91.lib.1.* vbi de communi. Guido Pap.*consil.61.n.7.* Nart.*consil.217. n.3.* plura Roland. à Vall.*consil.6.n.36.lib.3.* Menoch.*consil.212.n.*
5 *82.lib.3.* † Euidens autem injustitia dicitur, quæ resultat ex collatione sententiæ cum actis probatoriis. Curt. Jun.*consil.124.nu.14.* Ruin.*consil.137.n.7.lib.4.* Alex. de Næuo *consil.72.n.3.* Bertrandus *consil.222.n.5.& seq.lib.7.& consil.156.n.4.lib.4.* Paris.*consil.107.nu.*
6 *10.lib.4.* Rota *dec.16.in fin.de re iudic.in nouis.* Gozad.*consil.2.num.14.* † Contrarium, quod imo ex quo potuerit judex moueri aliunde, quam ex probatis, non potest dici nulla. Afflict.*dec.28.& dec.39.&*
7 *47.* † Limita in casu contrario; quia sententia nulla bene dicitur iniusta. Socin.*consil.255.n.4.lib.2.* Corn.*consil.315.n.4.lib.3.* † Limita, quando sententia est notorie iniusta; quia tunc dicitur nulla, & notorium dicitur, quod ex inspectione actorum resultat. Ang.
8 *in l.fin.n.3.ff.de petit.hared.* Felin.*in c.inter cæteras,num.18.de rescript.* Contard.*in l.1.C.si de moment.poss.limit.9.n.10.* Vide Concl. pro. sequentem. Vide, *Sententia iniusta quando valeat, vel non. Concl.136.*

Nullitas & iniustitia differunt, & quando secus. Concl.132.

NVLLITAS, † & injustitia differunt, & ideo qui appellat à sen-
1 tentia nulla, & obtinet pronunciari bene appellatum, non tenet sententia; quia repugnant ista simul, quod sit bene appella-
2 tum à sententia, & quod sit nulla. Lap.*alleg.108.inprinc.* † Excommunicatus dicens sententiam nullam non absoluitur, quando propter offensam manifestam, nisi probata nullitate, secus si dicat sententiam iniustam. Oldrad.*consil.93.num.19.ver.non obstat.* † Excommunicatio nulla non ligat, iniusta secus; imo eo ipso, quod iniusta

iniusta contemnitur, incipit ligare quoad Deum. Feder. *consil.* 11.
4 *Quæritur, an excommunicatio, in princ. & per totum.* †Limita; quia in multis habent eundem effectum, nullitatis dictio ita defert negotium principale ad superiorem, quemadmodum appellatio. Lap. *d. allegat.* 108. *Allegatis, in princ.* Corn. *consil.* 11. *num.* 5. *lib. quarto.*
5 † Declara tamen, quod nullitatis dictio deuoluit cognitionem negotii principalis sub conditione, videlicet si sententia sit nulla ex defectu actorum substantialium iudicii, vt cognoscatur ex integro, & omnia acta iterato fiant, & pronuncietur ex integro; si vero acta sunt valida, & nullitas influit in solam sententiam potest ex primis actis iudicari, & sententiari, & dicendo male appellatum censetur confirmare; quia nullum potest confirmari. Lap.
☞ *d. allegat.* 108. *ver. secunda ratio, num.* 2. *vsq; in fin.* Vide, *Sententia nulla quando posit.* 158.

Nullitas euidens quando dicatur. Concl. 133.

1 EVIDENS † nullitas si requiratur ex forma statuti, vel alias, non sufficit, quod sit velata, vel non euidens. Roman. *consil.* 265. *In casu proposito, in fin.*

Nullitatem allegare qui possint, vel non. Concl. 134.

1 QVILIBET † potest allegare nullitatem actus etiam facti ab allegante nullitatem, quando nullitas in iudicio fuit causata. Alexand. *consil.* 103. *Discussis, num.* 5. *in fin. ver. non obstant sententiæ,*
☞ *cum seqq. lib.* 1. Vide, *Actus contra legem factus. Concl.* 141. † Amplia in
2 contractu, quia ille, qui gessit contractum ipso iure nullum, posset, quia fecit actum nullum, allegare nullitatem. Alexand. *consil.*
☞ 123. *num.* 6. *ver. & regulariter.* Vide, *Actus nullus, vel prohibitus. Con-*
3 *clus.* 143. Vide, *Nullitas causata ad fauorem. Concl.* 145. † Limita; quia is, qui habuit sententiam ad sui fauorem, non potest, neque habens causam ab eo dicere de iniustitia. Alexand. *consil.* 123. *Discussis, colum.* 2. *in fin. ver. nec dicitur, & col.* 3. *in princ. lib.* 1. allegat text. *in l. si seruus plurium,* §. 1. *ff. de leg.* 1. quam dicit non esse alibi secundum Dynum.

Nullitas regulariter impedit exequutionem sententiæ, & quando secus. Concl. 135.

1 REGVLARITER † nullitas impedit exequutionem sententiæ.
2 Geminian. *consil.* 57. *num.* 3. *ver. quia exceptio nullitatis.* † Et ideo iudex, qui pronunciauit, non potest aliquid exequi de pronunciatis pendente causa nullitatis. Bald. *consil.* 429. *lib.* 2. incip. *Punctus*
3 *talis.* † Declara, vt procedat, quando nullitas proponitur coram iudice competenti, secus si coram incompetenti Bald. *consil.* 440.
4 *Præmissis verbis, nu.* 2. *ver. applicando, lib.* 4. † Contrarium, quod imo exceptio nullitatis non impediat exequutionem, dicit Castr. *con-*
5 *sil.* 381. *In præsenti consultatione, lib.* 2. † Declara; quia nullitatis exceptio impedit exequutionem, quando nullitas apparet ex actis, ablq; alia extrinseca probatione, vel quando potest incontinenti probari, secus si requirat altiorem indaginem. Castr. *d. consil.* 381.
6 *in princ. lib.* 2. † Idem, quando sententia esset lata in absentem ex aliis allegationibus; quia exceptio nullitatis impedit exequutionem. Castr. *d. consil.* 381. *in princ. lib.* 2. allegat *l. si prætor.* §. *Marcel-*
7 *lus ff. de iudic.* † Declara; quia nullitas proponitur quandoque per viam exceptionis, & tunc si probatur nullitas, impedit exequutionem laudi habentis ex forma statuti exequutionem paratam; si vero proponitur per viam principalis nullitatis, & petitionis, tunc non retardat exequutionem laudi prædicti. Castr. *consi.* 260.
8 *Visi compromisso, nu.* 5. *ver. hoc præmisso, lib.* 1. † Declara; quia vbicunque nullitas est notoria, vel incontinenti offertur probatio, debet impedire exequutionem, *l.* 4. §. *condemnatum,* vbi Bart. & alii,
9 *ff. de re iudic.* Castr. *consil.* 99. *in princ. lib.* 2. † Amplia; quia nullitas intentata contra sententiam criminalem semper impedit exequutionem, quando continet pœnam irretractabilem, etiam si requirat nullitas altiorem indaginem, communem* dicit Clarus
☞ *in prax. crim.* §. *final. quæst.* 94. *num.* 10. *ver. scias autem.* Vide Conclu-
10 sionem proxime sequentem. † Extende; quia pendente nullitate non potest condemnatus in pœnam capitis offendi ex forma statuti. Clarus *d. quæst.* 94. *num.* 10. *ver. scias autem,* vbi dicit* communem. Vide, *Exequutio sententiæ, Concl.* 490.

Nullitas quando impediat exequutionem trium conformium, vel non. Concl. 136.

NULLITAS † & iniustitia, quando est probata, & in promptu 1
ex eisdem actis, & non requirit altiorem indaginem, impedit exequutionem trium conformium. Oldrad. *consil.* 106. *num.* 4. *ver. & si dicatur.* Alexand. *consil.* 77. *In causa, & lite, circa fin. ver. denig, lib.* 2. Bald. *in l.* 1. *C. ne liceat tertio prouoc.* Aret. *in c. dilecto, de appellat. quæst.* 52. Couarruu. *pract. quæst. c.* 25 *num.* 52. vbi plures allegat, & de* communi attestatur addit. *ad sing. Roman.* 291. qui etiam dicit* * communem, & quod nullitas euidens ex actis impediat exequutionem trium conformium, communem* dicit Caballin. *in addit.* * *ad Anton. de Butr. consil.* 18. *in ver. Nullitate,* vbi infinitos citat. Castr. *consil.* 381. *In præsenti, lib.* 2. Rom. *consi.* 51. *Attentis ijs, in princ.* vbi apost. *in ver. exequutionem,* citat infinitos pro vtraque parte, & dicit hanc esse* communem. Alexand. *consil.* 77. *Visis dubitationibus, num.* 16. * *ver. per hoc videmus,* vbi apostill. dat concord. *& in ver. inspectione, lib.* 3. vbi maxime loquitur, quando ex inspectione sententiæ nullitas apparet. † Extende etiam in sententia criminali, quæ si continet 2
manifestam, & euidentem iniustitiam, non valet, neq; habet effectum sententiæ. Alexand. *d. consil.* 77. *num.* 3. *ver. item cum contineat, lib.* 3. vbi plena apostill. *in ver. Nulla,* dat concordant. & loquitur in sententia, in qua iudex p simplici vulnere condemnauit vulnerantem in pœnam vltimi supplicii, quæ de se est iniqua, & nulla. †Et quod idem, quando euidenter, & notorie essent iniustæ, quia 3
æquiparantur notoria nullitas, & notoria iniustitia per prædicta, & vide etiam Afflict. *decis.* 28. *& decis.* 39. †Extende; quia nullitas 4
impedit exequutionem, quando est euidens, vel incontinenti potest probari. Socin. Jun. *consil.* 45. *num.* 20. *lib.* 1. qui loquitur etiam in casu *clem.* 1. *de re iudicat.* quando sunt tres conformes. Lanfranc. Balb. *dec.* 470. *& seq.* Montic. *consil.* 405. *num.* 30. *& consil.* 495. *n.* 29. *lib.* 5. Contard. *in l.* 1. *C. de moment. possess. limit.* 7. *nu.* 1. qui plures allegat. Gabrie. *Concl.* 1. *num.* 8. *de exequut. rei iudicat.* Oldrad. *consil.* 106. *num.* 4. Bart. *in l.* 4 §. *condemnatum, num.* 4. *ff. de re iudicat.* vbi Alexand. *num.* 6. & cæteri* omnes. Alexand. *consil.* 77. *num.* 3. *& con-* * *sil.* 106. *num.* 27. *lib.* 3. Ruin. *consil.* 78. *num.* 4. *lib.* 1. Natt. *consil.* 172. *n.* 5. Menoch. *consil.* 405. *num.* 30. *& consil.* 495. *num.* 29. Mynsinger. *obser. Camer. cent.* 4. *obser.* 64. † Et dicitur incontinenti probata, si est 5
probata in eo termino, qui datur ad exequendum. Bart. *in d. l.* 4. §. *condemnatum, num.* 4. *ff. de re iudicat.* Felin. *in c. exceptionem, num.* 24. *de exceptio.* Alexand. *consil.* 77. *nu.* 15. *lib.* 2. & hoc continet magnam æquitatem, & circuitus euitentur. Alexand. *d. consil.* 77. †Extende 6
in tantum, vt iudex debeat ex officio reiicere sententiam nullam. Vant. *titu. quis possit dicere de nullit. nu.* 57. †Declara, dummodo 7
non recipiat disputationem in iure. Rip. *in d. l.* 4. §. *condemnatum, num.* 17. *ff. de re iudicat.* Gabriel. *titul. de exequut. rei iudicat. Conclus.* 1. *num.* 9. vbi sic conciliat opiniones, quia si sententia est contra ius dubium, non dicitur nulla. Curt. Jun. *consil.* 20. *num.* 8. † Amplia; 8
quia nullitas ex defectu iurisdictionis impedit exequutionem trium conformium, quia *clem. vt calumniis, de re iudicat.* loquitur, quando sententiæ sunt latæ ab habente iurisdictionem. Geminian. *consil.* 24. *num.* 12. *ver. ex iis, & consil.* 95. *in princ. ver. tamen quia,* vbi, quod si iudex omnino delegatus, qui non potest procedere vigore rescripti impetrati ab excommunicato, ferat tres conformes, poterit opponi exceptio nullitatis iurisdictionis, idem tenet Angel. *consil.* 249. *Philippus Ciuis, in princ.* allegat glos. *in clem.* 1. *de sequestr. possess.* Bart. *in l.* 1. *ff. quod vi, aut clam.* Alexand. *consil.* 77. *n.* 8. *& seq. lib.* 2. vbi apostilla communem* dicit. Vant. *de nullit. titul.* * *quoties, & intra quod, n.* 5. *folio* 113. Castrensis *consil.* 99. *Circa primum, n.* 1. *in fin. lib.* 2. † Extende, quod imo defectus iurisdictionis, etiam 9
si requirat altiorem indaginem, impediat exequutionem laudi, vel trium conformium. Angel. *in l. fin. C. si ex falsis instrum.* Jas. *in d. l.* 4. §. *condemnatum, n.* 19. *ff. de re iudic. ver. secundo limita.* † Declara, vt 10
procedat, quando nullitas ex defectu iurisdictionis potest incontinenti probari, secus si requirat altiorem indaginem, & disputationem. Bald. *consil.* 440. *Præmissis verbis, n.* 2. *ver. super secundo, lib.* 4. vbi loquitur, quando prima sententia, q̃ transiuit in iudicatum, fuit lata per consules mercantiæ habentes iurisdictionem in causis mercantiæ tantum; quia licet non sit probatum, quod mutuum fuerit ex causa mercantiæ, tamen sufficit, quod apparet factum sociis mercatoribus. † Extende; quia laudum latum à Mo- 11
nacho incapace, licet confirmetur p duas conformes, tamen non habet locum *d. clem. vt calumniis, de re iud.* quia ex quo constat, quod Monachus non potuit iudicare, duæ sententiæ confirmatoriæ etiam sunt nullæ tanquam continentes expressum iuris errorem,

quia

quia perinde est, ac si diceret, Monachum professum potuisse arbitrari, ideo nullitas impedit exequutionem. Bald. *cons.* 313. *Pro-*
13 *ponitur, quod n. 2. ver. sed ponamus, lib. 5.* †Extende; quia hæc nullitas laudi ex defectu iurisdictionis suspendit, & potest opponi etiam non obstante iuramento. Aret. *in c. d. lecto. de appellat. quæst. 52.* Inol. *in c. ex parte, in 17. fallen. de offic. deleg.* Paris. *consil. 45. n. 32.* vbi loquitur in nullitate laudi ex isto defectu, *lib. 1.* Vant. *in tit. quis possit dicere de*
14 *nullit. n. 32. prope fin.* † Extende in laudo lato sine probationibus, quia licet sit confirmatum sine probationibus per duas conformes, tamen nullitas impedit exequutionem. Bal. *d. consi. 313. in fin.*
15 *lib. 5.* † Extende in sententia lata à iudice excommunicato; quia dicitur nulla defectu iurisdictionis, & non potuit iurisdictio excommunicati prorogari; ideo non est exequenda. Rom. *consi. 48.*
16 *Inspectis, circa princ.* vbi apostill. *in ver. excommunicationis.* †Extende; quia licet laudum latum super iam decisis per rem iudicatam trium conformium sit nullum; q̃a de decisis non potuit compromitti; tamen si tres conformes fuissent nullæ ex defectu iurisdictionis, tunc laudum valeret. Ang. *consil. 249. Philippus Ciuis, p tot.* maxime
17 *n. 3.* †Extende, quia sententia notorie nulla non solum non habet exequutionem, sed iudex non exequens non tenetur rescribere causam nullitatis, vel causam, quare non velit exequi. Rom. *consil.*
51. *in princ. ver. nec sit opus, n. 1.* vbi ponit plura similia, & reddit rationem, quare non teneatur rescribere, & apostill. ibi *in ver. Florenti-*
18 *num*, dat concord. †Extende in sententia lata à Primicerio habente officium, non dignitatem; quia cum delegatio sit nulla, & careat iurisdictione, non obstant tres sententiæ, quarum vna est lata à carente iurisdictione. Alex. *consi. 77. in causa, & lite, per tot. lib. 1.*
19 †Restringe; quia bene sententia lata à iudice, à quo ratione interloquutoriæ fuerat appellatum, anteq̃ esset inhibitum, facit, vt sit locus *clem. 1. de re iud.* quia non caret funditus iurisdictione ante inhibitionem. Alex. *consil. 77. n. 9. v. nec obstat, si contrarium, lib. 2.*
20 †Amplia, quia exceptio excommunicationis impedit, ne excommunicatus audiatur super exequutione trium conformium, licet tres conformes non sint nullæ, sed validæ. Gemin. *d. consil. 95. n.*
2. *ver. si autem Ioannes*, sed ista non est congrua ampliatio; quia non
21 respicit nullitatem, ideo illam accommoda alibi. †Amplia; quia nullitas ex defectu iurisdictionis impedit exequutionem sententiæ, & commissio facta super exequutione talis sententiæ non
22 valet. Aret. *consil. 56. & consil. 62. & consil. 75.* vbi late. †Et adeo est releuans hæc nullitas, vel de ea semper dici possit. Bald. *consil. 332.*
23 *lib. 2.* Dd. *in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic.* †Extende; quia talis nullitas etiam per tertium potest opponi. Bart. *in l. 2. ff. de except. rei iud.*
24 *l. cum seruus. C. de seru. fugit.* †Amplia, vt imo impediat, etiam si non sit prompta, quando adesset res iudicata ex vna sententia in negotio principali, etiam si essent latæ tres conformes sup desertione appellationis, vel quod transiuisset in iudicatum. Oldr. *consil. 106.*
*25 *in princ.* & est* communis, vt infra. †Extende; quia quando est euidens, impedit etiam exequutionem laudi, quando potest probari
* incontinenti. Jas. *in l. 4. §. condemnatum, num. 3. ff. de re iudic.* vbi dicit*
26 communem. †In contrarium videtur tenere Bald. *consil. 410. n.*
2. *& in fin. lib. 4.* vbi loquitur in vnica sententia, quę transiuit in iudicatum, vt retardetur exequutio, si est prompta probatio nulli-
27 tatis, alias secus. †Declarat Castr. *consil. 99. in princ. lib. 2.* quod *clem.*
1. *de re iud.* quod non admittatur exceptio nullitatis ad impediendam exequutionem, vt procedat, vbi latæ sunt tres confor-
28 mes, secus si vna tantum. †Amplia, quando vna ex tribus sententiis esset reformatoria, quia si non est conformis, non impedit
29 appellationem. Alex. *consil. 77. n. 10. ver. nec ad hoc obstat, lib 2.* †Amplia, vt procedat, etiam si nullitas sit euidens ex actis, licet non sit iurisdictionis, q̃a talis nullitas ex actis euidens impedit exequutionem. Alex. *d. consil. 77. n. 11. ver. insuper*, vbi apost. allegat Roman.
30 *sing. 287. lib. 2.* Castr. *d. consi. 381. in princ. lib. 2.* †Idem, quando potest incontinenti probari per inspectionem actorum; quia retardat
* exequutionem secundum* communem. Alex. *consil. 33. Visis the-*
31 *mate, in fin. lib. 1.* Castr. *d. consil. 381. in princ. lib. 2.* †Amplia; quia licet nullitas, q̃ opponitur contra tres conformes, non impediat exequutionem, quando non est euidens ex actis, sed probanda, istud est, quando p modum petitionis, secus si p modum exceptionis. Alex. *d. consil. 77. n. 12. ver. potest etiam aliter, lib. 2. & consil. 83. Interro-*
32 *gatus sum, in fin. lib. 5.* †Contrarium, q̃ nullitas non impediat exequutionem sententiæ, vel laudi, à quo non datur appellatio, etiam si nullitas proponatur per modum exceptionis, quando non apparet nullitas ex inspectione sententiæ. Jo. de Anan. *consil. 50. In*
quæstione, n. 8. ver. hoc præmisso. Castr. *d. consil. 381. In præsenti, lib. 2. in pr.*
33 †Idem, quando nullitas requirit altiorem indaginem, quia opposita per modum exceptionis non retardat. Bologn. *in addit. ad d. consil. Ioan. de Anan. 50. n. 11. ver. aliud vero principale.* Castr. *d. consil. 381. in princ. lib. 2.* †Idem, quando exequutio petitur coram illo, qui ex forma statuti tenetur exequi; quia nunquam retardatur exequutio per exceptionem, & multo minus per petitionem nullitatis principaliter petitam. Bologn. *in d. addit. ad consil. Ioa. de Anan. consil.*
50. *n. 11. ver. præterea pro confirmatione.* †Declara; quia ista procedunt de iure communi, sed si statutum, prout Senis mandat, quod opponenti nullitatem statuatur tempus 15. dierum ad probandam nullitatem, quo elapso si non probauerit, detur exequutio, si detur exequutio ante terminum, reuocaretur propter contemptum statuti, & esset nulla. Castr. *d. consil. 381. per tot. lib. 2.* †Amplia, vt non procedat, quando vna ex tribus, & maxime vltima inferret nouum grauamen; quia respectu grauaminis appellatio procedit. Crauett. *consil. 183. n. 4.* † Amplia; quando sententiæ non habent vim diffinitiuæ; quia tunc non habet locum, quod non possit dici de nullitate. Crauett. *consil. 183. in fin.* †Amplia; quia in exequutio laudi conceditur a statuto non obstante quacunq; exceptione, tamen potest dici de nullitate laudi, maxime ex defectu potestatis, puta si latum esset a duobus ex tribus, tertio non vocato, & absente. Joan. de Imol. *consil. 130. In casu præmisso, per tot.* maxime *n. 6. ver. item non obstat.* †Extende, etiam si pro prima paga contenta in laudo fuit data semel exequutio laudi, non obstante exceptione nullitatis laudi; quia adhuc in secunda paga potest eadem nullitas proponi; quia licet eædem sint perlonæ, & eadem causa, tamen diuersæ res, & iudicium exequutiuum non præiudicat ordinario, & succumbens excipiendo potest agendo principaliter agere. Jo. de Imol. *d. consil. 130. per tot.* maxime *n. 3. ver. nec ob-*
stat, & n. 6. ver. circa tertium, vsq; in fin. †Extende in tantum, vt stante tequam actum fuerit pro secunda paga, præuentum est in iudicio nullitatis principaliter intentatæ, adhuc nullitas impediret exequutionem, non obstante, quod pro prima paga laudum fuerit exequutum, & reiecta nullitas opposita per modum excipiendi. Jo. de Imol. *d. consil. 130. n. 6. ver. circa tertium.* †Ex ende; quia etiam stante statuto, quod non obstante nullitate opposita, quando sunt tres sententiæ conformes, mandentur exequutioni; quia licet tollatur nullitas, q̃ etiam in promptu potest probari, non tamen tollitur ea, quæ est euidens ex actis ipsis; quia probatio per euidentiam nunquam censetur sublata. Alex. *consil. 86. Visis, n. 1.*
& seq. lib. 2. ver. præterea posito. † Amplia; quia nullitas euidens ex eisdem actis, prout si ex lectura actorum apparet, nunquam dicitur sublata, etiam si extat statutum, quod non obstante nullitate sententia exequutioni mandetur, plurimos citat Caballi *in addit. ad Anton. de Butr. consil. 18. in ver. Nullitate*, vbi dicit* communem.
Vide Ant. Gabriel. *lib. 2. tit. de except. Concl. 4. Exceptio nullitatis resultans ex eisdem actis.* † Amplia; quia nullitas impedit exquutionem laudi, vel sententiæ, à quibus non datur appellatio, quando nullitas iurisdictionis, vel alia proponitur per modum actionis, antequam petatur exequutio talis sententiæ, vel laudi. Joan. de Imol. *consil. 130. In casu præmisso, per tot.* maxime *n. 7.* vbi, quod ista est verior. †Extende, vt procedat, etiam si exequutio sententiæ fuit data pro primo termino contra condemnatum, etiam si exceptio nullitatis opposita in iudicio exequutiuo fuit reiecta; quia adhuc in secunda paga potest opponi, & agi de nullitate principaliter, quia succumbens in exceptione agit de nouo, & iudicium exequutiuum non præiudicat ordinario, imo adhuc, si præuenit exequendo de nullitate, antequam petere ur secunda paga, impeditur exequutio. Jo. de Imol. plene *d. consil. 130. per tot.* vbi est casus & maxime *n. 6. ver. circa tertium, vsq; in fin.* vbi pienissime. † Amplia, quia nullitas ex defectu mandati impedit exequutionem etiam non obstante pronuncia, quod si procurator; quia si non apparet de mandato, sententia non debet exequi. Joan. de Anan. *consil.*
96. vbi Bologn. in apostill. plenius Joan. de Anan. *consil. 104.* vbi etiam Bologn. † Restringe, nisi præsumatur mandatum, quia dominus sciuit fallum procuratorem agere, & tacuit. Bologn. *d. apostill. ad d. consi. de An. 104.* vbi ponit alias declarationes, quas vidas. † Limita; quia exceptio probanda, & quæ ex actis non refulta. non impedit exequutionem trium conformium sed bene exequutionem vnius, vel duarum, quæ in rem transiuisse tenti dicitam. Alexand. *d. consi. 77. num. 12. ver. nec ad hoc obstat, lib. 2.* † Limita; quia regula est in contrarium, quod quando sunt latæ tres conformes, exceptio nullitatis non impedit exequutionem, *clem.* 1. *calumnijs, de re iudic.* late Vant. *de nullitat. rubr. quoties, & intr. quæst. num. 5. folio 113.* † Extende nouem modis, & restringe 19. modis, de quibus Gabriel. *de execut. rei iudic. Conclus. prima.* † Extende, vt quod dicitur de tribus, habeat locum in duabus conformibus, quando statutum disponit, q̃ duæ habeant vim trium. † Extende, vt procedat, etiam si tres, vel duæ sententiæ non sint omnino conformes, quia in eo, in quo sunt conformes, datur exequutio

licet in eo, in quo eſt difformitas, detur appellatio. Dec. *d. conſ.* 385.
51 *Iurisdicam eſſe arbitror, in princ.* † Maximeque procedit proxima extenſio, quando ſtatutum diceret, quatenus ſint conformes; quia dictio, *quatenus*, eſt limitatiua. Dec. *d. conſ.* 385. *n.* 2. Vide per Socin. *Reg.* 12. *Exceptio nullitatis*, vbi firmat hanc regulam, & limitat tribus
52 modis. Vide, *Clementinarum intellectus, &c. Concl.* 374. † Limita in laudo, quando ſtatutum tollit appellationem, & mandat exequi laudum, vel ſententiam, prout Florentiæ; quia nullitas oppoſita per viam principalis petitionis non impedit exequutionem, niſi conſtet incontinenti, & ex ſententia. Io. de Anan. *conſ.* 50. *n.* 8. *ver. hoc præmiſſo*, vbi etiam idem dicit, quando per viam exceptionis, ſi nullitas non conſtat incontinenti. & idem plene Bologn. ibi in
53 apoſtill. *nu.* 11. † Reſtringe; quia bene impeditur exequutio perſonalis; quia infertur iniuria ex ea, quæ non poteſt reparari. Caſtr. Alex. & Modern. in *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Bald. in *l. qui duas. ff. de adulter & in l.* 1. *C. de in integrum reſtit.* Franch. in *c. dilecto, de*
54 *appell. col.* 14. *ver. limita a.* † Et maxime Florentiæ, vbi conceduntur inhibitoriæ quoad perſonam tantum. Caſtr. in *l. quæ ſupplicatio. C. de procib. Imper. offer.* & idem in tactu propter æquiparationem cum
55 captura, gloſſ. & Bartol. in *l. ſi quis ſeruo, C. de furt.* † Ratio eſt; quia ſi fuerit declaratum laudum nullum, ad illius exequutionem deueniri non debet, propterea brachium militare, videlicet exequutio concedi non debet; quia imo ſi fuiſſet facta, debuiſſet reuocari. *l. ſi cum nulla, ff. de re iudic.* Bal. in *l.* 1. *C. ne liceat tertio prouoc.* gloſſ. in *clem.*
56 *1. in ver. donec. ff. de re iud.* Bart. in *l.* 1. *in vlt. col. C. quando prouoc. non eſt*
57 *neceſſ.* Et quid ſi petatur reductio, an impediat exequutionem. Vide, *Reductio laudi. Concl.* 75. † Limita Florentiæ, vbi eſt ſtatutum, quod ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, exequutioni mandetur, eſt ſtatutum primum, *lib.* 2. *de modo procedendi, ver. & ſententia*, & dicit, quod nulla alia exceptio admittatur contra rem iudicatam, niſi alia res iudicata diffinita, vel tranſacta, vel ſolutionis, & debeant probari per publicum inſtrumentum, quod ſtatutum licet
58 durum ſit tamen ſeruandum eſt, *l. proſpexit, ff. qui, & à quib.* † Declara tamen, quia tale ſtatutum non tollit defenſionem facta exequutione, vt in ſimili Angel. & Imol. in *l. ſi ſtic. ff. de leg.* 1. † Extende limitationem, vt ſtatutum loquatur de ſententia nulla, à qua non fuit appellatum, neque dictum de nullitate in tempore, vt innuit dictum ſtatutum, ſuper quo Corn. *conſ.* 43. *n.* 1. *lib.* 1. Vide plene per Maſc. quando nullitas oppoſita impediat exequutionem, vel non. *Concl.* 686. *Exceptio nullitatis, quæ non poteſt probari incontinenti, an impediat exequutionem*, vbi late ponit regulam, ampliat, & limitat multis modis, quos videre poteris.

Nullitas ſemel reiecta quando poſſit iterum proponi, vel non. Concluſ. 137.

1 NVLLITAS † ſententiæ ſemel oppoſita, & reiecta operatur, quod de ea non poteſt opponi amplius. † Extende; quia imo ſemel reiectus à nullitate intentata amplius non auditur in Vrbe
2 ſtante ſtatuto, *c.* 192. *lib.* 1. † Limita; quia ſi certa nullitas fuit proposita, & reiecta, non excluditur reiectus ab alia nullitate proponenda. Alex. *conſ.* 147. *lib.* 6.

Nullum ipſo iure poteſt reiterari, qualiter procedat. Concl. 138.

1 ACTVS † ipſo iure nullus habetur pro non facto; ideo poteſt reiterari, ac ſi factus non fuiſſet. Dyn. *conſ.* 20. *Quæſtio talis eſt*, 2 *ſimulenus, n.* 2. Vide, *Priuatio ipſo iure quando, &c. Concl.* 719. Vide Concluſiones duas prox. ſeq.

Nullum ipſo iure non debet peti declarari nullum. Concl. 139.

1 NVLLVM † ipſo iure non debet peti declarari nullum, ſed ſufficit, quod petatur id, quod venit principaliter, & ſi excipiatur de actu nullo, poteſt replicando dici de nullitate, ita Bart. *conſ.* 91. 2 *in queſtione vertente, n.* 3. *in* 3. *dubio, lib.* 1. Vide, *Declaratio an requiratur, &c. Concl.* 98. Vide, *Incidens quid ſit. Concl.* 70. Vide, *Sententia declaratiua, &c. Concluſ.* 120.

Nullum ipſo iure non præſtat impedimentum, qualiter procedat. Concl. 140.

1 REGVLA † eſt, quod illud, quod eſt ipſo iure nullum, non præ-
2 ſtat aliquod impedimentum; quia pro non facto habetur, *cap. non præſtat, de regul. iur. in* 6. † Extende; quia ſi prima electio eſt ipſo iure nulla, & prima collatio non impedit, quin ſecunda ſit valida; ſecus ſi prima non eſſet ipſo iure nulla, ſed annullanda; quia tunc ſi fiat ſecunda, antequam prima nulla declaretur, non valet ſecunda, ita Bellam. *conſ.* 10. *n.* 44. *& ſeq.* † Extende; quia quod nul- 3
lum eſt, allegabile non eſt. Rom. *conſ.* 369. *Circa primum, n.* 16. Amplia; † quia etiam is, qui fecit actum nullum ipſo iure, poteſt ipſum 4
actum nullū dicere, & impugnare. Vide, *Alienatio nulla non obſtat. Concl.* 267. † Extende; quia arbiter, & arbitrator poſtquam acceptauit compromiſſum, non poteſt renunciare, niſi de conſenſu 5
ambarum partium, & ſi renunciat etiam de conſenſu vnius partis, poterit intra modicum tempus arbitrari; quia renunciatio facta nulliter non impedit, quin poſſit pronunciare, & laudum ferre. Alex. *conſ.* 81. *Reuocatur dubium, nu.* 3. *lib.* 5. vbi, quod pars, quæ nulliter conſenſit, poteſt facto ſuo nulli contrauenire. Vide plenius, *Actus nullus nullū. Concl.* 139. Vide, *Declaratio an requiratur. Concl.* 98. Vide, *Nullum ab initio non conualeſcit. Concl.* 142. Vide, *Pœna ipſo iure quando, &c. Concl.* 238. Vide, *Priuatio ipſo iure quando. Concluſ.* 719.

Nullum aliquid eſſe, vel annullandum eſſe, differunt, & quando ſecus. Concl. 141.

DIFFERVNT † aliquid eſſe nullum, vel eſſe annullandum; quia 1
interim id, quod debet annullari, dicitur mero iure validum eſſe. Calder. *conſ.* 37. *nu.* 3. *ver. ſed ſi electio*, alias 14. *de reſcript.* Angel. de Peruſ. *conſ.* 36. *Pro deciſione, n.* 3. *& ſeq. ver. nec huic dicto*, vbi, quod ſunt contraria iſta, petere aliquid annullari, vel declarari nullum; quia primo caſu ſupponitur validitas reſcindendi; ſecus in eo, ꝙ nullum debet declarari, ſic in ſententia ex falſis probationibus lata, quod mero iure valeat, licet ſit annullanda. Iaſ. in *l. Diuus. ff. de re iudic. in prin.* Et nullum habetur, ac ſi non eſſet; ideo non præſtat impedimentum annullandum; ſecus ſupra *Concl.* 140. † Amplia; quia 2
ſubreptio non habet locum ex taciturnitate electionis; ipſo iure nullius; ſecus ſi electio eſſet annullanda; quia debuit exprimi ab impetrante. Calder. *d. conſ.* 37. *in princ.* alias 14. *de reſcript.* † Extende 3
idem eſſe in ſubreptione ex taciturnitate poſſeſſionis alienæ ipſo iure nullius exiſtenter & apparenter; quia non cadit ſubreptio, ſecus ſi poſſeſſio ſit nulla exiſtenter, ſed nō apparenter; quia ex quo venit annullanda per ſententiam, intrat ſubreptio. Bald. *conſ.* 388. *Inſuper quæritur, lib.* 1. † Amplia; quia id, quod eſt ipſo iure nullum, 4
tractu temporis non conualeſcit, ſed bene poteſt conualeſcere id, quod eſt annullandum. Oldr. *conſ.* 216. *ver. ad tertium.* † Et differen- 5
tia eſt magna; quia quod nullum eſt ipſo iure, poteſt allegari in qualibet parte, nullum vero ope exceptionis valet parte non opponente. Vide, *Exceptio propoſita multa oper. Concl.* 399. † Dicitur au- 6
tem nullum id, quod eſt nullum apparenter & exiſtenter, vt quia nullus titulus coloratus oſtendi poteſt. Bald. *d. conſ.* 388. *inpr. lib.* 1. † Annullandum vero dicitur nullum ipſo iure exiſtenter, ſed non 7
apparenter, vel vbicunq; titulus coloratus oſtendi poteſt, licet ſit nullus. Bald. *d. conſ.* 388. *lib.* 1. *per tot.* Vide, *Exceptionis ope multa. Concl.* 440. † Limita, quando nullum refertur ad ius, ſecus ſi ad factum; 8
quia ſi refertur ad ius tunc paria ſunt, petere aliquid caſſari, & annullari, vel nullum declarari. Bald. *conſ.* 144. *Statuto communis Peruſii, lib.* 5. *per tot.* † Declara, vt per Ang. *d. conſ.* 36. *col. penul.* 4. *circa ſi. vſque in fin. ver. non igitur moueor*, vbi diſtinguit ſex caſus, quando poſſit, vel non poni reſciſſio pro nullitate, & è contra, vide eum. † 9 10
Clauſula igitur annullans aliquid in lege, puta iuramentum metu extortum nullius ſit momenti, intelligitur quoad effectum, & ſic in effectu, tamen debet relaxari per iudicem eccleſiaſticum, alias iurans non auditur, & compellitur obſeruare iurata. Fulg. *conſil.* 121. *n.* 3. † Declara; quia aliqua ſunt nulla ipſo iure, & in iſtis non ca- 11
dit ratificatio; aliqua ſunt non nulla, nec valida, ſed pendentia, & in iſtis valet ratificatio. Anchar. *conſ.* 123. *Vnus ex procuratoribus*, vbi dat exempla; aliqua non ſunt nulla ipſo iure, ſed annullanda; quia valent interim mero iure, vt *l.* 2. *Cod. de reſcind. vend.* Vide, *Actus irritandus non dicitur. Concluſ.* 145. Vide, *Nullum ab initio.* Vide, *Concluſ. proxime ſequent.*

Nullum ab initio non conualeſcit ex tempore, vel non. Concl. 142.

NVLLVM, † vel inutile à principio tempore conceptionis, ac- 1
tus non conualidatur, etiam ſi illud nullum eſſet ſub conditione poſitum, & tempore conditionis ceſſaret vitium inducens nullitatem, quia attenditur initium, & tempus conceptionis actus. Oldrad. *conſ.* 94. *in principio verſicul. & quantum ad primum*, & idem Oldrad. *conſ.* 216. *verſicul. ad tertium*, & latius *conſ.* 306. *n.* 2. *ver. accedat*, & eſt text. in *c. non firmatur. de regul. iur. in* 6. *& in l. quod initio*,

ff.eod. Ratio est, quia tempus non est modus inducendæ obligationis, vt per gloss. *d. c. non firmatur*, & est text. in *l. pen. incip. quæ ab initio*,
2 *ff. de reg. iur.* † Amplia, quod factum à non iudice non conualescit, licet incipiat esse iudex, gloss. in *l licet verum, ff. de iudic.* Oldrad. *consil.* 306. *in princ. & cons.* 323. *in fin.* vbi testes examinati per Notarium ante commissionem non conualescunt ex commissione subse-
3 quuta. Zabar, *cons.* 104. *num.* 1. † Amplia, quod agenti nulliter à principio licet superueniat ius, non conualidatur libellus. Oldra.
4 *d. consil.* 306. *num.* 2. *ver. imo plus dicimus.* † Amplia, vt expectans, qui non potest acceptare intra mensem datum primo expectanti, si acceptat nulliter, non conualescit acceptatio, licet primus non acceptauerit. Oldrad. *d. consil.* 306. *ver. si ergo cognoscatur, in fin. nu.* 2.
5 *& seq. quasi per totum*, & latius *consil.* 137. vbi latius de hoc. † Contrarium tenet idem Oldrad. *consil.* 305. *in princ.* Zabarel. *consil.* 103.
6 *num.* 8. *ver. ad secundum. & cons.* 104. *in princ.* † Amplia in stipulatione nulliter concepta etiam sub conditione ; quia si ab initio est nulla ex defectu personarum, licet tempore condemnationis superuenerit habilitas personæ, non conualescit. Oldrad. *consil.* 94. *Eleganter, in princ. ver. & quantum ad primum*; idem, si respectu rei sacræ, vel meæ, quæ non potest deduci in stipulationem, vt nó conualescat stipulatio, etiam si res desinat esse mea, vel sacra. Feder. de Sen. *consil.* 26. *nu.* 4. *in consil. inserto d. Francisci de Monte Alcino, in princ.*
7 † Amplia in processu, & actibus gestis post appellationem etiam ab interloquutoria, quia licet deferatur appellatio, tamen gesta non conualidantur. Lap. *alleg.* 1. *num.* 5. *vsque in fin. ver. deserta vero*, vbi multa ponit, quod nullum non conualescit etiam cessante
8 impedimento nullitatis. † Amplia etiam in appellatione ab interloquutoria ; quia si iudex procedat ad diffinitiuam pendente appellatione, actus gesti subsantiales deserta appellatione debent reiterari ; quia ab initio sunt nulli, & per modum exceptionis pos-
9 set sententia annullari. Lap. *alleg.* 1. *num.* 6. *ver. dubitatur tertio.* † Amplia, vt professio facta intra annum in religione Mendicantium, quæ est nulla, *cap. non solum, &c. constitutionem, de regul. iur. in* 6. non conualescat, etiam si ratificetur post annum ; quia ratificatio causatur à fundamento inualido. Lap. *alleg.* 4. *num.* 4. *ver. secundum dua-*
10 *bium*. † Declara ; quia solus tractus temporis non conualidat actum nullum, etiam si deueniat propter tempus ad casum, à quo incipere potest, sed bene conualidatur ex nouo consensu in tempore habili præstito ; quia valebit, vt nunc, & istud est regulare in omnibus, & ad totam materiam Calder. *consil* 2. *de constit. nu.* 2. *ver.*
11 *vel potest dici.* † Amplia ; quia nullitas iudicatur secundum præsentia, & actitata, non secundum ea, quæ in futuro possent agitari, *ca. fraternitatis, in fin de frigid. & maleficiat.* Feder. de Sen. *consil.* 11. *num.* 9. *versicul. non obstat etiam prudens*, vbi, quod nullitas non sanatur ex
12 declaratione, quæ potuit fieri, & non fuit facta. † Amplia in additione hæreditatis ; quia si defertur hæreditas monacho ordinis Minorum incapaci tempore delatæ hæreditatis, licet ingrediatur de licentia Papæ aliud monasterium capax, non tamen potest adire in præiudicium venientium ab intestato, licet hæreditas adhuc non fuerit adita. Feder. de Sen. *cons.* 26. *Casus talis est, num.* 4.
13 *versicul. quæst. præmissa, & num.* 5. vbi multa similia, & *consil.* 27. *per totum*, vbi hoc ampliat, etiam † si hæreditas fuisset delata ante primum ingressum, & non adita per aliquem medio tempore, ita
14 quod fuit effectus iterum capax. † Amplia in legato ; quia si tempore testamenti subest inhabilitas rei, non conualidatur legatum, licet habilitas superueniat. Feder. de Sen. *consil.* 26. *num.* 4. *in*
15 *fin. ver. idem est in legato.* † Amplia idem in institutione hæredis,
16 *l. pen. ff. de rei vendic.* † Amplia in vsucapione, in quo requiritur bona fides tempore contractus, & traditionis ; quia non sufficit,
17 quod superuenerit. Feder. de Sen. *dict. consil.* 26. *num.* 4. *versicul. ad idem, vt quin.* † Amplia in omni actu conficiendo, quia si plura ad
18 essentiam copulatiue requirantur, altero deficiente deficit actus, *l. cum homo*, §. *prætor, ff. de transactio.* † Amplia ; quia electio facta de inhabili tempore electionis non conualescit, licet tempore confirmationis superuenerit habilitas. Calder. *consil.* 47. *in fin. v. in contrarium*, vbi ponit multa exempla ad hoc, est *consil.* 1. *de electio.*
19 † Amplia in excommunicatione ; quia si iudex delegatus lata diffinitiua intra tempus ad appellandum excommunicauit, & postea intra tempus debitum interponatur appellatio, excommunicatio est nulla, & non conualidatur, etiam si appellatio transeat
20 deserta. Calder. *consil.* 537. alias 5. *de sentent. excommunic.* † Amplia in collatione ; quia si est facta non existenti in ætate, non validatur, licet ex tempore efficiatur habilis ætate. Zabarell. *consil.* 104.
21 *num.* 3. † Amplia in collatione facta per ordinarium intra mensem expectantium ; quia non valet, etiam si lapso mense adhuc expectantes non acceptauerint. Zabarell. *dict. consil.* 104. *numer.* 2. &
22 *sequent.* † Amplia in obligationibus ; quia si inter patrem & filiam non datur actio ciuilis ; quia obligatio ciuilis non cadit, sed sola naturalis, secus si sit emancipata, si fiat obligatio parris cum filia in potestate, quæ est inefficax quoad ciuilem actionem, non conualidatur ex tempore, licet filia emancipetur. Signorol. *consil.* 116. *in princip.* † Extende in contractibus, & transactione ; quia si pa-23 ter tanquam legitimus administrator renunciat alimentis debendis filiis suis nascituris, licet nascantur filii ; tamen actus nullus factus, antequam esset legitimus administrator, ex superne-
nientia patriæ potestatis, & legitimæ administrationis non conualidatur. Alexand. *consil.* 171. *Viso processu, in fin. num.* 9. *lib.* 2. † Am-24 plia in testamento, quod requirit habilitatem testantis tempore testamenti, & mortis, si fiat testamentum à bannito cum confiscatione bonorum, qui non potest testari, licet in gratiam Principis reuertatur, & restituatur, non conualescit testamentum. Signorol. *consil.* 120. *Quidam Placentinus.* † Amplia, siue nullitas 25 causetur ex defectu personæ inhabilis, siue ex defectu rei in dispositione positæ, siue ex defectu consensus à principio requisiti, nunquam ratihabitio confirmat illos actus. Anchar. *consil.* 123. *Vnus ex procuratoribus, n.* 3. *&* 4. vbi ponit plura exempla, que videas de iudice carente iurisdictione, de sententia lata à duobus, non vocato tertio ; quia licet facti iudices non conualidantur. † Re-26 stringe in actu pendente à consensu, quia quandocunque adhibetur, valet actus ab initio. Anchar. *consil.* 123. *num.* 6. *& per totum.*
† Idem est in omni actu, qui est nullus ab initio ; quia si superuenit 27 consensus, & cessaret impedimentum, quia tunc bene valet à principio, nisi sit actus, qui respiciat principium. Franc. *dict. ca non firmatur, num.* 2. *de regul. iur. in* 6. † Idem, quando actus est nullus 28 fauore certæ personæ, quia potest validari de consensu illius, ut Ioan. de Imol. in *cap.* 3. *de iis, quæ fiunt à Prælato sine consensu, num.* 23. *&* *seq.* vbi late ponit alias declarationes, *circa med. ver. potest dari secunda theorica*, vbi dicit non procedere in electione, & collatione, quia attenditur principium. † Amplia ; quia non præstat impe-29 dimentum, quod de iure non sortitur effectum ; ideo testamentum nullum reducit hæreditatem ad venientes ab intestato. Signorol. *consil.* 219. *num.* 9. *& seq. ver. hoc similiter.* † Extende ; quia ob-30 latus nulliter religioni non confert bona in monasterium, quia eo casu non habetur loco filii. Signorol. *dict. consil.* 219. *num.* 10. Amplia ; † quia sententia nulla, & actus nullus non dicitur sententia neque actus ; quia de valido debet intelligi. Vide, *Disputatio omnis intelligitur. Concl.* 504. † Amplia in processu facto post appellatio-31 nem ab interloquutoria ; quia si iudex procedat ad aliam interloquutoriam post appellationem, omnia sunt nulla, etiam si appellatio deferatur. Lap. *d. alleg.* 1. *n* 6. *ver. dubitatur tertio*, vbi respondet ad *c. non solum*, quod licet gesta post appellationem ab interloquutoria non reuocentur tanquam attentata, prout gesta post diffinitiuam ; sed solum per modum iniustitiæ, tamen deserta appellatione per modum exceptionis potest nullitas detegi, & remanet nullitas, vbi dicit ita obtinuisse cum aduocato antiquo, pro quo vide Franch. in *d. cap. non solum, in princ. nu.* 8. *de appellat. in* 6. & quod per modum exceptionis possit appellans se tueri opponendo de 32 appellatione. Lap. *allegat.* 2. *n.* 6. *ver. ad hoc.* † Adde, quod interposita appellatione ab interloquutoria, si iudex post appellationé procedat ad diffinitiuam, & fecerit actus subsantiales, & appellatio deferatur, quod ad hoc, vt sententia valeat, debent actus subsantiales reiterari, qui facti fuerunt post appellationem, licet fuerint deserta. Lap. *alleg.* 1. *num.* 7. *ver. ex iis infert, in fin.* † Limita ; quia licet 33 sententia lata contra casum legis sit nulla, tamen actus sententiæ, si deueniat ad notitiam populi, & obseruet populus, causat consuetudinem contra legem. Abb. *consil.* 73. *Circa primum, colum. fin. libr.* 2. vbi, quod consuetudo non oritur ex sententia lata contra legem, sed ex actu sententiæ contra legem, & obseruantia populi 34 scientis, & obseruantis. † Limita, si actus non esset nullus à principio, sed annullandus ; quia tunc conualescit ex tempore, & attenditur tempus datæ circa hoc. Oldrad. *consil.* 216. *versicul.* 35 *ad tertium.* † Limita multis modis, de quibus gloss. in *l. quæ ab initio ff. de reg. iur.* vbi dicit, quod sunt casus speciales, & ibi Dec. & Cagnol. † Limita ; quia nullum potest conualidari ex superueniente 36 noua voluntate, quo casu valebit, vt nunc tempore voluntas superuenientis, non autem vt ante. Feder. de Sen. *cons.* 26. *num. ver. præterea quando actus*, allegat Dyn. in *cap. non firmatur, de regul. in* 6. & hæc potius est ampliatio, vt non validetur etiam ex nouo voluntate, sed de nouo possit fieri, & melius idem Fed. *d. consil.* 26. *col. fin. ver. ad quartum*, licet Cald. *cons.* 2. *de constit. num.* 3. dicat contrarium videtur vele 37 validari, vt nunc, non vt à principio. † Contrarium videtur vele 37 Anchar. *cons.* 123. *per totum*, vbi dicit non esse nullum, sed penden à consensu. † Limita in testamento facto ab excommunicato, quod non valet ; quia si medio tempore fuerit absolutus, conva-

lescit.

leſcit. Fed. de Sen. *conſ.* 118. *in fin. ver. ſed poſito.* Vide, *Actus nullus nullum, &c. Concl.* 139. Vide, *Conſenſus ſine quo actus, &c. Concl.* 755. Vide, *Sententia nulla nullum, &c. Concluſ.* 154. Vide Concluſionem proxime ſequent.

Nullum ab initio conualeſcit ex tempore, & quando ſecus. Concl. 143.

1 PROCESSVS † nullus factus pendente appellatione conualidatur, ſi appellatio deſeratur; quia fingitur non appellatum, *l. vlt. §. illud. C. de tempor. & reparatio. appellat.* Oldra. *conſ.* 295. *n.* 5. *ver.* 3. *dicit pars*, vide omnino Franch. in *c. non ſolum, n.* 8. vbi adducit pro vtraq; 2 parte authoritates, *de appell. in* 6. † Contrarium tenet Lap. *allegat.* 1. *nu.* 5. *verſicul. deſerta vero*, vbi, quod contrarium procedit, quando actus eſſet factus ante appellationem legitimam; quia tunc eſt ſuſpenſus, & ſi ſequatur appellatio, & deſeratur, valet; ſecus ſi à 3 principio eſt nullus. † Amplia; quia exequutio facta pendente termino decem dierum ad appellandum, quæ eſt nulla, ſi tamen non appelletur, conualidatur. Felin. in *cap. quod ad conſultationem,* 4 *num.* 27. *ver.* 5. *concluſ. de re iudic.* † Amplia; quia proceſſus factus poſt ſuſpenſam iuriſdictionem procedentis, & ante appellationem, ſi appelletur, & deſeratur appellatio, tunc conualidatur proceſſus; quia non erat nullus, ſed ſuſpenſus, ita declarat Lap. *alleg.* 1. *n.* 5. *ver. deſerta vero*, vbi tenet contrarium, quando actus à principio eſſet nullus, & factus poſt legitimam appellationem; quia non 5 validatur, licet appellatio deſeratur. † Amplia; quia teſtamentum factum ab excommunicato, quod eſt nullum, conualeſcit, ſi teſtator abſoluatur ante mortem. Fed. de Sen. *conſ.* 118. *in fin. ver. ſed poſi-* * 6 *to*, vbi nihil firmat, & communem * dicit Zabarell. *conſ.* 40. *in fin.* † Extende, vt procedat in teſtamento facto ab eo, cuius memoria damnata fuit propter crimen læſæ maieſtatis; quia ſi reſtituitur memoria, & reſtituantur bona à Principe, etiam poſt mortem, teſtamentum illius conualeſcit. Bald. *conſ.* 243. *Quidam nobilis, lib.* 1. vbi *in fin. n.* 5. *ver. ſed videtur*, dicit hoc procedere, quando reſtitutio 7 fit ex cauſa pacis, alias ſecus. † Amplia; quia ſponſalia, quæ nulla ſunt ipſo iure, contracta inter infantes, inter quos prohibentur contrahi; ſi tamen contrahantur, conualeſcunt adueniente ætate legitima ſeptennii, *c. litteras, de deſponſat. impub.* Fed. de Sen. *conſ.* 194. *in princ. iuncto ver. nam aduenient: circa med.* vbi dicit hoc verum, niſi 8 diſſentiant, & idem tenet Calder. *conſ.* 458. alias 1. *de ſponſal.* † Amplia; quia licet nullum ab initio non conualeſcat tractu temporis; ſecus tamen eſt in eo, quod non eſt nullum, ſed annullandum; quia extempore poteſt conualidari. Oldra. *conſ.* 216. *ver. ad tertium*, plene Franch. in *cap. non firmatur*, vbi gloſſ. & cæteri *de reg. iur. in* 6. 9 *n.* 2. † Declara; quia imo nullum ab initio conualidatur ſi ſuperueniat id, quod facit eſſe nullum. Vide, *Fideiuſſor dandus ad ſanandum.* 10 *Concl.* 313. † Amplia in confirmatione electi facta pendente termino edicti; quia ſi nullius comparuit, poſtea in termino conualidatur. Calder. *conſ.* 47. *n.* 2. *in fi. ver. non obſtat, ſi dicatur*, ꝙ eſt 1. *de elect.* † 11 Amplia in matrimonio cõtracto inter impuberes p verba de præſenti; quia licet ſit nullum, tamen ſi non pœnituerint, cum primum peruenerint ad ætatem legitimam, conualeſcit, & valet; quia præſumitur eadẽ voluntas durare. Calder. *conſ.* 461. alias 4. *de* 12 *ſponſal.* † Amplia in contractu minoris celebrato ſine ſolemnitatibus requiſitis; quia ſi minor efficiatur maior, & taceat per quatuor annos, conualidatur contractus. Bald. *conſ.* 189. *Punctus, quæri-* 13 *tur, lib.* 5. † Amplia in omni nullitate, quæ officio iudicis reſcindi debet, vel tolli; quia ſpatio triginta annorum conſolidatur. Bald. 14 *conſ.* 189. *per totum, lib.* 5. † Amplia; quia collatio beneficii facta excommunicato, licet poſſit dici, quod non valeat, tamen ſi abſoluitur, conualeſcit; quia quando obſtaculum, per quod actus non valet, remouetur, conualeſcit. Cardin. Zabarell. *conſ.* 40. *Præ-* 15 *dilæ conſtitutionis, per tot.* vbi eſt caſus. † Extende; quia teſtamentum vſurarii manifeſti, quod ab initio non valet, non præſtita cautione de reſtituendis vſuris, ſi tamen præſtetur, conualeſcit ſe- * cundum communem, de qua Zabarell. *conſil.* 40. *nu.* 4. vbi dicit * communem, & eſt gloſſ. fin. in *cap. quanquam, de vſur. in* 6. qui hoc dicit, & ſoluit contrarium, quod ſolo tractu temporis non con- 16 ualidatur nullum, ſecus ſi aliud, quam tempus interuenit. Bart. in *l. filio præterito, in fin. ff. de iniuſto, rupto teſtam.* vbi Alex. in apoſt. dat multos concord. † Extende in teſtamento, in quo pater præteriit filium; quia licet ſit nullum ipſo iure, tamen ſubſtinetur ex æqui- 17 & *ſeq.* † Amplia in geſtis non ſeruata forma; quia conualidantur, ſi tacite actus comprobatur a eo, qui poteſt formam omittere, Iaſin in *l. vniuerſis, num.* 3. Caſtr. *n.* 3. & 4. *C. de precib. Imper. offer.* Dec. in *c. cum omnes, num.* 140. *de conſtit.* vbi apoſt. declarat, quando omnes præſentes habentes authoritatem faciunt ſimul, vel conſentiunt, ſequitur Natt. *conſ.* 142. *nu.* 18. † Contrarium Alexand. in *l.* 1. *ff. ad l.* 18 *Falc.* vbi alios citat. † Amplia in electione nulliter facta, puta in 19 Papa per vim electo; quia ſi poſtea ſponte eligentes admittunt, & coronant, purgatur, & conualidatur electio nulla. Bald. in *tract. de ſchiſmate*, qui eſt ſub *tit. ſi quis aliquem teſtar. prohib. §. ſed in contrariũ, n.* 7. † Declara totam iſtam materiam; quia ſi actus eſt nullus ex 20 defectu inhabilitatis perſonæ, vel ſolemnitatis omiſſæ, vel etiam ex defectu iuris non valuit, actus non conualeſcit vnquã ex tempore, licet ſuperueniat habilitas perſonæ, vel ius validum, niſi interueniat conſenſus nouus, vel expreſſus, vel tacitus inductus à lege, & ita loquuntur omnia ſupradicta, & declarat Signor. *conſil.* 136. *Filius familias, per tot.* maxime *in fin.* ſi vero valuit contractus, ſed defectus iuris ineſt, ſi ius ſuperueniat, conualidatur actus validus quidem, ſed ſine effectu, & ita gloſſ. in *d. c. non firmatur, de reg. iur. in* 6. vbi * omnes, & ita declarat Dec. *conſ.* 661. *In caſu, nu.* 14. & 15. vbi, * quod ſi non perſeueret conſenſus, licet ceſſet inhabilitas, non conualidatur actus nullus. † Declara alio modo; quia ſi ſumus in 21 iis, in quibus momento ius ad alium deuoluitur propter inhabilitatem alicuius, prout ſi hæreditas deferatur alicui proximiori, qui eſſet vel monachus incapax, vel bannitus, taliter, qui non poſſet ſuccedere; quia ius deuoluitur ad alium proximiorem propter incapacitatem primi, tunc licet primus efficiatur capax, non tamen poteſt habere hæreditatem ſemel, & momentaneè alteri acquiſitam, ita Feder. de Sen. *conſ.* 26. *Caſus talis eſt, n.* 4. & 5. vbi plura ſimilia, & *conſ.* 27. *per tot.* † Si vero alteri ius non acquiritur, ſed ac- 22 tus ambulatoriam habet voluntatem, prout teſtamentũ factum ab excommunicato, vel bannito, qui non poſſunt teſtari, ſi tamen abſoluitur excommunicatus, vel abſoluitur bannitus à banno, tunc bene conualeſcit; quia iſta obſtacula inducunt inhabilitatẽ, donec durat obſtaculum, & actus teſtandi nõ eſt perfectus quoad effectum, dum viuit, de excommunicato Feder. de Sen. *conſ.* 118. *in fin. ver. ſed poſito*, & de bannito reſtituto Bald. *conſ.* 243. *Quidam nobilis, lib.* 1. vbi *n.* 5. declarat, vide etiam de vſurario Zabarell. *n.* 40. *n.* 4. † Declara; quia imo teſtamentum nullum à principio, vt quia filia 23 præteriit matrem, non conualeſcit, licet mater tranſiuerit poſt teſtamentum ad ſecunda vota; quia facilius datur renaſcentia, quam prima natiuitas, ita Caſtrenſ. *conſ.* 213. *in fine, lib.* 1. † Declara; quia re- 24 gula eſt, quod licet nullum à principio, quia requirebatur conſenſus alterius, qui non interuenit, tractu temporis non conualeſcat, tamen intelligitur, quantum ad hoc, vt valeat à principio, ſed bene valet vt nunc tempore conſenſus. Calderin. *conſil.* 2. *An Capitulum, n.* 3. *ver. vel poteſt dici, ſub tit. de conſtit.* † Limita; quia quod 25 nullum eſt iure naturali, non conualeſcit per remotionem obſtaculi, ſic videtur dicere Zabar. *d. conſ.* 40. *n.* 2. *in fin.* † Declara; quia 26 quando actus nullus ſemper, quod deueniat ad caſum, à quo poteſt incipere, & ſic ſuperueniat habilitas, valet, ſi nouus conſenſus interuenit, & hoc eſt regulare, & verum in omni materia, & valet vt nunc ex ſuperuenienti nouo conſenſu, ſic declarat Cald. *conſ.* 2. *de conſtit. n.* 2. *ver. vel poteſt dici*, & Signorol. vbi ſupra in prima declaratione. † Declara; quia materia eſt brocardica, vt dicit gloſſ. in *ca.* 27 *non firmatur, de reg. iur. in* 6. † Declara; quia multum refert, an actus 28 ſit nullus; an pendens, ſi nullus, non conualidatur, niſi vt ex nunc, ſi pendens, validatur à principio. Anchar. *conſ.* 123. *Vnus ex procuratoribus, n.* 7. & 8. † Declara, vt per gloſſ. in *cap. non firmatur, de reg. iur.* 29 *in* 6. *in fin.* quod illa, quæ deſiderant principium ex neceſſitate, vel quæ habent perpetuum impedimentum, ſi ſunt nulla, tractu temporis non conualeſcunt, nec nouo conſenſu conualidantur, ea vero, quæ non deſiderant principium ex neceſſitate, vel in quibus impedimentum non eſt perpetuum, ſed temporale, licet ſolo tractu temporis non conualeſcant, bene conualeſcunt ſublato impedimento, vel nouo conſenſu ſubſequuto tacito quandoque, & quandoque expreſſo. † Declara; quia aliqui ſunt caſus ſpeciales, 30 in quibus nullum ab initio tractu temporis ceſſante impedimento conualeſcit, vel eſt fauore Eccleſiæ, vel eſt, vt valeat ex nouo conſenſu, vt nunc, non autem vt tunc, ita gloſſ. magna, quæ pro materia brocardicæ allegatur pro vtraq; parte in *d. c. non firmatur, de reg. iur. in* 6. † Declara; quia attendenda eſt principalis intentio 31 ſtatuentis; quia ſi principaliter mouetur ad ſubſtinendum teſtamẽtum, licet annullet certo caſu ſecundario, vt ſi filius ſit præteritus, tunc filio conſentiente conualeſcit à principio ex æquitate prætoris, ex quo principaliter lex mouetur ad ſubſtinendum teſtamentum, non ad annullandum. Bart. in *l. filio præterito, nu.* 25. & *ſeq. ff. de iniuſto rupto teſtam.* vbi Alex. in *vlt. apoſt. n.* 35. *ver. vltimo quæro circa med.* Vide, *Exequutio ſententiæ non, &c. Concl.* 481. Vide, *Habilitas ſuperueniens, &c. Concluſ.* 6. Vide, *Ius ſuperueniens quando, &c. Concluſ.* 630. Vide, *Minoris contractus nullus, &c. Concluſ.* 254. Vide, *Ratificari*

non potest actus, &c. Concluſ. 24. Vide Concluſionem proxime præcedentem.

Nullitas iudicatur ex præſentibus, non ex futuris. Concluſ. 144.

1 NVLLITAS † ſententiæ iudicatur ex iis, quæ facta fuerunt, non ex iis, quæ in futurum fieri poſſunt; ideo licet quis potuiſſet apte agere, & egerit inepte, ſententia erit nulla, nec ſanatur ex declaratione, quæ poteſt fieri in futurum. Feder. de Sen. *conſ.* 11. *nu.* 9. *verſic. non obſtat etiam, in fin. reſponſ. D. Iacobi de Piſtorio ibi inſerta.*

Nullitas cauſata ad fauorem certæ perſonæ ab eadem perſona ſanari poteſt, & quando ſecus. Concluſ. 145.

1 NVLLITAS † actus quando ad fauorem meum à iure cauſatur poſſum huic nullitati renunciare, & actum nullum validum
2 facere. Vide, *Nullitatem allegare qui, &c. Concl.* 134. † Filius præteritus, cuius fauore teſtamentum eſt nullum, poteſt illud comprobare, ſi vult, *l. filio præterito, ff. de iniuſt. teſtam.* Bart. in *l. non dubiũ, C. de*
3 *teſtam. circa fi.* † Extende; vt idem ſit in auo materno præterito, qui poteſt approbare teſtamentum nullum. Cald. *conſ.* 373. *in fin.* alias
4 44. *de teſtam.* † Amplia; quia ſi nullitas, vel culpa cauſata à pluribus
5 in pari cauſa melior eſt conditio rei. Vide, *Conditio melior cuius, &c. Concl.* 603. † Extende; quia qui incidit in pœnam, non poteſt agere ad pœnam eandem, ſecus eſt, ſi agat ad nullitatem ob publicã vtilitatem cauſatam; quia etiam ſi ſit in pari culpa, agere poteſt.
6 Bald. *conſ.* 227. *Quod non poſſit, per tot. li.* 4. † Amplia; quia licet ſyndicus eccleſiæ non poſſit vendere habita fide de pretio, & alias facta venditio non valeat in præiudicium eccleſiæ; ſi tamen emptor velit allegare hanc nullitatem inuita eccleſia, quæ vult contractũ valere, non audiretur; quia nullitas fauore eccleſię cauſatur. Ang.
7 *conſ.* 43. *Fratres Seruorum, n.* 2. *ver. concludo.* † Extende; quia regula eſt, quod quando contractus annullatur ad fauorem alicuius, hoc non poteſt allegari contra eum. Bar. *conſ.* 159. *Viſa quadam conſtitutione, n.* 6. *& 7. ver. tertio videndum*, vbi, quod ſi extat conſtitutio, quod eccleſia non poſſit locare vltra quinquennium ſine conſenſu Epiſcopi ſub pœna, & nullus ſit omnis contractus, conducens ab eccleſia non allegabit nullitatem contra eccleſiam, ſed
8 bene è conuerſo. † Extende, vt idem ſit in pupillo contrahente; quia licet contractus ſit nullus, quando non interuenit ſolemnitas requiſita; tamen contra pupillum nullitas allegari non poteſt. Bart. *d. conſ.* 159. *n.* 7. *lib.* 1. vide plura ad hoc per Rim. Iun. *conſ.* 599.
9 *n.* 8. *& ſeq.* Vide, *Ius tertii non iuuat eum, & c. Concl.* 636. Vide, *Minoris contractus valet, &c. Concl.* 264. † Extende; quia vbicunque melior conditio minoris, vel eccleſiæ, vel prohibiti ſine certa ſolemnitate contrahere, ſi tamen contrahit cum ſua vtilitate, valet contractus vtilis prohibito, ita plene Rom. *conſ.* 316. *Circa propoſitum, n.* 2. *& ſeq. per tot. ver. quo ad ſecundum*, vbi dat plura exempla in tranſactione ſuper alimentis facta ſine decreto, quando eſt ad fauorẽ alimentandi, in contractu minoris ſine tutore, vel curatore, vt valeat, ſi eſt vtilis minori, idem in iudicio, & ſententia, & vltimo, ſi minor ſe obligat, vt liberetur; quia ſequuta liberatione valet obligatio, & reddit rationem; quia ſolemnitates ſunt inductæ ad fauorem minorum, ne eis inferatur damnum, ſed non vt non recipiant lucrum, & ibi apoſt. citat Tiraq. *de legib. connub. gl.* 8. *n.* 282. & repetit omnia prædicta Rom. *conſ.* 453. *per tot.* vbi apoſt. dat con-
10 cord. plurimos. † Contrarium, & male tenet Anch. *conſ.* 309. *Videtur prima facie, in princ.* vbi, quod facto compromiſſo ſine ſolemnitatibus per eccleſiam, & laicum, ſi feratur laudum pro eccleſia, laicus poteſt dicere de nullitate; quia non valuit compromiſſum.
11 † Declara; quia ſi pro eccleſia, vel minore, & ad eius commodum
12 allegatur nullitas, valet; ſi pro alio, ſecus. Vide, *Alienatio nulla non obſtat. Concl.* 267. vbi plura ſimilia. † Extende in omni perſona; quia ſi eſt conuentum, quod intra certum tempus conſentiat, alias cõtractus ſit nullus, is, qui non conſenſit, & debuit conſentire, non poteſt allegare nullitatem, quando ſe obligauit ad conſentiendum; quia nullitas eſt ad fauorem, & volente alio, qui conſenſit, non ad fauorem deficientis. Io. de Anan. *conſ.* 32. *n.* 7. *& ſeq.* maxime
13 *n.* 10. *ver. circa ſextum.* † Extende; quia is, qui contraxit nulliter cum eccleſia, non poteſt allegare nullitatem contra eccleſiam. Anch.
14 *conſ.* 122. *n.* 2. *ver. præterea præſuppoſito.* † Extende in muliere, & minore, qui ſine curatore, vel certa ſolemnitate non poſſunt conſtituere procuratorem, ſi tamen conſtituant, licet mandatũ ſit nullum, & illis non poſſit nocere, ſi tñ procurator vtiliter contractũ fecit pro eis, valet ipſis volentibus; quia ætas, & fragilitas in damnoſis releuat, ſed in geſtis vtiliter non debet nocere, *l. non ideo, ff. C. de procur.* Bar. in *l. neque, C. eo. tit.* † Imo in fortioribus Rom. *conſ.* 15
316. *Circa propoſitam conſultationem, per tot.* tenet, quod minor captiuus, qui non poterat ſe obligare ſine ſolemnitatibus, ſi ſe obligauit non ſeruata ſolemnitate pro mutuo recepto ad effectum ſe liberandi à captiuitate, non poterit excipere de nullitate contractus; quia fuit vtilis minori, alias ſequeretur abſurdum, ſi poſt vtilitatem receptã ex relaxatione cum mutuo recepto illud non reſtitueret; quia cum iactura aliena locupletaretur. † Extende, vt ſi idem ſit, ſi minor pubes contraxit ſine ſolemnitate ſocietatem; quia ſi eſt vtilis minori, valet. Rom. *conſ.* 453. *Viſa principali, per tot.* vbi repetit prædicta, & apoſtillæ ibi citant plurimos conc. † Am- 17
plia in caſu prohibiti contractus à iure; quia is, qui contrahit contra ius, ex dolo tenetur, prout in Prælato alienante bona eccleſiæ ſine ſolemnitatibus; quia licet ſit nullus fauore eccleſiæ, valet tamen in odium prælati. Calder. *conſ.* 258. *in fin.* alias 2. *de iis, quæ ſunt à Prælato.* † Limita, qñ nullitas proueniret ex defectu ſolemnitatis; 18
quia licet poſſit hæres ex eo ſe obligare, tñ propterea teſtamenti non erit validum. Bar. in *d. l. non dubium, in fin. C. de teſtam.* & poteſt eſſe ratio; quia non cauſatur nullitas ad fauorem hæredis, ſed contra hæredem, & omnes. † Limita in formalibus; quia qñ conſtitu- 19
tio (prout eſt Senis) dat formam, quod in omnibus emancipationibus debeat præcedere proclama, alias emancipatio fieri non poſſit, & facta ſit nulla; quia filius emancipatus ſit nõ ſeruata forma, etiam ſi præſens fuerit, poterit dicere de nullitate emancipationis. Rom. *conſ.* 402. *In propoſita conſult. per tot.* vbi apoſt. in *vr. & non aliter*, videtur ſe fundare circa finem in eo, quod filius poteſt renunciare beneficio ſuo, ſi non eſt lapſum decenniũ, alias ſecus. 20
† Extende, vt idem ſit, quando conſtitutio eſſet prohibitoria, vel 21
haberet decretum irritans; quia partes non poſſunt illi renunciare, quin habeat locum. Rom. *d. conſ.* 402 *per tot.* † Reſtringe, niſi 22
eſſet lapſum decennium; quia tunc filius non audiretur volens dicere de nullitate emancipationis tanquam factæ non ſeruata forma, vel contra conſtitutionẽ prohibitiuam. Rom. *conſ.* 402. *circa fi.* Vide, *Actus contra. Concl.* 141. Vide, *Fauorabilis diſpoſitio. Concl.* 90.

Nullum ab initio quando conualeſcat ex conſenſu ſuperueniente. Concl. 146.

MATERIA † hæc, an, & quando actus nullus ab initio conualeſcat ex ſuperuenienti conſenſu, tractatur ſparſim in diuerſis locis, de quibus plene Rom. *conſ.* 54. *Viſis circa id, in pr.* † Regula tamen eſt, contractum nullum ex omiſſione ſolemnitatis formalis non conualidari ex ſuperuenienti conſenſu partiũ. Rom. *d. conſ.* 54. *n.* 2. † Extende, qñ perpetuum eſt impedimentum, & perpetua eſt cauſa prohibitionis. Rom. *d. conſ.* 54. *n.* 3. *v.* 2. *probatur.* † Declara 4
pleniſſime, qñ conua idatur, vel non, vt pleniſſime per Tiraq. *de legib. connubial. gl.* 6. vbi ponit, quidin conſenſu, quidin authoritate, & diſtinguit omnes caſus, ad quem recurras. † Reſtringe, niſi 5
ſolemnitas annullans actum, vel contractum reſpiciat fauorem certæ perſonæ principaliter; quia accedente conſenſu eius, in cuius fauorem inducitur forma, conualidatur contractus à principio. Rom. *d. conſ.* 54. *n.* 3. prout in ſtatuto facto ad fauorem minoris, vel mulierum loquitur. † Reſtringe, qñ prohibitio contractus nõ 6
eſt perpetua, ſed temporalis; quia lapſo tempore prohibitionis conſenſu poteſt conualidari. Rom. *d. conſ.* 54. *n.* 3. *ver.* 2. idem Rom. *ſing.* 778. *Iudex Bononienſis*, plene Men. *de recuper. remed.* 15. *nu.* 170. † 7
Amplia; quia regula eſt, quod actus nullus, & teſtamentum nullum non conualeſcat lapſu temporis; quia nullitas ex officio iudicis declaratur, ſecus ſi fauore certæ perſonæ, quæ conſentire poteſt in ſui præiudicium. Ant. de Burr. *conſ.* 25. *n.* 7. *& ſeq.* Vide, *Nullitas perſonarum, & rerum. Concluſ.* 3. Vide, *Ratificari non poteſt actus. Concluſ.* 24. Vide, *Teſtamentum nullum conualeſcit. Concluſ.* 129. Vide, *Concl. prox. præc. & Concl. prox. ſeq.*

Nulliter geſta, quæ non poſſunt conſenſu partium conualidari. Concl. 147.

CONSENSVS † partium nihil operatur circa nullitatem, quæ prouenit ex defectu iuriſdictionis, & ideo ſi ſubdelegatus, qui non poteſt ſubdelegare, ad inſtantiam ambarum partium cõſentientium ſubdelegaret examen tertium, vel alium articulum contentioſum, geſta per talẽ ſecundum ſubdelegatum ſunt nulla, nec de cõſenſu partium poſſunt validari. Rota in *non. decis. 8. de eſſ. deleg.* alias 258. *Si auditor.* Ægid. *decis.* 536. incip. *Concluſo ſecundo de minum*, alias 41. *de iudic.* † Extende in ſententia; quia publici iuris 11
eſt, non poteſt conſenſu partium conualidari, vt ſententia, ſed bene, vt pactum, vel conuentio. Vide *Concluſionem prox. ſequen.* 12
† Extende in laudo lato ab arbitro extra compromiſſa; quia eſt nullum.

nullum, nec conualidatur consensu partium. Dec. *cons.* 434. *prope fin. nu.* 8. vbi plura adducit. † Amplia in materia statuti Eugubini, per quod phibetur delegatio examinis in causis supra 50. libras, & indicitur pœna falsi Notario aliter scribenti examen; quia non valet, etiam si iudex de consensu partium delegauerit; quia statutum publicam respicit vtilitatem. Bald. *cons.* 378. *Pro parte cuiusdam, nu.* 3. *ver. sequitur igitur videre, lib.* 3. † Amplia in contractibus factis contra constitutionem, vel ius prohibitorium; quia partes non possunt iuri prohibitorio renunciare; quia censetur ius formale, & ideo non valet actus factus, quin ipsimet contrahentes possint dicere de nullitate, dummodo non sit lapsum decennium. Rom. *cons.* 402. *In proposita consultatione, per tot.* vbi apost. plene, quæ multos concord allegat. † Extende, vt procedat, etiam si ius, vel constitutio prohibitoria respiceret fauorem priuatorum; quia non potest illi renunciari consensu partium, quando expresse prohibet aliter fieri non posse. Rom. *d. cons.* 402. *n.* 3. *ver. quinimo dico*, vbi limitat remittendo se ad gloss. in *c. dilecto. in ver. huiusmodi clausula, de prab.* Vide. *Ius publicum pactis priuatorum. Concl.* 623. Vide, *Ratificari non potest actus. Concl.* 24.

Nulliter gesta quando, & qualiter possint confirmari. Concl. 148.

1 SENTENTIA † nulla, quia est lata non seruato iuris ordine, si esset de nouo ferenda; quia is, pro quo lata est, fouet bonum ius, potest confirmari per iudicem appellationis, vel nullitatis, Bart. in *l. 1. in fin. ver. quæro, quid si datur libellus super nullitate, n.* 16. *C. quando prouoc. non est necesse*, late Negus. in *tractat. de pignor. in* 3. *part.* 2. *membro, num.* 23 *ver. & pro confirmatione.* † Extende; quia iudex appellationis confirmat sententiam nullam, si ex nouis apparet, quod debet confirmari. Anchar. *cons.* 292. *in princ.* vbi declarat, quod procedit contra eundem. † Amplia, vt procedat in tenuta nulliter data, quæ si de nouo esset danda, debet confirmari per iudicem appellationis, vel nullitatis, etiam si is, qui dicit tenutam nulliter datam, debuit citari, & non fuit citatus. Alex. *consil.* 81. *In causa, & lite, colum. fin. nu.* 5. *ver. & posito, quod dictus Massarius, lib.* 7. Negus. *dict. tract. de pignor. in* 3. *par. in* 2. *membro, n.* 23. *ver. & pro confirmatione.* Anchar. *cons.* 291. *Super pluribus, nu.* 16. *& cons.* 292. *Videtur prima facie, in princ.* licet teneat contrarium, quando contra tertium. Socin. *cons.* 113 *in fin. lib.* 3. Dec. *cons.* 191. *in fin. & cons.* 449. *n.* 17. late Crauet. *cons.* 140. *in fin. & cons.* 179. *n.* 6. Rol. à Vall. *cons.* 5. *n.* 6. *lib.* 1. & licet aliqui * attentauerint tenere contrarium; tamen ista est communis * opinio, vt dicit Curt. Sen. in *l. si pacto quo pœnam, C. de pact.* & Crauet. 4 *d. cons.* 179. Rol. *d. cons.* 5. *n.* 6. *lib.* 1. † Extende; quia exequutio facta iudicis authoritate, licet perperam, non reuocatur, si solutum apparet debitum, *l. fin. ff. quod met. caus.* † Contrarium per plura tenet Anchar. quod ante omnia præeptum, & mandatum de facto relaxatum debeat reuocari ante omnia; quia facta de facto ante omnia sunt reuocanda, *cons.* 291. *Videtur prima facie, per totum.* † Declara; quia si agatur de confirmanda possessione nulliter capta contra eum, qui est vere debitor, si esset de nouo concedenda, potest confirmari; secus si contra tertium fuit capta possessio; quia cum sit nulla, ante omnia tertius debet restitui, ita videtur velle Anchar. *d. cons.* 292. *per tot. & in fin.* vbi ita videtur distinguere velle, 7 & hæc declaratio erit limitatio. † Declara; quia si tenuta data nulliter, quia non citato possessore, non esset de nouo concedenda, non etiam potest confirmari, & idem, quando est nulla ratione solemnitatis omissæ, alias secus. Io. de Im. *cons.* 128. *Visis, ac ponderatis, in princ.* † Extende; quia exequutio à principio nulliter facta, si 8 tamen constat de debito, est confirmanda. Dec. *cons.* 449. *Visis duobus. num.* 16. *cum seq. & cons.* 191. *in fin.* Castr. *cons.* 472. *In causa captura lucubi, ad fin. lib.* 1. Crau. *cons.* 46. *n.* 7. Vant. *tract. de null. in fin. n.* 129. & 9 *seq.* † Et quod exequutio præpostere, & inordinate facta, si deueniat ad eum casum, à quo incipere poterat, non debeat vitiari, sed veniat confirmanda, per text. in *l. fin. ff. quod met. caus.* vbi Bald. Am- 10 plia † in captura nulliter facta, & sine citatione, quæ si esset facienda, vt quia captus confitetur debitum, debet confirmari, & idem, si alias constat de credito. Ias. in *l. si pacto quo pœnam colum.* 3. *Cod. de pact.* Negus. *dict. tractat. de pignor. in* 3. *parte, in* 2. *membro, num.* 23. allegat Castrens. *cons.* 89. *In causa captura, in fin.* sed est *consilium* 473. *lib.* 1. *secundum nouam impressionem.* Ias. in *l. à Diuo Pio. §. in venditione, nu.* 12. 11 *ff. de re iudic.* Dec. *cons.* 449. *num.* 20. † Amplia; quia omnis tenuta, & possessio data, etiam nulliter; quia non seruato iuris ordine à iudice, vel ab eo, qui potuit dare, vt ex venditione nulla, vel alio contractu nullo potest retineri ratione hypothecæ ab eo, qui illam habet. Negus. in *tractat. prædicto de pignor. in* 3. *parte* 2. *membro, in* 10. 12 *quæst. num.* 20. *ver. decimo dubitatur.* † Extende, vt procedat, etiam si possessio esset data nulliter ad effectum tædii, & quæ esset recuperabilis intra annum; quia non potest recuperari, si immissus incontinenti docet de hypotheca. Bart. Alex. & alii in *l. 3. §. fin. ff. de acquir. poss.* Negus. *d. tract. de pignor. in* 3. *parte, in* 2. *membro nu.* 20. *ver. & pro ista decisione.* † Restringe, vt non procedat, quando possessio 13 est spoliatiua sine culpa agentis; quia tunc si non prouenit ex iusta causa ad creditorem, tenetur restituere. Negus. *d. tractat.* 3. *parte* 2. *membro, num.* 21. *in fin.* qui dicit * hanc communem. † Restringe, vt * 14 non procedat, quando legatarius accepit tenutam rei legatæ ante aditionem hæredis; quia licet legatarius haberet rem hypothecatam, intelligitur ab aditione, & licet postea hæres adeundo conualidet hypothecam ab initio, non tamen conualidat tenutam, & missionem nullam, quæ non pendet ab aditione. Castrens. *cons.* 33. *Statutum Lucanum, in fin. lib.* 1. † Restringe, quando fuit data pro 15 maiori summa petita, quam deberetur; quia nulla est in totum. Bald. in *l. certi condictio, § quoniam. ff. si cert. pet. at.* & ibi Aretin. declarat, & idem in captura. Marsil. in *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. nu.* 43. & in adiudicatione, Doctor. in *l. si non sortem, § si centum, ff. de cond. indeb.* † Amplia; quia ex nullo, & inordinato processu potest sequi 16 sententia valida, quando constat vere de credito; quia tunc nullitas non est considerabilis. Anchar. *cons.* 23 *prope fin.* Alexand. *consil.* 81. *n.* 5. *lib.* 7. Dec. *cons.* 449. *n.* 17. & 18. Ruin. *cons.* 91. *nu.* 7. *lib.* 5. Crauet. *cons.* 46. *n.* 7. & *cons.* 179. *n.* 6. vbi dicit, quod gestum nulliter reuocari non debet, quando si ita gestum non esset, denuo esset faciendum propter præexistentem veritatem crediti petiti. † Ex- 17 tende; quia stante veritate crediti petiti conuenit potius ex inordinato processu sententiam ferre, quam partes nouis expensis, & nouo iudicio intricare; quia ita agere non est recti iudicis, ait Anchar. *cons.* 23 *prope fin.* † Amplia; quia sententia nulla potest conua- 18 lidari consensu partium, *l. 1. C. commun. vtriusque iudic.* † Contra- 19 rium, quod sententia ipso iure nulla propter ordinem iudiciarium non seruatum non possit confirmari consensu partium; quia authoritas sententiæ pendet ex publica authoritate. Petr. Anchar. *cons.* 67. *n.* 9. Castrens. *cons.* 343. *colum.* 2. *in princ. lib.* 2. † Declara; quia 20 sententia nulla non valebit vt sententia propter consensum partium, sed valebit in vim pacti. Zabarell. *cons.* 74. *colum. fin. ver. ad tertium*, vide plene Angel. *cons.* 198. *Testator quidam*, vbi, quod si deducatur in contractum, valebit in vim contractus, non vt sententia. Vide plenissime in *ver. Brocardum. Conclus.* 133. † Si tamen sententia 21 nulla à statuto conualidetur, vt quia statutum vult, quod si non est dictum de nullitate intra sex dies, non possit amplius dici, efficitur valida secundum Castrens. *cons.* 16. *num.* 11. *ver. præterea, lib.* 1. quod credo verum, licet idem Castr. *cons.* 289. *colum.* 3. *in princ. lib.* 1. dicat, quod non efficitur valida, sed statutum claudit os, quod non possit post tempus dici de nullitate; ideo est exequenda. Amplia † in alienatione bonorum Ecclesiæ; quia consensus clerico- 22 rum, qui non interuenit, potest ex post facto interuenire, imo sola scientia, & patientia conualidat actum, igitur alienatio non est nulla ipso iure. Ancharan. *cons.* 122. *Ex narratis, in fin.* † Amplia; quia 23 testamentum nullum consensu præteriti, & eius, qui potest dicere nullum, conualescit. Vide, *Testamentum. Conclus.* 128. *& Conclus. ibi sequent.* † Limita, quia exequutio facta contra tertium bono- 24 rum possessorem non citatum debet ante omnia reuocari tanquam de facto facta. Anchar. *cons.* 291. *Videtur prima facie, per totum.* † Limita, quando exequutio esset nulla, quia iniusta, puta facta 25 pro certo debito soluto, quia cum sit omnino sublata actio, non substineretur, licet obtinens exequutionem esset creditor ex alia causa, quia ex quo solutione sublata est actio, pro qua fuit data exequutio, *Instit. quib. mod. tollitur obligat. in princ.* ex diuersis non potest substineri, quia non fit illatio ex diuersis, *l. Papinianus, ff. de minor.* & quia non fit transitus de causa ad causam, nisi refectis expensis, vt per Doct. in *l. edita. C. de eden.* † Limita, quando exequutio 26 fuit facta contra intentionem iudicis, vt quia mandatum est contra bona hæreditaria, & exequutio fit in bonis non hæreditariis; quia ante omnia est reuocanda. Anchar. *d. consil.* 292. *in princ. & per totum.* † Extende, imo etiam si concurreret voluntas iudicis, quia 27 exequutio facta contra tertium possessorem non citatum debet ante omnia reuocari. Ancharan. *d. cons.* 292. *n.* 1. *in fin.* † Limita in 28 eo, qui iniuste captus fuit, quia non potest recommandari, vel arrestari, sed debet relaxari. Ancharan. *d. cons.* 292. *n.* 4. *versicul. quinto pro hoc*, & idem tenet Bartol. in *quæst.* 6. incip. *Lapus fuit captus, ver. solutio.* † Extende, vt nec ad instantiam alterius possit arrestari, sed 29 prius debet iniuste captus restitui pristinæ libertati. Ancharan. *d. cons.* 292. *n.* 4. Bart. *d. quæst.* 6. *circa fin. versicul. sed quæratur.* † Restrin- 30 ge, quando fuit vis compulsiua; quia nec deficit consensus carcerati, licet coactus, nec restituitur ante omnia, si constat, quod deberet capi, si vero interuenit vis expulsiua, vel ablatiua libertatis, secus

tis, secus est, ita Bartol. *dict. quæst. 6.* Ancharan. *dict. consil. 292. num. 5.* Vide, *Captura nulla, &c. Conclus. 73.* Vide, *Carceratus quando potest. Conclus. 83.* Vide, *Laudum homologatum, &c. Concl. 26.* Vide, *Ratificari non potest actus. Concl. 24.* Vide, *Sententia nulla quando. Conclus. 158.* Vide, *Statutum circa nullitates. Conclus. 602.*

Nullitatis causa an sit similis causæ appellationis, & qualiter cumulentur, vel non. Concl. 149.

1 NVLLITATIS † causa an sit omnino similis cum causa appellationis, ita vt sicut in causa appellationis non requiritur litis contestatio, ita nec in causa nullitatis. Oldr. *cons. 12. versic. aliis in contrarium*, vbi, quod in causa supplicationis, & restitutionis in
2 integrum. † Et quod causa nullitatis principaliter deducta habeat maximam conformitatem cum appellatione; quia pariter deuoluit negocium principale ad superiorem, vt possit sententiam ex noua causa reformare. Alexand. *consil. 225. Ponderatis, num.*
3 *24. ver. potest etiam dici, lib. 6.* † Imo nullitas adeo est connexa appellationi, vt commissa causa appellationis veniat etiam cognitio nullitatis. Oldrad. *dict. consil. 12. num. 4. ver. imo tanta*, & eo casu finita causa appellationis, dicitur etiam finita causa nullitatis, ne plus accessorium duret, quam principale. Oldrad. *consil. 308. num.*
4 *5. ver. respondetur.* † Declara; quia quoad iuris effectum non differunt, an quis appellet à sententia, si qua est, alias dicat de nullitate, an vero appellet simpliciter, & dicat de nullitate simpliciter. ita Alex. *consil. 225. Ponderatis, num. 22. in fin. versicul. ergo nihil refert,*
5 *lib. 6.* † Sed tamen multum differunt in modo proponendi, quando simpliciter fuit appellatum; quia licet in appellatione insit nullitas tacite, intelligitur accessorie, & incidenter; si vero inest per expressionem, tunc dicitur æque, & principaliter. Alex. *dict. consil. 225. num. 23. ver. tamen non comprehenditur, lib. 6.* vbi tamen dicit vnum notabile, quod siue nullitas sit de per se expressa, siue tacita incidenter, quod vtroque casu pariter deserta appellatione
* 6 non deseritur nullitas, secundum * communem, *num. 24.* † Dicas plenius, quod appellatio, & nullitatis dictio solent proponi hoc modo, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*, & isto casu appellatio est sub conditione; ideo lata sententia super nullitate, non potest prosequi appellationem; quia fuit sub conditione interposita, vnde cum constet sententiam nullam esse purificatam, non est conditio appellationis. Alexand. *consil. 230. Ponderatis, in*
7 *princ. & per tot. lib. 6.* † Amplia; quia nullitatis causa cum appellatione commissa quatenus principaliter intentetur, debet prius expediri, quam causa negocii principalis, & idem, si incidenter proponatur, si tamen super ea non pronuncietur, sed super appellatione, sententia non erit nulla. Castrens. *cons. 232. In causa, quæ ver-*
8 *titur, lib. 1. per tot.* vbi multa similia deducit. † Extende; quia quod dicitur de sententia nulla, procedit, etiam si lata sit super consilio consultoris nullo, vel continente expressum iuris, vel facti errorem ex actis apparentem. Castr. *d. cons. 232. colum. penul. ver. super secundo, & per tot. lib. 3.* vbi, quod non est necesse reuocare, vel nullum declarare consilium, sed sufficit, quod sententia ita declare-
9 tur. † Declara; quia nullitas proposita assimilatur in iudicio reali; quia si proponitur in genere, & prosequutio fiat in specie super certo capite nullitatis, & succubuit, non potest ad aliam nullitatem ex alio capite reuerti. Castr. *d. cons. 232. in fin. ver. vnum aduerten-*
10 *dum, lib. 1.* † Amplia; quia valet dictio nullitatis cum appellatione hoc modo, *dico sententiam nullam, & si qua est appello*, & isto casu dicitur appellatio sub conditione. Alexand. *d. cons. 230. in princ. lib. 6.*
11 † In casu d. appellationis qualiter iudex debeat pronunciare, sunt opiniones; quia si pars dixit sententiam nullam, & si qua est, appellat, & iudex pronunciauit sententiam nullam, in causa appellationis non debet aliter pronunciare, quia ex quo appellatio fuit conditionalis, quatenus sit aliqua, & cum sit nulla, non requiritur alia pronunciatio in articulo appellationis, & si velit pronunciare, debet pronunciare superuacuo appellatum, eo quia sententia erat nulla. Bar. in *l. si expressim, ff. de appel. ver. quarto videndum.* Ioan. vero de Im. in *l. cum quærebatur, ad fin. ff. de re iudic.* & in *d. l. si expressim*, dicit, quod debet pronunciare, non intelligi appellatum, eo, quia sententia erat nulla, sed Ant. de Butr. in *c. dilecto, de appellat.* dicit, quod potest pronunciare bene appellatum; quia cum sententia esset nulla, iudex grauauit partem, contra quam nulliter pronunciauit. Alexand. *consil. 230. Ponderatis, num. 2. vsque in fin. lib. 6.* dicit meliorem esse practicam Ioann. de Imol. sed apost. ibi in *versicul. practica*, dicit esse meliorem practicam, & obseruantiam Franciæ; qua pronunciat in causa appellationis sententiam nul-
12 lam; quia tam appellatio, quam nullitas deuoluitur. † Nullitatis & appellationis causa possunt deduci simul, & in eodem libello secundum sententiam omnium Doctorum * communi. * ter de stylo in iudiciis obseruatam. Abb. *consil. 97. Attingam, in princ. lib. 1.* Vide ad ista omnia plenius in *ver. Appellatio an possit cumulari cum nullitate. Concl. 394.* Vide, *Consilium. Conclus. 775. & Index. Conclus. 461.*

Numeratio, & numerata pecunia quotuplex, & quid importet. Concl. 150.

NVMERATIO † alia est ciuilis, seu ficta, alia naturalis, seu vera, 1
ficta est, quando vnum debitum conuertitur in mutuum, seu alium contractum. Castrens. *consil. 186. In causa, quæ vertitur, colum. 2. versicul. ex quibus, lib. 1.* vbi dicit idem in mutuo; quia est mutuum ciuile, & naturale. † Infertur igitur, quod si Notarius in instru- 2
mento scribat, quod Titius accepit mutuo centum à Seio, quæ numerauit, licet testes dicant, nullam interuenisse numerationem, non contradicunt instrumento; quia de numeratione ciuili potest intelligi. Castrens. *dict. consil. 186. colum. secunda versicul. ex quibus, lib. 1.* † Contrarium in hoc adducit Alexand. *consil. 179.* 3
num. 6. & sequent. versicul. vnde faciunt. lib. 2. vbi dicit, quod imo contradicunt instrumento; quia numeratio debet intelligi de naturali vera. † Pro contrario facit incertus Author post regulas Soc. 4
cin. *reg. 1. Notarius scribens in instrumento mutui verbum, numerauit, si non vidit pecuniam, punitur de falso*, vbi ponit quatuor fallentias videndas. † Declara; quia si ex adiuncto potest haberi veritas, illa 5
est tenenda; quia si fuit dictum in instrumento, vel libello, mutuauit, & numerauit in pecunia prompta, vel numerauit mediante littera cambii, sumus in claris, si simpliciter numerauit ad soluendum instrumentum, intrat expositio de ciuili numeratione per conuersionem alterius debiti in mutuum. Castrens. plene *d. consil. 186. colum. 2. ver. ex quibus, & per totum, lib. 1.* vbi dat exemplum Bart. in *l. prædia, circa fin. ff. de acquir. possess.* quod illa verba, *dedit, & tradidit*, quando res non est in præsentia, vt possit tradi, exponi debent, dedit licentiam de intrando, & eodem modo impropriantur verba illa; *exceptioni non numeratæ, &c. renuncians.* † De- 6
clara etiam; quia si non constat de numeratione, & testes dicunt, quod pecunia non fuit numerata, contradicerent instrumento, si Notarius diceret, quod in sui præsentia, & testium fuit numerata; secus si de numeratione confessata de præterito. Castrens. *d. consil. 186. colum. penult. ver. pro hoc etiam patet, lib. 1.* † Amplia; quia nu- 7
meratio proprie, & vere dicitur fieri Titio, si ego numero Seio recipienti nomine Titii, vel etiam numero Seio, & cuicunque de mandato Titii ipso præsente, & mandante, in tantum, quod testes dicuntur contestes, si vnus dicat me numerasse Titio, alius dicat me numerasse Seio recipienti nomine Titii, vel Seio recipienti de mandato Titii & probant. Bart. plene *consil. 19. In quæstione proposita, per totum, lib. 2.* vbi post. in *versicul. quod numeratio*, dat concord.

Numeri principium an faciat numerum. Conclusio 151.

VNVS † non facit numerum sed principium numeri, glossa in 1
l. si quis ante, ff. de acquir. possess. † Extende; quia licet conditio debeat impleri in forma specifica, si tamen vnus deficit non vitat 2
numerum; quia non facit numerum, sed principium numeri. Roman. in *l. 2. n. 5. ff. ad Syllan.* † Contrarium Ias. in *auth. quirem. Cod. de* 3
sacros. Eccles. nu. 16. vbi ponit duodecim illationes, quibus numeri principium, videlicet vnus operatur eundem effectum, prout operatur pluralitas, vt deficiens in vno nummo cadat à commodo contractus. † Amplia; quia principium lineæ non dicitur de linea, 4
ideo iudicatur de principio lineæ, quod iudicatur de descendentibus ex linea. Ias. post Castr. & alios in *l. Gallus, §. nunc de lege. ff. de lib. & posthum.* Vide, *Principium est de essentia. Concl. 702.* † Extende; 5
quia vxor non est affinis, sed principium affinitatis. † Singularis 6
numerus in vno tantum verificatur. Io. And. in *c. pluralis, de reg. iur. in 6.* Ias. in *l. cum quidam, num. 2. Cod. de verbor. signif.* Socin. *cons. 21. num. 12. lib. 3.*

Numerus certus officialium, vel Canonicorum si augetur, & fiat gratia, ad quos referatur, & comprehendat. Conclus. 152.

NVMERVS † Pœnitentiariorum certus, puta vsque ad duo- 1
decim, si augeatur per nouos officiales superadditos, & Pap-

conce-

concedat gratiam, quatenus aliquod officium ex iis, quæ de numero sunt, vacet, expectanti conferat, intelligitur, siue de numero primo, siue de aucto. Oldrad. *consil.265.Ioannes Episcopus.* † Amplia, vt idem procedat in expectante ad Canonicatum in Ecclesia, in qua erat certus numerus Canonicorum postea auctus. Oldrad. *d.consil.265.in fin.ver.insuper quæstio.* † Limita, quando numerus esset per Papam, vel superiorem post additamentum redactus, puta, quod viginti duo reducerentur ad duodecim; quia tunc prouisio, quæ fit de vacanti de numero non habet effectum, donec reducantur omnes supra numerum ad duodecim, ita Oldrad. *d.consil.265.num.4.ver.aut è contra.*

Nuncius in quibus differat a procuratore. Concluſ. 153.

1 NVNCIVS † differt à procuratore; quia nuncius est mera pica, & organum domini sui, *l. & licet, ff. de constit. pecun.* Angel. de Perus. *consil.44. Pater quidam, circa med.ver.pro hoc potissime facit*, vbi quod multa fiunt per nuncium, quæ per procuratorem facillime
2 non valerent. † Vide omnino Bald. in *l.multum interest.num.7.ver. modo quærendo. C.si quis alteri, vel sibi*, vbi triplicem constituit differentiam inter nuncium, & procuratorem; prima, quia ex mente, & verbis; secunda, quia nuncius concipit verba in personam domini, tanquam organum, videlicet emo nomine Titii, vel pro Titio, vel promittis Titio, procurator concipit verba in personam suam nomine domini; tertia est, quia nuncius acquirit directam domino, procurator non sine cessione.

Nuncius ad citandum à quibus eligatur, & ad quæ obligetur. Concluſ. 154.

1 NVNCIVS † ad citandum debet eligi regulariter à iudice. Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. per nuncium, in princ. num.5.* quod periculo iudicis eligitur; si tamen non constat de electione,
2 sufficit, quod sit in quasi possessione exercendi officium. † Declara, quia si electio debet fieri vigore statuti, puta à prioribus, necesse est, quod constet de electione, nisi sit in quasi possessione, si vero debet eligi à iudice, sufficit commissio de citando; quia habet vim electionis. Bart. *d.extrauagan.ad reprimendum, in ver.per nuncium, num.5. & seq.* † Infamis potest esse nuncius ad citandum; quia regulariter deputantur viles personæ, licet de iure communi debeant eligi personæ diuites, & approbatæ, *authen. de iudic. §. de iis autem.* Bart. *d.extrauag. ad reprimen. in ver. per nuncium, in princ.*
4 † Iurare debet nuncius fideliter exercere officium suum, licet si non iurasset, posset tamen officium exercere. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, ver. per nuncium, num. 4. ver. item debet iurare.*

Nuncio, & birruariis non creditur extra officium suum, sed bene in iis, quæ spectant ad eius officium. Concluſ. 155.

1 NVNCIO, † & misso, siue executori, aut birruario non creditur, nisi doceat se habere facultatem ab eo, qui illam dare potest; ideo potest ei impune non pareri, si non docet de facultate. Federic.de Sen. *consil.251. Casus talis est, Iacobus, in princip.* vbi quod propterea nuncii Senarum portant capellinam rubeam in signum officii. Angel. *consil.219. Punctus, & casus, num.7. ver. prima est.*
2 † Contrarium tenet Cardin. Zabarell. *consil.10. Iacobus executor*, vbi, quod licet de rigore iuris non credatur nuncio citanti, quod sit nuncius; tamen secus est de consuetudine; quia sibi referenti, quod citauerit, creditur, & quod sit nuncius, & saltem transfert onus probandi contrarium. † Declara plene; vt per Bart. in *extrauag. ad reprimendum, in ver.per nuncium, num.7. & seq. ver. sed an citatus debeat credere*, vbi, quod nunciis, qui mittuntur in Prouinciis, non creditur, nisi exhibeant litteras facultatis, & idem quando citarent extra iurisdictionem suam, si vero agitur de nunciis vnius Ciuitatis, vel loci; quia solent portare quædam signacula, vt cognoscantur, & sistis creditur, & seruanda est consuetudo, nun-
4 cius vero delegatorum non creditur sine litteris. † Amplia in nuncio citante aliquem de commissione iudicis; quia licet ipsi credatur circa citationem, non tamen ipsi creditur circa commissionem iudicis, nisi doceat de ea; quia commissio non præsumitur, nisi probetur. Bald. *consil.63. Solon de subscriptione, num.2.lib.5.* Signor. Homod. *consil.57. Creditor volens, num.5.* qui loquitur in
* & communem * dicit Aretin. *consil.34.* quem refert, & sequitur Rip. in *cap.1.de iudic.num.90.* vbi ponit regulam negatiuam, & ex-
5 tendit, & limitat. † Contrarium, quod imo eo ipso, quod nuncius refert se citasse aliquem, præsumatur præcessisse commissionem, sine qua citatio non valeret, *l. neminem, ff. de exhib. reis. l. sed si hac.§.prætor. ff. de in ius voc.* Alex. *consil.123. Si nuncius, lib 2.* Franch. in *c. cum parati, de appellatio.* Felin. in *cap.1. in 7. colum. ver. quarta conclusio de iudic.* † Declara; quia controuersia est, an credatur nuncio de 6
commissione sibi facta, & plurimorum sententia est, quod credatur in iis, quæ spectant ad officium. Castrens. *consil.165.num.2. ver. sed de relatione, lib.2.* † Declara, vt plene per Rom. *consil.497. Dili-* 7
genter, num. 7. & seq. ver. tertio opponitur, vbi dicit duo esse dubia; primum, an nuncius possit citare sine commissione iudicis; secundum, dato, quod sit necessaria commissio, an præsumatur præcessisse citationem, & quoad primum. † Amplia; quia si nuncius 8
referat se intimasse citationem in tali loco & domicilio, talis, probat intimationem in illo loco, sed non probat, quod ille locus sit domicilium citati. Card. Zabarell. *consil.10. Iacobus executor, num.6. & seq. ver. & in hoc aduertendum, vsque in fin.* vbi, quod sufficit citato negare, quod ille locus, vbi facta est citatio, sit suum domicilium. † Extende; quia si nuncius referat se misisse N. in posses- 9
sionem bonorum q. Titii, probat quoad missionem, quæ spectat ad eius officium, sed non probat, quod bona sint q. Titii; tum quia non spectat ad officium suum, & non habet commissionem, nisi quoad executionem; tum etiam quia si haberet commissionem, non sibi creditur, nisi quantum crederetur duobus testibus, duo testes non probarent dominium, nisi reddant causam scientiæ etiam non interrogati, ergo idem in nuncio in iis, quæ iudicio intellectus percipiuntur. Castrens. *consil.165. Visis, & ponderatis, num.2.ver.nec in hoc statur, lib.2.* Bart. *consil.209. num.4. lib.1.* † Extende; quia licet credatur nuncio, quod citauerit, non tamen 10
creditur, si dicat, quod citatus eum iniuria affecit, vel dixit, non velle comparere. Castr. *d.consil.165.num 2.in fin.lib.2.* vbi apost. citat Corn. *consil.79. Viso, num 8.lib.3.* Menoch. *de arbitr.cas.112.num.12. & seq.* † Amplia; quia non statur relationi nuncii quod citauit ta- 11
lem procuratorem talis, quia ipsi creditur, quoad citationem, sed quod citatus sit procurator, hoc non spectat ad officium nuncii. † Extende; quia non creditur nuncio referenti se fuisse verbera- 12
tum à citato, vel impeditum in officio; quia ista sunt extra officium suum, & non censentur demandata. Menoch. *d. cas. 112. & num.12. & seq.* † Extende generaliter in omnibus, quæ sunt extra 13
officium nuncii; quia ipsi referenti nō creditur Menoch. *d.cas.112. num.12.* † Si vero circa ea, quæ non spectant ad officium nuncii, 14
ipsi creditur in modicis, secus in aliis. Bart. *d.extrauag. in ver. per nuncium, in fin.* † Extende; quia non creditur denunciatori, cuius de- 15
nunciationi standum est quoad damnum, si refert, animalia damnificantia non fuisse possessoris, sed forensium, vt soluant pœnam, quia non potest sensu visus, vel alio sensu scire dominium. Bart. *consil.209.num.3.ver.præterea posito, lib.1.* † Extende, quia nun- 16
cio iurato habenti commissionem ponendi A. in possessionem bonorum B. non creditur, si referat posuisse in possessionem, quatenus dicat bona fuisse B. ideo si comparet tertius, & docet de sua possessione, restitui debent bona. Bart. *d. consil.209. num.4. lib.1.* † Restringe, quia bene creditur nuncio in iis, quæ annexa 17
sunt, quæ dependentia ab officio suo, prout, quod in executione nō reperiit bona mobilia, vel nulla bona, vt per Menoch. *d.cas.112. in fin.* † Hinc oritur controuersia, quæ dicantur pertinere ad offi- 18
ciū, vel non, aut esse annexa; ideo multi tenent credi nuncio referenti citatū dixisse, non velle comparere, quasi sit connexum; alii secus, vt apud Menoch. *d.cas.112.n.17. & seq.* qui tenet negatiuā, & sic sunt alii casus cōtrouersi. † Amplia; quia neq; creditur nuncio 19
citanti, vel præcipienti ex parte Regis aliquid, si nō constat de cōmissione. Ang. *consil.219.n.7.ver.prima est.* † Amplia; quia non statur 20
nuncio, si facta relatione sua, quod aliquem citauit, velit postea ex interuallo dicere, quod citauit ad quandam domū Prati, & quod citatus habitabat tunc Pisis; quia non potest corrigere seipsum ex interuallo, sicut nec iudex. Alex. in *l. ab executione, ff. de appellatio.* in apost. ad Bart. quia inest timor subornationis; ideo nō admittitur, sicut neq; testis, facit Bart. in *l. eos. C. de falsis*, Abb. in *cap. præterea, de testib. cogen.* † Extende; quia non creditur nuncio dicenti contra 21
suam relationem; quia tam in iudicio, quam extra statur primo dicto. Bart. plene *cons.86. Non creditur, lib.1. per tot.* vbi apost. in *ver. non creditur.* † Amplia; quia non creditur nuncio simpliciter referenti 22
citasse, quod in citatione interuenerint omnes solemnitates secundum magis * communem opinionem, de qua Rom. *consil.454.* * *In repræsenti, n.4.* vbi apost. in *ver. nec præsumitur*, dicit magis cōmunem *, & repetit in addit. ad *cons.497. in ver. nuncio, in princ.* † Am- * 23
plia; quia nuncio non creditur, si dicat citatum dixisse non velle comparere, vel si dicat se verberatum, seu iniuriatum, vide plene Ant. Gab. *lib.2.tit.de citatio. conclus.4.* † Amplia; quia quæ dicuntur 24
de nuncio, habent locum in birruariis, seu sbirris, & executoribus; quia cum sint viles personæ, illis non creditur, nisi in iis, quæ

spectant ad officium suum, puta citandi, perquirendi, & circa modica, plene Mascard. *concl.* 189. *Birruarii testimonium in iudicio quam*
25 *fidem faciat.* † Limita; quia regula est, quod creditur nuncio, & statur eius relationi in iis, quæ spectant ad eius officium. Bart. *in l.* 1. §. *cura. ff. de offic. Præfecti Vrbis, & in l. qui nomine, ff. de fals.* Doctor. *in*
26 *l.* 1. *ff. de in ius voc.* † Limita; quia bene creditur nuncio quantumcunque vili, quod citauerit. Feder. de Sen. *consil* 119. *in fin. ver. nam nuncius.* Lap. *alleg.* 95. *num.* 6. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver.*
27 *per nuncium*, vbi, quod imo viles, & infames eliguntur hodie ad ista officia. † Vide omnino Menoch. *de arbitrar. casu.* 112. vbi recitantur opiniones tenentium, quod credatur, & non credatur, &
28 distinguentium, esse etiam multum arbitrarium iudici. † Declara, vt procedat, quando talis nuncius est publicus, & iuratus, alias
29 non. Federic. de Sen. *consil.* 142. *num* 3. *ver. non obstat relatio.* † Contrarium, quod etiam si non sit iuratus, sibi credatur. Bart. *d. extra-*
30 *uag. ad reprimendum, ver. per nuncium, num.* 4. *ver. item debet.* † Extende; quia imo soli nuncio creditur, & non est necesse, quod sint plures. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. per nuncium, num.* 10. *ver. sed an eidem nuncio*, vbi allegat pro vtraque parte, & tandem concludit, quod sibi creditur in iis, quæ spectant ad officium nuncii, quod citauerit. Rom. *consil.* 497. & apostill. ad Bart. *in ver. credere*, dat con-
31 cord. † Extende; quia creditur nuncio referenti citasse, tam coram ordinario, quam coram arbitro; quia arbiter potest sumere executores superiorum. Bart. *d. extrauag. in ver. per nuncium, num.* 9.
32 *ver. sed an arbiter.* † Limita; quia creditur nuncio dicenti se citasse aliquem; quia est persona publica; & quia iurauit fideliter officium exercere, etiam si citatus neget Franch. *in cap. cum parati, de*
33 *appell.* † Extende; quia creditur nuncio dicenti se citasse ad domum habitationis rei conuenti, Ias. *in l. nec is, col. fin. ff. de acquir. hæred.* Alciat. & addentes ad illum *in tract. at. de præsumptio. reg.* 3. *præ-*
34 *sumptio.* 4. † Extende, vt procedat, etiam si ignoraret, an habitaret citatus in dicta domo, vbi citasse dicit tanquam ad domum habitationis citati. Fulgos. *consil.* 76. *num.* 2. Asin. *in sua prax.* §. 6.
35 *cap.* 4 *num.* 7. † Contra extensionem Bart. *in l.* 4. §. *prætor ait, ff. de damn. infect.* vbi, quod citatio ad domum debet intelligi de domo
36 habitationis, & idem tenet Corn. *consil.* 57. *vol* 3. † Declara; quia si alias sententia transiret in iudicatum, quatenus citatio non esset bona, substineatur, ne appellatio deseratur, ex iis, quæ Castr. *in*
37 *l. ff. si quis cautio.* † Extende; quia si nuncius citauit ad domum, & citatus habeat duas domos, & sit solitus habitare modo in vna, modo in alia ex dictis domibus, licet nuncius non declaret, in qua domo citauerit, valet tamen citatio. Bart. *in l. hæres institutus, ff. de acquir. hæred.* & est ratio; quia referendo se citasse ad domum, debet intelligi de illa domo, ad quam debebat citare, vt actus potius
38 valeat, quam pereat, *l. quoties. ff. de verbor. obligat.* † Restringe, quando negans probat se non citatum claris probationibus, vel præsumptionibus. Menoch. *d. cas.* 112. *num.* 11. vbi extendit etiam in
39 Curiore Papæ. † Restringe, quando agitur de graui præiudicio.
☞ Menoch. *d. cas.* 112. *num.* 9. Vide, *Notario quando, & in quibus, &c.*
40 *Conclus.* 83. Vide, *Relatio nuncii, vt valeat, &c. Conclus.* 122. † Restringe, nisi is, qui negat se citatum, sit persona honesta, & nuncius vilis, ita Franch. *d. cap. cum parati, de appell.* Menoch. *de arbitr. d. casu.* 112.
41 *num.* 10. vbi, quod multum statur arbitrio iudicis. † Limita; quia bene creditur nuncio referenti se citasse in tali loco, quod citauerit; item quod sit nuncius; sed si quid extra citationem addat, non creditur. Card. Zabarell. *d. consil.* 10. *nu.* 7. *vsque in fin.* Bart. *consil.* 86. *Non creditur, ver. nam circa citationem. lib.* 1. vbi apostill. *in ver. non cre-*
42 *ditur.* † Limita; quia creditur nuncio referenti se fecisse diligentiam explorandi bona debitoris, & non inuenisse, & qui vult dicere adesse bona, probet. Alex. *consil.* 34. *Consultus, n.* 3. & 4. *ver. tertio*
43 *ad idem, lib.* 4. † Limita; quia statur relationi nuncii, quando refert explicite factum ab eo executum, & non implicite, & sub verbis generalibus. Canon. *in d. cap. cum parati, de appellat.* Maria. Socin. *in tract. at. de citatio. in* 12. & 13. *artic.* & quod si explicat seriatim gesta
* nuncio credatur, est magis communis * opinio, vt dicit Apostill.
44 ad Rom. *consil.* 497. *in ver. nuncio, ver. secundus casus.* † Extende, vt etiam credatur nuncio, si refert simpliciter, & implicite seruare sibi commissa, quando illa sunt seruanda ex generali consuetudi-
45 ne, apostill. ad Rom. *d. consil.* 497. *in ver. nuncio, ver. secundo casu.* † Extende, vt idem sit, si iudex dedit certam formam præcisam, puta citandi personaliter, si potest, sin minus ad domum, & referat citasse ad domum omnino iuxta mandatum iudicis; & tunc sibi
* creditur secundum * communem, d. apost. *ad consil. Rom.* 497. *in ver.*
46 *nuncio. ver. tertio casu.* † Extende; quia si iudex mandauit explicite citari absentem in quatuor locis, videlicet ad domum, in regione, super scalas, & ad pedes scalarum, & referat se citasse, & omnia fecisse, prout habebat in mandatis, censetur citasse in quatuor locis. Rom. *d. consil.* 497. *num.* 4. *ver. obiicitur, iuncto ver. nec non secundo*
potest responderi, vbi, quod in hoc creditur nuncio, quod fideliter officium exercuerit, & plures allegat. † Restringe; quia si refert 47
simpliciter citasse, & omnia obseruasse, non sibi creditur quoad ea, quæ sunt obseruanda de iure communi; quia quæ iuris sunt, ignorare præsumitur. Abb. *consil.* 84. *Arbitror post prine. lib.* 2. quem sequitur d. apostill. ad Rom. *consil.* 497. *in ver. nuncio, ver. aut simpli-*
citer. † Restringe, quando iudex obscure mandauit citari iuxta 48
formam iuris, non creditur nuncio referenti implicite citasse, prout habuit in mandatis, apostill. ad Rom. *d. consil.* 497. *in ver. nuncio, in fin.* † Restringe, quando citatus comparuisset; quia tunc 49
citatio executa per nuncium verbis generalibus valet, veluti si dicat se executum fuisse omnia contenta in citatione, Archid. *cap. proposuisti. num.* 4. *dist.* 82. Abb. & alii *in cap. bonæ, colum.* 7. *de electio.* Dec. *cap. cum oporteat, in* 3. *not. ab. de accusatio.* † Limita; quia creditur 50
nuncio, nedum in pertinentibus ad eius officium, quod citauerit aliquem, sed etiam in connexis, veluti quod aliquem posuerit in possessionem bonorum Titii, & quod illa bona sunt Titii. Dec. *in d. cap. cum parati, de appell.* † Contrarium, quod sibi non credi- 51
tur quoad assertionem quod bona sint Titii. Castrens. *consil.* 165. *num.* 2. *ver. nec in hoc statur, lib.* 2. vbi reddit fortem rationem; quia nisi reddat rationem per intellectum, etiam non requisitus, non probatur dominium, & idem tuetur Bart. *consil.* 209. *Viso proces se, num.* 3. *ver. præterea posito, & num.* 4. *lib.* 1. quia non spectat ad eum, & dominium visu, vel sensu non percipitur, & loquitur tam in denunciatore, quam in nuncio iurato. † Extende idem, quando re- 52
fert fecisse excussionem, & non extare bona debitoris. Dec. *d. cap. cum parati. de appell. at.* Surd. *consil.* 39. *num.* 16. *lib.* 1. qui dicit procedere, quando habet de hoc commissionem. † Et procedit in tan- 53
tum, quod habet locum, si referat non extare bona mobilia debitoris, & fecit executionem in stabilibus; quia non auditur volens probare contrarium ad annullandam executionem. Surd. *d. consil.* 39. *num.* 16. *lib.* 1. † Extende, vt credatur etiam in præiudicium 54
tertii. Surd. *d. consil.* 39. *num.* 16. *lib.* 1. † Extende; quia statur nuncio 55
referenti se fecisse executionem in aliqua re debitoris; quia ei creditur, quod illa res sit debitoris. Alex. *in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* Gloss. Bald. & * Doct. *in l.* 1. *C. de priuil. fisc.* Salycet. *in l.* 1. *C. ne vxor pro marit.* & quod relationi nuncii stetur, nisi contrarium probetur. Dec. *in d. cap. cum parati, in princ. de appellat.* Grat. *consil.* 30. *Visis compromisso, & laudo, num.* 8. *lib.* 1. Alciat. *de præsumpt. regul.* 3. *præ-*
sumpt. 14. *num.* 5. Tiraquell. *de retract.* §. 8 *glos.* 9. *num.* 22. † Declara; 56
quia extensio procedit, quando sumus in dubio; secus vbi probatur contrarium, quod executio esset facta in re alterius; quia tunc non attenditur relatio nuncii, vt per Castrens. *consil.* 275. *Vi-* 57
sis, & ponderatis actis, alias *consil.* 155. *lib.* 2. † Extende, quia statur re- 57
lationi nuncii, quod sint illa bona, quæ habuit in commissione mittendi aliquem in possessionem. Castrens. *in l. fin. num.* 6. *C. de-*
dict. diu. Adrian. tollen. Salycet. *in l. ob maritum, C. ne vxor pro marit.* Alex. *in d. l. à diuo Pio, §. si super rebus, num.* 17. *ff. de re iudic.* † Limita; 58
quia in tantum statur relationi nuncii, vt extra illud, quod retulit, nihil aliud factum, dictumue fuisse præsumi debeat. Castrens. *consil.* 85. *In causa, num.* 3. *lib.* 2. Alexand. *consil.* 9. *Viso themate, lib.* 3. Afflict. *decis.* 107. *colum. pen. & fin.* Vide, *Arbitris in quibus credatur, vel*
non. Conclus. 469. Vide, *Officiali statur in his, quæ spectant ad officium*
suum. Conclus. 102.

Nuncii commissio data à iudice ad citandum an necessaria, non præsumitur data, & quando secus. Conclus. 156.

AN † commissio sit necessaria in nuncio iurato, aliqui tenent, quod non, *in c. quoniam contra, de probat.* † Contrarium Cyn. *in l. neminem. C. de exhiben. reis.* † Declarat Rom. *consil.* 497. *num.* 3. ex mente Baldi, quod citatione reali, & sic in captura personæ requiritur commissio, *d. l. neminem. C. de exhiben. reis.* † In verbali, vbi requiritur causæ cognitio, vel motus iudicis, prout si citatus sine venia citari non potest, & idem † in verbali, in qua non requiritur causæ cognitio, & adhuc est necessaria commissio. Rom. *d. consil.* 497. *num.* 8. *ver. aut non requirit.* † Contrarium tenet apostill. *ad consil. prædictum Roman.* 497. *in ver. requiri*, vbi, quod non seruatur. † Et quæ dicuntur de nuncio, procedunt in notario citante; quia debet commissio apparere. Cot. *decis.* 180. & 191. vbi, quod bene præsumitur commissio, quando in relatione dicitur citasse, de commissione. † Quoad secundum, an facta citatione per nuncium præsumatur commissio, & aliqui tenent, quod sic. † Contrarium, quod imo non præsumatur, tenent aliqui, & est communis * opinio. † Declarat Rom. *d. consil.* 497. *num.* 8. *ver. quæ si. &*
cundum, quia si sententia est de recenti, vt quia ab eo fuit appellatum &c

rum, & non præsumitur commissio, si vero transiuit in iudicatum, secus est, & etiam præsumitur, si causa est summaria. † Contrarium, quod etiam si sententia transiuit in iudicatum, non præ- * sumatur commissio, est communis * opinio, vt per apost. fin. ad d.const.Rom.497. qui allegat Aret.*consil.*34.*Consultatio præmissa, col.*2. per.4.*præmitto*, & alios. † Declara, vt per Rip. in *cap.*1.*num.*60.*de iud. ver. pro concordia*, vbi, quod si concurrit enunciatiua de commissione cum transitu in iudicatum, præsumatur, alias non, quia mandatum non præsumitur. † Extende; quia quod dicitur, non præsumi commissionem iudicis præcedere, etiam si in relatione enuncietur citasse de commissione iudicis. Ripa in *c.*1.*de iud.n.*90. *ver. amplia, & in tertia ampliat.* quia non creditur alicui sibi ascribenti officium. † Extende, etiam si constaret de commissione iudicis in genere. Rip. in *d.cap.*1.*num.*90.*ver.amplia secundo, de iudic.* † Restringe, nisi in contrarium esset consuetudo. Rip. *d.c.*1.*de iud.num.*90.*ver.limita, & secundo.* Ruin. *consil.*66.*num.*6.*in fin. lib.*5. vbi, quod de consuetudine seruatur, quod valet citatio. † Restringe, quando citatus comparuisset, & non opposuisset defectum commissionis. Rip.*d.c.*1.*nu.*90.*in fin.ver.limita tertio, de iudic.* † Restringe; quia quando in relatione citationis nuncius dixit citasse de mandato iudicis, & iudex tulit sententiam, ex quo præsumitur vidisse relationem facientem mentionem de commissione, & tacuit, præsumitur, alias contradixisset, maxime si sententia transiuit in iudicatum. Ruin. *consil.*66.*num.*5. *& seq. lib.*5. vbi dicit, quod non habet difficultatem, & licet mandatum particularis personæ non præsumatur, secus in iudice, si ista concurrant.

Nuptiæ inter pares faciendæ, & qualiter procedat prouerbium, *Nube pari.* Conclus. 157.

1 CAro † consuluit nubere volentibus, quod nubant pari; quia pares cum paribus. Alex.*consil.*209.*Ponderatis, in princ.lib.*6.*&* iterum *consil.*80. *In causa, & lite, num.*3.*lib.*7. vbi, quod bonum, & 2 aptum dicitur matrimonium inter pares. † Paritas, & disparitas inter contrahentes matrimonium consideratur variis ex causis, videlicet, nobilitate, potentia, diuitiis, honore, & moribus, *cap. super eo, il secondo, de testib.* & non est necesse, quod conueniant in omnibus, sed si vnus excedit in vno, alter in alio, per compensationem fit paritas. Alex. *d. consil.* 209. *Ponderatis, num.*7. *ver.praeterea paritas, lib.*6. & idem dixit prius Io. de Im. *consil.*135. *In causa* 3 *matrimoniali, num.*3. † Æqualitas consideratur etiam per compensationem; nam fœmina diues, quæ est illegitima nubendo personæ legitimæ, non æquali diuitiis, dicitur nubere pari; quia nates illegitimi temperant diuitias, Io. de Im. *d.consil.*135. *In causa ma-* 4 *trimoniali, num.*3. † Extende, vt idem sit, si nobilis pauper accipiat ignobilem diuitem; quia æqualitas per compensationem accom- 5 modatur. † Extende idem, si homo senex diues accipiat iuuenculam pauperem; quia etiam isto casu imparitas reducitur ad pa- 6 ritatem. † Extende; quia mulier nobilis, & diues si nubat iuueni bene morigerato licet filio comitatini exercentis opera rusticalis, ex quo mulier est infirma infirmitate insanabili, maritus iuuenis, pulcher, & morigeratus, fit æqualitas, vt non dicatur nupta indigno. Alex. *d.consil.*209. *Ponderatis, num.*5. *ver. sed præmissis, cum fol. per tot. lib.*6. vbi, quod rusticitas patris non nocet, neque offuscat bonam conditionem filii bene morigerati; quia nobilitas acquisita à se ipso magis splendescit, quam acquisita à maioribus suis.

Nuptiæ incæstuosæ quæ dicantur, & sint prohibitæ de iure Canonico, & quæ de iure Ciuili. Conclus. 158.

1 NVptiæ † incæstuosæ dicuntur de iure Canonico, si contrahantur inter coniunctos quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, *c.non debet, de consanguin. & affin.* Cald. *consil.*465. alias 2. *vol.tit.in princ.* Alex. *consil* 229.*num.*3.*ver.si etiam consideremus, lib.*6. 2 † Et pariter inter ascendentes, & descendentes sunt prohibitæ in infinitum tam de iure Canonico, quam de iure Ciuili. Alex.*d.con-* 3 *sil.*229.*Ponderatis, num.*3.*ver.si etiam consideremus.lib.*6. † De iure Ciuili prohibentur solum nuptiæ inter descendentes, & ascendentes, inter fratrem, & sororem, ac patruum, & amitam cum nepotibus. *l.si quis incesti, & aut hep.incestas. C.de incest.nupt.* vbi imponitur pœna. Vide, *Incestus. Conclus.* 69.

Nuptiarum incæstarum pœna de iure Ciuili imposita, quando non habeat locum, vel secus. Conclus. 159.

1 POenæ † nuptiarum incæstarum de iure Ciuili non committuntur, si contrahantur nuptiæ incæstæ de iure Canonico, quæ non sunt incæstæ de iure Ciuili, quando pœna est posita qualificate, videlicet contrahentibus incæstas nuptias de iure Ciuili. Cald. *consil.* 465. alias 2. *de consanguin.* sequitur Gemin. *consil.*71. *num.*2. *ver. ad vltimum, vsque in fin.* & hanc partem per plura tuetur Anchar. *consil.*391. *Quæstio talis, per tot.* quia ius Canonicum solum impedit matrimonium, non autem inducit pœnam à iure Ciuili statutam in aliis casibus, vide omnino Boer. *decis.*264. *num.*13. vbi allegat infinitos pro vtraque parte. † Vide in simili plura exem- 2 pla, in quibus ius Ciuile circa disposita, maxime in pœnalibus, non comprehendit casus incognitos, licet à iure Canonico inductos: vnum exemplum ponit Bald.*consil.*319. *Ad euidentiam, per tot. lib.*3. quia appellatio in possessorio prohibita de iure Ciuili non habet locum in possessorio inducto de iure Canonico incogniro à iure Ciuili, prout ex remedio *c.reintegranda*3.*q.*1. † Contrarium, 3 quod imo pœnæ incæstarum nuptiarum de iure Ciuili habeant locum contra contrahentes incæstas nuptias de iure Canonico; quia cum ius Canonicum prohibeat contrahi nuptias certis gradibus tanquam incæstas, pœna incæstarum venit in consequentiam. Signorol.Homod.*consil.*25.*Factum sic proponitur, per tot.* † De- 4 clara, quia si statutum esset laicorum imponens pœnam contrahentibus incæstas nuptias, intelligeretur de incæstis nuptiis de iure Ciuili, si vero statutum esset Episcopi; tunc intelligeretur de incæstis de iure Canonico, apostill. *ad d.consil.Signorol.*25.*in ver. habeat.* † Declara; quia si prohibitio est de iure positiuo extra casus 5 iuris Ciuilis, non incurritur pœna; secus si de iure Diuino essent prohibitæ nuptiæ, ita Boer. *decis.*264.*num.*13. vbi latissime dicit * hanc communem; quia pœnæ non extenduntur, & quæli- * bet causa excusat, etiam ignorantia iuris excusat à confiscatione, & in dubio contra fiscum, & ita iudicatum est. † Amplia, quod 6 pœnæ incæstarum nuptiarum de iure Ciuili non habent locum, etiam si quis cognouerit vnam sororem, & aliam duxerit sororem in vxorem; quia licet matrimonium non valeat; non tamen pœna incæstarum nuptiarum incurritur, quæ est de iure Ciuili, ex quo secundum ius Ciuile non est prohibitum matrimonium inter istos. Anch.*d.consil.*391.*per tot.* sequitur Boer.*d.decis.*264.*num.*13. vbi infinitos allegat, & dicit * communem. † Amplia; quia pœ- * 7 na incæstarum nuptiarum à iure Ciuili imposita non habet locum in cognatione spirituali, neque ratione publicæ honestatis, neque aliis casibus inductis de solo iure Canonico. Anch. *d. consil.* 391. *in fin.* vbi quod ignorantia etiam iuris excusat hoc casu à pœna iuris Ciuilis, quia vt plurimum ignorantur istæ prohibitiones, communem * dicit Boer. *d.decis.*264. *num.*13. *& seq.* vbi pro v- * traque parte, & hanc tenet. † Amplia; quia pœna incæstarum 8 nuptiarum non habet locum in minore, qui errore facti fuisset deceptus, vel si ambo, vel alter ignorasset. Boer. *d.decis.*264.*nu.*15. *ver. & hoc quoad pœnam.* † Amplia; quia non habet locum, si lapsi 9 sunt 20. anni; quia præscribitur omne delictum tanto spatio. Boer. *d. decis.* 264. *num.*18. *& seq.* vbi dicit procedere fisco sciente, alias non. † Limita; quia in casibus de iure Diuino prohibitis, 10 bene habet locum pœna incæstarum nuptiarum; quia nulla excusatio admittitur. Anch. *d.consil.*391.*num.*3. *in fin. & seq ver. postremo,* & hanc distinctionem facit Boer. *d.decis.*264.*num.*13. *& seq.*

Nuptiarum incæstarum pœnæ quæ sint. Conclus. 160.

POena † incæstarum nuptiarum est confiscationis bonorum 1 ipso iure; si tamen extant filii ex alio matrimonio, quam incæstuoso, illi succedunt, excluso fisco, Dec. *consil.*234. *In casu magnifici, col.*3. *ver.venio igitur*, vbi, quod fiscus propterea reuocat alienata post incæstum indistincte, & quod sit pœna confiscationis omnium bonorum. Zabarell. *consil.*127. *in princ. & consil.*129. *in princ.* Boer.*decis.*264.*num.*13. *& seq.* † Extende; quia etiam feudum 2 perditur per eum, qui incæstas nuptias contrahit, non quod confiscetur, neque quod deuoluatur ad dominum, sed quia passus confiscationem fit exul, & infamis, potest etiam priuari feudo per sententiam, & deuoluitur ad proximiores. Zabarell. *d. consil.*127. *Primum quia per tot.* & plenius *consil.*129. *Dubia principalia, in princ.* † Declara tamen; quia quod dicitur de confiscatione bonorum, 3 procedit lata sententia, non ante. Zabarell. *d. consil.*129. *in princip.* Boer. *d. de.is.* 264. *num.*11. † Amplia; quia contrahens incæstas 4 nuptias, vltra confiscationem bonorum est excommunicatus, quæ priuat excommunicatum communione, & conuersatione fidelium. Zabarell. *d.consil.*129.*clem.*1.*de consanguin. & affinit.*

Nuptiæ quid sint, & appellatio nuptiarum de quibus intelligatur. Conclus. 161.

NVptiæ † dicuntur essentia coniugii; & ideo possunt intel- 1 ligi, quando solo consensu perficitur matrimonium. Abb. *consil.*1.*in princ. & n.*4.*ver.quandoq, lib.*1. † Proprie nuptiæ, quando 2

contra-

contracto matrimonio secuta est carnalis copu'a. Abb. *d. consil.* 1.
3 *num.* 4 *lib.* 1. † Quandoque sumuntur nuptiæ pro apparatu nuptiarum, sic in Euangelio; *Factæ sunt nuptiæ in Cana Galileæ.* Abb. *d. cons.* 1.
4 *n.* 4. *ver. quandoque sumitur pro apparatu, lib.* 1. † Nuptiarum appellatio de primis intelligitur, non de secundis; quia secundæ nuptiæ sine adiuncto non cadunt sub vocabulo nuptiarum. Zab. *cons.* 49.
5 *num.* 4. *ad secundum dicitur.* † Declara, vt per Castr. *consil.* 309. *In isto facto, in fin. ver. quarto facit, lib.* 1. vbi, quod licet nuptiæ primæ sint fauorabiliores; tamen secundæ etiam sunt fauorabiliores; ideo legatum factum filiabus cum nupserint, etiam comprehendit vi-
6 duas. † Secundarum nuptiarum appellatione veniunt tam secundæ, quam tertiæ, quartæ, & deinceps; quia respectu præcedentium aliæ sunt secundæ, & omnes post primas sunt secundæ. Alex.
* *consil.* 6. *Attentis, n.* 5. *ver. quia respondeo, lib.* 7. vbi dicit comm. * & propterea infert, quod statutum prohibens patri, & mariti inæqualitatem inter filios primarum, & secundarum nuptiarum comprehendit omnes nuptias post primas, & quod competit actio filiis
7 ex statuto, licet verba ad eos non dirigantur. † Et maritus, & vxor mortuo altero seruantes viduitatem dicuntur decedere in primis vel in secundis nuptiis, sicut si decederent superstite altero. Alex.
d. consil. 6. *Attentis, num.* 8. *ver. & licet loquatur statutum, lib.* 7. vbi ple-
8 na apost. *in ver. viduitate,* dat plures concord. † Accelerandæ sunt nuptiæ puellarum, & fœminarum, ne quid turpe contingat. *ff. de rit. nupt. l. oratione.* § 1. vbi gloss. Card. Zab. *d. consil.* 49. *num.* 4.

Nuptiæ secundæ intra annum luctus hodie non possunt prohiberi, licet antiquitus de iure Ciuili honestatis causa essent prohibitæ. Conclus. 162.

1 NVBENS † secundo loco intra annum luctus non perdit legatum sibi factum à marito defuncto. Feder. de Sen. *consil.* 36. *Casus talis,* vbi, quod attenditur ius Canonicum, & non ius Ciuile
2 circa spiritualia. † Et non valeret statutum prohibens secundas nuptias etiam per indirectum, veluti si ordinaret, quod mulier non possit, nisi quartam partem bonorum suorum alienare; quia licet datio in dotem sit alienatio; tamen poterit se dotare, ne per indirectum matrimonium impediatur, Anchar. *consil.* 380. *num.* 3.
3 *& consil. seq.* † Amplia multis casibus, de quibus Soc. *reg.* 25. *Mulier, quæ intra tempus luctus,* vbi ponit quinque limitationes, quæ seruiunt pro ampliationibus. † Limita; quia de iure Ciuili per transitum vxoris ad secundas nuptias anima primi viri dicitur contristari; ideo multæ pœnæ sunt inductæ, & saltem tantus fauor non incurrit in vxore, vel matre, quæ transiuit ad secunda vota, sicuti
4 in ea, quæ seruat viduitatem. Petr. Anchar. *consil.* 89. *Decisio suprà-*
5 *dictorum, num.* 2. *& 3. per tot.* † Ratio prohibitionis secundarum nuptiarum intra annum est honestatis causa; quia contra bonos mores, & contra honestatem mulier intra annum luctus nubit post annum. Ratio est; quia fit iniuria primo viro; ideo prima non potest remitti à marito, neque à filiis, secunda bene potest remitti.
6 Rom. *consil.* 219. *Ex themate, in princ.* † Et ideo infamis efficitur mulier de iure Ciuili, quæ intra annum luctus transit ad secundas nuptias, & punitur aliis pœnis, de quibus *in l.* 1. *& 2. C. de secund.*
7 *nupt.* † Limita; quia bene priuatur mater successione filiorum, si transeat ad secunda vota; quia pœnæ secundo nubentium ad fa-
☞ 8 uorem filiorum non sunt sublatæ. Vide, *Mater, quando, &c. Concluſ.* 112. Vide, *Nuptiarum secundarum pœnæ. Concluſ.* 164. † Declara, quia difficilius est, quod vidua reperiat maritū, quam puella, maxime, quando vidua habet filios ex primo matrimonio, propter
9 successionem filiorum ex primo matrimonio. Abb. *consil.* 43. *Videtur primo, num.* 4. *ver. raro viduæ, lib.* 1. † Et ideo pater non potest minuere dotem filiæ viduæ, sed simpliciter nubendo censetur cum eadem dote. Abb. *consil.* 46. *Tria mihi. num.* 3. *ver. & pater non debet,*
10 *lib.* 1. *auth. sed quamuis. C. de rei vx. actio.* † Et è conuerso ne fiat fraus filiis primi matrimonii, non potest mulier augere dotem secundo viro cum lucro, vt per Ang. *consil.* 396. *Tunc arbitramur scire, n.* 4. Vide plene per Ant. Gabr. *lib.* 3. *de secund. nupt. concl.* 5. *Pœnæ secundo*
☞ *nubentium intra annum luctus sunt sublatæ de iure Canonico.* Vide, *Matrimonium debet esse, &c. Concluſ.* 133.

Nuptiarum secundarum pœnæ habent locum in viro, sicut in muliere, & quæ sint. Conclus. 163.

1 NVPTIARVM † secundarum pœnæ loquentes in muliere habent locum pariter in viro transeunte ad secundas nuptias, ideo maritus priuatur, legato sibi facto ab vxore prima, si transit ad secunda vota, sicut perderet mulier. Oldr. *consil.* 33. *Quidam ha-*
* *buit. ver. ad secundum,* & hanc * commun. & magis commun. probat apost. 1. ad *cons. Rom.* 182. *In casu proposito, in ver. teneamus,* vbi alleg.
2 Oldr. & infinitos, Ang. Aret. *consil.* 39. *Domina Catharina, n.* 9. † Extende, vt procedat nedum in legato facto à marito vxori, & è contra, sed etiam in quacunque concessione ex titulo lucratiuo; ideo, si vxor habens emphyteusim ab Eccles. patitur inuestiri se ipsam, & maritum, ita quod vno decedente, alius succedat, tenetur maritus conseruare filiis vxoris ex primo matrimonio; quia habuit ab ea titulo lucratiuo. Alex. *cons.* 119. *Viso processu. n.* 4. *& seq. ver. de rebus*
liqua vero dimidia, lib. 5. vbi secus dicit, si nō extarent filii primi matrimonii, *n.* 7. † Et ideo habet locum, siue habeat titulo lucratiuo, ab altero coniugum absolute, siue etiam cū adiuncto ab alio, prout à domino inuestiēte de emphyteusi, vel feudo. Alex. *d. cons.* 119.
n. 5. *& seq. lib.* 5. † Dicas, quod aliquæ sunt pœnæ impositæ mulieri, transeunti ad secundas nuptias intra annum luctus, de quibus in *l.* 1. *C. de sec. nupt.* & ista pœna secundum plures habet etiam locum in marito, vt refert vtranque opinionem. Rom. *d. cons.* 182. *In casu*
proposito, in princ. tenet affirmatiuam. † Contrariam veriorem dicit Rom. *d. consil.* 182. *circa princ. ver. fin autem.* vbi, quod maritus non tenetur seruare annum luctus, & hanc etiam tenet apostill. *ibi in*
ver. teneamus, quæ citat infinitos. † Et hanc pœnam, ob non seruatum annum luctus esse sublatam de iure Canonico, dicit Rom. *d.*
consil. 182. *in princ. ver. certissimum,* & apostill. *1. in ver. teneamus, circa fi.* ita declarat citans plurimos, & dicit esse comm. & magis * comm.
† Aliæ vero pœnæ contra secundo nubentes impositæ ad fauorem filiorum mulieri nubenti in præiudicium filiorum primi matrimonii, bene habent locum etiā in viro, & omnes consentiunt, & comm. * dicit apost. ad Rom. *d. cons.* 182. *in ver. teneamus.* & ita loquitur Rom. *consil.* 190. *Clarum est, col.* 2. *in fin.* vbi apostill. *in ver. maritus,* ita declarat, & * comm. dicit Ang. Aret. *cons.* 39. *In hac causa,*
n. 50. *& seq.* † Contrarium tenet Rom. *d. cons.* 182. *in princ.* vbi, quod maritus nō tenetur lugere vxorem, & ideo pœnæ luctus non habent locum in marito, & dicit hanc opinionem * veriorem ibi, vide primam apost. quæ dicit * communem contrariam, nisi sit error impressoris, dum dicit, nō etiam, ac si velit dicere, nec non etiā.
† Et istæ de iure Canonico non sunt correctæ secundum Rom. *d. cons.* 182. *ver. sed quia licet,* & hanc * communem dicit apost. ibi *in ver. teneamus,* & magis * communem, vbi citat infinitos. † Extende, vt procedat, etiam si statutum (prout Paduæ) inducat hanc pœnam, quod mater succedens filiis primi matrimonii si transeat ad secunda vota, vel si iam transiuit, teneatur conseruare proprietatem filiis primi matrimonii, quia habet locum etiam in patre. Ang. Aret. *cons.* 39. *il primo. Domina Catharina, n.* 8. *& seq.* maxime in fi. cont. quia si est casus omissus, remanet in dispositione iuris communis, & plenius *cons.* 39. *il. secondo. In hac causa, n.* 50. *& seq. vsque in fin.* vbi quod tale statutū recipit interpretationem passiuam à iure communi, ergo. † Contrarium tenet Ang. *cons.* 38. *Principaliter dico, n.* 1. *& se. ver. nec obstat.* vbi, quod statutum loquens de matre non habet locum in patre; quia diuersa est ratio; & quia tale statutum respicit fauorem agnationis, & loquitur in statuto Patauino in vtroque casu. † Limita, quia si facta esset alienatio rei legatæ per transeuntem ad secunda vota, debet reficere de suo, non autem potest auferri ab emptore. Rom. *d. cons.* 182. *col.* 1. † Regulam facias, quod pater, qui succedit filio ab intestato in bonis maternis in virili vna cum aliis filiis superstitibus, & quoad proprietatem, & vsumfructum, si transiuit ad secunda vota, solum succedit quoad vsumfructum in virili. Oldr. *consil.* 33. *Quidam habuit, ver. verum quia,* per
tex. *in auth. de nupt. §. his nos, collat.* 4. quam dicit corrigere *auth. de nup. eligend. secund. nub. §. cum igitur.* & non corrigitur per *auth. de hared. ab intest.* Ang. Aret. *cons.* 39. *Domina Catharina, n.* 9. *& seq.* & iterum *cons. seq.* 39. *il secondo. In hac causa, n.* 50. *& seq.* vbi dicit communem *.
† Et istud, quod applicatur filiis à lege, dicitur non ex successione pertinere, sed tanquam debitum sibi à lege; ideo tanquam æs alienum deducitur. Rom. *cons.* 190. *Clarum est, in fi. ver. quod quidem illorū.* vbi apost. citat Dec. *cons.* 37. *Pro resolutione, col.* 1. *in fi.* Ang. Aret. *cons.* 39. *Domina Catharina, n.* 8. *& seq. ver. ac etiam.* Vide, *V'xor habens*
filios. Concl. 405. † Extende, quia pater, & mater succedentes in vsufructu tantum, quia transiuerunt ad secunda vota, non etiam admittantur ad vsufructum, nisi caueant, iuxta formam *l. hac edictali.*
§. *iis illud. C. de sec. nupt.* prout declarat Floria. *cons.* 2. *n.* 8. *ver. sed in casu*
proposito, vbi, quod si non satisfiat quoad mobilia, non auditur, quoad immobilia vero debent satisfiare, si excipitur. † Extende in tantum matrem priuari successione filii quoad proprietatem respectu bonorum, quæ fuerunt primi mariti, quando transiuit ad secunda vota, vt filius possit testari de bonis, quæ fuerunt patris filii quoad proprietatem, etiam præterita matre. Bald. *consil.* 340. *Domina Benuenuta, in princ. lib.* 4. vbi secus dicit quoad bona propria filii ab eo acquisita. † Extende, vt procedat, quod mater priuatur proprietate eorum, quæ habuit à primo viro, & applicatur filiis statim, siue maritus legauerit in vltima voluntate, siue etiam inter

vivos

18 vitos donauerit. Fulg. *consil. 63. num. 2. ver. diuersam sententiam.* † Extende, vt idem sit in bonis legatis per maritum vxori; quia si extant filii communes, & vxor transeat ad secunda vota, perdit proprietatem, & retinet solum vsumfructum, donec extent filii communes, quibus cessantibus recuperat proprietatem. Bald. *consil. 153.*
19 *in princip. lib. 5.* † Extende, etiam si maritus legando vxori legauit quædam bona, & proprietatem dando licentiam de eis disponendi; aliqua vero legauerit quoad vsumfructum; quia adhuc vxore transeunte ad secundas nuptias, in tantum proprietas efficitur statim filiorum primi matrimonii, vt si dedit bona legata in dotem secundo marito, nō lucrabitur aliquid ex forma statuti. Fulg.
consil. 63. Blasius quondam, per tot. quia proprietas erat filiorum, maxime *num. 3. ver. ad id autem*, vbi, quod verba, quod posset libere disponere, restringuntur, ne filiis præiudicetur, si transiret ad se-
20 cunda vota; quia tacite inerat. † Declara, vt prædicta procedant solū, quando transiens ad secunda vota vellet succedere ex testamento mariti, vel vxoris defuncti, secus si ex testamento alterius.
21 Bald. *consil. 42. per tot. lib. 3.* † Item declara, quando extant alii filii, quibus proprietas applicatur, secus si alii non extant filii, Bald.
d. consil. 42. n. 2. ver. primo casu, lib 3. & latius *consil. 46. Quidam nomine, in fin. lib. 2.* vbi, quod quando non superuiuunt alii filii communes, mater ex transitu ad secunda vota non priuatur proprietate.
22 † Item declara; quia licet pater, & mater succedentes filio in proprietate, & vsufructu perdāt successionem quoad proprietatem, si transeunt ad secunda vota, stantibus filiis ex primo matrimonio; si tamen filii decedant, quorum causa inducebatur priuatio proprietatis; tunc pater, & mater recuperant proprietatem. Bald.
consil. 314. Ioanni, & Iacobe, lib. 4. allegat tex. *in auth. ex testamento, & in femine, in fin. C. de secun. nupt.* Bald. *consil. 153. Quidam testator, in princ.*
23 *ver. sed contrarium, lib. 5.* † Contrarium, quia si mater iam fuit priuata proprietate per transitum ad secunda vota, licet filius, cui proprietas est quæsita, moriatur, & nihil contra matrem accusauerit; non tamen mater recuperat proprietatem amissam. Soc. *consil. 71.*
Licet excellentissimus, n. 8. v. que in fin. lib. 2. qui loquitur, quando filius reliquit alios filios, sequitur Rimin. Iun. *consil. 295. n. 73. & seq. lib. 3.*
24 † Declara; quia quod dicitur patrem, vel matrem, transeuntes ad secunda vota priuari proprietate in eo, in quo succedunt filiis, intelligitur in patre, si succedit filio in maternis, & in matre, si succedit filio in paternis, quoad alia bona non procedit priuatio, sic in-
25 uit Bald. *consil. 314. lib. 4.* & probant iura, quæ allegat. † Amplia; quia mater relicta tutrix filii à patre, & substituta pupillariter ipsi filio, si transiuit ad secunda vota, dimissa, seu spreta tutela, priuatur successione filii, etiam ex pupillari substitutione, ex mente defuncti; quia non est credendum, quod voluerit priuilegiare vxorem transeuntem ad secundas nuptias cū desertione tutelæ iniunctæ.
Bald. *consil. 51. Ista quæstio, per tot. lib 3.* vbi videtur fundari ratione tutelæ neglectæ, quasi quod si non esset relicta tutrix, contrarium
26 esset, stante statuto in illo casu. † Restringe ampliationem, vt non procedat cessante tutela. Bald. *consil. 51. lib. 3.* & latius *consil. 42. in fin. lib. 3.* vbi, quod ex solo transitu ad secunda vota sine alio delicto
27 non priuatur substitutione pupillari. † Amplia; quia pater, & mater transeuntes ad secunda vota non possunt legare secundo viro, vel secundæ vxori, nisi quantum vni ex filiis primi matrimonii, *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Vide, *Vxor habens filios, &c. Conclus. 407.*
28 † Amplia, vt quod dicitur maritum, vel vxorem priuari successione filii quoad proprietatem ex testamento mariti, vel vxoris sibi delatam, & solum habere vsumfructum, si extant alii filii, procedit, etiam si agatur de successione ab intestato. Bald. *d. consil. 42. in*
29 *ver. tertio casu. lib. 3.* † Ampla, vt procedat, siue transeant ad secunda vota post successionem, siue ante; quia paria sunt. Ruin. *consil.*
30 *37. n. 9. & seq. ver. tertio superest, lib. 3.* † Amplia, quia tam maritus, quam vxor transiens ad secunda vota, si habent filios ex primo matrimonio, priuantur legato facto sibi ab altero coniugum re-
31 dictis filiis. Rom. *consil. 182. colum. 1.* Florian. *consil. 9. in princ.* † Extende; quia licet maritus legauerit vxori, etiam si nō steterit cum filiis, non tamen censetur legasse, si ad secunda vota transiuerit.
32 Flor. *d. consil. 9. in princ.* † Declara tamen; quia si talis transiens ad secunda vota, qui priuatur legato propter filios, rem legatam alienauerit, non reuocatur alienatio ab emptore, sed pretium, & va-
lor repetitur ab ipso legatario priuato. Rom. *d. consil. 182. colum. 1.*
33 *circa fin. ver. sed quia.* † Restringe, quia si maritus legans vxori cogitauit de secundis nuptiis vxoris legatariæ, vt quia aliquo modo de eis fecit mentionem; tunc etiam si transeat ad secundas nuptias, non perdit legatum, neque proprietatem. Angel. Aret. *consil. 11. In*
34 *casu supra dicto, num. 11. in fin. ver. dicimus.* † Limita, quando filii primi matrimonii consentirent patri, vt transeant ad secunda vota, & renuntiarent omni iuri eis quæsito maxime, per pactum iuratum.

Angel. *consil. 396. Doctor insignis, num. 2. ver. secundo fallit,* & quod possint, tam expresse, quam tacite consentire. Dec. *consil. 206. & consil. 317. & consil. 396.* Alex. *consil. 63 lib. 5.* Ias. *consil. 53. lib. 1.* † Extende, 35
vt idem sit, si tacite filius remisisset, puta, quia præsens matrimonio, vel quia non contradixit; quia censetur remissa pœna, late Dec. *consil. 205. Quæritur, an diuisio, per totum,* vbi allegat concord. latissime Menoch. *consil. 155. num. 13. & seq.* vbi infinitos allegat, maxime, *num. 16.* allegat Rol. à Vall. *consil. 81. nu. 18. lib. 3.* Grat. & alios; *& num. 20. & seq.* Menoch. dicit, quæ signa inducant tacitum consensum, vbi etiam in filiis secundi matrimonii extendit, & quod tacitus consensus sufficiat. Alex. *d. consil. 63. lib. 5.* Ias. *d. consil. 53. lib. 1.* Dec. *consiliis supra proxime,* plene Rom. *consil. 219. num. 2.* vbi apostill. plenissima, *in ver. non incurrere,* citat plurimos, vbi *num. 3.* dicit rationem esse; quia volentibus non fit iniuria, & prohibitio est propter iniuriā, quæ fit, quæ remitti potest. † Contrarium Riminal. 36
consil. 295. n. 77. ver. tertio non omitto, lib. 3. apostill. ad Dec. *d. consil. 205.*
in ver. volente, & consil. 393. num. 63. & 64. lib. 4. † Limita, quando fi- 37
lii primi matrimonii essent ingrati, & propter ingratitudinem priuarentur; quia tunc non habet locum pœna secundarū nuptiarum. Ruin. *consil. 37. num. 12. lib. 3.* † Extende, vt idem sit, quando 38
pater, vel mater excluderetur ex forma statuti in totū, vel in parte; quia respectu portionis liberæ delatæ in præiudicium filiorum non priuatur proprietate per transitū ad secundas nuptias. Ruin. plene *d. consil. 37. num. 9. ver. tertio superest, vsque in fin. lib. 3.* vbi, quod exclusio statuti est quædam exhæredatio. † Limita, nisi testator 39
remitteret; quia potest tales pœnas remittere. Bald. *consil. 42. Ad euidentiam præmittendum. lib. 3. in princ.* Angel. *consil. 396. in princ. ver. prædicta autem regula.* Rom. *consil. 219. Ex themate, num. 1.* vbi plene apostill. *in ver. excludit.* citat plurimos, & dicit *communem, & red- *
dit Rom. rationem, quia infertur iniuria, quæ volenti non fit.
† Vide tamen Anchar. *consil. 219. Mirum prima facie,* vbi legatum fa- 40
ctum per maritum vxori, si nubat intra annū luctus, videtur non valere, quasi sit conditio contristans, & non videatur esse sanæ mentis in hoc, ita vt haberetur pro non apposita. † Extende, quia 41
sufficit consensus mariti, siue expressus, siue tacitus. Rom. *d. consil. 219. in princ. ver. autem.* † Limita in testamento filii, quia si mater 42
instituatur hæres, licet transeat ad secunda vota, vel transiuerit ante testamentum, succedet mater, & quoad proprietatem, & quoad vsumfructum; quia pœna non habet locum hoc casu. Bald. *d. consil. 42. ver. secundo casu, lib 3.* † Quid si filius instituat matrem in 43
legitima sibi de iure debita, cum videatur hoc inesse tacite etiam ab intestato, an censeatur præiudicare cæteris fratribus ex primo matrimonio, videtur, quod non, ex iis, quæ Fulg. *consil. 63. n. 3. Ad id autem, vsq; in fin.* † Extende limitationem; quia mater transiens 44
ad secunda vota non priuatur substitutione pupillari facta filio per patrem, quando est vnicus filius, quia cum talis substitutio sit testamentum filii, pœna non habet locum, si aliud non delinquat. Bald. *consil. 42. in fin. ver. modo testato, lib. 3.* † Restringe limitatio- 45
nem, vt non procedat, quando mater succedit filio in bonis perueniis filio à primo marito; quia si extant alii filii ex primo matrimonio, mater transiens ad secunda vota solum succedit in vsufructu. Fulg. *consil. 63. Blasius quondam, in fin. ver. ad tertium.* † Limita; 46
quia pœna secundo nubentis, vt perdat legata à primo viro respectu proprietatis, non habet locum, si esset legatum ex causa onerosa, puta; vt nuberet secundo loco; quia esset onus legatario. Rom. *consil. 219. num. 4. ver. vltimo pars ista,* apostill. *in ver. oneroso,* citat concord. † Limita, vt non procedat in dote confessata per 47
maritum in testamento præsente vxore; quia si lapsa sunt tempora excipiendi de non numerata pecunia, ex quo mulier agere potest actione pro dote, non perdit proprietatem, licet transeat ad secunda vota; secus videtur innuere Bald. *consil. 458. Confessio viri, lib. 3.* si non essent lapsa tempora excipiendi de non numerata pecunia; quia ex quo valeret in vim legati, regularetur prout legatum, in quo perdit proprietatem, & retinet vsumfructum. † Li- 48
mita, quando mulier transiret ad secunda vota mortuis omnibus filiis communibus; quia cum pœna sit inducta fauore filiorum, ipsis cessantibus succedit mater, & retinet legata sibi facta à marito, etiam si transeat ad secunda vota. Bald. *consil. 42. num. 2. ver. primo casu, & consil. 46. in fin. lib. 2.* & latius *consil. 153. in princ. lib. 5.* & plenissime *in Conclus. prox. seq. num. 8.* Alex. *consil. 111. Viso themate, in princ. lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiam si extent alii filii mariti ex al- 49
tero matrimonio, quia non prohibetur nouerca respectu priuignorum transire ad secunda vota. Bald. *d. consil. 153. in princ. lib. 5.*
† Extende multo magis, quando nulli extiterunt filii, quia vxor 50
transiens ad secunda vota non perdit legatum. Alexand. *consil. 111. Viso, in princip. lib. 2.* † Extende; quia nedum non perdit vxor le- 51
gata, & successionem, si transeat ad secunda vota mortuis filiis commu-

communibus; ſed etiam ſi tranſiuit ipſis viuentibus ita quod perdiderit proprietatem; quia illam recuperat, ſi poſtea omnes filii communes moriantur, etiam ſi extent priuigni ex eodem matrimonio. Bald. *conſil.153. in princ. lib.* 5. Vide, *Legatum quando perdatur, &c. Concluſ.*136. Vide Concluſionem prox. ſeq. Vide, Ant. Gabr. *lib.3. tit. de ſecund. nupt. Concluſ.7. pœnæ ſecundo nuberium ſunt communes tam maſculiſ, quam fœminis.* Vide, *Filii ex primo matrimonio, &c. Concl.*372. Vide, *Mater ſuccedit filiis, &c. Concluſ.*110.

Nuptiarum ſecundarum pœnæ quæ ſint ſublatæ, vel non. Concluſ. 164.

1 POENÆ † ſecundo nubentium impoſitæ de iure ciuili, videlicet, vt nubens intra annum luctus incurrat diuerſas pœnas, ſunt ſublatæ de iure canonico. Bald. *conſil.*458. *Confeſſio viri, ver. tamen in facto, lib.*3. Petr. Anchar. *conſil.*101. *Ex prædicto themate, in princ.* & Ioan. de Anan. *conſil.*101. *in fin.* vbi Bologn. in apoſtill. in fin. dicit *communem, & d. Io. de Anan. *conſil.*102. *n.*1. *ver. non obſtat*, vbi * dicit *communem, & plene Bologn. in apoſtill. *num.*3. Signorol. * *conſil.*238. *n.*9. & magis communem *dicit apoſtill. prima ad *conſil. Rom.*182. *Plene ex profeſſo.* Caſtr. *conſil.*367. *Super primo, per totum.* vbi dicit veriorem opinionem Canoniſtarum, quod omnes pœnæ ſint correctæ, quam Legiſtarũ, quod ſola infamia ſit ſublata; quia omnes pœnæ ab eadem radice proueniunt, prout infamia; & ratio militat in ipſa radice nubendi ſecundo, & quod ſit ſublata pœna mulieris tranſeuntis ad ſecunda vota intra annum luctus. Alex. * *conſil.*185. *In cauſa, & lite in fin. n.*13. *ver. poſtremo*, vbi dicit *commu-
2 nem. † Contrarium, & imo, quod ſolæ pœnæ infamiæ ſint ſublatæ, & quod reliquæ pœnæ iuris ciuilis adhuc vigeant, non obſtante iure canonico, dicit Io. de An. *conſil.* 73. *In quarto dubio*, vbi di- * cit *communem, & etiam Bologn. ibi in apoſtill. vbi concludunt, quod mortua filia hærede patris infante intra annum, ſi mater tranſeat ad ſecunda vota intra annum, priuatur proprietate circa hæreditatem filiæ ſibi delatam in iis, quæ à marito proueniunt.
3 †Sed credo eſſe falſum, & erroneum; quia procederet in fauorem filiorum, ſi extarent alii filii; ſecus ſi nulli; ita idem Anan. declarat * *conſil.*101. *in fin.* vbi etiam *conſil.*102. *in princ.* dicit cõmunem*, quod durant ſolum, quæ reſpiciunt fauorem filiorum, aliæ non, & vide
4 infra *n.*26. *ver. amplia, quia pœna*, vbi concord. † Vide omnino plenam apoſtillam ad Rom. *conſil.* 182. *in ver. teneamus*, quæ declarat, * quæ ſint ſublatæ, & quæ non, & dicit *communem, & magis communem, quod ſunt ſublatæ pœnæ nubentium intra annũ luctus; aliæ vero, quæ ſunt ad fauorem filiorum, non ſunt ſublatæ, & citat infinitos. Declara totam iſtam materiam, vt per Abb. *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. n.*19. *& ſeq. ver. ex his ergo concludendum*, vbi, quod ſecundum Apoſtolum, & ſanctos Patres, ſunt ſublatæ pœnæ prohibentes intra annum luctus in totum, præterquam vno caſu, quando mulier eſſet prægnans, & nuberet intra annum, ita quod poſſet parere intra nouem menſes, & partus redderetur incertus, an ſit mariti mortui; quia intra nouem menſes, vel mariti viuentis; quia ſeptimo menſe natus ſit poſt matrimonium; ideo ne iura ſanguinis turbentur, iſto caſu fit limitatio, & pariter nõ ſunt ſub-
5 latæ pœnæ inductæ fauore filiorum. Vide eum. † Declarat Caſtr. *conſil.*367. *Super primo, lib.*1. quod licet Legiſtæ teneant, quod ſola infamia ſit correcta per ius canonicũ; quia de ſola infamia fit mentio, & in correctoriis non fit extenſio; tamen dicit, quod verior eſt opinio Canoniſtarum, quod omnes pœnæ ſecundo nubentium, de quibus *in l.*1. *C. de ſec. nupt.* ſunt ſublatæ; quia omnes pœnæ procedunt ab vna radice, & origine, vt intra annum luctus nõ nubat, qua radice ſublata per dictũ Apoſtoli, mortuo viro nubat in Domino, *c. pen. & fi. de ſecund. nupt.* cenſentur ſublatæ omnes pœnæ, & dicit Legiſtas in hoc ſubtilizare, ſed quod canones vincunt leges, quando de re ſpirituali agitur, prout de matrimonio, *d. c. fi. in fi. de*
6 *ſecund. nupt.* † Et quod pœna nubentis intra annum luctus ſit inducta pro moribus bonis conſeruandis; & ideo non poſſit maritus hanc pœnam vxori remittere in teſtamento; quia diſponeret contra bonos mores, tenet Rom. *conſ.*219. *Ex themate, in princ.* vbi a-
7 poſtill. *in ver. potuiſſet.* † Alia vero pœna ſecundo nubentis poſt annum luctus poſſit à marito remitti; quia iſta non alia ratione inducta fuit, niſi quia fiebat iniuria marito, qui propterea remittere poteſt; quia volenti non fit iniuria, & nedum poteſt remitti à marito, ſed etiam à filiis; quo caſu pœna non habet locum, ita Rom. *d. conſil.*219. *n.*1. *col.*2. *in princ. & n.*2. *ver. aut loquimur*, vbi plena apoſt. * *in ver. excludit*, quæ dat plurimos concord. & dicit *communem, & quod etiam filii poſſint remittere, alia apoſtill. *in ver. non incur-*
8 *rere*, quæ plurimos ad hoc citat concord. † Amplia; quia mater ex teſtamento ita ſuccedit filio, ſi tranſiuit ad ſecunda vota quemadmodum ſuccederet, ſi non tranſiuiſſet. Bald. *conſil.*464. *Incipiendo à primo, n.*4. *ver. ſuper ſecundo, lib.*2. † Mulier tamen, quæ intra annum luctus non vult indui nigro, non eſt infamis. Bald. *d. conſil.*464. *Quædam ſunt res, in fin. lib.*5. † Et maxime in vxore eius, qui ſe ipſum 10
interfecit; quia non habent locum leges de luctu, neque pœnæ non expectantium annum, apoſtill. ad Clar. *in §. fin. queſt.*68. *n.*38. *ver. occidens, in fin.* allegat *l. liberorum, §. non ſolent. ff. de vit. quæ not. infam.* † Pro ampliatione facit; quia imo omnes pœnæ ſecundo nuben- 11
tium ſunt ſublatæ, etiam ſi ad fauorem filiorum ſint factæ; quia permiſſio nubendi eſt ſimplex, vide Abb. *in c. fin. de ſecund. nup.* licet dicat non eſſe recedendum à *communi; tamen eum tuetur Felin. * *in c. Eccleſia S. Mariæ, n.*56. *& 57. de conſtit.* vbi Dec. *num.*35. *ver. ſecunda concluſio.* dicit hanc eſſe *veriorem. † Contrariũ; quia imo pœnæ, * 12
quæ reſpiciunt filios, non ſunt ſublatæ; quia non odio matrimonii, ſed fauore filiorum ſunt factæ; ideo non impediunt matrimoniũ, & valent. Ant. de Butr. & omnes *in cap. fin. de ſecund. nupt.* commun. *dicit Dec. *in d. c. Eccl. S. Mariæ, n.*35. *ver.* 2. *concluſio, de conſtit.* vbi * dicit *eſſe communem, licet ibi dicat contrariam veriorem prout * communem *dicit Dec. *conſil.*87. *Pro reſolutione, num.*3. & commu- * nem *dicit Io. de An. *conſ.*102. *n.*3. idem Bolog. *in addit. ad conſ.*73. * *Io. de Ana. circa fi.* vbi dicit *communem, Anch. *conſil.*278. *n.*4. Io. de * An. *conſil.*102. *n.*1. *ver. non obſtat*, vbi dicit *communem, & idem Bo- * logn. in apoſtill. *num.*3. & communem *dicit idem Bologn. *in apoſt.* * *ad d. conſil. Io de An.*73. *in fin.* vbi plurimos allegat, & Rom. *conſil.*182. vbi apoſtill. 1. in fi. dicit communem*, & magis cõmunem. Caſtr. * *conſil.*154. *per totum, lib.*2. † Declara; quia leges, quæ reſpiciunt fa- 13
uorem filiorum, non ſunt pœnales, ſed prouident filiis; ideo iſtæ non ſunt correctæ ita Bolog. *in addit. ad d. conſ. Io. de Ana.*102. *ſub n.*3. vbi declarat Anch. *conſ.*101. *Ex prædicto themate. in princ.* † Contra- 14
rium, quod ſint pœnales, & ex identitate rationis non extendantur. Rom. *conſ.*405. *in pr.* & Bolog. *in apoſtil. ad d. conſ. Io. de An.*73. *ver. nihilominus.* † Et quod ſint pœnæ impoſitæ propter iniuriã factam 15
filiis, comm. *dicit Decian. *conſ.*10. *num.*22. *lib.*1. † Reſtringe; quia * 16
communis non habet locum, ſi filii conſentiant. Rom. *conſ.*219. *Ex themate, ver. quarto, col.*3. Dec. *conſil.*217. *Quæritur an diuiſio, col.*2. *ver. & pro fundamento*, quos citat pro cautela mulieris apoſtil. ad Caſtr. *conſil.*154. *lib.*2. *in ver. annum.* † Et idem, ſi tacite conſentiant filiis- 17
poſtill. ad Dec. *in d. c. Eccl. S. Mariæ, num.*5. *in ver. filiorum, de conſtit.* vbi allegat Angel. *conſ.*396. incip. *Doctor inſignis.* † Reſtringe; quia non 18
procedit, ſi non extant filii ex primo matrimonio. Dec. *d. c. Eccleſ. S. Mariæ, n.*35. *de conſtit.* Anch. *conſil.*178. *num.*3. & 4. Bald. *conſil.*46. *in fin. lib.*2. Io. de An. *conſil.*101. *in fin.* vbi Bolog. in apoſt. *num.*3. Bart. & alii *in authen. ex ſacramento. C. de ſecund. nupt.* vbi *omnes. † Reſtrin- * 19
ge, niſi teſtator dediſſet licentiam. Dec. *d. cap. Eccleſia S. Mariæ, n.*35. *de conſtit.* † Declara; quia licentia mariti non extenditur ad caſum 20
non petiti tutoris, & non reddita adminiſtrationis, ſed ſolum ad contemptum mariti, non filiorum. Decian. *conſil.*35 *per totum, lib.*1. maxime *num.*52. *& ſeq.* † Reſtringe; quia licet priuetur bonis, quæ 21
habuit à marito; non tamen priuatur bonis, quæ habuit contemplatione mariti. Dec. *d. c. Eccleſia S. Mariæ, num.*35. *de conſtit.* allegat Rom. *conſil.*405. *Præſuppoſitis, in princ.* † Declara, quia non procedit quoad donationem propter nuptias; quia non diſtinguitur, an à marito, vel ab alio contemplatione mariti habuerit. Rom. *d. conſil.*405. *num.*3. *ver. tertio de hac quæſtione.* † Reſtringe; quia ſe- 22
cundo nubens nihil perdit, quando non ſuccedit filio, ſed teſtatori, veluti, ſi ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria. Io. de An. *conſil.*101. *num.*1. † Amplia; quia quæ dicuntur de vxore, habent locum 23
etiam in marito tranſeunte ad ſecundas nuptias. Dec. *conſil.*87. *Pro reſolutione, num.*3. vbi dicit *communem. † Amplia; quia mu- * 24
lier tranſiens ad ſecunda vota numquam perdit priuilegium dotis. Bologn. *in addit. ad d. conſil. Io. de Anan.*73. *circa fin.* † Amplia; 25
quia pœna priuationis impoſita, ne mater tranſiens ad ſecunda vota ſuccedat filiis, procedit, quando decedit vnus filius, & ſuperſunt alii ex eodem matrimonio; ſecus ſi nulli alii ſuperſunt; quia pœna tunc ceſſat. Bald. *conſil.*46 *Quidam nomine, lib.*2 *in fin.* quæ pœna eſt, quod non ſuccedat quoad proprietatem filio in bonis paternis, ſed ſolum ſuccedat in vſufructu, *auth. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* Bald. *conſil.*464. *Incipiendo à primo, num.*3. *ver. eſt verum, lib.*2. plene Anch. *conſil.*278. *Præmittan caſus, num.*3. & 4. & idem dicit 26
clare Io. de An. *conſil.*101. *in fin.* vb Bolog. in apoſtil. dicit *communem. † Contrarium, & male tenent Io. de An. *d. conſil.*73. *in 4. du- * 27
bio*, vbi dicit *communem, & in apoſt. dicit, quod mortuo vnico filio intra annum, ſi mater tranſiit ad ſecunda vota, mortuo filio intra annum perdit proprietatem, non vſumfructum. Vide plene per Ant. Gabr. *lib. tit. de ſecund. nupt. conc.*6. *pœna ſecundo nubentium reſpicientes fauorem filiorum.* † Limita; qua licet mater non priuetur ſuc- 28
ceſſione filii ob non petitum tutoren, niſi lapſo anno; tamen bene priuatur ſucceſſione filii, ſi intra annum nubat non petito

tutore,

tutore, etiam si non sit traducta ad domum secundi viri; quia licet pœnæ secundarum nuptiarum sint sublatæ ratione festinantiæ nuptiarum; tamen non sunt sublatæ ratione festinantiæ, & liberorum simul. Bal. *cons.366. Factum. super quo, lib.4.* & comm.* dicit Paris. *cons.29.n.80. lib.2.* Dec. *cons.230.* Abb. & cæteri in *c. fin. de secun. nupt.* Anch. *cons.101. in pr.* Signor. *cons.238.n.9.* Castr. *cons.254. Pro ista domina per tot. lib.2.* Alex *cons.3. Circa præmissam. nu.12. ver. potest etiam, lib.7.* vbi, quod non dicitur pœnam continere statutum hoc, sed prouisionem pro filiis, qñ priuatur mulier habens filios, si transeat ad secundas nuptias, ne possit filiis succedere. † Limita; quia licet sint sublatæ pœnæ secundo nubentium intra annum, vt perdantur legata, & prout in *l.1. C. de secun. nupt.* tamen non est sublata pœna, quod spretis filiis primi matrimonii nupserit mater; qa perdit proprietatē legatorum mariti retento vsufructu duntaxat. Bal. *d. cons.458. circa med. lib.3.* Bal. *cons.231. Viso dicto puncto, lib.5.* vbi, quod eo casu debet præstare cautionem, prout vsufructuarius, & comm.* dicit Bald. *cons.474. in fi. lib.5. & cons.381. Consessio viri, lib.5.* & ita tenere* omnes Doctor. quod perdit proprietatē, dicit Ang. *cons.396. Doctor insignis, in pr.* Ang. Aret. *cons.396. Domina Catharina, n.9.* †Extende, vt procedat, etiam si extat statutum, q̃ mater succedat in octaua parte filiis; quia intelligitur secundum ius cómune, vt habeat proprietatem, si non transeat ad secundas nuptias, & habeat solum vsumfructum, si transeat relictis filiis. Bald. *cons.231. lib.5.* †Extende, vt, quod dicitur de vxore, procedat etiam in viro. Rom. *cons.190. Clarum est, col.2. in fin.* vbi apost. in *ver. maritus.* † Restringe, vt non procedat in dote confessata per maritum in testamento, & legata vxori præsenti, qñ sunt lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ; quia potest mulier petere vt dotem, non vt legatum. Bal. *d. cons.458. lib.3. & cons.381. lib.5. circa fi.* †Restringe, quando maritus legauit vxori, & voluit eam habere legatum, etiam si transeat ad secunda vota; quia tunc non perdit mulier proprietatem, sed illam retinet, ex quo potest maritus renunciare huic pœnæ. Ang. *d. cons.396. n.2. ver. secundo sallit.* †Restringe; quia mater, vel pater transeuntes ad secunda vota non priuantur successione filiorum quoad bona filiorum acquisita aliter, quā per successionem defuncti patris, vel matris; quia si habent aliunde, bene succedunt in totum, & in proprietate, in paternis succedunt in vsufructu tantum. Io. de Ana. *cons.73. Ex iis, quæ in facto, n.2.* vbi Bologn. late hoc tuetur verum. Roman. *cons.405. Præsuppositis, in fin.* † Restringe; quia non priuatur mulier transieris ad secunda vota proprietate eorum, quæ habuit contemplatione mariti; secus si à marito, ita Roman. *cons.405. per tot.* sequitur Dec. in *c. Ecclesia S. Mariu. n.35. de constit.* †Limita; quia pœna *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* prohibentis matri posse relinquere secundo marito plus, quā vni ex filiis, alias relictum supra summam applicetur filiis primi matrimonii, non est sublata de iure Canonico secundum opinionem canonizatam apud omnes* peritos. Bal. *cons.161. Quædam nobilis, n.2. ver. secunda ratio, lib.1.* &* com. dicit Bald. *cons.474. in fin. lib.5.* Anchar. *cons.101. in pr.* Ioan. de Anan. *cons.102. circa fin. ver. non obstat, l.1. & 2. C. de secun. nupt.* vbi Bologn. in *apostil. n.3.* † Et an cesset pœna, si filii primi matrimonii consentiant matri etiam tacite. Menoch. *cons.155.n.20.* †Limita; quia mulier priuatur hæreditate, & successione filii, si suscepta tutela transeat ad secundas nuptias non petito tutore, & non reddita administratione, & reliquis non restitutis, *authen. iudem pœnis. C. de secun. nupt.* Castren. *cons.154. Pro ista domina. lib.2.* vbi, quod *cap.2. de secun. nup.* non tollit hanc pœnam, sed solum pœnam festinantiæ nuptiarum intra annum; secus quoad filios, vbi quod non requiritur, quod tria deficiant, puta si petiit tutorem, non incurrat pœnam; quia copulata stant disiunctiue, alias fieret illusio. † Extende, vt procedat, etiam si non præstitit iramentum de non transeundo ad secundas nuptias in susceptione tutelæ, quod non præstatur hodie, vt in *d. auth. iisdem pœnis. C. de secun. nupt.* vbi gloss. in *ver. sacramentum*, quia adhuc pœnam incurrit. Castr. *cons.154. col.2. ver. tertio, lib.2.* †Extende, vt procedat, etiam si non erat vera tutrix, vt quia nulliter susceperat tutelam; quia non debet esse melioris conditionis putatiua, quam vera tutrix, commune* dicit Castren. *cons.154. ver. quarto facit, lib.2.* & maxime in fine. †Declara tamen; quia si ab euentu redditionis administrationis constabit nihil debere restituere filiis, excusabitur mater, si vero aliquid debuit in redditione restituere, priuabitur successione, ita Castr. *d. cons.154. col.2. ver. quarto facit, lib.2.* † Extende; quia non excusatur, licet petierit tutorē perfunctorie; quia debet cum effectu alius dari. Castr. *d. cons.154. in fin. n.3. lib.2.* †Restringe, quando mater nihil administrauit, sed statim suscepta tutela transiuit ad secunda vota; quia sufficit, quod petat alium tutorem, vel si intra annum non petito alio excusatur. Castr. *d. cons.154. col. fin. lib.2.* vbi, quod quando duo, vel tria requiruntur propter vnum, ibi vnum tantum, sic omnia pro redditione reliquorum; ergo si non sunt reliqua, cessat verbalis dispositio. † Limita; quia vidua luxuriose viuens perdit legata, & habita à marito defuncto, siue intra, siue post annum. Clar. in *§. stuprum, num.6. ver. generaliter*, vbi dicit* communem, quod omnes pœnæ contra secundo nubentes sublatæ bene habent locum, si vidua committit stuprum. † Extende; quia mulier luxuriose viuens perdit beneficia, & priuilegia domicilii mariti, communem* dicit Clar. *d. §. stuprum. n.7. ver. amittit igitur.* †Extende; quia perdit etiam omnia priuilegia, quæ habet tanquam vidua; quia abutitur priuilegio viduæ viuendo luxuriosē. Clar. *d. §. stuprum, n.7. ver. pariter etiam*, vbi dicit communem.* Vide, *Adultera. Concl.227. & Mater. Concl.112.* Vide, *Mater succedit filiis. Concl.110.* Vide, *Statutum. Concl.603. & Stuprum. Concl.709.* Vide Conclusionem prox. præced.

Nursiæ Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 165.

CIVITAS † Nursiæ est de statu Ecclesiæ, & non habet merum, neq; mixtum imperium aliquod, nec valet consuetudo, contraria in præiudicium Papæ. Bal. *cons.430. Circa primum. in fin. lib.4.* † Statutum est Nursiæ, quod nullus contrahat matrimonium cum muliere non habente patrem, vel matrem sine consensu fratris carnalis sub certa pœna, quod statutum valet, sed tamen euitatur pœna, si frater etiam bannitus per litteras consentit. Bald. *cons.54. Statuto terræ Nursiæ, lib.5.* † Item, quod nullus possit dicere de nullitate laudi sub pœna centum librarum ipso facto auferendarum. Bald. *cons.181. Factum. super quo, lib.5.* vbi, quando procurator possit facere incidere dominum, vel non, in talem pœnam. † Item, quod nullus audeat facere adunantiam, vel congregationem de aliqua gente contra bonum statum terræ Nursiæ sub pœna centum librarum, quod statutum non habet locum, si quis propter timorem inimicorum iuit associatus cum multis hominibus. Bald. *cons.219. Statuto cauetur, lib.5.* † Item circa pascua, & accusationes continet, quod homines Montis Veteris possint pascere sua animalia in montibus intra certas seminatas, & quod accusationes fieri debeant die sequenti post damnum; item, quod denunciatores, quibus credi debeat, eligantur in principio mensis Aprilis, super quo Bart. *cons.209 Viso processu, lib.1.* dicit decisiue accusatos absoluendos, si non est probatum, quod extra seminatas; quia non constat de maleficio; item si accusatio non est facta die sequenti post damnum, non valet, neque creditur nuncio, seu denunciatori, si non est electus in principio Aprilis. Vide, *Congregationis appellatione. Concl.731.*

O.

OBEDIENTIA QVIBVS DEBEATVR, ET EIVS PRIVILEGIA, ET EFFECTVS.

Conclvsio I.

OBEDIENTIA † debetur à filiis patribus eorum; ideo excusantur à iuramento, si obediendo contrafaciunt. Feder. de Sen. *cons.191. Quæstio talis est, scholaris, in princ.* † Subditus tenetur obedire superiori suo, Episcopo, & iudici, & excusatur à periurio Fed. de Sen. *d. cons.191. n.3. ver. item, quod iste scholaris, vsque in fin.* † Declara tamen, quod maior est obedientia, quæ debetur iudici, quam patri; & ideo magis superiori est parendum, quam patri; quia maior potestas præualet. Feder. de Sen. *d. cons.191. n.3. ver. item, quod iste scholaris.* †Et melius est obedire, quam sacrificare; quia sacrificium fit de aliena carne, scilicet victimæ, obediendo autem caro propria mactatur, & arctatur, 8. *quæst.1. cap. Sciendum.* Roman. *cons.522. Beatissimus Pater, num.3.* & rursus in sermone, quem fecit in Concilio Basilien si, in fine, vbi plura de obedientia, & repetit, vt supra.

Obedientiæ bonum operatur multa, & quæ. Concl. 2.

1 OBEDIENTIÆ † bonum operatur, quod propter obedientiam licet non debeat fieri malum; tamen bene potest bonum omitti, *c. quid ergo, 11. q. 3. cum multis capitulis seqq.* vbi, quod arbor prohibita Adæ in Paradiso erat bona, sed prohibita propter obedien-
2 tiæ bonum. † Et in tantum obedientia substinenda est, vt etiam in dubiis, quando non est certum esse ad malum, obediendum sit, *c. quid culpatur, in fin. 23. q. 1.* vbi gloss. in *ver. iniquitas*, dat concord. &
3 dicit tutiorē viam esse eligendam. † Obedire magis oportet Deo, quam hominibus, *c. si dominus, 11. qu. 3. & c. qui Omnipotentem. eadem causa, 11. q. 3.* vbi verba sunt; *qui Omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel Sanctorum Patrum institura aliquid vllo modo agere consentit.* † Obedientiæ bonum
4 operatur multa; ideo religiosus volens transire ad religionem arctiorem, tenetur petere licentiam à suo superiore, licet eam non obtineat, alias reuocatur ad primam religionem, & licet reuocatus possit petere licentiam, & ea non obtenta transire de nouo ad arctiorem; tamen iste circuitus admittitur ob obedientiæ bo-
* num. Abb. *cons. 95. In præsenti, col. 1. ver. iis præmissis, lib. 1.* vbi dicit * communem.

Obedientia non debetur in malis, etiam principi. Concl. 3.

1 NON † est obediendum Papæ, & Principi in malis, Rom. *cons. 522. Beatissimus. n. 10. & seq.* vbi plura exempla, etiam si scandalum oriretur in Ecclesia particulari, magis si in Ecclesia vniuersali; quia hoc etiam est de mente Papæ, si quæ iniusta mandet, quod
2 supersedeatur, *c. si quando, de rescript.* † Declarat Abb. in *1. q. Episcopus, in princ.* vt non sit obediendum Papæ in iis, quæ sapiunt hæresim, vel scandalum inducerent in Ecclesia vniuersaliter, alias autem in spiritualibus obediendum est semper, & plenius repetit *col. 3. nu. 4.* quod Papæ, etiam si iniuste, & dure præcipiat, est obediendum, excepto, si iubet ea, quæ sapiunt hæresim. Vide, *Papa absolute potest omnia. Concl. 49.* Vide, *Papæ obediendum omnino. Concl. 59.* Vide, *Præcepto superioris. Concl. 478.*

Obedientia præstita in quibus præiudicet, vel non præstanti illam. Concl. 4.

1 OBEDIENTIA † præstita ei, qui habet dignitatem, inducit renunciationem iuris, quod prætendit præstans obedientiam in ipsa dignitate. Gemin. *cons. 15. nu. 2. circa fin. ver. ex iis ergo concludi-*
2 *tur.* † Limita, nisi fuerit obedientia meticulosa, vel coacta, & præstans obedientiam fuerit protestatus ante illam, & post. Gemin. *d. cons. 15. ver. super secundo, n. 10. vsque ad n. 13.*

Obedientia & subiectio qualiter cesset ex præscriptione. Concl. 5.

1 OBEDIENTIA † & subiectio est necessaria, alias is, qui nulli subiectus est, dicitur acephalus, prout locusta, quę non habet Regem; & ideo nullus præscribere potest contra obedientiam, vt sibi ipse imperet, sed bene, vt alteri superiori subiiciatur. Oldr. *cons. 254. Quia tota, in princ.* & idem *cons. 172. in princ. ver. ad secundum. & cons. 244 n. 4. ver. tertio opponebatur.* Cald. *cons. 453. in princ.* alias *11. de censib.* vbi, quod si pro alio præscribitur, non est præscribere obe-
☞ dientiam. Vide, *Libertas respectu imperandi, &c. Concl. 341.* † Amplia;
2 quia nullus præscribit contra obedientiam Papæ, *c. cum non liceat,*
3 *de præscript.* Anch. *cons. 310. Tres Domini, in princ.* † Amplia; quia contra obedientiam Imperatoris non datur præscriptio. Anchar. *dict.*
☞ *cons. 310. in princ.* allegat text. in *l. comperit. C. de præscriptio. 30. ann.* Vide, *Imperium merum quid sit, &c. Concl. 45.*

Obiicere qui possint contra electum. Concl. 6.

1 OBIICERE † possunt contra electum Canonici, & Clerici Ecclesiæ, de cuius Prælati electione tractatur. Oldr. *consil. 101. Quia cuiuslibet, in prin.* etiam singulares Canonici possunt obiicere.
2 Oldr. *cons. 313. in princ.* quia causa publica est. † Amplia, vt idem sit in vasallo Ecclesiæ propter obligationem, quam habet tuendi Ecclesiam. Oldr. *d. cons. 101. in princ.* quem sequitur Franch. in *c. vt circa, n. 5. ver. si vero veniat.* qui etiam potest obiicere, etiam si sit laicus.
3 † Amplia, vt etiam Canonici singulares possint obiicere contra prouisum, licet Capitulum obiecerit, si tamen obiectus sunt male specificati, & volentes obiicere erant absentes. Oldrad. *d. consil. 313. per tot.* vbi multa pulchra ponit, licet in duabus additio. ad consilium prædictum idem postea videatur tenere contrarium, & male.

Obiectus debent exprimi in appellatione extraiudiciali. Concl. 7.

OBIECTVS † in appellatione extraiudiciali debent exprimi, & 1
specificari, & iurari. *c. vt circa, de electio. in 6.* Oldr. *cons. 136. Quod ex productis, n. 8. ver. & constat.* vbi, quod non sufficit expressio generalis, & obscura, sed debet esse præcisa, & certa, sub *num. 9. ver. præterea*, & melius *cons. 304. n. 3.* † Amplia in tantum, vt si non fuerint 2
expressi, & seruata forma *c. vt circa. de electio. in 6.* non possint dari, nec probari, imo probati non releuant; quia ipso iure excluditur per illum text. Oldrad. *cons. 291. in princ. num. 1. ver. restat ergo videre.* † Amplia, quod obiectus in appellatione extraiudiciali in tantum 3
debent exprimi, specificari, & iurari, vt appellans duo iurare debeat, specifice, videlicet, quod credit obiectus esse veros, & credit se posse illos probare, & si vnum iuraret, tamen appellatio corruit. Oldrad. *cons. 304. in princ.* † Amplia, quod Notarius de appel- 4
latione, & iuramento huiusmodi geminato rogatus, debet attestari specifice, & non sufficeret generalis expressio, puta si diceret, *ego Notarius prædictis omnibus interfui*, quia non releuat. Oldrad. *d. cons. 304. n. 3. ver. constat etiam*, quem sequitur Cranett. *cons. 88. nu. 19.* † Amplia; quia in specificatione criminum obiectorum in ex- 5
traiudiciali appellatione debeat specificari locus, & tempus, in tantum, quod nec posset renunciari huic specificationi per eum, cui crimina opponuntur, & hoc, siue per modum accusationis, siue per modum exceptionis. Calder. *consil. 190.* alias *1. de except. per tot.* † Amplia; quia articulus impugnatiuus iuris alieni non admit- 6
titur, tanquam obiectiuus, quando non descendit ex appellatione extraiudiciali. Oldr. *cons. 116. Titius impetrauit, in princ.* † Amplia; 7
quia obiectus est materia odiosa, quæ luce clarius est probanda; & est ratio; quia impugnans prouisionem per modum excipiendi, & obiiciendi dicitur quasi accusare, & ideo est odiosa, & requirit specificationem, & plenam probationem. Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 26. ver. secunda pars conclusionis.* † Amplia; quia obiectus non admit- 8
titur super negatiua indeterminata, quæ non habet implicitam affirmatiuam. Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 27. & 28. ver. decima conclusio.* † Amplia; quia obectiones criminosæ debent specificari, alias 9
non releuant, *c. præsentium, de testib. in 6.* & habet obiectio speciem accusationis: ideo debet plene probari, & specificari. Ægid. Bella. *d. cons. 33. n. 26. ver. secunda pars.* † Declara, vt per Castr. *cons. 335. Visa in appellatione, n. 2. lib. 1.* vt non sit facienda specificatio in exceptione, sed bene, quando sit examen, & declarat ibi non procedere, si obiectio est inimicitiæ, quæ non includit crimen. Vide, *Accusatus non* ☞ *procedat, quando. Concl. 158.* Vide, *Crimina opponens. Concl. 1080.*

Obiiciens dicitur accusator, & quando quis admittatur, vel non. Concl. 8.

OBIICIENS † electo, vel prouiso dicitur accusator; & ideo post 1
terminum præfixum non auditur volens obiicere, sicuti nec volens accusare. Oldrad. *cons. 3. per tot.* vbi, quod nec restituitur in integrum, nisi æquitas suadeat, Oldr. *cons. 167. in princ.* & quod obiiciens dicatur accusator. Oldr. *cons. 191. n. 8. & cons. 313. n. 2. & in eadem cons. 3. in additio. incip. item quod admitti, in prin.* † Amplia in tan- 2
tum esse verum, quod obiectus, & crimina contra accusatum non admittantur post terminum ad articulandum bene seruatum, vt etiam si dati sint obiectus generales, & male specificati, non possint vlterius admitti. Oldra. *cons. 167. Ante omnia. ver. sed si videamur.* † Amplia, vt nec detur restitutio, si in termino peremptorio ad ar- 3
ticulandum non sunt dati, vel generales dati sunt. Oldr. *d. cons. 167.* vbi nec hæc restitutio habet locum. † Amplia, vt idem sit in obie- 4
ctibus in appellatione extraiudiciali non datis secundum formā *c. vt circa, de electio. in 6.* † Amplia in tantum, quod nec possint de- 5
clarari in alio termino dato postea ad declarandū; quia terminus non continet declarationē obiectorum. Old. *d. cons. 167. ver. nec hic obuiat, n. 4.* † Contrariū videtur velle Old. *cons. 263. n. 2. & seq.* vbi in specie, & articuli ex vsu possunt declarari, licet non possent dari, nisi dicas, quod non loquitur in obiectiuis. † Amplia, vt procedat 6
etiam in tertio veniente ad causam post terminum peremptorium ad articulandū; quia non poterit super obiectu criminoso audiri de obseruantia Rom. Curiæ. Oldr. *cons. 183. Factum tale est, vacante Ecclesia, n. 5. ver. item quod dicitur.* † Limita in tertio veniente ad cau- 8
sam in secunda instantia; quia admittitur in statu, & terminis, & potest dare obiectus expressos in appellatione extraiudiciali per eum, qui in prima instantia succubuit, & non dedit ipsis obie-

obiectus; quia nihilominus in termino illos poteſt dare in ſecunda inſtantia tertius. Oldr. *conſ.* 255. *Contra prouiſionem, per totum conſilium*, maxime *in fin. ver. ad ſecundum.* Vide Concluſionem prox. præc.

Obiectiua materia dicitur, quando obiiciens non dat de iure ſuo, & qualiter hodie procedat. Concl. 9.

1 OBIECTIVA † dicitur omnis materia, quæ directe non tendit ad canonizandum titulum eius, qui dat, quo titulo deficiente etiam ſine competitore canonice præbendam, vel beneficium
2 obtinere non poſſet. Oldr. *conſ.* 170. *Ad hoc, vt id, in princ.* † Amplia, quod obiectiua dicitur materia omnis datio extra iſta quatuor, videlicet, habilitatem dantis, poteſtatem conferentis, modum congruum, & extra deducibilitatem rei collatæ. Oldr. *conſ.* 170. *in pr.*
3 etiam ſi excludatur ius dantis indirecte. † Amplia, etiam ſi obiectus, qui tendit ad excluſionem alterius, includereret indirecte, vel in conſequentiam ius dantis; quia adhuc materia eſt odioſa.
4 Old. *d conſ.* 170 *ver. nec mouetat quenquam.* † Amplia, quod obiiciens de exceſſu valoris beneficii ei, qui habebat gratiam de minori valore, licet obiiciens habeat gratiam maioris valoris, adhuc non dat de iure ſuo, ſed de non iure aduerſarii, & materia eſt obiectiua. Oldr. *d. conſ.* 170. *ver. & ſi quis diligenter*, vbi allegat Ioan. Mo-
5 nach. aſſerentem ita obſeruari in Palatio. † Amplia, etiam ſi obiiciatur qualitas beneficii, quæ non caderet in gratia aduerſarii, & caderet in gratia obiicientis, puta, quia aduerſarius impetrauit curatum, cum tamen gratiam haberet ad non curatum, vel ſi impetrauit dignitatem Archipresbyteralem curatam, cum haberet gratiam ad parochialem; nam licet ego habeam gratiã ad dignitatem, & ad curatum, excipiendo contra gratiã aduerſarii, in hoc dicor obiicere, & non dare de iure meo. Oldr. *d. conſ.* 170. *ver. præterea per hoc.* † Amplia, etiam ſi obiectio tangat ius Eccleſiæ; quia
6 adhuc non dicor dare de iure meo; quia iſtud ſpectat ad clericos
7 de eadem eccleſia. Oldr. *d conſ.* 170. *circa fin. ver. ſi dicatur.* † Amplia, vt prædicta omnia procedant, etiam ſi obiiciens poſſideat; quia adhuc non dicitur dare de iure ſuo. Oldr. *d. conſ.* 170. *in fin.* qui loquitur, quando poſſeſſio eſt litigioſa; quia non confert commo-
8 dum poſſeſſionis. † Amplia, vt obiiciens contra aduerſarium de obreptione gratiæ ſuæ dicatur vere dare obiectus, quia obreptio
9 eſt crimen, & debet plene probari. Oldr. *conſ.* 209. *In cauſa Hoſpita- lis, n. 9. ver. iſta autem non probata, & n* 10. † Declara; quia hodie materia non dicitur obiectiua quomodocunque includat ius obiicientis, etiam per indirectum, vt per Caſſad. *deciſ.* 2. *de except.* ideo opiniones Oldrad. erant apud antiquos, ſed hodie Palatium ſer-
☞ uat contrarium, vt per Caſſad. vbi ſupra. Vide, *Articulus obiectiuus. Concluſ.* 529.

Obiectus quando dicatur de iure dantis, vel non. Concluſ. 10.

1 OBIECTVS † quando ſunt de iure dantis, ſemper admittuntur, & non habet locum *c. vt circa, de elect. in* 6. dummodo ſint de iure dantis directe, ſecus ſi incidenter. Oldr. *conſ.* 170. *Ad hoc, vt id. in princ.* Ægid. *deciſ.* 482. *Si ordinarius.* quæ eſt 14. *de exceptio. &* 532. *Si prouiſu per ordinarium*, quæ eſt 37. *de præbend. ver. ratio tenentium con-*
2 *trariam maiorem*, vbi dicit ita fuiſſe ſeruatum in Palatio. † Contrarium, quod imo obiectus dicatur eſſe de iure dantis, & admittatur quãdocunque, dummodo includat ius dantis, ſiue directe, ſiue per indirectum, ita tenet Rota, vt per Caſſad. *deciſ.* 2. *de exceptio.* incipit: *In eadem cauſa, in pr.* vbi atteſtatur ita obſeruari, & allegat *deciſ.* 17. &
3 18. *de exceptio. in antiq.* † Obiectus dicitur eſſe de iure dantis ſolum, quando is, qui dat, directe, agit ad canonizandum ſuum titulum, quo deficiente etiam ſine aliquo competitore beneficium canonice poſſidere non poſſet, & ſunt quatuor, videlicet perſonæ ſuæ habilitas, conferentis poteſtas, modi congruentia, hoc eſt, vacatio, & rei collatæ deducibilitas, hoc eſt modus, ita Oldrad. *d. conſ.* 170. *in prine.* qui extra iſtos quatuor articulos vult omnem materiam eſſe obiectiuam, vbi dicit obſeruantiam in Palatio talem eſſe authoritate Io. Monach. & de hac eadem obſeruantia meminit Ægid. *d. deciſ.* 532. alias 37. *de præben. in pr. ver. ratio tenentium*, & clarius idem Ægid. *deciſ.* 482. alias 14. *de exceptio.* vbi dicit omnem materiã eſſe obiectiuam, quæ ſine parte, & contradictore non eſſet neceſ-
ſario probanda; quæ vero etiam ſine parte debet probari, non eſt
4 obiectiua, & hoc eſt idem dicere, quod dixit Oldr. & dicit, quod ita tenuit, & tenet Rota. † Contrarium, vt dixi, quod materia eſt de iure dantis & admiſſibilis, dummodo directe, vel indirecte includat ius dantis, ſeruat hodie Rota, vt per Caſſad. *deciſ.* 2. *de except.*
5 qui alias deciſ. allegat, reprobato Oldr. † Amplia, quod obiectus dicitur eſſe de iure dantis, & admittitur, quando quis tuendi iuris ſui cauſa agit, vel excipit, vt ſi habens collationem beneficii à ſolo Capitulo, quod ſpectabat etiam ad collationem Epiſcopi; quia ſi Epiſcopus erat excommunicatus, & prouiſus, dat de excõmunicatione Epiſcopi tempore ſuæ prouiſionis, non dicitur obiicere, ſed ſe tueri. Oldr. *conſ.* 200. *Principium eſt per tot.* † Amplia, quod al-
6 legans deuolutionem beneficii non dicitur obiicere. Oldrad. *conſ.* 200. *Principium eſt, n.* 4. *ver. quarto in caſu.* † Amplia, quod nõ dicitur
7 obiicere is, qui debuit vocari ad electionem, & non fuit vocatus, ſi proſequitur contemptum, & conſequenter ius ſuum. Oldr. *conſ.* 188. *per tot.* incip. *Quod proſequens.*

Oblationum appellatione quid contineatur, & cui debeantur, & in quibus differant oblatio, & eleemoſyna. Concl. 11.

OBLATIONES † ſimpliciter enunciatæ continent omnia mobilia, & immobilia, quæ dantur Eccleſiæ, ſiue in Eccleſia, ſiue 1
extra, *c. cauſa Sauonen. de verb. ſignificat.* Oldr. *conſ.* 293. *in fi.* † Amplia, 2
vt etiam veniant ſub nomine oblationum ea, quæ offeruntur ad altare. Oldrad. *d. conſ.* 293. *nu.* 6. *ver. tertio conſueuit.* † Amplia, vt ap- 3
pellatione oblationum veniant decimæ. Lap. *alleg.* 67. *verſi.* 5. *argumentum tamen.* † Amplia; quia oblationes dicuntur eleemoſynæ, 4
quæ offeruntur Curatis Eccleſiæ, vel Eccleſiæ pro Miſſis, orationibus, vel pro mera eleemoſyna. Petr. de Anch. *conſ.* 48. *Quia talia.* Lap. *alleg.* 58. ſequitur Rom. *conſ.* 344. *In caſu propoſitæ. nu.* 3. † Diffe- 5
rentia eſt inter oblationem, & eleemoſynam; quia eleemoſyna fit ſecreto, oblatio fit publice; ideo Eccleſia recipit à quocunq; eleemoſynam, ſed non oblationem; quia Eccleſia non recipit oblationem ab impœnitẽte, ne videatur eum approbare. Anch. *conſ.* 429. *Quæſtio talis eſt, n.* 4. *&* 5. vbi reprehendit Bart. qui non apprehendit hanc differentiã †. Vide Ant. de Butr. *conſ.* 25. *in fi. ver. non obſtat.* vbi 6
ſubſtinet opin. Barto. quia licet Eccleſia recipiat eleemoſynam ab impœnitente, non oblationem, dicit eſſe verum, ſed recipit in vita eleemoſynam; quia ſpes eſt conuerſionis, non in morte, quando impœnitens; quia nulla ſpes conuerſionis. † Extende; quia ta- 7
les oblationes, quæ dantur Curatis ex conſuetudine, debentur, & poteſt Epiſcopus compellere parochianos ad offerendum iuxta conſuetudinem. Rom. *d. conſ.* 344. *n.* 5. † Amplia; quia oblationes à 8
principio voluntariæ ita fiunt debitæ, vt non poſſit Ciuitas, vel Princeps illas reuocare, neq; eleemoſynas. Bar. in *l. priuilegia, in fin. C. de ſacroſ eccleſ. in fi.* cuius opin. communem * dicit laſ. in *l. non am-* *
plius. n. 12. ff. de leg.* 1. † Contrarium dicit apoſt. ad Rom. *ſing.* 438. *Pone. quod populus*, vbi de * communi contra Bartolum. † Amplia; quia 9 *
debentur oblationes contemplatione officiorum, & Sacramentorum Diuinorum, ideo debentur magis vicario perpetuo, quam rectori, ratione officii, quod exercet vicarius circa curam, & Sacramenta. Ægid. *conſ.* 2. *n.* 13. † Et procedunt à pari cum decimis ob- 10 11
lationes. Decian. *conſ.* 16. *n.* 13. *lib.* 2.

Oblationes factæ imagini Sanctorum cui acquirantur. Concl. 12.

FACTÆ † oblationes alicui imagini, ſi eſt in dominio laicorum, 1
dubium eſt, cui acquiratur. Dec. *conſ.* 148. *Reueren. Pater, nu.* 2. & quod nõ debeantur domino muri laico; quia eſt incapax. Decian. *conſ.* 16. *n.* 15. *lib.* 2. ſed ſunt eccleſiæ parochialis, ſub qua eſt imago. Petr. de Rauen. *ſing.* 468. *oblationes*, vide tamen Ferret. *conſ.* 143. *n.* 2. *& ſeq.* vbi, quod ſunt, vel parochiæ, vel Epiſcopi. Vide, *Oblationes* ☞
non debentur, &c. Concl. 14. † Si vero locus eſt pius, vel altare, in quo 2
ſit imago, cui offertur, acquiritur altari, & illius Rectori, ſi habet Rectorem particularem, ſin minus, acquiritur eccleſiæ, in qua eſt altare, vel imago. Dec. *d. conſ.* 148. *n.* 2. ſequitur Ferret. *d. conſ.* 143. *n.* 6. *vſque in fi.* † Declarat aliter Fel. in *c. dilectus, in pr. de off. ordin.* vbi quod 3
debentur Deo, non muro, neq; domino muri; tamen non admittitur, quod debeantur Hoſpitali prophano, niſi contemplatione pauperum. † Ferret. *conſ.* 278. *in prin.* dicit, quod eſt eccleſiæ, in qua 4
eſt pictura, ſeu in cuius parochia eſt, non domini muri laici, ſecundum * communem, quam limitat, niſi conſuetudo ſit in contra- *
rium; quia illa attendi debet, & plenius *conſ.* 143. *per tot.* vbi, quod non ſunt domini muri, ſi eſt laicus; ſi vero ſunt religioſi, vel clerici, in quorum eccleſia, vel iuriſdictione ſit pictura, applicantur oblationes religioſis, vel parochiæ, aut Epiſcopo. † Factæ celebranti 5
in parochia debentur rectori parochiæ. Felin. *d. c. dilectus, n.* 1. *in fin. ver. & adde, de off. ordin.* † Extende; quia factæ capellano, vel vicario, 6
debentur rectori. Fel. ibi *d. c. dilectus, n.* 2. *de offic. ordin.* vbi declarat, & extendit, *n.* 3. *& ſeq.* Vide, *Legatum factum eccleſiæ. Concl.* 46.

Oblationes qui facere teneantur in Ecclesia, vel non. Concl. 13.

1 OBLATIONES † facere tenentur parochiani in sua parochia singulis diebus, quibus Missas audire præcipiuntur, videlicet dominicis, & aliis solemnibus diebus. Lap. *alleg* 58. *nu.* 2. *ver. & non solum Missas audire.* Petr. de Anch. *cons.* 48. *Qui talia asserunt*, vbi, q̃ augetur deuotio populi, & asserentes contrarium fermento hæreticæ prauitatis adhærent, & ita etiam dicit Rom. *cons.* 344. *nu.* 3. quando rector non habet aliunde, vel consuetudine fuit pie in-
2 troductum. † Contrarium videtur, quod nullo modo compelli possint ad istas oblationes; quia sunt eleemosynæ, & debent esse liberæ voluntatis, licet sit aliqua contentio, vt per glos. & Archid. *de consecrat. distinct.* 1. *c. omnis Christianus*, 16. *q.* 3. *c. statuimus*, nam clericus si non habet, vnde viuere possit, videlicet rector, debet sibi quærere victum artificio, seu agricultura, *cap. clericus victum, & c.*
3 *clericus quilibet*, 91. *distinctio.* † Declarat pulchre Rom. *cons.* 344. *In casu propositæ, n.* 3. *& per tot.* quod eadem distinctio potest adhiberi, quæ adhibetur in mortuariis, in quibus pariter nihil debet exigi à Rectore, vt duobus casibus debeantur oblationes. Primus est, q̃n rector non habet, vnde aliunde viuere possit; quia populus tenetur ministrare temporalia, ex quo percipit spiritualia, dat exemplum in fundatore ecclesiæ, vt in necessitate ali debeat ab eccle-
4 sia. † Secundus casus est, quando pia deuotione fidelium fuit consuetudine introductum; quia tunc tenentur soluere, & compelluntur. Rom. *d. cons.* 344. *n.* 5. *ver. secundus quidem casus*, vbi dicit gloriosum Doctorem B. Thomam in sua summa ita tenere, allegat etiam *c. ad Apostolicæ, de simon.* sed si habet, vnde ex Ecclesia viuat, videtur velle in mortuariis, q̃ valeat consuetudo hæc pia, quando subrogatur loco decimæ, aut canonicæ portionis, & eodem modo in oblationibus ex necessitate, & in fine consilii tollit contra-
5 ria. † Amplia in tantum, vt etiã concessa licentia audiendi missam in alia ecclesia, quam in parochia, non intelligatur concessa licentia, quod oblatio fiat in alia ecclesia, quam in parochia. Lap.
6 *d. alleg* 58. *n.* 6. *ver. & licet concederet.* † Amplia in tantum, vt nec Episcopus possit dare licentiam parochiano, vt oblationem, quã debet parochiæ, alteri ecclesiæ tradat sine magna causa. Lap. *d. alleg.*
7 58. *n.* 6. *& 7. ver. nec etiam posset.* † Amplia, vt in tantum oblationes parochiæ debeantur, vt parochianus, si vna vice distulit offerre, debeat refundere omissum alia vice. Lap. *d. allegat.* 58. *ver. ergo qui ex causa*, vbi loquitur de eo, qui ex licentia audiut in alia ecclesia, vt teneatur mittere oblationẽ ecclesiæ propriæ, & etiam offerre
8 in ecclesia, in qua Missam audiuerit de licentia. † Amplia; quia licet parochiani, & curati habentes ecclesias diuites, & habentes redditus, ex quibus commode viuunt, teneantur orare, & Missas celebrare gratis pro parochianis; tamen oblationes iuste possunt fieri, & recipi pro Missis, & orationibus, & consuetudo in
☞ hoc seruari debet. Petr. de Anchar. *cons.* 48. *Qui talia asserunt.* Vide, *Sepulturæ, & exequiæ. Concl.* 196.

Oblationes non debentur laicis; quia incapaces, & quando secus. Concl. 14.

1 NON † sunt laici capaces oblationum, & non valet consuetudo, quod habeant laici oblationes. Dec. *cons.* 148. *Reuerende*
2 *Pater, n.* 3. † Restringe; quia bene possunt pro ecclesia, & nomine
3 ecclesiæ oblationes recipere. Dec. *d. cons.* 148. *n.* 3. † Restringe in confraternitatibus laicorum; quia de consuetudine possunt habere oblationes. Dec. *d. cons.* 148. *nu.* 3. Ferrett. *cons.* 143. *nu.* 6. *& seq.*
4 † Contra restrictionem, quod loca laicalia non sint capacia oblationum, tenet Felin. in *c. dilectus, de off. ordin. in princ.*

Oblatio personarum religioni per quem fieri possit. Concl. 15.

1 PATER † mater, auus, & auia possunt offerre filium, vel nepotem religioni. Fed. de Sen. *cons.* 274. *per tot.* vbi, quod si discordant præfertur prohibens; quia in re communi melior est con-
2 ditio prohibentis. † Amplia, vt si possunt offerre, multo magis possint impedire, vel reuocare oblationem, quæ magis de facili
3 conceditur. Feder. de Sen. *cons.* 274. † Amplia; quia valet oblatio bonorum omnium facta per maritum, & vxorem cum consensu proximiorũ, reseruato sibi vsufructu in causam Hospitalis piam, nec vxor potest reuocare oblationem prætextu dotis suæ; quia
4 non est decepta. Castr. *cons.* 41. *Visis, & consideratis, lib.* 1. † Limita; quia licet tutor possit pupillum impedire, ne offeratur durante tutela, non tamen potest illum offerre. Feder. de Sen. *d. cons.* 274. *ver. respondeo, circa med.*

Oblati alicui religioni multiplices, & qui dicantur, & ad quæ teneantur, vel non. Concl. 16.

OBLATÆ † mulieres, vel etiam viri alicui religioni viuentes
1 extra monasteriũ, vel in domo propria, vt ducant vitã magis honestam, dicuntur vere religiosi, & solemne votum emisisse, q̃i professæ sunt sub aliquo superiore religionis. Fed. de Sen. *cons.*
2 273. *Nicolaus Episcopus, n.* 1. *ver. ad primum.* † Et de multiplici nomine oblatorũ; quia aliqui sunt oblati simpliciter, aliqui oblati perpetui, aliqui appellãtur Deo deuoti, aliqui confratres, aliqui familia
3 Ecclesiæ, vide Calder. *cons.* 416. alias 31. *de regul.* vbi etiam, q̃i sunt professi, vel non, similiter Cardin. Zab. *cons.* 21. *Quidam Laurentius, n.* 2. dicit non dari certam regulam oblatorum; quia aliqui offerunt se, & sua, aliqui se cum suis, quãdoq; se tantum, & non sua, quandoq; è conuerso, quandoq; certam partẽ suorum, & quandoque maiorem, quandoq; minorem, vel exiguam partem. Ob-
4 latio vero † simpliciter facta religioni per eum, qui extra monasterium in domo sua moritur, non inducit votum, & professionem solemnem; quia dicuntur conuersi. Fed. de Sen. *d. consil.* 273.
5 *col. fi. ver. sin autẽ vellemus.* Castr. *cons.* 69. *Visa quadam, circa fin. ver. sed in casu nostro. lib.* 1. † Amplia; quia oblati religioni dicuntur conuersi, & de familia monasterii, in tantũ, vt si habitent in loco exempto
6 religionis, non subsint parochiæ, sed vere sunt de familia monasterii. Fed. de Sen. *d. cons.* 273. *ver. ad tertiũ.* † Amplia; quia tempore interdicti possunt admitti ad diuina cũ religiosis, si vt supra, morantur in locis exẽptis. Fed. *d. cons.* 273. *circa fi. ver. ad quartum.* † Am-
7 plia; quia possunt eligere sepulturam in monasterio, cui fecerunt oblationẽ; imo in eo debent sepeliri, nec soluenda est quarta parochiæ, q̃n oblatio fuit facta tam de persona, quam de rebus. Fed.
8 *d. cons.* 273. *circa fi. ver. ad quintum.* Declara, vt plene per Castr. *consil.* 69. *Visa quadam, lib.* 1. vbi sic distinguit plures casus. † Primus casus
9 est, q̃n aliquis dedicat se, & sua bona alicui ecclesiæ seculari, & ita potest habere proprium, & libre reseruare bona, & de illis disponere; quia non efficitur professus. Castr. *d. consil.* 69. *col.* 2. *ver. sed interdum, lib.* 1. † Secundus, quando dedicat se alicui ecclesiæ regulari, vel monasterio, & assumit habitum; & tunc etiam omnia bona censetur dedicare, & profiteri; ideo reseruatio bonorum vitiatur, quatenus repugnet professioni. Castr. *d. cons.* 64. *in princ. & per*
10 *tot. lib.* 1. † Tertius, quando est dubiũ, an reseruatio bonorum, quæ repugnat professioni, vitietur, vel vitiet; & siquidem adiciatur per modum conditionis contra originalem substantiam professionis, ipsa professio vitiatur; si vero adiiciatur per viam modi, vel pacti, aut reseruationis; tunc modus, pactum, & reseruatio repugnans professioni, prout reseruatio bonorum, vitiantur, & non vitiant professionem. Castr. *d. cons.* 69. *per tot.* vbi ita distinguit, & quod sint tres species oblatorum; quia aliquando quis offert & dat
11 bona sua alicui ecclesiæ Hospitali, religioni, vel pio loco, aliquando offert se tantum sine bonis, aliquando offert tantum bona sua. Abb. *cons.* 102. *Circa personarum, in pr. lib.* 2. idem etiam tenet Zabar. *cons.* 21. *in pr.* † Rursus circa oblationem bonorum, aliquando quis
12 offert omnia bona sua præsentia, & futura, aliquando bona sua præsentia tantum, aliquando bona sua simpliciter, & aliquando partem bonorum suorum. Abb. *d. cons.* 102. *in pr. lib.* 2. † Primo casu, q̃n oblatio, seu donatio omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum fit Ecclesiæ, Hospitali, vel pio loco, valet. Bartol. in *l. fi. C. de pact.* quia sicuti potest offerre se, & bona sua præsentia, & futura, *c. in præsentia, de probatio.* ergo idem, quando offert, vel donat omnia bona sua præsentia, & futura, & hanc partem tuetur veram Abb. *d. cons.* 102. *Circa personarum, in pr. lib.* 2. vbi tollit contraria allegata per Angel. in sua *quæst.* incip. *In refulgenti palatio*, & probat ex Euangelio, & multis authoritatibus, & quia in primitiua Ecclesia omnia vendebantur, & pretium totum deferebatur ad pedes Apostolorum. † Contrarium tenet Angel. de Perusio in
13 *d.* sua *disputat.* incip. *In refulgenti palatio*, vbi tenet, quod oblatio bonorum omnium præsentium, & futurorum cum persona valet; secus si sola bona Ecclesiæ offeruntur, vel donantur Ecclesiæ; quia sine traditione transfertur dominium; ideo donans illico priuatur bonis, & dominio, quod est indecens, quando donans remanet in seculo; secus, quando etiam persona offertur; quia hoc magis conuenit religiosis, & per Ecclesiã approbatur, & idem consuluit Anch. *cons.* 231. *De primo, n.* 3. *& seq. per tot.* Zabar. *cons.* 21. *in fi.* † Li-
14 mita; quia si propria bona retinent, non dicuntur vere oblatæ, neq; translatæ, & cessant prædicta priuilegia. Feder. de Sen. *consil.*
15 273. *ver. ad octauum, in fin.* † Extende; quia oblati, seu offerentes sic & sua nullo recepto habitu in signũ mutatæ vitæ, & non se transferat in totum ad monasteriũ, sed remaneat in priori habita, non efficitur ecclesiastica persona monasterii. Card. Zab. *d. cons.* 21. *nu.*

2.ver.modo in proposito, vbi, quod remanet sub iurisdictione Episcopi. Castr. *cons.69. Visa quadam commissione. per tot. lib.1.* Castr. *d. consil.*
16 *69. circa fin. lib.1.* †Declara; quia oblati simpliciter religioni, quando personam, & bona obtulerunt, sunt ecclesiastici, & de familia religionis, & sunt exempti, tam quoad personam ab omnibus oneribus, & iurisdictione laicorum, quam quoad bona, quæ sunt
17 effecta Ecclesiæ. Abb. plene *cons.53. Succincte per tot. lib.1.* † Extende, vt idem sit in eo, qui obtulit se tantum, & non mutato habitu stetit vt prius in seculo; quia non efficitur regularis, sed remanet sub Episcopo. Card. *d. cons.21. n 3.* Castr. *cons.69. circa fin. lib.1.* Vide, *Monachi conuersi in quibus. Concl.313.*

Oblatio sui, & bonorum religioni quid operetur, & in quibus differant oblatio, suppositio, & dedicatio. Concl.17.

1 OBLATIO † sui, & suorum bonorum religioni facta operatur translationem dominii bonorum in religionem, Fed. de Sen. *cons.273. col.fi.ver.ad tertium, iuncto fi.ver.ad octauum.* Gem. *cons.32. in pr.* Abb. *cons.53. Succincte, in pr. lib.1.* vbi, q̃ dominiũ ipso iure transit sine traditione ex generali priuilegio, *l.fin. C. de sacrof. eccles.* & ex
2 persona oblatorum simpliciter pertranseunt cum suis in potestate ecclesiæ, vbi arguit, quod dominus per seruum, & pater per filium, est dominus, & possessor. † Extende, etiam si minor profiteatur; quia licet non possit alienare sine decreto, tamen potest offerendo se religioni cum persona sua bona alienare sine decreto.
3 Bald. *cons.248. Quæritur, an reseruatio, lib.2. num.2.* † Dedicatio sui, & suorum monasterio, operatur idem, quod dominium etiam ipso
4 iure in monasterium transit. Oldr. *cons.278. n.6.* † Declara tamen; quia iura, quæ spectant ad proximos posteros iure sanguinis, non transeunt in ecclesiam per oblationẽ, & dedicationem sui, & bonorum suorum ecclesiæ factam, prout ius patronatus, ius sepul-
5 turæ, & similium. Gem. *d. cons.32. n.2.* † Restringe; quia suppositio, & submissio sui, & suorum bonorum ecclesiæ, vel monasterio facta non operatur translationem dominii, & proprietatis, sed solum quod bona sint sub protectione. Fed. de Sen. *cons.279. per tot.*
6 † Amplia; quia oblatio personæ facta religioni regulari cum professione, inducit etiam in consequentiam oblationem bonorum omnium, etiam si reseruauit sibi aliqua bona. Castr. *cons.69. Visa*
7 *quadam, lib.1.* † Extende; quia oblatio sui facta Hospitali, nulla facta mentione de bonis, comprehendit etiam bona, quando alii Hospitalarii sine proprio viuunt ex sua regula; si vero possunt ha-
8 bere bona ppria, sibi illa retinent ppria. Alex. *cons.81. in pr. lib.1.* † Restringe; quia oblatio simpliciter facta a coniugato sine emissione professionis regularis, non operatur in consequentiam oblationem bonorũ, sed bona simpliciter, & de per se censentur oblata, & donata inter viuos; ideo debent esse monasterii, quatenus monasterium seruet conuenta, & pacta. Bald. *cons.240. Quia dicta*
9 *oblatio, lib.5.* † Limita; quia oblatio sui, & bonorum cum professione clandestine facta non operatur translationem dominii, imo si talis oblatus, & professus moratur in seculo vti secularis, valet venditio ab eo facta, per errorem communem; quia sic toleratus
10 erat Petr. de Anch. *cons.49. De iuribus professionis, per tot.* † Limita; quia si oblati non possessi regulariter licentiantur à monasterio, bona per eos oblata reuocantur à monasterio. Bald. *cons.240. in fi.*
11 *lib.5.* quia videtur deficere causa finalis. Castr. *cons.69. Visa quadam commissione, in fi. lib.1.* † Extende idem, si filios suscipiat oblatus; qa reuocatur oblatio bonorũ, quasi habeat hanc conditionem. Bal.
12 *d. cons.240. circa fi. lib.5* vbi loquitur de existentia, nõ de susceptione liberorum. Vide, *Donatio professionis, & sic ex certa causa reuocatur cessante causa. Concl.633. cum conclusionibus ibi prox præced. & s. q.* Am-
13 plia; † quia dedicatio bonorum facta Hospitali pro anima sua, & maiorum suorum post mortem suam resoluitur in donationem causa mortis; quia quando fit mentio mortis, tunc in dubio do-
14 natio censetur causa mortis, etiam pro pia causa facta. Alex. *consil.* 81. *Viso instrumento, lib.1. per tot.* vbi dicit communem. † Limita; qa oblatio simulata facta religioni de persona, & bonis nihil operatur, si constat, quod est in fraudem. Card. Zabar. *d. cons.21. n.3.* † Li-
15 mita; quia quando oblatio personæ non tenet, non etiam tenet oblatio bonorum. Card. *cons.21. n.3. & 4. ver. sed præsupposito*, vbi allegat pro vtraque parte, & hanc tenet. † Declara tamen; quia si nõ
16 valet oblatio personę, potest valere donatio bonorum in vim donationis, si non est facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris, alias secus. Card. Zab. *d. cons.21. in fin.* † Limita; quia is, qui obtulit se, & bona sua Hospitali, vel loco religioso, si de consensu Capituli sui, & Episcopi præficiatur capellæ, vel ecclesiæ seculari, bona

quæsita post talem licentiam non acquirit loco, cui se obtulerat; quia bona præsentia solum obtulisse præsumitur, sicuti ille, qui vendit, vel alienat omnia bona sua, censetur præsentia, & non futura, nisi expresse dicatur. Bart. *cons.74. Quidam obtulit, per tot. lib.2.*
vbi in fine, an possit testari de acquisitis post licentiam. † Declara; 17
quia oblatio est quid diuersum à suppositione, & dedicatione, vt supra *n.1.5. & 9.*

Oblati Religioni si sunt debitores, quando Religio obligetur ad debita eorum, vel non. Concl.18.

OBLATVS † ecclesiæ circa personam, & bona præsentia, & fu- 1
tura transfert omnia in ecclesiam, vt teneatur ecclesia ad omnia debita oblati ante oblationem. Rom. *cons.292. colu.3. ver. aut offert se, & sua bona.* † Extende in monasterio, & religione. Roma. *d.* 2
cons.292. col.2. ver. quod enim monasterium, vbi apost. in *ver. per monachum, & cons.416. Pro dilucidatione, col.1. in fi. ver. aut volumus.* † Exten- 3
de, vt idem sit in arrogato. Rom. *d. cons.292. col.2. ver. item & quid arrogator, & d. cons.416. col.2. ver. aut volumus.* † In tantum, q̃ si arroga- 4
tor facit controuersiam, patitur missionem in possessionem bonorum, quæ habuit ab arrogato. Rom. *cons.416. Pro dilucidatione, col.2. ver. aut volumus.* † Extende, quando oblatio fit simpliciter ec- 5
clesiæ capaci acquisitionis bonorum de se, & bonis; quia ecclesia tenetur ad debita oblati. Rom. *d. cons.292. col.fi. in prin. ver. sin autem quis se offerret.* † Declara, seu restringe, vt ecclesia, vel locus pius te- 6
neatur ad debita oblati contracta ante oblationem, q̃s obtulit se, & bona sua; quia censetur ecclesia hæres vniuersalis, prout fiscus, sed tamen non tenetur vltra vires bonorum; si vero contraxit post oblationem, tenetur ecclesia, si habuit mandatum ab ea, vel si in vsus, & vtilitatem ecclesiæ sunt conuersa, alias non. Abb. *cons.*
102. in fi. ver. circa secundum, lib.2. † Extende in eo, qui se obtulit, & 7
bona sua loco pio, seu Hospitali; quia licet de loco pio non reperiatur decisio; tamen à simili tenetur, sicut religio, vel arrogans; qa necessario debet æquiparari. Rom. *d. cons.416. Pro dilucidatione,*
n.2. ver. quoad secundum, vbi apost. dat concor. & mouetur Rom. duplici ratione: prima, quia Hospitale dicitur successor vniuersalis, sicut fiscus, & alii, & in successione vniuersali deducitur semper æs alienum: secunda, quia omnis successor obligatur ad debita, do-
nec extant bona defuncti † Amplia, & plenius distinguas plures 8
esse casus: primus est, quando quis offert, vel donat omnia bona sua præsentia, & futura ecclesiæ, vel religioni, vel bona sua omnia, vel bona particularia retenta integritate personæ suæ, & isto casu valet donatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ fauore Ecclesiæ. Abb. *d. cons.102. in pr. lib.2.* de quo dic, vt in *ver. Donatio. Concl.648.* & ibi *prox. seq.* † Et isto casu non est dubium, quod pro 9
debitis contractis post donationẽ non tenetur Ecclesia; quia non potuit donans præiudicare donatario. Abb. *d. cons.102 col. 3. in pr.*
ver. concludo sic, lib.2. vbi, quod isto casu nõ tenetur Ecclesia vti vniuersalis quasi hæres ad debita postea contracta, q̃s non obtulit etiam personam. † Ang. vero *cons.48. Quidam Franciscus. per tot.* tenet, 10
quod ecclesia possit teneri quoad debita paulo post donationem contracta, quasi facta sit donatio in fraudem, & possit reuocari. † 11
Abb. *d. cons.102. col.3. ver. concludo, lib.2.* fatetur, quod ex quo est donatio immensa, tenetur ecclesia alere donatem. † Restringe; quia 12
bene Ecclesia tenetur ad debita eius, qui omnia bona præsentia, & futura Ecclesiæ donauit, quando sunt ante donationem facta cum hypotheca expressa, vel tacita; quia res transit cum suo onere, & non est hoc casu necessarium reuocatoria agere. Abb. *d. cons.*
102. col.3. n.3. lib.2. † Si vero credita anteriora non habent hypo- 13
thecam tacitam, vel expressam, sed duntaxat personalem obligationem, si donatio est mere lucratiua, creditores agunt reuocatoria; quia in donante præsumitur fraus, quæ sufficit absque participatione donatarii, q̃s agitur de titulo lucratiuo; si vero agitur de titulo oneroso, vt quia ecclesia dedit, vel se obligauit donanti, tunc reuocatur, quatenus donatarius participauit, vel sciuit fraudem, alias non. Abb. *d. cons.102. col.3. n.3. ver. aut illi, lib.2.* † Et prædi- 14
cta procedunt, siue donatio contineat omnia bona præsentia, & futura, siue omnia presentia, siue etiam bona particularia; quia eadem est ratio. Abb. *d. cons.102. n.4. ver. quid si simplicit lib.2.* † Secũdus 15
casus est, quando aliquis obtulit ecclesiæ solam personam sine bonis; quia permanet in matrimonio, testatur, & bona sua retinet, & non efficitur religiosus, sed dicitur habere quendam vsum dum viuendi, glos. in *clem.1. de relig. domib.* & de debitis istorum oblatorum contractis ante oblationem, ecclesia sine dubio non tenetur; quia neque religio tenetur, quando bona professi non habuit. Abb. *d. cons.102. col.fi. ver. vento nunc, lib.2.* † Extẽde; quia neq; tene- 16
tur ad debita postea contracta, nisi nomine, & cum mandato ec-

clesiæ contraxisset, vel in vtilitatem ecclesiæ conuertisset. Abb. *d.*
17 *cons.*102. *col. fin. n.*4. *ver. an autem teneatur, lib.*2. † Tertius casus est, qñ offert se, & bona ecclesiæ, vel Hospitali, & isto casu, quando non, est religio, in qua fiat professio, non veniunt futura, sed præsentia, & pro debitis contractis per oblatum tenetur Ecclesia ad omnia debita, vsque ad vires hæreditatis, seu bonorum, non vltra, prout fiscus. Abb. *d. cons.*102. *in fi. ver. circa secundum, li.*2. & ita etiam Rom. *cons.*416. *Pro dilucidatione, n.*2. *& seq. ver, quoad secundum.* Bar. *cons.*74. *Quidã obtulit, in pr. li.*2. vbi, q̃ oblatio facta ecclesiæ regulari, prout Monasterio, in quo profitetur, continet oblationem personæ, & bonorum, secus si ecclesiæ seculari; quia bona non continet, nisi
18 renunciet sæculo tacite, vel expresse. † Extende, vt procedat, etiã si se offerat Hospitali, vel Monasterio regulari, in quo datur certus modus viuendi; quia non veniunt bona, nisi vel expresse dicatur, vel nisi ex regula, & modo viuendi veniant; ratio est; quia dedicatio facta regulatur secundum vsum loci, cui fit dedicatio. Bart.
19 *d. cons.*74. *in prin. lib.*2. † Restringe quoad debita postea contracta, nisi contraxisset cum mandato ecclesiæ, vel conuersio fuisset facta
20 in fauorem ecclesiæ. Abb. *d. cons.*102. *in fin. lib.*2. † Declara omnes casus prædictos, in quibus ecclesia tenetur ad debita professi, vel oblati, vel ex testamento, vel ex donato; quia non obligatur vltra valorem bonorum, etiam si ex testamento non fecit inuetarium, ita Abb. *d. cons.*102. *col. fi. n.*4. *in fi. ver. si autem Hospitale, lib.*2. vbi dicit
*21 *communem. † Limita; quia is, qui offert se, & bona sua, non censetur offerre bona futura; & ideo debita illius soluere non tenetur ecclesia, sed agendũ est personali contra oblatum; quia quoad
22 postea quæsita sunt sua. Rom. *d. cons.*292. *colu.*2. *in fi. ver. antiquius se offert.* † Limita, quando oblatio est facta simpliciter; quia non perdit bona, non tenetur ecclesia, vel religio soluere debita oblati. Rom. *d. cons.*292. *n.*2. *ver. tamen effectualiter.*

Oblatio debiti quando, & qualiter debeat fieri. Concl. 19.

1 CREDITOR † secundus volens offerre primo, debet offerre non verbo solum, sed cum effectu, alias nõ valet oblatio. Bal.
2 *cons.*50. *Secundus creditor, lib.*1. † Amplia; qa debet offerre ante conclusionem in causa; quia post non valet oblatio, sicut nec post rem iudicatam. Bald. *d. cons.*50. *per tot. lib.*1. maxime in fin. vbi etiam in
3 princ. dicit, quod ius offerendi durat vsque ad sententiam. † Amplia; quia oblatio iudicialis in casibus, in quibus de iure excusat, non intelligitur de simplici, & verbali, sed de facta ab eo, qui habet in manu res paratas traditioni actuali, sic declarat Bar. & alii sequuntur in *l. prætor, § si quis paratus. ff. de noui oper. nunciat. & in l. acceptam, C. de vsur.* Alex. in *l. si mora. ff. solut. matrim.* Neguſ. *de pign. in* 2. *parte* 3. *memb.*5 *part. princ.* vbi ponit limitationes. Vide Conclusionem proxim. seq.

Oblatio debiti quando sufficiat verbalis, vel requiratur depositio. Concl. 20.

1 OBLATIO † sola verbalis non sufficit, nisi fiat simul depositio oblati, quando offerens tractat de actione acquirenda ex ipsa oblatione, *l. si à te, C. de pact. inter empt. & vendit.* Cald. *consil.*281. *in fi.* alias 3. *de locat.* quod est Petr. de Anch. & idem Petr. Anch. *cons.*
2 331. *Visis diligenter, in pr.* † Declara, vt plenissime Boer. *decis.*124. *n.*22. *& seq.* vbi *n.*29. *& seq.* declarat, & facit regulam contrariam, qñ fit ante litem contestatam in iudicio, vel quando is, cui fit, recusat recipere; quia habetur pro reali depósito, vel quando nihil oppositum est. † Amplia, vt idem sit, quando offerens tractat de impedi-
3 endo cursu vsurarum iam inchoato; quia simul cum oblatione debet deponere pecuniam, *l. acceptam. C. de vsur.* Calder. *d. cons.*281. *in*
4 *fi.* alias 3. *de locat.* † Declara tamen, quod licet oblatio sola non impediat cursum vsurarum iam cœptum, tñ purgat, & tollit moram iam commissam, *l. illud. ff. de pericul. & commod. rei vend.* Calderin. *d.*
5 *cons.*281. *ver. cum ergo, in fin.* alias 3. *de locato.* † Amplia; quia quando debetur quantitas, nõ sufficit oblatio verbalis, sed requiritur realis. Bal. qui loquitur hoc casu *cons.*25. *in fin. ver. oct. auum dubium, lib.*1.
6 † Extende; quia quando agitur de implemento actoris debentis rem mobilem, vel pecuniam, debet realiter offerre. Bald. *cons.*368.
7 *Quod permutatio, circa finem. ver. ex quibus concludo, lib.*5. † Extende in eo, qui agit ad redimendum rem venditam ex pacto redimendi; quia debet pretium deponere, alias incepte agit offerendo solum
8 verbaliter. Anchar. *cons.*331. *in princ.* † Extende in contractibus vltro citroque obligatoriis; quia qui vult agere ex eis, si tenetur ex parte sua aliquid implere, quod consistat in pecunia, debet illud
9 deponere post oblationem verbalem. Anchar. *cons.*86. *in princ.* † Et ideo emptor, qui vult sibi à venditore fieri instrumentum, debet soluere integrum pretium, nec sufficit oblatio verbalis, Alex. *cons.*
39. *Veritur lis. in princ.* maxime *n.*3. *lib.*5. † Extende; quia non sufficit 10
depositũ partis, sed debet esse integrale etiam de expensis, si sunt promissæ expensæ. Anch. *d. cons.*331. *n.*3. *ver. item ex dicto.* † Declara, 11
vt non procedat, qñ practica esset, quod debitor pecuniæ posset offerre bona in solutum; quia sola oblatio sufficeret. Bald. *cons.*318. *Practica Ciuitatis, lib.*1. *in pr.* † Declara, vt non procedat, quando of- 12
ferens non consequitur id, propter quod fit oblatio; quia is, cui offertur, contradicit; quia sufficit verbalis. Cuman. *cons.*5. *Non reuocando. n.*2. *ver. nec dici potest.* † Amplia; quia ad hoc, vt oblatio ver- 13
balis excuset à pœna, debet esse iudicialis, & debet actualiter fieri depositum apud ædem sacram authoritate iudicis, argum. *d.* 2. *§. fi. C. de iure emphyt. l. si præses, C. de Episc. audien.* † Contrarium, quod sola 14
oblatio sufficiat ad excusandum à pœna sine depositione, & sine iudice, & liberet emphyteutam à mora, ne cadat ab emphyteusi, tenet Cald. *cons.*281. *versus fin. ver. sed dico cum Accur.* alias 3. *de locat.* qui hoc dicit procedere, quando res deponenda erat modica, & 15
non interest creditoris, quod deponeretur. † Declarat Alex. *cons.* *fil.*130. *In causa, n.*9. *in fi. cum seq. ver. non obstat, quod dicatur, lib.*4. vbi, quod sola oblatio in iudicio ad tollendam pœnam, & moram sufficit in contractibus bonæ fidei; secus in contractibus stricti iuris, etiam si adsit dies, & pœna, sed tamen eo casu, quo oblatio verbalis in contractu bonæ fidei impedire debet moram, & pœnam incurrendam, etiam quando adest dies, & pœna, necesse est, quod fiat præsenti pecunia, videlicet quod offerens habeat pecunias in 16
manibus, vbi plenissima apost. in *ver. offerre,* dat conc. plurimos. † 16
Amplia; quia oblatio verbalis nunquam releuat, quando creditor est paratus recipere. Aret. *cons.*142. *in fin. ver. ad vltimum, nu.*24. Bart. in *l. si. ff. de distract. pign.* Alex. *cons.*44. *Eximie Doctor, n.*6. *lib.*7. † 17
Amplia in oblatione fideiussoris; quia non releuat, nisi offerens adducat secum fideiussorem paratum se obligare. Alexan. *cons.*90. *Fere omnis vis, in fi. ver. præterea oportebat. lib.*1. plene Boer. *decis.*124. *in fi.* Rom. plene *cons.*163. *Constitutio, in fi. ver. vltimo,* vbi plene apostil. in *ver. realiter,* citat plurimos conc. Alex. *cons.*222. *Visa facti, col. fi. n.* 20. *& 21. ver. & dato, lib.*2. † Extende, vt procedat non solum, qñ ob- 18
latio satisdationem requirit, sed etiã si pignora, aut aliquid aliud, *l. qui dotem. § item responsum ff. de solutio.* & ita Rom. *cons.*163. *in fin. ver. ego autem.* † Amplia; quia si est incertum quid, & quantum debeatur, duo debet oblatio continere; vnum, quod offert se paratum facere omnia, ad quæ de iure tenetur, secundum, quia debet adire iudicem & petere vocata parte eligi calculatorem, qui videat, & declaret, quid, & quantum debeat. Aretin. *d. cons.*142. *in fi. n.*24. *ver. aut dubitat.* † Vide Bald. in *l. si res duum, C. de distract. pign.* vbi, qualis 20
debeat esse obligatio debiti non liquidi, vt releuet debitore. Ang. in *l. prætor, § si quis paratus. ff. de noui oper. nunciatio.* Alexan. *cons.*24. *col.* *1. lib.*2. *& l.*4. *§. ait prætor. ff. de re iudic.* † Amplia; quia in casibus, in 21
quibus obligatio habet aliquem effectum, necesse est, q̃ offerens pecuniam habeat illam promptam, & in manu, alias non dicitur obtulisse, nisi duobus casibus, de quibus relatiue Alex. plene *cons.* 130. *In causa, n.*10. *& seq. ver. & si diceres, lib.*4. & ibi plenissima apost. in *ver. offerre,* dat conc. plurimos. Alex. *cons.*131. *eodem lib.*4. *n.*11. † Ex- 22
tende, vt idem sit in eo, qui offert fideiussorem; quia debet illum secum habere, & ostendere, quando offert, alias non releuaret. Alex. *d. cons.*130. *n.*11. *ver. & sic etiam, lib.*4. † Declara tamen; qa præ- 23
dicta procedunt, qñ debitum est liquidum; si vero non est liquidum, sufficit pro parte liquida, si adsit, offerre cum pecunia præsenti, pro non liquida sufficit offerre, quod facta liquidatione soluat, & offerre fideiussorem. Alexand. *d. cons.*130. *n.*11. *ver. & similiter. lib.*4. † Amplia; quia verbalis oblatio nunquam releuat post mo- 24
ram commissam. Alexand. *dict. consil.*130. *In causa, n.*11. *lib.*4. † Am- 25
plia in oblatione redditionis computorum per obligatum; quia non sufficit oblatio verbalis, quod sit paratus reddere rationem, & facere omnia, ad quæ tenetur; quia debet producere, & offerre scripturas legendas, in quibus continentur rationes, & offerre reliqua, in quibus est debitor. Alexand. *cons.*102. *Visis, nu.*5. *ver. non obstant, lib.*1. vbi, quod aliter facta oblatio verbalis non releuat. † 26
Extende; quia etiã si rationes non essent claræ, non excusatur, nisi etiam adducat secum fideiussorem de reddendo id, quod restabit debitor. Alexand. *d. cons.*102. *n.*5. *ver. & si dicatur, lib.*1. † Amplia; 27
quia debet esse congruis loco, & tempore, *l. si soluturus. ff. de solutio.* ideo qui vult tutores requirere de computis, & rationibus recipiendis, debet eos commouere prius cum aliquali dilatione ad considerandum scripturas, & computa. Alexand. *d. consil.*102. *n.*7. *lib.*1. *ver. denique oblatio.* † Limita; quia oblatio eius, qui debet ali- 28
quid implere, sufficit, si verbo fiat ad excusandum à mora. Roma. *consil.*244. *Pro euidentia, numer.*5. *ver. secundum, quia certum.* † Limi- 29
ta; quia vbicunque oblatio verbalis non sufficeret, sed requireretur actualis; tamen sufficit verbalis, vbi offerens non con-

sequitur

ſequitur id, propter quod ſit oblatio; quia is, qui debet recipere, eſt in mora, vel contradicit; ideo vector mercium ſi offerat ſoluere datium, & publicanus plus petat, vel nolit recipere, ſi vecturalis recedit, non cadit in commiſſum. Cuman. *conſil.* 5. *Non reuocando, num.* 2. *ver. nec dici poteſt.* † Extende, etiam ſi offerens tractat de acquirenda actione; quia ſi pars recipere debens recuſat, adhuc releuat oblatio verbalis, prout realis. Roland. à Vall. *conſil.* 53. * *num.* 26. *& ſeq. lib.* 1. vbi alios allegat, & atteſtatur de * communi, & vide Crauett. *conſil.* 331. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 3. Capic. *deciſ.* 19. *num.* 2. vbi, quod in odium recuſantis procedit. † Reſtringe, niſi contradicens habeat iuſtam cauſam contradicendi, idem Roland. *d. conſil.* 53. *lib.* 1. *num.* 34. *& ſeq.* vbi dat alias reſtrictiones, quando tacuit is, cui fit oblatio vel quando offerens obligatus eſt ſoluere cum iuramento. Rota *in nouiſſimis part.* 2. *deciſ.* 71. *in fin.* † Reſtringe, quando is, cui fit oblatio, partem recipere paratus eſt ad computum; quia non releuat, vt *in nouiſſim. Rot. lib.* 3. *deciſ.* 143. † Declara totam iſtam materiam; quia ſi emphyteuta iuit ad domum domini, & obtulit canonem loco, & tempore congruis, euitat caducitatem, etiam ſi oblatio ſit verbalis tantum, maxime, quando dominus noluit recipere; quia tunc licet eſſet neceſſaria, actualis & realis oblatio; illud eſt verum quando dominus fuiſſet paratus recipere; ſecus ſi recuſauit, bene verum eſt, quod ad effectum, vt offerens liberetur à ſolutione, requiritur oblatio, & conſignatio, ſeu depoſitum actuale, ita plene Clar. *in §. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 10. * *ver. pone, quod emphyteuta*, vbi * dicit communem, & citat plurimos. † Limita in rebus ſtabilibus; quia debitor rei volens agere, & implere ex parte ſua, ſufficit, quod offerat bona, & det licentiam capiendi poſſeſſionem, & interpellet, vt vadat ſecum; quia eſt paratus bona conſignare. Bald. *conſil.* 368. *circa fin. ver. ex quibus, lib.* 3. † Declara; quia ſi debet implere, puta in ſoluendo, debet legitime offerre, & non ſufficit offerre verbo, quando facto opus eſt. Rom. *conſil.* 244. *Pro euidentia, num.* 4. *ver. tertio*, vbi apoſtill. *in ver. dare debet*, quæ citat concord. † Limita in oblatione iudiciali, quando fit ad conſequendam actionem, vel actionis exercitium, non requiritur depoſitum. Bart. & alii *in l. ſi rem, §. fin. ff. de pignor. actio.* Bart. *in l. fin. ff. de diſtractio. pign.* Caſtrenſ. *in l. acceptam, C. de vſur. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt.* Alexand. Iaſ. & alii poſt Bart. *Interdum, §. fin. ff de verb. oblig.* Neguſ. *de pign. in* 3. *memb.* 5. *partis, nu.* 5. * Corn. *conſil.* 291. *lib.* 3. Boer. *deciſ.* 124. *num.* 29. *in fin.* vbi de * communi. Tiraq. *de retract. conuentio. §.* 4. *gl.* 6. *num.* 1. & latius *num.* 21. *& ſeq.* vbi declarat procedere, quando is, cui fit oblatio, recuſat recipere; ſecus ſi tacet. † Declara; quia vbicunque agitur, vt qui offert, lucretur fructus, ſemper requiritur realis oblatio, ita Tiraq. *de retract. conuentio. §.* 4. *gloſſ.* 6. *num.* 3. ſequitur Vrſill. *in addit. ad Afflict. deciſ.* 205. *num.* 8. *& ſeq.* † Limita; quia ſufficit ſola oblatio ſine depoſitione ad liberandum debitorem ſpeciei; quia liberatur ipſo iure. Cald. *conſil.* 281. *in fin.* alias 3. *de locat.* † Extende, vt etiam debitor in genere per oblationem liberetur ope exceptionis, *l. qui decem. in princ. ff. de ſolutio.* Cald. *d. conſil.* 281. *circa fin.* alias 3. *de locato.* Vide Ant. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de ſolutio. Concluſ.* 8. *Oblatio verbalis ſufficit, quando creditor non vult recipere.*

Oblatio debiti quando ſufficiat generalis, & ſub conditione, & quando debeat eſſe pura, & ſpecialis. Concluſ. 21.

1 OBLATIO † per reum facta, quod eſt paratus ſatisfacere iuxta formam iuris, vel ſtatutorum, quorum vigore conuenitur, eſt ſufficiens. Pet. de Anch. *conſil.* 6. *Viſo themate quæſtionis, num.* 6. 2 *ver. ex quibus concludendum videtur.* † Amplia; quia ſufficit oblatio generalis, & conditionalis, videlicet ſum paratus ſoluere eatenus, quatenus actio contra me datur, arg. *l. ſi domus. §. qui confitetur, ſoluto. l. 1. ſi reus paratus, ff. de procur.* Petr. de Anch. *d. conſil.* 6. *num.* 7. 3 *ver. ex quo patet.* † Extende, vt maxime oblatio generalis ſufficiat, quando aduerſarius non impugnat, nec contradicit. Bald. *conſil.* 318. *Practica Ciuitatis, in princ. num.* 1. *in fin. lib.* 1. † Amplia; quia debitor offerens ſe paratum ſoluere in loco ſui domicilii non incurrit pœnam, donec ſit declaratum, quod debeat ſoluere alibi, Bald. *conſil.* 225. *Ad euidentiam, in fin. lib.* 3. & idem dicit *conſil.* 224. *in fin. ead. lib.* maxime quando creditor ſcripſit, quod mitteret pro 5 debito. † Limita; quia ſi Titius promiſit feudum certo pretio intra octo dies ſub pœna, & interpelletur ad recipiendum pretium, & ad faciendum inſtrumentum conceſſionis, & venditionis feudi, nec dicatur, cum conſenſu domini, non incurrit pœnam; quia non poteſt facere venditionem feudi ſine licentia domini. Fulg. 6 *conſil.* 223. *Ex facto proponitur, in princ. ver. ſecundo principaliter.* † Limita; quia non valet oblatio incerta, ſum paratus facere ea, ad quæ de iure teneor, quando quis agit, vt conſequatur. Roland. à Vall. *conſil.* 53. *num.* 41. *ver. tertio dicitur, lib.* 1. † Limita; quia oblatio, vt valeat, & habeat vim ſolutionis, debet eſſe pura, & ſimplex. Bart. & Caſtrenſ. *in l. ſi ſoluturus, ff. de ſolutio.* Alexand. *conſil.* 26. *col. fin. lib.* 6. Curt. Sen. *conſil.* 39. *Viſis, col.* 3. & idem eſt in depoſito. † Extende; 8 quia conditio extrinſeca, ad quam aduerſarius non obligatur ex vi oblationis, vel depoſiti, bene vitiat oblationem, & depoſitum. Vide, *Depoſitum contentioſum. Concluſ.* 203. † Declara extenſionem, 9 vt non procedat, quando talis conditio quantumcunque extrinſeca, & extranea modificaretur per clauſulam, *quatenus tamen*, vel *ſi*, & *quatenus de iure*; quia cum fiat relatio ad iuris diſpoſitionem, quæ eſt conditio de præſenti, non habetur pro conditione, *l. cum ad præſens, ff. ſi cert. pet.* prout in ſimili Bart. *in l. & ſi conditionalis, ff. de authorit. tutor.* vbi de contractu facto per tutorem, in quo iudex interponit decretum cum conditione, ſi & in quantum fieri poteſt, dicit, quod videtur, quod valeat per *d. l. cum ad præſens*, ex aduerſo videtur, quod non valeat; ideo non decidit ibi; tamen *in l. cum propter, ff. de leg. præſtand.* expreſſe dicit tale decretum valere, & non dici conditionale, & ita * communiter tranſeunt Doct. vt per * Iaſ. *d. l. cum ad præſens, in fin. ff. ſi cert. pet.* † Reſtringe; quia bene po- 10 teſt habere conditionem intrinſecam, quæ tacite inerat ex natura rei, vel actus, prout ſi diceretur, dummodo cedat iura, & dimittat bona, vt per Neguſ. *de pign. in* 3. *membr.* 5. *part. in princip. num.* 113. † Idem, ſi emptor offerat venditori pretium, dummodo res ven- 11 dita ſibi tradatur. † Ideo ſi dicat, dummodo caueat offerenti, quod 12 iura ſunt integra, & illæſa; nam exprimendo conditionem, quæ tacite ineſt, non redditur actus conditionalis, *l. in conditionibus, §. hæc demonſtratio, ff. de cond. & demonſtrat.* Vide pro & contra *in ver. Depoſitum contentioſum vt releuet quæ requirantur. Concluſ.* 203.

Oblatio debiti incerta quando ſufficiat, vel non. Concluſ. 22.

OBLATIO † incerta releuat, quando debitum eſt incertum, puta conſiſtens in melioramentis non liquidatis; quia tunc 1 oblatio incerta admittitur. Bald. *conſil.* 25. *in fin. ver. octauum dubium, lib.* 1. † Declara vt per Aret. *conſil.* 142. *in fin. num.* 24. *ver. aut dubitat*, 2 quia ſi incertum eſt, quid, & quantum debeatur, duo debet facere offerens, videlicet offerre in genere omnia, ad quæ de iure, & adire iudicem, & petere vocata parte eligi calculatorem, qui declaret, quid, & quantum. † Amplia; quia is, qui adminiſtrauit 3 bona hæreditaria, ſi interpelletur ad reddendum rationem, & reliqua reſtituendum, ſufficit, quod offerat ſe paratum; quia cum requiratur calculatio, & non ſit liquidum debitum, non tenetur deponere. Anch. *conſil.* 235. *Prima facie, per tot.* † Limita; quia ſi debi- 4 tum eſſet executiuum, puta ex ſententia, quæ habet executionem paratam, *l. à Diuo Pio, in princ. & §.* 1. vbi Iaſ. *num.* 4. *ver. tertio nota, ff. de re iud.* vel ex inſtrumento guarentigiato, quamuis ſi non eſt liquidum non ſit locus executioni. Alexand. *conſil.* 192. *Viſis narratis, num.* 2. *lib.* 7. cautela tamen eſt, quod tunc fiat depoſitum alicuius modicæ ſummæ cum oblatione de ſoluendo reſiduo facta liquidatione, & detur fideiuſſor; quia tunc executio nullo modo poteſt fieri. Benintend. *deciſ.* 77. *num.* 2. Vide plene *in ver. Adminiſtrator condemnatus ante liquidationem qualiter releuetur. Concl.* 110. Vide, *Oblatio debiti quando ſufficiat verbalis, vel requiratur depoſitio. Concl.* 20.

Oblatio ad domum creditoris quando & qualiter facienda. Concluſ. 23.

OBLIGATVS † offerre ad domum creditoris, vt euiter pœnam, 1 tenetur accedere, & expectare creditorem, & non ſufficit iuiſſe, & obtuliſſe tempore, quo non erat creditor in domo; quia nihilominus debitor incurrit pœnam. Bald. *conſil.* 148. *Si creditor. in fin. lib.* 3. vbi loquitur in muliere obligata offerre ad domum creditoris, vt non euitet pœnam, ſi non expectauit. † Et quilibet 2 obligatus implere, vt conſequatur actionem ex contractu, vltro, citroque obligatorio, tenetur ire ad domum rei, & offerre, alias non dicitur ſatisfacere, ſi citet, & offerat, & deponat in iudicio, & maxime contra mulierem hæc procedunt. Petr. de Anchar. *conſil.* 86. *Pro faciliori, per tot.* † Limita, quando creditor non face- 3 ret copiam ſui, ſed latitaret; quia ſufficit acceſſiſſe ad domum, & obtuliſſe, abſque eo, quod expectaretur. Bald. *conſil.* 148. *ver. ſuper oblatione, lib.* 3. Limita, † quando creditor tenebatur facere quie- 4 tantiam debitori de aliis, quam de oblatis; quia tunc cum ipſe creditor eſſet in mora, excuſatur debitor, ne ipſe moram incurrat, licet non vadat ad domum debitoris.
Bald. *d. conſil.* 148. *in princ. lib.* 3.

Oblatio debiti per quos fieri possit, vel non. Concl. 24.

1 PROCVRATOR † ad lites potest facere oblationem debiti nomine principalis, licet tali procuratori non possit solui. Bald.
2 *consil. 25. in fin. ver. octauum dubium, lib. 1.* † Limita; quia dominus non incidit in pœnam, licet contra eius procuratorem fuerit facta interpellatio. Fulgos. *consil. 223. Ex facto proponitur, col. fin. ver.*
☞ *quanquam hic probe dubitari posset.* Vide, *Soluere quando posit tertius pro tertio, & meliorem conditionem facere. Concluſ. 352.*

Oblatio habet multos effectus. Concluſ. 25.

1 MARITVS, † qui tenetur ad custodiam rei dotalis etiam soluto matrimonio, & sic de dolo, lata, & leui culpa facta oblatione rei dotalis fructuosæ, si recusant recipere hæredes, & negligunt colligere fructus, & cultiuare, liberatur à culpa etiam leui.
2 Alexand. *consil. 47. Circa primum, num. 6. lib. 1.* † Amplia; quia facta oblatione si creditor recusat recipere, incurrit moram, & si res
☞ pereat oblata, perit culpa debentis recipere, qui recusauit. Vide,
3 *Mora debet nocere morosо, non è contra. Concluſ. 380.* † Amplia; quia licet mora creditoris recusantis recipere summam debitam à debitore non extinguat actionem, quin possit petere, & consequi, nisi esset amissa res ablata. Bart. *in l. fin. C. de condit. insert.* tamen fallit in oblatione facta à Republica debitrice; quia si recusat recipere creditor amittit actionem, & creditum. † E conuerso oblatio creditoris, quod post lapsum terminum ad redimendum est paratus recipere pretium, operatur, quod censetur perpetuo obligatus recipere, *l. post diem, ff. de leg. commiſs.* Rom. *consil. 27. col. fin. ver. quarto dubitatur,* vbi apostill. citat Soc. Iun. *consil. 145. Viso pun-*
5 *cto, num. 25. lib. 1.* † Declara; quia si oblatio de recipiendo pretium est facta pendente termino ad redimendum, non censetur facta pendente termino ad redimendum, non censetur facta nouatio, vel recessum à termino; secus si post lapsum termini fiat oblatio. Crau. *consil. 151. Neminem, num. 8.* Fel. *in rubric. de præscriptio. num. 17. ver. aduerte duobus modis.* Tiraq. *de retract. conuentio. §. 1. gloſs. 2. num. 52.*
6 quos citat apost. ad Rom. *d. consil. 27. in ver. Receſiſſe.* † Remedium tamen est, quando post lapsum terminum obtulit se recipere, vt liberetur, quod requirat ad soluendum; quia iudex potest statuere terminum duorum mensium, quo elapso extinguitur talis oblatio, si non redimet, & intelligitur; dummodo celeri solutione satisfaciat, ita Rom. *d. consil. 27. in fi.* & repetit *consil. 182. In caſu propoſito, in fin.* vbi apostill. dat concord. in vtroque consil. idem Rom.
* *ſing. 765. Facio tibi pactum.* vbi apostill. dicit * communem, & allegat Tiraq. *de retract. conuentio. §. 1. gloſs. 9. num. 112. & ſeq.*

Oblatio quando constituat in mora. Concluſ. 26.

1 DEBITOR † offerens soluere creditori constituit eum in mora, si non recipit. Bart. *in l. prætor, § ſi quis paratus, in fin. ff. de nou. oper. nunciat. l. ſi per te, C. de vſur.* Alexand. *consil. 92. Perſpectis iis, num. 9.*
2 *& ſeq. lib. 1.* † Extende maxime, quando est in iudicio, & cum pro-
3 testatione. Bart. *in l. ſi reus. ff. de procurat.* † Restringe, quando creditor replicaret, quod est paratus recipere; quia tunc oblatio euanescit. Bart. *in l. fin. in fin. ff. de diſtractio. pign.* Alex. *consil. 44. Eximie,*
4 *num. 6. lib. 7.* † Declara restrictionem, vt procedat quando debitor tenetur ire ad domum creditoris; secus si creditor tenetur ire ad domum debitoris, prout in depositario offerente; quia debet creditor ire ad domum eius, alias non sufficeret replicatio, sum
5 paratus recipere. Salyc. *in l. acceptam, num. 7. C. de vſur.* † Amplia; quia vasallus petens inuestituram feudi à domino intra tempus à die scientiæ, si dominus negat illam dare, constituitur in mora; quia sufficit, quod vasallus petat, & offerat præstare homagium, & omnia facere, ad quæ de iure tenetur, & tali casu si dominus negat, habetur pro facta inuestitura, dominus non solum tenetur ad interesse vasallo, sed priuatur iure suo, sicuti priuaretur vasallus, si non petiisset in termino, ita Abb. *consil. 3. Nitar, col. 12. ver. tredecima, lib. 2.*

Obligatio quid sit. Concluſ. 27.

1 OBLIGATIO † est iuris vinculum, quo quis adstringitur ad implendum id, quod ille promisit, alias ad id tenetur. † Obligatio oritur ex promissione aliquid in futurum soluendi, vel faciendi, non autem ex declaratione facta super obligatione de præterito; quia declaratio solum detegit obligationem, quæ erat, non autem nouam inducit. Flor. à S. Petro *consil. 17. num. 8. & ſeq. ver. ſecunda ratio,* vbi, quod laudum declarans aliquem ex instrumento teneri non inducit obligationem, neque actionem, sed
3 agendum est ex declarato. † Et obligatio rerum, & bonorum non est venditio, neque alienatio; quia ex ea non transfertur dominium aliquod, sed dumtaxat constituitur pignus. Simon de Præt. *consil. 35. num. 38.* † Et appellatione venditionis, vel alienationis non venit obligatio, vel hypotheca ex proprietate, sed ex interpretatione, communem * dicit Corbul. *de iur. emph. de cauſ. priuat. ob alienat. q. 6. in princ.* † Declara tamen; quia large sumpto vocabulo, obligatio, & hypotheca dicitur alienatio, & appellatione alienationis continetur, maxime quando est pro tanta summa res pignorata, vel tradita obligata, quod non subest spes reluitionis. Alexand. *consil. 196. in fin. lib. 6.*

Obligatio naturalis quæ dicatur, & quæ ciuilis, & de effectu vtriusque. Concluſ. 28.

NATVRALIS † obligatio dicitur obligatio, quæ ex consensu solo inducitur præter, & sine solemnitate ciuili, sed prout iure gentium ante ius ciuile. Bart. *in l. 1. num. 9. ff. de cond. indeb.* vbi examinat multa exempla, quæ dicuntur naturaliter debita, prout debitum ex testamento non solemni inter patrem & filium, & iis similia, quæ de iure ciuili non pariunt actionem. † Si vero obligatio sit contra formam legis ciuilis resistentem actui, & obligationi vt quia redditur nulla; tunc non oritur obligatio ciuilis, neque naturalis. Iaſ. *in l. cum quis, num. 9. C. de iur. & fact. ignor. cum ſeq. ver. omiſſis.* Et † idem, quando non datur forma, sed prohibetur aliquid omnino fieri, & nullum redditur; tunc naturalis non oritur. Iaſ. *d. l. cum quis, num. 7. ver omiſſis leuibus, C. de iur. & fact. ignor.* † Et vbicunque actus est nullus ipso iure, naturalis obligatio non oritur. Iaſ. *d. l. cum quis, num. 11. C. de iur. & fact. ignor.* vbi *num. 13.* dicit magis * communem, quod non oritur naturalis obligatio ex testamento nullo; quia non habet sufficientem numerum testium. † Declara; quia si actus est nullus ratione non voluntatis, non potest oriri naturalis obligatio; si vero adest voluntas, sed deficit solemnitas; tunc oritur naturalis obligatio, ita Bart. *in tract. de nouoric. lib. 1. diſtinct. 1. cap. 3. num. 8. ver. nam voluntas.* Actionem non parit sola obligatio naturalis. † Restringe, quando est geminata, vel reiterata, Iaſ. *d. l. cum quis, num. 13. C. de iur. & fact. ignor.* † Duplex est naturalis obligatio; vna est, quæ stat in puris iustitiæ finibus, & ista oritur ex testamento non solemni etiam non ad pias causas; alia est obligatio naturalis præcisa, quæ ponit ius occupandi, & retinendi; & ideo si oritur ex testamento non solemni, non datur ius retinendi, nisi sit ad pias causas. Alexand. *consil. 70. Viſo caſu. col. fin. num. 16. ver. quinimo, lib. 2.* † Declara, quod dicitur, non dari retentionem ex naturali, quæ oritur ex testamento non solemni, intelligi quoad hæredis institutionem; quia si non est hæres ab intestato grauatus, non est obligatus etiam naturaliter, sed bene quoad legata. Alexand. *d. consil. 70. num. 17. ver. ad alia fundamenta. lib. 2.* † Retentionem tamen confert, si res peruenit ad eum, cui naturaliter debetur, & non admittitur repetitio. Iaſ. *d. l. cum quis, num. 13. ver. additio,* vbi loquitur in legato ex testamento nullo, *C. de iur. & fact. ignor.* † Idem; quia imo tribuit ius denunciandi coram ecclesiastico per euangelicam denunciationem. Iaſ. *d. l. cum quis, num. 14. C. de iur. & fact. ignor.* plene Franc. Balb. *de præſcription. in 3. part. princ. in 2. part. q.* † Et qui est obligatus naturaliter tantum, licet non possit compelli; quia actionem non habet, tamen in foro conscientiæ obligatur, plene Bart. *tract. minoric. lib. 1. diſtinct. 1. cap. 3.* vbi pro vtraque parte, & dicit tutiorem viam esse exonerandi conscientiam, licet restringatur in aliquibus casibus, quando ius commune operatur. † Imo licitum est illi, qui habet obligationem naturalem, furari rem sui debitoris, vt sibi satisfiat, quando aliter non potest consequi, quod sibi debetur. Iaſ. *d. l. cum quis, num. 14. C. de iur. & fact. ignor.* † Restringe; quia neque confert retentionem contra præscriptionem triginta annorum, quia præscriptio tollit obligationem, seu actionem ciuilem, & elidit naturalem, vt sit inefficax, vt per Iaſ. *d. l. cum quis, num. 14. C. de iur. & fact. ignor.* Fel. *in c. ad aures, de præſcriptio. num. 4. & ſeq.* prout Bero. *in rubr. eod. tit. n. 44. & ſeq.* vbi declarat hoc procedere in præscriptione cum bona fide, alias secus. † Potest tamen ciuilis obligatio induci sine naturali; nam si numero Titio centum, non obligatur alius, neque contra alium datur actio, vt est text. *in l. qui mutuam, & l. non aduerſus, C. ſi cert. pet.* secus, si tertius per stipulationem se obligaret. Alex. *consil. 61. Viſo proceſſu, in princ. lib. 2.* † Et idem, si quis mutuat nomine Titii pecuniam alienam, potest recipiens se ex stipulatu obligare Titio, cuius nomine sibi fit mutuum de pecunia etiam aliena. Alexand. *d. consil. 61. num. 2. ver. nec etiam obſtat. lib. 2.* † Ciuilis obligatio est illa, quæ inducitur de iure Ciuili & quandoq; est sola sine naturali, prout condemnatio ex testamentia, & alia exempla, quæ ponunt gloss. Bart. & alii *in l. 1. n. 20. & ſeq. ver. videamus de ſecundo. ff. de condict. indeb.* vbi, quod sicut Deus Optimus Maximus fecit hominem sine matre, deinde hominem re-

turaliter ex patre & matre, & singulariter generationem Christi Domini Nostri ex sola muliere sine viro; item Euam ex solo viro fecit; ita Imperator producens obligationes, & actiones aliquas ex sola naturali, aliquas ex sola ciuili, aliquas ex ciuili & naturali in esse producit; & ideo ciuilis quandoque sola, quandoque iuncta cum naturali, prout quod pactum nudum habens naturalem tantum, si vestiatur, obligationi efficaci accedit ciuilis, & parit
16 actionem. † Differunt nedum in productione naturalis, & ciuilis, sed etiam in extinctione; quia naturalis, quæ ex solo, & nudo pacto, & nudo consensu oritur, pariter solo consensu extinguitur omnino; ciuilis vero non extinguitur ipso iure, sed ope exceptionis, *l. Stichum. § naturalis. ff. de solutio.* Castr. *consil.* 393. *Vt attingamus,*
17 *circa fin. lib.* 1. † Sic è contra præscriptiones inductæ de iure Ciuili tollunt actionem ciuilem ope exceptionis secundum aliquos, & ipso iure secundum alios; tamen naturalem non tollit, & elidit; quia reddit inefficacem, quando vtraque pars est de per se; si vero sunt vnitæ, ex quo naturalis ex coniunctione cum ciuili fuit semel efficax præscriptio licet tollat ciuilem, & elidat naturalem, non tamen reddit illam inefficacem, nisi quoad actionem; quia si res debita peruenit ad creditorem, poterit retinere ex naturali elisa.

Vide, *Præscriptio tollit obligationem. Concluſ.* 565.

Obligatio fit ex quibuscunque verbis aptis. Concluſ. 29.

1 OBLIGATIO † fit nedum ex verbis, me obligo, vel promitto, sed ex quibuscunque verbis aptis ad obligationem, veluti si quis in iudicio offert se soluturum, vel quod satisfaciet omnibus creditoribus legitimis Titii filii sui. Alexand. *consil.* 114. *Viso proceſſu, in princip. lib.* 6.

Obligatio simpliciter facta intelligitur statim, & quando secus. Concluſ. 30.

1 REGVLA † est, quod qui promittit, vel se obligat soluere simpliciter, intelligitur statim. † Amplia; quia verba dispositionis, quod aliquid fiat intra septennium, debent intelligi de septennio statim incipiendo à dispositione. Alexand. *consil.* 127.
2 *Viso proceſſu, num.* 3. *ver. quia verba coniunctionis. lib.* 7. *l. eum qui calend.*
3 *in princip. ff. de verb. oblig.* † Amplia; quia in obligationibus facti mora contrahitur sine interpellatione; quia qui tenetur facere, statim facere tenetur, & non faciendo mora incurritur. Crauett.
* *consil.* 146. *Iacobus Perrotti, in princ.* vbi dicit * communem, & magis
4 communem. Limita † in mutuo; quia esset sine vtilitate, maxime, quando ad emendas merces; quia intelligitur congruo tempore arbitrio iudicis. Anch. Regien. *lib.* 2. *q.* 38. *circa fin.* vbi alia ponit similia.

Obligatio pluries facta, quando vna, vel plures. Concluſ. 31.

1 OBLIGATIO † incipiens à permisso, & terminans ad permissum est vna, etiam si fiat bis de eadem re, & inter easdem personas, licet oratio obligationis diuersa sit. Bald. *consil.* 333. *Amplius*
2 *secundum. in princ. lib.* 3. *l. qui bis idem. ff. de verb. oblig.* † Legatum factum sub conditione in testamento, & repetitum pure in codicillis, debetur pure ex codicillis, nec tenetur legatarius refutationem facere hæredi de legato ex testamento, si soluitur ex codicil-
3 lis. Bald. *consil.* 404. *Præmittendum est, in fin. lib.* 4. † Debitor diuersarum quantitatum in diuersis instrumentis, sed ex eadem causa, an teneatur ad plures summas, an ad vnam tantum, & an præsumantur plures, & diuersæ quantitates, ita vt omnes debeantur, an potius vna plures repetita, ita vt semel debeatur. Ias. *in l. tritiſ*
4 *cum col.* 3. *ff. de verb. oblig. & consil.* 87. *lib.* 3. & vide eundem *in l. plane,*
4 *a prima. §.* 1. *ff. de leg.* 1. † Exemplum mutuaui tibi decem, postea repetitur obligatio tua versus me de decem occasione mutui, siue incontinenti, siue interuallo, censetur vna, & eadem quanti-
5 tas, & eadem causa, vt semel tantum debeatur. Ias. *d. l. triticum. n.* 8.
5 *ver. ex dictis Bart. ff. de verb. oblig.* † Extende, vt procedat etiam, siue quantitas sequens sit maior, siue minor vnde si mutuaui tibi centum, & postea promisisti mihi 50. per stipulationem, intelligitur, ex causa mutui centum. Bart. *in d. l. triticum. ff. de verb. oblig.* vbi lo-
6 quitur, quando est ex eadem causa, vt ibi Ias. *num.* 8. † Contrarium tenent plures, quos idem Ias. *d. l. triticum. num.* 8. *ver. sed tu ad-*
uerte. ff. de verb. obligat. vbi, quod imo diuersitas summarum, & diuersitas quantitatum inducit diuersitatem obligationum, prout etiam propter diuersitatem instrumentorum præsumitur diuersitas obligationum; item quia quot sunt instrumenta, tot præsumuntur debita; item quia diuersitas personarum inducit diuersitatem obligationum, item quarto; quia diuersitas temporum inducit multiplicationem obligationum, & hanc * veriorem dicit * 7
Ias. vbi supra. † Declara; quia dos, siue alimenta, quæ non dupli-
cantur, non debentur, nisi semel. Ias. *d. l. triticum. num.* 8. *ff. de verb.*
obligat. † Vide tamen Socin. *reg.* 33. *Stipulatio, de qua in l. vnica,* vbi di- 8
cit, quod de iure communi restitutio dotis, si est in bonis stabilibus soluto matrimonio, debet fieri statim, si vero consistit in mobilibus, vel pecunia, habet terminum anni. *l. vnica. §. exactio. C. de*
rei vxor. actio. sed si fiat promissio restituendæ dotis ex interuallo, vel secundo loco simpliciter, vt aliquid operetur, intelligitur statim soluto matrimonio, etiam si consistat in mobilibus, & pecunia, sicque magis obligat secunda obligatio respectu temporis, non respectu quantitatis. † Amplia, quia si debeo decem in vna 9
manu, & quinque in alia, & me obligo de nouo ad decem, & quinque, est vana obligatio; si vero me obligo ad quindecim, censetur facta nouatio. Fulg. *consil.* 80. *Testator in testamento, col. fin. ver.*
aut fortasse. † Amplia in legatis; quia eadem res pluries legata, vel 10
eadem quantitas non debetur, nisi semel, quando simpliciter legatur; quia plura legata, voce; sed non re, non debentur, nisi semel. Bald. *consil.* 349. *Filia an stare, num.* 2. *ver. restat alia quæstio, lib.* 4.
vbi idem, quando eadem forma legandi. † Extende, quia vni- 11
cum est legatum pluries repetitum etiam in diuersa summa, vel diuerso tempore, quando est factum pro alimentis; quia vltimum legatum attenditur, ex quo pluries alimenta non debentur. Bald.
d. consil. 349. *post med. num.* 2. *ver. non obstat. lib.* 4. † Declara, nisi ali- 12
menta procederent ex legatis diuersorum litigantium; quia bene tunc debentur pluries. Bald. *d. consil.* 349. *in fin. ver. sexto dico, lib.* 4.
† Extende, quando constaret de errore; quia non nisi semel de- 13
bentur legata per errorem pluries facta. Bald. *d. consil.* 349. *in fin.*
num. 5. *ver. non obstat, lib.* 4. † Restringe, quando plura fiunt legata 14
re, & voce; quia omnia debentur, *l. cum quæstio, C. de legat.* Bald.
d. consil. 349. *num.* 2. *lib.* 4. veluti, quando plures summæ legantur, vel plures res diuersæ, vt ibi *in fin. ver. quinto dico.* † Restringe, 15
quando plures formæ sunt legandi, vel plures causæ, & tunc plura sunt legata. Bald. *d. consil.* 349. *num.* 2. *ver. interdum sunt plura, lib.* 4.
† Restringe, quando sunt diuersæ formæ, & diuersa tempora de- 16
bendi, quia licet ex eadem causa sint facta plura legata, tamen non erit vnum ex sola ratione. Bald. *d. consil.* 349. *ver. quia ergo post med.*
lib. 4. † Amplia in dote, quia si pater primo maritauit filiam, & 17
promisit dotem, postea secundo loco mortuo marito eandem filiam maritauit, & promisit dotem, non facta mentione de prima dote, non potest conueniri, nisi pro vltima promissione. *l. dotem. ff.*
de iur. dot. Cyn. *in authent. sed quamuis, C. de rei vxor. actio.* & habetur per Guid. Pap. *decis.* 375. *in fin.* † Extende in promissione pluries 18
facta pro dote, quia debetur semel. Ias. *d. l. triticum, num.* 8. *ff. de verb.*
obligat. † Amplia in casu conuerso, quod sicut is, qui bis, vel plu- 19
ries idem promittit, non tenetur, nisi semel, ita debitor, qui semel soluit, non remanet obligatus, quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur, *cap. bona fides, de regul. iur. in* 6. *& l. bona fides, ff. eod.*
Rom. *consil.* 28. *num.* 2. *col.* 2. *in princ.* Amplia † in confessione extra- 20
iudiciali pluries facta, quod debet quis decem Titio, quia intelligitur semel tantum de decem. Vide Ias. in *d. l. triticum, num.* 10. *ver.*
tertia, & vltima, ff. de verbor. obligat. † Limita, nisi interueniat diuer- 21
sitas in effectu; quia tunc plures essent obligationes. Bald. *d. consil.* 333. *in princ. lib.* 1. † Extende, quia quando duæ stipulationes 22
sunt factæ ex causa mutui etiam eiusdem quantitatis, præsumuntur duæ obligationes, alias vltima esset inutilis. Ias. *d. l. triticum,*
num. 9. *ver. secunda conclusio, ff. de verbor. obligat.* † Extende, quando 23
diuersitas est in summa, quia si fiant plura instrumenta, censentur plures obligationes diuersæ. Alex. *consil.* 4. *circa primum. per tot. lib.* 1.
vbi latissime. † Idem, si fiat confessio de decem occasione depo- 24
siti, & deinde fiat alia obligatio de decem alio tempore, quia præsumitur diuersa summa. Alexand. *d. consil.* 4. *num.* 3. *ver. accedit, lib.* 1.
vbi apostill. in *ver. vbi autem,* dat concord. † Extende etiam in con- 25
fessione facta ad liberandum in diuersis scripturis, seu instrumentis. Alexand. *d. consil.* 4. *num.* 4. *lib.* 1. vbi de * communi. † Hanc * 26
extensionem declara, seu restringe tribus modis, vt non procedat: Primo, quando non fieret mentio de certo debito indiuiduo: Secundo, quando vtrumque instrumentum non continet integram solutionem: Tertio, quando solutio probaretur solum per testes, apost. ad Alexand. *d. consil.* 4. *num.* 4. *ver. nec casu, lib.* 1.
† Si vero ad obligandum, secus; quia nisi adsit stipulatio, sola con- 27
fessio de eadem summa non probat diuersam summam. Alexand.
d. consil. 4. *num.* 4. *in fin. ver. tertio dico, lib.* 1. † Restringe, nisi ex ea- 28
dem causa fieret secunda obligatio, puta occasione dotis maritus confitetur habuisse centum in dotem pro solutione integræ dotis, postea is, qui soluit, confitetur se debitorem in 50. occasione dotis, præsumitur, quod non habuerit maritus, nisi 50. licet

centum

centum confessus sit. Alexand. *d. consil. 4. num. 4. ver. nec adhuc ob-*
29 *stat, lib. 2.* † Restringe, in scripturis vltimarum voluntatum mul-
tiplicatis de eadem summa; quia vnicum debitum important.
30 Alexand. *d. consil. 4. num. 4. ver. nec obstat l. Sempronius. lib. 1.* † Restrin-
ge, nisi esset adiectum, quod omnis alia promissio computetur in
ista, quam clausulam semper apponi ad tollendas amaritudines,
31 dicit Iason *d. l. triticum. num. 6. ver. limitat. ff. de verb. obligat.* † Re-
stringe, nisi conditio personæ debitoris; quia esset rusticus, si ali-
32 ter suaderet. Alexand. *d. consil. 4. num. 3. lib. 1.* † Restringe, quando
vtrumque instrumentum esset eiusdem datæ, apostill. ad Alexand.
33 *d. consil. 4. num. 3. ver. vbi autem.* Restringe; † quia non habet locum,
quando probatio, seu obligatio probaretur, & fieret per testes, &
per scripturam; quia præsumitur scriptura in executione primæ
obligationis. Afflict. *decis.* 198. & apostill. ad Alexand. *d. consil. 4.*
num. 3. ver. vbi autem. lib. 1. & melius *num. 4. ver. vltimo iuuatur*, vbi de
communi. Vide, *Diuersitas nominum diuersitatem rerum, & locorum*
inducit. Concluſ. 517. Vide, *Legatum idem pluries factum ab eodem, &*
eidem legatario, &c. Concluſ. 76.

Obligatio respiciens plures personas, & res qualiter distribuatur. Concluſ. 32.

1 OBLIGATIO † facta per plures de soluenda certa summa, si non
est in solidum, respicit omnes pro virili portione, *auth. hoc*
2 *ita. C. de duob. reis.* † Extende pluribus modis, de quibus Ronche-
gal. *in l. reos. §. cum in tabulis. num. 16. vsque ad num. 63. ff. de duob. reis.* vbi
3 ponit infinita exempla. † Amplia in casu conuerso; quia obligatio
facta pluribus de soluenda illis certa summa pariter intelligitur,
4 vt vnicuique debita sit obligatio pro virili. *l. 1. C. de duob. reis.* † Ex-
tende; quia promissio de soluendo, seu obligatio de soluendo an-
nuatim scuta 60. d. Cossæ, & Geneuræ toto tempore vitæ earum,
& cuiuslibet earum per hæredes testatoris loco vsusfructus, & a-
liorum eisdem legatorum, debet intelligi facta cuilibet earum
pro virili, & non in solidum, & quod altera earum defuncta su-
perstes succedat in totum, & pro vltimo anno pro rata mensium,
& decursorum vsque ad tempus mortis. Bald. *in l. 1. in 11. quæst. ver.*
præterea, col. pen. C. quando non pet. part. Bald. *consil. 119. Considerandum*
5 *est lib. 1.* Alexand. *consil. 129. Viso processu, in princip. lib. 2.* † Extende;
quia id quod debetur pluribus, censetur debitum pro rata; & ideo
nemo potest petere, nisi ratam suam. Bald. *consil. 97. Proponitur,*
6 *quod, lib. 5. in fin.* † Extende, vt procedat nedum ratione persona-
rum, sed ratione rerum, & locorum; ideo obligatio facta de sol-
uendo centum Romæ, & Florentiæ, intelligitur pro medietate in
7 singulo loco, *l. 3. §. si quis stipuletur. ff. de eo, quod cert. loc.* † Amplia in
rebus obligatis; quia si quis obligauit se ad solutionem certæ an-
nuæ præstationis, super, vel ex pluribus corporibus, intelligitur
8 proportionabiliter super vnoquoque corpore specificato. † Ex-
tende in casu conuerso, vt si quis promisit emere tot redditus ex
montibus Ianuæ, qui ascendant ad quinquaginta annua, & adsint
montes triplicis speciei, intelligitur obligatus emere proportio-
nabiliter ex omnibus tribus generibus montium. Bald. *consil. 180.*
9 *Ad euidentiam est præmittendum, per tot. lib. 2.* Amplia † in con-
demnatione sententiæ; quia si duæ personæ condemnantur ad
duodecim aureos annuos, intelligitur quilibet pro medietate,
vel portione sua damnatus. Bald. *consil. 158. Proponitur, quod, num. 4.*
ver. secundo quæritur, lib. 3. vbi, quod relatio fit proportionabiliter.
10 † Amplia, etiam si pater, & filius se obligarent, vel acquirerent
simpliciter, & simul; quia vterque proportione sua censetur obli-
gatus. Bald. *consil. 452. Hæredi habenti, num. 2. ver. tertio est considera-*
11 *ndum, lib. 5.* † Amplia in dote restituenda; quia si est promissa resti-
tutio extraneo stipulanti pro se, & hæredibus, ac mulieri pro se, &
hæredibus, debet fieri restitutio pro medietate cuilibet, videlicet
extraneo, vel hæredibus medietas, & alia medietas mulieri. Bald.
12 *consil. 93. Præsuppositio tenore. lib 5.* † Extende idem in dote promissa;
quia plures obligati, vt rei principales tenentur pro rata. *l. reos. §.*
cum in tabulis. ff. de duob. reis, cuius dispositio procedit etiam in dote,
quæ in hoc non reperitur priuilegiata. Cuma. *consil. 40.* Ronche-
13 gal. *d. l. reos. §. cum in tabulis, num. 30. & seq.* † Extende in actione do-
tis, vel confessione dotis facta per maritum à socero, & vxore; quia
præsumitur ab vtroque habuisse pro dimidia, & qui vult dicere,
quod totam à socero habuit, debet probare. Alex. *consil. 23. lib. 4.*
14 † Amplia in pœna promissa per plures de non contraueniendo
compromisso; quia vno contraueniente committitur pœna so-
lum pro rata, nisi expresse sit dictum, quod in solidum commit-
15 tatur. Bald. *consil. 114. Super primo, in princ. lib. 5.* † Amplia; quia con-
tra plures obligatos insolidum, & pro toto si fiat petitio in iudi-
cio contra omnes, à quibus petuntur, puta mille debita, censetur
à quolibet petita rata pro virili. Bart. & Castrens. *in l. 1. C. si plures*
vna sent. & in l. Paulus, la seconda. ff. de re iudic. & licet Ang. *in l. ex duo-*
bus. ff. de duob. reis. videatur tenere contrarium; tamen Io. de Imol.
ibi eum reprobat, & ibi Imo. sequitur Aret. & Alex. *in l. si creditores.*
C. de pact. † Et quod petitio, seu libellus contra plures intelligi-
tur contra quemlibet pro rata, ita vt tot sint petitiones, quot sunt
personæ, in tantum, quod si iudex contra vnum pronunciet, alii
non censentur absoluti, sed possit quandoque super omissis con-
demnare, vel absoluere alios, tenent Bart. & alii *in l. 1. C. si aduer-*
rem iudic. Abb. & Fel. *in c. cum inter. de iudic.* † Extende, etiam si sint
plures rei insolidum ad totum obligati, & conueniantur insol-
dum, si iudex condemnat simpliciter, censetur pro rata; quia in
hoc sententia non est conformis libello. Bart. *d. l. Paulus. ff. de re iud.*
† Et quod sententiæ latæ contra plures censeantur contra quem-
libet pro virili tantum, est text. *in d. l. Paulus respondit eos. ff. de re iudic.*
& in l. 1. C. si plures vna sent. Corn. *consil. 190. Ad euidentiam, lib. 1. n. 14.*
† Restringe, nisi in libello ante litem contestatam adderet, vel ef-
set petitum eos condemnari insolidum vnica tamen solutione
sufficiente, gl. *in §. si minus*, vbi Ias. *in 8. col.* dicit* communem, *Inst. e*
de actio. † Amplia in marito & vxore vendentibus fundum dota-
lem, & confitentibus habuisse pretium; quia quilibet pro medie-
tate, & mortuo marito mulier solam medietatem consequetur.
Bart. *consil. 52. Domina Paula nupsit. lib. 1.* † Declara tamen; quia non
procedit, nisi probetur versum pro medietate pretium in vtilita-
tem mulieris, ita Alex. *cons. 38. Considerato, lib. 2.* & Afflict. *decis. 209.*
qui dicit ita fuisse iudicatum per Senatum, seu Consilium Re-
gium, & respondet ad contraria. † Limita, nisi dicatur, quod qui-
libet teneatur ad tot; quia dictio, *quilibet*, operatur, quod vnus-
quisque ex nominatis teneatur ad solidum, & totum. Bald. *d. con-*
sil 158. num. 4. secundo quæritur, lib. 3. † Limita in dote stipulata per
patrem sibi, & filiæ restitui; quia mortuo patre tota consolidatur
in filia. Bald. *consil. 281. Quidam ser Cola, lib. 3. in princ. ver. interdum.* Li-
mita † in vltimis voluntatibus; quia si testator legat, vel grauet,
quod hæredes sui soluant mille, & sint plures hæredes disparis
portionis, censentur grauati pro rata portionis, non pro virili; se-
cus si ab eis nominatim legaret; quia tunc bene pro virili tenerentur,
& idem in casu conuerso, si testator eas dem legaret; quia si sub
nomine appellatiuo, diuidunt pro rata portionum, si sub nomine
proprio, diuidunt pro virili. Bart. *in l. turpia. §. si. ff. de leg. 1.* vbi Ias. at-
testatur de * communi. † Limita in pluribus fideiussoribus, vel
mandatoribus; quia licet non exprimant, obligantur omnes pro
toto. *§. plures. Instit. de fideiuss.* vbi gloss. & Doct. late Capic. *decis. 180.*
in princ. vbi plures citat. † Limita, quando obligationi plurium reo-
rum adderetur clausula, quod sint plures rei debendi; quia tunc
tenentur in solidum, vt declarat Ronchegall. *d. l. reos. §. cum in tabu-*
lis, n. 51. ff. de duob. reis. Vide, *Legatum si fiat duobus. Concl. 79.* Vide, *Lega-*
tum factum pluribus. Concl. 80. Vide, *Rei plures quando simul. Concl. 108.*

Obligatio est stricti iuris, & de vno casu ad alium non extenditur. Concluſ. 33.

OBLIGATIO † est stricti iuris; ideo non extenditur, nisi ad ex-
pressa, *l. obligationum substantia. §. 1. ff. de actio & oblig. l. cum Aqui-*
liana. ff. de transact. † Et inspicitur tenor obligationis, & ille attende-
ditur, *l. si quis stipulatus sit Stichum, in princ. ff. de verb. oblig.* quem tex. ad
hoc notant Castrens. Aret. & Ias. ibi *l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.*
ad fi. ff. eod. l. fideiussores magistratuũ. §. pro Aurelio. ff. de fideiuss. † Et quod
instrumentũ obligationis non loquitur, nec nos loqui debemus.
Bald. *in c. Rodulphus, de rescrip.* Nihil enim aliud quæri debet, nisi
quod scriptum reperitur in dispositione. Bald. *in l. fi.* perillum tex.
C. de falſ. cauſ. adiect. leg. † Amplia; quia, vt dicunt Veneti, quod non
cantat instrumentum, nec ego cantabo. Afflict. *decis. 403. n.* allegat Lap. *alleg. 89.* Bald. *in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.* Bald. *in*
venerabilem, de electio. plene Ias. circa præmissa omnia *consil. 220. nu.*
sexto facit lib. 2. Curt. Sen. *consil. 55. n. 23.* Alex. *consil. 52. n. 13. lib. 4.* vbi
multa similia. † Amplia, vt debitor, qui se obligauit stare mandatis
certi iudicis, non tenetur vigore pacti stare mandatis alterius
iudicis, etiam specialiter à Papa deputati; quia inclusio vnius est
exclusio alterius. Cald. *consil. 124.* alias 10. *de iudic. & foro competen.*
† Extende; quia si locator, & conductor conuenerunt de facien-
do, & non faciendo restauro, prout Dux fecerit, non potest recede-
ab eo, quod Dux fecerit suis cõductoribus, nec valet iudex neque
bonus vir aliter iudicare. Alex. *consil. 3. Viso instrumento. num. 5. lib. 1.*
† Amplia; quia fideiussor pro eo, qui promisit non offendere, &
quod alii certi non offendent, si dicat, pro quo promittente fide-
iussit, intelligitur pro eo solum fideiussisse, non pro aliis, pro qui-
bus ille promisit; quia in verbis dubiis obligationis venit, quod
minus est Bald. *consil. 55. Anno Domini, num. 2. ver. sed ponamus suos pro-*
iudicis.

8 iudicio, *vsque in fin. lib.* 2. † Amplia; quia fideiussor, qui promisit, quod si actor in casu succumberet, se expensas refecturum, non tenetur, si actor ob desertionem causæ succumbat; quia fideiussio obligatoria est stricti iuris, & verba proprie sunt intelligenda. Bald. *consil.* 106. *proponitur quod quidam, per tot.* maxime *in fin. lib.* 1.
9 † Amplia; quia si dubitetur de obligatione, propensiores esse debemus in deneganda obligatione, si quam occasionem ad eam denegandam habemus. *l. Arrianus. ff. de action. & oblig.* Fulgos. *consil.* 80. *Testator in testamento, in fin.* vbi, quod semper quod minimum
10 est sequimur. † Extende; quia quando debitum est alternatiuum, semper in obligatione minor quantitas remanet. Fulg. *d. consil.* 80.
11 *num.* 3. *in princ. col. fin.* † Extende; quia actus dubii inducentes, & non inducentes additionem hæreditatis, in dubio interpretantur, ne inducatur aditio, quæ affert obligationem adeuntis. Bald. *consil.* 224. *Super eo, quod quæritur, circa med. verſi autem est actus, lib.* 2.
12 † Amplia; quia obligatio ambigua interpretatur in eo, quod minus est; nam promissio de soluendo duas ampullas vini, licet possit intelligi, quod soluatur vinum cum ampullis; tamen intelligitur de vino; quia ampullæ sunt ad demonstrandam mensuram; prout dicimus de vna corbe, vel mensura, aut barili, vel vegete vini, nisi consuetudo sit in contrarium. Fulgos. *consil.* 231. *In quodam*
13 *instrumento per tot.* Extende † in debito alternatiuo, quando electio est debitoris, quod minus est, censetur in obligatione, *l. si stipulatus fuerit decem, vel quindecim, ff. de verbor. oblig.* Bart. *in quæst.* 10.
Debitor, in princ. num. 3. *ver. sexto sic*, vbi reddit rationem; quia lex
14 non præsumit, quod velit obligari de quantitate maiori. † Extende; quia eadem ratione non valet remissio, vel legatum, quod confertur in potestatem eius, qui debet obligari, *l. Senatus. §. legatum. ff. de leg.* 1. Bart. *d. quæst.* 10. *Debitor. num.* 3. *in princip. ver. sexto sic.*
15 † Amplia in cessione iurium competentium; quia non veniunt * futura. Signor. *consil.* 217. *num.* 6. *& seq.* vbi dicit * communem.
16 † Amplia; quia in confiscatione generali omnium bonorum non veniunt futura, si non est dictum, sed intelligitur de præsentibus. Abb. *consil.* 51. *num.* 2. *lib.* 2. Boer. *consil.* 1. *num.* 10. vbi alios allegat.
17 † Extende in donatione, vel alienatione bonorum, vbi agitur de dominio perdendo, & sic de graui præiudicio, in generali dispositione non veniunt futura, sed præsentia. Dec. *consil.* 502. *Ex duobus,*
num. 8. *ver. venio ad secundum*, vbi loquitur in venditione, vel promissione de vendendo medietatem bonorum, & est commu-
* 18 nis * opinio, vt Bellon. *consil.* 5. *in princ.* In † donatione loquitur Cruett. *consil.* 139. *num.* 6. *& seq.* vbi alios citat, & loquitur, etiam
19 si donetur hæreditas; quia restringitur ad præsentia. † Extende in oblatione facta loco pio de persona, & omnibus suis; quia si est capax acquirendorum, censetur solum bona præsentia obtulisse, non autem futura. Bart. *consil.* 74. *Quidam obtulit. post med. lib.* 2.
20 † Extende in venditione, vel alienatione facta de omnibus bonis, intelligitur solum de præsentibus, non de futuris. Bart. *d. con-*
21 *sil.* 74. *num.* 2. *lib.* 2. vbi apostill. *in ver. futura.* † Restringe, quando non potest agi de præiudicio, vt quia reciproca est donatio, vel quando per verba futurum denotantia, prout verbum, potest.
22 Bello. *d. consil.* 5. *num.* 24. *& seq.* † Limita in tutore, & administratore; quia si in inuentario specifice dicat, sibi bona quædam consignata fuisse, intelligi debet in depositum, licet nō dicatur. Alex.
23 *consil.* 184. *col.* 2. *lib.* 7. † Limita in eo, qui scienter recipit litteras, & non contradicit; quia in dubio censetur consentire, & se obligare, non autem velle deliberare, quando littera non continet com-
24 puta. neq; factum intricatum, ita * omnes *in l. filius famil. la seconda. ff. ad Maced.* Menoch. *in cas.* 21. *tract. de arbit.* † Limita; quia magis de facili obligatio transit ad hæredes obligantis, quam ad hæredes recipientis. Alexand. *consil.* 18. *Attentis narratis, in fin. lib.* 5. vbi ponit multa exempla de vsufructu, de alimentis, & similibus, quæ non
25 transeunt ad hæredes eius, cui debentur, sed bene ad hæredes debitoris, nisi dicat hoc esse ad commodum debitoris, vel speciale
26 scriptura rei. † Limita in hypotheca; quia facta generalis de omnibus bonis comprehendit bona omnia præsentia, & futura, *l.*
* *fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* vbi * omnes *l.* 1. vbi Bart. *ff. de pign.* idem
Bart. *consil.* 74. *circa fi. ver. non obstat, lib.* 2. vbi reddit rationem; quia
27 agitur de modico præiudicio. † Extende; quia bonorum appellatione continentur nomina debitorum. Bart. *in l. nomen, C. quæ res*
pign. oblig. poss. & ideo nomina veniunt in obligatione generali bonorum. † Declara tamen; quia bonorum appellatione non veniunt nomina debitorum futura, & quorum dies non venit; quia
28 talia non dicuntur esse in bonis nostris. Bald. *consil.* 234. *lib.* 2. sequitur Tiraq. *in l. si vnquam. §. bona. num.* 8. *C. de revoc. don.* † Restringe; quia hypotheca bonorum facta pro obseruantia contentorum in instrumento comprehendit bona, quæ quis habet in proprietate, & dominio, & sic bona, quæ vendicari possunt. *l. Quintus. §. argento, & l. Quintus. l. vltima*, & vbique, Bart. *ff. de aur. & argen. leg. l. vnica, iuncta gl. C. de thesaur.* Socin. *consil.* 92. *Circa primum, nu.* 9. *lib.* 1. Corn.
consil. 128. *Quoniam, num.* 3. *lib.* 4. † Declara tamen; quia obligatio, 29
& hypotheca nunquam inducitur, nisi expresse à partibus fiat, vel tacite à lege sit inducta. *l. contrahitur. ff. de pign. & in tit. ff. & C. in quibus causis pign. tac. contrah.* Vide, *Obligatio generalis, non, &c. Concluſ.* 36.
Vide, *Renunciationes iuris proprii. Concluſ.* 180.

Obligatio quando restringatur secundum naturam præcedentium, vel non. Concluſ. 34.

STIPVLATIO † & obligatio restringitur secundum præcedentem obligationem, si alia obligatio inter eos præcedat. *l. si stipulatus. ff. de vsur.* & ita declarat Ioan. de Imol. *consil.* 102. *num.* 11. *ver. sed aduertendum*, secus si alia obligatio non præcedat. † Limita; quia 2
obtinens sibi cedi hæreditatem, si se obligat releuare cedentem, non intelligitur vsque ad vires hæreditarias, licet confecerit inuentarium; quia tenetur simpliciter de suo. Ioan. de Imol. *d. consil.* 102. *num.* 11. *& seq. vsque in fin.*

Obligatio omnium bonorum in genere quid comprehendat, vel non. Concluſ. 35.

OBLIGATIO † & hypotheca generalis omnium bonorum facta per locatorem conductori pro obseruantia locationis, 1
comprehendit nedum bona omnia obligantis, sed etiā rem ipsam locatam pro obseruantia locationis, & ideo conductor poterit illam retinere, vt plene per Neguſ. *de pignor. in* 2. *memb.* 2. *p. num.* 33. *& seq.* & plenius *in* 1. *memb.* 2. *part. num.* 6. † Extende; quia etiam res 2
vendita venit in obligatione generali omnium bonorum pro obseruantia emptionis; ideo pro pretio soluendo venditor potest retinere rem venditam, vel ad eam tanquam sibi hypothecatam agere, & idem, si emptor promisit retrouendere, ita Neguſ. ex mente aliorum, quos allegat *de pignor. in* 2. *memb.* 2. *partis, num.* 33.
† Extende; quia si seruus obligat nomine domini omnia bona 3
domini, dicitur etiam obligatus seruus, licet in generali sermone non comprehendatur persona loquentis; quia persona serui non consideratur isto casu. Neguſ. *d. tract. de pign.* 2. *memb.* 2. *p. num.* 32.
ver. septimo amplia. † Extende; quia si quis donat certa, vel omnia 4
bona sua sub conditione, & pro obseruantia obligat omnia bona sua, veniunt in obligatione bona donata ad fauorem donatarii; quia ex quo dominium non est translatum in donatarium, possunt sibi obligari ante translationem dominii, & poterit ex hypotheca retinere, si possidet, si non possidet, potest agere contra quemcunque emptorem posteriorem, & tertium possessorem. Soc. Iun. *consil.* 118. *lib.* 2. *in fin.* plenius Ruin. *consil.* 180. *num.* 17. *&*
seq. lib. 1. † Imo quod possit donans obligare bona donata, quando non est translatum dominium, & obligatio ad fauorem creditoris præferatur donatario, tenet Dec. *consil.* 238. *num.* 6. *ver. memini*
me & per tot. vbi declarat, nisi adsit constitutum in donatione, vel reseruatio vsusfructus, vel aliquid, quod sit loco traditionis, prout si traditur primo donatario pro se, & aliis nominatim vocatis; quia licet moriatur primus, non requiritur alia traditio aliis, & sic obligatio redditur nulla istis casibus. † Extende etiam in pe- 6
cunia mutuo accepta à creditore, cui debitor obligat omnia bona sua; quia etiam in pecuniam ipsam mutuo acceptam obligasse censetur, ita Bero. *consil.* 42. *num.* 34. *lib.* 3. vbi dicit * communem, *
quod etiam res, cuius occasione fit obligatio venit in generali obligatione, & quod contrarium tenentes sumunt argumentum à contrario, ex text. *in l. cum taberna. §. fin. ff. de pign.* quod non valet, quando contrarium est decisum in iure. † Contrarium quod imo 7
pecunia recepta mutuo non cadat in obligatione generali, esse speciale, quod dicit Neg. *de pign. in* 2. *memb.* 2. *part. num.* 12. *& seq.* vbi allegat rationem specialitatis; quia non est credendum, quod recipiens mutuo pecuniam, vt illā conuertat in suis necessitatibus, velit impedire se ipsum obligando pecuniā ipsam, allegat Bald. & alios. Rom. *sing.* 611. *Accipio à te pecuniā*, vbi apost. Bero. *cons.* 41. *n.* 25.
lib 3. *& cons.* 46. *n.* 20. *& seq. lib.* 1. † Declara, vt per Neguſ. *d. tract. de* 8
pignor. 2. *membr.* 2. *part. num.* 12. quod sit speciale in pecunia, vt supra.
Declara; † quia bene venit pecunia mutuata ab alio per prius, li- 9
cet non mutuata in contractu obligationis, vt per Rom. *d. sing.* 611. vbi ita distinguit. † Amplia in casu conuerso; quia si emo à te mo- 10
lendinum, vel prædium, & pro pretio soluendo obligo tibi venditori omnia bona mea, certe etiā molendinum, & prædium venit in obligatione, ità Bero. *d. cons.* 41. *n.* 34. *lib.* 3. qui dicit veriorem, & communem *. † Contrarium tenet idem Bero. *cons.* 46. *n.* 20. & * 11
seq. lib. 1. vbi arguit de pecunia ad aliam rem, sed non valet in hoc argumentum; quia speciale est in pecunia, vt per Neguſ. *de pign.*
d. 2. *memb.* 2. *par. n.* 12. † Amplia; quia magis venit in obligatione res 12
ipsa,

13 ipsa, super qua contrahitur, quam aliæ. † Ideo quamuis bona, quæ quis non obligaret, puta prohibita alienari, vel quæ alias in generali obligatione non cadunt, bene cadunt ea bona, super quibus contrahitur, & quorum occasione fit obligatio generalis. Bart. *in l. emptorem, C. locat.* Vide supra *Conclus. 33. num. 27. ver. Limita.* † Amplia; quia in obligatione generali veniunt bona omnia præsentia, & futura, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* facit regulam cum ampliat. & limit. Neguſ. *de pign. 2. p. 2. memb. in princ.* Vide Socin. *reg. 30. Loquutio indefinita*, vbi ponit hanc pro regula, & restringit duobus
15 modis. Vide, *Verba præsentis temporis. Conclus. 113.* † Extende; quia veniunt in obligatione generali fructus iurisdictionis meri, & mixti imperii; prout emolumenta bannimentorum, mulctæ, pœnæ, confiscationes, & similia. Castillio. *consil. 4. nu. 17. in fin. & n. 18.* vbi, quod omnia iura rebus ipsis adhærentia cadunt in obligatio-
16 ne. Restringe; † quia si obligatio generalis etiam sit expresse facta de bonis præsentibus, & futuris; non tamen veniunt bona, in quibus obligans habet spem etiam de præsenti, nisi sit dictum.
17 Paris. *consil. 127. num. 26. lib. 1.* † Restringe; quia quamuis acquirere possit, ante acquisitionem non est hypotheca consolidata, quin possit debitor repudiare, ita Soc. Iun. *consil. 124. per tot. lib. 3.* Franch. *decis. 101.* vbi, quod ius adeundi non est in bonis nostris, neque est
18 hypothecatum. † Restringe, quia in obligatione generali, licet veniant etiam futura; non tamen veniunt bona hæredis, & maxime futura. Christoph. Castilli. *consil. 4. Illustrissime Princeps. nu. 16.* Vide etiam Mascard. qui ponit aliquas restrictiones. *Conclus. 206.*
19 *Non probari, nec præsumi.* † Limita; quia seruitutes non possunt obligari, neque hypothecari. Castillio. *d. consil. 4. num. 18.*

Obligatio generalis non comprehendit prohibita alienari. Conclus. 36.

1 IN † generali obligatione non veniunt ea, quæ sunt prohibita alienari. *l. obligatione generali. ff. de pign.* Bart. *in l. codicillis. § instituto. n. 5. ff. de leg. 2.* & ibi Bald. *in fin.* Alex. *in l. si constante. n. 25. ff. solut. matr.* Neguſ. *de pignor. in 2. memb. 2. p. princ. n. 42. & n. 53.* Marius Anguiſſ. *consil. 6. num. 23. & consil. 8. num. 14. & seq.* Surd. latiſ. *consil. 73. num. 15. & seq.* vbi plurimos citat, licet *num. 62. & seq.* contrarium teneat, quando verba sunt vniuersalia, & inculcata. Alex. *consil. 41. lib. 6.*
2 *& consil. 10. Attentis, num. 5. ver. licet enim. lib. 7.* † Extende maxime, quando prohibita sunt alienari sub pœna. Bart. *in l. codicillis. § instituto. ff. de leg. 2. & in l. qui habebat, in princ. ff. de leg. 3. & in l. legata. § fin. ff. de alim. leg.* Alex. *consil. 20. colum. 2. lib. 5. & consil. 10. ad fin. lib. 7.* & ple-
* nius *consil. 41. Viso themate, in princ. lib. 6.* vbi dicit * commun. Vide,
Prohibita alienari. Conclus. 903. † Amplia, vt procedat, quando pro-
3 hibitio statuti annullat alienationem factam nō præuia certa denunciatione; quia in generali obligatione nō veniunt taliter prohibita, etiam si sit dictum, quod veniant bona, quæ aliter non cadunt in generali obligatione; quia illa verba non operantur quoad prohibita expresse. Bald. *consil. 218. Præsupposito statuto, in princ.*
4 *lib. 1.* † Extende, quando prouisio hominis annullat alienationem, vel obligationem cum pacto resolutiuo tradentis rem cum ista obligatione non annullandi, & non obligandi. Signorol. *con-*
5 *sil. 200. in princ.* † Amplia; quia non potest confirmari tenuta in bonis alienari prohibitis, & licet præcederet sententia declarans bona debitoris esse hypothecata pro debito grauati de restituendo, nō intelligitur velle comprehendere bona expresse prohibita pignorari, & hypothecari sub pœna priuationis eo; quia sententia debet intelligi, vt sit conformis iuris dispositioni, *l. miles. § decem. ff. de re iud.* Castr. *consil. 220. Viso puncto supradicto, col. 1. vol. 2.* & verba sententiæ sunt intelligenda ciuiliter, & ad iuris intellectum reducenda. Rom. *consil. 321. n. 4.* Alex. *consil. 2. num. 2. lib. 3. & consil. 46. n. 3.*
6 *lib. 5.* † Amplia; quia etiam in obligatione vniuersali non veniunt dona prohibita alienari. Alex. *d. consil. 41. in princ. lib. 6.* vbi dicit esse opinionem Bart. quem alii sequuntur *in l. codicillis. § instituto. ff. de*
7 *leg. 2.* † Contrarium Petr. Surd. *consil. 73. n. 61. & seq. ver. vltimo non obstat*, vbi infinitos adducit, maxime, quando adsunt verba vniuersalia, omnia, & singula bona, & adsunt verba inculcata, & idem in donatione, & alienatione, vbi, quod bona feudalia, emphyteutica, & subiecta fideicommisso veniunt in vniuersali donatione, alienatione, & obligatione, & quod possunt effici bona fideicommissi pignora prætoria, & hoc *num. 79.* & maxime in dispositione
8 hominis; quia sermo ad habiles non reducitur. † Amplia; quia in obligatione generali non veniunt supellectilia, neq; vestes, neq; libri, & alia ad vsum quotidianum. Mathesil. *sing. 136. Nota vnum motiuum*, vbi apostill. multa allegat ad hoc. Angel. Aret. *consil. 45. In*
9 *casu prædicto, num. 12. & seq.* † Extende, vt procedat, etiam si adsit dictio; *omnia bona*; quia propter illam dictionem veniunt, quæ verisimiliter quis non esset obligaturus, *apostil. ad dictum consil. singul. Mathesil. 136.* vbi comprobat reprobatis Decio, & aliis contrarium tenentibus. † Contrarium tenet Dec *consil. 30. col 3. ver. secundo non*
obstat, & *in l. omnia. ff. si cert. pet.* Extende; † quia quod dicitur de obligatione, procedit etiam in donatione. Mathesil. *d. singul. 136.*
† Amplia; quia non veniunt feudalia bona in obligatione generali, Marius Anguiſſ. *consil. 166. n. 11. & seq.* Alex. *consil. 16. Viso themate. n. 4.* & iterum *consil. 168. Requisitus, n. 6.* vbi apost. *in ver. feudum, lib. 2.* & plenius *consil. 41. Viso themate*; vbi apost. *in ver. feudum. lib. 6.*
† Amplia, vt quod dicitur de obligatione generali, vt non com-
prehendat alienari prohibita, procedat etiam in alienatione, vel permutatione generali; quia non veniunt feuda, emphyteusis, fideicommissa, & similia prohibita. Alex. *consil. 16. Viso dicto themate, n. 4. ver. quo autem ad bona, lib. 2.* vbi plena apostill. dat plurimos concord. & iterum *d. consil. 168. Requisitus, n. 6. ver fortificantur lib. 2.* vbi apost. *in ver. feudum*, dat plurimos concord. † Declara tamen; quia si vterque contrahens, vel permutans sciuit bona prohibita alienari, procedit ampliatio; sed si solus is, qui habebat bona prohibita, sciuit, alter vero ignorauit, licet non veniant in alienatione, vel permutatione, ne ex dolo lucrum capiat, & teneatur alteri, quanto minori permutasset, vel emisset, ita Alex. *d. consil. 16. Viso in fin. ver. iſtum casum. lib. 2.* † Declarat etiam Iaſ. *consil. 124. col. 5. lib. 4.* & Marsil. *in rub. de fideiuſs. q. 27.* quos ad hoc pro limitatione citat. apost. ad Alex. *d. consil. 16 in ver. prohibita, in fin. lib. 2.* † Extende; quia alienari, vel obligari prohibita sub pœna non veniunt in generali alienatione. Alex. *d. consil. 168. n. 6. ver. fortificatur, lib. 2.* † Extende; quia quæ dicuntur de alienatione generali, vt non comprehendit prohibita, procedant etiam in pacto de non petendo, vel in liberatione; quia dicitur datio, & non comprehendit talia obligari, & alienari prohibita sub pœna. Alex. *d. consil. 168. n. 7. ver. & pactum de non petendo, lib. 2.* † Restringe, quando remissio fieret, vel transactio
generalis super lite; quia tunc comprehenduntur etiam talia prohibita, super quibus pendet lis. Alex. *d. consil. 168. n. 7. lib. 2.* imo talis non dicitur alienatio, quando non interuenit traditio. Alex. *consil. 41. n. 2. ver. secundo principaliter, lib. 6.* † Amplia in prohibitis quia si res est prohibita alienari, & obligari, prout feudum, concessa licentia alienandi non poterit rem, quam potest alienare ex licentia, etiam hypothecare; quia concesso eo quod maius est, non videtur concessum id, quod minus est. Andr. de Iser. *in c. imperialem, n. 5. & seq. de prohib. feud. alie. per Feder.* vbi Afflict. *in 12. not. n. 10.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de priuat. & alienat. q. 7. n. 14.* vbi idem extendit in emphyteusi, in decreto, in fideicommisso, & aliis materiis prohibitis, vel odiosis, seu restringibilibus, prout in dispensatione, re
concesso eo, quod maius est, non sit concessum, q; minus. † Amplia; quia stipendia non veniunt in obligatione generali, neque in executione rei iudicatæ. Ang. Aret. *cons. 45. In casu prædicto, n. 17. & seq. ver. sed tamen iis non obstantibus*, vbi allegat *l. stipendia. C. de exec. rei iud.* † Declara tamen; quia in subsidium veniunt in executione rei iudicatæ. Ang. *d. cons. 45. n. 19.* Vide, *Nota speciali dignas non ex-*
Conclus. 68. Limita; quia in obligatione generali veniunt nomina debitorum. Vide, *Nomina debitorum qualiter. Conclus. 63.* † Limita, quia licet feudū, emphyteusis, & alia bona prohibita alienari sub pœna non veniant in obligatione generali, bene veniuntin obligatione, si fiat expressa obligatio. Alex. *d. consil. 41. Viso themate. n. princ. lib. 6.* † Limita; quando per viam transactionis quis dimittit feudum, vel rem prohibitam alienari, & promittit perpetuo vbi-
rius non molestare; quia non est alienatio, & nō incurrit aliquam pœnam; secus si rem traderet, & promitteret non molestare, & ius est in dimittendo, pacto, transactione, vel conuentione; quia non transfert dominium. Alex. plene *d. consil. 41. Viso themate. n. & seq. ver. secundo principaliter lib. 6.* † Limita; quia emphyteusis prohibita alienari, vt quia Ecclesiastica, & non absolute hæreditaria, bene venit in obligatione generali, & hypotheca generali. Iaſ. *in fin. n. 78. cum seq. C. de iur. emphyt.* Neguſ. *in tract. de pign. in 2. memb. 2. part. prin. n. 28. & in 3. memb. n. 69. & 78.* & communem * dicit Afflict. *decis. 191. n. 1.* Mar. Anguiſſ. *consil. 166. n. 10.* & latius *cons. 216. num. 25.* Castr. *consil. 68. in fin. lib. 2.* Contrarium, † quod etiam bona emphyteutica non veniant in generali obligatione, sicut nec bona prohibita alienari. Mar. Anguiſſ. *cons. 6. n. 23.* vbi alios allegat. Alex. *consil. 41. Viso themate, in princ. lib. 6.* vbi, quod liuellaria, & emphyteutica ad certam generationem non veniunt in generali obligatione. † Declara tamen; quia talis hypotheca durat solum durante vita emphyteutæ prohibiti alienare, quo mortuo cessat hypotheca. *l. lex. vectigali. ff. de pign. auth. de alien. & emphyt. § 1.* Castr. *d. consil. 68. in fin. lib. 2.* vbi, quod resoluto iure datoris finitur ius pignoris, quando ex causa necessaria finitur, secus si ex causa voluntaria. Declara; † quia quicquid sit in obligatione, in alienatione tamen debite & sollemniter facta non veniunt bona feudalia, neque emphyteutica, bona

tum quia sunt prohibita alienari; tum quia incideret in pœnam per talem alienationem. Rom. *d. cons. 166. Visa diligenter, n. 5. ver. sed* 38 *vlterius*, vbi apost. *in ver. alien. anti.* † Limita; quia hoc est in generali obligatione dubia; secus est quoad rem, de qua fit contractus; quia ipsa res bene venit in generali obligatione. Bart. *in l. emptorem. C. locat.* vbi *omnes, & in l. qui fundum. in princip. C. eod.* vbi Salyc. & Fulg. Alex. *in l. filius fam. §. si. col. 2. ver. aduerte tamen. ff. solu. matrim.* Castr. *in l. si merces. §. 1. ff. locat.* Iaſ. *in l. si ita quis. §. ea lege, col. 11. ff. de ver. oblig.* Negus. *de pignor. in 2. par. in 2. memb. num. 33.* Paris. *conſil.* 29 *50. n. 23. lib. 1.* † Limita, quando ſpecialis eſt obligatio rei prohibitæ alienari; quia venit, & incidit obligans in pœnam. Alexand. *conſ. 10. Attentis. in ſi. lib. 7.* Vide, *Alienatio generalis non, &c. Concluſ.* 270. Vide, *Generalis diſpoſitio non. &c. Concl.* 31. Vide Ant. Gabriel. *lib. 6. tit. de reg. iur. Concl. 12. Obligatio generalis non comprehendit.*

Obligatio generalis tranſit ad hęredes, & quando comprehendat bona hæredis. Concl. 37.

1 OBLIGATIO † regulariter tranſit ad hæredes. Vide, *Hæredes cenſentur. Concl. 52.* Vide, *Hæres adeundo ſimpliciter. Concl. 52.* † Limita, quando obligatio, vel pactum eſt perſonale. Vide, *Pacta perſonalia ad quos. Concluſ. 10.* † Limita; quia licet ex forma ſtatuti debitor poſſit capi ad omnem requiſitionem creditoris, non tamen habet locum in hærede debitoris niſi prius citetur. Bald. *in Lor diuerſas. C. mand. in 10. q. n. 14. ver. aduerte tamen.* ſequitur Alex. *conſil. 188. Viſo proceſſu, nu. 2. lib. 2. & conſ. 62. In cauſa, & lite, nu. 8. lib. 7.* Soc. *conſ. 120. Cum in preſenti conſultatione, n. 18. lib. 1.* Ruin. *conſil. 102. Viſo proceſſu, n. 4. lib. 5.* Felin. poſt Innoc. *in c. quia Gulielmus, num. 4. de* 2 *iudic.* Doct. *in l. poſtulante*, vbi Caſtren. *ff. ad Treb.* & idem Caſtren. *conſ. 91. In cauſa appellationis, lib. 1.* Vide, *Statutum circa capturam. Concluſ. 478.*

Obligatio perſonalis non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, & quando ſecus. Concl.

1 VIDE Soc. *reg. 1. Obligatio perſonalis.* vbi limitat tribus modis in poſſeſſorio rei feudalis; item in ſubſidium, & aliis modis. Vide plenius, *Actio perſonalis contra. Concl. 99.*

Obligatio ſine cauſa non valet, & quando ſecus. Concluſ. 38.

1 APODISSA † manu debitoris ſine cauſa non probat, neque ꝓ ea præſumitur; quia dicitur indiſcreta. Bald. *conſ. 380. Tres ſunt caſus, in princip. lib. 5.* Rom. *conſ. 373. In caſu propoſito, n. 4. ver. ſecund. a dubitatio.* † Et cauſa debet eſſe apta, patens, & cohærens, alias non 3 releuat. Alexand. *conſ. 182. Lectis, nu. 5. in ſi. lib. 2.* † Et ideo ſi quis agit ex cauſa ſocietatis, & producit obligationem pro centum habitis ſine cauſa, non poteſt obtinere; quia ex quo poteſt habuiſſe ex cauſa mutui, vel alia diuerſa, ſuccumbere debet, quia in dubio contra producentem interpretatur obligatio, & ſcriptura. Alexand. *conſ. 80. Viſo proceſſu, in princ. ver. & primo capio, lib. 4.* vbi *n.* 4 1. quod ſcriptura incerta non releuat, & iterum plenius *conſ. 182. num. 4. & 5. lib. 2. verſic. circa ſecundum.* † Extende in omni obligatione, & promiſſione; quia ſine cauſa non valet. Bart. *conſ. 155. Facti contingentia, num. 2. ver. ſecundo, quia, lib. 1.* allegat *l. ſi procuratorem, in princ. ff. mand.* ibi, *vtriuſcuiuſq; contractus initium ſpectandum*, & hāc communem, * & magis * communem dicit Alexand. *conſil. 159. 5 Circa primum, num. 2. lib. 2.* † Extende, vt idem ſit in epiſtola, & alia ſcriptura obligatoria; quia requirit cauſam. Bald. *conſ. 380. in pr.* 6 *lib. 3.* † Extende idem in ſaldo; quia ſine expreſſione cauſæ non valet. Alexand. *conſil. 3. In cauſa, & lite, num. 2. ver. & primo quia, lib. 2.* vbi apoſt. *in ver. cauſa*, & iterum *conſil. 80. Viſo proceſſu, num. 5. in ſi. & num. 6. ver. minus etiam, lib. 4.* plenius Alexand. *conſil. 182. Lectis, nu. 5.* 7 *ver. non obſtat, lib. 2.* † Extende in tantum, vt licet ſcriptura ſaldi, & rationis contineat cauſam incertam, vel obſcuram, adhuc non releuat; quia paria ſunt, non eſſe, & non apparere; & quia in 8 dubio probatio dubia interpretatur contra producentem. Alex. *conſ. 182. Lectis, n. 5. lib. 2.* † Extende maxime in libro campionis, vel cataſtri, cui danda eſt fides; quia intelligitur quando partita continet cauſam; ſi vero partita eſt ſine cauſa, tanquam nuda nō probat. Alex. *conſ. 179. In cauſa, & lite, nu. 2. ver. & dico hoc non, lib. 6.* 9 † Extende generaliter tam in confeſſione, & obligatione viua voce, quam etiam in ſcriptis; quia non valet ſine cauſa, ſiue ſit liber rationum, ſiue inſtrumentum, ſiue quælibet ſcriptura; quia caret ſolemnitate requiſita, ſi eſt ſine cauſa, & non valet, communem * dicit Alex. *d. conſ. 3. In cauſa, & lite, col. 2. num. 2. verſ. & primo*

quia, lib. 2. † Extende, vt procedat etiam in obligatione ſcripta in 10 libro; quia ſine cauſa non probat, niſi ex præcedentibus, & ſequētibus cauſa eliciatur. Rim. *d. conſil. 148. num. 25. lib. 2.* † Et maxime 11 in libro Hebræi; quia ſi partita Hebræi (maxime habentis decretum Principis, quod credatur libris Hebræi) non continet cauſam producentem obligationem Hebræo, non poteſt agere. Alex. *conſ. 180. Viſo proceſſu, n. 7. ver. denique, lib. 7. & conſ. 9. nu. 12. lib. 5.* † Ratio eſt; quia obligatio ſine cauſa præſumitur erronea. Bart. 12 *in l. 4. §. ſi. ff. ſi quis cautio.* & niſi ſit facta ex certa ſcientia potius præſumitur error, quam quod voluerit donare. Alex. *conſil. 157. Viſo themate, col. 1. & ſeq. lib. 6. & conſ. 180. Viſo proceſſu, col. 2. n. 7. ver. denique, lib. 7.* Soc. *conſ. 96. Viſo col. 3. ver. tertio quia licet renunciatio, lib. 1.* & Alexand. *conſ. 9. n. 12. lib. 5.* † Aliam rationem dat Alexand. *conſ. 3. In* 13 *cauſa, & lite, num. 2. lib. 2.* quia cauſa eſt de ſolemnitate ſubſtantiali obligationis; ergo deficiente cauſa redditur inefficax. † Reſtrin- 14 ge, quando cauſa debiti exprimitur, de quo in ſcriptura obligationis, quia ſufficit. Roman. *d. conſil. 373. num. 4. ver. tamen ſi cauſam*, vbi, quod ſatis dicitur expreſſa cauſa debiti, ſi fiat relatio ad aliud inſtrumētum, in quo exprimitur; ideo ſi quis ſe obligat ad centum ex cauſa debiti, de quo in tali inſtrumento, in quo obligatio conſtat ex cauſa fideiuſſionis, releuat. † Reſtringe, quando 15 dentur pecuniæ mercario ad laborandum; quia cauſa generalis ſufficit, & præſumitur pro cauſa mercantiæ, quam exerceat. Alex. *conſ. 138. Lancellottus, num. 2. ver. & primo, lib. 2.* quod eſt Angel. Aret. & eſt repetitum inter *conſilia Ang. Aret. 68.* † Reſtringe; quia bene 16 poteſt probari cauſa, etiam coniecturalis ad cōfirmationem obligationis. Iacob. Riminald. *conſ. 148. Dubitationibus, num. 24. lib. 1.* vbi, quod licet cauſa deberet plene probari; fallit tamen, quando extat ſcriptura obligationis; quia ſufficit coniectura. † Reſtrin- 17 ge, quando cauſa ſaltem in genere ſubeſt. Caſtren. *conſil. 135. lib. 2.* Alex. *conſ. 83. lib. 1. & conſil. 138. lib. 2. & conſil. 16. num. 3. lib. 2.* Barb. *conſ. 25. lib. 1.* Ruin. *conſil. 185. num. 11. lib. 4.* † Ampliatur, vt 18 non ſufficiat cauſa enunciata in obligatione, niſi probetur, quādo debitor negat veram. Caſtr. *conſ. 134. Pro iſta muliere. lib. 2.* Contrarium; † quia ſtatur confeſſioni, & aſſertioni partium iuxta 19 not. *auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.* imo verba enunciatiua probant inter enunciantes. *l. optimam. C. de contrahen. vel committen. ſtip.* † De- 20 clara; quia procedit ampliatio, quando enunciatio eſſet incerta. † Amplia in tantum cauſam debere exprimi, vt illa deficiente tā- 21 quam de ſolemnitate ſubſtantiali, inſtrumentum non poſſit exequi, & ſtante ſtatuto, ꝙ nulla exceptio admittatur; quia hæc nō eſt ſublata, quod obligatio nō eſt obligatio. Alex. *conſ. 3. In cauſa, & lite, num. 2. & ſeq. ver. imo fortius, lib. 2.* vbi apoſt. *in ver. & parui*, dat concord. † Amplia; quia obligatio ſine cauſa ſiue ſit ex ſcriptura 22 priuata, ſiue ex inſtrumento publico, non valet; quia obligatio oritur ex cauſa, non ex ſcriptura. Bald. *in rubric. C. de fid. inſtrum. colum. penult. ver. ſed quæro in libro mercatoris*, late Iaſon *in l. admonendi, num. 115. ſeu 129. verſic. limita iſtum primum caſum. ff. de iureiur. and.* Felin. *in cap. 2. de fid. inſtrum.* vbi etiam Dec. & alii Alexand. *conſ. 3. In cauſa, & lite vertente, num. 5. lib. 2.* vbi nulla confeſſio viuæ vocis, vel per ſcripturam libri rationum, vel aliam quamlibet ſcripturam publicam, vel priuatam ſine cauſæ expreſſione, debet attendi, & idem dicit Socin. *conſ. 60. In præſenti conſultatione, col. pen. lib. 1.* Caſtren. *conſil. 169. Viſo puncto, in princ. lib. 2.* † Et quod obligatio 23 ſine cauſa ſit inualida, eſt text. *in l. 2. §. circa, de dol. exceptio.* Curt. Iun. *conſ. 131. n. 3.* vbi dicit * communem. Et quando obligatio, * promiſſio, & confeſſio ſine cauſa non valeat, vel è contra, late Alex. *conſ. 4. lib. 1.* vbi ponit plures limitationes. † Extende, vt pro- 24 cedat etiam in obligatione ex cauſa generali, quæ poteſt referri ad cauſam iuſtam, & ad cauſam iniuſtam. ſeu turpem; quia non valet ac ſi cauſa non eſſet expreſſa aliqua; quia in dubio contra ꝓbantem fit interpretatio. Caſtr. *conſ. 169. Viſo puncto, in princip. & per tot. lib. 2.* maxime *num. 2. & 3.* † Imo quod ſtipulatio, & promiſſio 25 ſine cauſa, vel ex cauſa generali, & obſcura, quæ importat idē, ac ſi nulla cauſa eſſet expreſſa, ſit adeo nulla, vt iudex debeat repellere agentem etiam parte non opponente. Caſtren. *conſ. 169. nu. 2. lib. 2.* † Et quid in promiſſione, vel ſtipulatione ad liberandum. 26 Corn. *conſil. 67. num. 4. lib. 4.* quem ad hoc citat apoſt. ad Caſtr. *d. conſil. 169 num. 2. lib. 2.* † Amplia; quia confeſſio, & obligatio ſic- 27 uti ſine cauſa non valet; ita neque valet, ſi cauſa eſt falſa, vel ficta, ſeu nulla. Ang. Aret. *conſ. 30. Videtur dicendum, nu. 16. & ſeq. ver. cum ergo.* † Amplia; quia obligatio ſine cauſa ſubſiſtente non eſt obli- 28 gatoria, *cap. ſi cautio, de fid. inſtrum.* vbi Abbas, & latius Fel. Legiſt. *in l. nuda. ff. de donatio. & in l. generaliter. C. de non num. pec. & in l. cum in debito. §. final. ff. de probatio.* late Alex. *conſil. 182. Lectis, col. 2. ad ſi. lib. 2.* † Extende, etiam ſi cauſa eſſet expreſſa, ſed non eſſet vera, licet 29 putatiua. Bald. *in cap. fin. colum. 8. de conſtit.* per text. *in l. final. ff. de*

constit. pecun. sequitur Ias. *in l. 1. Cod. de cond. sine causa, col. 1. ver. sed quid*
30 *in promissione.* † Extende, etiam si causa esset expressa, sed incerta,
& generalis. Alex. *d. cons.* 182. *Lectis col. 2. ad fin. lib.* 2. Castren. *d. cons.*
31 169. *Viso puncto, num. 1. & 2. lib. 2.* † Declara, nisi exprimens causam,
vel alias se obligans diceret ex certa scientia facere. Alex. *consil.*
157. *Viso themate, col. 1. & seq. lib. 6. & consil.* 180. *Viso proc ssu, col. 2. ver.*
præterea in casu nostro, lib. 7. Soc. *cons.* 96. *Viso, col. 3. ver. tertio quia licet*
renunciatio, lib. 1. vbi dicit tali casu potius præsumendum esse er-
32 rorem, quam donationē; nisi constet de certa scientia. † Amplia:
quia si in eodem contractu, seu instrumento fiant plures contra-
ctus, & obligationes, & primus contractus habet causam puta
donationis; quia si extabat fideicommissum matris, si alius con-
tractus in eodem instrumento fiat sine causa, non valet, nec cau-
sa præcedens censetur repetita etiam per copulam, &, si causa
præcedens non concurrit, sed diuersa est ratio. Bart. *consil.* 155. *nu.*
33 2. *& 3. ver. secundo quia, lib.* 1. † Amplia; quia stipulatio facta sine
causa iusta non valet. Castren. *consil.* 101. *nu. 2. in fin. vers. & ideo sti-*
34 *pulatio. lib.* 1. vbi apost. ibi citat Corn. *cons.* 67. *lib.* 4. † Extende: quia
obligatio soluendi certum granum pro molendino, donec fue-
rit non macinans, dicitur iniusta, & nulla; quia sicuti venditio
sine pretio est nulla; ita etiam locatio sine mercede, Castren. *dict.*
35 *cons.* 102. *num. 2. & per tot. ver. sed si quæritur, lib.* 1. † Declara; quia re-
uocatio fit nedum via actionis de contractu illicito, & sine causa
tam pro præterito, quam futuro, sed etiam officio iudicis nobili,
& ordinario, cum ad eum pertineat prouidere, ne fiāt illicitę ex-
actiones, extorsiones, venditiones sine pretio, locationes sine
mercede, &c. *l. illicitas. ff. de off. præsi.* Castren. *d. cons.* 102. *colum. 2. lib.*
36 1. † Et solutum sine causa repetitur. Castr. *d. cons.* 102. *num. 2. in fin.*
37 *lib.* 1. † Et meum, seu mihi debitum, si sine causa ad te peruenit,
possum repetere ex æquitate, *l. si me, & Titium. ff. si cert. pet.* Castr.
☞ *d. cons.* 102. *nu. 2. in fi. lib.* 1. Vide, *Causa iniusta, vel erronea. Concl.* 140.
38 Vide, *Confessio fit ad obligationem. Concl.* 635. † Limita, quando in
obligatione sine causa interuenit stipulatio vera; quia tunc valet
in vim donationis. Alexand. *cons.* 13. *Ex ijs quæ, n. 3. lib.* 1. vbi, quod
tunc non sufficit verbum, *promisit*, in scriptura à Notario positū;
39 quia concurrerent duo specialia. † Declara; quia confessio facta
pro resto, & saldo dicitur habere causam. Alex. *cons.* 4. *Circa pri-*
40 *mum, num.* 8. *lib.* 1. vbi apostill. *in ver. resto.* dat concord. † Contra-
rium dicit Alexand. *cons.* 3. *In causa, & lite, num. 2. ver. & primo, lib.* 2.
vbi, quod scriptura saldi est nulla, nisi exprimat causam, & dicit es-
* se communem; * quia causa est de solemnitate substantiali obli-
41 gationis. † Limita, quādo confessio, vel obligatio est facta ex certa
scientia; quia valet in vim donationis, & donatio præsumitur
pro causa saltem, vsque ad summam, pro qua valet sine insinua-
tione, vel valet in totum, quando est renunciatum cum iuramē-
to. Alex. *d. cons.* 4. *num.* 6. *ver. & prop dicta, cum seq.* maxime *num.* 8.
* *& 9. lib.* 1. vbi de * communi, & ibi dicit *nu.* 9. quod propterea est
adinuenta stipulatio ad effi cacius obligandum; vnde fideiussor
42 ex stipulatu obligatur sine causa, quādo est ex certa scientia. † Ex-
tende; quia quando obligatio est sine causa, & non cadit alia cō-
iectura, præsumitur causa donationis. Ioan. de Im. *cons.* 102. *num.*
13. vbi loquitur in eo, qui promisit releuare indemnem. Alexand.
43 *consil.* 157. *Viso themate, in fi. ver. plus dixit Bart. lib.* 6. † Contrarium,
quod potius præsumatur error, quam causa donandi, quando nō
est ex certa scientia. vide sup. *n.* 12. *ver. ratio,* & hanc tenet Alexan.
cons. 4. *Circa primum. nu.* 6. *& sequen. ver. & per prædicta, & n.* 8. *& 9. lib.*
*44 1. vbi de * communi. † Declara; quia refert, an simus in confes-
sione sine causa, an in promissione sine causa, quia promissio, qñ
fit à sciente, redditur efficax, vt valeat in vim donationis, non sic
in confessione sine causa, ita videtur distinguere Alexand. *d. cons.*
45 4. *n.* 6. *& seq. lib.* 1. † Limita; quia conditio in obligatione appoſi-
☞ ta habetur pro causa, prout in scommissis, etiam si sit causa im-
propria, valet obligatio. *l. à Titio. ff. de verb. oblig.* & ideo valet conu-
entio, & obligatio, si cras pluet, dabis decem; quia conditio ha-
betur pro causa. Castren. *in l. si quis cum debitorem. ff. de iureiur.* Paris
de Put. *in tract. de ludo. in 3. charta, in fi. sui syndicatus.* Alexand. *consil.*
46 40. *Super primo, num.* 12. *ver. super secundo, lib.* 4. † Hanc regulam po-
nit etiam Incertus Author post regulas Socin. *reg.* 14. *Promissio fa-*
cta sub conditione, vbi extendit, nedum si conditio affert cōmodū,
sed etiam si non affert commodum; secundo extendit etiam in
47 pacto nudo; quia conditio habetur pro causa. † Extende idem si
ostenderis mihi tale instrumentum, dabo decem, & si non oſten-
deris, tenearis ad 12. vel 15. quia conditio habetur pro causa. Affl.
48 *decis.* 389. † Extende; quia valet pactum, quod si diuiserimus bona
concorditer inter nos communia, portio se obligantis sit ad v-
sum fructum in vita sua, & post obitum suum spectet ad fratres;
quia est sub conditione; ergo ex causa. Alex. *d. cons.* 40. *n.* 12. *lib.* 4.

vbi apost. *in ver. conditione,* dicit * communem. † Declara apost. ad
Alex. *d. cons.* 40. *n* 12. *lib.* 4. vt procedat, quando causa est honesta,
videlicet conditio pertinens, alias secus. † Restringe; quando sic-
mus in casu, in quo, à iure limitata esset causa; quia conditio non
sufficit, Incertus Author post reg. Soc. *in reg.* 14. *Promissio facta sub*
conditione. Vide, *Scommissæ, seu ludus sub futura. Concl.* 72. † Limita qa
confessio sine causa valet, & exequi debet stante statuto, quod in-
strumentum mandetur exequutioni, nō obstante quacunq; ex-
ceptione. Alex. *cons.* 4. *n.* 10. *& seq. ver. vltra. lib.* 1. † Extende, vt idem
fit, quando adest guarentigia; quia dicitur præceptū iudici schar-
tulariij; ideo causam non requirit. Dec. *cons.* 682. *n.* 4. *& seq.* vbi
post. dat conc. pro vtraq; parte. † Contrarium tenet apost. ibi ad
Alex. *cons.* 4. *n.* 11. *lib.* 1. *in ver. causa,* quia dicitur, quod oritur ex vē-
tre, & in *additio. ad d. cons. Decij* 682. *in ver. sine causa.* † Limita in con-
fessione facta in iudicio; quia valet sine causa. Rom. *cons.* 373. *nu.*
ver. cæterum. & plenius *cons.* 290. *In casu proposito, n.* 7. vbi apost. *ver.*
dat conc. † Limita in obligatione liberatoria, puta de non mole-
stando, vel de non petendo; quia valet sine causa. Alex. *cons.* 195.
Perspectis, n. 7. *vers. item respondeo, lib.* 6. † Limita; quia si interuenit
geminata confessio, vel ét sola confessio sine causa, quæ semiple-
ne probat, deferri debet iuramentum in supplementum. Alex. *d.*
cons. 4. *col. fi. lib.* 1. *n.* 12. † Imo quod pactum sine causa inducens ad
obligandum, si sequitur obligatio, dicatur cum causa, & valida.
Alex. *cons.* 195. *n.* 6. *ver. plus. lib.* 6. † Et quod geminata cōfessio extra-
iudicialis probet sine causa, & obliget; quia habet vim iudicialis,
quæ obligat sine causa, Rom. plene *cons.* 290. *In casu proposito n.* 7. *v.*
bi plene apost. *in ver. determinat,* dat plurimos concord. & * dicit
comm. † Limita, quia bene sufficit causa quæcunq; persuasiua, &
seu impulsiua, licet non sit finalis. Alex. *consil.* 76. *Viso libello, n.* 3. *ver.*
ex ijs, lib. 6. vbi etiam loquitur in contractu innominato. † Extē-
eo si quis se obligat; quia concernit vtilitatem suam, vel quia fuit
procurator promisit, quod ipse se obligabit, cōtinet causam suf-
ficientem. Alex. *cons.* 195. *Perspectis num.* 5. *ver. nec prædictis obstat. lib.*
† Limita in obligatione iurata; quia valet sine causa. Decian.
consil. 72. *n.* 9. *lib.* 2. Dec. plene *cons.* 682. *num.* 8. Rom. *consil.* 373. *in*
casu proposito, num. 5. *ver. cæterum,* vbi reddit rationem; quia iura-
mentum habet vim contestationis litis, & sicuti confessio in-
dicio sine causa probat; ita confessio iurata, vbi apost. plena in *ver.*
adductionē. citat plurimos. † Extende de iure Canonico; quia licet
obligatio sine causa præsumatur erronea. Bart. *in l.* 4. *§. fin. ff. si qua*
cautio. tamen valet de iure Canonico propter fidē datam, quæ-
des habet vim iuramenti, vt *in c. si. de iureiur.* nor. Doct. † Limita in
instrumento guarentigiato; quia causa non est necessaria. Guido
de Suzar. *in tract. guarentig. n.* 4. *cū seq.* Barz. *in cons. tract. in* 10. 42. *ad*
pr. Rō. *cons.* 273. *col. fi.* Fel. *in c. si cautio. n.* 13. *in* 10 *fallen. de fid. instr.* Dec.
consil. 682. *nu.* 4. *& 5.* Bald. *in l. sicut. C. de repud. hered. & in l. si causam. C.*
de exequut. rei iud. Alex. *in apost. ad Bart. in l.* 1. *ff. de interrog. actio & ad*
cum de indebito. ff. de probatio. & est * communis opinio, vt per Fel. in
d. c. si cautio. in 6. *limit. de fid. instr.* † Extende maxime, quando in-
strumento narratur causa; quia fatur narratiuæ. Rom. *dict.* 273.
In casu. nu. 4. † Limita; quia licet scriptura, & confessio sine causa
non inducat plenam probationem; tamen inducit semiplenam,
quando extra iudicium. Rom. *d. cons.* 373. *nu.* 6. *ver. cæterum generā-*
ter. vbi plena apost. *in ver. dictum, & per tot. consil.* vbi, quod potest
deferri iuramentum in supplementum, si modica summa etiā ar-
bitrio iudicis. † Limita in fideiussione; quia valet sine causa, & si
non requirit causam aliquam. Decian. *d. cons.* 72. *nu.* 8. *lib.* 2. & vide
plura ad hoc *in ver. Fideiussio. Concl.* 291. Vide Conclusionem pro-
seq. Vide, *Confessio in iudicio facta probat, & operatur multa. Concl.*
641. Vide, *Confessio extra iudicialis. Concl.* 638.

Obligatio ex turpi causa, vel delicto non valet, & quando secus. Concl. 39.

OBLIGATIO, † seu promissio, quæ fit ex turpi causa, tacita vel
expressa non valet, *l. si plagij. ff. de verb. obligat.* † Tres sunt ex-
sus; Primus est, quando alicui fit obligatio, seu promissio, vt illi
talis non delinquat; & isto casu valet obligatio, sed obstat excep-
tio; quia licet causa non sit turpis; tamen recipiens turpiter fe-
cit; quia non debet abstineri à malo pretio, sed voluntate gra-
tuita. Bald. *consil.* 114. *Factum tale est. Picha. in princip. lib.* 4. † Secun-
dus casus est, quando alicui fit obligatio, vel promissio, vt delin-
quat; & isto casu nulla est ipso iure; quia tenditur ad crimen, &
causa est turpis. Bald. *d. cons.* 114. *in princ. ver. secundo casu, lib.* 4. † Ex-
tende in tantum, quod isto casu iudex debeat ex officio reuen-
di facere tales illicitas obligationes. Bald. *d. cons.* 114. *num.* 1. *in fin.*
lib. 4. † Adde; quia neque valet promissio indemnitatis delicti;
& iste potest dici alius casus, *l. si à reo, §. quod vulgo, ff. de fidiussor.*
Bald.

6 Bald.*conſ.*486.*Quando pro delicto, in princip. lib.* 4.† Extende; quia neque valet pactum, vel obligatio Regis Franciæ, quod quis poſſit impune delinquere in ſua iuriſdictione. Bald.*conſ.* 365. *Ad euidentiam præmittendum, in princ. lib.* 5.† Tertius caſus eſt, quando fit obligatio, vel promiſſio remunerationis cauſa, pro delicto, vel turpi cauſa; & iſta obligatio, ſeu remuneratio fit tribus modis, teſtãdo, promittendo, vel tradendo. Bald.*d. conſ.* 114.*num.* 2.*verſic. tertio caſus, lib.* 4.† Teſtamentum factum in perſonas non capaces ex turpi cauſa non valet. Bald.*d. conſil.* 114.*nu.* 2.*lib.* 4.† Extende; quia nedum non valet teſtamentum, ſed neque legatum ex turpi cauſa prohibita à lege Bald.*d. conſil.* 114.*nu.* 2.*ver. item in legato, lib.* 4.† Reſtringe; quia bene valet teſtamentum in perſonas capaces ex turpi cauſa; prout in concubinam. Bald.*d. conſ.* 114.*numer.* 2.*verſic. ſed teſtando, lib.* 4. ibi tamen dicit, quod non eſt cauſa turpis damnata à lege hoc caſu.† Declara; quia nõ procedit in militibus, qui debent maiori honeſtate fulgere. Bald.*d. conſ.* 114.*n.* 2.*ver. fallit, lib.* 4.† Promiſſio remunerandi cauſa delictum, vel actũ ex turpi cauſa non valet. Bald.*d. conſ.* 114.*num.* 2.*ver. promittendo, lib.* 4.† Traditio facta ex turpi cauſa pro remuneratione delicti non obligat de euictione, licet tranſeat dominium. Bald.*d. conſ.* 114.*n.* 2.*verſ. tradendo, lib.* 4. Vide, *Obligatio ſine cauſa, &c. Concl. prox. præced.*† Quartus caſus eſt, quando obligatio fit de eo, quod eſt contra bonos mores, & contra iura naturæ, vel diuina, aut gentium, vel etiam ciuilia; & iſto caſu obligatio eſt nulla, neque datur actio. Angel. *conſil.* 234.*Punctus eſt, ſtatuto Communis, n.* 2.*ver. & licet ſtatutum.*† Extende in tantum non valere obligationem circa prohibita de iure naturæ, diuino, vel gentium, vt neque ſtatutum poſſit inducere obligationem; & ideo ſi ſtatutum, prout eſt Florẽtiæ, diſponit, quod omnis obligatio guarentigiata exequatur, non obſtãte exceptione doli, metus, vis, fraudis, & quod debitor non audiatur, niſi doceat de ſolutione inſcriptis, tale ſtatutum non haberet locum ſi obligatio eſſet contra ius diuinum, vel naturæ, aut gentium. Ang.*d. conſ.* 234.*n.* 2.† Reſtringe; quia bene tale ſtatutũ Florentiæ habebit exequutionem, licet contineat obligationem à iure poſitiuo prohibitam, prout ſi ſunt cõfeſſatæ arrhæ pro matrimonio, & promiſſæ reſtitui; quia licet confeſſio arrharum ſit prohibita; de iure tamen obligatio de reſtituendis arrhis confeſſatis hoc caſu valet, & danda eſt exequutio. Ang.*dict. conſ.* 234.*per tot.* vbi diſtinguit inter prohibitum à iure poſitiuo, vel iure gentium, & diuino.† Quintus caſus eſt, quando aliquid promittitur, qui ex officio tenetur facere, vt illud faciat, prout ſi promittitur iudici ſumma cẽtum, ſi faciat decapitare certum carceratum; quia licet fecerit decapitare iuſte; tamen promiſſio dicitur ex turpi cauſa, & non valet. Caſtr.*conſ.* 169.*Viſo. n.* 1.*lib.* 2.† Regula igitur eſt, quod obligatio pro delicto, vel turpi cauſa cõmittendo non valet, *d. l. ſi plagiu. ff. de verb. oblig.*† Extende, vt etiam iuramentum nihil operetur. Bald.*conſ.* 379.*Retentis aliis. in fi. lib.* 5. vbi, quod ex illicitis pactionibus etiã iuratis non poteſt acquiri.† Extende; quia neque valet compromiſſum ſuper pœna delicti de futuro; ſecus de præterito. Bald.*conſ.* 97.*Proponitur, quod, nu.* 2.*verſ. ſuper alio. lib.* 5.† Amplia; quia obligatio ex cauſa mutui, vel alias facta, ad effectum, vt quis intret in ſeditionem, vel rebellionem, vel ferat bannitus, & rebellis, neq; habet aliquã exequutionem. Bald.*d. conſ.* 114.*Factum tale eſt, Picha, per tot.* maxime *n.* 2.*ver. nunc reuocato, lib.* 4.† Amplia; quia non valet etiam obligatio fideiuſſoria de releuando indemnem à pœna delicti, quãdo facta eſt, vt delictũ committatur, *l. ſi à reo.* §. *quod vulgo. ff. de fideiuſſ.*† Amplia; quia non valet depoſitum factum, & promiſſio de conſignando depoſito alicui habenti magiſtratum, ſi magiſtratum dimittat. Bald.*conſ.* 378.*per totum. lib.* 5. vbi, quod depoſitum debet reſtitui deponenti; quia melior eſt conditio poſſidentis in pari cauſa turpitudinis.† Limita; quando obligatio ex parte recipientis eſſet ſine dolo, & ex parte promittentis eſſet dolus, prout ſi magiſter mandat ſcholari ſuo, vt delinquat; quia ipſum releuabit à pœna; quia obligatio valet, ex quo diſcipulus dolo fuit circumuentus. Bald.*d. conſ.* 486. *Quando pro delicto, per tot. lib.* 4.† Limita; quia bene valet compromiſſum, & obligatio ſuper pœna delicti præteriti, licet non valeat ſuper pœna delicti futuri. Bald.*conſ.* 97.*Proponitur, quod. n.* 2.*verſ. ſuper alio, lib.* 5. Vide, *Conditio impoſſibilis, &c. Concl.* 591. Vide, *Matrimonium debet eſſe, &c. Concl.* 133. Vide, *Turpitudo cauſæ, quando, &c. Conclu.* 405.

Obligatio Cameralis quas exceptiones admittat, vel non. Concl. 40.

regulares, & constitutio loquens generaliter de dignitate, licet odiosa sit, continet omnem dignitatem. Fed. de Sen. *conf.* 25. *num.* 43 3. & 4. † Limita; quia licet dispensatio de sui natura sit odiosa; tamen quando non est derogatoria iurisdictionis ordinariæ, non restringitur contra propriam verbi significationem. Calder. *conf.* 245. *circa princ. ver. dispensatio autem*, alias 24. *de præben.* Dec. *conf.* 113. 44 *num.* 6. † Extende in priuilegio exemptionis, & contra ius tertij; quia non receditur à proprietate verborum. Dec. *d. conf.* 113. *num.* 45 5. *& seq. & per tot.* † Contrarium; quia in materia pœnali, in qua fit restrictio, verba non capiunt illam latam significationem, quã ex proprio, & lato significatu verborum habere possunt. Alexan. *consil.* 28. *Omissis, num.* 3. *in fin. lib.* 1. vbi dicit valde attendendum, & notandum, & idem dicit in materia dispensabili, *consil.* 57. *Attin-* 46 *gam. col. penult. ver. item, lib.* 2. † Limita, quia dispositio odiosa, & pœnalis extenditur, & iudicatur fauorabilis, quando prouidetur saluti animarum ex tali pœna, vel odio. Ioan. Andr. *in cap. ex tenore de clandest. desponsa.* Gemin. *conf.* 66. *col. fin. in princ. ver. sed Ioan. Andr. & num.* 6. vbi declarat hoc procedere in ijs, in quibus fit prouisio saluti animarum; in alijs vero secus. Petr. de Anchar. *consil.* 304. *Ista allegata, num.* 3. Ioan. de Imol. *consil.* 123. *num.* 3. Felin. 47 *in cap. auditis, num.* 32. *de præscriptio. cap. iuuenis. de sponsal. c. ad audien-* *tiam. de homicid.* † Extende; quia in materia peccati vitandi correctoria dispositio extenditur. Ioan. de Imol. *d. conf.* 123. *num.* 3. incip. 48 *In causa. quæ vertitur.* † Idem in eo, qui confitetur se vsurarium, non debet intelligi de modico tempore, vt consulatur animæ il- 49 lius, sed toto tempore vitæ suæ. Anchar. *conf.* 194. † Contrarium tamen videtur velle Gemin. *conf.* 77. *circa fin.* vbi, quod lex improbiu infamans vsuriũ debet intelligi de vsurario, vltra quinquagesimas vsuras, prout loquitur ille text. non autem in aliis vsurarijs. † Limita; quia licet *cap. de mulcta, de præb.* sit pœnale, & odiosum; quia tamen prouidet fauori Ecclesiarum, ex identitate 50 rationis extendi debet. Gem. *conf.* 106. *num.* 2. *ver. non obstat, si dicatur.* † Limita, quando ius nouissimum est correctoriũ iuris mediũ, & reducit nos ad ius primæuũ, Alex. *conf.* 75. *videtur n.* 5. *ver. pro* 51 *hoc, lib.* 5. vbi apost. *in ver. larga.* † Extende; quia imo talis dispositio, per quam corrigitur ius medium, vt reducamur ad ius antiquum, dicitur fauorabilis, amplectenda, & extendenda. Alex. 52 *dict. conf.* 227. *Ponderatis, nu.* 7. *lib.* 6. † Limita; quia statutum, quantumcunque correctorium, tantum extendi debet, quantum se extendit dispositio correcta. Signor. Homod. *conf.* 37. *Facto sic pro-* 54 *ponitur, num.* 7. Vide, *Correctio tantum, &c. Concluſ.* 1038. † Limita; quia omnis restrictio odiositatis dicitur fauorabilis; quia contrarium est odiosum, per locum à contrarijs. Ægid. Bellam. *conf.* 55 34. *n.* 2. *ver. item facit.* † Limita; quia statutum pœnale, quando pœna respicit fauorem reipublicæ, extendi debet tanquam fauorabile, ad casum improprium, & fictum; quia si loquitur in delinquente, habebit locum etiam in mandante. Rom. *conf.* 105. *Viso, n.* 56 2 & 3. vbi late. † Extende, qñ agitur de pœna imponenda pro iniuria grauj; tunc lata fit interpretatio. Bolog. *in addit. ad conf. Io. de an.* 59. *n.* 6. *ver. præterea*, allegat *clem.* 2. *de vit. & honest. clericor.* & glosſ. 57 *ibi m ver. beneficiorum.* † Extende; quia canones inducentes pœnã priuationis contra obtinentes curata beneficia, & nõse promouentes ad sacros, non dicuntur pœnales; neque odiosi, sed fauorabiles; quia prouidetur saluti animę, & virtuti clericorum principaliter. Petr. de Anchar. *conf.* 304. *Ista allegata, num.* 3. *ver. nec ob-* 58 *stat, si dicatur.* † Contrarium tenet per plura Ancharan. *conf.* 59. *In publicis relationibus, per tot.* vbi, quod dispositio *cap. de mulcta. de præben.* & similium, tanquam pœnalia, & odiosa; quia corrigunt ius antiquum, non extenduntur, sed restringuntur ad terminos, in quibus loquuntur, idem maxime *n.* 5. Oldrad. *conf.* 67. *per tot.* Cal- *lud. dec.* 1. *de constitut.* vbi, quod debet esse contenta suis terminis, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin.* Bal. *in l. illud, col.* 2. *ver. istud est notan-* 59 *dum. C. de sacros. Eccles. n.* 4. † Declara; quia silex, vel decretum, aut constitutio sit fauorabilis, & late propterea extendenda, illud, p- cedit in parte non pœnali; quatenus vero inducitur pœna, vel correctio, in ea parte dicitur odiosa, & fit restrictio, ita Bertazz ol. *conf.* 151. *num.* 28. allegat Soc. *conf.* 275. *colum.* 5. *circa med. lib.* 2. Ias. *in* 60 *l. fin. num.* 3. 6. & 7. *ff. de constit. princip.* Alciat. *in l. si quis maior. C. de transact. num.* 1. Cagnol. *num.* 32. Bald. *d. l. illud. num.* 4. *C. de sacros. Ec-* *cles.* vbi, quod quantumcunque lex sit fauorabilis quoad pœnam est odiosa, vbi apost. allegat eundem Bald. *in l. ab exequutione, C.* 61 *quor. appell. non recip.* † Declara plenius per Bald. *in l. venia, C. de in ius vocand. nu.* 3. *ver. in glos. quæ incipit.* vbi ponit declarationem præcedentem Iacobi de Beluiſ sed ipse dicit aliter, videlicet; aut prohibitio considerat qualitatem facti, & apponitur pœna; & tunc pars pœnalis dicitur odiosa, licet fauore publico sit facta lex; si vero considerat qualitatem personæ, & imponat pœnam, si materia est fauorabilis, etiam lex, & pœna extenditur: ponit exemplum masculi extantes excludunt fœminas, statutum respectu masculorum est fauorabile, respectu fœminarum est odiosum: igitur si loquitur statutum, quod filii masculi excludant fœminas, verum est, q. etiam filii filiorum masculi ex masculis excludunt fœminas: ex parte vero fœminarum, si excludatur filia, non excludetur neptis ex filio; quia quoad fœminas est odiosum. Vide cum; quia pulchre loquitur. † Declarat etiam Alex. *consil.* 207. 61 *Ponderatis, n.* 21. *& seq. ver. non obstat quinto, lib.* 6. quia distinguẽdum, ad statutum sit præter ius, vt quia ius commune non contradicit, vel secundum ius, & licet de se statutum sit strictiuris, & intelligendum sit secundum propriam significationem; tamen si continet materiam fauorabilem, extenditur istis duobus casibus ad casum improprium; quia venit sub lata significatione, & ad casum fictum; si vero statutum est correctorium iuris communis, etiam quod contineat materiam fauorabilem, non extenditur ad casum improprium, qui sub lata significatione venit, neq; ad casum fictum, & dicit magis* communem *nu.* 22. & dat exem- * pla. Fallit primo, quando in statuto expressa esset ratio; quia vbi militat, ibi loquitur statutum, *n.* 25. *ver. præterea secundo fallit*, quando omnino eadem ratio militat in casu extenso, q militat in casu expresso, alias non, *n.* 24. *ver. non obstat.* Tertio fallit in æquiparatis à lege antiqua; quia statutum loquens in vno ex æquiparatis habet locum in alio, quando loquitur de illa materia, in qua fit æquiparatio, alias non, & ibi apost. *in ver. materia*, dat concord. † Limi- 62 ta; quia qñ materia est odiosa, odio rationabili, lex loquens per verbum, *Si quis*, comprehendit etiam fœminas, quando respicit maxime fauorem publicum, vel salutem animæ. Curt. Sen. *in re-* *pet. l. si quis maior. C. de transact. n.* 12. † Limita; quia in correctoriis, 63 & odiosis, ac pœnalibus non receditur à verbis, & propria significatione, neque à dispositione clara; & ideo licet non fiat extensio; non tamen non receditur à verbis, & à propria significatione verborum, apost. ad Alexand. *consil.* 197. *Visis, in princ lib.* 7. *in ver. fauorabile.* Vide, *Verba secundum propriam. Concl.* 91.

Odiosæ personæ excluduntur quoad multa. Concluſ. 68.

IN † dispositione testatoris vocante illos de domo sua, non com- 1
prehenduntur odiosi ipsi testatori. Alexand. *consil.* 213. *Ponderatis, nu.* 4. *ver. fortificatur, lib.* 6. † Extende in dispositione conferente beneficia; quia non comprehendit personas odiosas regulariter. Alexand. *consil.* 99. *Visa inquisitione, nu.* 2. *lib.* 6. † Declara tamen; 3
quia odiosæ personæ, prout Iudæi, veniunt in dispositione fauorabili illis à iure concessa. Alexand. *d. consil.* 99. *num.* 14. *& seq. verſic.* *nec obstat, quod Iudæi, lib.* 6.

Offensa quid sit. Concl. 69.

OFFENSA † dicitur quicquid fit, ex quo potest agi actione in- 1
iuriarum, hoc est omne, quod potest trahi ad maleficium. Bald. *consil.* 195. *Laudare vos, colu.* 2. *circa fin. ver. sed contra hoc objcitur. lib.* 2. † Duplex est offensa; vna, prout sonat in delictum, quæ po- 2
test puniri; alia est, quæ prouocat ad iracundiam, & hæc non est punibilis. Castr. *consil.* 255. *Viso supradicto puncto, col.* 2. *ver. ijs non obstantibus, lib.* 1. † Contrarium tenet Bart. *consil.* 188. *Statuto Castri* 3
Plebis, in princ. lib. 1. vbi, quod omnis actus, ex quo quis ad iracundiam prouocatur, dicitur offensa, sed per homicidium prouocatur ad iracundiam; ergo homicidium dicitur offensa. † Declara; 4
quia Castrensis loquitur de iracundia, quæ stat in terminis meris iracundiæ, dum dicit, quod non est punibilis, iuxta illud: Irascimini, & nolite peccare. † Amplia; quia offensa dicitur omnis ac- 5
tus, ex quo pœna infligi potest, & importat etiam homicidium inclusiue. Bart. *d. consil.* 188. *Statuto, in princ. lib.* 1. & ibi apostl. *in ver.* *Statutum*, dat concor. † Extende; quia iniuria verbalis dicitur of- 6
fensa, apost. ad Bar. *d. consil.* 188. *in ver. offensio, lib.* 1. † Et multo magis 7
iniuria personalis dicitur offensio, apost. vbi sup. † Et offensa, seu 8
verbum, offendere est dubium, & potest pluribus modis intelligi, vt de leui, & de graui secundum subiectam materiam. Menoc. *q* 90. *n.* 30. *& seq.* † Limita; quia qui promisit non offendere sub 9
pœna, quod non incurrat pœnam ob modicam offensam verbalem, vel realem etiam vrtando, tenent plures, quos citat Moron. *de treuga & pace, q.* 172. *per tot. cum seq.* vbi distinguit, quando e con- tra. † Contrarium Vulpell. *consil.* 51. *in fin.* vbi pro vtraque parte, 10
an ex solo insultu cum admenatione inducatur offensa. † Decla- 11
ra; quia statutum mandans caueri de non offendendo inter inimicos, videlicet, vt consanguinei interfecti caueant de non

offendendo consanguineos interfectoris, est odiosum, ideo stricte intelligendum, videlicet si constat de inimicitia; item si constat, quod sint consanguinei, & in quo gradu; quia restringitur ad consanguineos regulatæ successionis. Petr. de Anchar. *cons.* 52. *Pro clariori decisione.*

Offensa quando dicatur in personam, vel in rem. Concluſ. 70.

1 OFFENSA † dicitur in personam, quando tangitur ipsa persona. Vide *Concl.* 274. *n.* 7. & *n.* 38. *Percutiens clericum, tom.* 6.

Offendere non licet aliquem, sed defendere permissum est Aduocatis, & procuratoribus. Concl. 71.

1 CHRISTOPHORVS † Castillion. *cons.* 7. *Visis prius, num.* 17. dicit defendendo Priorem Sancti Ambrosij Mediolani à crimine læsæ maiestatis in Ducem secundum, dicit, quod veræ sunt allegata, nec si aliud de iure foret, consuleret vllo modo; nunquam enim in causa criminali aduersus reum consulere volui;
2 imo iustitia mediante ad eius defensionem tantummodo. † Castren. *consil.* 203. *Quantum ad primum, in fin. libr.* 2. Ego vltra non me extendo; quia non est de more Doctorum consulere in causis criminalibus ad offensam, maxime, vbi agitur de personali pœna.

Offensa impune permissa multa operatur. Concluſ. 72.

1 OFFENSA † si est permissa impune contra delinquentem, operatur, vt contra eum competat, nedum peremptoria exceptio, ne audiatur, sed & dilatoria. Feder. de Sen. *consil.* 271. *in fin.*
2 *ver. item hæc verba.* † Amplia; quia si statutum permittit bannitum posse impune offendi, poterit etiam impune interfici; quia offensio importat omnem actum, ex quo pœna resultat; ergo etiam homicidium. Bart. *consil.* 188. *Statuto Castri Plebis, in princip. lib.* 1. vbi apostil. *in ver. statutum.* dat concord. & dicit ita fuisse decisum Bergomi, tempore D. Francisci de Scala Domini Bergomi,
3 & Bononiæ. † Extende; quia vbi non est pœna, ibi non est offensa. Bartol. *in* 1. *quæst. Lucanæ Ciuitatis, ver. è contra, num.* 19. *in fin.* vbi, quod illud dicitur esse offensa, quando imposita est pœna alias non.

Offendens dominum, & iudicem, quando ab eodem puniri possit. Concl. 73.

1 OFFENDENS † dominum habentem iurisdictionem, vel iudicem, quando possit ab eodem offenso puniri, & quando non distingue; aut offensa fuit facta dignitati, & tanquam officiali vel superiori, & potest puniri; aut tanquam priuatæ personæ, & secus, ita Oldrad. *cons.* 7. *Quædam maledicta, per tot.* Vide, *Iudex offensus quando possit. Concl.* 402.

Offensa si permittitur certis casibus, qualiter intelligatur. Concl. 74.

1 SI † permittitur offensa certis casibus; prout; si patri permittitur occidere filiã deprehensam in domo sua in adulterio, potest etiam illam fugientem extra domum occidere. Alexan. *cons.*
2 24. *Animaduersis, num.* 25. *ver. nam lex permittebat, lib.* 2. † Idem, si statutũ permittat, quod possessor possit offendere ingredientẽ possessionẽ suã, poterit etiam ingressum, & fugientem extra possessionem offendere. Bald. *in l. quod ait, §. fin. ff. de adul.* quem refert, &
3 sequitur Alexand. *d. cons.* 24. *num.* 26. *ver. quia imo, lib.* 2. † Item, si statutum permittit domino domus, quod possit occidere ingrediẽtem domum suam de nocte, poterit, etiam si ingrediens domum de nocte aufugiat, illum offendere extra domum fugientem. Alexand. *d. cons.* 24. *nu.* 24. *& seq. ver. vltimo non obstat, lib.* 2. & maxime
4 *n.* 28. vbi latissime. † Declara tamen; quia prædicta procedunt, dummodo in continuatione, & prosequutione non sit diuersa ratio, veluti si insequeretur eum, qui potest offendi ex statuto extra territorium statuentium, ita Alex. *d. cons.* 24. *n.* 28. *ver. voluit enim dicere, lib.* 2. vbi apost. *in ver. alieno.* dat plurimos concord. & plenius *n.* 28. vbi apostil. *in verb. alieno.* dat concord. Vide, *Captus in alieno territorio. Concluſ.* 72. Vide, *Continuatio actus, vel delicti. Concluſ.* 978. Vide, *Principium. & finis quando. Concl.* 704.

Offensa manifesta quæ dicatur, & impediat absolutionem excommunicati. Concl. 75.

MANIFESTA † offensa, quæ impediat absolutionem excommunicati, non dicitur, licet cõstet hodie, quod excommunicatus, non paruit, sed debet esse manifesta tempore excommunicationis, alias absolui debet. Oldr. *consil.* 93. *num.* 9. *ver. sed ad id.*
† Amplia; quod manifesta offensa non dicitur, quando quis non in forma iudicii, sed extra iudicium fuit iussus, & ob contemptũ excommunicatus; quia debet esse iustus in iudicio, ad hoc vt detur offensa manifesta. Oldrad. *cons.* 93. *num.* 9. *vers. sed ad id.* † Amplia; quia non dicitur manifesta offensa, quando excommunicatus habuit iustam, vel probabilem causam non impediendi. Oldr. *d. cons.* 93. *Magister ordinis, num.* 9. *d. ver. sed ad id.* † Amplia, quando habuit iustum timorem incurrendi aliquam pœnam temporalem, vel infamiam; quia debet absolui cum cautione. Oldrad. *d. cons.* 93. *per tot.*

Offerre qui creditores possint, & quis præferri debeat inter plures. Concluſ. 76.

SECVNDVS † creditor hypothecarius potest offerre primo creditori. Vide Cõclusionem proxim. seq. † Primus creditor hypothecarius multo magis potest offerre secundo Bart. *in l.* 1. *C. qui pot. in pign.* per *l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solui.* Afflict. *decis.* 259. † Pares creditores hypothecarij si agant ad eandem rem, vnus potest alteri offerre, per text. *in l. cum tibi. C. qui pot. in pign.* ita Castren. determinat per illum text. *in l. vnica in fin. C. de priuil. dot.* vbi, quod imo in sententia adiudicationis pro parte cuilibet facienda debet iudex reseruare ius offerendi.
† Possessor quilibet potest offerre cuicunque creditori agenti hypothecaria contra eum, etiam si esset iniustus possessor. Afflict. *decis.* 259.

Offerre potest secundus creditor hypothecarius priori creditori, qualiter, & quando secus. Concluſ. 77.

CREDITOR † secundus potest offerre primo creditori, & liberare pignus inuito ipso primo creditore, etiam non obstante exceptione discussionis. Bald. *cons.* 25. *In quæstione vertente, nume.* 3. *ver. quartum dubium, lib.* 1. vbi, quod eo casu tenetur primus cedere iura sua secundo creditori, & liberare pignus, quiloquitur, quando primus possidebat pignus, & contra oblatorem secundum creditorem excipiebat de discussione bonorum debitoris. *l.* 1. *& l. qui prior. ff. qui pot. in pignor. §. fin.* Negus. *de pignor. in* 3. *membro quinta part. princip. numer.* 21. Bald. *in rubr. C. de priuileg. dot. col.* 4. *ver. item scias, quod prior.*
† Sed an teneatur primus cedere iura contra seipsum, puta si fuit creditor posterior ex alia causa, sed prior ipsius, cui cedit. Vide *Cedens. Concluſ.* 182. † Extende; quia secundus creditor offerens primo creditori hypothecario creditum suum cum expensis, & deponens confirmat sibi pignus, & hypothecam, *l. secundus creditor. C. de pignor.* & cibi Salycet. † Extende; quia tamen poterit retinere ex alia causa, si sibi non offeratur, etiam aliud creditum non hypothecariũ. *l.* 1. *C. etiam ob chirogr. pecun.* † Extende maxime Florẽtiæ, vbi hoc disponitur per statutum *rub.* 58. *lib.* 2. *de præcep. de lib. gumb. ver. & si quis habuerit à Curia.* † Extende; quia secundus creditor potest offerre primo, & ab eo impetrabit cessionem iuris absque lite, & absque controuersia. Bald. *in rubr. Cod. de priuileg. dot. colum.* 3. *versic. item scias.* † Extende; quia si primus creditor, cui fit obiatio, recusat cedere iura tertio possessori, vel secundo creditori facto depositio iura habentur pro cessis, & offerens, & deponens intrat in ius primi absque cessione. Vide, *Cessio iurium debet fieri. Concluſ.* 211. † Declara tamen, vt intelligatur de creditore habente hypothecam tacitam, vel expressam; quia habens personalem tantum non offerret. Bald. *consil.* 40. *numer.* 7. *ver. decendum, lib.* 1. quod declara vt *in ver. Offerre quando possit creditor. Concluſ.* 79. † Amplia, vt procedat, etiam si creditor prior fuerit per-
gra-

gnus venditum à debitore, vel liberatum; quia adhuc secundus creditor poterit offerre creditum ipsi priori, & liberare rem emptam. *l. 1. C. si antiq. creditor.* vbi Bart. & alij. Afflict. *decis. 16. per totam.* Castren. *consil. 311. num. 2. ver. videndum est. lib. 2.* † Extende, etiam si debitor vendiderit primo creditori, & primus alteri; quia si non est facta venditio iure creditoris; semper secundus offert. Afflict. *decis. 16. per totam.* † Amplia, vt procedat etiam, quando pignus fuit venditum à primo creditore, etiã fisco priore alicui tertio, sed non solemniter, & seruatis seruandis; quia secundus poterit offerre huic emptori. Bald. *cons. 25. num. 4. ver. quintum dubium. lib. 1.* Afflict. *decis. 16.* † Declara tamen, quod si primus creditor offerat secundo offerenti, præfertur primus, non secũdus. Bald. *cons. 84. Præmittendum est, num. 4. vers. ex hoc sequitur, lib. 3.* Afflict. *decis. 259. per totam.* Castren. *consil. 311. colum. 2. in fin. lib. 2.* † Vide omnino Castren. *consil. 311. col. 2. in fin. ver. & si dicatur, lib. 2.* vbi opponit, quod primus possidens non offert secundo; sed retinet, si non possidet, auocat ex prioritate; igitur non tenetur, sed respondet, quod ex necessitate non tenetur offerre, sed ex voluntate sic, vt quia ob affectionem rei potest repellere secundum offerentem eidem secundo offerendo, & præfertur. † Restringe declarationem; quia procedit, quando primus creditor possidet; quia præfertur secundo offerenti, si ipse primus offert secundo; sed è conuerso si secundus creditor possidet, & primus, vel offert secundo; vel vult ratione prioritatis auocare possessionem, si ipse secundus offert primo, præfertur, sed si primus ipse replicat secundo, volo ego tibi offerre, non tu offeras, mihi videtur, quod is, qui possidet, semper præferatur, siue sit primus, siue secundus creditor; quia possessor semper est melioris conditionis; pater; quia etiam si nullam habeat hypothecam, excludit habentem hypothecam potiorem ex sua oblatione. Castr. plene *d. consil. 311. colum. 2. circa fin. ver. nam possessor. lib. 2.* † Et oblatio, quæ non fuit facta in prima instantia, potest fieri in secunda, & tertia. Afflict. *decis. 16. in fin.* † Amplia; quia etiam iniustus possessor potest offerre, & rem possessam liberare. Afflict. *decis. 259. in fin. Si mulier. ff. qui potio. in pign. l. Paulus. §. 1. ff. quib. mod. pign.* Castren. *in l. si res obligata. num. 4. ff. de leg. 1.* Negus. *de pignor. in 3. membr. 5. par. num. 25. ver. secundo principaliter.* & ratio est; quia satisfacto creditore omnia acta, & actitata reseluuntur, & causa reducitur ad non causam, vt per Bald. *in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest.* Bartol. *in d. l. Paulus. §. final. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solutur.* † Differentia tamen est; quia licet tam iustus, quam iniustus possessor possit æqualiter offerre; tamen iustus importat cessionem iuriũ ab inuito creditore; iniustus vero non. Bald. *consil. 109. in princip. lib. 3.* † Extende, vt quilibet possessor possit offerre pro liberandis bonis, quæ possidet, quando molestatur in iudicio, & impetrat iurium cessionem, *d. l. mulier. ff. qui pot. in pignor.* qui text. proprie loquitur, quando secundus creditor est molestatus in iudicio ratione rei per eum possessæ, & hæc procedunt nedum in iusto possessore, sed in iniusto, *d. l. Paulus. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. soluit.* † Extende; quia si creditor non vult recipere facta consignatione, & depositio liberatur; quia depositum hoc casu habet vim veræ solutionis, *l. creditor, cum ibi not. Cod. de pignor.* Bart. *in l. Aristo, in 1. quæst. ff. quæres pignor. obligar. poss.* Bartol. *in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* text. *in l. obligatione. C. de solutio.* vbi gloss. & Bald. † Et quod facto depositio iudiciali per tertium possessorem liberetur. gloss. per illum text. *in l. acceptam. C. de vsur.* † Extende; quia etiam depositum partis cum compensatione alterius partis liberat possessorem bonorum. Negus. *de pignor. in 5. parte, in 3. membro, numer. 164.* per text. gloss. & Doctor. *in l. inuicem. C. de compens.* † Extende; quia hæc oblatio fieri potest nedum ante sententiam, sed etiam post sententiam. Speculat. *in titul. de obligat. & solut. §. 1. ver. quid si.* Bart. *in l. si stipulatus fuero decem in melle, ff. de ver. obligat.* † Extende; quia si concurrant creditores hypothecarij in offerendo, præfertur semper is, qui possidet. Socin. *consil. 135. Supradictum, vltim. colum. lib. 2.* Extende; quia si duo creditores hypothecarii concurrant, præfertur is, qui possidet. Vide, *Hypothecarii creditores. Conclus. 130.* † Extende, vt multo magis mulieri agenti possit secundus creditor offerre, & dotes, & expensas, & si recusat mulier recipere facto deposito in illius contumaciam confirmatur ius secundi offerentis. *l. 1. C. qui pot. in pign. hab.* quia secundus offerens primo creditori confirmat ius suum. *l. 2. C. de pignor. l. prior. C. qui pot. in pignor.* vbi, quod per tale depositum secundus succedit loco primi sine cessione. *l. si potiores. C. de iis, qui in prio. credit.* licet dicãt, quod fit cessio de stylo † Amplia; quia ius offerendi secundo creditori competit aduersus primum, etiam si primus creditor sit fiscus, vel Respub. *l. si prior. C. de pign.* † Limita, qñ mulieri fit restitutio dotis ob vergentiam mariti ad inopiam; quia non est vera restitutio. Afflict. *decis. 199.* vbi pro vtraque opinione, & hanc tuetur cum declaratione, vt ibi. † Limita; quia non sufficit oblatio non integra; ideo si secundus creditor vult offerre vsufructuario habẽti priora iura, debet offerre nedũ pro vsufructu præterito, sed ẽt pro futuro. Ang. Aret. *cons. 156. In causa, num. 7. & seq. vers. nec obstat.* † Contrarium videtur tenere Bart. *cons. 8. Domine Thoma, n. 2. & seq. lib. 2.* vbi si secũdus creditor offerat priori possessori, tenetur prior cedere iura secundo soluenti tam hypothecaria, quam ẽt personalia, si in oblatione petat hoc; quia est consilium legis, vt ibi Bart. † Limita, quando pignus fuisset venditum, non à debitore creditori priori, sed ab ipso priore creditore, seruatis seruandis, vel vigore pacti; quia tũc res liberatur à secundo creditore; quia tunc res fingitur exiisse ex bonis debitoris à principio, & non esse obligata secundo. Bald. *d. cons. 25. ver. quartum dubium. lib. 1.* Afflict. *decis. 187.* † Restringe; quia imo potest secundus creditor hypothecarius offerre primo creditori, cui res hypothecata fuit data in solutum, *l. 1. C. si antiq. cred.* vbi Salycet. sequitur Negus. *de pignor. in 3. memb. 5. part. princip. in princ. ver. & primo amplia.* quod intelligе, quando secundus habebat hypothecam tempore dationis, alias non. † Limita; quia iuri offerendi præscribitur spatio triginta annorum contra hypothecarium, & chirographarium præscribitur spatio quorum, vel quatuor annorum. Bald. *consil. 84. n. 4. vsque in fin. lib. 3.* Vide, *Ius offerendi quanto tempore. Conclus. 593.* Limita; † quando tertius non creditor, vel etiam creditor, sed non hypothecarius offerret; quia licet possit offerre; non potest tamen compellere primum, vt cedat iura sua. Bald. *cons. 190. Consiliũ prædictum, circa med. lib. 5.* vbi dicit communem. * † Limita; quia secundus creditor non potest offerre primo creditori post adiudicationem sibi factam. Castren. *in l. si finita. §. postea. ff. de damn. infect.* Angel. Aret. *cons. 56. In causa illius. num. 14. ver. præterea multum aduertendum, & in fi.* vbi dicit esse text. *in d. l. 1. C. si antiq. credit.* † In contrarium, quod imo secundus creditor possit offerre primo, etiam post adiudicationem à primo obtentam, facit text. *in l. 2. & 3. ff. de distract. pignor. d. l. 1. C. si antiq. cred.* vbi Cyn. & Bald. per illum text. dicunt, quod licet emens à primo creditore intercedente tutus sit contra omnes creditores posteriores; si tamen primus creditor emerit, vel in solutum acceperit, non erit tutus aduersus sequẽtes, & ita consuluit Bald. *cons. 108. lib. 3. & consil. 282. Præmittendũ, ver. ex hoc sequitur.* vbi dixit, secundum creditorem hypothecariũ posse offerre priori, cum res eidem est data in solutum, & rem auocare per hypothecariam, nisi è contra possessor offerat actori, *l. mulier. ff. qui potior. in pignor. hab. l. Paulus. cum ibi not. at. ff. quibus modis pign. vel hypoth. solui.* & pulchre de hac re Castren. *in l. si res obligata, vers. & aduerte ad istum articulum. ff. de leg. at. 1.* Afflict. *decis. 16.* † Et ita pro contrario, quod secundus possit offerre primo, etiam si primus obtinuerit cum secundo in rei vẽdicatione, vel rem sibi adiudicari, vel à debitore vendi, plene Castren. *consil. 311. Super eo, col. 2. nu. 2. vers. videndum est ergo, lib. 2.* † Imo è conuerso si secundus creditor egit contra primum non hypothecaria, neq; ex iure offerendi, sed ex rei vendicatione; & succubuit post succumbentiam in isto iudicio, poterit ipse secũdus creditor, qui succubuit, agere hypothecaria, & offerre ipsi primo. Castr. *d. cons. 311. col. 2. ver. videndum, cum seq. lib. 2.* † Declara omnes ampliationes, & limitationes procedere, quando debitum durat, tam pro primo, quam pro secundo creditore; secus si esset sublatum per rem iudicatã, vel alias amplius non vigeret, ita declarat Castren. *d. cons. 311. col. fin. ver. breuiter ista omnia. lib. 2.* † Declara; quia oblatio vt releuet, debet esse actualis, nec sufficit verbalis. Ang. Aret. *cons. 56. In causa, nu. 7. & seq. ver. nec obstat.*

Offerre quando possit creditor vxori priori creditrici, vel non. Concl. 78.

FIs eVs † creditor hypothecarius potest offerre vxori priori habenti bona sibi data in solutum à marito vergente ad inopiam. Bald. *cons. 40. Maritus ex delicto, n. 6. & seq. vers. sequens quæstio,* vbi loquitur in fisco habente bona mariti tacite hypothecata ob condemnationem ex delicto, *lib. 1.* † Amplia; vt etiam creditor habens personalem tantum possit isto casu offerre vxori, antequam bona sint effecta vxoris, *l. qui dotem. §. 1. ff. de solutio.* ita Bald. *d. consil. 40. in fin. versic. sed antequam bona, lib. 1.* † Declara tamen, quod isto casu electio est mulieris, si ipsa velit potius bona, vel solutionem recipere. Bald. *dict. consil. 40. in fin. lib. 1.* † Amplia; quia secundus creditor potest etiam offerre vxori, postquam est effecta domina bonorum, si reuera bona plus valerent, quam esset creditum vxoris. Bald. *d. cons. 40. num. 7. ver. dicendum est. lib. 1.* † Declara;

clara; quia ad hoc vt bona plus valeant, non ſtatur oblationi creditoris, ſed arbitrio iudicis. Bald. *dict. conſil. 40. in fin. lib. 1. numer. 8.*
6 *ver. æſtimatio autem.* † Amplia; quia ſoluto matrimonio bene poteſt ſecundus creditor offerre vxori, cui bona mariti vergentis ad inopiam fuerant data in ſolutum, & durat tempus offerendi in hypothecario vſque ad triginta annos; in chyrographario vero durat ſolum vſque ad biennium, vel quadriennium. Bald. *dict.*
7 *conſ. 48. n. 5. ver. modo reſtat, vſque in fin. lib. 3.* † Declara tamen; quia fructus medio tempore exacti per vxorem ex bonis non extenuant ſortem, etiam ſi adiudicatio fuiſſet nulla. Bald. *d. conſ. 84. n. 5. ver.*
8 *tamen fructus, lib. 3.* † Extende; quia in tãtum poteſt ſecundus creditor hypothecarius offerre vxori priori creditrici etiam poſſidenti, vt quandocunque, antequam ſit cauſa finita, ſi ſoluat creditum dotale cum expenſis, teneatur vxor cedere ſoluẽti omnia
9 iura dotalia. Bald. *conſ. 190. Conſilium prædictum, lib. 5.* † Extende; quia ſecundus, vel poſterior creditor poteſt offerre dotem vxori, & dicere: *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Affl. *deciſ. 199.* Rom.
10 *conſil. 392. in princ.* † Extende; quia in contumaciam vxoris poteſt ſecundus creditor facere depoſitum actuale, & licet mulier habeat hypothecata bona viri pro dote cum priuilegio pacti dotalis, de quo in Formulario, vt per Caſtren. *conſil. 286. colum. 2. in antiq.* & per Neguſ. *in tract. de pignor. in 4. membr. 2. par. princip. numer.*
24. tamen poteſt repelli per oblationem & depoſitionem ſuæ do-
11 tis, quando eſſet contumax, vel recuſaret recipere. † Extende in tantum, quod oblatio realis, vel depoſitum ſecundi creditoris hypothecarij, reſoluit tenutam mulieris pro dote quantumcunque anteriori captam, *l. qui potior. §. qui paratus. ff. qui pot. in pign. hab. l. fi. C. ſi antiq. cred. l. mulier. ff. qui pot. in pignor.* Bald. *dict. conſ. 40. volum.*
12 *1. in fi.* † Imo ſuccedit in ius mulieris, & primi creditoris abſque alia ceſſione, *l. 1. C. qui pot. in pignor. l. acceptam. C. de vſur. l. obſignationẽ. C. de ſolutio.* & idem cauetur per ſtatutum Florentiæ; *rubric. de*
13 *præcept. de diſgumb.* & in muliere in ſtatuto, *quod nulla mulier.* † Extende; quia ſolum conſtante matrimonio non eſt licitum offerre vxori repetenti dotem in caſibus à iure permiſſis; ſiue ob vergẽtiam, ſiue ob aliam cauſam, ſed in alijs caſibus ſoluto matrimonio bene poteſt offerri. Bald. *dict. conſ. 40. lib. 1.* Corne. *conſil. 85. volum. 4.* Alexand. *in l. ſi conſtante, numer. 3. ff. ſolut. matrimon.* Cæpol.
14 *caut. 124. in fin.* Affict. *deciſ. 199.* Grammat. *conſil. 107. col. pen.* † Limita; quia non poteſt ſecundus creditor offerre vxori, cui bona fuerunt adiudicata marito vergẽte ad inopiam, donec durat matrimonium, quia cum bona debeãt deſeruire pro oneribus matrimonij, non compellitur recipere pecuniam, donec viuit maritus; ideo non currit præſcriptio ſecundo creditori, ad offerendum, donec viuit maritus. Bald. *conſ. 84. Præmittendum eſt ad euidentiam, in pr. lib. 3.* Vide, *Dos reſtitui debet marito. Concl. 761.*

Offerre quando poſſit creditor habens perſonalem, vel non. Concl. 79.

1 CREDITOR † habens perſonalem actionem regulariter non poteſt offerre primo, vel ſecundo habenti hypothecariam. Bald. *conſ. 40. num. 7. ver. dicendum. lib. 1. & conſ. 190. Conſilium præ-*
2 *dictum, in fin. lib. 5. ver. loquor, quando vterque.* † Extende; quia non poteſt offerre tertio poſſeſſori bonorum debitoris; quia actio perſonalis non ſequitur fundum. *l. actionum genera. ff. de actio. & obligat.*
3 *l. 1. §. ſi hæres ex præcepto. ff. ad Trebell.* † Limita, niſi ſecundus creditor habens perſonalem poſſideret; quia poteſt offerre primo, & ſecundo habenti hypothecam. Bald. *d. conſil. 40. numer. 7. ver. dicendum, lib. 1.* Caſtren. *conſil. 311. Super eo, quod. colum. 2. in fin. ver. nam poſ-*
ſeſſor, lib. 2. vbi, quod poſſeſſor eſt melioris conditionis in offerendo, quam non poſſeſſor, per *l. Paulus. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hy-*
4 *pothec. ſoluitur.* † Limita; quia poteſt offerre, antequam bona ſint effecta creditoris hypothecarij. Bald. *d. conſil. 40. in fin. numer. 7.*
5 *lib. 1.* † Extende etiam, quando mulier pro dote eſſet creditrix; quia antequam effecta ſit domina bonorum, poteſt creditor habens perſonalem illi offerre. Baldus *dict. conſil. 40. numer. 7. libr. 1.*
6 † Limita; quia poteſt offerre etiam poſtquam creditor hypothecarius eſſet effectus Dominus per deliberationem bonorum, quando bona plus valerent. Bald. *d. conſil. 40. num. 7. ver. dicendum, lib. 1.* vbi loquitur in vxore, cui offertur, vbi, quod eſt in facultate vxoris, vel ſatisfacere tali offerenti, vel recipere ſolutionem.
7 † Declara tamen; quia æſtimatio tali caſu non fit per oblationem,
8 ſed arbitrio iudicis. Bald. *d. conſil. 40. in fin. lib. 1. num. 8.* † Declara; quia tali caſu offerre poteſt ſolum intra biennium, vel quadriennium; hypothecarius vero vſque ad 30. annos. Bald. *conſ. 84. Præ-*
9 *mittendum eſt, nu. 4. ver. ex hoc ſequitur, vſque in fin. lib. 3.* † Limita; quia creditor in perſonali, poſtquam habuit tenutã, & ſic pignus prætorium, acquirit hypothecam, & poteſt offerre, & tenetur tertius poſſeſſor illi cedere iura, ſeu primus creditor, *l. non eſt mirum. ff. de pignor. actio.*

Offerre quando non poſſit debitor ſuo creditori poſt adiudicationem, neque creditor alteri creditori, & è contra. Concl. 80.

DEBITOR, † qui paſſus eſt rem ſuam diſtrahi per creditorem, 1
non recuperat ipſam rem, quando dominium eſt acquiſitũ ei, cui fuit diſtracta. Fed. de Sen. *conſ. 106. verſ. tertio quæritur.* † De- 2
clara; quia ſi fuit res ex ſecundo decreto adiudicata, vel data in ſolutum creditori; bene poteſt tunc debitor intra annum offerre creditori, & rem ſuam redimere. *l. fin. C. de iur. domin. imper.* Abb. *conſ. 69. Videtur primo, nu. 3. verſ. ſecundo principaliter, lib. 1.* † Am- 3
plia; quia primus creditor non poteſt offerre ſecundo habenti pignus à debitore de conſenſu primi creditoris, vt ipſe primus conſequatur pignus; & impediat debitorem volentem reluere, quia ſua non intereſt, ex quo eſt ſibi primo ſuccurſum; & quia conſenſit. Feder. de Sen. *conſ. 226. Quæſtio, videtur mihi.* quod videtur mirabile; vt debitor præferatur creditori ſuo. † Declara ta- 4
men, quod ſi primus creditor habet ſuſpectum debitorẽ, poteſt ſequeſtrari facere pignus reluendum à debitore, ne barattetur. Feder. *d. conſ. 226. circa fin. ver. ſed eſſet conſultum.* † Amplia; quia ad 5
hoc, vt creditor ſecundus poſſit offerre primo, requiritur, quod habeat hypothecam; quia ſi habet ſolam perſonalem actionem, non poteſt offerre; quia contra tertium non exercet perſonalem, neque habet ius offerendi. Bald. *conſ. 40. in fin. nu. 7. ver. dicendum*
eſt. lib. 1. † Declara, niſi habens perſonalem poſſideret; quia tunc 6
poteſt offerre. *l. Paulus. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.* Bald. *d. conſil. 40.*
num. 79. Vide, *Offerre quando poſſit creditor. Concluſ. 79.* † Amplia; 7
quia ſecundus creditor non poteſt offerre priori, quando obtulit in iudicio verbaliter, & primus obtinuit abſolutionem, quæ tranſiuit in iudicatum; quia oblatio non erat ſufficiens; quia non poterit poſt rem iudicatam iterum offerre cum effectu. Bald. *conſ.*
50. Secundus creditor, per tot. lib. 1. † Declara tamen; quia amplatio 8
non procederet, ſi creditor eſſet ſub conditione, & obtuliſſet ante conditionem; quia ſi fuit lata abſolutoria hac de cauſa non gihibetur eueniente conditione poſtea iterum offerre. Bald. *dict.*
conſ. 50. ver. in contrarium, lib. 1. allegat *l. ſi mater. §. eandem. ff. de exa-*
ptio. reiiudic. † Extende; quia ſecundus creditor non poteſt offer- 9
re primo poſt concluſum in cauſa, neque poſt ſententiam. Bald. *d. conſ. 50. lib. 1. in fin.* † Amplia; quia non datur oblatio, quando 10
primus creditor vendidit alteri iure creditoris; ſecus ſi alias. Affl. *detiſ. 16. per totam.* † Amplia; quia poſt adiudicationem non eſt lo- 11
cus oblationi. Affict. *deciſ. 187. per totam.* vbi diſtinguit, quod aut eſt actum hypothecaria, & eſt locus; aut ad impetrandum dominium, & ſecus; ideo poſt appretium factum non eſt locus. † De- 12
clara; quia ſi petatur exequutio decreti appretij ante ſententiam, erit locus huic oblationi. Affl. *d. deciſ. 187. num. 4.* † Amplia; quia 13
vxori habenti loco pignoris pro dote bona mariti non offert alius creditor. Affict. *deciſ. 199. n. 2.* † Declara ſecus eſſe, quando age- 14
ret mulier, vt cõſequeretur bona, vel loco pignoris, vel vt efficeretur domina; quia à principio poteſt offerri re integra. Affict. *d.*
deciſ. 199. † Amplia; quia non poteſt offerri ementirem à fiſco 15
propter onera non ſoluta. *l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pignor.* † Amplia; 16
quia non poteſt offerri creditori ſubhaſtari facienti rem ſui debitoris, quando ipſe ſolus obtulit, & obtinuit adiudicare bona; quia poſt adiudicationem non admittitur alius, etiam plus offerens poſt factam adiudicationem. Bart. & alij *in l. licitatio. in prin-*
cip. ff. de public. & in l. ſi tempora. C. de fid. inſtrum. & iure haſta, lib. 10. qua
ſicut oblator, & emptor non poteſt pœnitere. Angel. *in d. l. licita-*
tio. §. quod illicite. ff. de public. quia emptio eſt perfecta, vt ibi per eũ
ita videtur, quod non poſſit res ab eo empta auferri. Bertachi. *in*
tract. de gabell. in 2. part. quæſt. 9. & eſt text. *in l. ſi prima. C. de diſtractio. pign.*
† Extende maxime in ſubhaſtatione extraiudiciali, quæ fit per 17
magiſtratum; quia ex quo nullus alius fecit maiorem oblationẽ, actus habetur pro perfecto, & pretium præſumitur iuſtum, quod ex licitationibus elicitur. Vide, *Emens. Concl. 142.*

Offerens ad incantum, vel haſtam, qualiter obligetur. Concl. 81.

OFFERENS † ſe empturum bona ad haſtam poſita pro tanto 1
pretio ad inſtantiam creditoris agentis, vt ſatisfiat, contrahitur obligatio ex parte oblatoris, vt emere teneatur, & pretium oblatum ſoluere. *l. ſi tempora. C. de fid. inſtrum. lib. 10. & l. licitatio. in pr.*
ff. de publica. & vectigal. & vtrobique per Bart. Dec. *conſil. 95. num. 1.*
† Exten-

2 †Extende, vt procedat etiam in creditore subhastari faciente; quia si offerat ad hastam, quando alius nō reperitur, qui offerat; tunc sequuta pronuncia iudicis, quod res ei adiudicetur, tanquā plus offerenti, debet omnino habere rem, nec debitor, nec alius oblator potest ipsum impedire, quominus consequatur rem, etiamsi offerret plus; quia id, quod est factum legitime, non potest retractari, & quando nullus alius in subhastatione offert maius pretium, ius quæritur illi, qui plus offert, Bart. & alii *in l. licitatio. in pr. ff. de publ. & in l. si tempora. C. de fid. instrum. & iure hastæ, lib. 10.* quia sicut oblator, & emptor non potest pœnitere, vt voluit Angel. *d. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica.* quia emptio est perfecta, vt ibi per eum; ita etiam videtur, quod non possit res empta ab eo auferri, sequitur Bertachin. *in tract. at, de gabell. in 2. par. quæstio. 9.* & est 3 tex. *in l. prius. C. de distract. pignor.* †Restringe tamen, vt procedant prædicta, rebus sic stantibus, & non variato statu rei. Bartol. & alii, *in l. qui seruum. ff. de verb. oblig.* Socin. *consil. 179. lib. 1.* Corne. *cons. 189. lib. 2.* & ideo cum aliquis se obtulerit in emptorem plurium capitum bonorum pro certo pretio in confuso, & non separatim, neque in specie pro quolibet capite, ex quo vnica est oblatio, resultat vnica emptio omnium bonorum, si postea detectum fuit, aliqua capita bonorum non esse debitoris, est in electione oblatoris, an velit reliqua bona sibi vendi, & non obligatur ea ratione; quia si bona omnia non credidisset emere, partem non emisset, iuxta text. *in l. si duos. ff. de contrahen. emptio. & in l. cum plures ff. de euictio. & in l. ediles. §. fin. ff. de ædil. edict. & in l. si quis alium. ff. de solutio.* Cuman. *cons. 41. ver. ad secundum.* Imol. *cons. 39.* cum pluribus cumulatis per Tiraq. *de retract. titul. 1. §. 23. glos. 1. per tot.* Vide, *Subhastantes plures qualiter. Concl. 715.*

Officialis Ciuitatis quis dicatur, & quis officialis Papæ, vel principis, vel non. Concl. 82.

1 OFFICIALIS †Ciuitatis, & Cōmunis Bononiæ dicitur Potestas, & quilibet ius dicens, & idem in Ciuitate Senarum Potestas, & Senator, & isti dicuntur habere administrationē, & consequenter dignitatem. Castren. *cons. 468. Super hoc puncto. nu. 2.* 2 *ver. iis præmissis, lib. 1.* † Extende, quia Episcopus, & eius Vicarius sunt officiales Ciuitatis, & Cōmunis Bononiæ, vel alterius Cōmunis: ideo si statutum obligat custodem carcerum ad custodiā carceratorū officialis Bononiæ, obligat etiam ad carceratum Episcopi, vel eius officialis. Anch. *cons. 340. Viso themate. & consil. 341.* 3 *per tot.* †Amplia; quia Prior Antianorum, seu Decurionum dicitur ad instar Senatoris Vrbis, qui habet dignitatem annexam, prout etiam habent Decuriones. Castr. *cons. 468. num. 2. ver. iis præmissis. lib. 1.* 4 †Restringe; quia Notarius ad bancum, Potestas castri suppositi, officiales Gabellæ, isti omnes dicuntur habere officia, quæ sunt munera publica, & sine vlla dignitate. Castren. *d. cons. 468. ver. iis præmissis, lib. 1.* 5 †Restringe; quia alia officia ciuitatis, quæ conferunt ciuibus, dicuntur omnia munera publica, & habent dignitatem annexam; ideo non est incapax condemnatus 6 prodelicto. Castren. *d. consil. 468. quasi per tot. lib. 1.* †Amplia; quia officialis Papæ dicitur Rector Prouinciæ, vel Legatus, aut Nuncius; quia nomine Papæ, & Sedis Apostolicæ exercet iurisdictionem, *c. cum Matthæus. in extrauag. de hæretic.* ita consuluerunt Lapus de Castellionchio, Iacobus de Fulchis, Cynus, Guid. de Boncia. Rectorius Canigianus, Nicolaus Lemij, & Io. de Lignano, vt in consil. impresso in fin. consiliorum Oldradi, quod consilium sequitur Dec. *in rubr. de offic. deleg. Director. inquisit. part. 3. quæst. 26. &* 7 *seq. cum commento addito.* Vide, *Rector, & officialis quis, &c. Concl. 62.* †Extende; quia Legatus Papæ dicitur officialis Papæ, sicut Nuncius. Lap. & alii *d. consilio fin. inter consil. Oldrad. num. 3. ver. Nuncij enim.* 8 †Extende idem in collectoribus, vt ibi. † Extende in officialibus deputatis à Papa perpetuo ad faciendum contribuere procurationes, vt est casus in *d. consil.* Lap. super quo consulue- 10 runt. †Extende in Rectore Prouinciæ; quia cum sit officialis Papæ, & Sedis Apostolicæ, habet hoc priuilegium, ne possit proceſſari, vel excommunicari ab aliquo sine licentia Papę, ita loquitur *d. extrauag. cum Matthæus, de hæretic.* in Rectore Campanię, & Maritimæ. Nam Rector Prouinciæ proprie dicitur officialis; quia nomine Papę dicitur Rector Prouincię status Ecclesię, Ant. de But. *cons. 74. num. 3.* vbi allegat *Rubr. C. si Rector Prouinciæ,* & dicit stylum & communem vsum ita interpretari, quod sint officiales Papæ, vbi apostill. allegat Bart. *in l. 1. C. de excusatio. mun. lib. 11.* Alciat. *in l. principalibus. ff. si cert. pet.* vbi, quod proprie Rector Prouinciæ di- 11 citur, qui titulo Præfecti prætorio, vel Legati nomine regit. †Idē in Vices gerente, & Vicario, & similibus, de quibus Dec. *rubr. de* 12 *offic. deleg circa fin.* †Extende; quia officialis Sedis Apostolicę, prout Camerarius, Auditor Cameræ, & alij similes, qui sunt officiales Papæ, & Sedis Apostolicæ bene sunt proprie officiales. Nauar. *consil. 19. tom. 2. lib. 5. tit. de excomm.* † Limita; quia officiales Papæ non dicuntur proprie Gubernatores, & Prætores ciuitatum, 13 neque Præsides; quia sunt magistratus ciuitatis, & loci, vel Prouinciæ, non autem Papæ, & Sedis Apostolicæ. Nauarr. plene *d. consil. 19. per tot. tit. de sent. excomm. lib. 5. tom. 2.* Idem tenet Dec. *in d. rubr. de offic. deleg. num. 9. & 10.* vbi, quod Potestas Pistorij, licet deputetur à Communi Florentiæ; non tamen dicitur officialis Communis Florentiæ, sed magistratus Pistorij. Nell. de Sancto Gemin. *in 2. part. secundi tempor. q. 66.* vbi, quod ita fuit iudicatum; quia licet Præses Prouinciæ deputetur à populo Romano; non tamen dicitur magistratus Populi Romani, sed Prouinciæ, *l. voluit. §. 1. ff. de interrogat. actio.* vbi ponit magistratus Populi Romani, & Præsides, vt diuersos, & ita D. Sylvest. Aldobr. *in addit. ad Dec. d. rubr. de offic. deleg. in ver. communis.* dicit fuisse consultum per Dd. Antonium Malegonnellam, Othonem de Nicolinis, Benedictum Accoltum, Petrum de Exio, Bernardum Bonieronymum, Gulielmum de Tanaglijs, & ipsum, pro hoc facit *extrauag. ad regimen. tit. de præb.* vbi declarat, quod sint officiales Sedis Apostolicæ, & Papæ, & non enumerat istos. Dec. *in rub. ff. de offic. eius, num. 8.* † Contrarium, quod imo Gubernatores Prouincia- 14 rum, & ciuitatum status Ecclesiæ sint proprie officiales Papæ, probat tex. *in l. sell licet is, ff. de offic. præsid.* vbi, quod in prouincia præses fungitur vice omnium magistratuum Romæ. Bart. *in l. 1. §. huius. ff. vt possid.* vbi, quod Ciuitas Perusina, quæ habet ius eligendi prætorem in Ciuitate Spoleti, dicitur habere officialem ibi, & sic turbatur, agitur *vt possidetis,* & per ista iura sic arguit Bero. *in rubr. de offic. deleg. nu. 52.* vbi, quod reuera exercet iurisdictionem nomine Papæ, & mittentis. † Declara primo, vt per Bero. *d. rubr. de offic. deleg. n. 50.* quia diuersis respectibus potest vtraque opinio esse vera; nam si dispositio respiceret modum procedendi, qui conuenit omnibus officialibus, certe etiam Gubernatores ciuitatum, & locorum venirēt; si vero ageretur de materia subiecta, quæ non conueniret omnibus; tunc secus, & sic loquitur Nell. & alij, quod habentes officium Communis Florent. nō posset hoc, vel illud sub pœna; nam non extenditur ad officiales ciuitatum, qui habentur à iure, licet ponantur à Communi Florentię. † De- 16 clarat secundo Bero. *in d. rubr. de offic. eius, num. 52. ver. cogita.* quia si ciuitas Pistorii habet electionem sui Prętoris, qui confirmatur à Communi Florentiæ, non est officialis Communis Florentiæ; secus forte, si Commune Florentiæ non absolute mitteret, & amoueret. † Declara melius, & verius; quia si mittitur à Papa in 17 aliqua ciuitate status Ecclesiæ præses, vel Gubernator, vel Capitaneus, aut Potestas, & seu Vicarius, qui habet iurisdictionē, vel à statuto, vel à constitutione Prouinciali, & tenetur ad illius obseruantiam; & tunc reuera talis non est officialis Papæ, neq; Romanæ Ecclesiæ, vel sanctæ Sedis Apostolicæ, sed potius est officialis loci, in quo administrat iustitiam, & sic magistratus illius loci; quia licet exerceat iurisdictionem largo modo tanquam à Papa, & Sede Apostolica; tamen immediate habet à lege, & statuto loci, & hoc modo intrant consilium Naua. & alia consulta pro ciuitate Pistorij. † Si vero est Rector Prouinciæ, vel Nunci- 18 us, aut iure extraordinario prouenient ab ipso Papa, & Sede Apostolica exerceret iurisdictionem supra statuta, prout præfectus prætorio, vel adinstar illius; aut quia esset Vices gerens Papæ, aut Apostolica authoritate faceret; tunc reuera dicitur officialis Papæ; quia non ad solam iustitiam iure ordinario, & secundū statuta deputatur, sed tanquam pendens, & ius dicens nomine Papæ, & tunc dicitur officialis Papæ. Probat hoc in terminis textus *in d. extrauag. cum Matthæus,* vbi loquitur de Rectore prouinciarū campaneæ, & maritimæ; nam Rector prouinciæ dicitur proprie nomine Principis facere, vt in puncto Anton. de Butr. *consil. 74. n. 3.* & clarius exprimit *extrauag. ad regimen. de præben.* vbi nominatim exprimit, qui sint officiales Papæ, & dicit Camerariū, Thesaurarium, &c. Item Rectorem Prouinciæ, & Nuncium. † Et 19 hæc declaratio mihi applauder; quia negari non potest, quin hæc *extrauag. cum Matthæus, de hæretic.* sit correctoria iuris communis, & valde restringenda. Vide, *Clerici sunt de populo, &c. Conclus. 383.*

Officialis ordinarius Ciuitatis ad quæ obligetur versus Commune Ciuitatis. Concl. 83.

OFFICIALIS, † seu Potestas ciuitatis, vel castri est administra- 1 tor Communis ciuitatis; ideo si non est diligens in captionibus, satisfactionibus, & fideiussionib. recipiendis, tenetur vti-

li negociorum gestorum actione communi ad interesse. Calderin. *cons.93. Quam potestatem*, alias 3. *de offic. ord.* † Amplia; quia tenetur exigere condemnationes Communis, & illas exequi; quia gerit personam administratoris Communis. Calder. *d. consil. 93. ver. tenetur etiam*, alias 3. *de offic. ordin.* † Declara tamen; quia prætor exercens iurisdictionem non obligatur quoad administrationem corporalium. Cald. *d. cons. 93. in princip.* alias 3. *de offic. ordin.* Vide Conclusionem proxime seq.

Officialis ordinarius Ciuitatis ratione publicæ vtilitatis obligatur ad multa. Concl. 84.

POTESTAS † Ciuitatis, vel castri obligatur ratione publicæ vtilitatis, ne delicta remaneant impunita. Calder. *cons. 93.* alias 3. *de offic. ordin.* alias punitur; vt ibi. † Amplia; quia tenetur requirere fugitiuos bannitos; & transfugas. Calderin. *dict. consil. 93. in fin.* alias 3, *de offic. ordin.* † Extende; quia tenetur, etiam si prædicta nedum non faciat, sed si dissimulanter faciat, quod potest esse, si propter longas dilationes, vel alia subterfugia bona delinquentium dissipantur, vel fugam arripiunt in damnum fisci. Calder. *d. cons. 93. circa fin. ver. nec debet dissimulare*, alias 3. *de offic. ordin.* † Amplia; quia tenetur seruare statuta, & constitutiones loci, & non seruans incidit in pœnas; quia est suppositus tanquam ciuis. Roman. *consil. 332. In proposito casu, in princ.* vbi apostil. dat concord. *in ver. punire.* † Obuiare debet per præcepta, ne subditi veniant ad arma, & rixas. Vide; *Iudex ex officio potest multa. Conclus. 395.* Vide Conclusionem prox. præced.

Officiales Communis, vel pro Communi in quibus differant, & qui sint officiales Communis, vel non. Concl. 85.

OFFICIALIS † Communis in quibus differat ab officiali pro Communi, & an sint verba idem importantia, Dec. *in rubr. de off. deleg. colum. 2. in fin. ver. secunda quæstio est.* † Officialis dicitur Potestas Ferrariæ, vel Ciuitatis, & sunt officiales Communis; secus in Comestabili, vel baricello; quia ipse dicitur officialis ipsius officialis, & in eo non cadit crimen læsæ maiestatis. Ang. Aret. *inter consilia criminalia. cons. 51. lib. 1. n. 31.*

Officia regulariter sunt personalia non perpetua, & quando secus. Concl. 86.

OFFICIA † de sui natura, & secundum communem consuetudinem non sunt perpetua, sed temporalia, & maxime officia non debent excedere annum, vel biennium, *l. neminem. C. de suscept. & arcar. lib. 10.* vbi Bart. † Limita; quia officium ad beneplacitum superioris iudicatur perpetuum. *l. iurisperitos, in princ. ff. de excusat. tuto.* Alexand. *cons. 213. nu. 6. ver. quod plus est, lib. 6.* & ibi a post. *in ver. perpetuo.*

Officiales nostri temporis quam iurisdictionem habeant. Concl. 87.

NOSTRI † temporis officiales de iure communi nullam habent iurisdictionem, nisi à lege tributam, & sic non habent authoritatem, nisi quatenus per statuta, & prouisiones reperitur eis concessum. Bald. *in authent. cassa. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. rubr. de synd.* Iacob. Butr. *in l. assiduis. Cod. qui pot. in pignor. hab.* idem Bald. *in auth. statuimus. C. de Episc. & Cler.* † Extende; quia Florentiæ id expresse cautum est per statuta, & per specialem legem editam 14. Iunij 1477. & idem consuluit Dec. *consil. 18. Viso puncto. colum. 2. ver. hoc probatur.* Socin. *cons. 39. Capio primum, colum. 2. num. 7. lib. 4.* Dec. *consil. 30. Circa primum dubium, num. 6. & cons. 72. Viso puncto. n. 1.* idem Socin. *cons. 108. Supposito statuto, n. 14. lib. 4.*

Officialis proprie quis dicatur. Concl. 88.

OFFICIALIS † proprie dicitur is, qui sub alio ministraliter iurisdictionem exercet. Anton. de Butr. *consil. 74. num. 3.* vbi, quod ita in Tuscia, & Marchia seruatur. † Extende idem in Rectore; quia Rectores, & officiales appellantur, qui ad particularia officia Ciuitatis assumuntur, & ita seruari in Tuscia, & Marchia dicit Anton. de Butr. *d. cons. 74. num. 3.*

Officiales Communis cum generali arbitrio quid possint. Concl. 89.

DEPVTATI † à Communitate Bononiæ ad reformandum, & statuendum cum generali arbitrio non possunt reuocare statuta facta à generali consilio, quando talis reuocatio frangeret pacta conuenta ex primis statutis. Pet. de Anch. *cons. 351. Pro intelligentia, num. 1. in fin. ver. & maxime quia.* Vide, *Priores, & consiliarij Ciuitatum. Concl. 713.*

Officia plura Ciuitatis Florentiæ, & Communis, & quæ, & qualia. Concl. 90.

SVPREMI † officiales Ciuitatis Florentiæ hodie sunt clarissimi Domini Locumtenens, & Consiliarij, quorum iurisdictio est suprema, pendens tamen à Serenissimo Magno Duce; quia omnia officia, omnia edicta, banna, & ea, quæ spectant ad regimen Ciuitatis, sub eorum interinatione, & approbatione publicatur sub nomine Reipublicæ, licet absoluta sit potestas in Serenissimo Magno Duce, & Sua Celsitudo eligat istos clarissimos singulo trimestri; ex ordine tamé Patritiorum Ciuitatis; tamen ita transeunt omnes expeditiones totius status Florentiæ, constat ex vno Patritio, qui est Locumtenēs Serenissimi, & ex alijs quatuor Patritijs, qui Consiliarij dicuntur ex duobus Auditoribus, videlicet Aduocato Fiscali, & proprio Auditore Magistratus, quem locum olim tenui per multos annos. † Habent ordinariam iurisdictionem in toto statu Florentiæ in causis consanguineorum, & alijs causis, quæ cognitionem supremi Principis requirunt, prout declarare contractus, dotes, alimenta, testamenta, & in summa omnia, quæ respiciunt æquum arbitrium, prout prorogare instantias causarum, admittere excusationes iudicum, & aliorum officialium, dispensare super aliquibus, quæ non tangunt ius Principis, neq; ærarium, condemnationes, & alias dubietates mentis declarat, videlicet an sit alicui soluendum, vel non, præcipiunt omnibus iudicibus, vbi agitur de æquitate, puta, quando concordent partes in aliquo articulo, quod informēt, quod remittant quandoque causas, quando immineret scandalum: in summa authoritas est suprema, quando est bene composita ex iustitia, & æquitate; quia subleuatur princeps à multis curis ordinarijs, non datur appellatio, neque reuisio ab ijs, quæ geruntur; sed tamen cessante æquitate, & iustitia nihil disponunt. † Secundus magistratus est consilium iustitiæ, quem appellant Rotam, cuius caput est Prætor; sunt enim sex Auditores Rotæ, viri excellentissimi, qui eliguntur per triennium, quorum duo sunt iudices quarteriorum, qui cognoscunt causas primarum instantiarum, vnus dicitur iudex primarum appellationum, & alitres dicuntur iudices secundarum appellationum, & ex eis vnus eligitur per sex menses Prætor, & sic intra triennium quilibet exercet per sex menses officium Prætoris. † Omnes magistratus committunt in hoc Auditorio articulos iuris nodosos, & ipsi respondent, quid iuris, & statur consilio eorum quoad multa, hinc appellatur consilium iustitiæ. † Adest etiam officium Capitaneipatis Guelphæ, cui officio fuit vnitus Magistratus Dd. Officialium Turris de anno 1549. qui officiales Turris habebant iurisdictionem super pontibus, mari, viis, molendinis, plateis, & de bonis rebellium, & hodie appellantur officiales fluminum, & quam iurisdictionem haberent, Vide *in ver. Incompetentia. Concl. 79.* † Locus tamen est præuentioni in causis fluminum coram istis officialibus, & iudice ordinario, vt dixerunt Dd. Tres Rotæ 12. Maij 1572. qui declararunt ex solo libello, & citatione partis induci præuentionem.

Officium quis dicatur habere. Concl. 91.

INQVISITOR † hæreticæ prauitatis dicitur habere officium; Feder. de Sen. *cons. 20. n. 4. in princ. ver. exemplum.* vbi, quod etiam, quod non habeat administrationem temporalium; tamen habet successorem in officio. † Notarius dicti officii habet officium, *vt commissi, & cap. vt officium. de haret.* † Vicarius dicitur habere officium, *c. 1. de off. Vicar. in 6.* † Pœnitentiarius dicitur habere officium. Fed. de Sen. *d. cons. 20. inpr. n. 4. ver. sed quod officio.*

Officia quando dignitati, vel personatui æquiparentur. Concl. 92.

OFFICIVM † sumitur multis modis, de quibus per Bart. *in l. 1. ff. de iurisdiction. omn. iudic.* & plene per Gemin. *in cap. 1. de constit.* sed

fuet. sed tamen sumendo officium secundum Canonistas, officium est administratio rerum Ecclesiasticarum sine prærogatiua
2 chori, ita Felin. *in rubric. de offic. deleg. nu. 3. ver. super verbo officii.* † Æquiparantur officium, personatus, & dignitas, *cap. 1. de consuet. in 6.* Feder. de Sen. *consil. 20. in princ. n. 4. ver. sed officio Pœnitentiarii*, vbi, q habentes dignitatem, personatum, & officium dicuntur habere
3 successorem. † Declara tamen, quod officium æquiparatur personatui, vel dignitati, quando est perpetuum, & vacabile, ita q competat habenti officium administratio temporalium, vel spiritualium, alias secus. Feder. *d. consil. 20. nu. 4. in fin. ver. item quod non acquiratur, & nu. 5. & in col. antepenul. n. 7. ver. non obstant iura*, quæ innuunt, quod acquirantur officio, vbi, quod si non habet separatam administrationem de per se habens officium, & non cõcurrunt alia prædicta, non æquiparatur dignitati, & legatum factũ
4 habenti officium tale non perpetuum non acquiritur officio. † Imo etiam si officium esset perpetuum, & cum administratione, & haberet successorem; tamen non habeat administrationẽ separatam à Capitulo, vel Conuentu, vt in Priore claustrali, non acquiratur dignitati, nec acquiratur ipsi officio, sed Capitulo, vel Conuentui, à quo habet administrationem. Feder. *d. consil. 20. n. 5. & 6.* Vide, *Dignitati, vel officio, &c. Conclus. 434.* Vide, *Personatus in quo differat, &c. Concl. 321.*

Officiales quando vltra deputationis tempus exerceant officium, vel non. Concl. 93.

1 OFFICIALIS † deputatus per biennium, licet tempore debito sit facta noua electio successoris, si ex accidenti non potuit nouus officialis esse in loco, antiquus officialis potest exercere vsque ad aduentum successoris iurisdictionem, licet post biennium exerceat; quia apud eum remanet administratio, *l. 1. §. administrationem, C. vt omnes iudic. tam ciuil.* Guido Pap. *decis. 501.*

Officium suum nemini debet esse damnosum. Concl. 94.

1 OFFICIVM † suum nemini debet esse damnosum, *cap. cum non*
2 *deceat, de electio, in 6.* † Extẽde; quia fideicommissarii exequtores datiad distribuendum, vel restituendum pauperibus si distribuerunt, vel restituerunt iuxta mentem testatoris, non possunt conueniri ab eo, qui prætendit, q pauperibus distributio nõ debuisset fieri; quia officium nemini debet esse damnosum. Petr.
3 de Anch. *consil. 5. Pro parte nobilis, in princ.* † Amplia, quia tutrix, quæ respondens ad positiones medio iuramento negauit testamentũ, non sibi præiudicat, quin possit iuuari ex illo testamento pro suo proprio iure. Bald. *consil. 394. Quod Notarii collegii, n. 2. ver. super se-*
4 *cundo. lib. 4.* † Amplia in eo, qui tanquam consanguineus consensit alienationi rei pupilli, in qua reprætendit fideicommissum; quia non sibi præiudicat ex consensu adhibito tanquam consanguineus; quia officium suum non debet sibi nocere. Bald. *consil.*
5 *102. Punctus, super quo, lib. 2. n. 2. ver. præterea regula, quæ dicit.* † Amplia; quia confitens, vt testis aliquid sibi tanquam officiali solutũ, non poterit conueniri iure particulari ex tali confessione facta tanquam testis. Rota in *antiq. decis. 4. de confess.* quæ est 855. quæ dupli-
6 catur per Bisignet. *decis. 2. eod. tit.* † Amplia in Prælato electo prosequente suam electionem; quia debet consequi expensas ab Ecclesia; quia officium suum non debet esse damnosum. Ang. *consil.*
145. n. 5. ver. præterea non debet. Vide, *Confessio in quibus non, &c. Concl.*
647. Vide, *Censensus in quando non, &c. Concl. 753.* Vide, *Persona vna potest habere, &c. Concl. 317.* Vide, *Probatio ad vnum finem, &c. Concl. 783.*

Officiales reddituum Principis præsumuntur acquisiuisse de suo, & quando secus, ad quæ teneantur, & quid possint. Concl. 95.

1 AN † officialis reddituum fisci præsumatur omnia acquisiuisse de redditibus fisci, an vero aliunde, & licite, Vide Masc.
Concl. 1134. per totam, vbi latissime, & q præsumatur acquisiuisse ex
2 pecuniis administratis, est gl. *in l. facultas, C. de iur. fisci, lib. 10.* † Clarus in *§. fi. q. 58. n. 30. ver. officialis.* facit regulã pro officiali; quia præ-
* sumitur licite acquisiuisse, & dicit * communem, q contraria opinio gl. communiter * non tenetur, & ita etiã Io. à S. Georgio in
vsu. feud. tit. de feudo guardiæ. n. 8. quia alias præsumeretur delictum contra officialem, quod non debet admitti. Bart. *in l. spadonem. §. fi. ff. de excusat. tuto. & in tract. de duob. fratr. nu. 15.* Aret. *cons. 31. nu. 3.* Alex.
cons. 82. n. 14. lib. 2. Corne. *cons. 167. n. 2. lib. 1.* Dec. *cons. 174. in fi.* Crau.
cons. 244. n. 6. & contra gl. tenent Bart. post Guil. de Cun. & Pet. *d. l. facultas.* Bal. *in cap. 1.* quem sequitur Mart. Lauden. *in fin. de cleri. qui inuest. facit*, idem Bal. *in l. cum oportet, n. 13. C. de bon. quæ liber.* Alex. ad
Bart. in *l. diuus, ff. de bon. damnat.* Dec. *cons. 6. n. 1. & per tot.* vbi de * cõ- *
munibus. Bertrand. *cons. 53. a. 8. lib. 1.* qui dicit * communem, prout cõ- *
munem dicit Boss. *de fisco, & priuileg. eius, n. 50.* Bertran. *cons. 151. n. 6.*
lib. 6. † Extende etiam in personis ecclesiasticis, vt in Episcopo. 3
Deci. *d. cons. 174. in fi.* † Extende maxime, qñ dubium est; quia qui 4
possidet, debet manuteneri. Rom. *cons. 159. n. 5. ver. tertio casu.* † Ex- 5
tende maxime post redditam rationem ab officiali, apostill. ad
Bart. *in d. l. facultas, C. de iur. fisci lib. 10.* Cott. post Bald. quem allegat
in Memor. in ver. concubina, ver. nunquid autem hæc præsumptio. Bald. *in l.*
si defunctus, n. 1. ver. purgatis ratiocinis. C. arbitr. tutel. Dec. *cons. 6. num. 1.*
ver quod isti officiales. Boss. *tit. de fisco. n. 50.* Clar. *§. fi. q. 68. n. 30.* vbi de * *
communi simpliciter. † Restringe in officiali paupere, & negli- 6
gente, & minus industrioso, secus in diuite, diligenti, & industrioso. Lucas de Pen. *d. l. facultas, nu. 12.* Afflict. *in cap. 1. §. si vero. Cassaldi n. 1. ver. solutio. si officialis, tit. de feud. guard.* † Declara; quia arbi- 7
trarium est iudici, qui consideratis omnibus iudicabit, an ex pecunia publica, an aliunde sit ditatus. Luc. de Penn. *d. l. facultas. C. de*
iur. fisci, lib. 10. sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 53. in fin.*
ver. 5. opinio. † Restringe, nisi adesset præsumptio cõtra officialem, 8
vt quia haberet paruum salarium, & multa esset lucratus, nec aliunde haberet; quia ex bonis fisci, vel ratione officii præsumitur
lucratus. Io. Anton. à S. Georgio *de feud. guardiæ, n. 8.* † Declara; qa 9
in iis, in quibus prohibita est negociatio, prout in officiali, in clerico, in vxore, si non habent patrimonium aliunde, ex quo possit
sumi præsumptio, quod de suo acquisierit, præsumitur officialis
de bonis ex officio, clericus ex bonis Ecclesiæ, vxor ex bonis mariti; in aliis, quibus permissa est negociatio, sufficit, vel quod habeat patrimonium, vel artificium, seu negociationem, & de suo
præsumitur tunc acquisiuisse. Rom. *cons. 159. num. 5.* & plenius *cons.*
246. In hac causa, n. 16. & seq. ver. quoad ocl. Auum, vsque in fi. vbi late. † 10
Officialis reddituum Principis, an teneatur, si insolita gessit, & de
negligentia, si ædificia labentia non refecit, plene Ias. *cons. 229. lib.*
2. † Non possunt officiales magistratus intratarum ordinariarũ 11
Mediolani constituere salarium officialibus sine licentia Ducis;
& ideo litteris officialium prædictorum non creditur, & officiales retinentes sibi pecunias Principis pro salario non constituto
debent condemnari in quadruplum. Alex. *cons. 206. in princ. per*
tot. lib. 2. Vide, *Iudex, seu officialis quando, &c. Concl. 475.*

Officiales habent præsumptionem pro se, & multa priuilegia. Concl. 96.

PRO † officiali publico, videlicet, iudice arbitrandum, & præ- 1
sumendum, *l. 2. C. de off. ciuil. iudic. l. cum precibus, C. de probat. l. fin.*
C. de fideicommiss. libert. ibi, *ifcultum reputamus, &c.* & ibi Bald. & alii.
Bald. *cons. 404. in fi. lib. 1.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 15. in princ.* Bertazol.
cons. 180. n. 15. l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. † Et semper dolus præsumi- 2
tur abesse ab officiali, *d. l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. l. si quis decurio. C. de*
decurio. lib. 10. Bal. *in l. pacta nouissima, C. de pact.* plene Masc. *concl. 1132.*
nu. 2. & seq. † Et non præsumitur, q officialis illicitum commiserit. 3
Bald. post glos. *in l. accusationes, C. quod met. caus.* † Amplia; qtia pro- 4
batio contra officiales requiritur plena, & manifesta, *l. iudices, C.*
de dignitat. lib. 12. Masc. *d. concl. 1132. in princ.* vbi, *n. 18. & 30.* multa dicit per totam. Bald. *in l. obseruare. n. 14. ff. de off. proconsul.* Boss. *de oppos.*
contra testes, n. 59. Menoch. *de arbitr. cas. 116. n. 22.* † Extende; quia vnus testis, vel semiplena probatio non facit inditium ad torturã 5
contra officialem bonæ famæ, secus si malæ famæ. Masc. *d. concl.*
1132. n. 29. iuncto n. 35. † Extende maxime; quia in criminalibus cõ- 6
tra officialem requiruntur testes omni exceptione maiores.
Grammat. *consil. 46.* Menoch. *de arbitr. cas. 116. num. 23.* Vide, *Testes.*
Concl. 218. † Amplia; quia non præsumitur, q officialis acquisiuerit ex pecuniis, quas administrauit ratione officii; quia esset præ- 7
sumere delictum. Bart. *in l. spadonem, §. fi. ff. de excusat. tutor.* Vide, *Offi-*
ciales reddituum Principis. Concl. 95. † Amplia; quia in officiali non 8
præsumitur quæstus turpis, neque illicitus, *cap. bo. me. de electio.* †
Amplia; quia accusatio contra superiorem præsumitur ex inui- 9
dia. Oldrad. *cons. 67. Ante omnia, in princ.* † Limita in officialibus e- 10
mentibus officia; quia contra eos præsumitur omne malum.
Masc. *d. concl. 1132. nu. 39. & seq.* vbi plura. Vide infra, *Officialium ex-*
torsiones tollendæ. Conclus. 98. Vide, *Præsumitur pro iudice, &c.*
Concl. 621. Vide, *Probatio plena, & plenior.*
Concl. 789.

Officia duo quis regulariter gerere, & obtinere non poteſt. Concl. 97.

1 OFFICIA † plura quis non poteſt regulariter obtinere, quando ſunt incompatibilia. Dec. *in cap. ex litteris, n. 54. de probation.*
2 † Ratio ponitur; quia dum vni inſeruit, alterius ſeruitium deſerere compellitur; & quia impoſſibile eſt vnicum corpus eodem tempore, pluribus in locis deſeruire, prout in beneficio loquitur
3 Lap. *alleg. 117. n. 3. in princ.* † Pœna habentis vnum officium, & acceptantis aliud eſt, q̃ catet acceptato, & priuatur ſalario primi, *l.*
4 *quiſquis. C. de cohor. lib. 12.* vbi Bart. Rom. *ſingul. 393. Si ſtatutum.* † E conuerſo is, qui recuſat acceptare officiũ publicum, ad q̃ eligitur, priuatur bonis ſuis quoad vſum fructum, qui transfertur in
acceptantem, & poſtea compellitur nihilominus per biennium ad officium acceptandum, *l. ſi magiſtratum. C. de decurio, li. 10.* Rom.
5 *ſing. 188. Quæ pœna.* † Amplia; quia etiam quis non poteſt eſſe monachus in duobus Monaſteriis 5 ſicut nec habere duas eccleſias
6 incompatibiles. Feder. de Sen. *conſ. 5. in princ. ver. in ſecunda quæſt.* † Amplia; quia nullus, vel nulla poteſt eſſe Abbas, vel Abbatiſſa in pluribus monaſteriis, *cap. fin. de relig. domib.* quod in tantum extendit Fed. *conſ. 29. in ſi. ver. ad vltimum.* vt ſi Abbatiſſa vnius monaſterii patiatur ſe eligi in Abbatiſſam alterius monaſterii, videtur re-
7 nunciare primo Abbatiſſatui. † Contrariũ, quod patiendo ſe eligi in Abbatem alterius monaſterii non renunciet primo, tenet apoſtill. fin. ad *d. conſ. Feder. 29. in ver. patiendo*, allegat Io. And. *in cap.*
8 *qui tacet, lib. 6. de reg. iur. in prima quæſt.* † Amplia in beneficiis curatis, vel alias incompatibilibus, *cap. de multa, de præb.* Vide, *Beneficia*
9 *incompatibilia quæ. Concl. 65.* † Amplia; quia iudex, ſeu Poteſtas loci non poteſt Iudex eſſe, & Notarius. Alex. *conſ. 120. Viſo proceſſu, n. 4. & ſeq. ver. circa ſecundum. lib. 7.* vbi, q̃ maxime in contentioſis, & criminalib. debet Notarius eſſe diuerſa perſona à iudice, & qui cœ-
10 pit eſſe Notarius, non amouetur ſine cauſa. † Reſtringe, q̃n eſſet conſuetudo antiqua, prout in comitatu, & officiis minoribus ca-
11 ſtrorum. Alex. *d. conſ. 120. nu. 6. ver. præterea, lib. 7.* † Contrarium dicit apoſtil. ad Alex. *d. conſ. 120. in ver. Actorum, lib. 7.* quia eſſet plus. q̃ tollere defenſionem, & appellationem, & tamen cõſuetudo tol-
12 lens appellationem non valet, *cap. quoniam contra, de prob. at.* † Reſtringe, quando eſſet actus rogatus ab officiali tanquam Notario, qui ſuperabundaret; quia tunc non vitiatur. Alex. *d. conſ. 120.*
13 *n. 5. ver. tamen iſtis, lib. 7.* † Amplia in Notario; quia non poteſt eſſe Notarius, & teſtis in inſtrumento; quia alias ſufficeret vnus alius teſtis, quod eſt abſurdum. Anchar. *conſ. 423. Viſo dicto puncto, in ſi.*
14 Bald. *conſ. 413. Duo ſunt, in fin. lib. 1.* † Limita; quia bene poſſunt haberi duplicia exercitia, & tunc, qui ſentit duplicatum laborẽ, debet habere duplicatum ſalarium; quia regula eſt, q̃ minuto labo-
15 re minuitur ſalariũ, & è contra. Rom. plene *conſ. 25. Viſo facto.* † Limita, q̃n officia ſunt ſine adminiſtratione. Anch. *d. conſ. 423. n. 2. ver.*
16 *præterea.* † Limita in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis; quia duplicem perſonam quis poteſt repræſentare, & Notarius poteſt rogari de ſuo teſtamento, vt Notarius, & diſponere, vt priuatus. Anch. *conſ. 178. nu. 2.* Guido Pap. *deciſ. 564.* Alex. *conſ. 157. Viſo inſtru-*
17 *mento, n. 2. & ſeq. ver. nec obſtat. ſi diceretur, lib. 2.* † Declara, vt non procedat limitatio quoad alios, ſed reſpectu ſui; ideo non poteſt pro alio duo officia exercere, vt ſit loco teſtis, & iudicis. Anch. *d. conſ.*
18 *178. n. 7. ver. non obſtat quarta.* † Extende igitur; quia Iudex, & Notarius poteſt eſſe vnica perſona in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & in iis creditur; in iis vero, quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, ſecus. Guido Pap. *d. deciſ. 564.* Alex. *d. conſ. 157. n. 2. & ſeq.*
19 *ver. nec obſtat, lib. 2.* † Et ideo ſi Notarius, qui rogatus eſt de inſtrumento donationis, eſt etiam in loco iudex, & habet magiſtratũ, ſupplet officium etiam iudicis, vt dicatur inſinuata ipſa donatio; quia inſinuatio eſt voluntariæ iuriſdictionis. Alex. *d. conſ. 157. n. 2.*
20 *& ſeq. ver. nec obſtat, ſi diceretur, lib. 2.* † Extẽ de; quia vbicunq; de plano proceditur, poteſt idem eſſe Iudex, & Notarius ſimul eodem tempore. Alex. *d. conſ. 157. n. 4. ver. hoc voluit, lib. 2.* & dat exemplũ in inſinuatione donationis, quæ non requirit cauſæ cognitionem, neq; ordinem iudiciarium; ergo fit de plano, & dicitur inſinuata
21 coram Notario, ſi eſt Notarius, & Iudex. † Limita, q̃n officia prædicta admittunt ſeruitium per ſubſtitutum; quia tunc quis nedũ officia, ſed beneficia plura tenere poteſt. Lap. *alleg. 117. n. 3. in ſi. ver.*
22 *nec obſtat, & n. 4.* † Limita in iis, quæ ſunt compatibilia. Bart. *in l. ſi*
23 *conſul. ff. de adoptio.* † Extẽ de in iis, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis; quia poteſt quis duplex officiũ facere. Bart. *d. l. ſi conſul. in prin.*
24 *ff. de adoptio.* Anch. *conſ. 423. in princ.* † Et Notarius poteſt rogari de contractu, & facere præceptũ in nolentẽ tanquam iudex chartu-
25 larius. Anch. *d. conſ. 423. n. 3.* † Extende in iis, in quib. quis poteſt repræſentare duplicem perſonam, prout quod quis ſit teſtis, & debitor. Anch. *d. conſ. 423. n. 2.* † Idem, q̃ Notarius ſit, & teſtator; quia
poteſt proprium teſtamentum per ſe ipſum rogare. Anch. *d. conſ.*
423. *n. 2.* † Idem, q̃n quis ex duplici perſona habet ius, puta in-
berto tanquam dominus, & tanquam filius domini. Anch. *conſ.*
422. *n. 2.* † Declara; quia in omnibus actibus, in quib. quis poteſt ſi
duplici reſpectu interuenire, debet illud exprimere, videl. quo
nomine velit actum gerere. Anch. *conſ. 423. in fin.* † Declara totam
hanc materiam; quia poteſt quis duplici officio fungi reſpectu
diuerſorum actuum, non eiuſdem actus; nam iudex poteſt eſſe
iudex in vno actu, & teſtis in alio, licet in eodem ſecus. Anch. *d.*
conſ. 423. n. 3. vbi ponit hanc primam declarationẽ. † Secunda declaratio; quia licet officia æque principalia haberi, & exerceri nõ
poſſint; ſecus, q̃n vnum eſt principale, aliud acceſſorium. Anch.
d. conſ. 423. n. 3. † Tertia declaratio; quia quandoq; duplicia officia haberi non poſſunt, quando habent ſalarium ex publico; ſecus ſi non habent ſalarium. Anch. *d. conſ. 423. nu. 3. ver. eſſet enim.*

Officialium extorſiones execrabiles, & tollendæ. Concluſ. 98.

OFFICIALES † quæſtuoſi, & lucroſi non ſunt paſſim per Principes ponendi; quia ſunt onerioſi populis, & ſicut lupi comedunt agnum; ideo ſunt omnino tollendi. Feder. de Sen. *conſil.*
185. *Super eo, quod quæritur. nu. 2. ver. item poterit Rector*, vbi allegat Io.
Andr. *in cap. 1. de off. ordin. lib. 6.* & multa dicit. † Amplia, vt pecdat;
etiam ſi remotio iſtarum extorſionum tendat in damnũ Cameræ Domini; quia eſt honor Principis, vt homines puniãtur, & nõ
burſæ, maxime in Eccleſia Romana hoc eſſe debet. Fed. de Sen. *d.*
conſ. 185. circa fin. ver. & poſito, quod reuocatio. † Amplia; quia omnes officiales, qui emunt officia, ſunt rapaces, & extorſiones faciũt,
eſt text. *in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.* vbi Imperator vetat hac
de cauſa aliquid ſolui pro officio, ne extorſiones fiant, & plene
inuehitur, plures citans de hoc contra officiales ementes officia,
Maſc. *Concl. 1132. n. 39. & ſeq.* vbi videas; quia appellat iſtos iudices
barattarios. † Amplia; quia officiales, qui cogunt ruſticos, vel eorum ſeruos, aut iumenta ad aliqua obſequia, ſunt banniendi, prout è conuerſo etiam ruſtici, qui ſponte dicta obſequia ſubeunt,
eſt text. *in l. 2. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. deuocen.* licet Clar. *§. fin. q. 71. n.*
3. dicat non ſeruari. † Amplia; quia officialis, q̃ de facto fecit cerari ſuum prætenſum debitorem, & compulit eum ad ſoluendum, tenetur in ſyndicatu de extorſione facta, etiam q̃ partem
concordauerit, & pecunias reſtituerit. Alex. *conſ. 206. Viſo benate, n. 13. & 14. ver. ſuper ſexto. lib. 2.* † Amplia, ſi officialis panem vendidit, vel merces exercuit; quia diſtinguitur, an pecunia propria, an ex aliena, vt plene Alexand. *d. conſ. 206. circa fin. nu.*
contra ſeptimum. n. 14. & ſeq. lib. 2. † Amplia; quia officiales habentes
ſalarium ex publico non poſſunt accipere munera aliqua in pecuniis; imo neq; eſculenta, neq; poculenta. Alex. *d. conſ. 206. Viſo*
themate, n. 9. ver. ſuper quarto. lib. 2. vbi, q̃ iſta eſt verior, licet quod
eſculenta, & poculenta ſint opiniones, quod poſſint accipere,
quæ triduo conſumi poſſunt, ſed in pecunia neque minimum poteſt aceipi, alias tenetur in ſyndicatu. Vide, *Barattaria quid ſit ex,*
quibus inducatur, & quomodo probetur. Concl. 26.

Officiales quando teneantur ex delicto familiæ ſuæ, vel non. Concl. 99.

OFFICIALIS † tenetur ex delicto ſui familiaris præpoſiti alia-
liquod officium, ſi delinquat in officio, ſecus ſi delinquat extra officium. Bart. *in l. 1. §. familiæ. ff. de publica.* ſequitur Bald. loquis
in officiali iuſtitiæ *conſil. 385. Caſus eſt talis, in princip. lib. 1.* Ægid. *conſ.*
4. *colum. 3. ver. Bartol. vero.* Roman. plene *conſil. 11. In propoſita queſtione, num. 3.* vbi apoſtill. *in ver. non tenetur, & conſil. 338. In caſu, num. 7.*
vbi apoſtil. *in ver. commiſſum, & in fin.* vbi alia apoſtill. *in ver. dat com-*
miſſum, dat plures concordan. Rom. *conſ. 434. in ſi. ver. quoad quartũ*,
vbi apoſt. *in ver. deputati.* † Declara tamen; quia ſi Poteſtas eſſet cõſequutus aliquod commodum ex delicto extra officium com-
miſſum, adhuc tenetur de eo, apoſt. ad Rom. *conſil. 11. in ver. non te-*
netur. † Et idẽ in officiali, qui ſtat ad ſyndicatũ; quia tenetur pro
ſua familia; ſed tamen exhibendo liberatur, niſi fuiſſet particeps,
plene Paris de Put. *tract. at. de ſyndicat. tom. 7. fol. 266. ver. Reſtrin.*
† Amplia, vt etiam teneatur officialis ex delicto ſuæ familiæ, etiam ſi familiaris delinquens nõ ſit præpoſitus alicui officio, puta
ſi furetur; quia dominus eſt in mala electione. Bal. *in d. conſ. 38. ſi.*
ſi. ver. ibi dum dicit, lib. 1. tamen nõ tenetur criminaliter, puta ſi aliquem vulneraret, niſi delinquat in officio, vt ibi, *circa med. ver. ea-*

§ mein in effectu. † Extende multis modis, prout in procuratore, qui tenetur pro substituto, vt in *ver. Procurator substituens. Concluſ.* 852.
6 † Amplia, quod dicitur de Potestate, idē de communitate, quæ tenetur pro delicto sui officialis. Rom. *conſ.* 338. *In caſu, n.* 7. *vſque in fi.* vbi reddit rationem; quia culpa est in eligente, & ibi apostil. ci-
* tat pro vtraque parte *in ver. obligatam*, & dicit hanc *communem.
7 † Amplia; quia Episcopus tenetur ex delicto sui vicarii, vel officialis, si deliquit in officio, in quo erat deputatus, alias non. Ægi.
8 *conſ. 4. per tot.* Feli. *in cap. Petrus, n.* 9. *de homicid.* † Declara; quia in iis, quæ Episcopus per seipsum expedire tenetur, vel alius dominus, deputando officialem magis obligatur, quā in iis, quæ per officiales consueuerunt expediri, ita distinguit Ægid. *d. conſ. 4. n.* 3. *ver.*
9 *ſolutio.* † Amplia, vt procedat, q̄ tenetur solum de commissis in officio, & secundum ius commune, licet extet statutum (prout Bononiæ) quod teneatur indistincte; quia non habet locū statutum factis proclamationibus, ex quo non loquitur isto casu, & intra ius commune. Rom. *d. conſ.* 11. *in princ.* vbi apost. 1. quod va-
10 let statutum, sed est strictissime intelligendum. † Amplia; quia vbicunq; dominus est consentiens delicto, aut participās, semper tenetur pro delicto officialis. Ægid. *d. conſ. 4. in prin. ver. ſed Bertran.*
11 apost. ad *d. conſ. Roman.* 11. *in ver. Non tenetur.* † Imo, quod faciunt familiares officialis sciētis, videtur factū ab officiali. Alex. *cōſ.* 1. *n.* 9.
12 *ver. præterea illud, quod faciunt, lib.* 3. † Extende idē, si sciens, & non p̄hibens, q̄s potest prohibere. Ægid. *d. conſ. 4. ver. ſed Bertrand.* Anch.
13 *conſ.* 158. *n.* 4. † Extende idem, si non correxit officialem, quem re-
14 perit deliquisse. Ægid. *d. conſ. 4. col.* 2. *in fin. ver. aut dominus.* † Extende; quia in omnibus casibus, in quibus factum procuratoris nocet domino; ita etiam factum officialis delinquentis in officio; secus si extra officium, si erit procurator, extra mandatum. Ægid.
15 *d. conſ. 4. col.* 3. *ver. Bernard. vero, & in ver. Hoſtien. autem.* † Amplia; quia dominus, communitas, officialis, & quicunq; potest prohibere delinquentem, & non prohibet, tenetur pro eo ex sola permissione, & ex sola patientia. Vide plene Anch. *conſ.* 158. *Ex narratis, n.* 3. *& ſeq.* vbi multa exempla ponit, & contraria soluit, & declarat,
16 qualiter procedat. † Amplia in substituente aliquem ad officiū, quod ipse tenetur exercere; quia tenetur pro delicto substituti circa officium, siue sit in cōmittendo, siue in negligendo, plene Rom. *conſ.* 338. *In caſu propoſitæ, per tot.* maxime *n.* 6. *ver. cæterum*, vbi a-
* 17 post. *in ver. obligatum*, dicit *communem. † Declara; quia dominus soluens repetit à famulo, in tantum, q̄ propria authoritate
18 potest sibi soluere. Felin. *in cap. Petrus, inſi. de homicid.* † Limita; quia quando Potestas, vel alius tenetur pro delicto familiæ, intelligitur ciuiliter, non de pœna corporali. Rom. *conſ.* 11. *n.* 3. & plenius
conſ. 15. *in princ.* vbi plena apostil. *in ver. criminaliter*, quia pœna corporalis solui non potest pro alio. Rom. *conſ.* 847. *In caſu præſenti*, vbi apost. *in fin.* & expresse dicit Rom. *conſ.* 15. Feli. *c. Petrus, nu.* 13. *ver.*
19 *ſexto declara, de homicid.* † Limita; quia non tenetur ex delicto militum, seu eorum, quos ipse non eligit, sed Princeps; quia non est in culpa, neq; in mala electione. Bal. *d. conſ.* 385. *poſt med. ver. porro illi*
20 *proprie, lib.* 1. † Declara, nisi ipse præciperet delictum, vel nisi posset prohibere, & non prohiberet. Bald. *d. conſ.* 385. *ver. porro illi, vſque in fin. lib.* 1. Et quod si potuit prohibere, & nō prohibuit, teneatur.
21 Anch. *conſ.* 158. *nu.* 4. † Extende limitationem, vt qui vere nō sunt eius familiares, consequi debeant præmium datum capienti bānitum, exceptis familiaribus officialis; quia cum isti non sint p̄prie de familia officialis, debent habere præmium, prout alii. Bal.
22 *d. conſ.* 385. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia scholaris non tenetur de delicto
23 sui familiaris; quia est speciale. Ægid. *conſ. 4. col.* 3. *ver. Bart. vero.* † Limita; quia siue de iure communi teneatur Potestas pro delicto familiæ, siue teneatur ex forma statuti, semper q̄ fit exhibitio delinquentis, liberatur Potestas. Rom. *conſ.* 11. *col. fin. & conſil.* 434. *In*
quo quæritur, in fin. & ibi plena apostil. *in ver. liberantur, & conſ.* 338. *n.*
non. duo tamen. Bart. *in l.* 1. *in fin. n.* 3. *ff. de public.* & verba secundum naturam officii sunt intelligenda, apostil. ad Bartol. *in d. l.* 1. §. *fami-*
24 *lia*, plene Bosſ. *de fart. nu.* 55. *& ſeq.* vbi plene. † Extende, vt procedat limitatio, etiam si exhibitus non sit soluendo; quia luet in corpo-
25 re, & liberatur exhibens. Roma. *d. conſil.* 11. *circa fin.* † Limita; quia non tenetur dominus pro delicto sui officialis, quando non fuit
26 delinquens, neque participans, neque conscius, neque in aliqua culpa. Ægid. *conſ. 4. col.* 2. *ver. aut non eſt conſcius.* † Et in dubio non præsumitur scientia, neq; participatio. Paris. de Put. *de ſyndic. tom.*
27 7. *fol.* 266. §. *Rectores, n.* 2. *ver. an extortum.* † Extende; quia nunquam officialis, vel dominus tenetur pro suo officiali, quando illū delinquentem exhibet. Ægid. *d. conſ. 4. col.* 3. *ver. ſed dicit.* Rom. *conſ.* 11.
in fi. vbi extendit, etiam si exhibitus non sit soluendo, & idē repe-
28 tit. *conſ.* 15. *in princ.* & plenius *conſ.* 434. *in fi.* vbi plena apost. *in ver. liberantur.* † Declara; quia non sufficit exhibitio, q̄s dominus participauit, vel quando se obligasset soluere pro eo. Paris de Put. *de ſyndicat. fol.* 266. *tom.* 7. *ver. Rectores & in* §. *Poteſtas.* † Extende; quia nō 29
tenetur, quando elegit probum virum ita reputatum, & ignorauit delictum. Ægid. *d. conſ. 4. col. antepen. ver. ex quibus poteſt.* † Limita 30
in casu conuerso; quia exequutor, & minister non tenetur, si mādato officialis aliquid minus iustum exequatur. Paris de Put. *de ſyndicat. tom.* 7 *fol.* 267. §. *Poteſtas, n.* 4. *& ſeq.* vbi late. † Extende generaliter in Notario, milite, & exequutore; quia isti non dantur ad 31
consulendum, ideo excusantur, si exequuntur sibi commissa etiā iniusta. Alex. *conſ.* 1. *n.* 8. *ver. officiales Poteſtatis, li.* 3. † Restringe in offi- 32
cialibus, & ministris datis ad consulendum, quia si vident aliq̄d fieri iniuste debent resistere, alias tenentur ipsi. Alex. *conſ.* 1. *nu.* 10.
ver. prædicta confirmantur, lib. 3. vbi dixit esse text. *in l. quoniam iudices, C. de appell.* † Limita; quia non tenentur pro commissis extra offi- 33
cium, ad q̄ sunt præpositi, ita apost. ad Rom. *conſ.* 434. *in fin. ver. ſecus ergo*, & plenior apostil. ad Roman. qui hoc expresse dicit *conſ.* 338.
In caſu propoſitæ conſultationis, n. 7. *ver. ſecunda ratio.* vbi apostill. *in ver. commiſſum*, & plenius ibi *n.* 8. *ver. quoad tertium*, vbi plena apostil. *in ver. commiſſum.* † Restringe, nisi officialis, vel Ciuitas haberet ratū 34
factum, vel delictum familiæ suæ. Rom. *conſ.* 338. *in fin. ver. non tamē erit.* † Limita nouem modis, de quib. Felin. *in cap. Petrus, n.* 9. *& ſeq.* 35
de homicid. † Limita; quia tenetur officialis pro debitis, & delictis 36
familiæ commissis durante officio, vel tempore officii; non autē ante, vel post. Rom. *conſ.* 15. *n.* 3. vbi apostil. *in ver. non autem.* Cravet.
conſ. 3. *Index habens, col.* 3. *ver. octauo.* Felin. *d. c. Petrus, nu.* 6. *de homicid.* † 37
Limita; quia non tenetur, si officialis, vel minister, qui deliquit, esset mortuus, vel etiam bannitus pro delicto, ex quo non potest exhibere. Paris de Put. *de ſyndicat. tom.* 7. *fol.* 266. *ver. Rectores, in princ.*
& fol. 267. *ver. Poteſtas, in fi. n.* 10. † Limita; quia non tenetur pro of- 38
ficiali, quem ipse non elegit, sed datus fuit à superiore. Felin. *in d.*
cap. Petrus, n. 11. *ver. declara, de homicid.* † Limita; quia in dubio famu- 39
lus delinquens, vel consanguineus non præsumitur de consensu domini delinquere, nisi septem casibus, de quib, Feli. *in d. cap. Petrus, de homicid.* † Dicitur autem de familia officialis eius substitu- 40
tus. Rom. *conſ.* 338. *n.* 6. † Item bargellus, birruarii, & alii ministri, 41
prout nuncii. Rom. *conſ.* 434. *ver. quoad quartum, in fin.* † Et proba- 42
tur familiaris quis, si se gerit pro tali, si constat per claras probationes. Corne. *conſ.* 40. *n.* 8. *lib.* 1. Vide, *Damnum, vel robariam qui, &c. Concl.* 15. Vide, *Dominus quando teneatur, & c. Concluſ.* 615. Vide, *Magiſtratus delinquens, & c. Concl.* 2.

Officiales qui non possint obligari, & contrahere, & qui possint. Concl. 100.

OFFICIALIS † habens iurisdictionem temporalem non po- 1
test contrahere, neq; obligari, vel fideiubere cum subdito durante officio, & si se obliget, non valet, neque conueniri potest ex tali obligatione. Bald. *conſ.* 330. *Punctus talis eſt, Dominus Andreas, lib.* 3. *per tot.* vbi loquitur in Senatore Ciuitatis Senarum, qui se obligauerat pro Senensi ad certā obligationem. † Ratio vna est; 2
quia qui mutuat pecuniam iudici præsumitur committere barattariam, & mutuare, vt corrumpat. Bald. *d. conſ.* 330. *ante med. ver. ſed videamus, lib* 3. † Alia ratio; quia si iudex emit, vel alteri mutuat, 3
est suspicio impressionis; quia est terribilis partibus. Bald. *d. conſ.*
330. *ante med. ver. item quando ipſe, lib.* 3. Alex. *conſ.* 1. *n.* 11. *& 14. lib.* 4. vbi quod propterea non potest emere durante officio, quādo habet merum, & mixtum imperiū. † Item, quia debet vacare circa offi- 4
cium sibi iniunctū, non circa ea, quæ possunt eū distrahere ab officio. Bal. *d. conſ.* 330. *poſt med. ver. item poſſunt aſſignari, lib.* 3. † Item, q̄a 5
officium debet esse liberū; & ideo ne reddatur timidus, vel gratiosus, prohibetur contrahere. Bal. *d. conſ.* 330. *poſt med. ver. tertio poteſt, lib.* 3. vbi, q̄ cessante aliqua ratione ex præmissis sufficit, quod
aliæ possint accommodari. † Amplia; quia officialis habens iuris- 6
dictionē ad tempus non pōt mutuare pecuniam ēt non subditis. Bald. *d. conſ.* 330. *in princ. lib.* 3. † Item non potest contrahere etiam 7
cum non subditis respicientia negociationē. Bald. *d. conſ.* 330. *circa fi. ver. ideo nec circa, li.* 3. † Extende; quia multo magis p̄hibetur mu- 8
tuare subditis. Bal. *d. conſ.* 330. *in princ. ver. aut cū ſubditis, lib.* 3. † Item 9
non potest emere. Alex. *conſ.* 1. *n.* 12. *lib.* 4. † Extende; quia p̄hibetur 10
circa ædificationem attendere. Bal. *d. conſ.* 330. *poſt med. ver. item poſſunt, lib.* 3. † Extende, quia mandatū factum ad concedendū bona 11
Cōmunis personis idoneis bene vilis, nō extenditur, vt cōcessio possit fieri officiali habenti iurisdictionē in loco; quia non potest emere, neq; conueniri durante officio. Alex. *d. conſ.* 1. *n.* 11. *&* 12. *li.*
4. † Amplia in officialib. sine iurisdictione, habentibus tamē ad- 12
ministrationē ex publico; quia circa cōcernētia officiū non possunt emere, neq; cōtrahere pro se. Bal. *d. conſ.* 330. *circa prin. ver. ſed ſi*
eſſet, li. 3. † Restringe, nisi cōtraheret p̄ Republica, & nomine Rei- 13
publicæ

publicæ circa officium, quando id posset facere, quia valet con-
14 tractus, Bal. *d.cons.330. ante med. ver. item prædicta vera, li.3.* † Restringe, nisi in iis, quæ sunt extra administrationem officii; quia potest contrahere. Bald. *d.cons.330. ante med. ver. si vero non concernit, lib.*
15 3. † Amplia; quia ista est regula, quod officialis durante officio non potest contrahere. Soc. *reg.3. Officialis dum est in officio*, vbi li-
16 mitat septem modis, quos videas. † Limita in officialibus in patria propria, prout sunt Antiani, & Priores Terrarum; quia isti
17 possunt contrahere. Bald. *d.cons.330. in prin. lib.3.* † Limita in officialibus perpetuis; quia possunt cõtrahere libere, prout priuati. Bal. *d.cons.330. in prin. lib.3.* Signor. Homod. *cons.71. Factũ sic se habet,*
18 *in princ.* † Limita in officialibus, qui sunt incerti circa tempus; qa reputantur perpetui. Bald. *d.cons.330. circa princ. ver. sed si est dubium,*
19 *lib.3.* † Limita in officiali temporali habente iurisdictionem, qñ contrahit pro necessitate, vt in iis, quæ respiciunt victum. Bald.
☞ *d.cons.330. circa princ. ver. aut recipiendo, lib.3.* Vide, *Dominus an possit contrahere. Concl.616.* Vide, *Magistratus durante officio. Concl.3.*

Officiales durante officio, vel magistratu non possunt conueniri, & quando secus. Conclusio.

VIDE Socin. *in reg.2. Magistratus durante magistratu*, vbi ampliat, quod non potest conueniri, etiam vt teneatur mittere procuratorem; limitat vndecim casibus, quos videas.

Officialis de mandato Principis faciens excusatur, & quando. Concl.101.

1 OFFICIALIS † aliquid faciens de mandato Principis excusatur, etiam si illud factum sit iniustum; quia præsumitur ex necessitate, non ex voluntate fecisse. Mascar. *Concl.1135.* vbi multos casus ponit ampliando, & limitando.

Officiali statur in iis, quæ spectant ad officium suum, & quando. Concl.102.

1 OFFICIALI † cuicunque statur præsumptiue in iis, quæ spectant ad officium suum. Lap. *alleg.95.n.6. in fi. ver. ist ud etiam declaratur per c. fraternitatis, de frigid. & maleficiat.* vbi loquitur in nuncio referente se citasse domi dimissa copia, vt sibi credatur, & de
2 nuncio, vt sibi credatur, etiam si sit vilis, tenet Feder. de Sen. *cons.*
3 *119. in fi. ver. nam.* † Vide plene per Male. *Concl.1133. per totam*, vbi cumulat, in quib⁹ creditur, vel non. † Amplia, vt procedat in campsore depurato publica authoritate, quia ipsi creditur in iis, quæ spectant ad officium suum. Fed. de Sen. *d. cons.119. in fi.* vbi, quod etiam si de iure non faceret plenam fidem, secus est de consuetu-
4 dine. † Amplia; quia deputatus ad conscribendum excommunicatos in libro, si est publica authoritate deputatus, facit plenam
5 fidem, & ei creditur. Fed. de Sen. *d. cons.119. in fin.* † Amplia; quia statur litteris officialis deputati ex publico circa ea, quæ concernunt eius officium publicum, non circa alia. Alex. *cons.209. Viso*
6 *themate, lib.2.* vbi declarat. † Amplia; quia fides officialis deputati ad certas bolettas solutionum probat circa ea, quæ ad officium pertinent. Ruin. *cons.56. Stante sexto capitulo, n.5. lib.1.* vbi ponit plura
7 exempla. † Amplia; quia creditur officialibus deputatis ad reformationem circa ea, quæ præmittunt in præfationibus pro causa, ex qua mouentur, quod præmissa sint vera, & probent quoad omnes. Bart. in *l. ambitiosa, nu.27. ver. visis, & examinatis, ff. de decret. ab ordin. facien.* sequitur Dec. *cons.191. nu.4.* Ias. *cons.222. col.9. ver. decimo ad idem, lib.2.* vbi multa similia, & *cons.101. col.3. in fi. lib.4.* Cassad. su-
8 per *regul. decis.14. n.3.* Rui. *cons.69. in princ. li.1.* † Declara, vt per Rui.
9 *d. cons.69. n.6. & seq. lib.1.* vt prædicta procedant quoad enunciata, quæ tempore actus potuerunt interuenire. † Amplia; quia creditur officiali, quod habeat mandatum etiam in iis, quæ sunt reseruata Principi, quando præsens est in loco princeps, & potest de facili aditi. Grammat. *decis.36. n.26. & 27.* vbi late, & *cons.crim.54.*
10 *nu.17.* † Extende, & declara in Cardinale Legato; quia ipsi creditur etiam circa ea, quæ sunt extra facultates, dummodo non agatur de præiudicio tertii, vel de alienatione, aut actu requiren-
☞ 11 te mandatum speciale. Abb. *consi.94. n.2. lib.2.* Vide, *Cardinalis assertioni. Concl.103.* † Extende; quia si creditur vni iudici, & officiali
12 multo magis creditur pluribus. Gramm. *d. decis.36. num.28.* idem Gramm. *d. cons. crimin.54. n.17.* † Extende, quia præsumitur authoritas, & mandatum in officiali Principis, vel Communis; quando publice facit actum, & exercitium iurisdictionis in territorio Principis. Alex. *consil.157. Viso instrumento, col.3. nu.10. ver. secundo*
☞ *respondetur, lib.2.* quia in istis notoriis præsumitur scientia. Vide,
13 *Scientia in quibus, &c. Concl.64.* † Extende; quia si officialis ciuitatis facit banniri mentum publicum ex ordine Principis, vel domini sui, ipsi creditur de mandato; quia insignis est persona; & quia se de consuetudine seruatur. Rom. *consil.59. Ad discutiendum. nu.6. ver. quarto videndum.* vbi loquitur in officiali Fani, vbi allegat, quod dicitur de delegato; quia ei creditur de iis, quæ dicit sibi commissa, & apostill. *in ver. commissum*, dat infinitos conc. † Sed Abb. 14
cons.17. In quæstione, in fi. lib.2. qui consuluit in eodem casu cum Romano, dicit, quod à principio banni posset dubitari, sed ex quo dominus postea ratum habuit acceptando pœnas, sibi creditur.
† Extende; quia officialis substitutus, seu locum tenens iudicis 15
ordinarii probat se substitutum eo ipso, quod dominus est præsens, & patitur eum exercere officium. Alex. *d. cons.157. n.10. ver. secundo respondeo, lib.2.* & repetit *cons.1. in fi. eod. lib.* † Extende; quia v- 16
bicunq; quis palam, & publice gerit se pro officiali præsente, seu sciente, & patiente eo, ad quem spectat deputare eum, probata dicitur deputatio, & mandatum. Alex. *d. cons.157. n.10. ver. & privilum tex. lib.2.* per tex. *in l.1. §. magistrum, ff. de exercito.* ibi, *cæterum si sit, & passus est in vno ministerio fungi, ipsi eum præposuisse videtur.* † Sed etiã 17
præsumitur facultas legitimandi pro eo, qui palã, & publice scit, & patiente Principe legitimat, tanq; ab eo habens facultatem. Alex. *d. cons.138. n.11. lib.1.* † Sic delegatus ab ordinario, vel inferiore à Principe, qui non potest subdelegare, si tamen subdelegat sciente, & patiente ordinario, valebit subdelegatio tanquam facta ab ipso ordinario. Alex. *d. cons.157. n.11. lib.2.* vbi dicit magis communem. † Amplia, quia creditur ex equitori attestanti de 18
iis, quæ sibi in conscientia committuntur. Alex. *cons.2. in prin. ver. secundo respondeo, lib.2.* † Limita multis casibus, in quibus iudici non creditur alleganti, vel attestanti aliquid. Vide, *Iudici aliquid attestanti. Concl.477.* † Limita; quia nuncio non creditur, nisi sit publicus, & iuratus, & nisi specialiter circa citationes. Fed. de Sen. *cons.142. n.3. ver. non obstat relatio.* † Limita; quia iudici delegato non creditur in iis, quæ respiciunt bene, vel male processum. † Limita; quia non creditur officiali, & litteris eius, in iis, in quib. non potest libere disponere, in aliis secus. Alexan. *cons.206. Viso themate. nu.4. lib.2.* † Et ideo sibi non creditur in iis, in quibus requiritur causæ cognitio. Alex. *d. cons.206. n.4. lib.2.* † Item magistri intrarum Mediolani, qui non possunt constituere salarium officiali, nisi de licentia Principis, non possunt attestari, neque illis creditur, quod tantum salarium debeatur officiali. Alex. *d. cons.206. per tot.* vbi est casus, *lib.2.* † Limita; quia officiali non creditur de facili in arduis, & maxime, vbi agitur de vtilirate, vel pecunia officialis. Mantua. *cons.60. n.9 & 10.* † Limita; quia non creditur officiali, vbi agitur de magno præiudicio, q; habeat in facultate, vel q fecerit hoc, & illud. Alex. *cons.75. nu.18. lib.5.* † Extende, quia non creditur officiali attestanti aliquid, etiam in iis, quæ spectant ad officium suum, quando agitur de magno præiudicio, secus si de modico. Alex. *cons.206. n.5. ver. & quod tales litteræ, lib.2.* & loquitur etiam in Episcopo. † Extende; quia quando attestatur de præsentito, sibi non creditur, si agitur de magno præiudicio, secus si de modico, veluti si attestatur super moribus bonis pro clerico, vel probat. Alex. *d. cons.206. n.5. in fi. ver. vbi autem littera, lib.2.* † Restringe in attestatione, quod quis sit excommunicatus, quia creditur propter periculum animarum, & quia est medicinalis, & agitur de modico præiudicio. Alex. *d. cons.206. n.5. in fi. ver. fallit quando, lib.2.* Vide, *Delegato, & aliis non creditur. Concl.154.* Vide, *Notario quando, & in quibus. Concl.83.* Vide, *Nuncio, & birrariis. Concl.155.*

Officiales in fine officii sunt gratiosi, & suspecti, in principio sunt seueri. Concl.103.

OFFICIALES † in fine officii sui solent esse gratiosi, ideo contra rem gestam per eos præsumitur in fine officii. Anchiran *cons. Cald.206. circa med. ver. officiales*, alias 10. *de re iudic.* † In princi- 1
pio officii tanquam cupidi honoris vtuntur seueritate potius quam humanitate. Fulg. *cons.106. col.3. n.2. in fi.*

Officiales pro administranda iustitia qui esse non possint. Concl.104.

NON † potest esse officialis in administranda iustitia minor 21
annis de iure communi: ideo ætas 25. annorũ requiritur nisi aliter per statuta sit dispositum. Rom. *cons.216. Electio dicti domin. in princ.* † Ciuis in sua Ciuitate de iure cõmuni non potest esse 22
tui iudex in administranda iustitia, sed debet esse forensis. Rom. *d. cons.216. in princ. ver. secundo videtur*, vbi allegat plura iura, ciuilia, canonica, & arguit à speciali. † Extende, quia neq; ciuis creatus 23
per accidens post esse officialis pro iustitia ministranda, qua ex

ipso, quod ciuis creatur, commoda, & incommoda sentit. Rom. *d.cons.216.in princip.versic.secundo nulla videtur.* Vide, *Ciuilitas concessa. Concl.276.*

Officia Romanæ Curiæ ex solo titulo conferuntur, & eorum natura. Concl.105.

1 OFFICIALES † Romanæ Curiæ ex solo titulo officiorum dicuntur esse officiales, licet nondum obtinuerint admissionem facti in Camera Apostolica vel Cancellaria; & ideo gratia, in qua quis narratur cubicularius Papæ, non est subreptitia, licet constet, quod post gratiam fuit admissus in Cancellaria ad cubiculariatum; quia ex admissione tali, quę est facti, non sequitur, q̃ ante non esset talis, saltem ex titulo in officio concesso. Gemin. *cons.79.in princ.* vbi duplex est admissio; vna iuris, per quã acquiritur titulus; alia facti, per quam acquiritur possessio. † Resignari debent officia Rom. Curiæ in manibus Papæ, prout beneficia, quia aliter non alienantur. Rol. à Vall. *cons.11.in princ.* maxime *nu.8.& 9.lib.2.* † Sola tamen supplicatio sufficit, & consensus Papæ solet haberi, vt idem Rol *cons.11.n.15.lib.2.* † Et licet non possint transire ad hæredes: tamen quia de consensu Papæ alienari possunt, computantur in legitimam filiorum secundum * communem. Rolan. *d.cons.11.n.10.& seq.lib.2.* † Societates fiunt ex vsu approbato in Rom. Curia super officiis hoc modo; quia officiales recipiunt pecunias super eorum officiis ad societatem duraturã per sex menses, & deinde ad beneplacitum cum discdicta 15. dierum, & promittit facere participem dantem pecunias de fructibus societatis, quas conducunt ad rationem duodecim pro centenario, & si interim moritur is, qui dedit pecunias, si periculum erat in persona eiusdem, perdit pecunias, & lucratur officialis; & idem, si periculum vitæ esset in alia persona; quia illa moriente semper lucratur officialis pecunias: si vero officialis moritur, nihil lucratur is, qui dedit pecunias, sed finitur societas, & repetit suas pecunias is, qui dedit. Gabriel. *cons.78.in princ.lib.1.* vbi, quod per mortem officialis vacat societas, & amplius non debentur fructus societatis; & idem, si officium venditur alteri. Gabr. *cons.63.n.5.& per tot.lib.2.* vbi, quod alii obligati in solidum sunt fideiussores, & solus officialis est principalis, etiam si pecunia peruenisset ad fideiussores; quia sine officiali non potest fieri societas super officio. † Obligare, vel vendere non possunt officiales officia, & si id facerent sine Papæ licentia, non valeret; quia æquiparantur vsufructuario, qui finitur morte, & alienatione; & ideo sicut vsus fructus non possunt cedi, præterquam proprietario, vt *Instit.de vsufr.§.finitur, & §.seq.* vbi gl. *in ver.cedendo.l.si vsusfructus.ff.de iur.dot.* quia cum conueniat diffinitio, conuenit & diffinitum, §. *est autem, & §.seq.Instit.de tutel.* & sicut vsus fructus est in re aliena, *l.certe dicimus.ff.de verb.signific.* ita officialis ad vitam dicitur habere officium Principis, q̃ sicut alienum non potest obligari, *l.2.ff.de pign.actio.* † Et ideo si Papa facit gratiam alicui creditori posteriori, vt satisfiat de officio, vel pretio officii, non facit iniustitiã prioribus creditoribus; quia in re sua potest facere, quod sibi placet, *l.etiam, §.licet, ff.solut.matrim.* † Finita societate per mortem officialis, vel per venditionem officii, aut alias, non amplius debentur fructus societatis officii; quia extincta est societas, sed bene debetur interesse ei, qui dedit pecunias ad societatem. Gabr. *d.cons.78.per tot.iuncto fi.lib.1.* † Et amplius finita societate quotis modo nõ potest perdi pecunia, vel lucrari. Gabr. *d.cons.63.n.15.& seq.lib.2.*

Officia Romanæ Curiæ empta in personam tertii ad quem spectant. Concl.106.

1 EMENS † officium vacabile in personam tertii, si ille, ex cuius pecunia fuit emptum officium, & reseruata fuit administratio, decedat, officium spectat ad hæredes suos, non ad illum, in cuius caput emptio fuit facta. Rota *decis.262.p.1.diut.no.* & iterum coram Clemente VIII. fœl. recor. in vna Rom. scriptoriæ 1583. 13. Maii, & in alia Rom. officii scriptoriæ coram Illustriss. Pamphilio 1588. die 1. Aprilis.

Officium iudicis multiplex, quid sit, in quibus versetur, & an ab eo appelletur. Concl.107.

1 OFFICIVM † iudicis est multiplex; aliud dicitur nobile, quod succedit loco deficientis actionis, & dicitur nobile, quando adiutur iudex principaliter propter officiũ; aliud est mercenarium, & dicitur, q̃ inseruit actioni, & iudex non aditus est principaliter propter officiũ, sed in consequentiam; aliud est merum, seu liberum officium, vt quando in mera facultate non regulata iudicis aliquid est positum, plene Felin. *in cap.2.de offic.iudic. n.7.& seq.* † Vnum nobile dicitur officium iudicis, quod residet principaliter in persona iudicis, de quo habetur *in l.congruit, ff. de offic. præsid.* & est semper nobile. Bartol. *in l.4.nu.2.ver.vel clarius, C. depos.* † Et ita est in persona iudicis ecclesiastici istud nobile officium, sicut in persona iudicis secularis, & vbi agitur de iuramenti obseruantia, iudex ecclesiasticus compellit iurantem ad obseruantiam iuramenti suo officio nobili, vel secularis ad requisitionem ecclesiastici. Castr. *cons.8.n.3.lib.2.* † Aliud, quod residet in persona partis, & est duplex, nobile, vel mercenarium, nobile per se stat, mercenarium seruit actioni. Bart. *d.l.4.C.depos.nu.2.* † Item vnum nobile in persona partis consistẽs dicitur tale; quia competit loco deficientis actionis, & habet vim actionis, prout q̃s petitur restitutio in integrum; quia est per officiũ iudicis nobile, quod habet vim actionis. Bart. *d.l.4.n.3.C.depos.* vbi, q̃ in isto officio proceditur, prout in actione, dato libello, &c. licet concludatur iudici, non parti, nisi in consequentiam. † Secundũ nobile in persona partis datur loco deficientis actionis, sed nõ habet vicem actionis, prout quando petitur decerni bonorum possessio, & in hoc non datur libellus. Bar. *d.l.4.n.4.ver.quoddam est officium. C.depos.* † Tertium nobile in personam partis non datur loco deficiẽtis actionis, sed datur loco competentis actionis. Bar. *d.l.4.n.4.C. depos.* & allegat *l.1.§.per hanc, ff.de rei vendicat.* † Quartum nobile in personã partis datur loco exceptionis. *l.plane, ff.de petit.hæred.* Bart. *d.l.4.n.4.C.depos.* † Quintum est nobile in persona partis competens loco actionis, *l.1.§.penul.ff.de offic.præfecti.Vrb.* Bart. vbi supra. † Mercenarium quandoque litis ordinatorium ad assignandum dilationes, & similia, *authen.generaliter, C.de Episc.& cleric.* Bar. *d.l.4. nu.4. C.depos.* & idem, quando fiunt interrogationes præparatoriæ, & in hoc libellus nõ est necessarius. † Secundum est litis decisiuum, *d.l.4.C.depos.* † Tertium est commune, q̃ habet se indifferenter circa quamlibet actionem in cognoscẽdo de causa, absoluendo, & condemnando. Bart. *d.l.4.n.4.circa fi.C.depos.* † Quartum est non cõmune, sed consistens circa certas actione, & quãdoq; venit ex natura actionis, quandoq; vltra naturam, & in arbitrariis, quæ sunt stricti iuris. Bart. *d.l.4.n.4.in fi.C.depos.* † Et semper in officio iudicis, siue nobili, siue mercenario cõcluditur parti; quia semper officium iudicis non præsupponit obligationem, actio vero secus, Bart. *d.l.4.in fi.C.depos.* † Et ideo si iudex est aditus principaliter propter officium suũ nobile, vt quod detur tutor, vel curator, vel quid simile; quia non subest actio, sed officiũ succedit loco deficientis actionis, semper est officium nobile per se stans, non seruiens actioni; si vero quis proposita actione sua petit pronunciari super ea; tunc qa incidenter petitur, & seruit actioni intentatæ, dicitur mercenarium. Felin. vbi supra *in cap.2.de offic.iudic.nu.7.& seq.* † Merum vero officium iudicis est, quando iudex nõ mouetur ad instantiam partis, sed suo libero officio facit aliquid. Fel. *d.c.2.de offi.iud.n.8.* † Vel dicas, aliud est officiũ iudicis per se supplentis, & istud non debet implorari, sed iudex supplet ex se, prout repellere agẽtem ex actu de se nullo, clare Rom. *cons.42. Visis, n.4.ver.quarto,* vbi quod statutum tollens officiũ iudicis, non tollit hoc, sed illũd, q̃ implorari debet. † Aliud est officium iudicis, quod debet implorari à parte, & impartiri, & statutum tollens officium iudicis tollit hoc. Rom. *d.cons.42.num.4.ver. quarto,* vbi apost. *in ver.officio.* dat conc. † Amplia; quia in causis beneficialibus officium iudicis est latum, Calder. *cons.205.circa fi.* q̃ est consil. Anch. † Oritur officium iudicis ex edicto Prætoris, puta de edendo, & similibus. Alex. *cons.58.Circa primum, num.6.lib.1.* † Appellari an possit ab iis, quæ iudex facit, vel negligit facere ex officio, sparsim habes, quod appellatur, & quod non potest appellari, sed conclude quinq; casus complectentes officium petitum, & non petitum, officium liberum, & necessarium, de quibus Felin. *in cap.exceptionem, n.4.& seq.de exceptio.*

Officium iudicis quando possit implorari. Conclus. 108.

1 OFFICIVM † iudicis regulariter intrat, & competit loco deficientis actionis ex æquitate. Signo. *cons.135.in fi.* vbi, quod datur filio contra patrem ex æquitate ad repetendam dotem, si pater male versatur, licet actio ciuilis non cadat inter patrem & filium, late Guido Pap. *decis.362.* Anch. *c.ad Apostolicam, de simon.* † Et 2
officium iudicis præsupponit æquitatem; ideo vbi cessat æquitas, cessat officium iudicis. Signor. *cons.111.n.10.* † Imo officiũ iudicis 3
debet multum in æquitate fundari. Anch. *cons.383. Primo, & ante omnia, n.2.* † Amplia, vt imo etiam possit implorari principaliter 4
officium

officium iudicis, & intentari, ac in libello deduci, & est specialis actio competat, siue in arbitrariis actionibus, siue etiam in bonæ fidei, & stricti iuris versemur. Cald. *cons.*132. *An autem libellus*, q. est 2. *de libell. oblatio. in princ.* plene Guido Pap. *d. decis.*362. *Vtrum officium*, 5 vbi tollit contraria, & dicit ita obtentum.† Et ideo cautela est, q. in fine libelli ponatur illa clausula, *officium iudicis quatenus opus sit implorando*, facit *c. dilecti filii, de iudic.* Bartol. *in l. si deposita, Cod. depos.* 6 Anch. *in cap. ad Apostolicam, de simon.*† Extende, vt idem sit, quando etiam competeret inter dictum; quia nihilominus potest etiam officium iudicis principaliter implorari. Calder. *d. cons.*132. alias 2. 7 *de libel. oblatio. ver. item vbi competit.*† Restringe in causis minorum; quia vbi competit remedium ordinarium, & sic actio, vel interdictum, non potest competere officium iudicis, ita Cald. *d. cons.* 132. *n.*2. *ver. quod autem dicitur*, alias est 2. *de libell. oblatio.* & ita etiam 8 soluit Guido Pap. *d. decis.*362. *col.*2.† Contrarium videtur verius; 9 quia minores essent deterioris conditionis hoc modo.† Amplia; quia potest is, qui turbatur, implorare officium iudicis, vt inhi- 10 beatur turbanti. Bald. *cons.*337. *Statutum, quo, in princ. lib.*5.† Declara, nisi ex aduerso compareat inhibitus, & dicat velle audiri ordine seruato, & dato libello; quia tunc requiritur libellus, & litis 11 contestatio. Bald. *cons.*338. *Præmittendum est, in princ. & nu.*4. *lib.*5.† Amplia; quia vbicunq; agitur ad nullitatem alicuius actus, vel contractus celebrati, competit officium iudicis; & ideo agens de nullitate venditionis tanquã simulatæ, vel ex falsa causa, officio iudicis agere debet intra 30. annos. Bal. *cons.*189. *Punctus, quæritur*, 12 *lib.*5.† Declara; quia si constat de mala fide, & dolo, licet lapsi sint 30. anni, agi potest coram ecclesiastico per recursum, vt compel- 13 lat purgare peccatum. Bal. *d. cons.*189. *in fin. lib.*5.† Amplia; quia officium iudicis non dicitur sublatum, licet actio, vel exceptio dicatur per statutum sublata. Fulgos. *cons.*150. *nu.*3. & *cons.*180. *col. pen.* 14 Castren. *cons.*257. *In causa, quæ vertitur, nu.*5. *ver. nec obstat, lib.*2.† Extende per multa exempla, quæ ponit Ias. *in l. vbi pactum, n.*13. & *seq. C. de transact.* vbi de inculpato de homicidio facto, si erat bannitus, qui potuit interfici, & non debeat audiri, nisi in carceribus, potest implorare iudicis officiũ, qui recipiat testes super banno, & impunitate inquisitis; item si quis renunciat probationi, iudex potest ex officio ad illius instantiam habere veritatem, & qui inrauit non probare, nisi per instrumenta, potest iudex aliunde ex officio implorato recipere probationes, & multa similia. Vide 15 Ang. *in l. Iulianus. §. eleganter, ff. de damn. infect.*† Declara; quia verbũ, *defensio*, tanquam magis latum comprehendit officium iudicis. 16 Castr. *d. cons.*257. *n.*5. *lib.*2.† Extende; quia officium iudicis semper ex iusta causa potest implorari, & concedi; quia nunquam censetur sublatum; ideo Episcopus, qui prohibetur dispensare, non prohibetur ex causa iusta per implorationem officii. Rom. *consil.* 17 325. *Quoad primum, col. fi. n.*14. vbi apost. dat concor.† Amplia; quia licet stante confessione de recepto, & lapsu biennii non possit contra scripturam de recepto probari contrarium; tñ bene potest officium iudicis implorari, & de iure Canonico probari cõtrarium, quandocunque. Bologn. *in additio. ad Io. de Anan. cons.*97. 18 *in princ.*† Amplia; quia vbicunq; iudex potest à se ipso aliquid ex officio; multo magis potest, si officium suum imploretur; ideo p. exequutione pacti legalis, sicuti potest prohibere ex officio, ne vis fiat domino finita emphyteusi, ne capiat possessionem; ita potest domino imploranti officium impartiri, Bald. *cons.*177. *Ad eui-* 19 *dentiam est præmittendum, n.*3. *ver. secundo est præmittendum, lib.*3.† Limita; quia officium iudicis non potest implorari incidenter super negocio principali ante litem contestatam; quia impediretur processus, & litis contestatio, quæ non admittuntur in iudicio incidenter implorato, *cap. significante, de appellatio.* ita declarat Cald. *d. cons.*132. *in fi. ver. nec obstat*, alias 2. *de libell. oblat.*

Officium iudicis nobile differt à mercenario in multis. Concl.109.

1 DIFFERT † officiũ nobile à mercenario; quia si nobile intentatur; quia loco actionis succedit, requiritur libellus, litis contestatio, & causæ cognitio, prout si actio proponeretur; si vero mercenarium imploratur, q. inseruit actioni propositæ, tunc summarie impartitur, declara, vt plene per Felin *d. c.*2. *de off. iud.* v- 2 bi ponit alias distinctiones, *n.*9.† Extende; quia officiũ mercenarium post sententiam implorari non potest. Ludo. Bologn. in *apostil. ad cons.*5. *Io. de Anan. n.*8. vide omnino text. *in l. qui per collusio-* * *nem, §. fin. ff. de actio. empti.* vbi * omnes, & communem dicit Bero. 3 *cons.*200. *nu.*4. & *seq.* & *nu.*19. *lib.*1. *l.*4. vbi gloss. Bart. Bald. C. *depos.*† Declara extensionem, vt procedat, nisi creditor recipiendo sortem, esset protestatus, q. non intendebat sibi præiudicare in interesse. Cast. *d. l. qui per collusionem, §. fin. ff. de action. empt.* q. intelligit, prout declarat Ias. *in l. si. n.*4. *ff. de eo, quod cert. loc.*† Contra declarationem, q. protestatio nihil releuet. Bero. *d. cons.*200. *nu.*4. *& seq. & n.*19. *lib.*1. vbi dicit * communem, q. protestatio non releuat.† Re- 4 stringe, nisi iudex in sententia reseruasset sibi condemnationem in accessoriis officio iudicis competentibus, vt per Io. de Im. *in l. Paulus, la prima. ff. de regul. iur.* ita Barbat. in apost. ad Bald. *in d. l.*4. C. *depos. in ver. libellum.*† Declara; quia extinguitur officium mercenarium deseruiens actioni, q. est lata sententia, & facta solutio, 5 condemnato de sorte, alias ante solutionem secus; q. non dicitur extincta actio ad sortem principalem, ita tenet gloss. *in d. l.*4. C. *depos. in ver. exceptione*, vbi Bald. idem dicit; quia non necessit. ut iungitur actioni, sed prout instantiæ, vbi, q. dando nouum libellum obtineret, nisi reus soluendo sibi consuleret. Contrariũ tenet ibi Ang. & Fulg. sed vide conciliationem pulchram ibi per Salycet. q. sola res est iudicata, & quando requiratur solutio.† 7 Restringe; quia quando imploratur officiũ iudicis exequutiũ, puta pro exequutione sententiæ iuris, prout contra emphyteutam, qui cecidit; quia non soluit, tunc expediri debet summarie sine libello, licet qualis qualis petitio requiratur in scriptis, communem, & magis * communẽ dicit Soc. *cons.*167. *Non inutilis, n.*17. * *lib.*2.† Idem in omni imploratione officii iudicis exequutius; q. 1 est summaria, nec requiritur libellus, sed qualis qualis summaria petitio, * communem dicit Soc. *d. cons.*167. *n.*17. *lib.*2.† Si verogi- 2 tur de officio iudicis deseruiente actioni, prout condictio exige aliqua, vel *vt iposidetis*, vel quid simile, requiritur libellus. Soc. *d. cons.*167. *n.*17. qui dicit aliquos tenere contrariũ, sed quod ita est communis * opinio, *lib.*2.† Et an requiratur citatio, q. emplor. 3 teuta implorat officium iudicis exequutiuũ pro expulsione, vide Soc. *d. cons.*167. *n.*18. *& seq. lib.*2. vbi recitat opiniones, & dicit regn semper, nisi dominus imploret officium, vt associetur ad tollenda scandala; quia vti vult iure suo expellendi propria authoritate.† Aliam differentiam videas per apost. 2. *ad sting. Matheſi*90. vi- 4 delicet, q. in officio iudicis, q. datur in contractu bonæ fidei, iudex obligatur illud impartiri, & negando tenetur; secus in officio iudicis in contractibus stricti iuris; quia non tenetur impartiri, si nõ vult.† Extende; quia differunt in alio officiũ iudicis nobile, & mercenariũ; quia non potest iudex pro parte, & ad commodum partis supplere ea, quæ sunt ex officio nobili, secus in ea, quæ sunt officio iudicis mercenario. Alex. *cons.*225. *Ponderatis nu.* 19. *ver. pro hoc etiam facit. lib.*6.† Alia etiam constituitur differentia, vt per Cyn. *in l.*1. *C. de alien. iud. mutan. causa facta, q.*5. *in fi. n.*8. vbi q. mora in officio nobili non contrahitur, nisi lite contestata; secus in mercenario.† Alia differentia est; quia mercenarium extinguitur quoad accessoria, si lata est sententia super principali omisso accessorio; quia obstat res iudicata quoad actionem principalem; ergo officium mercenarium non potest intentari. Bologn. super *additio. ad d. cons.*5. *Io. de Anan. n.*8. Ang. & Fulg. *in d. l. depos.*† Contrarium dicit Bald. quod ante solutionem factam de sorte principali per condemnatum non cessat actio per sententiam; quia non extinguitur; ideo posset petere de nouo totum, & nisi reus cõdemnatus replicet de re iudicata, vel soluat, sequi poterit condemnatio post sententiam, ita Bald. *d. l.*4. *C. depos.* qui dicit officium iudicis mercenarium deseruiens causæ, & instantiæ non extinctum esse, sed non deseruiẽs actioni.† Declara pulchre, vt per Salycet. *d. l.*4. *C. depos.* vbi distinguit plures casus.† Limita 7 quia non est differentia inter officium iudicis nobile, vel mercenarium quoad actionem; quia vtrunq; est sine actione aliquando, & licet soleat dici mercenarii seruire actioni, intelligas seruire actioni principali, velut si actio principalis est ad rem, & peto accessiones officio iudicis mercenario, non competit tamen actio ad accessiones, sed officium; quia non est obligatio facta ideo deseruit actioni super principali, non super accessoriis, ita Dec. *in l. vinum, n.*14. *ver. & retenta conclusione, ff. si cert. pet.* & ibi Curt. Iun. *n.*17.† Et quod officium iudicis mercenarium deseruiat actioni, intelligas tempore triplici; primo videl. ante libellum, ad litis contestationem in præparatoriis; secundo post litem contestatam in deciſoriis; tertio post sententiam in exequendo sententiam omni modo. Castillio. *cons.*29. *n.*20.† Æstimatio, quæ fit pro tiam omni modo. Castillio. *cons.*29. *n.*20.† Æstimatio, quæ fit pro re debita, si res non extat, vel non soluitur, debetur officio iudicis mercenario; ideo post sententiam non potest implorari. Lud. Bolog. in apost. *ad d. cons.*5. *Io. de An. num.*8.† Et istud officium iudicis mercenarium nullam supponit obligationem. Castillo. *cons.* 29. *num.*19. Vide, *Interesse quo iure debeatur. Conclus.*298. Vide,

Iudex in quibus ex officio. Conclus.

Officium iudicis in quibus differat ab actione. Concl. 110.

1 OFFICIVM † iudicis differt ab actione; quia vbi aliquid debetur officio iudicis, interpellatio extraiudicialis non constituit in mora, sed requiritur litis contestatio; vbi vero debetur iure actionis, secus. Alex. *cons.7.n.11.ver.sed posito, lib.2.* † Alimenta, & fructus, quæ debentur officio iudicis, duntaxat debentur pro futuro; si vero actionis iure, debentur etiam pro præterito. Alex. *d. cons.7.n.10.lib.* 2 2. † Iuramentum in litem, quod defertur deneganti exhibere scripturam, quandoque iure actionis, quandoque officio iudicis defertur, sed differentia est; quia negans exhibere, si tenetur iure actionis, præsumitur in dolo, ex quo semel habuit; ideo non liberatur per solum iuramentum, quod perdiderit scripturam; si vero tenetur officio iudicis exhibere, tunc iurando, quod perdiderit, liberatur. Alex. *cons.58. Circa primum, n.5. & 6. lib.1.* vbi, quod iu- 5 dicis officium competit ex edicto de edendo. † Amplia; quia si oritur officium iudicis ex statuto; quia verba diriguntur iudici, puta, quod condemnet victum victori, si deficit actio prima; quia esset satisfactus de sorte principali, non possunt peti expensæ; secus, si iure actionis debentur, vt quia dicit statutum, quod obligetur, vel quid simile, plene Matthesil. *sing.l.* 80. vbi apost. plena concludit, quod officium iudicis mercenarii deseruiens actioni extincta actione per satisfactionem non imploratur; secus si iure actionis debetur aliquid accessorium. Vide Castr. *consil.16. Si* 6 *ponderaverint, n.9. & seq. lib.1.* † Extende; quia officium iudicis competens pro alimentis dotis mulieri viduæ, lata sententia super dote, extinguitur; ideo non possunt peti post sententiam super principali latam; secus si deberentur iure actionis. Castillion. *con-* 7 *sil.32. in fi. ver. sed nec illud.* † Amplia; quia officium iudicis nobile, & ordinarium potest intentari, vbicunque pars agit, quod tollatur illicita extorsio, vel exactio, vel quod venditio facta sit sine pretio, vel locatio sine mercede; quia ista possunt nulla declarari iure actionis, vel officio iudicis nobili ordinario, *l. Illicitas, in princip. ff. de offic. Præsid.* Castr. *cons.102.n.2. ver. sed si quæritur, lib.1.* vbi, quod obligatio facta de soluendo certo grano pro afflictu molendini, donec molendinum non poterit macinare, est cassanda, vt nulla.

Officium suum iudex non impartitur, nisi petatur, & quando secus. Concluſ. 111.

1 IVDEX † non impartitur officium suum, nisi petenti, vide plene Asin. *tract. de exequtio.* §.3. vbi per multa capita distinguit casus, in quibus peti debeat, & in quibus non, & ponit regulam cum 2 15 ampliationibus, *& c.16. vsq;* 323. ponit limitationes 296. † Et ꝙ non debeat iudex impartiri officium suũ, nisi petatur. Rol. à Vall. 3 *cons.83.n.11.lib.1.* † Imo, quod sit conditio inhærens officio, vt non impartiatur, nisi petentibus. Barto. in sua *quæst.14. Iudex maleficio-* 4 *rum, in princip. ver. quarto hoc probatur.* † Declara; quia hæc conditio inhæret officio iudicis, quod petatur circa ea, quæ iudex ignorat, sed circa ea, quæ iudex scit, tenetur pro veritate, & iustitia, prouidere, licet non petatur; vnde prouidet pupillo de tutore, vel curatore, si sciat, quod non habet tutorem, & curatorem, si sciat testes informatos de negocio, & per præuaricationem omittuntur, potest illos examinare ex officio. Bart. *d.qu.14. ver. contra, col.2.* 5 *ver. quinto hoc probat, & ver. sexto hoc probat.* † Amplia; quia non potest ferre sententiam, nisi petatur, neque pronunciare potest super non petitis. Vide, *Iudex iudicare debet. Concl.* 398. † Amplia tam 6 in ciuilibus, quam in criminalibus. Bart. *d.q.14. in princ. ver. quarto* 7 *hoc probatur.* † Amplia; quia iudex si tenetur aliquid facere ex officio suo sub certa pœna, non tenetur illud facere, nisi petatur, *l.1.* 8 *§. ff. de magistrat. conuenien.* † Extende, quod si imponitur pœna iudici, qui iustitiam non administrat, ex forma statuti, intelligitur si petatur, alias pœnam non incurrit. Cald. *consil.532. alias 3. de pœn.* 9 † Idem etiam in statuto, quod priores, ad quos appellatur, debeãt cõmittere causam appellationis intra tres dies iudici non suspecto, intelligitur, si petatur. Alex. *cons.19. Viso processu, nu.3. ver. tamen* 10 *in causa appellationis, lib.1.* † Idem in statuto disponente, quod iudex teneatur terminare, & finire causam sibi commissam intra certum terminum, intelligitur, si petatur. Alex. *d. cons.19. nu.3. ver. ta-* 11 *men in causa, lib.1.* vbi, quod requisitio debet fieri cum importunitate. † Plurima similia vide per Ias. *in l. vniuersa, n.2. & seq. C. de precib. Imper. offer.* Vide, *Actus irritandus non dicitur. Concl.* 145. Vide, *Dispositio legis habet locum. Concl.* 500. Vide, *Petitio remedij legis est necess. Con-* 12 *cluſ.* 329. † Declara tamen; quia si statutum dicat, quod percutiens aliquem debeat condemnari percusso in certa pœna, si petierit, debet intelligi, si iudicialiter petierit dando libellum, & litem contestando, alias condemnatio esset nulla. Bart. *cons.115. Super eo, quod queritur, lib.1.* vbi, quod condemnatio facta parti etiam ex confessione inquisiti in causa criminali est nulla. † Limita; quia vbi agitur de periculo animæ, & vt tollatur peccatum, iudex ex of- 13 ficio suo debet etiam nemine petente prouidere. Gemin. *cons.76. in princ. ver. imo quod plus.* † Limita in 36. casibus, de quibus per Soc, 14 *reg.23. Iudex petitus suum interponit officium, & non alias,* vbi ponit 35. fallen. quas videre poteris. † Limita in officio necessario imposito iudici, prout quod repellat agentem sine actione. Ias. *in l. vbi* 15 *pactum, n.19. C. de transact.* † Idem, si ex ventre instrumenti, ex quo agitur, oritur exceptio; quia iudex tenetur ex officio repellere agentem. † Idem in casu statuti dantis exequutionem instrumen- 16 tis, & laudis; quia si videt instrumentum non mereri exequutionem, repellit petentem exequutionem ex officio. Ludo. Bologn. *in additio. ad cons.26.10. de Anan. n.12. in fi.* † Idẽ stante statuto, quod 17 reus non audiatur in aliqua exceptione; quia bene auditur iudex, vt pro officio suo repellat agentem, si non probauit incumbentia. Bal. *in rubric. C. mandati.* Veronen. *cautel.314.* facit *l.1. ff. de offic. assessor.* Bart. *in l. fi. ff. de petit. hæred.* Anton. de But. *c. cum dilectus, de consuetud.* Imol. *idem.1. de iure patron.* † Idem, si ex facie instrumenti, & 18 lectura constat, quod actor non impleuit ex parte sua; quia licet statutum reiiciat omnem exceptionem, non reiicit istam. Rom. *cons.244.* Crau. *cons.151.n.10.* cum aliis, supra *ver. Implere debet actor. Concl.* 50. † Limita in officio iudicis mercenario, quod deseruit a- 19 ctioni; quia etiam si non petatur, iudex multa impartiri potest seruientia actioni, maxime in criminalibus; item, quia censetur petitum quoad omnia, qñ in principio pars petit iustitiam. Bart. 20 *d. quæst.14. in solutione, ver. ad quartum.* † Limita; quia aliud est officiũ iudicis, quod seruit loco actionis, & istud debet implorari; aliud est officium iudicis, per quod repellit agentem ex actu nullo, qñ nullitas non est velata, & statutum tollens officium iudicis intelligi debet de implorato à parte, vt minus offendat. Rom. *cons.42. Visis, quæ. n.4. ver. quarto, quia,* vbi apost. *in ver. implorati.*

Officium iudicis transit ad hæredes, & quando. Concluſ. 112.

1 OFFICIVM † Iudicis competens filiæ contra patrem, vt dotetur, est transitorium ad hæredes: ideo si filia non petiit dotari, dum vixit, illud officium potest intentari per hæredes filiæ, & contra hæredes patris. Alex. *cons.169. Visis instrumentis, n.5. ver. & licet, lib.7.* † Amplia, vt idem sit in conditione, quæ oritur ex statu- 2 to; quia est transitoria ad hæredes. Alex. *d. cons.269. n.6. ver. præterea, lib.7.* vbi apost. *in ver. transitoria,* dat concord.

Officium iudicis quibus casibus seruiat loco actionis. Concl. 113.

1 OFFICIVM † Iudicis succedit in omni casu, quando in præiudicium litis est facta aliqua nouitas, & propterea agitur, vt ex illa nouitate vel puniatur, vel actione priuetur, & isto casu non requiritur libellus, sed summarie, & simpliciter iudex ex officio cognoscit. Lap. *alleg.55. quidam coram iudice, nu.2. ver. non obest.* † Am- 2 plia, vt idem sit in eo, qui dolose negauit possidere in actione rei vendicationis; quia priuatur possessione, & iudex sine libello, & litis contestatione, sed ex officio procedit. Bart. *in l. fi. circa fin. ff. de rei vendicat.* Lap. *allegat.55. n.2. ver. Dominus Bart.* & latius *alleg.64. in fi. ver. D. Bar.* † Declara tamen, vt ꝙ dicitur de officio iudicis circa 3 nouitatem, procedere, si nouitas acciderit post litem contestatam in negocio principali, alias nõ potest implorari. *c. significante, de appellatio,* vbi Innocent. *n.2.* & declarat Cald. *cons.132. in fi.* alias 2. *de libell. oblat. versic. nec obstat procedere.* quia impediretur processus, ex quo petitur super principali ante litem contestatam, in quo proceditur summarie, & lite non contestata, & sic impediret litis contestationem, & processum in negocio principali. † Amplia, vt 4 idem sit, qñ finita locatione conductor negat Dominum capere possessionem rei locatæ, vel emphyteuta finita emphyteusi impedit Dominum capere suam possessionem; quia tunc agitur de exequutione legis, quo casu potest implorari officium iudicis summarium, nec requiritur libellus, neque alia solemnitas, sed iudex debet etiam ex officio prouidere, ne vis fiat Domino, & associari facere ad possessionem. Bald. *dict. consil.177. Ad euidentiam,*

5 *num.3.verſic.ſecundo præmittendum,lib.3.* † Et generaliter vbicunque agitur de nuda exequutione legis, vt quia lex aliquid mandat, iudex miniſter legis poteſt ex officio, vel etiam ad implorationem alterius ſine libello ſummarie procedere ad exequutionem legis.
6 Bald.*d.conſ.177.nu.3.lib.3.* † Idem eſt in omni incidenti, vel emergenti, ſuper quo lex ſtatuit; quia ſi de eo cõſtat per confeſſionem partis, non eſt neceſſaria pronunciatio. Bald.*conſ.124.Super articulo,in princ.lib.3.* vbi, quod reus confitens ſe originarium, & declinans iuriſdictionem abſque declaratione conueniri debet; quia
7 lex ſuper hoc ſtatuit. † Amplia; quia officium iudicis implorari poteſt pro omni iniuria facta in iudicio, vt vel opponens crimen agat, vel ſilentium imponatur. Bald.*conſ.261.Viſo dicto puncto,nu.2.*
8 *verſ.aliquando iſta diffamatio,lib.5.* † Extende, vt etiam competat officium iudicis, & poſſit implorari, quando agitur de diffamatione ſuper debito ciuili; & quia poteſt implorari officium iudicis, vt imponatur perpetuum ſilentium. Bald.*d.conſ.261.n.2.ver.ſi autẽ*
9 *iſta diffamatio,lib.5.* † Reſtringe, qñ diffamatio eſſet de crimine facta extra iudicium; quia competit actio iniuriarum, & non offi-
10 cium iudicis. Bald.*d.conſ.261.nu.2.ver.ſed mihi videtur,li.5.* † Amplia; quia officium iudicis oritur ex lege, vel ſtatuto, qñ non ſimpliciter diſponit, ſed iudici aliquid præcipit; ideo non dicitur deberi iure actionis eo caſu, licet lex iudici præcipiat. Caſtr.*cõſ.16.Siponderarentur,n.9.& 10.lib.1.* vbi quod ſtatutum præcipiens iudici, vt condemnet victum victori in expenſis, non dat actionem, ſed officium iudicis; ideo ex iuſta cauſa poteſt abſoluere. Vide ad præ-
11 dicta plenius per Matthei*ſ.fing.80.* vbi plena apoſt. † Declara; quia vbicunq; petitur à iudice, vt aliquid fiat per iudicẽ, illud eſt merũ officium iudicis, & tunc non eſt actio, neq; loco actionis, & non requiritur libellus, neq; litis conteſtatio; ſi vero imploratur officium iudicis ſuper eo, q̃ aliquid detur imploranti, vel q̃ aduerſarius aliquid faciat, tunc officium eſt loco actionis, & inſeruit actioni, & requiritur libellus, litis conteſtatio, & alia, ita Ægid.
12 Bellem.*conſ.29.n.22.& ſeq.ver.eo ſuppoſito.* † Amplia; quia omnis actus nullus communiter declaratur nullus officio iudicis. Anto.
☞ de Butr.*conſ.25.n.9.* Vide, *Diffamatus decrimine,&c.Concl.*411. Vide, *Emergens nouum,&c.Concluſ.*145. Vide, *Summaria cauſa quando,&c. Concl.*887.

Oleum ſanctum quid ſit, & à quo peti debeat. Concluſ.114.

1 OLEVM † Sanctum eſt triplex. Ang.*in ſumma in verb.oleũ.* † Ab
2 Epiſcopo Curatis omnib⁹ diſtribui debet, & digniores mittuntur ad recipiendum,*c.Presbyteri,de cõſecrat.diſtinct.4.* † Peti debet à ſuo ſuperiore per ſubditos, & arguit ſubiectionem; ideo priuilegium petendi à quocumque inducit exemptionem. Calder.*conſ.*519.alias 4.*de priuil.*

Omiſſum quando dicatur, vel non. Concl.115.

1 OMISSVM † dicitur, niſi palam verbis exprimatur, *l.quicquid adſtringendæ,in 1.reſp.ff.de verb.oblig.* Oldr.*conſ.272.in princip.* qui
2 loquitur in materia feudi. † Et omiſſum dicitur, quod verbo non
3 fuit expreſſum. Ægid.*cõſ.9.n.32.* † Amplia; quia dicitur omiſſum, quod litteraliter legi, & oculis inſpici non poteſt in materia ſtatuti; quia quod non legitur, per fictionem intelligitur, quæ non habet locum in ſtatutis.*l.1.circa princ.ff.de ijs,quæ in teſtam.delen.* Bal.
conſ.316.n.2.& 3.ver.ex ijs concluditur,& n.4.in fi.ver.ſed ijs non obſtan-
4 *tibus.lib.2.* † Et quando ſtatutum in certo caſu, & certis qualitatibus loquitur, extra illos caſus, & qualitates videtur non loqui; quia caſus dicitur omiſſus. Alex.*conſ.80.in princip.lib.1.* Caſtr.*conſ.*
64.col.2.ver.videndum eſt ergo,lib.2. Alex.*conſ.1.nu.25.ver.denique,lib.3.*
5 † Amplia; quia ſtatutum diſponens Dominum feudi lucrari fructus per mortem vaſalli ante Kalen. Martii & non aperiens, quãtum tempus ante, dicitur omittere, vt ſit locus iuri cõmuni. An-
6 char.*conſ.193.Subtiliter,& plene,in princ.* † Amplia; quia quod non cantat inſtrumentum, vel ſcriptura, nec ego cantabo; ideo omiſ-
7 ſum habetur pro omiſſo. † Extende; quia quod nõ eſt expreſſum, cenſetur neglectum, & in omiſſis non præſumitur tacita volun-
* tas; quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, communem * dicit Roland. à
8 Vall.*conſ.56.n.5.& ſeq.lib.3.* qui loquitur in teſtamento. † Extende multo magis in contractu, nec auditur altera partium volens di-
9 cere, quod ita intellexit. Roland. à Vall.*conſ.59.n.25.lib.3.* † Extende; quia valet exceptio; tu non es nominatus in inſtrumento; ergo de te non loquitur. Iaſ. in *l.Iulianus.in fi.princip.ff.de ver.oblig.* vbi
10 dicit procedere, præterquam in hærede nominati. † Limita; quia omiſſum nõ dicitur id, in quo par ratio inuenitur; ideo ſtatutum diſponens ſuper ſucceſſione, quod agnati præferantur cognatis, cenſetur etiam diſponere, quod præferantur in tutela propter identitatem rationis. Signorol. Homod.*conſ.14.n.3.ver.fruſtra quærimus.* † Limita; quia multi ſunt caſus, in quibus tacens, qui potuit legem ſibi facere apertam, præſumitur contra ſe loquutum, vide plures caſus per Ægid.*conſ.9.n.3.* vbi dat exempla, quod qui nihil agit, fingitur agere, & qui nihil loquitur, fingitur loqui.

Omiſſum quando habeatur pro omiſſo, vt intret ius commune. Concl.116.

OMISSVS † caſus habetur pro omiſſo. *l.commodiſſime.ff.de liber. & poſthum.* Oldrad.*conſ.224.n.14.ver.alleg.auit tertio,* qui loquitur in conſtitutione ſucceſſionis primogeniti, vt habeat locũ ſolum in caſu, in quo loquitur. Anch.*conſ.245.num.5.* Et perſonæ in
pactis, & diſpoſitionibus omiſſæ non debent ſubintelligi. Anch.
conſ.204.Punctũ.n.8. † Amplia, ſiue omittatur à canone, ſiue à le-
ge. Soci.*conſ.32.Ex ijs,quæ ſuperius,nu.18.lib.1.* vbi ponit plura exempla. Petr. de Anch.*conſ.37.n.7.* † Amplia in legib⁹ feudalibus; quia
casus omiſſus habetur pro omiſſo, & recurritur ad leges ordinarias. Oldr.*conſ.272.in princ.* Anch.*conſ.193.Subtiliter,& plene,in princip.* Alex.*conſ.123.Scripſit,n.21.lib.4.* † Amplia in cõſuetudine. Soc.
d.conſ.32.n.18.lib.1. Alex.*conſ.123.nu.21.lib.4.* † Amplia in reſcriptis, &
diſpenſationibus, & priuilegiis; quia omiſſum habetur pro omiſſo. Oldr.*conſ.326.n.8.ver.in reſcriptis.* Petr. de Anchar.*d.conſ.37.n.7.*
† Amplia in teſtamentis, & diſpoſitis à teſtatore. Soci.*d.conſ.32.n.*
18.*lib.1.* Petr. de Anchar.*d.conſ.37.Contra Ioannem,n.7.* † Amplia in
beneficiis extraordinariis; quia omiſſum habetur pro omiſſo, nec
fit interpretatio extenſiua ex eadem ratione. Calder.*conſ.36.circa med.ver.& per hoc reſpondetur,* alias 36.*de teſtamen.* † Amplia in diſpo-
ſitione iudicis. Socin.*d.conſ.32.n.18.lib.1.* Alex.*dict.conſil.123.nu.21.*
lib.4. † Amplia in appellatione, ſeu appellante. Socin.*d.conſ.32.nu.*
18.*lib.1.* Alex.*d.conſ.123.nu.21.lib.4.* † Amplia in contractibus; quia
omiſſum habetur pro omiſſo etiam in caſibus omnino ſimilibus; & ideo datio facta in ſolutum pro pecunia cum reſeruatione, ſi
res euinceretur, duraret prima actio, non durabit, ſi tota res non
potuit tradi in ſolutum permiſſa. Bald.*conſil.296. Quæritur,res ſub*
data,lib.2. vbi pro vtraque parte, & dicit contrariam ex mente ve-
riorem, ſed ex iuris ſubtilitate hanc tenendam. Ancha.*d.conſ.245.*
n.5. Alex.*conſ.46.Ponderatis verbis,nu.4.ver.ſecundo quia.& conſ.104.*
num.13.lib.2. late Decian.*conſ.2.num.4.& num.6.lib.2.* vbi extenditur in loco, tempore, cauſa, & modo; quia ſemper omiſſum habetur pro omiſſo. † Extende in mandato procuræ. Soc.*d.conſ.32.n.*
18.*lib.1.* † Extende in venditione; quia omiſſum habetur pro omiſſo. Socin.*conſ.47.in primo præſentis conſultationis,in princ.lib.1.* † Extende in treuga & pace. Alex.*conſ.113.Viſo inſtrumento,nu.5.ver.confirmatur,lib.2.* † Et in omnibus contractibus, late Roland. à Val.
conſ.59.In cauſa agitanda,nu.25.lib.3. vbi, quod non eſt faciendà interpretatio contractus ampla, ſed ſtricta, & ideo omiſſum habetur pro omiſſo. Petr. de Anch.*d.conſ.37.n.7.& conſ.245.n.5.* † Extende in
pactis. Socin.*d.conſ.32.n.18.lib.1.* † Extende in tantum, vt in pactis
non fiat extenſio etiam ex maioritate rationis. Anch.*conſ.151.nu.*
& idem in contractibus. Anch.*d.conſ.245.nu.5.* † Extende in locatione, & conductione; quia omiſſum habetur pro omiſſo, & ſub
verbis generalibus non continentur. Bero.*conſ.147.Viſo inſtrumento locationis,lib.1.in princ.& per tot.* qui loquitur pro conductore, &
idem eſt in locatore, & *n.5.* quod non eſt conuentum, non eſt debitum vltra expreſſa. † Extende in promiſſione de dando fideiuſſore circa vnum capitulum, veluti ſi debitor in pluribus capitulis
in vno promitto dare fideiuſſorem, ſi in aliis capitulis nihil dicitur, omiſſum habetur pro omiſſo. Abb.*conſ.75.Illud de iure,colum.*
ver.præterea in præſto.lib.2. † Extende; quia vbicunque agitur de obligatione inducenda, vel augendo ex contractu, omiſſum habetur
pro omiſſo. Abb.*d.conſ.75.col.3.circa princ.ver.præterea,li.2.* † Extende; quia in contractu ea, quę nõ ſunt de natura contractus, ſi non
ſunt expreſſa, cẽſentur omiſſa, etiam ſi vna partium dicat hoc intellexiſſe incluſum; ſecus in iis, quæ ſunt de natura contractus.
Abb.*d.conſ.75.col.3.in princ.ver.præterea,lib.2.* † Extende in conventionibus. Alexand.*d.conſ.46.num.4.lib.2.* † Extende in fideiuſſore;
quod Titius vendet Seio prædium; quia ſi fideiuſſor obligatus emat prædium à Titio, pro quo promiſit, non tenetur ipſe vendere Seio; quia hoc non promiſit, quia omiſſum, &c. Alex.*conſil.177.*
Viſo themate,n.9.ver.non dicam,quod Petrus incola,lib.6. † Extende;
quia q̃ non cantat inſtrumentum, neque ego cantabo, vt dicunt
Veneti. Curt. Sen.*cõſ.55.n.23.* † Amplia in ſtatutis; quia caſus omiſſus habetur pro omiſſo. Bal.*conſ.325.Cum in cauſa Piſani,n.4.ver.notio,& vltim.lib.3.* quod eſt Chriſtophori de Caſtillio. vbi, quod ſtatutũ loquens de fratre non includit nepotẽ ex fratre circa ſucceſſionẽ; quia omiſſum habetur pro omiſſo. Ang.*conſ.72. Statuto antiquo.*

tiquo,n.2.Soci.*cons.*32.*n.*18. vbi ponit plura exempla,*lib.*1. Alexan. *cons.*80.*Viso, & opportune, in princ.lib.*1. Roman. *cons.*23.*Nescio quid, in princ. & cons.*120.*Circa primum, in fin.* vbi apostil.*in ver.remanet*, quæ
26 dat plures concord. Alex.*cons.*123.*n.*21.*lib.*4.†Extende, etiam si illud omissum sit omnino simile vel etiam in eo concurrat maior ratio, qñ statutum est correctorium iuris communis. Angel.*cons.*302.*Visis, & diligenter, in princ.* vbi, quod statutũ Fabriani mandans pro debito ex contractu incipi à præcepto, non habet locũ in de-
27 bito ex sententia, & ex quasi contractu. †Extende in statuto dante formam tutelæ, quod si dantur tutores, vel contutores loco mortuorum, citari debeant alii absentes, non habet locum, qñ dantur contutores loco absentium; quia non requiritur eorumdem absentium citatio, si non datur ex inquisitione; quia casus
28 est omissus. Ang.*cons.*325.*Et si fuerunt, n.* 4.*vsque in fi.* † Et statutum excludens matrem, & sororem, stante patre, vel auo materno, si non extent pater, nec auus; tunc mater, & soror vtrinque cõuenta succedunt de iure communi; quia casus est omissus à statuto.
29 Castr.*cons.*64.*colum.*2.*ver.videndum, lib.*2.†Extende; quia statutum excludens cognatos ab hæreditate defuncti stantibus agnatis nõ excludit proximiorem cognatum, prout est auia materna, à tute-
30 la. Bal.*cons.*224.*lib.*1.*in fi.*† Contrarium tenet Signor. Homod.*consil.*2.*Statuto Ciuitatis, per tot.* maxime *n.*17. vbi, quod imo tale statutum loquens in successione, habet locum etiam in tutela propter eandem consequentem rationem, & clarius, non sit casus omis-
31 sus quoad tutelã, tenet *cons.*14.*Super infra scriptis, n.*3. vbi, quod qñ par ratio militat, aut illud venit in consequentiam expressi, non
32 dicitur omissum. †Declara, vt per Bart.*in l.*2.§.*fi.ff.ad Tertull.* qu' a si statutum excludit cognatos propter agnatos inclusos; tunc comprehendit etiam casum tutelæ, si vero simpliciter excludit certas personas à successione, non excludit eas à tutela. † Extende; quia
33 si statutum loquitur de cessione certis casib⁹ in omissis intrat ius commune. Rom.*d.cons.*23.*in princ.*† Extende; quia statutum disponens Notarium rogari non posse de instrumento, nisi sit matri-
34 culatus, non habet locum quoad secundum Notarium, qui adhibetur in omni instrumento ex forma statuti; quia tale statutũ loquens de Notario rogato quoad secundum Notarium, censetur casus omissus. Signor. Homod.*cons.*43.*In quæstionibus missis, in princ.*
35 *vol.*1.*per totum.* †Extende, etiam si statutum sit iuratum. Soc.*d.cons.*
36 32.*n.*18.*lib.*1.† Extende in statuto loquente de feudis, & fructibus feudorum. Anch.*cons.*193.*Subtiliter, & plene, in princ.* † Extende in statuto super lucro dotis præmoriente altero ex coniugibus; quia non habet locum, si fiant religiosi; quia casus est omissus, ex quo
37 statutum loquitur de morte naturali. Anch.*cons.*438.*per tot.* † Extende in statuto criminali, & pœnali. Alex.*cons.*1.*n.*25.*ver.denique.*
38 *lib.*3. † Amplia in sententia, & laudo, seu arbitramento; quia si est laum super parte, quoad omissum habetur pro omisso; & ideo si non est laudatum de oneribus compromissis, seruanda est cõsuetudo, vel lex, ac si non esset factum compromissum. Bald.*cons.*60.
39 *Sicut proponitur, n.*2.*ver.super secundo, lib.*3.†Et quod omissum in sententia habeatur pro omisso; quia est stricti iuris. Anch.*consil.*437.
Isa sententia, in fi. plenius Castillio *cons.*17.*nu.*6.*& seq.* vbi dicit hoc
40 tatione formæ, & quia in iis, quæ sunt stricti iuris, omissum habetur pro omisso, & non cogitato, maxime *n.*10.*&* 11.† Amplia; quia in banno omissum habetur pro omisso. Dec.*cons.*438. *Accu-*
41 *rate, & diligenter.*† Amplia in statuto excludente matrem à successione filii stante patruo; quia si extet mater, soror & patruus, non habet locum statutum; quia licet patruus excludat matrem; tñ soror excludit patruum, & sic casus est omissus, & succedunt mater, & soror de iure communi. Angel.*consil.*210.*Statutum supradi-*
42 *tum, per tot.* quod est Collegii Perusini. †Extende in omni statuto odioso, vel contra ius commune, quia casus omissus habetur pro
43 omisso. Alex.*cons.*6.*Attentis verbis, in princ.lib.*7. † Declara; quia casus omissus habetur pro omisso, qñ non obstat mens verisimilis; secus obstat mens verisimilis, secus. Angel.*cons.*221. *In volumi-*
44 *ne per tot.* vbi loquitur in statuto Lucano, q̃ vocat filios patrui, nõ filios sororis, & nihil de filiabus fratris; & dicit idem, qñ filii patrui sunt masculi propter mentem statuti, vt conseruetur hæreditas in masculis, secus, si essent filiæ fœminæ hinc inde; quia omis-
45 sum esset in dispositione iuris communis. † Amplia; quia is, qui sibi prouidet in certis casibus, censetur in omissis non noluisse prouidere. Alex.*cons.*158.*Abunde, n.*10.*ver.quinto, qui in certo casu, lib.*6. vbi loquitur in patre, qui substituit vni filio, si decesserit sine filiis, & ab intestato alteri, si sine filiis, nõ censetur repetisse ab intestato; quia omisit hoc dicere. † Amplia; quia vbi agitur de pœna
46 euitanda, omissum habetur pro omisso. Dyn.*consil.*41.*Quæstio talis est, contineatur, n.*4.*ver.præterea casus.* Alex.*cons.*1.*n.*25. *ver.denique, lib.*3. †Extende idem, vbi agitur de pœna incurrenda. Dec.*cons.*438.*Ac-*

curate, & diligenter, vbi in banno omissum habetur pro omisso. †Amplia in impetrante. Soc.*cons.*32.*n.*18.*lib.*1. Alex.*d.cons.*123.*n.*21. 47
*lib.*4.† Amplia in decreto Principis circa cõtinuationem possessionis defuncti in hæredem, vt intelligatur de primo hærede; secus de alio, quam hærede; quia casus est omissus. Alex.*cons.*37. *In causa mota, n.*5.*lib.*1. † Amplia in libello; quia casus omissus habe- 48
tur pro omisso, & nõ valet sententia lata super eo, quod omissum est in libello. Bal.*cons.*332.*Statuto ciuitatis, circa si. ver.recte igitur, lib.*3. 49
† Amplia in compromisso; quia omne non expressum habetur 50
pro omisso. Dyn.*cons.*5.*In quæstione præmissa, n.*6.*ver.præterea certum.*
†Amplia in mandato procuræ. Alex.*cons.*123.*Scripsit.num.*21.*lib.*4. 51
† Amplia in transactione; quia non expressum habetur pro omis- 52
so, & neglecto. Dyn.*cons.*50.*n.*7.*ver.præterea compromissum.* † Am- 53
plia; quia in confirmatione omissum habetur pro omisso. Alex. 54
*d.cons.*123.*n.*21.*lib.*4. † Amplia in testamento; quia omissum habe- 55
tur pro omisso. Petr. de Anch.*cons.*37.*contra Ioannem, n.*7. † Extende; quia in substitutionibus omissum habetur pro omisso. Anch. 56
*cons.*120.*Proclariori.*† Amplia; quia in omnibus dispositionibus o- 57
missum habetur pro omisso. Anch.*d.cons.*120.*in princ.& consil.*245. *Duo prima dubia.nu.*5.† Extende, etiã si maior ratio militat; quia cõ- 58
tra ius cõmune non fit extensio, sed habetur omissum pro omisso. Anch.*d.cõ.*245.*n.*5.† Amplia; quia omissum habetur pro omis- 59
so in conditionibus voluntariis; quia conditio voluntaria debet expresse, & ad vnguem impleri. Anch.*cons.*356.*n.*6. Ruin.*cons.*131. *n.*14.*lib.*2. Soc.*cons.*259.*col.*2.*ver.aliquando, & secundo, lib.*2. † Declara; quia illa dicitur conditio voluntaria, quæ non refert in effectu, nec releuat, prout si nauis ex Asia veneret, si gallus cantabit, sed illa, quæ releuat in effectu, vt si filius nascatur, si nõ moriatur, ideo ista est releuans, quia est necessaria, non voluntaria, ita Crauet.*cons.*304.*nu.*8.*ver.tertio fundamento.*† Amplia; quia quod testa- 60
tor non dixit, præsumitur, quod non voluerit; quia si voluisset, expressisset. Dec.*cons.*465.*Perscrutatis, n.*7. Roland. à Val.*cons.*51.*nu.* 8.*lib.*3. Decian.*cons.*55.*n.*44.*lib.*3. Crauet.*cons.*306.*n.*6. Rolan.*cons.* 56.*n.*5.*& 6.lib.*3. vbi dicit * communem. † Extende in omissione *61
reuocandi semel declaratum; quia hæres nõ potest variare; quia si voluisset defunctus, reuocasset, non fecit, ergo. Dec.*consil.*35.*n.* 10.*ver.postremo, & n.*16.† Extende maxime, quando constat, quod 62
aliquando expressit, quando voluit; quia tunc bene concludit argumentum, quod non exprimendo non voluerit in casibus non expressis. Decian.*d.cons.*55.*n.*44.*lib.*3.*& cons.*76.*n.*15.*eod.lib.* quia vsus patrisfamilias attendi debet, plene Alex.*cons.*113.*Visa scriptura, n.*4.*ver.accedit, lib.*7. Vide, *Visus & solitum patrisfam. &c. Conclus.*364. 63
†Et quod non dixit lex, vel testator, nec nos dicere debemus, & tenor inspiciendus est dispositionis; quia quod non contra instrumentum, nequeego cantabo; & quia non procedunt à pari tacitum, & expressum, & plura similia cumulat Alex.*cons.*52. *Circa hanc, n.*12.*& seq.lib.*4. quod est Barbatiæ. † Declarat ipse Alexan. 64
*d.cons.*52.*nu.*14.*& seq.lib.*4.*ver.quia ad ista*, quod non procedunt, qñ constat de mente, vel ratione per coniecturas; quia imo ratio, quæ dicitur, habetur pro expressa, & *n.*16.*ver.nec obstat.* allegat Bal. *in l.omnes populi, ff.de iust. & iur.in fi.* vbi, quod non dixit lex, vel prætor, nec nos ratione materiæ, sed bene possumus supplere per interpretationem; quia materia præbet, & aperit viam ad interpretationem, & *n.*18.*& seq.* dat multa exempla, quibus ex coniecturis extendimus, & restringimus dispositionem. †Extende; quia si 65
pater substituit vni filio in eadem oratione sub duabus conditionibus, alteri vero sub vna conditione, signum est, quod voluit omittere secundam conditionem; quia si voluisset, sciuisset exprimere, vt prius sciuit in alio. Alexan.*cons.*158. *Abunde, n.*13.*ver.sciuisset enim.lib.*6. †Extende, maxime in iure consulto. Decian.*cons.*4.*n.* 66
9.*lib.*2.† Idem in statuto; quia si in vna parte loquitur de præscriptione 10. annorum distinguendo de bonæ fidei possessore, in alio statuto de præscriptione 20. annorum loquitur simpliciter, 67
intelligitur, etiam si sit in mala fide; quia omisit distinguere. Alexand.*cons.*115.*num.*4.*lib.*7. †Extende; quia statutum correctorium 68
loquens de filio nõ habet locum in filia; quia si voluisset, expressisset. Alexan.*cons.*234.*num.*6.*lib.*6. † Extende; quia si testator gra- 69
uauit filium fideicommisso in institutione, si decederet sine filiis, non censetur grauasse in legatis simpliciter factis; quia si voluisset, expressisset. Alexand.*cons.*31.*Ponderatis, nu.*2.*ver.& talis conditio, lib.*3. †Extende; quia qui disponit de vno, de alio omisso censetur 70
non velle disponere; quia si voluisset, sicuti de vno disposuit, ita etiam de omisso disposuisset, *cap.inter corporalia, de translat.prælat.* quem ad hoc citat Alex.*cons.*46. *Ponderatis verbis, num.*6.*in si.lib.*2. †Et quãdo testator exprimit filios simpliciter, cẽsetur de masculis, & fœminis; quia si solos masculos intelligeret, id exprimeret. Alex.*cons.*5.*Circa primum, n.*5.*ver.per quæ verba, lib.*3. † Declara; 71 72

quia expressum semel censetur repetitũ in sequentibus, qñ constat de mente, veluti si semel facta est mentio de filiis, & descendentibus masculis expressa causa fauore agnationis conseruandæ; quia eo casu, licet in sequentibus dicatur de filiis, & descendentibus simpliciter, censetur repetita masculinitas, & omissum hoc casu non habetur pro omisso, ita Tiber. Decian. *conſ.7.nu.48. ver.non obſtat etiam ſi dicatur, lib.1.* allegat Dec. *conſ.416.n.17.ver.nõ obſtat*, & est ratio; quia qñ materia est fauorabilis, & militat eadem ratio, non valet argumentum, expressit in vno loco, in alio nõ, ergo si voluisset, expressisset. Dec. *conſ.515. In caſu occurrenti, n.6.* Crauett. *conſ.130.n.6.* quem sequitur Decian. *conſ.41.n.50. lib.1.* †Idem, quando extant coniecturæ mentis, vel ratio suadet contrarium, regula non procedit. Crauett. plene *conſ.739.nu.7 & ſequ. ver.neque regula alia.* †Et quod valeat argumentum, testator, quãdo voluit inducere substitutionem reciprocam, illam fecit expressam, ergo si eam non fecit in alio loco, censetur nõ voluisse. Crauet. *conſ.161. n.8.ver.tertio arguitur ſic.* †Idem, quãdo expressit in vno loco filios masculos in alio filios, valet argumentum, quod quando voluit, expressit. Dec. *conſ.567. In caſu occurrenti, per tot.* vbi tamen soluit distinguendo, si materia sit odiosa, vel fauorabilis, item, si in vno loco de filiis, alio de liberis; & dicit, quod cõclusio negatiua concurrens cum conclusione affirmatiua præferri debet; quia negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet. † Idem; quia is, qui loquitur contra id, quod apparet expressum, dicitur diuinare; quia non probat, quod dicit, & intellectus diuinatiuus non admittitur in iure, *l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.* Rimin.Iun. *conſ.544.num. 198.* Alex. *conſ.30. Ponderatis.num.5.in fin.ver.non obſtat id, quod, lib.3.* †Idem, quia nihil est subaudiendum ad præsumendum iudicium testatoris. Simon de Præt. *de interpret.vlt.volunt.lib.2.dub.2.conſect. 4.ſolut.1.n.164.fol.170.* vbi plures citat ad hoc. †Idem, quando testator instituit filiam, quam sciebat habere filios, nihilominus ipsi filiæ institutæ post mortem substituit alium descendentem testatoris; quia non intelligitur isto casu, si filia instituta decesserit sine filiis, ex quo de eis fecit mentionem in alia parte, & non in substitutione, censetur omisisse. Rom. plene *conſ.370. In propoſita poſt m.d ver.præſumptio eſt igitur*, vbi adducit alia similia. †Idem in milite, qui sciens habere filium, de eo non fecit mentionem, & instituit aliũ; quia censetur exhæredasse filium, quia si voluisset, eundem hæredem fecisset. Rom. *d.conſ.370.in fin.* †Idem, qñ testator omisit disponere certo casu; quia si voluisset, expressisset, & non attenditur, quod si cogitasset, expressisset; quia satis est, quod non expressit, ergo non voluit, nisi expressit. Alex. *conſil.55. Ponderatis.n.6.ver.non obſtat, quod tacite, lib.3.* †Imo valet argumentum, si testator, quando in testamento legauit vsumfructum domus excepta apotheca, quæ est in ædificio domus, si in codicillis legat ipsam domum simpliciter, censetur cum apotheca; quia de iure sic intelligitur, & mens concurrit testatoris quia excepit, qñ non voluit, quod comprehendatur, & si voluisset excipere in secundo legato, sciuisset, prout sciuit in primo, ita Alexan. *conſ.204. Perſpectis.n.7 ver.inuentur, lib.6.* † Extende; quia si quis potest tanquam tutor facere compromissum, & faciat simpliciter, non expresso, quod tutorio nomine, censetur nomine proprio; quia si voluisset facere tutorio nomine, expressisset. Io. de Imol. *conſ.106. In cauſa, quæ vertitur, n.2.* †Extende; quia licet præsumatur pro sententia, quando illa sine processu exhibetur, & est lapsum longum tempus, secus si cum processu, quando ex eo apparet, quod defecit citatio; quia si non fuisset omissa citatio, fuisset in processu cõscripta, *l.1.§.ſin autem ad deficientis. C. de caduc.tollen.* Io. de Imol. *conſ. 110.in princ.* †Extende; quia licet ex clausula, *& vltra præmiſſa*, vel ex aliis importantibus repetitionem, repetitio inducatur, tamen fallit, quando in sequenti legato diuersa conditio apposita est, quæ non est in primo, quia præsumendum est, si testator voluisset alias conditiones apponere expressisset, Ioan. de Anan. *conſ. 8.n.5.ver.ſed iis non obſtantibus*, & idem in priuilegio *conſ.20.in fi.* vbi si in prima clausula dixit de filiis, in sequenti de habentibus causam, licet sub vna structura, & constructione, tamen non fit repetitio; quia omissum habetur pro omisso. †Idem in substitutione; quia si in vna expressit de masculis, in alia de fœminis, non fit suppletio, sed si voluisset etiam de masculis intelligere, vbi fœminas nominat, expressisset. Io. de Anan. *conſ.22.in fi.n.3.ver.eſt etiam multum.* †Idem in substitutione pupillari, quia semper est directa pupillaris omni tempore, quando potuit semel valere, vt pupillaris, nec obliquatur, quia si testator voluisset, expressisset. Io. de Anan. *conſ.41.n.2.* †Extende in pace, & aliis contractibus; quia si in primo instrumento fit mentio, quod certum castrum restituatur, & in secundo instrumento hoc omittitur, censetur recessum à primo per omissionem; quia si voluissent includere in secundo, quod in primo erat, expressissent. Abb. *conſ.62. In controuerſia.in fi. lib.2.* † Amplia in exorbitantibus; quia stricte interpretantur, & id omissum habetur pro omisso. Io. de Im. *conſ.145.in princ* † Limita, nisi casus omissus sit similis, vel idem cum expresso. Oldrad. *conſ. 224.n.33.ver.nec obſtat, quod dicebatur.* vbi dicit casum, qui venit ex interpretatione, & non ex extensione, etiam in odiosis non dici omissum. Signorol. *conſ.14. Super infraſcriptis, nu.3.ver.fruſtra quærimus.* sequitur Tiraq. qui eos citat, *de retract.gl.1.§.2.n.19.* †Extende; quia vbi est similitudo, vel identitas rationis, omissum habetur pro expresso. Tiraq. *de retract.lignag.gloſ.vnica.§.20.nu.11.* etiam in statuto odioso. Ancharan. *conſ.350. In queſtione, per tot.* Alexand. *conſ.52. Circa hanc, in fin.lib.4.* quod est Barbatiæ. † Limita; quia licet in statuto corrigente successionem, & ius cõmune loquens in vno casu, & de vna persona, non extendatur ad aliam personam, & casum omissum, tamen hoc procedit, quando exclusio fit nullius contemplatione, si vero exclusio certæ personæ, puta matris fiat contemplatione agnatorum masculorum, qui includuntur, tunc statutum includens agnatos, excludit etiam auum maternum, & alios sequentes, & omissos, ita Bartol. plene *in l.2. §.fi.ff.ad Tertull.* & ita debet intelligi Signorol. *conſ.2.in fi.nu.17. & conſ.14.nu.3. & ſeq.* sequitur Abb. *conſ.75.nu.6.lib.1.* †Extende; quia casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis, nisi constet ex coniecturis de mente, vel sequatur absurdum; quia tunc sumitur argumentum à cõtrario sensu, etiam si sequatur correctio iuris communis ex dicto argumento à contrario, plene Abb. *conſ.75. Primo eſt videndum.n.5. & ſeq.lib.1.* & in eodem casu Castrens. *conſ.175. per tot.lib.1.* maxime *col.4.circa fin.ver. & dum dicitur argumentum à contrario.* † Limita, quia casus omissus debet supplerri, & non habetur pro omisso in statuto, quando inueretur inæqualitas in iudiciis, ideo statutum restringens appellationem in reo, vt semel appelleret, debet etiam intelligi de actore, vel è contra. Bald. *conſ.486. Iſtud eſt ordinamentum, per tot.lib.2.* † Limita; quia dicitur omissum, de quo nullum verbum factum est, sed quando subest eadem ratio, prout in casu expresso, non habetur pro omisso. Decia. *conſ.28.n.23.lib.2.* †Limita; quia licet omissum habeatur pro omisso, vt intret ius commune, tamen nõ procedit in casu contrario, quia aliud est esse omissum, aliud esse contrarium, ideo si statutum disponit circa plura, & fiat aliud statutum omittens multa dispositia in primo, cum clausula, quod contraria statuta non attendantur, primum statutum quoad omissa non dicitur contrarium; ideo erit obseruandum. Angel. *conſ.72. n.2.ver.contrarium.* † Declara; quia non procedit, quando est vicinum statutum; quia omissum nedum habetur pro omisso, sed imo intrat argumentum à contrario sensu. Alex. *conſ.146. Ponderatis.n.4. & 5.lib.2.* quia qui sibi prouidet in certis casibus, censetur in omissis non voluisse prouidere. Alex. *d.conſ.158. Abunde, nu.10. ver.quinto quia in certo caſu, lib.6.* † Limita; quia in statutis, & aliis dispositionibus omissum non habetur pro omisso, imo habetur pro expresso, quando eadem, vel maior ratio militat. Anch. *conſ. 350. In queſtione prædicta*, sequitur Dec. *in cap.2.de probat.in 9.lime.* †Limita in iudice appellationis; quia omissum non habetur pro omisso, sed pro decisio in conformitate cum primo iudice. Felin. *in c.cum inter, n.13.ver.fallit ſeptimo, de re iudic.* †Declara, vt procedat dictum Felin. quando iudex appellationis reuocaret primam sententiam in aliquo; quia circa omissa censetur confirmare, sed qñ expresse confirmaret circa aliqua, & in aliis omitteret, tunc non procederet argumentum; quia argumentum à contrario nõ procedit, nisi in sensu directo omisit, ergo non condemnauit, neq; absoluit, non est verum. Corne. *conſ.49.lib.2.* & ita eum citat, & sequitur Crauet. *conſ.320.in princ.* †Extende in iudice, corã quo petitum est capitale, & interesse; quia si pronunciat super capitali omisso interesse, censetur absoluere super omisso. Bertachin. *in ver. iudicis poteſtas, ver.216. & 272.* Crauett. *conſ.320.* †Contrarium in iudice secundæ instantiæ. Crauett. plene *conſ.320.in pr.nu.* vbi declarat procedere, si imposuit perpetuum silentium, alias non, allegat plures, sed non loquuntur in iudice appellationis, sed in arbitro, vel primæ instantiæ, sicque vult, quod si index dicat perpetuum silentium imponimus, præterquam in casibus sequentibus, tamen omissum cadit sub perpetuo silentio, & sic in ablolutione, alias non. † Limita; quia quando ex præcedentibus, & sequentibus constat de mente, omissum censetur per errorem, vt plus sit dictum, quam scriptum, ideo illud omissum debet haberi pro expresso, ita per plura Castrens. *conſ.60. Pro euidentia eius per tot.lib.1.* sequitur Decian. *conſ.33.n.101. ver.quinimo.lib.3.* †Extende de melius per Alexand. *conſ.130. Attentis verbis, in fin.lib.2.* quia licet secundum verba sit casus omissus, sufficit tamen, quod ex mente non sit omissus; quia si cogitasset testator, prouidisset ex

mente

104 mente eodem modo; quia mens prævalet verbis. † Extende; quia si testator instituit ventrem, quatenus nascatur masculus, in octo vnciis, vxorem in quatuor, & si nascatur fœmina, instituit illam in quatuor vnciis, vxorem in octo, contigit casus omissus; quia ex ventre nascitur masculus, & fœmina, vxor debet habere suam ratam; quia constat de mente, quod vtroque casu voluit eam vocari, *l. si ita scriptum. ff. de liber. & posthum.* Alex. *cons.* 188. *Viso processu, n.* 7.
105 *ver. & hoc idem, lib.* 2. † Infert Alex. *d. consil.* 188. *num.* 7. *ver. sed iis non obstantibus, lib.* 2. quod si testator ventri vno casu substituit pupillariter, si nascatur masculus, & in pupillari, quandocunque decedat, substituit Titium, quod etiam si venter non sit prægnans; ex pupillari substitutus possit ex vulgari succedere, quæ est in pupillari; quia complectitur omnem impotentiam instituti, secus si pater dinumeraslet plures casus, si nascatur masculus, & in pupillari decedat, substituit, & si nascatur fœmina illã instituit in 400. non repetita substitutione, tunc erit casus omissus, & substitutio vulgaris non habet locum, sed apostil. ibi *in ver effectu.* reprobat, & citat alios reprobantes, & bene; quia si substituit masculo in totum instituto, constat de mente, multo magis in fœmina in re particulari instituta noluit recedere à substitutione; & cum sit vulgaris in pupillari, omnem impotentiam comprehendit, &
106 non natiuitatem ventris, siue masculi, siue fœminæ. † Limita in iis, quæ habent certum stylum; quia si fiat gratia deliquenti similiter de delicto, qui de iure etiam bona recuperaret, tamen si de stylo bona non restituuntur, tunc clausula omissa habetur pro apposita. Clar. *in §. fin. q.* 59. *nu.* 5. *ver. quæro, nunquid.* Vide, *Clausulæ quæ insunt tacitæ. Concl.* 305. Vide, *Sententia in omissis, quem. Concl.* 129.
107 † Amplia; quia statutum Bononiæ prohibens probari posse per testes solutionem, vel obligationem, intelligi debet de probatione directa, non de indirecta, puta, quod litera, vel obligatio sit nulla tempore, quo obligari non poterat, ita Ruin. *cons.* 78. *nu.* 10. *lib.* 4. Vide, *Argumentum valet à contrario. Concl.* 498.

Omne, & totum in quibus differant. Concl. 117.

1 OMNE, † est nomen collectiuum, & distributiuum, quod designat individua, & verificatur in eis: Totum verò designat corpus integrum, & ex partibus integratum, non quod verifice-
2 tur in partibus. Oldr. *cons.* 300. *n.* 7. *ver. dicunt ibi.* † Et qui omne dicit, nihil excludit. *l. Iulianus. ff. de leg.* 3. plene Rom. *cons.* 44. *Ex supra narrato, num.* 5. *in fin. & num.* 6. vbi plena apost. dat concord. pro, &
3 contra. † Et idem in renunciatione facienda omni successioni; quia qui omne dicit, nihil excludit, etiamsi successio esset ex legato. Abb. *consi.* 4. *colum.* 2. *ver. præterea testator dixit, lib.* 2. Vide, Clausula, *omnia, & singula. Concl.* 296. Vide, *Dictiones vniuersales. Concl.* 397. Vide, *Verba vniuersalia omnia includunt. Concl.* 121.

Onera omnia aut realia, aut personalia, aut mixta, & de multiplici diuisione onerum. Concl. 118.

1 ONERA † omnia distinguuntur in tres species, quædam sunt realia simpliciter, vt quæ agris, & ædificiis imponuntur, quædam personalia simpliciter, quæ personis mere, & non habito respectu ad rem imponuntur, quædam mixta, quæ personis obtentu rerum imponuntur. Bald. *consi.* 56. *Factum tale est, num.* 2. *ver. item præmittendum. lib.* 4. & est tex. *in l. fin. in princip. ff. de muner. & honor.* Bar. *in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco, num.* 6. *lib.* 10. Aret. *consil.*
2 132. *in princip.* † Vide Bologn. *in additio. ad consil. Ioan. de Anan.* 18. *in fin.* vbi, quod aliqua mere realia, quæ imponuntur rebus nullo habito respectu ad personam, alia non mere realia; quia imponuntur contemplatione, & ad vtilitatem rei, & alia personalia mere, sicque ea, quæ non mere realia, duplica sunt, videlicet, quæ imponuntur ad vtilitatem rei, & quæ imponuntur personæ
3 pro rebus. † Ioan. de Anan. *in d. consi.* 18. *num.* 2. dicit, quædam sunt realia, quædam personalia, & quædam mixta, & ita etiam Salyc. *in l. fin. C. sine cens. vel reliq. nu.* 5. vbi subdit, quod quædam sunt neutra prædictorum, licet in rebus consistant, prout quod quis soluat vnum solidum pro persona, non vt persona laboret, sed vt soluat rem pro persona, & appellantur capitationes, vel quando imponũtur personæ, non propter personã, sed propter rem, pro-
4 ut collectæ. † Alia est diuisio; quia aliqua sunt ordinaria, prout à lege, vel à constitutione, vel Principi perpetuo vniformiter imposita, aliqua extraordinaria, prout si imponatur propter accidens. Salycet. *dict. leg. fin. circa fin. ver. ordinarium est, C. sine cens. vel*
5 *reliq.* † Alia est diuisio generalior, quia omnia onera sunt, vel publica, vel priuata. Bartol. *in dict. leg.* 1. *in fin. C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. Ægid. Thomat. *de collect. cap.* 2. incip. *exactio. numer.* 11.

Vide, *Onera realia, quæ dicantur. Conclus. proxim. seq.* Vide, *Onera ordinaria, quæ, &c. Conclus.* 133. Vide, *Onera mixta, quæ dicantur, &c. Conclus.* 127.

Onera realia quæ dicantur. Concl. 119.

ONERA † realia sunt duplicia, aliqua, quæ soluuntur propter rem, & in loco rei sitæ, vt census, & similia, quæ rem ipsam sequuntur. Feder. de Sen. *consi.* 151. *num.* 3. *ver. constat enim*, & hæc patrimonialia onera appellat. Oldrad. *cons.* 169. *in fin.* Aretin. *cons.* 132. *In causa, quæ vertitur, in princip.* vbi, quod ista solui debent à forense, & à quocunque. † Et proprie realia dicuntur onera, quando sine vlla consideratione personarum imponuntur agris, 2
vel super fructibus agrorum, vt sunt tributa, decimæ, & similia. Bald. *cons.* 402. *Ad euidentiam, in princip. lib.* 5. quia vbi finalis causa est ipsa res, dicitur reale, vbi quæ sint personalia, & quæ mixta. Alexand. *cons.* 78. *Videretur, num.* 11. *lib.* 6. *ver. secus autem.* † Quæ
3 autem sint onera realia soluenda in loco, & ratione rei, habes tex. *in l.* 1. *& l. fin. §.* 1. *ff. de honor. & muner.* relatiue Calder. *consil.* 447. alias 6. *de censib. in fin.* Alexand. *d. consi.* 78. *num.* 11. *ver. secus autem, lib.* 6. † Amplia; quia onera realia dicuntur, quæ annuatim, perpetuo, vel ad tempus præstantur pro rebus semper eodem modo, & ap-
4 pellatur istud onus proprie tributum. Bald. *cons.* 112. *De generali, num.* 6. *ver. sciendum est ergo, lib.* 2. † Contrarium tenet Aretin. *cons.*
5 132. *in princ. ver. sed adhuc remanet*, vbi, quod quando verba impositionis diriguntur in personam, & quando impositio est perseptennium, & sic ad tempus, quantumcunque sit vniformis, non dicitur realis, sed personam respicit, & est extraordinaria. † Alia
6 sunt onera realia, siue patrimonialia, quæ imponuntur personæ pro rebus, & ista soluuntur in loco domicilii personæ, cuius sunt bona, non autem in loco bonorum, ne dominus duplici onere grauetur. Feder. de Sen. *d. consil.* 151. *num.* 3. & 4. Aretin. *consi.* 132. *In causa, quæ vertitur, in princ.* vbi, quod quantitas respicit rem, obligationis vinculum respicit personam. † Declara, nisi ista o-
7 nera personæ pro rebus sint effecta ordinaria, & realia, prout fieri possunt per statutum; quia tunc soluuntur à possessore rei, & transeunt etiam ad Ecclesiam, ad quam res effecta tributaria peruenit. Calder. *cons.* 7. *in princ. de constit. & consi.* 444. alias 2. *de censib. num.* 4. *vsque in fin.* † Intellige, dummodo statutum non restringa-
8 tur ratione, quæ colligatur ex procemio ad alium finem, vt per plura Aretin. *cons.* 132. *num.* 5. *ver. restat igitur*, vbi, quod tanquam odiosum statur, & ne quis lædatur debet restringi. † Declara;
9 quia omnia onera possunt imponi in loco bonorum, quando imponuntur vniuersitati ratione iurisdictionis, & territorii, non autem singulis. Bald. *cons.* 56. *Factum tale est, lib.* 4. *num.* 4. *ver. maxime si commune*, allegat *l. qui ex vico. ff. ad municip.* Vide, *Onera mixta, quæ dicantur, & in quo loco solui debeant. Conclus.* 127. *cum duab. Conclus. ibi seq.* Vide, *Collectarum onera, quæ sint, & à quibus, &c. Conclus.* 447. *cum Conclus. ibi proxime seq.* † Amplia; quia onera patrimonialia sunt 10
realia, & solui debent ab eo, qui possidet, & fructus percipit. Vide, *Onera patrimonialia. Concl. prox. seq.* † Amplia; quia onera realia 11
dicuntur, prout tributum, & annona. Bart. *in l.* 1. *C. de anno. lib.* 10. † Extende; quia collecta est reale onus, quando omnia bona facta 12
sunt pro collectis tributaria, & hypothecata. Franc. Aretin. *consil.* 105. *col.* 2. *ver. nam si onus collectæ.* † Declara, quia multum refert vi- 13
dere verba, an obligent bona, & fructus bonorum; quia erunt onera realia, an vero personam; quia erunt personalia. Aret. *d. cons.* 105. *In causa magnifici, colum.* 2. *in princ.* † Amplia; quia realia sunt, 14
quæ respiciunt sumptum. Ioan. de Anan. *consil.* 18. *in fin.* † Amplia; 15
quia gabellæ, quæ imponuntur pro vino, videlicet pro singulo barili; vel alia mensura vini, dicitur onus reale, & debet solui ab omnibus, tam terrigenis, quam forensibus, & mediariis; quia imponitur rei. Castr. *cons.* 456. *Visis, & consideratis, num.* 2. *ver. quantum ad secundum, lib.* 1. & idem dicit de gabella olei, *num.* 3. † Declara 16
tamen; quia si gabella olei fuit soluta per dominum pro toto oleo, non debet artifex olei soluere de portione sua, ne duplex gabella soluatur, exemplum, feci ad torcular alienum centum barilia olei, de quibus decem spectant ad dominum torcularis, si soluit gabellam pro omnibus centum, dominus torcularis non soluet pro suis decem, secus si dominus soluisset solum pro 90. Cast. *cons.* 456. *nu.* 3. *& per tot. lib.* 1.

Onera patrimonialia quæ dicantur, & per quem solui debeant. Concl. 120.

ONERA † patrimonialia sunt, quæ soluuntur mere pro re- 1
bus, & quibet habens bona tenetur ad ea in loco bonorum, quia sunt onera realia, & pro eis agitur contra rem. *l. forma. §.* 1. vbi

Bart. *ff. de cenſib.* Oldrad. *d. conſ.* 169. *in fin.* Feder. de Sen. *conſ.* 151. *num.* 3. aliter diſtinguit, quod quædam ſunt mere realia, vt tributum, & ſimilia, quæ ſoluuntur in loco rerum, & pro rebus, quædam vero ſunt realia, ſiue patrimonialia, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, quæ ſoluuntur in loco domicilii, non autem in loco rei, idem per omnia dicit Aret. *conſ.* 132. *In cauſa, quæ vertitur, in pr.* & quod onera patrimonialia ſint taleæ, & collectæ, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, tenet Calder. *conſ.* 444. *num.* 2. *ver. quæ-*
2 *dam ſunt munera patrimonialia.* † Alex. *conſ.* 148. *Viſis, quæ in themate, num.* 2. *ver. ſed prædictis non obſtantibus, lib.* 6. declarat, quod munera patrimonialia ſunt ea, quæ imponuntur rebus ipſis, vel perſonæ pro rebus, *l.* 1. *§. patrimoniale, & l. fin. §. patrimoniorum ſunt, & §. patri-*
3 *moniorum autem. ff. de muner. & honor.* † Amplia; quia onera realia debent ſolui ab eo, qui rem poſſedit, & fructus percepit, & ideo ſi tu dediſti mihi in dotem certa bona, & poſtea percepiſti fructus, & ego ſolui onera, poſſum à te repetere actione negociorum geſtorum, ſi vero bona ſunt de conſenſu partium poſita ad meum æſtimum; quia eſt translatum dominium in me, poſſum repetere à te fructus perceptos; quia ſequuntur dominium, & eo caſu onera ſpectant ad me. Alex. plene *conſ.* 147. *Perſpectis, col. fin. nu.*
4 *5. & ſeq. v. & in hoc breuiter. lib.* 5. † Declara; quia is, qui poſſidet, & percipit fructus, tenetur ad onera realia, prout vſufructuarius, emphyteuta, & generaliter omnis, qui rem poſſidet, & poteſt præſcribere, ſecus eſt in colono; quia poſſidet alieno nomine. Alex. *conſ.* 35. *Viſo proceſſu, nu.* 12. *ver. cum ergo, lib.* 4. vbi apoſt. *in ver. em-*
5 *phyteuta.* † Extende, quia mulier, qui dedit in dotem marito bona aliqua, non tenetur pro illis bonis ſoluere onera patrimonialia, vel collectas, ſed tenetur maritus, qui percipit fructus, & poſſidet, & eſt dominus effectus. Alex. plene *d. conſ.* 148. *num.* 3. *& ſeq.*
6 *ver. hoc præſuppoſito. lib.* 6. & iterum *num.* 8. *ver. modo reſt. at.* † Et iſta eſt regula generalis. Soc. *conſ.* 119. *per tot. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 52. *per tot. lib.* 1.

☞ Vide, *Onera, & collect. præterita. Concl.* 130.

Onera realia in quo loco, & à quibus ſolui debeant. Concl. 121.

1 ONERA † realia, quæ ſoluuntur pro territorio, ſolui debent in loco, vbi res ſunt ſitæ. Bald. *conſ.* 139. *Conſuetudo eſt in terra,*
2 *circa med. ver. præterea, lib.* 1. † Amplia; quia ad quemcunque vadat res, illæ debet ſoluere onera realia, & mixta, & poteſt cogi percapturam fructuum ipſius rei obnoxiæ faciendam ab eo, qui præeſt territorio. Bald. *conſ.* 433. *Sicut hactenus, per tot. lib.* 1. vbi, quod attenditur obſeruantia diuturna, & quod non debent reddi pignora,
3 niſi fiat ſolutio. † Amplia in tantum onera realia ſolui debere in loco, vbi res ſitæ ſunt, vt alibi realia imponi non poſſint, & ſi contrarium declararetur per ſententiam, ſententia eſſet erronea, &
4 nulla. Bald. *conſ.* 56. *Factum tale eſt, n.* 3. *ver. iis præmiſſis. lib.* 4. † Amplia in procuratione ratione viſitationis; quia debet ſolui in loco, vbi Eccleſia viſitata ſita eſt; quia onus eſt reale, ideo Eccleſia vnita monaſterio extra diœceſim ſoluit, vbi ſita eſt, non habito reſpectu ad monaſterium, ſicut è contra poſſeſſiones non ſoluunt aliquid; quia onus eſt Eccleſiæ; ideo attenditur locus, vbi eſt Eccle-
5 ſia. Anch. *conſ.* 248. *Ad prædicta dubia, nu.* 25. *& ſeq.* † Amplia; quia onera realia ſequuntur poſſeſſorem fundi, & fundum ipſum, & quod datur actio in rem: item officiū iudicis, item in interdictū,
6 *vti poſſidetis*, & ſi quis ſpoliatur, datur interdictum *vnde vi*, plene Ægid. Bella. *conſ.* 21. *Vtrum poſſeſſor rei cenſualis*, vbi late. † Extende, vt idem ſit pro penſione debita Eccleſiæ ex certo fundo; quia ſequitur fundum, & poſſeſſorem. Ægid. *d. conſ.* 21. *nu.* 2. *& ſeq.* licet in
7 fine videatur adducere tenentes contrariū. † Amplia; quia onera realia tenetur ſoluere emphyteuta habens rem emphyteuticam
* pro modica penſione. Clar. *in §. emphyt. q.* 46. vbi dicit * commun.
8 † Reſtringe, quando penſio eſſet correſpondens fructibus; quia emphyteuta pro ſua rata, & dominus pro alia tenentur reſpectiue ſecundum æquitatem. Clar. *d. §. emphyteuſis, q.* 46. *in fi.* vbi, quod
9 eſt æquior, & quod ita ſeruat Senatus. † Limita, niſi ſint ſub eodē dominio; quia in vno loco pro omnibus poterit grauari. Socin. *conſ.* 129. *lib.* 1. vbi latiſſime declarat, & allegat conſilia plurium Aduocatorum Florentiæ, & Marchiæ, & maxime in ciuitate ſuperiori; quia Aretinus poteſt habere bona Aretii, & domicilium Florentiæ, & ſi accataſtrauit bona Florentiæ, & ibi ſoluit, non poterit moleſtari ab Aretinis. Rom. *conſ.* 161. *Viſis quæſtionibus, per tot.*
10 vbi apoſtil. *in ver. verius*, dat conc. † Declara; quia habens onerata bona, ſi cedat illa filio exempto, puta mulier habēs bona allibrata Piſciæ, ſi ex compromiſſo, & laudo transferat in filium ciuem Florentiæ, & exemptum, præſumitur in fraudē onerum, & tenetur ciuis ſoluere, prout etiam teneretur, ſi ipſe poſſidens bona allibrata efficiatur ciuis Florentiæ, & fecerit accataſtrari bona Florentiæ; quia in vtroque loco ſoluere compellitur. Caſtren. *conſ.*
330. *Viſis, nu.* 2. *in fin. v. ſed in caſu noſtro, & ſeq. lib.* 1. vbi reſpondet ad contraria.

Onera realia pro bonis dotalibus ſolui debent per maritum, ſecus ſi non ſunt dotalia. Concluſ. 122.

REGVLA † eſt, quod maritus tenetur ſoluere onera realia pro
1 bonis dotalibus vxoris, non autem tenetur vxor. *l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. Caſtr. *conſ.* 330. *Viſis, & conſideratis, lib.* 1. *in pr.*
† Extende, vt procedat etiam quoad onera decurſa viuente ma-
2 rito; quia vxor non tenetur ad illa pro tempore mariti, qui non ſoluit, etiamſi maritus feciſſet compoſitionem de ſoluendo certum quid perpetuo, quia ſicuti non obligat vxorem; ita non tenetur ſoluere, & ita in contingentia contra Communitatem Piſciæ conſuluit Caſtr. *d. conſ.* 330. *in princ. lib.* 1. † Reſtringe; quia ſi
3 bona ſunt hypothecata pro oneribus, prout ſunt de iure communi, & etiam Florentiæ ex forma ſtatutorum, bene poſſet mulier ſoluto matrimonio, ad quam reuerſa ſunt bona, grauari ratione hypothecæ, & ipſa haberet regreſſum contra hæredem mariti. Caſtr. *d. conſ.* 330. *nu.* 2. *ver. poſſet tamen, lib.* 1. † Reſtringe; quia ſoluto
4 matrimonio quando bona non ſunt data æſtimata marito, ſed reuertuntur ad vxorem ipſo iure, tunc hæredes mariti non tenentur in aliquo, ſed mulier. Caſtr. *d. conſ.* 330. *nu.* 2. *lib.* 1. *ver. eo vero non-*
tuo, allegat *l.* 1. *C. ſine cenſu, vel reliq.* † Limita quoad bona non do-
5 talia; quia mulier ſoluere tenetur onera realia, non maritus, *d. l. vnica. C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. Caſtr. *d. conſ.* 330. *in princ. lib.* 1.
† Reſtringe Florentiæ; quia maritus tenetur ad onera pro dotalibus, & non dotalibus, mulier vero non obligatur ex forma ſtatutorum. *lib.* 4. *quod vxor viuente viro*, de quo Caſtr. *d. conſ.* 330. *num.*
1. *lib.* 1.

Onera perſonalia diuiduntur quatuor modis in ſpecies diuerſas. Concl. 123.

ONERA † perſonalia multiplicia; quia quædam perſonalia,
1 ſed honoribus annexa, & quædam non ſordida, & quædam ſordida, & hæc eſt prima diuiſio. † Et diffiniuntur munera perſonalia; quia corporibus cum labore, & ſollicitudine ſunt indicta, vt eſt tex. *in l.* 1. §. *illud, & in l. fi.* §. 1. *ff. de mun. r. & honor.* Cald. *conſ.* 448.
alias 6. *de cenſib.* † Perſonalia, quæ ſunt aliis honoribus annexa, ſunt;
2 ſi quis obligatur ad magiſtratū. *l.* 2. *ff. de in ius vocan.* Cald. *conſ.* 444. alias 2. *de cenſib. in prin. ver. pro euidentia*, quod eſt Collegii Perulſis, & Gaſparis Calderini. † Perſonalia oneribus annexa ſunt, vtu-
3 tela, & cura, quæ ſunt publica authoritate; ſed vtilitate priuata. Cald. *d. conſ.* 444. *in pr.* alias 2. *de cenſib. ver. quædam non ſunt ſordida*, vbi, quod iſta onera non ſunt ſordida. † Sordida onera dicuntur,
4 quæ ſunt vilia, & abiecta, & quæ labore perſonæ expediuntur. Cald. *d. conſ.* 444. *n.* 2. *in pr. v. quædam ſunt ſordida*, alias 2. *de cenſib.* Secunda † diuiſio eſt; quia perſonale munus, quandoq; in ſolo labore perſonali conſiſtit, & non in erogatione pecuniæ, vel ſumptu, Cald. *d. conſ.* 444. *n.* 2. *col.* 2. *in pr. v. & nota, quod perſonale munus*,
5 alias 2. *de cenſib.* † Aliquādo dicitur perſonale munus alio reſpectu, licet labor perſonæ nō interueniat, ſed tantum erogatio pecuniæ; prout ſunt capitationes, *l. fin. C. de annon. & trib. lib.* 10. Cald. *d. conſ.*
444. *in prin. col.* 2. *n.* 2. *ver. & nota, quod perſonale*, alias 2. *de cenſib.* † Dicit,
6 tamen Io. de Anan. *conſ.* 18. *in fin.* quod perſonalia, quæ reſpiciunt ſumptus, potius ſunt realia, prout quod quis contribuat ad manutentionem conductus aquæ, vel ad refectionem pontium & viarum. *l. ad inſtructiones. C. de ſacroſ. Eccl.* † Tertia diuiſio eſt, quia
7 ſia ſunt ordinaria, alia extraordinaria, & dicitur ordinarium onus id, quod habet certam, vel ordinatam formam præſtationis. Gemin. *conſ.* 116. *n.* 2. *ver. de ſecundo.* † Item ordinaria dicuntur, quæ imponuntur à lege, Senatusconſulto, vel conſtitutione Principum, ſicuti dicuntur extraordinaria, quæ nō imponuntur à lege, Senatuſconſulto, & conſtitutione Principum. Gem. *conſ.* 116. *n.* 5. *ver. ſed*
lex prima. † Extraordinarium dicitur, quod non habet certam, vel
8 ordinatam formam præſtationis. *l. ſcio. §. medico. ff. de annuis legat. & ibi not. at.* Cald. *d. conſ.* 444. *ver. quædā munera dicuntur*, alias 2. *de cenſib.*
Gem. *conſ.* 116. *quia prædicti, n.* 2. *ver. de ſecundo.* † Item extraordinarium munus dicitur, quod indicitur propter ſuperuenientiam alicuius caſus nouiter emergentis, & dicitur etiam extraordinarium,
9 munus, quod repentino caſu ſuperuenit. Cald. *d. conſ.* 444. *n.* 2. *ver. quædam munera dicuntur*, alias 2. *de cenſib.* Gemin. *d. conſ.* 116. *nu.* 2. *ver. de ſecundo.* † Item, quando non indicitur à lege, Senatusconſulto, vel conſtitutione Principum. Gemin. *d. conſ.* 116. *n.* 5. *ver. ſed lex pri-*
ma. † Declara tamen, quod onus extraordinarium, vt ſunt collectæ, & ſimilia, poteſt effici ordinarium, & tunc omnia iura allegata

quæ-

quentia de ordinario habent locum in tali onere extraordinario effecto. Calderin. *dict. consil. 444. nu. 4.* alias *2. de censib. ver. nota etiam quod munera.* † Quarta diuisio est; quia quædam sunt onera personalia simpliciter, & quæ personis vere, & non habito respectu ad rem imponuntur; alia vero personalia, non simpliciter, sed mixta, quæ personæ obtentu rerum imponuntur. Bald. *consil. 56. Factum tale est, num. 2. lib. 4. & consi. 402. lib. 5.* vbi, quæ sint realia mere, & quæ personalia mere, & quæ mixta.

Onera personalia multa, & quæ. Concl. 124.

1 ACHATVS † est onus, quod imponitur per modum præstantiæ, & istud spectat hæredi, non legatariis. Alex. Aret. &
2 Ias. *in l. cũ seruus. §. hæres cogitur. ff. de leg. 1.* † Alberga dicitur, quæ fuit inducta; quia solebant ire domini ad loca, & audiebant querelas inter subditos; & quia loca faciebant expensas, appellatur alberga, quæ etiam exigitur hodie; quia loco illius Principes ponunt officiales salariatos de suo. Oldrad. *cons. 98. Factum tale, in princip.*
3 † Sed Castr. *cons. 407. num. 4. ver. nec obstat, lib. 1.* dicit, quod Alberga, & caualcata consistunt in redditu ex perceptione, iurisdictio in redditu ex ministratione iustitiæ; ideo dicit non esse similia, & per exceptionem Albergæ non includitur iurisdictio, tanquam quod exceptio firmet regulam in contrarium, mihi videtur, quod melius dixisset Castr. si firmasset opinionem suam in exceptione; quia qui excipit albergam, excipit iurisdictionem;
4 quia datur alberga propter iurisdictionem. Vide, *Alberga, & caualcata sit. Concl. 250.* † Angaria sunt munera personalia, quæ personali obsequio propriis sumptibus præstantur. Cald. *cons. 444. nu. 2. ver. quædam munera sunt angaria,* alias *2. de censib.* & gl. *in c. non minus, de immunit. Eccles. cum ibi not.* Bald. *cons. 112. Quæritur, qui intelligantur, num. 3. v. tertio quæritur, lib. 1.* dicit, quod exemptus ab angariis, & perangariis, non est angariandus in persona, neq; in plaustris, neque in collectis, quæ imponuntur ratione operarum, & quod angaria sit onus personale. Bald. *cons. 139. circa med. ver. præterea, li. 1.* † Capitationes sunt onera personalia, quæ soluuntur pro
5 persona. Calder. *d. cons. 444. num. 2. ver. & nota, quod personale munus,* alias *2. de censib. & ver. quædam sunt capitationes.* vbi, quod impo-
6 nuntur pro singulis capitibus personarum, vel animalium. † Et quod capitationes sint onera personalia, vt quando aliquid soluitur pro persona, vel onere personali. Calderin. *d. consi. 444. num. 2. ver. & nota, quod personale,* alias *2. de censib.* vbi ponit multa alia nomina onerum, videlicet, angaria, perangaria, indictum, superin-
7 dictum, onera patrimonalia, onera mixta. † Caualcata est pro exercitu Regum, & Principum; quia dum equitabat exercitus, subditi tenebantur hospitari. Oldra. *d. cons. 98.* vbi Christus mandauit soluit tributum Cæsari, vt stipendia militibus præberentur.
8 † Census differt à tributo; quia tributum non habet diem certam, sed indicitur, & non soluentes perdunt bona; census vero habet diem certam; sine indictione, & non soluens non perdit
9 rem. Ægid. Thomat. *de collect. c. 2. exactio. nu. 17.* † Collecta sunt munera extraordinaria, quæ imponuntur personæ pro rebus, & ad illas non tenentur Ecclesia, neque clerici, neque suppositi ratione personæ, nisi sint effectæ munera realia, & ordinaria, quod es-
10 se poterit. Calderin. *d. cons. 7. de constit. in princ. ver. redeundo.* † Et appellatur talea collecta, & est munus incertum, quod imponitur personæ pro rebus, & dicitur mixtum, & imponitur per æs, & li-
11 bram. Ægid. Thomat. *de collect. cap. 2. exactio. nu. 18.* † Et quod collectæ, & taleæ sint munera personalia, & extraordinaria, licet possint redigi, vt sint onera ordinaria, & soluuntur, seu imponuntur personæ pro rebus, & propterea dicuntur extraordinaria.
12 Calderin. *dict. consi. 444. lib. 4. ver. nota etiam quod munera,* alias *2. de consib.* † Commodare equos veredos est onus habens vniformem præstationem. Aretin. *cons. 132. colum. 2. in princ.* Custodia ciuitatis est munus, seu onus personale. Calderin. *consi. 446. in princip. &*
13 *nu. 2. ver. ad idem,* alias *4. de censib.* vbi, quod licet debeantur talia onera in loco, vbi quis degit; tamen incolæ villarum tenentur ad custodas castri, ad quod confugiunt tempore belli. Vide infra
14 *num. 15. ver. excubiæ sunt,* & infra *num. 21. & seq.* † Decimæ Florentiæ sunt onera mere realia, & sequuntur bona, ad quemcunque res
15 vadat; tamen vnum prædium pro alio non est obligatum. gloss. Bal. & Cast. *in l. 1. C. si propter publ. pensit.* † Excubiæ sunt onera personalia ad custodiam castri, & qualiter teneantur, & quando non,
16 subditi, & in quo loco, plene Boer. *decis. 212. per tot.* vide supr. *nu. 13.*
17 & infr. *num. 21. & seq.* † Focagium est onus soluendi certum quid pro focario singulo, & multiplicatur multiplicatis focolariis, & quando, & quomodo intelligatur vnum foculare, vel plura, plene Boer. *d. decis. 212. num. 3. & seq.* vbi, quod in Francia fuit impositum in Ducatu Aquitanien. & potest esse reale & personale onus. † Focolariorum ius arguit iurisdictionem. Capic. *decis. 27. num. 31.* vbi æquiparat iurisdictioni criminali. † Et quod ius fo-
18 colariorum arguat subiectionem & iurisdictionem. Put. *dec. 458. lib. 2. & libr. 3. decis. 24.* vbi de sale focatico vrbis Romæ. † Vel
19 sunt focolaria, quando imponitur per modum fumantium, non habito respectu ad bona. Ægid. Thomat. *de collect. c. 2. exactio. num. 12.* vbi, quod tres masculi faciunt vnum fumantem, & quatuor mulieres faciunt similiter vnum fumantem, & est munus patrimoniale, licet imponatur personis; quia norma capitis est census. † Fodra, & talea dicuntur onera personalia, quæ non possunt
20 imponi, nisi personis subditis; & ideo forensis habens bona in Terdonensi non potest taleari, neque fodra grauari. Castillion.
21 *cons. 32. per tot.* † Fortificationis ciuitatis, vel castri, nec non pro refectione pontium, viarum, fluminum, & similium onerum, ista pariter imponuntur personæ pro rebus, & ista non imponuntur forensibus etiam pro rebus, quæ habent in loco. Alex. *cons. 68. Et viso, num. 3. ver. & prædicta maxime lib. 2.* † Guardiæ etiam onera di-
22 cuntur personalia, vt per Bald. *cons. 139. Consuetudo est in terra, circa med. ver. præterea aut istæ, lib. 1.* Vide supra, *nu. 13. & 15.* † Declara; quia
23 custodia ciuitatis, vel castri, aut guardiæ, licet sit onus personale; efficitur tamen reale, quando propter defectum hominum non adsunt tot personæ, quæ custodiant; quia non possunt bona laborari, neque custodiri, si castrum, vel ciuitas non est custodita. Castrens. *cons. 317. in fin. libr. 2.* † Indictiones sunt onera personalia,
24 quæ imponuntur personæ pro rebus gloss. *in rubr. C. de indict. lib 10.* & proprie est, quod imponitur supra tributum. Calder. *d. consi. 444. num. 2. quædam sunt indictiones,* alias *2. de censib.* † Indictum, &
25 superindictum est munus extraordinarium, postea effectum ordinarium secundum aliquos, & secundum alios est quoddam additamentum tributi; quia sicut tributum indicitur antequã debeatur, ita etiam indictum, & supetindictum quasi sit augmentum tributi. sed contrarium dicit Ægid. Thomat. *de collect. c. 2. exactio. nu. 19.* vbi dicit esse diuersum à tributo, vt probatur ex *l. Iulianus, §. idem Iulianus. ff. de actio. empt.* vbi, quod indictum, & superindictum est extraordinarium, & soluitur aliquando in speciebus frumenti, ferri, aliquando in ære; ideo est quædam adiectio noui
26 oneris. † Superindictum onus etiam approbatur à iure, *l. 1. C. de superindict. lib. 10.* Calderin. *d. cons. 444. num. 2. in fin. ver. quædam sunt super.* alias *2. de censibus.* † Iugationis est, quod soluitur pro iugere
27 terræ, *l. immunitates, C. de agricol. & censit.* Thomat. *de collect. cap. 2. exactio. nu. 10. in fin.* † Patrimonialia onera sunt, quæ indicuntur per-
28 sonæ pro rebus, vt sunt taleæ, collectæ, & similia. Calderin. *d. cons. 444. num. 2. ver. quædam sunt munera patrimonialia,* alias *2. de censibus.* Vide, *Onera patrimonialia, &c. Concl. 120.* † Perangaria est munus
29 personale, quod corporali obsequio exhibetur sumptu alieno, vt *l. 2. Cod. quib. muner. libr. 10.* Calder. *d. consi. 444. numer. 2. ver. quædam sunt perangaria,* alias *2. de censib.* † Præstantiæ, quæ imponuntur in
30 ciuitate Florentiæ sunt onera extraordinaria, & pro illis non competit tacita hypotheca de iure comm. sed solum vigore statuti Florentiniã die distributionis. Castr. *in l. Imperatores, in fi. princip. ff. de publ. & vectig.* † Salutis onera sunt grauedines, quæ Com-
31 muni Florentiæ debentur, pro quibus datur obligatio, & retentio bonorum quantumcunque subiectorum fideicommisso. Neguſ. *de pign. in 3. part. 2. memb. nu. 20.* † Stipendium soluitur militi-
32 bus, tributum Principi; & ideo non possunt esse stipendia sine tributis, neque arma sine stipendiis, nec ue pax sine armis. Ægid. Thomat. *de collect. c. 2. exactio. n. 16.* † Taleæ onera multiplicia; nam
33 taleæ proprie sunt onera, quæ imponuntur personæ pro rebus, sicut collectæ, & appellantur munera patrimonialia. Cald. *d. cons. 444. n. 2. ver. quædam sunt munera patrimonialia,* alias *2. de censib.* † Taxa, & de taxa, quæ imponitur ratione personæ loquitur Soc. Iun.
34 *cons. 49. n. 13. lib. 1.* † Restringe, quando taxa imponitur castro, &
35 vniuersitati per solidum, & libram; quia tunc dicitur realis, & respicit patrimonium, & non capita. Bart. *in l. 4. §. actor, nu. 2. ff. de reb. cred.* vbi Alex. *num. 15. & seq.* Dec. *cons. 334. in princ.* † Tributiones
36 vel præstationes prædiorum, & tributorum sunt munera mere realia; & appellantur ordinariæ præstationes. Cald. *cons. 7. de const. in princip.* Castrens. *in l. Imperatores, in fin. princ. ff. de public. & vectig.* † Et tributum est proprie pro rebus soli; ideo qui res soli non ha-
37 bet, non soluit tributum. Ægid. Thomat. *cap. 2. exactio. numer. 13.* † Aliud tamen est tributum capitis, videlicet, pro persona, aliud
38 pro rebus. *l. fin. Cod. de censib.* & reale est quinquagesima frumenti, quadragesima ordei, vigesima vini, & lardi. Ægidius Thomatus *d. tractat. de gabellis, cap. 2. exactio. num. 13. in fine.* † Et tributum
39 soluitur pro rebus, & bonis tributariis, prout quando soluitur certa portio grani, vel aliorum fructuum, & sic soluitur portio

de eo, quod percipitur. Alex. *cons.68. Et viso, nu.2. lib.2.* & ad ista tributa nullus habens bona tributaria excusatur, siue sit ciuis, incola, siue forensis, vt ibi. † Sed tamen Italia est libera ab istis solutionibus; quia prædia Italica non sunt tributaria. Alex. *d. consil.68. num.2. in fin. lib.2.* & iterum *consi.78. Videretur, num.9. ver. nec obstat, lib.6.* † Vectigal est solutio, quæ fit pro rebus mobilibus, non autem pro stabilibus. Bald. *consi.358. Quidam Lucanus, in fi. lib.1.* Contrarium † Ægid. Thomat. *de collect. cap.2. exactio. num.13.* vbi, quod soluitur ex rebus inuentis mobilib. regulariter tamen, & ex fundis vectigalibus solui inductum est, & tunc est vt tributum. † Vectigal, Pedagium, Gabella, Guidagium, & portorium, sunt munera personalia. Ægid. Thomat. *de Gabell. cap.2. exactio. num.15.* Et ista † vectigalia, datia, & gabellæ, quæ omnibus imponuntur forensibus, & non subditis pro transitu, conductione rerum mobilium, mercium, & similium dicuntur esse de reseruatis Principi, & non potest inferior, vel communitas ista imponere; si vero impositio fit ex causa necessaria, & subditis tantum per vniuersitatem, & consilium generale valet; quia istud non est prohibitum inter volentes, & subditos; si vero fiat impositio ex causa lucratiua; tunc illi, qui non consenserunt, possunt contradicere, ita plene Rip. *cons.18. lib.2.* alias 186. *tit. noua vectigalia.* † Personalia sunt munera ea, quæ angariant personam, prout ire ad exercitum, ad custodiam aliquo die, vel tempore, conducere ligna, vel operari sine stipendio. Bal. *cons.402. circa pr. lib.5.* † Capitalia vero onera solent imponi pro mercede officialium; quia talia salaria sunt soluenda per capita, non habito respectu ad patrimonium. Alex. *cons.68. Et viso, num.3. lib.2.* † Ad quos spectant dicta onera extraordinaria, prout Balzelli, & Achatus, an ad hæredem grauatum pendente conditione, an fideicommissarium? dic, quod debent solui per hæredem grauatum fructus percipientem, tex. est *in l. apud Iulianum. §. hæredes. ff. de leg.1.* quemadmodum etiam legatorum solutio donec hæreditas apud grauatum manet, est facienda de fructibus, argum. *l. liberto. §.1. ff. de annuis legat.* ita Castr. *cons.16. nu.4. lib.2.* sequitur Crau. *cons.295. nu.3.* Vide, *Collectarum. Conclus.447.*

Onera personalia à quibus debeant solui, & in quo loco. Concl.125.

1 ONERA † personalia regulariter debent solui à personis habentibus domicilium in loco onerum. Cald. *consil.446. nu.2. ver. ad idem Gaspar.* alias 4. *de censibus.* vbi idem, si quis in loco habet maiorem partem fortunarum suarum, vel vbi continue habitat, vel quouis modo domicilium contrahat, quod cons. est Franc. de Ramp. Anch. & Gasp. Calder. Castr. *cons.456. Visis, & consideratis,*
2 *lib.1.* † Amplia, vt onera personalia non teneatur quis subire in loco, vbi non moratur, etiamsi ibi habeat possessiones, quando alibi habitat, & habet domicilium alibi. Calder. *cons.448.* alias 6. *de*
3 *censib.* vbi ponit definitionem munerum personalium. † Et propterea Regiensium laboratores pro bonis in territorio Bagnoli, de destrictu Regii, non tenentur ad guardias castri, nisi ex concessione superioris, vel nisi ex consuetudine, vel nisi esset necessitas hominum; quia tunc onus personale efficitur reale hoc modo; quia bona territorii castri non possunt laborari, & custodiri,
4 nisi castrum custodiatur. Cast. *cons.317. in fi. lib.2.* † Extende, vt nec valeat consuetudo contraria, quod illi, qui non sunt incolæ, nec habent domicilium in loco, teneantur ad onera personalia, quando consuetudo non est legitime præscripta, & in contradictorio non est obtenta. Cald. *d. cons.448. in pr.* alias 6. *de censib.* & ita debet
5 intelligi, prout etiam declarat Cast. *d. cons.317. in fi. lib.2.* † Declara, seu restringe, nisi sint onera personalia pro rebus; quia imo solui debent, vbi bona sita sunt, & efficiuntur realia, si aliter castrum non posset custodiri; quia onus personale guardiarum efficitur
6 reale. Castr. *d. cons.317. in fi. lib.2.* † Amplia, vt nec sola habitatio in loco oneris personalis sufficiat, vt habitans teneatur ad dicta onera. Cald. *d. cons.448. circa fi. ver. nec sola habitatio.* alias 6. *de censibus.* Bald. *cons.139. Consuetudo est in terra Isei, ver. aut succedunt loco onerum.*
7 *lib.1.* † Declara, nisi sint onera collectarum imposita per capita fumigantium. Bald. *cons.47. Ad euidentiam. nu.5. ver. tertio præmitten. per*
8 *tot. lib.3.* † Amplia; quia ad onera omnia etiam præterita tenentur originarii, & ciues, & incolæ pro tempore, quo sunt, vel fuerunt tales, sine vlla distinctione. Bald. *cons.47. Ad euidentiam, in fin.*
9 *ver. quarto ad euidentiam, lib.3.* † Restringe, quia præterita onera soluere non tenentur incolæ pro tempore, quo non fuerunt incolæ, neque de vniuersitate, sed solum tenentur ad onera, & impositiones à tempore sui incolatus. Bald. *consi.47. per tot.* maxime *in fin. lib.3.* vbi, quod neque obligantur ex contractu vniuersitatis celebrato, antequam esset incola, vel de vniuersitate. † Restringe; quia mulier originaria nupta non tenetur in loco originis ad personalia, sed in loco mariti. Alex. *cons.148. Visis, quæ in themate, num.4. ver. ad munera etiam personalia, lib.6.* † Amplia; quia mere personalia onera quilibet subire debet in loco, vbi quis assidue conuersatur, videlicet, vbi cibat, dormit, focum facit, & diuina audit, licet ibi non habeat domicilium; quia ibi nihil possidet in bonis. Bald. *cons.56. nu.4. ver. circa munera autem. lib.4.* vbi loquitur circa guardias, & custodias. † Amplia, vt procedat etiam in muneribus mixtis, vt sunt collectæ, & similia, quæ imponuntur personæ pro rebus; ideo computantur inter personalia; quia persona est causa immediata oneris mixti imponendi. Cald. *d. cons.448. ante med. ver. de muneribus vero mixtis,* alias 6. *de censib.* † Declara, nisi sint collectæ impositæ pro rebus; quia imo debent solui ab eo, qui habet bona; quia sequuntur bona, ad quemcunq; vadant. Gemin. *cons.116. n.6. ver. iis præmissis.* † Et tunc debent solui in loco bonorum, & ita seruatur de consuetudine. Bald. *cons.227. Si quæratur, lib.3.* † Limita, nisi quis sit de illa eadem iurisdictione, licet non sit de eodem loco; quia habitantes villarum, quæ subsunt castro, tenentur ad onera personalia castri, veluti ad custodiã castri, & similia. Calderi. *cons.446. per tot.* alias 4. *de censib.* † Limita; quia ad munera personalia, vel mixta, obligatur quis, si est incola, vel habet domicilium in loco, vel ibi habuit originem propriam, vel paternam, vel si ibi est adoptatus, vel electus alicuius honoris causa; quia tunc personalia munera personæ soluere tenetur. Calder. *d. cons.448. circa princ.* alias 6. *de censib.* † Extende; quia regulariter quis tenetur ad munera personalia, & mixta in loco originis paterni, & etiam aui, si ipse fuit conceptus viuente auo, etiamsi alibi transferat domicilium; quia retinet æstimum originis vbique, nisi respectu possessionum in loco domicilii. Bald. *cons.139. per tot. lib.3.* licet contrarium teneat Bald. *cons.334. circa princ. ver. ego duo, lib.4.* vbi, quod in fauorabilibus conceptio facit sortiri domicilium originis; secus in onerosis; quia requiritur, quod sit natus viuente auo. † Limita, nisi quis habeat domicilium originis; quia licet alibi habitet; tamen potest collectari, tam pro bonis, quæ habet in loco domicilii, quam etiam ratione personæ, licet alibi moretur. Cuman. *cons.78. Oriundus de Mutina.* † Declara; quia possunt munera omnia imponi ratione territorii, quando imponitur vniuersitati, quod notabile, & subtile asserit Bald. *cons.56. Factum tale est. n.4. v. maxime si Commune, lib.4.* Vide, *Collectarum onera. Concl.447.* Vide, *Domicilium originis quid sit. Concl.592.* Vide, *Guardia castri, & ciuitatis. Concl.80.* Vide, *Onera, & talea soluunt. Conclus.131.* Vide, *Onera in quibus locis sint soluen. Concl.132.*

Onera personalia laicorum non obligant Ecclesiæ, neq; Ecclesiasticas personas, & quando secus. Conclus.126.

ONERA † personalia annexa honoribus, prout est, quod quis exerceat magistratum, vel iurisdictionem, non obligant clericos, & Ecclesiasticas personas. Calder. *cons.444. in princ. nu.2. ver. pro euidentia.* alias 2. *de censibus.* † Amplia, vt idem sit in oneribus personalibus non sordidis, prout est tutela, & cura, quæ sunt authoritate publica, sed vtilitate priuata; quia ista non inducuntur Ecclesiis, neq; Ecclesiasticis personis. Calder. *d. cons.444.* alias 2. *d. censib. in princip. ver. quædam non sordida.* Vide, *Tutelam. Conclus.415.* † Amplia; quia neq; tenetur Ecclesia, neq; Ecclesiasticæ personæ ad onera sordida, & dicitur sordidum, quod est vile, & abiectum, & expeditur labore personæ. Calder. *d. cons.444. in princ. ver. quædam sunt sordida,* alias 2. *de censib.* Vide, *Collectarum onera qua sint. Conclus.447.* † Amplia; quia clerici, & Ecclesiæ non tenentur ad onera aliqua imposita à laicis, nempe non obligantur ad angarias, neque ad perangarias, neque ad indicta, neque superindicta, neque ad munera patrimonialia, vt sunt collectæ, & tales, neque ad capitationes, neq; ad munera mixta, quæ sunt perangaria, vt late per Cald. *d. cons.444. n.2. ver. quædã munera sunt angaria.* alias 2. *de censib.* Guido Pap. *dec.381.* Vide plene, *Bona patrim. Concl.114.* † Amplia; quia Ecclesiastici, & Ecclesia sunt exempti à pedagiis, & guidagiis pro rebus eorum, quas non deferunt causa negotiationis. Calder. *d. cons.444. num.4. ver. quædam sunt,* alias 2. *d. censib. c. quanquam, de censib. in 6.* Vide, *Pedagia. Conclus.204.* Amplia, quia † Ecclesia, & religiosi non tenentur soluere collectas, quando sunt onera extraordinaria, & personalia. Gemin. *cons.116. Quæ prædicti solemnissimi, n.7. ver. quo ad secundum, vsque in fi.* Ægid. Bellam. *consil.45. nu.4. ver. sed quæro, & consi.46. num.2. ver. super tertio, quod* est D. Innoc, & *nu.6. & 7. ver. ad tertium,* quod est alterius consilentis. Bart. plene *cons.180. Si aliqua possessio, nu.3. ver. iis præmissis. per totum.* vbi, quod alias compellerentur soluere debitum alienum.

num, late Roland. à Vall. *cons.32.n.7.lib.1.* †Ratio, quare Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ non possint grauari, est duplex: prima respectu deficientis iurisdictionis laicorum in clericos; & quia esset contra libertatē Ecclesiasticam: alia; quia satis grauati sunt, qui orationibus pro populo incumbunt. Petr. de Anchar. *cons.61. Ista quæstio.* vbi, quod Ecclesiæ propterea dicuntur subire onera in populo prout alii. Castrens. *consil.157. in princip. lib.2.* Abb. *cons.3. per tot. lib.1.* †Alias rationes ponit Bart. *cons.180. lib.1.* quia vltra defectum iurisdictionis dicit, quod grauarentur pro debito alieno; & quia non potest communitas facere onus reale ordinarium, sed solus Princeps; & quia sicuti non tenentur clerici ad personalia; ita neque ad realia extraordinaria. † Aliam rationem adducit Abb. *cons.3. Casus, super quo. per tot. lib.1.* vbi, quod laici tenentur subire omnia onera militiæ, humanæque defensionis, clerici vero subeunt onera militiæ spiritualis, etiam si sit onus respiciens vtilitatem communem, & hanc eandem posuit Castrens. *dict. consil.157. in princip. lib.2.* † Amplia, quia laici non habent iurisdictionem in Ecclesiasticas personas, neque in eorum familiares, vasallos, & emphyteutas etiam ratione vtilis dominii. Signor. *cons.218. num.12. & sequen.* Vide plenius, *Ecclesiasticæ personæ, &c. Concluſ.27.* † Amplia; quia clerici sunt exempti nedum pro bonis Ecclesiarum, quas obtinent, sed etiam pro patrimonio suo. Vide, *Bona patrimonialia, &c. Concluſ.114.* † Amplia; quia clerici sunt immunes ab omni contributione laicorum exemptis aliquibus casibus sapientibus pietatem, & necessitatem publicam extra illos casus expressos non releuat, quod concurrat eadem pietas, vel necessitas; quia non fit extensio contra libertatem Ecclesiæ, neque etiam comprehensio ex verbis generalibus ex eadem ratione. Ægid. Bellam. *cons.46. num.4. & 5. ver. an autem ad alia,* & est ratio, quia libertas Ecclesiastica æquiparatur publicæ vtilitati, *Liubemus, C. de sacrosanct. Eccles.* †Declara tamen; quia tanta posset esse pietas, vel necessitas, quod si laicorum facultates non sufficerent, deberet Episcopus, & clerus cum licentia Papæ contribuere, Ægid. *d. consil. 46. in fin. ver. ad sextum.* † Limita; quia clerici bigami tenentur ad onera, prout laici. Ægid. Bellam. *cons.47. in princip. & ver. super quinto,* vbi, quod sunt priuati omni priuilegio. †Limita, quando clerico esset facta donatio, vel cessio in fraudem. Ægid. Bellam. *d. cons. 47. ver. super quarto.* †Limita in clericis mercatoribus; quia ratione mercimonii, & pro mercimoniis perdunt priuilegium, & tenentur soluere, prout laici. Ægid. Bellam. *cons.45. colum.2. ver. item quarto.* vbi, quod tanquam fraudantes deberent puniri, & *n.4. col. fi. ver. de clericis autem mercatoribus, & cons.46. n.7. ver. ad quartum.* vbi, quod absolute sine monitione perdunt priuilegium. Vide, *Clerici non possunt mercari. Conclus.381.* † Declara tamen; quia de rigore iuris prius debent moneri, antequam perdant priuilegium. Ægid. *d. cons.45. num.4. ver. de clericis autem mercatoribus*, & idem tenet *cons.46. in princ. num.2. ver. item super quarto. & cons.47.* quod est Oliuerii Maligemæ, *ver super quarto.* † Contra declarationem, quod non requiratur monitio contra clericum, tenet Ægid. Bellamer. *cons.46. num.7. ver. ad quartum*, vbi, quod monitio requiritur, vt perdat clericus priuilegium fori, sed non vt perdat priuilegium bonorum, & soluat pro mercimonia. † Limita in clericis, qui fœnus is se immiscent, vel non conuenientia committunt, seu exercent; quia si ter moniti non se abstinent, amittunt priuilegium. Ægid. *cons.47. ver. super quinto.* † Limita; quia clerici tabernarii, macellarii, fabri, coria parantes, & artes mechanicas facientes tenentur soluere, prout laici. Ægid. Bellam. *d. cons.45. ver. ad quintum, col.2. & num.4. ver. de macerlariis*, vbi, quod tenentur iuxta *clemen.1. de vit. & honest. at. cleric. & consil.46. num.2. ver. item super quinto*, quod D. Innocentii, vbi, quod requiritur prius monitio. † Declara, vt per Ægid. *d. cons.47.* quod est Oliuerii Maligemæ, *ver. super quinto*, vbi, quod in tabernariis, & artificibus habet locum *clem. diæsanis*, in fabris habet locum *cap. fin. de vit. & honest. cleric.* aut Giurisli, vel militis secularem sumentes, vel diuittentes tonsuram, & habitum, si fœuis se miscent, amittunt, alias non amittunt sine tuna monitione, & ita etiam Rota declarat, vt in fine *dicti cons.47.* †Declara; quia tenentur, si prius ter moniti, vt desistant perseuerauerint. Ægid. Bellam. *dict. cons.46. nu.2. ver. item super quinto*, quod est D. Innocentii, & *cons.47. ver. super quinto*, quod est Oliuerii Maligemæ, & in *ver. item subdit.* † Restringe, quando clerici sunt pauperes, & egentes; secus si diuites; quia pauperi clerico victum manibus quærere licet, & absit, quod propterea perdat priuil. Ægid. Bellam. *cons.46. col. fin. ver. ad quintum.* Vide plenius, *Iudex secularis in criminalibus habet iurisdictionem. Concluſ.453. num.19. & sequen.* †Limita; quia clerici, & Ecclesiasticæ personæ obligantur ad munera mere personalia, vt ad custodiam Ciuitatis, quando est de temporali iurisdictione Ecclesiæ, *cap. peruenit, de immunit. Eccles.* vel quando est ab infidelibus obsessa. Calderi. *dict. consil.444. n.2. in princ. ver. tamen quandoque tenentur*, alias *2. de censib.* †Limita; quia Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ tenentur concurrere ad expensas belli, pontium, vel viarum ob communem, & publicam vtilitatem. Aretin. *in l. ad instructiones. C. de sacrosanct. Eccles.* Corn. *cons.73. lib.4.* Abb. *in cap. non minus, de immunit. Eccles.* Ancharan. *cap. 1. eod. titul. in 6.* Abb. *cons.7. colum.8.* Ias. *in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles. ver. secundo nota ex textu.* † Extende; quia etiam compelluntur ad contribuendum refectioni murorum ciuitatis, quando non ad ornatum, & pompam, sed ad necessitatem, & à superiore Ecclesiastico cōpelluntur. Cyn. & Bald. *in d. l. ad instructiones. C. de sacros. Eccles.* Guido Pap. *decis.78.* vbi apostil. & Ægid. Bellam. *consil. 46. num.3. & 4. ver. ad secundum.* †Extende; quia tenentur ad contributionem refectionis putei ad vsum publicum. Ægid. Bellamer. *d. cons.46. n.6. ver. hic tamen.* † Declara tamen; vt præd. procedant, quando necessitas imminet, quando impositio fit per Ecclesiasticos, non per seculares, vt tenent * omnes allegati in limitatione, & est text. in *c. non minus, de immunit. Eccles.* Zabarel. & * omnes in *Clem. 1. de vita, & honest. cleric. in fin. in 19. quæstio.* † Et pro declaratione, quod Ecclesia tenetur ad constructiones, seu refectiones pontium, seu viarum, & muros ciuitatis, quando adest magna causa pietatis, & si concurrat de licentia Papæ, alias secus. Cald. *d. cons.444. n.3. vsque nu.4.* alias *2. de censib.* vbi ita intelligit *d. l. ad instructiones. C. de sacrosanct. Eccles.* vide Corn. *cons.73. lib.4.* Abb. *consil. 7. colum.8.* †Declara; quia tenentur contribuere pro custodia loci, vel ciuitatis, *cap. peruenit, de immunit. Eccles.* quod intellige, quando imminet probabilis, subitus, & improuisus timor Saracenorum, seu inimicorum. Ægid. Bellam. *consil.47. in princip. ver. super secundo*, vbi, quod idem est in defensione, & aduentu Principis, sed semper cum moderatione, quod Ecclesiasticus superior cōpellat in omnibus casibus, in quibus tenentur. *c. non minus, de immunit. Eccles.* quia alias non tenentur, neque possunt compelli, nisi à superiore Ecclesiastico, *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* †Limita; quia Ecclesiastici tenentur ad contributiones, quæ soluuntur propter aduentum Principis; quia istud est ad publicam vtilitatem totius orbis. Cald. *d. cons.444. n.2. ver. quandoque fit contributio*, alias *2. de censib.* vbi in fine dicit esse speciale hoc casu, sed tu dicas, quod non tenentur, nisi superior Ecclesiasticus compellat, ita Zabarell. *dict. clemen.1. de vita, & honest. cleric. in fin. in 19. quæst.* † Limita; quia Ecclesiasticæ personæ tenentur ad custodiam ciuitatis, quando subest necessitas, argum. *l. nullus. C. de cursu public. lib.12.* facit *cap. licet, 87. distinct. cap.1. & fin. depostulam.* & possunt tuendo vulnerare absque incursu irregularitatis. Abb. in *cap.2. de immun. Eccles. colum.7.* quod intelligit Hostiens. in *cap.1. & 2. de pecul. cleric.* quando à superiore Ecclesiastico compelluntur, non autem à seculari. † Declara omnes limitationes, in quibus Ecclesiastici tenentur contribuere cum laicis; non tamen possunt compelli, nisi per Ecclesiasticum. *c. non minus, de immunit. Eccles.* Ægid. *cons.45. in fi. & cons.46. in princ.* quod est Innocentii, & *n.4.* quod est alterius, & *cons.47. ver. subdit autem*, & latius in *col. fi. ver. videtur dicendum.* quod est votum Rotæ ex ordine Papæ, vbi, quod Episcopus, & Clerus cum licentia Papæ contribuere faciant, & laici semper debent humiliter, & deuote recipere cum gratiarum actione, & ita procedit etiam *c. peruenit, de immunit. Eccles.* sed dicas melius, quod nullo modo Ecclesiastici tenentur contribuere ex quacunque necessitate, nisi Episcopus superior compellat ipse de licentia Papæ, & contrarium ordinantes, & sententiantes sunt excommunicati, *c. aduersus, de immunit. Eccles.* vbi text. clarus, quod nullo modo valent ordines contrarii, neque vllo tempore conualidantur; imo excommunicati remanent nedum officiales, qui talia commiserunt, etiam finito officio, sed etiam successores, si intra menſem non emendauerint, & miseri officiales ad ista non cogitant morientes obstinati, & in peccato æternaliter damnati; & certe magna est excœcatio talium, qui salutem animæ commutant cū tanta infœlicitate contra illud Euangelii; *Aut quam cōmutationem dabit homo pro anima sua?* †Declara tamen, & extende, vt nec teneātur Ecclesia, neque clerici ad præmissa, etiam si imponantur ex vtilitate, vel necessitate populi; quia in consulto Romano Pontifice non debent Ecclesiastici soluere. Calder. *d. cōs. 444. n.2. in fi. ver. quædam sunt munera mixta*, alias *2. de censib.* † Limita, quando communitas de consensu Papæ posset certo casu exigere à clericis portionem onerum; quia tunc totus clerus concurrere debet, & vbi omnes clerici tenentur, nullus excusatur. Abb. *cons.94. Videtur primo, in princ. lib.1.* † Restringe, nisi particularis Ecclesia præstitisset à tanto tempore, quod memoria non esset in contrarium, contributionem cum aliis Ecclesiis; quia non debet compelli contribuere, etiam si vltimo loco contribuisset, & per 12. annos

coacta;

coacta; quia ad rollendam præscriptionem finitam requiruntur 40. anni contra Ecclesiam, & duodecim non sufficiunt. Abb. *dict.*
37 *cons.* 94. *per tot. lib.* 1. † Limita; quia Ecclesia, & Ecclesiastici tenentur soluere munera mere realia imposita rebus, quando bona, antequam peruenirent ad Ecclesiam, erant obnoxia, prout sunt tributorum præstationes. Calder. *d. cons.* 444. *n.* 4. *ver. quædam sunt munera mere realia*, alias 2. *de censib.* vbi, quod procedit, etiam si sit munus personale propter rem debitam, & quod Ecclesia teneatur ad onera realia pro bonis emptis, vel ad eam peruentis. Gemi.
38 *cons.* 116. *in fin.* † Extende etiam si talia munera de sui natura extraordinaria, vt collectæ, & similia essent effecta ordinaria, q̃ potest fieri; quia tunc Ecclesia tenetur soluere collectas, q̃n per statutũ, antequam bona in Ecclesiam peruenissent, erant bona facta obnoxia. Calder. *d. cons.* 444. *n.* 4. *vsq; in fin.* alias 2. *de censib.* q̃ est Collegii Perusini; tamen Gaspar. Calde. hoc temperat cessante fraude, q̃ intelligit Bald. procedere, q̃n sunt effecta ordinaria; quia sint certa; secus pro collectis imponendis, prout loquitur Bartol. *in l. rescripto. §. fi ff. de muner. & honor.* quem reprobat Bald. *cons.* 112. *nu.* 6.
39 & 7. *lib.* 2. Abb. *cons.* 9. *lib.* 1. *ver. venio ad tertium.* † Imo q̃n extat statutum, quod bona sint hypothecata Communi, & ad hunc effectũ censentur donata (prout est Pistorii) tunc simpliciter Ecclesia tenetur ad onera laicalia; quia valet statutum, & res transit cum suo onere. Petr. de Anch. *cons.* 303. *Hoc statutum Communis*, vbi simpliciter, & pulchre loquitur. † Contrarium vide; quia imo talia
40 statuta nõ valent tanquam in fraudem Ecclesiarum facta, vt plene Mandel. qui citat plurimos pro hac parte *cons.* 8. *nu.* 4. & *seq. ver.*
☞ *quarta conclusio*, vbi apostilla dicit vtramque communem. * Vide,
* *Statutum circa onera, tributa, & collectas. Concl.* 609. *vbi declaratur.*
41 † Limita; quia tenetur Ecclesia ad collectas, & alia onera præterito imposita, & debita à bonis, quæ postea in Ecclesiam perierunt; quia sunt obligata, & transeunt cum suo onere. Gemi.
☞ *cons.* 116. *n.* 6. *ver. ijs præmissis.* Petr. de Anch. *d. consil.* 303. *Hoc statutum Cõmunis per tot.* & Vide, *Onera, & collectæ præteritæ. Cõcl.* 130. Vide, *Ecclesia pro bonis suis. Cõcl.* 12. Vide plenius, *Ecclesia quæ onera soluat. Concl.* 13. Vide, *Onera, & collectæ à laicis. Concl.* 138. †Declara; quia secundũ leges antiquas Franciæ Caroli Magni, & Ludouici Christianissimorum Regum, sic disponitur, vt bona, & Deo dicata, & homines sint immunes, vt per Ansegisium Abbatem, *lib.* 5. *c.* 187. & plenius *lib.* 6. *c.* 110. & 112. & iterum *c.* 116. vbi, quod ab Ecclesiasticis non possunt requiri, nisi seruitia Diuina, & *lib.* 7. *cap.* 131. Lex sic disponit, videlicet vt clerici nulli fiscali, aut publico subdantur officio, sed liberi ab omni humano seruitio Ecclesiæ deseruiant.

Onera mixta quæ dicantur, & in quo loco solui debeant. Concl. 127.

1 ONERA †mixta dicuntur, quæ imponuntur personæ pro rebus, *l. fi. §. mixta, ff. de muner. & honor.* vt sunt collectæ, & taleæ, quæ imponuntur personæ pro rebus. Calder. *consil.* 448. *ante med. ver. de muneribus vero mixtis*, alias 6. *de censib.* Bald. *cons.* 112. *De generali,*
☞ *n.* 6. *ver. quoddam est munus, lib.* 2. Vide, *Collectarum onera quæ sint. Con-*
2 *clus.* 447. Vide duas conclusiones prox. seqq. † In dubio autem mixta onera potius iudicantur personalia, quam realia. Calder. *d.*
3 *cons.* 448. *circa med. ver. hæc autem onera*, alias 6. *de censib.* †Solui debẽt onera mixta in loco, in quo quis habet maiorem partem fortunarum suarum; quia ibi præsumitur habere domicilium. Bald. *cõ-*
4 *sil.* 56. *Factum tale est, num.* 3. *ver. circa autem munera mixta, lib.* 4. †Imo solui debent in loco, vbi sita sunt bona, quorum contemplatione onus mixtum, prout collecta, & onera patrimonialia, solui debent. Vide, *Onera in quibus locis sint, &c. Concl.* 132. Declara plenius, ☞ *Collectarum onera quæ sint, à quibus solui debeant. Concl.* 447. *num.* 39. & *multis seqq.*

Onera, & collectæ qualiter, super quibus, & à quibus imponi possint, vel non. Concl. 128.

1 ONERA †& collectæ soluendæ an debeant imponi super quãtitate bonorum, vel quantitate personarum, si homines de vniuersitate discordant, quia diuites volunt, quod fiat per focolaria distributio, alii per æs, & libram; & debet attẽdi maior pars personarum de vniuersitate, non autem maior pars bonorũ soluere debentium. Calder. *consil.* 443. alias 1. *de censib.* vbi declarat *l. maiorem, ff. de pact.* quod consilium quasi duplicatur per eundem
☞ 262. alias 6. *de ijs, quæ fiunt à Prælato.* Vide, *Collectæ quomodo, & super*
2 *quibus imponantur. Concl.* 449. & *Concl. ibi proxim. sequen.* † Amplia; quia communitas, & vniuersitas quælibet potest imponere collectam specialem pro suis necessitatibus. Gemin. *consil.* 116. *Quia prædicti, in princ.* alias autem cessante necessitate non potest imponi collecta, quæ imponitur propterea subiectis; quia alii non tenentur ad necessitatem vniuersitatis, cui non subsunt. Gemin. *d. cons.* 116. *nu.* 9. & 10. *ver. item probatur.* sic Alexand. *cons.* 52. *lib.* 5. Abb. *cons.* 6. *col.* 3. *in princ. ver. ex ijs, lib.* 2. & *cons.* 13. *n.* 5. *lib.* 2. Bart. *cons.* 180. *Si aliqua possessio, lib.* 1. *in princ.* † Et procedit etiam in Communitate Villæ; quia pro suis necessitatibus potest collectam imponere. Angel. qui dicit ita obtinuisse Paduæ in *l.* 4. *in princip. ff. de verbor. quem sequitur Alexan. cons.* 52. *Visis ijs, num.* 3. *lib.* 5. vbi loquitur in Communitate Monticuli, quæ potest collectare forenses de cõsuetudine, & sic Parmenses, & Regienses. † Et in quacunque Communitate Castri, vel Villæ, aut municipii, quia pro suis necessitatibus potest imponere collectam. Alex. *consil.* 78. *Videatur, lib.* 6. *num.* 4. *ver. sed præmissis*, vbi apost. citat eundem Alex. *lib.* 1. *cons.* 101. & *lib.* 2. *cons.* 68. † Declara; quia potest pro necessitatibus imponere collectam, si duo concurrant, quod Princeps habeat in regalia separata à communitate, & communitas omne æs expenderit; quia donec habet in ære, non potest collectam imponere. Salycet. *in l. neminem. C. de sacrosc. Eccles.* vbi dicit mentem tenendum, & idem etiam in Principe dicit ibi Cyn. cum moderamine, vt expendat, non quicquid habet, sed dum potest, antequam granet subditos. † Restringe; quia non potest communitas imponere collectam generalem applicandam Cameræ fiscali sine licentia Principis. Gemin. *d. cons.* 116. *in princ. ver. quoad primum.* Abb. *d. cons.* 6. *col.* 3. *ver. ex ijs, lib.* 2. vbi, quod fallit, nisi bona fide, & longissimo tempore præscripsisset. Bartol. *cons.* 180. *in princ. lib.* 1. † Restringe; quia cessante necessitate non potest vniuersitas imponere collectam etiam pro bono publico sine licentia superioris. Bart. *d. cons.* 180. *in princ. lib.* 1. †Restringe; quia communitates etiam Ciuitatũ non possunt imponere collectas, angarias, & onera regulariter; quia ista sunt de reseruatis Principi, tanquam regalia. Petr. de Anchar. *cons.* 12. *in princ.* †Restringe; quia communitas licet possit imponere collectam personis pro rebus, vel personis tantum habito respectu ad capita, intelligitur, dummodo imponantur talia onera, q̃ debito, & obligatione vniuersitatis; secus si imponerentur pro debito particularium. Bald. *cons.* 47. *Ad euidentiam, n.* 5. *ver. tertio præmittendum, lib.* 3. † Restringe; quia extra necessitatem non potest ciuitas imponere collectam pro republica sine licentia Principis. Abb. *cons.* 13. *n.* 5. *lib.* 2. plenius *cons.* 6. *col.* 3. *ver. ex q. cod. lib.* 2. Bart. *d. cons.* 180. *Si aliqua possessio, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia Princeps pro publica vtilitate potest imponere onera, & collectas subditis. † Restringe; quia Domini castrorum non possunt imponere collectas, vectigalia, vel angarias, quia ista sunt de regalibus, quæ soli supremo Principi competunt. Alexan. *cons.* 148. *Quoniam abunde, in princ. lib.* 2. Io. de Imol. *cons.* 121. *nu.* 3. & *seq.* † Restringe; quia non potest imponere recommendatis; quia nõ sunt subditi, prout quando ciuitas, vel castrum in signum recognitionis offert pallium Principi; quia seruanda sunt capitula. Roland. Val. *cons.* 1. *nu.* 45. & *seq. lib.* 2. † Restringe; quia ad hoc, vt Princeps vel communitas possit onera imponere, duo sunt necessaria, primo, quod expediat publicæ vtilitati; secundo, quod non habeat de suo, vt possit hoc facere. Rol. à Vall. *d. cons.* 1. *nu.* 51. & *seq. lib.* 2. Vide plenius in *ver. Collectæ, &c. Concl.* 450.

Onera, & collectæ a quibus imponantur, & quibus personis imponi possint. Concl. 129.

ONERA, † & grauedines, seu collectæ, quæ imponuntur rebus, vel personis pro rebus, imponi debent, duntaxat abilis, quibus bona onerata subsunt, de aliis secus. Bartol. & alii in *l. C. de mulier. & in quo loco, lib.* 10. & *in l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honor. cum simil.* † Extende; quia nedum tenentur Domini bonorum; terrigenæ, & habitantes, sed etiam forenses habentes bona subiecta in loco collectarum, & ita de facto seruatur. Alexan. *cons.* 52. *Visis ijs, lib.* 5. & *cons.* 68. *Viso dudum discusso, lib.* 2. Corn. *cons.* 22. *Consultus in hac consultatione, col.* 1. & *cons.* 333. *Capio primo, lib.* 1. Dec. *cons.* 69. *Cum in præsenti, colum.* 7. & 8. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 78. *Videtur, per tot.* maxime *num.* 4. & *sequen. lib.* 6. vbi, quod requiritur præscriptio ad hoc, vt forenses possint collectari, vel quod bona sint effecta tributaria, quod non habet locum in Italia; quia Italica bona non sunt tributaria. † Declara; quia de consuetudine in Italia ita seruatur, quod imponuntur pro bonis in territorio etiam

contra forenses. Vide, *Collectarum onera quæ sint. Conclus.* 447. Vide plenius, *Collecta, & impositio. Concl.* 450. † Imo quod per statutum possit imponi collecta forensibus, & valeat huiusmodi statutum. Bald. *in l. fi. C. sine cens. vel reliq.* Alex. *consil.* 148. *Visis, quæ in themate, in princ. lib.* 6. † Et qñ extat statutum, quod etiam forenses soluant collectas pro bonis sitis in territorio, quod valeat. Alex. *cons.* 52. *Visis ijs, n.* 4. *& seq. lib.* 5. Vide, *Collectæ quomodo, & super. Conclus.* 449.

Onera, & collectę præteritæ debentur per emptorem, & quando secus, & per quem debeantur. Concl. 130.

1 EMPTOR † fundi tenetur soluere omnes collectas, & omnia onera imposita per superiorem respiciētia bona empta; quia pro eis bona sunt hypothecata pro oneribus præteritis, & transeunt cum suo onere; ideo etiam si perueniant ad exemptum, & Ecclesiam, quæ non posset collectari; tamen tenetur soluere collectas de præterito non solutas, & impositas. Geminian. *cons.* 116. 2 *Quia prædicti, n.* 6. *versic. ita præmissis.* † Contrarium quoad collectas, nisi sint effecta bona tributaria pro collectis dicit Franc. Aretin. *cons.* 105. *n.* 1. quia cum hypotheca sit accessoria, potest successiue opponere discussionem; quia collecta imponitur personæ pro 3 rebus; ideo actio est personalis. † Declara; quia si agitur de oneribus realibus, prout tributum, census, annona, & similia, de quibus Bartol. in *l.* 1. *C. de anno. lib.* 10. tunc successor tenetur, & non potest agi contra venditorem; quia onus est reale, vt dicit Franc. 4 Aretin. *d. cons.* 105. *in causa Magnifici, in princ.* † Si vero onus est mere personale; tunc licet habeat accessoriam hypothecam, prout collecta, venditor obligatus personali debet prius conueniri, & habet beneficium discussionis possessor. Franc. Aretin. *dict. cons.* 105. 5 *n.* 1. † Etidem in debito fiscali; quia si venditor tacuit debitum fiscale, & possessor hoc alleget, nō potest ipse molestari, nisi prius 6 venditor conueniatur. Aret. *d. cons.* 105. *in princ.* † Extende in tantum onera, & grauedines reales præteritas spectare ad venditorem, vt si emptor grauaretur tanquam possessor bonorum, debet conseruari indemnis à venditore, maxime facta notificatione, etiam si iniuste esset grauatus emptor, iuxta not. in *l. nam & Seruius in gloss.* 2. *ff. de neg. gest.* & ibi Bart. facit text. in *l. si merces, § culpæ, ff. locati.* & quæ tradunt Scribent. in *l.* 2. *§. item si in facto, ff. de verb. obligat.* Abbas *cons.* 21. *In quæstione, lib.* 2. & est tex. in simili in *l. si is, cum* 7 *quo. ff. comm. diuid.* facit tex. in *l. rescriptum, § 1. de distr. pignor.* † Declara tamen; quia habenda est ratio solius æstimationis bestiarum venditorum pro oneribus præteritis tempore venditionis dictorum bestiarum; quia cum emptor potuerit impedire venditionem illorum, iuxta not. in *L. à Diuo Pio. §. super rebus, ff. de re iudic.* patiendo videtur voluisse illorum pretium, seu saltem non improbasse distractionem, ita quod non potest aliud interesse 8 petere. † Amplia, vt procedat, etiam, si onera sint imposita pro debitis Communis præcedentibus venditionem; quia sufficit, quod adhuc impositio non erat facta tempore venditionis, vt deberent solui ab emptore. Feder. de Sen. *cons.* 229. vbi est casus con- 9 sil. † Amplia, vt idem sit etiam in alio successore vniuersali, vel particulari, ad quem res deuenit obnoxia oneribus collectarum præteritarum; quia etiam si in futurum non teneatur, vt quia sit clericus, tenetur tamen pro præteritis collectis rei impositis. Calder. *cons.* 7. *circa med. ver. facit, quod not. Guil.* Socin. *consil.* 243. *In* 10 *præsenti consultatione, in princ. ver. sed præmissis, lib.* 2. † Amplia, vt Canonici noui teneantur ad onera, quæ ponuntur in Capitulo, etiam si præterita respiciunt. Calder. *cons.* 242. *in fin.* alias 21. *de præb.* 11 † Extende, quod sicuti tenentur ad onera Canonici noui; ita etiam emolumenta, quæ debentur Capitulo non exacta, debentur nouis Canonicis per modum distributionis, quando nō fuerunt exacta tempore Canonicorum præteritorum, etiam si eorum tempus respiciat; quia singularibus non sunt debita Canonicis, 12 sed Capitulo. Cald. ibid. † Amplia; quia successor etiam singularis, nedum tenetur ad onera præterita realia, sed etiam ad collectas præteritas, quæ imponuntur personæ pro rebus. Socin. *cons.* 13 243. *in præsenti consul. lib.* 2. *per tot.* † Contrarium quoad collectas dicit Franc. Aret. *cons.* 105. *In causa magnifici. n.* 1. vbi, quod possessor non conuenitur pro præteritis, etiam si adsit hypotheca; quia 14 potest opponere excussionem, nisi prædicta essent effecta tributaria, & loquitur, quando hypotheca erat accessoria. † Declara, nisi extaret statutum, quod bona sint hypothecata Communi, & ad hunc effectum censeantur donata Communi; quia transeunt cum onere suo in Ecclesiam. Petr. de Anchar. *consil.* 303. *Hoc statu-* 15 *tum Communis Pistorij.* † Restringe in mere personalibus, & obligatione personali; quia solus hæres tenetur. Soci. *dict. cons.* 243. *ver. non obstant in contrarium allegata, lib.* 2. † Restringe; quia Eccle- 16 sia, & exemptus singularis successor non tenetur ad collectas præteritas sui authoris, quando imponuntur personæ pro rebus; quia non est Ecclesia suppositа, vel exemptus. Socin. *dict. consil.* 243. *ver. non obstat, quod secundo loco, lib.* 2. † Amplia in casu con- 17 trario, quando venditor tenetur soluere tertiam partem pretii bonorum feudalium venditorum, quia etiam stante pacto, quod venditor non teneatur ad aliquid, sed habeat pretium integrum libere, adhuc tenetur venditor non obstante pacto partium; quia ius Cameræ non mutatur. Alexand. *cons.* 14. *Viso processu, in princip. lib.* 5. † Extende; quia neque potest venditor 18 compellere emptorem ad soluendum tertiam partem pretii, quando emptor ignorauit bona esse feudalia, & ad hoc tacuit sibi venditor; quia non obligatur ipse emptor ex eo, quod ignorauit, & sufficit, quod fuerit dubius, an essent bona feudalia. Alexand. *d. cons.* 14. *num.* 3. *& sequen. ver. vbi autem quæreretur, lib.* 5. † Amplia; quia onera realia, siue sint præsentia, siue præterita, 19 semper solui debent per possessorem, & eum, qui percipit fructus, licet pro præteritis habeat regressum contra illum, qui possidebat tunc, & non soluit. Borgnin. *de vsufruct. num.* 162. vbi dicit * communem, plene Dec. *consil.* 284. *Et pro tenui, in princip.* * † Extende in tantum esse verum, vt à possessore fiat exactio one- 20 rum realium etiam pro præterito, veluti pro censu, decima, tributo, canone, pensione, & similibus, de quibus omnibus plene Cruet. *consil.* 217. *num.* 5. vt non possit conueniri primus Dominus, qui non possidet, nisi in subsidium, quando possessor non esset soluendo. Aretin. *consil.* 105. *In causa Magnifici, in princip.* sequitur Cruet. *d. consil.* 217. *num.* 6. † Extende in tantum esse ve- 21 rum, vt neque valeat pactum, quod venditor teneatur soluere decimas, & non possessor. Capic. *decis.* 20. *num.* 26. *& sequent.* † Extende, etiam si prædia adhuc sint in æstimo venditoris. Dec. 22 *dict. cons.* 284. *in princip.* vbi, quod procedit in dote, & in omni contractu, quod possessor, & percipiens fructus teneatur ad collectas, & onera. † Extende, vt procedat, etiam si possessor sit fo- 23 rensis ex communi obseruantia Italiæ. Dec. *d. consil.* 284. *num.* 2. *& consil.* 694. vbi apost. declarat. † Restringe, nisi venditor per 24 decem annos soluerit pro emptore sciente communitate, vt per Dec. *dict. consil.* 284. vbi est casus. † Regula est, quod ciues o- 25 riginarii obligantur ad quæcunque onera, & quæcunque obligationes vniuersitatis; quia siue sint onera præterita, siue futura, verum est, quod ciues originarii semper fuerunt de vniuersitate. Bald. *consil.* 47. *Ad euidentiam, per tot.* maxime *nu.* 6. *ver. quarto ad euidentiam, lib.* 3. † Amplia in casu conuerso; quia stante statuto, quod 26 debeat soluere allibratus collectas, & onera imposita personæ pro rebus, si venditor soluit; quia emptor non fecit allibrari bona empta, potest repetere ab emptore soluta onera decursa post venditionem actione negocii vtiliter gesti; quia spectant onera emptori posita, vel decursa post venditionem, plene Anton. de Butr. *consil.* 60. *per tot.* † Et e conuerso si emptor, qui non 27 percepit fructus rei, & soluit onera, repetit ab eo, qui fructus percepit, actione negociorum gestorum. Alexand. *consil.* 147. *Perspectis, colum. fin. nu.* 5. *ver. & in hoc breuiter, lib.* 5. vbi apostil. in *ver. fructus.* dat concordan. † Amplia; quia successor non tenetur ad 28 onera, & collectas, quæ imponuntur pro fructibus tempore, quo prædecessor vixit; quia illius hæredes tenentur. Gemin. *consil.* 3. *per tot.* Federic. de Sen. *consil.* 209. *in fin.* Baldus plene *consil.* 47. *Ad euidentiam. per tot. lib.* 3. sed loquitur in eo, qui non erat de vniuersitate tempore impositionis, vt non teneatur ad præteritas collectas, sed ad futuras. Franc. Aretin. *d. consil.* 105. *In causa Magnifici, num.* 1. † Contrarium videtur tenere Gemin. *consil.* 29 19. *Quia diffuse. per tot.* vbi, quod Cardinalis exemptus à decimis non eximitur ab impositis de præterito tempore prædecessoris non exempti. † Declara tamen; quia licet successor molestari 30 possit; tamen ipse soluendo recuperabit ab hæredibus prædecessoris. Fed. de Sen. *cons.* 209. *per totum.* maxime in fin. & sic est intelligendus Geminianus. † Limita in vsufructuario; quia ipse, & 31 eius hæres tenentur ad onera imposita durante vsufructu. Gemi. *consil.* 3. *num.* 7. *ver. sed vsufructuarius.* † Extende, siue sint onera pro 32 cloacis, siue pro reparatione viarum, siue pro transitu exercitus, vel etiam pro solutione; quia municipio facienda, tenetur vsufructuarius, text. in *l. si pendentes, §. si quid cloacarum, de vsufruct. & per tot. illum text.* † Limita in ciuibus, vel incolis non originariis; quia 33 pro tempore, pro quo ipsi non fuerunt de vniuersitate, non obligantur ad onera præterita, neque alias obligationes vniuersitatis per antea factas subire tenentur, quatenus præterita respiciant, sed solum tenentur pro tempore suo, videlicet postquam fuerunt incorporati vniuersitati. Bald. plene *dict. consil.* 47.

per tot.

per tot. maxime *in fin.lib.3.* Bart. *in l. Incola, la seconda, ff. ad municip.* Alex. *cons.145. Quoniam abunde, in fin. n.5. ver. quo autem ad penultimum,*
34 *lib.2.* † Declara, quia attenditur sola destinatio oneris, etiam si non
35 sit facta publicatio, & vide multas distinctiones per Bart. *in d.l. Incola, ff. ad municip.* † Vide tamen Soci. *cons.243. col. fin. ver. sed ex mente gloss. lib.2.* vbi vult, quod si onus est ratione rei, licet imponatur personæ, prout collecta, quod successor singularis teneatur, & pro præterito; tum quia res transit cum onere; tum etiam quia remanet obligata, & idem tenet Alex. *d. cons.145. in fin. lib.2.* Vide, *Onera patrimonialia quæ. Concl.120.* Vide, *Onera personalia laicorum. Conclus.126.*

Onera, & taleas soluunt habentes domicilium in loco, vbi sita sunt bona. Concl.131.

1 ONERA, †& taleas, quæ imponuntur, pro rebus, tenetur subire is, qui habet domicilium in loco, vbi bona sunt sita, vel si ibi est incola, vel originem propriam, vel paternam traxit, vel si est ibi adoptatus, vel allectus honoris causa. Calder. *cos.447.* alias
2 *9. de censib.* qui loquitur de personalib. & mixtis oneribus. † Amplia, vt procedat, etiam si is, qui habet bona, in loco bonorum habuit domicilium originale; quia licet illud transtulerit ad alium locum; tamen tenetur subire onera in loco bonorum, & domicilii originalis, non autem in domicilio translato. Oldrad. *cons.169. Factum est tale, quidam homines*, vbi, quod non desinit esse incola in loco originis, vbi sunt bona. Bald. *consil.139. Vbi quis sortitur, lib.3.*
3 †Restringe, quando æstimum fieret in sequelam personæ; quia attenditur persona; & ideo si ex vico quis transferat domicilium ad ciuitatem, non poterit grauari, nisi vt ciuis. Bald. *cons.139. circa*
4 *fin. lib.3.* † Declara tamen, quod non debet subire ista onera, quæ imponuntur personæ pro rebus in alio loco, vbi transtulit domicilium, ex quo illa soluit in domicilio originis, ne duplici onere grauetur. Oldr. *d. cons.169. n.2. ver. & hoc casu.* Feder. de Sen. *consil.*
5 *151. n.2. ver. alia dicuntur. & n.4. ver. præterea nemo.* † Amplia, etiam si non habuisset domicilium originale in loco bonorum, sed accidentale, & solius incolatus; quia si esset præuentus, antequam illud transtulerit, tenetur ad onera iam imposita personæ pro rebus, antequam transtulisset. Oldr. *d. cons.169. ver. in secundo vero casu.* †Amplia, vt idem sit in hominibus, qui nunquam habuerunt
6 domicilium in loco bonorum, sed alibi commorantes emerunt bona in loco, vbi non habitant; quia tenentur ad onera præuenta, & imposita pro rebus ante emptionem; quia res transit cum
7 onere suo. Oldr. *d. cons.169. n.3. ver. & idem in tertio.* † Amplia, vt si est factum compromissum de oneribus soluendis, vel non, & de aliis controuersiis, & arbiter laudauit super aliis, & nihil laudauit quoad onera, seruanda est consuetudo, ac si compromissum non esset factum; quia casus omissus habetur pro omisso in sen-
8 tentia. Bald. *cons.60. Sicut proponitur, n.2. lib.3.* †Limita; quia illi, qui non habuerunt domicilium originale in loco bonorum, licet habuerint domicilium incolatus, & illud transtulerint in alium locum, non tenentur ad onera, quæ imponuntur personæ pro bonis in loco bonorum, sed bene in loco incolatus. Oldr. *d. cons.169.*
9 *ver. in secundo vero.* † Limita multo magis in eo, qui nunquam habuit, neque habet domicilium in loco bonorum; quia non tenetur ibi, vbi sunt bona, ad onera imposita personæ pro rebus, sed tenetur in domicilio suo. Oldrad. *dict. cons.169. ver. & idem in tertio.*

☞ Vide, *Onera personalia, &c. Conclus.125.*

Onera in quibus locis sint soluenda. Concl.132.

1 PERSONALIA † munera solui debent in loco habitationis per incolas, vel in loco originis per originarios. Petr. de Anchar.
☞ *cons.351. Pro intelligentia, in princ.* Vide, *Onera personalia à quibus,*
2 *&c. Concl.125.* †Amplia, vt idem sit in muneribus patrimonialibus personæ impositis nulla habita contemplatione patrimonii, vt quando imponuntur per capita, vel si sunt patrimonialia imposita personæ pro rebus, seu pro patrimonio, vt est collecta; quia etiam in loco habitationis solui debent. Petr. de Anchar. *d. cons.351. in princ.* & istud est de iure in collecta, quæ imponitur personæ pro rebus, vt soluatur in loco domicilii personæ. Bald. *cons.227. Si*
* *quæratur*, vbi dicit *communem, *& cons.139. lib.3.* idem dicit, quan-
3 do respectu patrimonii imponitur. † Restringe, vt non procedat quoad collectas, quæ imponuntur in Communi pro bonis; quia solui debent in loco, vbi bona sunt allibrata, alias bona distrahuntur, & ita seruatur de consuetudine, vt soluantur in loco bo-
4 norum. Bald. *dict. cons.227. per tot. lib.3.* † Amplia; quia patrimonialia mere solui debent in loco, vbi est patrimonium, *l.1. C. de muner. & honor. lib.10.* Petr. de Anchar. *dict. cons.351. in princ. ver. sed si erant.* Bald. *d. consil.227. in princip. lib.3. & consil.139. Vbi quis sortitus, in princip. ver. & hoc verum. lib.3.* † Restringe; quia translatus de vico ad Ciuitatem non tenetur in posterum ad munera fiscalia & æstimi prioris, sed sequi debet æstimum Ciuitatis. Bald. *d. consil.139. per tot.* vbi dat multas declarationes, in quo loco solutio fieri debeat, an in loco originis, an mutati domicilii, an æstimi, & quasi nihil firmat, sed Roman. *consil.161. Visis quæstionibus.* dicit, quod si est facta allibratio in Ciuitate, ibi pro omnibus soluere debet, & idem dicit Socin. *cons.129. in princ. lib.1.* quado sunt sub eodem Domino, alias secus. Angel. Aret. *cons.101. In casu supradicto per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & loquitur in eo, qui habitat in Ciuitate Regii, vt ibi subeat onera, & non in castro subiecto Ciuitati, ne duplici onere grauetur. †Idem est, quando vna ciuitas subiicitur alteri, prout Aretina, quæ subest Florentiæ; quia si Aretinus habitat Ciuitatem Florentiæ, & ibi sit allibratus etiam pro bonis sitis in territorio Aretino, soluendo Florentiæ liberatur ab Aretio, vt Roman. *d. cons.161.* vbi est casus, & sequitur idem Socin. plenius *d. cons.129. lib.1.* apostil. ad Roman. *d. cons.161. in ver. verius.* quæ citat plura alia consilia Socin. & alios concor. quos videas. †Ratio adducitur; quia licet bona debeant soluere onera in
7 loco, vbi sita sunt, & onera originis debeant præferri oneribus domicilii, & accidentalibus; secus est, quando locus domicilii est superior, & dominans; quia eo casu posito, quod sint duo creditores, Ciuitas dominans dicitur habere ius potentius; & quia præuentio vnius ex correis credendi ius alterius perimit. Roman. plene *d. cons.161. Visis quæstionibus, per tot.* vbi pro vtraque parte allegat, & ita declarat. † Aliam rationem adducit Ang. Aret. *d. cons.*
8 *101. per tot.* quia nemo debet duplici onere grauari. †Amplia, quia onera realia, & mixta solui debent in loco, vbi sita sunt bona. Bart. *in l.1.* & ibi Alexand. in *apostil. C. de mulier. & in quo loco, lib.10.* Bald. *in l. etiam. C. de exequut. rei iudicat.* Dec. qui alios citat *cons.691. col.1.* Vide, *Collectarum onera quæ sint, à quibus solui debeant, & in quo loco. Conclus.447.* Vide, *Onera mixta quæ dicantur, & in quo loco solui debeant. Conclus.127.*

Onera ordinaria quæ dicantur, & transeunt ad Ecclesiam; & quæ extraordinaria, & non transeunt in Ecclesiam. Conclus.133.

ORDINARIVM †munus dicitur, quod est præuisum, seu indictum à lege, Senatusconsulto, vel constitutione Principis, *l.1. C. de vacatio. public. mune.* per quem tex. ita Bartol. *in l. si qui, num.*
5 *5. ff. de iur. immunit.* & ibi Alexand. in *apost. ver. quæro, quæ dicantur.* & hanc veriorem * dicit Ægid. Thomat. *de collect. in princip. num.5.* & *sequen.* Salycet. *in l. placet, num.3. versic. ego dico. C. de sacrosanct. Eccles.* & *in l. item nulla communitas, in princip.* vbi sequitur Bartol. *C. de Episcop. & Cleric.* idem Bartol. *consil.180. Si aliqua possessio, in princip. lib.*
1. & hanc plenius tenet, & tuetur idem Bartol. *in l. rescripto, ff. ff. de muner. & honor.* sequitur Bartol. Abb. *in cap. quod clericus, numer.*
41. *de foro compet.* Collegium Perusin. *inter consil. Iohann. Calder. 2. censib.* alias 444. vbi approbat cautelam Bartol. licet intelligat, quando munus est certum, & sic facit pro contrario. Petr. de Anchar. *consil.303. Hoc statutum, per tot.* Angel. *consil.206. Interdinamenta, per tot.* infinitos citat Crauett. *de antiq. tempor. in vltim. parte, numer.9. & sequent.* vbi *num.10.* dicit magis * communem.
† Et procedit in Italia, & vbique etiam, quod bona in Italia non, sint tributaria, quando ciuitates habent regalia, prout habent omnes, quæ comprehenduntur in pace Constantiæ, ita Zabarel. *in cap. perpendimus, numer.13. in fin. ver. sed ex alia ratione, de sentent. excomm.* † Contrarium, quod ad hoc, vt munus dicatur ordinarium, nedum requiritur, quod sit indictum à lege, Senatusconsulto, vel constitutione Principis, sed etiam, quod sit certum, & non variabile; & ideo contineat eandem præstationem vniformem semper, vt tenent Guliel. de Cun. *in l. nemonem, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Dyn. *in l. voluntaria. C. de exactionibus.* Bartol. *in l.1. num.40. ver. item quero, C. de mulier. & in quo loco, lib.10.* & hanc partem late tuetur Baldus *in l. placet. numer.5.* vbi reprobat cautelam Bartol. *C. de sacrosanct. Eccles.* vbi Cyn. *num.4.* Bartol. *numer.35.* Castrens. *numer.5.* Iason plenissime *num.14. & numer.19.* vbi citat plures, & dicit * communem contra consilium. Bartol. idem Baldus *in d. l. item nulla communitas, & in Lit. in eod. titulo.* & plenius in *l. neminem. Cod. de sacrosanct. Eccles.* vbi quod statutum non potest facere prædia tributaria nisi exprimat qualitatem, & quantitatem tributi, & Roman. *in l. si publicanus*

1 ONVS † qui sentit, debet sentire etiam commodum, *l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* Oldr. *cons.211.n.2. ver. visu,* vbi multa, quæ sequuntur, ponit, & qui non laborat, non manducat, & tam labor; quam pecunia recipiunt à mensura diuisionem. Alex. *consi.* 2 *47. Perspectus, col.pen.n.4. lib.5.* † Et stipendium consequi debet, qui præstat obsequium, *12.q.2.c. charitatem.* † Socii passionum, dignum 3 est, vt sint etiam consolationum, *c.1. de sepult.* † Amplia; quia licet 4 Ecclesia sit exempta ab oneribus laicorum, si tamē sibi legantur, vel donantur bona cum hoc, quod soluat omnia onera, quæ solunt laici, debet subire onera, si vult consequi legatum, & commoditatem. Anch. *cons.217.* vbi est casus. † E conuerso, qui sen- 5 tit commodum, debet sentire onus iniunctum commodo. Anch. *cons.180. Visa diligenter, num.5.* vbi is, qui acceptat legatum cum onere, tenetur ad onus. Castrens. *consi.133.nu.2. in fin. lib.2.* †, Amplia 6 in tantum, vt possit induci argumentum ab absurdo, si quis vellet commodum habere, & non sentire onus. Dec. *d.l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* † Extende; quia non est ferendus is, qui vult 7 commodum, & non vult sentire onus. Anch. *cons.217. Dubium facit. nu.4.* † Extende; quia si alicui fiant plura legata, aliqua vtilia, a- 8 liqua onerosa, non potest velle sola vtilia, & repudiare onerosa, *l. sed duobus. ff. de legat.2.* Vide, *Altari seruiens de Altari, &c. Concluſ.312.* ☞ Vide, *Legatum factum patri, &c. Concl.81.* Vide, *Vtilitatem habens, &c. Concluſ.374.*

Onus & honor rei regulariter transit cum ipsa re, & quando secus. Concl. 145.

RES † regulariter transit cum suo onere ad quemcunq; vadat, 1 *l. alienatio, ff. de contrahend. empt.* Bald. *cons.433. Sicut hactenus, per tot. lib.1.* † Declara; quia transit, ad quemcunq; vadat res, etiam 2 per mille manus cum sua causa, quæ in iure consistat, non autem si in solo facto consistit. Ang. *cons.206. Inter ordinamenta, nu.2. ver. ad hoc.* † Idem transit cum suis iuribus, conditionibus, & libertatibus. Oldr. *cons.228. Quod fratres, in princ. ver. tertio, quia res.* † Alia 3 4 est regula, quod is, qui vult vti adminiculo, & actione alterius, vti potest tantum cum sua causa, & omnibus suis vitiis, *l. Pomponius, §. si cum quis, ff. de acquir. poss.* Bart. in sua *quæst.6. Lapus fuit captus, nu.2. ver. quarto probatur.* Amplia; † quia est generalis regula, quod res 5 transit cum onere suo, etiam pacto contrario nō obstante. Anch. *d.cons.404.nu.16.* Abb. *consi.30. Videtur primo, col.2. in princ. lib.2.* vbi dicit esse de hoc tex. *in auth. de mand. princ. §. non permittas.* † Extende; 6 quia res obnoxia seruituti transit cum sua seruitute. Anch. *d. cons.404. nu.16.* † Et hypothecata transit cum onere hypothecæ, 7 quocunq; iure transferatur, *l. debitor, C. de pign. l. si debitor, C. de distr. pign. l. alienatio. ff. de contrah. empt.* † Siue sit hypothecata conuentio- 8 nalis, siue etiam à lege; quia res obnoxia oneribus, quæ est tacite fisco hypothecata, transit cum suo onere, ad quemcunq; vadat. Bar. *in l. rescripto. ff. de muner. & honor.* † Extende, quia res hypothecata pro dote, si transeat in fiscum, & de fisco in alium, censetur 9 transire cum onere suo, & ideo mulier potest agere hypothecaria contra omnes. Rom. *cons.128. Prout ex tenore, v. secundo obiicitur,* vbi apost. *in ver. remaneat.* † Extende; quia etiamsi transeāt bona obli- 10 gata ad plures, potest contra quem maluerit ex pluribus possessoribus agere in solidum, non autem pro rata. Rom. *d.cons.128. in prin.* vbi apost. *in ver. Moschis,* dat concord. † Amplia; quia, qui vult 11 rem habere, vel sibi quærere, oportet, quod cum omnibus suis superiorib⁹, & schinellis habeat, ita Ang. *in l. apud Celsum, §. in hac, ff. de except. doli.* Io. de Montesperello, *cons.21.n.10.* vbi maxime hoc dicit, quando fuit conuentum. † Et in venditione, quando fuit 12 conuentum, quod vendit cum rapa, vitiis, & schinellis, res transit cum suis schinellis tempore venditionis. Alex. *cons.97. Perspectus, lib.3.n.11. ver. item respondeo.* Extende in donatione. Vide, *Donatio potest fieri sub quacunq; conditione, & pacto. Concl.642.* Idem in dote, quæ ☞ transit cum suo onere. Vide, *Dos an possit constitui, &c. Concluſ.721.* Vide, *Dos data à tertio recipit, &c. Concl.787.* Vide, *Disponere de re sua quilibet potest. Concl.486.* † Extende; quia res emphyteutica si alie- 13 netur transit cum suo onere, & seruitute, vt is, qui possidet, soluere tenetur canonem. *Authent. de non alien. § scire.* Abb. *cons.30. Videtur. in pr. lib.2.* † Idem in onere soluendi decimas; quia is, qui possi- 14 det, obligatur, *c.tua, & c. pastoralis. de decim.* Abb. *d.cons.30. in pr. lib.2.* † Amplia; quia nedum successor, & possidens tenetur ad onera 15 realia, sed etiam non repetit ab eo, qui dedit, ita videtur innuere in omnib. oneribus, & seruitutibus. Abb. *d.consi.30. in princip. lib.2.* † Amplia, vt procedat, quod possessor teneatur non solum ad o- 16 nera realia tempore suo soluenda, sed etiam ad præterita. Abb. *d. cons.30. col.2. in prin. ver. quinimo dico, lib.2.* † Amplia, vt procedat et- 17 iam in locatione; quia conductor, qui possidet, seu derinet, obligatur ad decimas, & pensiones onerum. Abb. *d.cons.30.nu.2.* vbi dicit esse tex. not. *in l.1. C. de anno. & trib. lib.10.* vbi Bart. tenet, quod conductor tenetur ad tributa, & onera realia. † Amplia in feudo 18 concesso alicui, quādo sciebat feudum esse obnoxium pensioni, vel solutioni Ecclesiæ; quia si sciuit, soluere debet inuestitus. *ca.1.*

19 *de inuest. de reb. alien. fact.* † Restringe, quando inuestitus ignorauit, quia tunc dominus tenetur, vel liberare feudum, vel aliud æque bonum dare, *d. c. 1. de inuest. de re alien fact.* ita Abb. *d. cons. 30. col. 2. ver. sed prædictis non obstantibus. lib. 2.* vbi in feudo distinguitur, aut recipiens feudum sciuit seruitutem, & sibi imputet, aut ignorauit, & dominus tenetur liberare, vel aliud feudum æque bonum dare ad electionem infeudati; in domino concedente non refert, an sciuerit, vel ignorauerit, & inuestitus præsumitur ignorasse,
20 & repetit in finalibus verbis consilii. † Restringe, quando etiam inuestitus sciuit seruitutem, sed sibi prouidit, quod sit liberum, nobile, & francum feudum, sed quod dominus promisit distrigare ab omni persona, tunc prouisio facta facit cessare prouisionem legis non ordinariam, sed extraordinariam, ita vt teneatur de evictione secundum iura feudalia, vt vel liberet cum pecunia, vel det aliud feudum æque bonum. Abb. *d. cons. 30. col. 2. ver. sed prædictis non obstantib. lib. 2.* & electio est inuestiti, an velit agere ad liberationem feudi concessi, vel aliud liberum æque bonum conse-
21 qui. † Amplia, vt procedat etiam, quando res prouenit à nobili in rusticum; quia transit cũ onere suo. Alex. *cons. 130. In causa, & lite,*
22 *n. 12. ver. & quod dicta possessio. lib. 2.* † Amplia in feudo habente hoc onus, quod recipiens feudũ subiaceat iurisdictioni domini feudi in feudalibus; ideo clericus recipiens feudũ subiicitur, quia onus est reale iniunctum feudo. Abb. *in 6. quæst.* incip. *Gandulphus,*
23 *col. 7. in fin. ver. præterea.* † Amplia, vt bona effecta tributaria etiam respectu collectarum, & aliorum onerum extraordinariorũ per statutum transeant cum onere suo, etiam ad Ecclesias, ita vt Ecclesia teneatur soluere onera tributaria, quibus res obnoxia erat, antequam esset Ecclesiæ. Calder. *cons. 7. An si statuto cauetur. de const. per tot.* Alex. *cons. 136. In causa & lite. n. 12. ver. & quod dicta possessio. lib.* 2. & de statuto tali Perusii, supra *nu. 24. & 25.* & de statuto Eugu-
☞ bino. Vide. *Eugubina Ciuitas, statuta. Concl. 351.* Vide, *Onera ordinaria*
24 *quæ dicantur. Concl. 133. nu. 24. & 25.* † Extende, vt procedat, etiamsi talia onera solum essent imposita, & nondum distributa; quia si Ecclesia succedat laico, talia onera imposita, quorum dies solutionis nondum venit, debentur ab Ecclesia; quia attenditur obligationis substantia, vt transeat res cum oneribus, non autem attenditur dies solutionis. Angel. *cons. 206. Inter ordinamenta, per tot.*
☞ Declara, vt *in vers. Onera ordinaria quæ dicantur, & transeunt in eccle-*
25 *siam. Concl. 133.* † Amplia; quia si ecclesia sita in parochia matrice habet ius sepeliendi solum certos parochianos perueniat ad habentes priuilegium collegiale sepeliendi omnes mortuos, non poterit in præiudicium Ecclesiæ matricis sepeliri per priuilegiatos in ecclesia habente ius sepulturæ limitatum; quia transiuit cũ
26 onere suo. Cald. *cons. 377.* alias 1. *de sepult.* † Amplia in ecclesia, vel monasterio de nouo transeunte ad aliquos religiosos quocunq; iure; quia transit cum onere suo. Anch. *cons. 404. Tria dubia, nu. 16.*
27 † Amplia; quia bona obnoxia pro vsufructu alicui debito, si alienentur, transeunt cum suo onere in emptorem. Card. Zabar.
28 *cons. 28. Quidam frater, in fin. ver. alia quæstio.* † Limita; quia ecclesia supposita ordinario, quæ tenetur ad collectas, census, & alia grauamina, si peruenit ad fratres ordinis seruorum habentes priuilegium, quod gaudeant plena exemptione in ecclesiis; quas habent, & quas in futurum adipiscentur, non amplius erit obnoxia etiam respectu onerum iurisdictionalium. Cald. *cons. 403.* alias
18. *de regularib.* vbi videtur solum restringere se quoad exemptio-
29 nem à collectis. † Declara, vt non procedat limitatio, & sic erit ampliatio, quia ratione census, & oneris realis res transit cum onere suo, etiamsi transeat ad priuilegiatum, & exemptum. Cald.
30 *d. cons. 403. in fi.* alias 18. *de regular.* † Limita; quia quod dicitur, possessorem teneri ad onera realia de suo, & non habere regressum cõtra eum, qui dedit, procedit in onerib. naturalibus, vel quasi, prout debitum pro tributo Principi, vel in Ecclesiasticis onerib. ordinariis, secus, si onera sint accidentalia. *l. 1. ff. de actio. empt.* Abb. clare *d. cons. 30. in fin. lib. 2.* vbi, quod quicquid sit in aliis, in feudi concessione simpliciter facta concedens tenetur inuestito liberare feudum.

Onus iniunctum filio quando censeatur remissum, vel non. Concl. 146.

1 ONvs † & grauamen iniunctum filio in donatione sibi facta per patrem censetur remissum, si idem pater in testamento legauit eidem filio centum, & alia sibi donata. Oldrad. *cons. 28. Visa*
donatione; quia onus censetur remissum, si secundo eidem personę
2 legetur simpliciter eadem res legata primo cum onere. † Limita, si legatum transferatur in aliam personam, quia tunc censetur cũ eodem onere, quod in prima dispositione erat dictum. Oldrad. *d. cons. 28. v. secunda ratio*, per tex. *in l. Caio. ff. de alim. & cibar. leg. & cons.*
314. nu. 2. ver. apparet hoc idem, vbi ponit plura exempla de dispositione simpliciter facta, vt intelligatur cum suis oneribus, & qualitatibus. Vide, *Repetitio onerum tacita. Conclus. 190. & Concl. ibi proxi. sequent.*

Operas obsequiales qui præstare teneantur. Conclusio 147.

OPERAS † obsequiales tenetur vxor præstare marito, sed non 1
operas fabriles, & artificii, puta pistorias. Bald. *cons. 299. Di-*
cunt Petrus, & Cyn. nu. 4. ver. vxor etiam. lib. 1. Alex. *cons. ante pen. lib. 4.*
† Extende; quia tenetur etiam obsequiales præstare hæredibus 2
mariti, donec stat in domo, & recipit alimenta, gl. *in l. sicut. C. de*
per. liber. & l. obsequio. C. de negoc. gest. † Et dicuntur operæ obsequia- 3
les, prout facere lectum, gubernare domum, coquinam, & simi-
lia facere. Alex. *d. cons. ante pen. lib. 4.* † Item seruire filiis in vestien- 4
do, quorum educatio iure naturali ad matrem spectat item in-
tra triennium præbere lac viuente marito, si non esset dedecus,
vt per Bart. *tract. de alim. col. 2.* Corn. *cons. 165. lib. 4. in fin.* & etiam
mortuo marito tenetur ad lactandum per triennium, gl. *in l. ali-*
menta. C. de neg. gest. † Fabriles vero operæ, seu artificiales dicuntur 5
texere, suere, filare, vel alias laborare in aliquo artificio, & istæ o-
peræ non sunt obsequiales, & illas præstans, etiamsi extraneus,
compensat in alimentis receptis secundum æqualitatem. Corn.
cons. 265. col. fin. lib. 1. Cuman. *cons. 87.* † Alimentandus quando te- 6
neatur ad operas ad fauorem eius, qui præstat alimenta. Vide in
ver. Alimentandus. Concl. 288.

Operatio personalis potest locari, & vendi, & qualiter. Concl. 148.

VALET † pactum, & obligatio, per quam quis locat, vel ven- 1
dit operas personales alicui ad vendendum pannos, vel a-
liud faciendum, etiam cum obligatione pœnæ, quod non vendet
obligatus, neque exercebit opera sua pro alio. Bald. *cons. 445. Ti-*
tius locauit, in princip. lib. 1. † Extende; quia talis obligatio, vel tale 2
pactum de non vendendo pro alio, intelligitur per se, neque per
alium, alias fieret fraus. Bald. *dict. consil. 445. ver. tertium punctum, lib. 1.*

Opinio communis quæ dicatur. Concl. 149.

OPINIO † communis dicitur, quæ plurimorum Doctorum 1
testimonio comprobatur, *l. 1.* ibi, *& sane crebrior apud veteres o-*
pinio est. ff. de offic. q. c. inditius. 3. q. 3. ibi, *in quo plurimi cõcordant*, vt ibi gl.
in ver. plurimi, & in c. nouimus, ibi, *opinio à pluribus approbata.* vbi Abb.
& Ant. de Butr. *nu. 1. de verb. signif.* Alex. *cons. 95. nu. 6. lib. 6.* apost. ad
Alex. *cons. 202. in fi. in ver. numerus, lib. 7.* allegat Bald. *in l. magistratus,*
in fi. C. quando prouoc. non est necess. † Contrarium, quod communis 2
opinio sit illa, quæ prouenit à Doctoribus, qui pondere, numero
& mensura sunt maiores, *l. 1. §. neq; ex multitudine. C. de veter. iur. in-*
clean. c. 1. vbi Abb. *num. 3. de iis, quæ fiunt à maior. part. Cap.* Alex. *d. cons.*
202. Viso themate, in fi. n. 7. lib. 7. Bero. *cons. 99. n. 5. lib. 1.* † Imo Alex. 3
cons. 202. n. 7. lib. 7. dicit, quod illa communis opinio attẽditur, pro
qua sunt Doctores maioris põderis, & maioris authoritatis; quia
non debet attendi numerus Doctorum, vbi apostil. *in ver. numero-*
sus, in princ. dat concord. † Imo quod à ratione maiori, & meliori 4
attendatur communis opinio, non à numero, & authoritate Do-
ctorum, tenet eadem apost. ad Alex. *d. cons. 202. inst. in v. numerus. l.*
7. vbi pro ista parte allegat Plinium & Budæum. † Declara, quia 5
vt opinio dicatur communis, vel magis communis, duo debent
concurrere, videlicet maior numerus Doctorum, & maior au-
thoritas, vt sic sint plures numero, & authoritate. Bero. *cons. 190.*
n. 19. in fi. & n. 20. lib. 1. † Declara; quia ad faciendam communem 6
opinionem nõ enumerantur Doctores relati, qui non ostendun-
tur in fonte, ita Dec. *cons. 257. n. 4.* † Item illi, qui non examinant, 7
sed perfunctorie transeunt, non allegantur. Mantic. *de coniect. vlt.*
volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 4. † Item Doctores nihil allegantes non sunt 8
attendendi. Rol. à Val. *cons. 1. nu. 187. lib. 2.* † Et multi Doctores de 9
cõmuni attestantur, quæ tamen non est cõmunis opinio. Decian.
cons. 44. nu. 6. lib. 3. † Et opinio multoties fuit communis aliquo 10
tempore, quæ hodie non est. Decian. *cons. 31. nu. 116. lib. 1.* † Et ideo 11
magis creditur Doctori moderno attestanti de communi, quam
Doctori antiquo. Grat. *cons. 88. n. 2.* vbi *n. 3.* quod sunt perspicacio-
res moderni; quia viderunt scripta antiquorũ, & modernorum.
† Amplia; quia glossa cum dicto trium Doctorum facit comme- 12
nem opinionẽ, plures vero glossæ cum numero plurium Docto-
rum, quã trium, faciunt magis communem. Grat. *cons. 7. in fin. lib.*
2. † Opinio Io. And. est magni ponderis, & ab ea in iudicando, & 13
consulendo non est recedendum. Bolog. *in addit. ad cons. Io. de Ana-*
4. 2. 10

43 *inf.* † Antiquorum opiniones non dimittendæ, maxime glossarum, & qui recedit ab eis, reti capit vcellettos, dicit Signo. *consi.* 243. *n.*10. vbi, quod quidam Doctor de Vcellettis, qui tenebat contra glossam, fuit allegatus per Alber. de Rosate, & Senatus dixit, quod recedentes à glossis, & ab antiquis, vere capiunt vcellettos. ‡ Et qui reliquit antiquos Doctores, vt modernis adhæreat, nõ recte sapit. Signo. *consi.* 245. *nu.* 15. † Contrarium Alex. *consi.* 55. *Prospectiis. n.* 12. *ver. & licet Iac. Butrig. li.* 4. quod est Barbatiæ, vbi plura substinendo communem modernorum, contra communem antiquorum, allegat illud Apostoli: *Expurgate vetus fermentum*, ac item, *recedant vetera, &c.* quanto iuniores, tanto perspicaciores.

Opinio communis Doctorum est tenenda, & secundum eam iudicandum, & quando secus. Concl. 150.

1 OPINIO † communis Doctorum est tenenda, & secundum eam iudex debet iudicare, alias iudex per imperitiam censetur iudicasse, & tenetur in syndicatu, plene Corra. in suo *Breuiar. lib.* 1. *c.* 9. *fol.* 188. *nu.* 23. *& seq.* vbi ampliat septem modis, & limitat quindecim modis, vide eum, & quid si variæ sunt opiniones, neq; 2 constat, quæ sit communis, vide eum, *n.* 8. *& seq.* † Et quod ab opinione communi in iudicando non sit recedendum. Alex. *consi.* 12. *Attentis verbis, in fi. lib.* 3. Barbat. *in cons. Alex.* 55. *Perspectis, nu.* 27. *lib.* 4. 3 allegat tex. *in l.* 1. *ff. de offic. quæst. in ver. crebrior apud veteres opin.* † Imo quod ab ea non sit credendum, neq; in iudicando, neq; in consulendo. Rom. *consi.* 239. *In re hac, n.* 2. *ver. quicquid dixit.* † Amplia; quia 4 opinio maiorum est tenenda, & sufficit eam allegare, etiamsi deficiat canon, vel lex, & qui contrarium faceret, poneret se in discrimine respectu fori contentiosi, & animæ. Alex. *consi.* 51. *Cum dicatur, n.* 3. *ver. quia sufficit allegare, lib.* 4. quod est Io. de Zannis de Bononia, & iterum Alex. *d. consi.* 55. *Perspectis, num.* 14. *ver. quod vbi, lib.* 4. quod est Barbatiæ, vbi quod authoritas maiorum habetur pro 5 lege, vbi deficit lex. † Extende; quia imo vbi deficit lex, recurrimus ad opiniones maiorum. *l. si idem cum eodem, in fin. ver. quod Cassius. ff. de iurisd. omn. iud.* Io. de Anan. *consi.* 28. *nu.* 3. *ver. circa secundum.* Et 6 talis † opinio maiorũ, vbi deficit lex, sequenda est pro lege. Alex. 7 *d. consi.* 55. *n.* 14. sed est *n.* 34. *lib.* 4. † Opinio communis prævalet, & à communi non est recedendum, quod declarat pulchre Alc. *tract. præsumpt. reg.* 1. *præsumptio.* 51. *n.* 2. vbi dicit cõsiderari debere authoritates plurium, & quod nõ incidenter, sed principaliter examinent articulum; quia non sequitur, talis Doctor incidenter tenet hanc opinionem in modum argumenti, ergo ita sentit; vide eum. 8 † Et vbi deficit lex, recurrimus ad opinionem maiorum. *d. l. si idem cum eodẽ, in fi. in v. quod Cassio. ff. de iurisd. omn. iud.* Io. de An. *d. consi.* 28. 9 *n. ver. circa secundum.* † Et talis opinio communis habetur pro lege, & venit appellatione legis in dispositione loquente de lege. Decian. *consi.* 111. *n.* 17. *lib.* 3. vbi, quod puniretur iudex tanquam faciens litem suam. † Extende, quia tunc dicitur dubium probabile iuris, quando variæ sunt opiniones Doctorum, & non constat de communi, alias si constat de communi, non est dubium pro- 11 babile. Marcabr. ab Anguil. *consi.* 66. *n.* 442. † Extende, quia qui recedit ab opinione communi, facit litem suam. Ang. Aret. *consil.* 9. 12 *Videtur primo, nu.* 10. *ver. & clarum est in iure.* † Et quod à communi opinione in consulendo, & iudicando non sit recedendum. Alex. 13 *consi.* 95. *Visis processibus, n.* 5. *ver. à qua communi, lib.* 2. † Et multo magis, 14 quando gl. firmat pedes, & Doctores magis * communiter illam sequuntur; quia à tali opinione communi, & glossa in iudicando, & consulendo non est recedendum. Alex. *consi.* 92. *Viso, & discusso,* 15 *n.* 4. *ver. præterea in iudicando, lib.* 2. † Extende, quia ab opinione cõmuni non est recedendum; quia difficillimum est maiorum sententias reuoluere. Rol. à Val. *consi.* 60. *n.* 40. *li.* 1. & quæ plurium magistrorum authoritate comprobatur, tenenda est, idem Rol. *consi.* 16 *nu.* 24. *lib.* 3. & quod à communi in iudicando non sit recedendum. Rom. *consi.* 179. *Amplissime Doctor, nu.* 12. *ver. quoad secundum*, vbi 17 apost. *in ver. recedendum*, quæ alios citat, & plenissime Neuizza in *fin. nupt. lib.* 5. *col.* 1. *cum seq.* † In tantum, quod per imperitiam iudicat, qui reliquit communem, vt adhæreat singulari opinioni. Rol. à Val. *d. consi.* 16. *n.* 23. *lib.* 3. Bar. *in l. fi. C. de pœn. iudic. qui male iudic.* cũ aliis congestis per Barb. *consi.* 63. *Sapienter scribit. col. pen. lib.* 1. Iaf. *consi.* 155. *In causa, & lite, col. fi. lib.* 4. Soc. Iun. *consi.* 1. *col. fi. & consi.* 3. *col. fi.* 18 *lib.* 1. † Restringe; quia illa opinio est tenenda, pro qua grauiores Doctores scribunt. Alex. *consi.* 13. *Ex iis quæ, n.* 15. *lib.* 1. vbi apost. *in v.* 19 *fin.* allegat Alex. *consi.* 7. *lib.* 4. & alios. † Restringe; quia illa opinio inter plures est tenenda, quæ reducit contrarias opiniones ad concordiam. Alex. *consi.* 50. *In causa, & lite, n.* 6. *& 7. ver. non obstat etiam, lib.* 7. † Restringe; quia à communi est recedendum, quando alia opinio contraria fauet testamento piæ causæ, vel alteri facto 20 magis laudabili. Alciat. *d. tract. reg.* 1. *præsumptio.* 40. † Restringe, quando contraria opinio melioribus rationib. est munita. Dec. *consi.* 257. *Visis iis, quæ nouissimum, in prin.* & ista est * communis opinio. Rim. Iun. *consi.* 405. *n.* 20. Surd. *consi.* 294. *n.* 29. † Restringe; quia 20 statur opinioni vnius Doctoris pro matrimonio contra communem contra matrimonium. Boher. *decis.* 264. *nu.* 13. *in fin. ver. & vbi.* † Restringe, quando opinio communis sapit rigorem, & contraria sapit æquitatem. Hippol. Rim. Iun. *consi.* 381. *nu.* 86. *lib.* 4. † Re- 21 22 stringe, nisi communis opinio notorie male dicat, vel rationabiliter conuincatur. Abb. *consi.* 85. *In præsenti quæstione, in prin. lib.* 1. vbi, quod non iudicatur ex multitudine authorum. † Restringe; quia 23 Doctori distinguenti inter opinionem communem, & contrariam statur. Rim. Iun. *consi.* 463. *n.* 156. *& seq.* & ista est * communis opin. quod stetur Doctori distinguenti. Grat. *consi.* 132. *n.* 6. *li.* 1. Re- * stringe; † quia quando sunt communes opiniones hincinde in 24 materia vltimæ voluntatis, & coniecturali, ex leui coniectura addita receditur à communi contraria. Crau. *consi.* 62. *n.* 6. *& consi.* 113. *in prin.* & citat plures Cæph. *consi.* 517. *n.* 3. *lib.* 4. *ver. secunda saltem.* Limita, † nisi inter opiniones controuersas Papa, vel Cæsar declara- 25 uerit; quia tunc statur declarationi facti vbiq; sine controuersia. Vide, *Ius Canonicum in quibus, &c. Concl.* 579. Limita, & amplia multis modis, de quibus in Conclusione proxime seq. † Limita, vt in 26 *ver. Opinio in terminis, & præcisa. Concl.* 154.

Opinio singularis contra communem reprobatur. Concl. 151.

REPROBATVR † opinio singularis contra communem aliorum maiorum, *c. ne innitaris, de constit.* † Et quod opinio singularis Doctoris sit reiicienda, & sequi debeamus communem. Alex. *consi.* 142. *Circa primam, n.* 16. *v. præterea in illa opinione, lib.* 2. Contrarium, † quod quandoq; melior sit opinio vnius etiam minimi, quam plurium. Barb. *consi.* 2. *n.* 2. *circa fin. lib.* 1. vbi plura allegat ad hoc. † Et quod non sit iudicandum ex multitudine authorum, dicit tex. *in l.* 1. *C. de vet. iur. enuclean.* Abb. in sua *q.* 4. *col.* 6. *ver. item habemus.* † Declara; quia si communis opinio validioribus rationibus 5 substinetur, est tenenda; si vero singularis opinio melioribus rationibus fulcitur, eam sequi debemus. Abb. *dict. q.* 4. *col.* 6. *ver. item.* † Amplia; quia is, qui inhæret opinioni singulari relinquendo 6 communes sententias, dicitur per imperitiam iudicare. Alex. *consi.* 95. *Visis processibus, n.* 6. *li.* 2. allegat Bald. *in l. vnica. §. propter.* per illum tex. *ff. nihil nouar. appel. interpos.* vbi dicit, quod si variæ sunt opiniones, sequenda est illa, quæ plurimorum magistrorum comprobatur, *l.* 1. ibi, *sane*, &c. & ibi Bald. *ff. de offic. quæst.* sequitur Rol. à Vall. *consi.* 16. *n.* 22. *& seq. lib.* 3. plene Rim. Iun. *consi.* 303. *n.* 26. † Et sincerius 7 est iudicium, quod plurimorum sententia comprobatur. *cap. prudentiam. §. in hoc, de offic. deleg.* idem Rim. Iun. *d. consi.* 303. *n.* 26. *& consi.* 7. *n.* 90. † Et per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur, *l. si. ad fi. C. de fideicom. libert.* Rim. Iun. *d. consi.* 303. *n.* 26. *in fi. & consi.* 7. *n.* 91. † Et maior pars magis potest inuestigare veritatem; quia 9 facilius veritas inuenitur, si à pluribus sapientibus quæritur, *c. de quibus*, 20. *quæst.* Rim. Iun. *d. consi.* 7. *n.* 89. † Et plus vident oculi, quã 10 oculus. † Et hac de causa Princeps dicitur omnia scire, & habere 11 iura in scrinio pectoris propter multitudinem, & adstantiam peritorum. † Et quia nihil dictum, quin prius dictum, nihil cognitum, quin prius cognitum; quia, vt ait Salomon; *quid est, quod erit, idem & quod fuit?* † Vide Concl. prox. seq. 12 13

Opiniones communes multoties confirmantur à Doctoribus, quæ inuicem necessario confunduntur, & ponuntur exempla. Concl. 152.

PRINCEPS † in dubio præsumitur vti plenitudine potestatis, 1 vt actus valeat. Cast. *consi.* 415. *n.* 5. *lib.* 1. Deci. *consi.* 11. *circa fin. n.* 20. *ver. & ad hoc bene facit*, vbi, si actus corruit, intrat plenitudo. † Prin- 2 ceps in dubio si aliquid iniustum facit, præsumitur circumuentus. † Si prima opinio est vera, secunda non potest esse vera; quia 3 si vult semper fecisse de plenitudine, nunquam erit circumuentus; è conuerso, si est circumuentus, non potest intrare plenitudo, ad quid ergo nugatorie firmant Doctores istas esse communes, & magis * communes. † Princeps in dubio ex causa facere * 4 præsumitur. Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum. nu.* 27. *ver. tertia conclusio, de const.* † Princeps è contrario in dubio ex causa fecisse non præsu- 5 mitur; quia alias semper valeret factum Principis iniustum. Fulg. *consi.* 61. *n.* 4. Dec. *d. c. quæ in Ecclesiarum, n.* 27. *ver. tertia conclusio, de constitut.* & dicit hanc veriorem. † Si tertia, vel quarta est vera tanquã 6 contraria, altera cedere debet, & quælibet istarum contraria est primæ; quia tertia est, vt actus valeat; quia si causa non præsumitur, actus nullus redditur; quarta absolute reddit actum nullum;

ergo prima est superflua, vel quarta; quia si actus nullus substinetur de plenitudine, ad quid quærere, an causa præsumatur, vel
7 ne? ergo impertinens est circuitus. † Dicas, expeditè actum potius substineri iure ordinariæ potestatis, & sic ex causa, quam de facto, & plenitudine; igitur validitas consideratur diuersis respectibus.
8 † Probatio directa non admittitur publicatis attestationibus, & didicitis testificatis de iure canonico, *c.fi. de testib. in clem.* vbi com-
* muniter * Doctores iuris Canonici contrarium tenent Doctor. iuris Ciuilis, quod potest probari falsitas testium publicatorum.
9 Signor. *cons.*244. *nu.*19. † Dicas, quod iudex secularis seruabit ius Ciuile, & opiniones Patrum iuris Ciuilis, Ecclesiasticus seruabit ius Canonicum. Signor. *cons.*245. *n.*15. *& d.cons.*244. *nu.*7. licet con-
10 trariũ dicat Leonar. de Ceruis *inter consilia Signor.* 242. *n.*3. † Aliæ innumerabiles conclusiones similes poni possent, quas Doctores
* miro labore, vt communes, & magis * cõmunes constituunt, & tamen per directam contradictionem similium opinionum communium destruuntur, ex quibus constat ea, quæ in opinionibus nostris consistunt, posse semper continere fallaciam. Pro-
11 ut † in exemplis, quibus vno tempore communis opinio indubitata fuit apud antiquos, quæ hodie communiter reprobata reperitur.

Opinio vna de pluribus contentiosis potest eligi, & quæ prævaleat. Concl. 153.

1 OPINIO † vna de pluribus potest eligi, prout idem de opinionibus Sanctorum, *cap. ne innitaris, de constit. cum ibi not.* Oldr. *cons.*286. *n.*5. *in fi.* plene Menoch. *de arbitr. iud. cons.*2. *cas.*349. *n.*19. &
20. vbi declarat, & plenior *decis. Boer.*155. *n.*27. & 28. vbi, quod debent partes concordari, & quod possit iudex amplecti alteram ex opinionibus controuersis. Crau. *cons.*135. *n.*40. allegat Alex. *cons.*1.
2 *col.*3. *in fi. lib.*2. † Prævalet tamen inter dubias opiniones illa, quæ occurrit fraudibus, tanquam magis æqua. Fed. de Sen. *cons.*7. *circa*
3 *fin. n.*5. *ver. ista pars videtur.* † Et quæ benignior est, semper dicitur
4 iustior. Rol. à Vall. *cons.*64. *nu.*15. *& seq. lib.*3. † Et quæ magis æqua,
& fauet religioni, est amplectenda semper. Clar. *§. fi. q.*51. *in fi.* Vi-
5 de, *Æquitas quid sit, & in quo. Conclus.*310. † Item prævalet opinio, quæ à pluribus comprobatur, vel in quam plures opiniones conueniunt. Fed. de Sen. *cons.*217. *n.*2. *ver. in disputationibus.* Gemin. *cons.*
48. *n.*5. *ver. item quia maior*, vbi, quod inter varias opiniones sequẽda est illa, quæ tenetur à pluribus, & idem tenet *cons.*66. *col. fin. n.*6.
6 Rimin. *cons.*452. *n.*19. *& cons.*480. *n.*18. † Vide tamen; quia ex multitudine authorum iudicandum non est, *l.*1. *C. de vet. iur. enuclean.*
7 Abb. *cons.*85. *in prin. lib.*1. † Item opinio est tenenda, per quam succurritur vtriq; parti. Castr. *cons.*179. *col.*5. *n.*5. *ver. super secundo. lib.*1.
8 Crauet. *cons.*14. *nu.* 8. † Item prævalet opinio, quam consuetudo approbat. Fed. de Sen. *d. cons.*217. *in fi.* vbi allegat Io. Andr. *in c. rela-*
9 *tum. de test.am.* † Et ideo quando sunt opiniones hinc inde, si potest constare, quid fuerit seruatum, illa est tenenda, quæ habet obser-
10 uantiam. Afflict. *decis.*173. *In causa Hectoris, n.*2. *&* 3. † Item prævalet illa opinio, quæ euitat peccatum. Alex. *cons.*185. *Viso, nu.*26. *ver. pon-*
11 *deranda. lib.*2. † Item prævalet illa, quæ melioribus rationibus est
12 roborata. Gemi. *d. cons.*48. *n.*4. *ver.*1. *quia.* † Item quę in ratione na-
13 turali fundatur. Rimi. *cons.*476. *n.*22. † Item, quæ maiorem habet
14 æquitatem, & rationem naturalẽ. Decian. *cons.*31. *n.*117. *lib.*1. † Item prævalet opinio Canonistarum opinioni Legistarum in foro Ca-
15 nonico. Gemin. *cons.*114. *n.*5. *col. fi. in prin. ver. & sic fi ille habet.* † Item, quæ fauet ecclesiæ; & piæ causæ. Fulg. *cons.*104. *n.*2. Pet. de Ancha-
16 *con.*46. *nu.*2. † Item, quæ fauet matrimonio. Franc. Marc. *decis.*521.
17 *n.*6. † Item, quæ fouet, & conseruat agnationem. Rimin. Iun. *cons.*
18 456. *n.*56. *lib.*4. † Item, quæ fauet filiis. Rim. *cons.*455. *nu.*66. *lib.*4. I-
19 tem, † quæ reducit nos ad æqualitatem. Decian. *cons.*9. *n.*87. *lib.*2.
20 † Item, quæ fauet animæ. Decian. *cons.*84. *n.*47. *lib.*2. etiam in con-
21 cursu cum filiis. Petr. Anch. *cons.*45. *n.*2. † Item, quæ fauet æquitati, & purgationi moræ. Decian. *d. cons.*84. *n.*45. *lib.*2. Item, quæ fauet vltimæ voluntati. Decian. *cons.*52. *n.*16. *lib.*2. Rol. à Val. *cons.*82.
22 *n.*17. *li.*1. vbi, quæ magis fauet. † Item, quæ fauet testamento. Alex.
23 *cons.*227. *Ponderatis, in fi. lib.*6. † Item amplectenda in dubio est illa opinio, quæ fauet iuri communi, *cap. cum dilectus, de consuet.* Alex. *d.*
24 *cons.*227. *Ponderatis, in fi. lib.*6. † Item ea, quæ fauet reo, non actori,
25 præferri, & amplecti debet. Alex. *d. cons.*227. *in fi. lib.*6. † Item, quæ conciliat opiniones contrarias. Decian. *cons.*28. *n.*8. *lib.*1. Surd. *cons.*
26 275. *n.*13. † Amplia; quia vbi plures sunt contrariæ opiniones Doctorum super intellectu alicuius legis, vel canonis, sequens vnã
27 excusatur. Gemi. *cons.*66. *n.*6. *col. fi.* † Amplia; quia opinione eiusdẽ Doctoris variata, illa tenenda est, quam tenet in consiliis secun-
* dum * communem opinionem. de qua Rimin. Iun. *cons.*455. *n.*62. *lib.*4. † Imo illa est tenenda, quam Doctor ille contrarium tenuit
in pluribus locis, non in vno loco, vel duobus. Rol. à Val. *cons.*60.
*in fi. lib.*3. Crau. *cons.*699. *n.*2. † Et quando vnus tractat de lucro, alter de damno, inter dubias opiniones tene eam, quæ fauet ei, qui tract it de damno vitando. † Amplia; quia magis deliberata dicitur opinio ruminata in iudiciis, quam illa, quæ in scriptis ponitur. Anch. *cons.*411. *Et prima facie, in fi.* vbi reprobato Archidiacono dicit, quod si in iudicio ruminasset, mutasset suam opinionem, quia quæ de facto emergunt in iudicio, &c.

Opinio in terminis, & præcisa prævalet opinioni per regulas, & argumenta. Concl. 154.

QVANDO † decisio reperitur in terminis, & præcisa, illa est tenenda; quia præponderat magis, quam inuestigatio per argumenta, & regulas communes, ita Gomez. *in reg. de non tollendo re quæsito, q.*16. *in fi.* vbi, quod Doctor, qui respondet per argumenta, & regulas, est pauper, & positiuus; secus si in terminis adducit authoritates. Felin. *in c. cum ordinem, col.*4. *ver. accedit, de rescript.* Cacialup. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* late Becc. *cons.*2. *n.*11. & Neuza. *cons.*99. *n.*2. plenissime Marzar. *in epit. fideicom. q.*8. *n.*19. vbi plures allegat. † Extende maxime, quando non habet contradictorem; quia dicitur, casus legis. Bec. *d. cons.*2. *n.*11. † Extende, etiam si Doctor in terminis loquens nihil alleget; quia multum vrget eius authoritas, magis quam argumenta generica. Gomez. *in §. ea-*
*que, Instit. de actio. col.*6. Cast. *in l. mutuum. ff. de acquir. hæred.* & Becc. *cons.*
68. *in fi.* † Amplia; quia opinio in terminis præcisa prævalet communi opinioni in genere; nam licet sit communis * opinio, quod
primitiæ debentur à laicis ipsis clericis; quia non dispositur, quid de clericis diuitibus; ideo authoritas præcisa, quod non debentur clericis diuitibus, est attendenda. Rim. Iun. *cons.*265. *n.*5. *& seq. lib.*3. † Extende; quia opinioni singularis Doctoris est standum etiam contra communem opinionem, quando communis opinio non distinguit in casu præciso, oppositio vero singularis Doctoris distinguit. Salyc. *in l. filiæ cui. C. famil. herciſc.* cuius * opinionẽ
comm. esse dicit Grat. *cons.*132. *n.*6. *lib.*1. † Contrarium tamen dicit
Negus. *in tract. de pign. in* 8. *q.*1. *memb. n.*23. † Amplia; quia miseri dicuntur Doctores, qui procedunt per argumenta, & non habent aliquid in terminis. Marzar. *in epit. fideicom. in* 8. *q.* † Limita; quia à Doctori nihil alleganti non est credendum; quia neq; glossæ creditur. Rol. à Val. *cons.*1. *n.*187. *lib.*2. † Contrarium, quod imo opinio alicuius Doctoris in terminis prævalet, etiamsi nihil alleget. Bec. *d. cons.*2. *n.*11. Ias. *in l. non eo minus, col.*2. *v. tertio facit. C. de procur.* † De-
clara; quia qualitas Doctoris attendi debet, quia authoritas maiorum, etiam vbi deficit lex, attendi debet.

Opiniones Doctorum quando ita sunt hinc inde dispicibus, & ita dubiæ, vt veritas non possit discerni, concordiæ locus erit. Concl. 155.

QVANDO † causa est dubia, vt non possit discerni iustitia, concordanda est omnino, & partes debent diuidere: sic iudicarunt in causa funeralium Ant. de Butr. & Petr. de Anch. requisiti à Carolo Malatesta domino Arimini, vt *in cons. Petr. Anch. n.*110. *Inter contraria*, vbi multa: idem iudicarunt in casu statuti Florentiæ excludentis fœminas dotatas, an excludat à legitima simplicimento. Caccialup. & Soc. vt *in cons. Soc.*150. *li.*1. *in fi.* vbi multa congerunt pro diuisione in casu simili, & idem tenuerunt Cuma. & Fulg. in materia feudali pro masculis, & fœminis, an fœminæ male excluſæ perpetuo sint excluſæ, *cons. Fulg.*12. *Ad id, de quo quæritur, in fi.* Idem fecit consilium Neapolis, vt per Affl. *decis.*13. *in fi.* vbi fecit fieri compromissum de iure, & de facto propter varias opiniones illius casus, & idẽ videtur inclinare Senatus Delphinalis, vt per Franc. Marc. *decis.*351. *in fi.* † Idem consulit Dec. *cons.*227. *in*
*casu. nu.*3. vbi, an compendiosa facta pupillo quandocunq; decedenti, quæ continet pupillarem tacitam verbis generalib. expredenti, quæ continet pupillarem tacitam verbis generalib. expressam excludat matrem, dicit causam media via concordandam. Idem † dicit Boer. *decis.*149. *n.*22. quod quando articulus est validus dubius, & communis opinio non potest perscrutari, & rationes hinc inde vrgent, media via eligitur, quam dicit *n.*21. *in fi.* esse iustam dicã. † Idem in causa fatuitatis, & sanæ mentis fuit *in dec. Boer.*254. incausa concordata corã Rege propter discordiã consilii. † Idem, quando probationes hinc inde factæ se obscurant, & cõfundunt quia transigi debet Bal. *cons.*352. *in fi. lib.*4. † Idem fecit Rota Flor. in causa Pistorien. super intelligentia statuti, *rub.*97. *de mulier. dotante in quinquennium, & rub.*99. *de muliere habente filios*, in quo attendit Dec. *cons.*19. *& cons.*353. *Ex vna.* & Ruin. *cons.*63. & culo dissentiunt Dec. *cons.*19. *& cons.*353. *Ex vna.* & Ruin. *cons.*63. &
64. *lib.*4. nam cum primus iudex quarterii primam sententiã pro
vna

7 vna parte tulisset, eaq; esset reuocata, causa est cõcordata. † Idem plenius, quam alius Boer. *decis.* 42. *nu.* 39. vbi infinitos citat, quod quando sunt opiniones hinc inde, & res est adeo dubia, quod vix cognosci potest de iure, vnius magis, quam alterius sit facienda
8 diuisio. † Declara tamen, quando incertitudo non prouenit ex probationibus contrariis, & sic aduersatiuis; quia tunc potest dicere partibus, vnus vestrum mentitus est, & nescio, quis sit, ite cum Deo, velite in nomine Diaboli. Vide Boer. *d. decis.* 42. *nu.* 39. *in*
9 *fi.* † Declara, quia sententia rusticorum, qui diuidunt controuersiam per medium dando medietatem reo, & medietatem actori, regulariter damnatur, & ferri non debet; quia in dubio potius fauendum est reo, quam actori. Alex. *d. cons.* 227. *Ponderatis, in fi. lib.*
10 6. Item † attestatur & consuluit Cast. *cons.* 280. *Præsupposito statuto,*
in fin. lib. 2. vbi allegat exempla de hoc. Vide, *Medium, & media, &c.*
Concl. 170. † Et maxime coram arbitratore admittenda est concordia in causa dubia, *l. non sine.* §. 1. *C. de bon. quæ liber.* Caccial. *in rep.*
12 *l. precibus. C. de impub. & aliis substit.* † Opiniones Doctorum variæ; quia hoc fuit etiam in sanctis, vt vnus corrigat alium; ideo non est damnabile, si quis se corrigat, vel plures dissentiant, vt Soci. *d.*
13 *cons.* 150. *nu.* 40. *ver. finaliter, lib.* 1. Vide, *Doctorum errores varij. Conclus.* 161. † Item naturalem esse facilitatem hominum ad dissentiendũ, dicit tex. *in l. item si vnus. §. fi. ff. de arbit.* Alex. *cons.* 224. *In re tam graui,*
14 *n. 3. lib.* 6. Vide, *Discordia facilis est. Concl.* 454. † Extende in tantum causas, & lites concordia dirimendas, quando sunt dubiæ opiniones pro vtraq; parte, vt etiam procedat, quando fortiora fundamenta sunt pro vna parte; quia in concordia illa pars debet habere maiorem partem, quæ habet maiora fundamenta, sic con-
15 suluit Fulg. *cons.* 61. *Domina Catharina, in fin. ver. quoniam tamen.* † Et quando mens testatoris non est certa propter ambiguitatem, est
16 concordanda. Fulg. *cons.* 85. *in fi.* † Idem, quando veritas, & opinio inuicem se confundunt; quia potest arbiter diffidere differentiã propter conflictum argumentorum, sic declarat Iulia. *in l. si pater.*
17 *ff. de hared. instit.* vbi Bald. Imol. & alii. † Idem, quando sumus in antiquis, & vtraq; pars probat dominium bonorum, de quibus agitur, per titulũ, & longissimam possessionem; quia tunc debent
18 bona declarari pro indiuiso spectare ad vtramq; partem. Vide, *Concordare. Concl.* 564.

Opiniones plures referens quam approbare videatur glossa, & Doctores referentes. Concl. 156.

1 GLOSSA † referens plures opiniones si nullam expresse approbat, censetur vltimam approbare. Bald. *cons.* 47. *Ista quæstio*
2 *pendebat, in fi. li.* 4. Dec. *cons.* 56. *n.* 8. *lib.* 3. † Et idem in Doctore, vt de Speculatore loquitur Alex. *cons.* 164. *Viso processu, n.* 2. *lib.* 2. vbi, quod Speculator referens plures opiniones, vltimam censetur approbare, & ibi apost. *in ver. vltimo*, citat plurimos conc. ad hoc. † Et idẽ
3 de Io. de Ana. quod recitans plures opiniones vltimam censeatur approbare. Alex. *cons.* 51. *Cum dicatur, n.* 3. *ver. ex quibus apparet, lib.* 4.
4 est Io. de Zanis de Bononia. † Extende; quia pariter procedit in Doctore, qui si refert plures opiniones, in dubio vltimam probare censetur. Decian. *cons.* 1. *n.* 18. *li.* 2. & de opinione Baldi, Barb.
5 *inter cons. Alex.* 55. *Perspectis, n.* 32. *lib.* 4. vbi apost. *in ver. vltimo.* † Idem tenet Alex. *cons.* 72. *Inspecto diligenter, n.* 4. *lib.* 1. vbi, quod Innoc. recitans plures opiniones censetur vltimã approbare, & idem confirmat Io. de Zanis inter consilia Alex. *d. cons.* 51. *Cum dicatur, nu.* 3.
6 *lib.* 4. † Amplia, vt procedat etiam in opinione diuersa ab eodem authore diuersis in locis tenta; quia vltima censetur verior, quasi mutauerit ex proposito in melius. Io. de Ana. *cons.* 83. *circa med. ver.*
preterea est ponderandum, vbi, quod Baldi opinio super feudis videtur tenenda, licet primo aliter tenuerit; quia fait vltima lectura
7 feudorum, & vltima derogant prioribus. † Extende; quia si in vltalege Doctor tenuit vnam opinionem, & in alia lege contrariã opinionem, attenditur vltima lectura tanquam magis deliberata. Alex. *d. cons.* 55. *Perspectis, n.* 31. *& 32. lib.* 4. quod est Andreæ Barb.
8 & ibi apost. dat conc. *in v. vlt.* † Limita, nisi vltima sit reprobata, & damnata communiter; quia non præsumitur adhærere vltimæ opinioni. Alexan. *cons.* 66. *Viso processu, in fin. ver. secundo respondeo. lib.* 1.
9 † Contrarium, etiamsi vltima sit reprobata, vt imo eam tenere
10 videatur referens, dicit Alex. *cons.* 72. *n.* 4. *lib.* 1. † Declara; quia glo. si referat plures opiniones, vltimaque nemini attributa, est opinio glossatoris, & eo casu author debet allegari suo nomine, non
11 autẽ tanquam glossa. Bald. *d. cons.* 47. *in fi. lib.* 4. vbi, quod ita dicit Innoc. quem ipse allegat. † Adde, quod Iureconsultus formans aliquam quæstionem, & nihil respondens censetur respondere, prout in quæstione continetur; secus si argueretur ad partes; quia censetur vltimam approbare opinionem, ita Incertus Author post regulas Socin. *reg.* 7. *Iureconsultus, qui format.*

Opinio, & reputatio communis multa operatur. Concluſ. 157.

OPINIO, † & reputatio communis, maxime in personis pu- 1
blicis, vt sunt iudices, & Prælati, excusat contrahentes. Lap.
alleg. 90. *In Dei nomine, n.* 8. *ver. venio ad secundum.* Fed. de Sen. *cons.* 13.
nu. 3. *ver. tertium scilicet, & nu.* 5. *ver. non obstat*, vbi, quod id procedit, ne bona fides litigantium, & contrahentium circumueniatur. Soc. *cons.* 32. *nu.* 21. *lib.* 1. vbi infinita exempla ponit, & *n.* 19. vbi, quid in prælato. † Patronus communi opinione reputatus tempore 2
præsentationis, licet postea appareat eum non esse patronum, tamen quoad præsentationem factam non præiudicatur; quia illa substinetur, *c. consultum, de iur. patro.* Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 8. *ver. venio ad secundum.* & latius *nu.* 13. *ver. item si litigent*, vbi, quod præsentatus à patrono putatiuo obtinet, & non præsentatus † à vero patrono, 3
quando putatiuus possidet. Socin. *consi.* 32. *Ex iis, quæ superius, num.*
20. *lib.* 1. † Electio facta ab electore putatiuo valet, licet detegatur 4
eidem non competiisse ius eligendi. *c. cum olim, de caus. poss. & propriet.* Feder. de Sen. *consil.* 13. *nu.* 2. *ver. secundum est.* Socin. *consi.* 32. *nu.*
20. *lib.* 1. † Collatio facta ab eo, qui reputabatur communi opi- 5
nione posse conferre, non retractatur, licet contrariũ appareret postea, videlicet ipsum non potuisse conferre. Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 8.
ver. venio ad secundum, & n. 11. *ver. preterea*, vbi hoc procedit, siue vere non esset prælatus, siue esset excommunicatus; cum tamen cõmuni reputatione contrarium teneretur, Lap. *alleg. vlt. ver. sed secundo posset*, vbi allegat rationem; quia conferre, eligere, & præsentare sunt fructus possessionis. Soci. *consi.* 32. *nu.* 20. *ver. communis*
enim opin. lib. 1. † Filiatio legitima ex communi reputatione matri- 6
monii non improbatur, licet appareret vere matrimonium non fuisse, *c.* 2. *qui fil. sint legitim.* Lap. *d. alleg.* 89. *num.* 9. *ver. hinc etiam*, & latius *num.* 10. *ver. vnde proles*, vbi idem dicit in prole nata ex matrimonio infidelium à lege canonica propter illorum communem opinionem. Socin. *lib.* 1. *d. cons.* 32. *num.* 20. † Gesta ab eo, qui 7
communi opinione putabatur Legatus, non retractantur, licet non esset Legatus vere. Spec. *in tit. de Leg. §. supereſt, ver. quid ergo si*
quis, quem refert Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 9. † Et idem in omni delegato, 8
qui talis communi opinione reputabatur, licet non esset; quia valent gesta ab eo. Curt. Iun. *cons.* 310. *nu.* 96. *& seq.* † Generaliter 9
autem, vbi de validitate actus, vel qualitate personæ agitur, si non constat aliter, iudicatur secundum communem opinionem, & reputationem. Lap. *d. alleg.* 89. *ver. item*, vbi de valore, *nu.* 9. Socin.
d. cons. 32. *nu.* 20. *ver. communis enim opinio, lib.* 1. † Priuatio beneficii 10
facta per Papam Greg. XII. in loco, in quo habebatur communi opinione pro Papa, & illi obedientia præstabatur, valet. Gemin.
cons. 8. *in prin. & per tot.* † Iurisdictionalia valent facta ab eo, qui re- 11
uera non poterat ea facere, quando ex communi opinione credebatur, quod posset; quia quamdiu quis toleratur in officio, valent gesta per eum ratione officii, & consequenter valet collatio; quia est iurisdictionis. Lap. *d. alleg.* 89. *num.* 12. *ver. quod autem teneat.*
Socin. *d. cons.* 32. *nu.* 21. *lib.* 1. † Hæreticus, & excommunicatus oc- 12
cultus valide conferunt beneficia, sacramenta, & ordines; quia dignitas videtur facere, non persona. Innoc. *in c. si vero, de sent. excomm.* quem refert, & sequitur Lap. *d. alleg.* 90. *nu.* 12. quia quamdiu quis est in opinione integri status, licet esset excõmunicatus, valent gesta ab eo. Fed. de Sen. *cons.* 137. *circa med. ver. ego Federicus prædictus.* Soc. *d. cons.* 32. *num.* 20. *lib.* 1. † Canonici priuati canonicati- 13
bus valide eligunt, quando erant tolerati. Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 12. *in*
fin. ver. & facit, allegat Io. Andr. *in c. mora. de reg. iur. in* 6. Quasi pos- ✠
sessio confertur ex habitu, & communi reputatione. Vide, *Quasi*
possess. &c. Concl. 33. † Bastardus incapax beneficii, si de beneficio 14
fuit prouisus, & illud possedit per decennium, præsumitur dispẽsatus. Vide, *Dispensatio non præsumitur, & quando secus. Concluſ.* 481. ✠
† Notarius, qui est in quasi possessione, & quilibet alius, licet in- 15
dignus sit, vel incapax; tamen valent gesta ratione communis opin. & quasi possessionis, donec amoueatur. Cald. *consil.* 175. *in fi.* alias 2. *de fid. instr.* † Extende; quia imo si Notarius commisit falsi- 16
tatem in vno, vel pluribus instrumentis, valent alia instrumenta per ipsum rogata, antequam de falso fuerit cõdemnatus propter communem reputationem. Alexan. *consil.* 133. *Stantibus iis, num.* 9.
ver. respond. lib. 7. † Declara tamen, vt quod dicitur, quasi possessio- 17
nem, & communem reputationem [illegible]cario operari, vt detur fides, intelligatur, dummodo sit creatus, licet sit inhabilis, secus si non esset creatus; quia sola possessio nihil operatur. Io. Andr. *in*
addit. ad Spec. tit. de instrum. editio. §. restat. vers. & scias, quem ita declarat Calderin. *dict. consil.* 175. *in fin. vers. item propter commodum*, alias 2. *de fid. instrum.* Vide, *Notarius qualiter probet. Concluſ.* 94. Sen- ✠
tentia † lata à seruo gerente officium prætoris valet, quamdiu 18
tolera-

toleratur in officio, *l. Barbarius. ff. de offic. prato.* Socin. *d. cons.* 32. *n.* 21.
19 *lib.* 1. † Idem in testibus seruis, qui putabantur liberi, quia testa-
20 mentum non vitiatur. Socin. *cons.* 32. *n.* 20. *in fi. lib.* 1. † Idem in alio
quocunq; iudice seruo, qui communi opinione habebatur pro
21 libero, *l.* 2. *C. de sentent. & interlocut.* † Commissio facta plebano ta-
lis ecclesiæ debet expediri per plebanum putatiuum communi
opinione, quamuis postea declararetur intrusus, non autem per
plebanum non possidentem, licet esset verus plebanus. Lap. *d. al-*
22 *leg.* 89. *nu.* 13. *ver. vnde si.* † Insignis locus dicitur, in quo causa com-
mitti, & audiri potest, secundum communem opinionem, Lap.
23 *alleg.* 124. *n.* 2. *in fi.* † Soluens Prælato putatiuo communi reputa-
tione, quando possidet, liberatur, soluens vero prælato, qui non
putabatur verus, non liberatur. Lap. *d. alleg.* 89. *n.* 13. *in fin. ver. item si*
24 *soluo.* † Idem soluens procuratori, qui communi opinione repu-
tabatur procurator, licet non esset; quia liberatur. Soc. *d. cons.* 32.
25 *n.* 21. *lib.* 1. † Et locationes, & alia gesta per prælatum ad fauorē ec-
clesiæ, dum reputabatur communiter talis, valent. Gemin. *cons.* 8.
in fi. ver. nec fructus percepti. Soc. plene *d. cons.* 32. *nu.* 20. *& seq. lib.* 1. vbi
26 late. † Amplia; quia communis opinio, nedum excusat, sed etiam
27 præfert opinionem veritati in multis. Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 14. † Ex-
tende; quia imo opinio facientis probata, quando credidit face-
re licite, contra veritatem attenditur, plene Alex. *cons.* 129. *Pulchre,*
28 *n.* 7. *lib.* 4. † Declara hoc procedere, si ante completum negocium
veritas non est declarata, secus si esset declarata; quia tunc veritas
29 præfertur opinioni. Lap. *d. alleg.* 89. *nu.* 15. *ver. quando enim.* † Exten-
de; quia communis opinio, quod actus sit licitus, licet sit prohi-
bitus, operatur, quod habetur pro licito, & pœnam nō meretur.
Alex. *cons.* 93. *Repetitus, n.* 8. *ver. non obstat, lib.* 6. allegat text. *in l. quis*
sit fugitiuus. §. apud Labeonem, & ibi Bar. per illum tex. *ff. de ædil. edict.*
30 † Declara tamen; quia debet probari communis opinio, vt indu-
31 cat excusationem. Alex. *d. cons.* 93. *n.* 8. *lib.* 6. † Amplia, vt maxime
communis opinio procedat, quando agitur de probando titulo
authoris sui; quia illa sufficit in petitorio, & possessorio, & ad v-
trumque effectum absolutionis, & adiudicationis. Lap. *d. alleg.* 89.
per totam, vbi est casus, & maxime *nu.* 15. *ver. præterea ista quæstio,* vbi
etiā, quod si constaret de veritate contraria, non infringitur titu-
lus authoris ex communi reputatione probatus, propter multas
32 rationes, vt quia potuit superuenisse noua gratia. † Amplia; quia
credulitatem iustam, & excusabilem à dolo, & pœna inducit cō-
munis opinio, si quis fecit aliquid prohibitum sequendo cōmu-
33 nem opinionem. Lap. *alleg.* 127. *in fi. n.* 5. † Amplia in tantum, vt ha-
bens rem carnalem cum muliere, quæ communiter reputabatur
vxor, non excusetur ab adulterio, licet propter latens impedimē-
tum non esset vere vxor, & è conuerso mulier communiter repu-
diata, quæ non habetur pro vxore, licet vere sit vxor, non inducit
adulterium. Fed. de Sen. *cons.* 211. *in fi. ver. facit quæstio,* allegat *l. pen. ff.*
34 *de adult.* † Amplia in iudice excommunicato, qui publice habeba-
35 tur pro non excommunicato. Socin. *d. cons.* 32. *n.* 20. *lib.* 1. † Amplia,
vt communis opinio operetur effectum suum, & valeant gesta
tempore cōmunis opinionis, quæ habuerunt effectum consum-
matum, etiamsi postea appareat falsa, prout in possessione. Lap. *d.*
36 *alleg.* 89. *n.* 15. † Declara tamen, vt nō procedat circa ea, quę nō sunt
facta respectu, & in exec[illegible]one cōmunis opinionis; quia quo-
ad ea, quæ sunt contra c[illegible]anem opinionem facta, ea detecta
falsa valebunt, quæ alia[illegible]on valuissent: exemplum, existens in
possessione ordinis sacri, & communi opinione talis reputatus, si
37 contrahit matrimonium, illud non valet, & detecto, quod non
sit in sacris, valebit. Fed. de Sen. *cons.* 13. *n.* 3. *circa fi. ver. contra.* † Am-
plia in filiofamilias, qui reputabatur sui iuris; quia valent gesta ab
38 eo. Soc. *d. cons.* 32. *n.* 21. *lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 310. *nu.* 94. † Amplia in
eo, qui communi opinione habebatur pro mortuo; quia valet
mandatum ad adeundam hæreditatem. Soc. *d. cons.* 32. *n.* 20. *v. item*
39 *tenet mandatum, lib.* 1. † Amplia; quia bannitus, qui communi opi-
nione habebatur pro non bannito, non potest impune offendi.
40 Marsi. *in prax. §. aggredior. nu.* 34. *& seq.* † Amplia; quia opinio vulgi
est quodammodo quoddā ius naturale insitum naturaliter men-
tibus cuiuslibet, non artificialiter; ideo debemus cauere, ne in iu-
dicando, vel consulendo aliquid dicamus, quod videatur esse ini-
quum vulgo. gl. *in l. si maior annis. C. de transact.* Castr. *cons.* 300. *Viso*
quodam. col. 2. *circa med. ver. & quia sentio, lib.* 2. vbi, quod bene potest
de iure cauillari opinio vulgi. Vide ad istam materiam, *Apparenter*
☞ *aliquid. Concl.* 346. *& Opinio, & reputatio. Concl. seq.* Vide, *Titulus colo-*
41 *ratus. Concl.* 307. Vide, *Veritas quando contra opin. Concl.* 168. † Limi-
ta pluribus modis; quia opinio nihil operatur in iis, quæ pro for-
ma requirunt decretum; item non operatur in iis, quæ sunt de
iure naturali prohibita; quia debet veritas adesse conformis. Rui.
42 *cons.* 85. *n.* 12. *lib.* 4. † Limita prædicta omnia non procedere, quan-
do opinio prouens à fatuitate, vt quia excommunicatus dicit
se non excommunicatum, vel ad excusationem facti illiciti dicit
habuisse licentiam; quia ei nō creditur, nisi sit persona valde ho-
nesta, & bonæ vitæ, & tunc opinio fatua non excusat contrahen-
tem cum excommunicato. Feder. de Sen. *cons.* 137. *in fin.* † Limita à
multis casibus, in quibus non procedit *l. Barbarius. ff. de offic. prato,*
prout Soc. *in reg.* 10. *Lex, Barbarius,* vbi ponit septem limitationes,
quas videas. Vide, *Tolerantia quid sit. Concl.* 324.

Opinio & reputatio singularis excusat à multis, & operatur multa. Concl. 158.

OPINIO † & reputatio singularis sæpe attenditur, & secun-
dum eam iudicatur contra veritatem. Lap. *alleg.* 90. *n.* 10. *ver.*
ad istam rationē. † Excusatur ille, qui percutit liberum, quē crede-
bat probabiliter esse seruum. *l. illud. ff. de iniur.* canonizata 59. 12.
illud. † Excommunicatio eius, qui putabat se iudicem, valet, licet
esset appellatum ad Papam. *c. si duobus, de appellat.* † Irregularis non
efficitur, qui celebrauit suspensus, si probabiliter cogitauit se non
suspensum. Lap. *d. alleg.* 90. *n.* 10. *circa fin.* † Religiosus conferens sa-
cramenta alieno parochiano, qui ignorauit, *clem.* 1. *de privil.* ex hac
sua opinione excusatur, ne incidat in excommunicationem, si est
religiosus vitæ singularis, ita Zabar. *in d. clem.* 1. *in fin. prin. q.* 39. dicit
consuluisse. † Percutiens clericum, quem probabiliter credidit
esse laicum, non incidit in canonem *de sen. excom. c. si vero, si secund.*
gl. *in l. si ignorans. ff. locat.* † Adulterium non committit ad hoc, vt
teneatur iniuria, qui probabiliter credidit alienam vxorem esse
suam, vel meretricem. Lap. *d. alleg.* 90. *nu.* 10. *in fin.* † Et è conuerso,
qui non est bigamus vere, iudicatur bigamus ex opinione pro-
pria, quam ipse habet. *c. nuper, & c. fi. de bigam.* † Adde multo magis
ex communi opinione, quā ex singulari variā attendi contra ve-
ritatem; quia fortior est communis opinio, quam singularis. Lap.
d. alleg. 90. *nu.* 10. *ver. ad istam rationem.* † Locans aliquid mihi, cui
est interdictum sub pœna amissionis tam locatori, quam condu-
ctori. *l. fi. C. locati,* tamen excusatur, si is, qui locauit, probabiliter
credidit esse paganum conducentem, & ab eo exigit, *l. si ignoran.*
ff. eod. Lap. *d. alleg.* 90. *n.* 11. *ver. & expressa.* † Credulitas, & opinio ge-
rentis actum attenditur potius, quā veritas in iis, quæ consistunt
in animo gerentis ad interpretandam eius voluntatem dubiam.
Crauet. late *cons.* 88. *nu.* 15. latiss. Sim. de Præt. *de interpret. vlt. volum.*
lib. 2. *fol.* 3. † In odiosis inspicimus opinionem, vel veritatem, pro-
ut magis expedit reo ad euitandam pœnam. Crauet. *d. cons.* 88. *n.*
16. † Et in delictis is, qui non habuit animum faciendi delictum,
non punitur de delicto sequuto contra animum suum. Decian.
cons. 125. *nu.* 7. *& seq. lib.* 3. Vide, *in ver. Apparenter aliquid. Concl.* 346.
Vide. *Ignorantia excusat, & iuuat. Concl.* 16. Vide, *Irregularitas contra-*
hitur. Concl. 362. Vide, *Percutiens clericum incidit. Concl.* 274. Vide, *Ve-*
ritas attendenda maxime. Concl. 167.

Oppositio & exceptio debet fieri intra terminum præfixum, & quando secus, & quid operetur. Concl. 159.

CITATVS † ad opponendum debet opponere in termino per-
emptorio, vel saltem vsq; ad sententiam, postea non audiun-
Fed. de Sen. *cons.* 102. *col.* 1. *in fin. ver. ad tertium.* Gemin. *cons.* 87. *col.* 2.
in fi. ver. nec obstat. † Amplia in tantum, vt is, qui potuit opponere,
vel excipere in termino contra præsentatum, vel electum, & non
opponit, excludatur post terminum; quia instituens censetur ap-
probasse mores instituti. Fed. de Sen. *d. cons.* 102. *nu.* 2. *ver. fallit in-*
denter. Gem. *cons.* 87. *col.* 1. *in fi. ver. nec obstat.* † Amplia in tantum, vt
nec is, qui omisit exceptionem in termino, possit per viam actio-
nis accusare. Feder. *d. cons.* 102. *n.* 2. *ver. sed incidenter.* † Amplia, quia
pars citata ad opponendum in aliquo actu iudiciali, si nihil op-
ponit id, quod non releuaret parte opponente, bene relevat, si
pars opponit. Crauet. *cons.* 150. *In causa beneficii, num.* 2. *ver. solum, vi-*
dat multa exempla de Notario, qui fuit rogatus de testamento
de iudicio carente substantialibus, de instrumento non rite con-
emplato, de procura legitima, & sic de aliis, quæ non releuarent
parte opponente, sed parte non opponente valent. † Extende in
statuto prohibente procuratorem mulieris posse agere, nisi fit
datus cum decreto, & consensu consanguineorum; quia si non
non opponit, valet iudicium; secus si opponit. Bald. *cons.* 417. *Ex-*
sius talis est, lib. 2. *in fin.* vbi nihil firmat, sed arguit. † Amplia in vsu-
ne facta per Episcopum; quia si ante perfectionem illius non est
oppositum de consensu Capituli, qui debet interuenire, valebit
& præsumetur, etiamsi post vnionem opponatur, secus si anter-
nionem oppositio facta fuisset. Gemi. *cons.* 87. *col.* 1. *in fin. ver. nec ob-*
stat tex. vbi, quod oppositio non valet post terminum; quia casu
vene-

7 venit. †Amplia in reconuentione, quæ post litem contestatam si opponatur, non habet processum simultaneum, vt simul cum iudicio conuentionis expediatur; quia debet opponi ante litem contestatam, vel in ea, aut statim post; si tamen pars nihil opponit, quando non opponitur in tempore; tunc procedit, ac si esset in tempore opposita. Geminian. *consil.* 139. *in princ. ver. nec obstat, si*
8 *dicatur.* †Amplia; quia sententia lata contra præsentem super delicto, de quo non constat, dicitur iniqua, & iniusta parte opponente; secus si non opposuit; quia imputandum est illi, qui non
9 opposuit Lap. *alleg.* 28. *in fin.* †Amplia; quia si opponitur de legitimatione personarum, debent ante omnia legitimari personæ, aliàs iudicium redditur nullum, si fiat non legitimatis personis.
10 Petr. de Anchar *consil.* 36. *n.* 8. *ver. excepit enim primo.* †Extende, vt in omni casu, in quo requiritur mandatum speciale, si opponatur de mandato, & non constet de eo, tunc iudicium redditur nul-
11 lum. Petr. de Anchar. *d. consil.* 36. *num.* 8. *ver. item etiam aduerten-*
dum. † Amplia; quia licet sententia contra rem iudicatam non vale-
12 parte opponente; secus est, si pars non opposuit. Felin. *in cap. quo-*
niam contra, num. 29. *ver. fallit quarto, de probat.* †Extende in tantum protestationem, & oppositionem conseruare ius opponentis, vt etiam non censeatur recessum à re iudicata, licet iudex procedere
13 cœperit, si habens rem iudicatam de ea opposuit, etiam si non appellauit. Felin. *d. c. quoniam contra, n.* 30. *ver. nota tamen duo, de probat.*
13 †Amplia; quia probatio per testes, vel instrumenta, contra quos nihil fuit oppositum, operatur, vt illud probatum dicatur notorium, nec detur appellatio. Dec. *in c. cum speciali. §. porro, n.* 2. *&* 3. *v.*
14 *secundo nota, & ver. in glossa, de appellat.* †Limita, nisi ex probabili causa fuerit omissa exceptio, & oppositio in termino; quia tunc lapso termino poterit per viam actionis accusatio institui. Feder.
d. consil. 102. *num.* 2. *col.* 2. *in princ. ver. sed si sibi.* Vide, *Exceptio proposita multa operatur. Concl.* 399. *cum duabus prox. præcedentibus.*

Oppositio partis in quibus non necessaria. Concl. 160.

1 OPPOSITIO †partis non est necessaria in iis, quæ sunt notoria iudici, vt iudici; quia in iis, quæ ex officio iudex tenetur supplere, non est necessaria oppositio. Petr. de Ancharan. *consil.* 6.
n. 12. *ver. item cum super deductis.* Vide, *Exceptio qualiter proponi. Concl.* 397. Vide, *Iudex in quibus ex officio. Con. l.* 397.

Opptimere quid sit, & quis dicatur oppressor. Concl. 161.

1 OPPRESSIO †quid sit, & quando quis dicatur alium opprimere. Abb. *in c. cum sit, n.* 6. *&* 7. *de foro compet.* †Amplia; quia
2 species oppressionis dicitur, quando quis turbat per vim aliquem in sua possessione. Lap. *allegat.* 66. *num.* 4. *ver. sed nulli dubium.*

Optare impeditus quis dicatur. Concl. 162.

1 NON †dicitur impeditus optare is, qui non optat præbendam vacantem propter grauamen reseruationis fructuum. Rota *in nou. part.* 1. *decis.* 597. *in fin.*

Optio quanto tempore introducatur, vel producatur, & qualiter reguletur, & competat. Concl. 163.

1 OPTIO †inducitur ex consuetudine decem annorum. Gig. *de*
pens. q. 63. *n.* 6. *& seq.* vbi etiam de multiplici optione, seu consuetudine optandi, & loquitur, qñ præbendæ sunt distinctæ, &
2 vt Rot. per Ægid. *dec.* 63. *in princ.* †Contrarium, quod imo requiruntur 40. anni; quia est contra ius, & inducit vacationem præbendæ, & tituli, & fit mutatio Canonicatus. Æg. *d. dec.* 63. vbi late prosequitur, licet dicat per maiorem partem tantum, quod sufficiunt decem anni. †Declarat Ægid. *d. dec.* 63. *n.* 4. quia si optatur
3 ius spirituale, requiruntur 40. anni, si aliquid temporale, prout
4 domus Canonicalis, & quid simile, sufficiunt decem anni. †Restringe; quia non perditur consuetudo optandi, etiam si per 40. annos non fuerit facta optio, siue quia non occurrit, seu quia nul-
lus voluit optare. Anchar. *c. fin. de consuet. in* 6. *col. fin. ver. quid si isti*
Canonici, sequitur allegando Jo. Andr. ibi Ant. de Butr. *n.* 4. Gemi.
5 ibi *n.* 3. Vide, *Consuetudo optandi. Concl.* 913. †Optio regulatur, vt antiquior Canonicus primo opter, deinde antiquiores succedant, vnus post alium. Rot. *dec.* 6. *de consuet. in nou.* sequitur Rot. *nouiss.* 1.
6 *part. decis.* 411. *num.* 1. †Et ideo si Canonicus resignat suum beneficium, qui erat antiquior, si sibi retrocedatur, non erit amplius an-
7 tiquior ad optandum, sed nouus. Cott. *dec.* 347. † Et prouisus de antiquiori Canonicatu per Papam non dicitur antiquior, sed vltimus Canonicus, prout vltima est collatio. Æneas de Falcon. *tract. de reseruat. in* 49. *effectu.* †Declara tamen, quia primus in data 8
dicitur antiquior, licet secundus in data præuenerit in diligentia. Bisignet. *de consuet. decis.* 6. † Et confert ius optandi ius ad rem eo 9
modo, quo ius patronatus confert patrono ad præsentandum. Cassad. *decis.* 4. *de conceß. prabend. num.* 13.

Optio ex consuetudine competit multis Ecclesiis. Concl. 164.

PRATENSIS †Ecclesia habet constitutionem, quod vacantibus Canonicatu, & prębenda, Camera cuiuscunque Canonici oprari possit per antiquiores soluendo illud caput, quod valet Cameram optata plus, quam alia, & quod Canonicus nouus soluat Cameram dimissam, quam consequetur. Cardin. Zabar. *consil.* 16. 1
Dominus Papa, vbi inserit constitutionem. †Paduana Ecclesia habet consuetudinem optandi præbendas, de qua Gig. *de pens. q.* 63. 2
nu. 7. *& seq.* vbi declarat, quando habeat locum, vel non. †Bononiensis, & aliæ multæ, vt dicit glos. *in c. fin. de consuet. in* 6. *in ver. in*
tua. †Barchinonensis Ecclesia habet statutum de optando. Rom. 3
sing. 493. *Legat testator.* †Salamantin. Ecclesia habet aliam optionem diuersam; quia post Canonicos optant etiam portionarii. 4
Rota *in nouiss. part.* 1. *dec.* 411. *in princ.* †Apen. Ecclesia habet optionem. Cassad. *dec.* 17. *de prabend.* †Regiensis Ecclesia habet optionem inter Canonicos. Vide, *Consuetudo optandi. Concl.* 913. 5 6 7

Optio quoad præsentes non habet locum ad fauorem absentium etiam ex causa publica, qui sunt ficti præsentes. Concl. 165.

CONSVETVDO †quod tantum præsentes possint optare, excludit omnes absentes. †Extende, et si essent absentes ex causa 1
publica; quia seruitium Episcopi, vel Papæ non facit eos haberi 2
pro præsentibus. Archid. *d. c. fin. in princ. de consuet. lib.* 6. Declarat etiam ibi Joan. Andr. *n.* 3. *ver. item scias*, qui videtur distinguere; aut absens de iure communi habetur pro præsente, & optat; aut de iure speciali ex priuilegio, & secus, & ita etiam Anchar. ibi in fin. plene Gemin. qui disputat ad partes, & videtur inclinare in hanc partem, & Franch. ibi *n.* 7. sequitur distinctionem Io. Andr. †Sed 3
Archidiaconum sequitur Ant. de Butr. *d. c. fin. num.* 9. *& seq. de consuet. in* 6. vbi dicit, quod statutum de casu vero, & sic de præsente non habet locum in ficto, prout in absente, citat Gemin. *d. c. fin. n.* 6. Ioa. de Lign. pro ista parte, & apost. ibi *in ver. consuetudo*, & hanc partem tenent Crot. *in repet. l. omnes populi, num.* 217. *ff. de iust. & iur.* Rol. à Vall. *consil.* 58. *nu.* 4. *& seq. lib.* 3. †Amplia; quia optio con- 4
cessa semel operatur, quod non potest fieri vlterius, licet sup prima præbenda optata moueatur lis. Prob. ad Io. Monach. *d. c. fin. de*
consuet. lib. 6. *nu.* 32. †Amplia; quia stricti iuris est, & loquens de 5
Canonicis non extenditur ad alias dignitates. Prob. ad Jo. Mona.
d. c. fin. num. 31. *lib.* 6. *de consuet.*

Optio præfertur collationi Papæ, si præcedit. Concl. 166.

OPTIO †competens si fiat, & præcedat collationem, præfer- 1
tur ipsi collationi posteriori, ex quo fit collatio de non vacanti, cum præcesserit optio. Anch. *consil.* 405. *Quia vt ait lex, in pr.*
vbi maxime hoc est verum, propter clausulam, *dummodo tempore*
datæ præsentium non sit alicui ius quæsitum. Zabar. *consil.* 126. *Vacarunt,*
num. 3. *vsq. in fin.* Cassad. *dec.* 17. *de prabend.* †Amplia, vt procedat, 2
etiam si Papa post prouisionem dederit aliam gratiam in forma,
perinde valere; quia licet derogauerit optioni, intelligitur de facta post prouisionem, & ante gratiam, *perinde valere*, & sic medio tempore, non ante. Anch. *d. consil.* 405. *num.* 2. *ver. sed videndum. cum seq.*
†Amplia, etiam si Papa dicat, *dudum*, &c. narrando, quod reserua- 3
uit omnes præbendas vacantes; quia non potest habere locum in vacante per optionem, ex quo præbenda non vacat, sed solum bona temporalia vnius præbendæ accedunt alteri. Zabar. *d. consil.*
126. *n.* 4. *vsq. in fin.* vbi clare, quod optio non facit commotionem, vel vacationem præbendæ, prout est ius spirituale, & titulus, sed prout sunt bona temporalia, mutantur, sed non vacant. †Limita, 4
quando Canonicatus, & præbenda vacantes essent reseruati, vel Papa derogaret optioni, & aliis casibus
Conclusione prox. sequente.

Optio

Optio quibus casibus habeat locum contra reseruationem, vel non. Concl. 167.

1 OPTIO †habet locum, & valet consuetudo specialis præsci-
pta optandi, nedum reseruata specialiter, sed etiam vacantia
in Curia Romana. Cald. late *consil.* 41. *An valeat consuetudo*, est 3. *de*
consuetud. qui fundat se in eo; quia reseruatio respicit ,,uisionem,
& optio non est contra ,,uisionem, & sic nec contra reseruatio-
2 nem, vbi pulchre loquitur. †Declara secundum Cald. ꝙ consue-
tudo generalis optandi præbendas specialiter reseruatas non va-
let, neque capit reseruata; secus si consuetudo sit specialis, & præ-
scripta; quia tunc valet, & capit ēt reseruata, ita Cald. *d. consil.* 41.
3 alias 3. *de consuet. in princ.* †Amplia igitur, ꝙ optio inducta ex con-
suetudine speciali ꝑscripta, habet locum etiam in beneficiis spe-
cialiter reseruatis, etiam si Papa in collatione, & reseruatione ap-
posuerit clausulam; *Non obstante consuetudine*, quia talis clausula so-
lum conseruat gratiam à subreptione. Cal. *d. consi.* 41. alias 3. *de con-*
4 *suet. circ. med. ver. & procedit hoc etiam.* †Amplia, qñ reseruatio fieret
ad effectum prouidendi alicui de beneficio vacaturo cum clausu-
la, *alicui alteri non debito*, quia tunc talis reseruatio non impedit o-
5 ptionem. Lap. *alleg.* 85. *n.* 5. *in fin. v. sed nunqd habeat.* †Amplia, vbi
cunq; reseruatio est specialis ad fauorem tertii, vel ad petitionem
tertii facta, tunc non tollitur optio, quæ habet locum eo casu, ita
Franch. ex mente Lap. *in c. fin. §. in præbendis, de consuet. lib. 6. ver. aut*
reseruatio fit ad petitionem. n. 6. quod intellige, si reseruatio est ad pe-
titionem partis, alias secus, si fieret motu proprio. Gem. *consil.* 30.
6 *nu.* 5. *& seq. ver. ad secundum.* †Amplia, vt reseruatio facta in prouis-
one, vel mandato de prouidendo de vacaturo non impediat o-
ptionem, *d. c. fin. de consuet in* 6. ita concludit Franch. ex mente Ar-
7 chid. *in d. c. fin. §. in præbendis, nu.* 6. *ver. ideo dixit Archidiaconus.* † Am-
plia; quia optio habet locum, etiam si Papa prouideat cum inhi-
bitione, & reseruatione facta de Canonicatu, & præbenda ad col-
lationem, prouisionem, & quamuis aliam dispositionem Episco-
pi, & Capituli, non censetur tollere optionem; quia non dicitur
spectare præbenda ad collationem Episcopi, neq; Capituli. Bald.
☞ *consil.* 177. *In Ecclesia Regina, lib.* 1. Vide alios casus Concl. prox. præ-
8 ced. †Limita; quia optio non habet locum in reseruatione spe-
ciali facta ad fauorem certæ personæ, quando motu proprio fuit
facta cum clausula, *non obstante*, Franch. ex mente Lap. *in d. c. fin. §. in*
præbendis, lib. 6. ver. si vero reseruatio, n. 6. Gem. *consil* 30. *n.* 8. *ver. aut re-*
seruatio fit specialiter. C. Zab. *consil.* 16. *in fin.* sequitur Staphyl. *de litter.*
9 *grat. ver. in super derogatur.* †Extende; quia optio non habet locum,
quando beneficium est specialiter reseruatum, & Papa p se ipsum
illud confert. Lap. *d. alleg.* 85. *n.* 4. *ver. quid ergo.* Archid. *in d. c. fin. de*
consuet. lib. 6. vbi etiam, quod consuetudo Capituli contra talem
10 reseruationem non valet. Gig. *de pens. q.* 63. *n.* 9. †Restringe, vt non
procedat limitatio, quando reseruatio esset specialis incerta, vel
prouisio incerta pro certa persona, puta de primo vacaturo; quia
tunc clausula, *motu proprio, & non obstante*, nihil operaretur. Gemi.
consil. 104. *per tot.* maxime *circa fin. ver. non obstant contraria*, sequitur
11 Staphyl. *de liter. grat. ver. in super derogatur.* †Limita; quia optio non
habet locum contra reseruationem generalem, vel specialem, qñ
optioni in specie, & consuetudini est derogatum, & de ea est fa-
cta mentio, *c. quamuis, & c. si propter, de rescript. lib.* 6. Franch. *d. c. fin.*
de consuet. lib. 6. *in* §. *in præbendis. n.* 6. *ver. aut reseruatio.* Gemin. *d. consil.*
30. *n.* 8. *ver. aut reseruatio fit ad petitionem.* Card. Zabarell. *d. consil.* 16.
12 *in fin.* plene Staphyl. *de liter. grat. d. ver. in super derogatur.* †Extende
hanc limitationem, vt procedat, etiam si reseruatio cum deroga-
tione esset facta, nedum à Papa, sed etiam à Legato. Feder. de Sen.
13 *consil.* 62. *n.* 4. *ver. si vero non consenserit.* †Limita; quia si Papa conce-
dat alicui priuilegium & specialem reseruationem optandi præ-
bendas cum derogatione, & postea alius successor conferat præ-
bendam alicui cum reseruatione speciali non facta mentione de
priuilegio, non habet locum optio quoad Canonicos; quia pri-
mus habens priuilegium optabit, prouisus vero habebit dimis-
sam ab optante. Geminian. *d. consil.* 30. *nu.* 9. *ver. hoc fundamento præ-*
14 *misso.* †Limita; quando in collatione Papæ de vacanti etiam non
reseruato apposita esset clausula, quæ de stylo consueuit appo-
ni, videlicet, *Non obstantibus quibuscunq; consuetudinibus, & statutis,*
per quæ hujusmodi collatio possit impediri, vel quomodolibet differri. Gem.
consil. 39. *n.* 5. *ver. sed quoad casum, & per tot.* vbi videtur velle, quod
ratio sit, quæ facit cessare optionem propter collationem Papæ,
non propter reseruationem, sed istud procederet, quando colla-
tio est ante optionem, alias secus, vt in Conclusione ,,xime præ-
☞ cedente, & ita Ancharan. *consil.* 405. *Quia, vt aut lex, in princ.* Vide,
15 *Optio quando præferatur, &c. Concl.* 166. †Limita, quando reseruatio
esset generalis; quia optio non habet locum in collatione de va-
canti reseruato generaliter, videlicet, quando reseruatio non est
ad fauorem particularis personæ. Franch. *d. c. fin.* §. *in præbenda, lib.*
6. *ver. super quo.* Lap. hic *num.* 6. *de consuet.* Geminian. *consil.* 30. *num.*
8. *ver. sed dicit Ioan. Andr.* Gig. *de pensio. quæst* 63. †Extende hanc li-
mitationem, vt procedat, quando reseruatio est generalis, siue
Papa prouideat, siue mandet prouideri de reseruato; quia tunc
non habet locum optio, quia reseruatio generalis derogat omni-
bus legibus. Gemin. *d. consil.* 30. *n.* 7. *ver. sed dicit Io. Andr.* C. Zabarell.
d. consil. 16. *in fin.* †Limita; quia optio non habet locum in Cano-
nicatibus, & præbendis vacantibus in Curia, *c. fin.* §. *in præbendis ver-*
ro, de consuet. in 6. Gem. *consil.* 39. *in princ. & per tot.* Card. Zab. *d. consil.*
16. *in princ.* †Canonistæ* omnes, maxime Anch. *c. fin. de consuet. in* 6.
6. *col.* 2. *in princ.* Staphyl. *de litter. grat. ver. in super derogatur. n.* 4. *&* seq.
vbi, quod non requiritur isto casu derogatio optionis. †Et quod
optio non habeat locum in reseruatis ,,pter vacationem in Cu-
ria; quia in eis non spectatur optio. Card. Zab. *d. consil.* 16. *Dominus*
Papa, in princ. †Extende, vt procedat, siue Papa conferat talia be-
neficia vacantia in Curia per seipsum, siue mandet per alium ,,-
uideri. Card. Zabar. *d. consil.* 16. *in princ. & in fin.* †Extende; quia et-
iam constitutio disgregans aliquid à præbenda, vacante Canoni-
catu, prout Cameram, vel habitationem, & disponens istud non
intelligi de præbenda vacante, non habet locum contra reseru-
tionem Papæ generalem, ob vacationem in Curia, neq; in reser-
uatione speciali motu proprio facta cum derogatione generali
consuetudinum, neq; quando reseruatio esset ad instantiam par-
tis cum derogatione speciali facta constitutioni, & consuetudini
de optando. Card. Zabar. *d. consil.* 16. *per tot.* maxime *in fin. n.* 3. *&* 4.
† Restringe, quando Papa non prouideret de vacanti in Curia
intra mensem; quia optio habet locum post mensem, ita Gig. *de*
pens. q. 63. *nu.* 11. †Limita, quando beneficium esset deuolutum ad
Papam. Anch. *d. c. fin. de consuet. in* 6. *col.* 2. †Limita; quia optans re-
seruatam non potest redire ad dimissam præbendam. Æneas de
Falco. *de reseru. in* 50. *effect.* †Limita; quia optio non habet locum,
qñ prouisus mittitur in possessionem præbendæ, q̃ posset optio
scientibus, & volentibus aliis Canonicis; quia videntur renun-
ciare iuri suo in hoc. Gem. *consil.* 39. *in fin. ver. si vero Papa.* †Declara
omnes limitationes, q̃ dicunt, optionem non habere locum in
reseruatis præbendis, vt non procedat respectu præbendarum
non vacantium, quæ dimittuntur; quia Papa non intendit illas
reseruare; ideo si vacat Canonicatus, & præbenda, & sit locus o-
ptioni, & antiquior Canonicus optet dimissa sua præbenda, non
potest impediri præbenda dimissa prætextu reseruationis; quia
non vacat. Zab. *consil.* 126. *nu.* 4. *& seq.* †Declara omnes limitatio-
nes; quia optio non habet locum in beneficiis generaliter reser-
uatis, in reseruatione vero speciali non habet locum optio, ſre-
seruatio est motu proprio, dummodo vtroque casu adsit genera-
lis derogatio statutis, & consuetudinibus; si vero reseruatio est
specialis ad instantiam partis, non habet locum optio, si in specie
est derogatum optioni, alias secus, ita Staphyl. *de litter. grat. ver. in*
super derogatur, num. 5. *& seq.* vbi allegat Zabarell. *d. consil.* 16. *& alios.*
Vide Concl. prox. præced. & Concl. prox. seq.

Optio non habet locum multis casibus, & quibus, & quando secus. Concl. 168.

OPTIO † non habet locum in præbendis permutatis secun-
dum veriorem opinionem, vt per Fed. de Sen. *consil.* 62. *Verum*
videtur per tot. & maxime *in princ. & n.* 3. *in fin. ver. determinat*, vbi
quod Guido de Baysio determinat in hac q. quod de stricto iure
valet optio, sed de æquitate secus, & ita* communiter pronun-
ciatur per Dd in consiliis, imo Lap. ibi *in apost. vlt. in ver. locum*, vbi
tenet, quod etiam de stricto iure non valet optio, allegat Paul. de
Eleazer. *in clem. vnica, de rerum permut.* †Contrarium Jo. Andr. *in c.*
fin. de consuetud. in 6. *in princ.* quem ibi sequitur Anchar. *col.* 2. *in fin.*
ver. & ex hoc, & Gemin. ibi per longam disputationem dicit tan-
dem *n.* 4. *in fin.* quod verior est opinio Jo. Andr. †Declara; quia si
permutatio est pro beneficio Ecclesiæ, non habet locum optio;
secus si fauore permutantium. Franch. *d. c. fin.* post Geminian. &
alios. †Amplia; quia optio non habet locum, quando permuta-
tio fit in fauorem iuris publici. Fed. de Sen. *d. consil.* 62. *in fin. vbi*
vero dubium. †Amplia, vt non habeat locum, etiam qñ Papa man-
dat conferri præbendam Titio, quam obtinet Mæuius, si Mæuius
illi renunciauerit. Feder. de Sen. *d. consil.* 62. qui loquitur sub ver-
bo forte, *in princ. ver. & forte posset dici.* †Contrarium tenet Lap. *d.*
post. 1. ad d. consil. Feder. in ver. expiraret. †Amplia, vt non procedat in
præbenda, q̃ est iuris patronatus. Feder. *d. consil.* 62. *col.* 2. *in princ.*

8 *pone quod aliqua præbenda.* † Amplia, vt non habeat locum in præbenda spectante ad collationem Episcopi, quando vna sola præbenda spectat ad collationem Episcopi; quia quasi nunquam cõferre posset. Fed. de Sen. *d.conſ.62.colum.2.in princ.ver. item pone ex-*
9 *emplum.* † Contrarium tenet Lap. *in additio. ad d.conſ. Feder. 62.in 2.*
apoſtill. incip. Vnam, vbi, quod poterit conferre dimiſſam, quæ ſuc-
10 cedit loco optatæ. † Amplia, vt non habeat locum optio in præbenda debita magiſtro, vel Epiſcopo eiuſdem Eccleſiæ, Feder. de Sen. *d.conſ.62. num.3.ver. item ſorte*, vbi loquitur ſub verbo, forte.
11 † Amplia, niſi per Papam, vel Legatum eſſet derogatum optioni; quia tunc non habet locum optio in quacunq; vacatione. Fed. de
12 Sen. *d.conſ.62.nu.4.ver. ſi vero non conſenſerit.* Amplia; † quia non eſt locus optioni, ſi collatio, & prouiſio fiat motu proprio. Feder. de
13 Sen. *d.conſ.62.in fin. ver. ſi vero in fauorem.* † Et quod optio non habet locum ſtante reſeruatione motu proprio facta. Put. *deciſ.4.lib.*
2. vbi, quod reſeruatio ſiue generalis, ſiue ſpecialis motu proprio facta, impedit optionem: ſecus ſi adinſtantiam partis; quia non tollitur optandi ius, niſi ſit dictum, & clauſulæ generales non ſuf-
14 ficiunt. Caſſad. plene *deciſ.4. de conceſſ. præb.* † Amplia in beneficio ſpecialiter reſeruato; quia non habet locum optio, *c.ſin. de conſuet.*
in 6. Lap. *alleg.85.n.4.ver. quid ergo*, quod intellige, quandó reſeruatio ſpecialis eſt de certo corpore; ſecus ſi de primo vacaturo; quia optio haberet locum, etiamſi reſeruatio eſſet motu proprio, &
15 cum clauſula, *non obſtante.* Geminia. *conſ.104. per tot.* † Declara tamen; quia ſi reſeruatur certa præbenda pro Titio Canonico, vt optet, licet ea vacans non poſſit ab alio optari, ſtante reſeruatio-
16 ne; tamen dimittenda per Canonicum optantem non erit reſerua-
ta. Zabar. *conſ.26.in fin.* † Amplia; quia ſtatutum Taruiſii iuratum de certo numero Canonicorum tribuens ius optandi, non habet locum in Canonico recepto contra ſtatutum iuratum, nõ
17 obtenta abſolutione. Fulg. *conſ.210. Pro euidentia ſciendum.* † Limita; quia non eſt locus optioni, quando permutatio fieret in fauorem iuris priuati; quia ex quo conſuetudo optandi eſt fauorabi-
18 lis, & permutatio odioſa, habet locum. Fed. de Sen. *d.conſ.62.in fin.*
ver. poteſt tamen in iſto caſu. † Limita; quia in beneficiis deuolutis habet locum optio; quia Papa confert deuoluta iure ordinario.
Franch. *in c.ſi.§. in præbendis. nu.6.ver. quid autem, de conſuet. lib.6.* vbi,
19 quod currunt 20. dies ad optandum à die ſcientiæ vacationis.
† Limita; quia reſeruatio Papæ de præbenda tanquam vacante; quia dimiſſa per optantem non impedit acceſſionem ad præbendam, cuius bona ſunt optata; quia cum non vacent præbendæ, prout ſunt tituli, & res ſpiritualis per optionem non poteſt habere locum reſeruatio, ſi Papa non ſpecificet, quod reſeruat bona.
Zabar. *d.conſ.126.n.4.vſque in fin.* vbi latiſſime declarat. Vide Concluſionem prox. præced.

Optio quando inducat vacationem præbendæ dimiſſæ, vel non. Concl. 169.

1 OPTIO † præbendæ vacantis facta per antiquiorem Canonicum inducit vacationem præbendæ dimiſſæ ipſo iure, ita quod poteſt ab alio impetrari, vel optari, quando adeptus fuit optans pacificam poſſeſſionem præbendæ vacantis, vel ſtat per eũ, quominus poſſeſſionem apprehendat. Bald. *conſ.450. Caſus talis*
2 *eſt. lib.1.* † Amplia, vt procedat, etiamſi poſt poſſeſſionem pacificam impediatur de facto optans; quia licet in optione proteſtatus fuerit nolle dimittere primam, niſi cum effectu conſequatur aliam vacantem; tamen dimiſſa vacat, non obſtante proteſtatione, ſi vacantem ſemel pacifice habuit, vel per eum ſtetit. Bald. *d.*
3 *conſ.450. per tot. lib.1.* † Contrarium in vtraque ampliatione tenet Card. Zab. *conſ.126. Vacarunt, n.4. vſque in fin.* vbi, quod per optionem nunquam vacat præbenda, prout eſt titulus, vel ius ſpirituale, ſed imo Canonici optantes retinent proprias præbendas, licet bona temporalia mutentur, & accedant præbendis optantium; & ideo non poteſt valere collatio Papæ, etiam præuia reſeruatione; quia non vacat præbenda, vt ſup.

Optio intra quantum tempus fieri debeat. Concl. 170.

1 OPTIO † debet fieri intra 20. dies de iure, *c.ſi. de conſuet. lib.6.* & iſtud tempus eſt vnicum omnibus. Zab. *conſ.105.n.2. & n.17.*
2 † Etiſti 20. dies non currunt ignoranti; quia tempus eſt vtile à principio, & continuum, poſtquam cæpit currere de momento ad momentum. Arch. *in d.c.ſin. de conſuet. lib.6. in ſi.* Io. Andr. in fin.
3 † Declara, quia ſi ſtatutum dat aliud tempus, illud debet ſeruari. Fulgoſ. *conſ.210. Pro euidentia*, vbi loquitur in ſtatuto Taruiſino.
4 † Contrarium, quando adeſſet expectans Apoſtolicus; quia non poteſt eſſe longius tempus; ſecus ſi non adeſſet expectans. Ioan.
Andr. *in d.c.ſi.n.3.col.2. de conſuet. lib.6.* † Extende in tantum optionem debere fieri intra tempus ſtatutum, vt ſi fiat poſt tempus, etiam antequam alii optent, quibus ſpectat optio, non valeat. Fulg. 5
6 *d.conſ.210. per tot.* quod eſt Henderici de Olano, & Fulgoſ. † Contrarium, quod imo lapſus 20. dierum non excludit optionẽ quoad ipſos optantes tantum, quando non interuenit expectans, vel prouiſus, ſub dubio tenet Anchar. *d.c.ſi. de conſuet. in 6.col.2.v. quan-*
7 *tum vero.* † Declara; quia tempus 20. dierum eſt commune omnibus; ſed tamen bene poteſt Capitulum præfigere certum tempus primo, vel ſecundo ad optandum, & valebit præfixio, Anch.
8 *d.c.ſi. col.2.ver. item nota de conſuet. in 6.* † Et lapſus termini 20. dierũ abſq; alia optione operatur recuſationem optandi. Anch. vbi ſup.
ver. item nota, quod ſi intra.

Optio operatur multa, & quæ. Concl. 171.

OPTIO † operatur, quod præbenda dimiſſa per optantem vacet, & poſſit conferri; quod tamen intelligas, vt ſupra, *Optio* 1
quando, & qualiter inducat vacationem. Concl.169. † Amplia; quia o- 2
peratur optio, vt exequutor datus ad conferendam præbendam primo vacaturam, cenſeatur datus ad conferendam præbendam dimittendam per optionem, quatenus optio ſequatur; ideo non poteſt conferre, niſi lapſo tempore conceſſo ad optandum. Gemin. *conſ.21. Præmitto pro declaratione, num.3. & 4.ver. ex hac 7.regula.*
† Amplia in tantum, vt ſi conferat primam vacantem præbendã, 3
quæ optetur, nedum ſit nulla collatio in iſta tanquam alteri debita, ſed etiam prouiſus non obtinebit præbendam dimiſſam per optantem, niſi ſibi fuerit collata per exequutorem poſt dimiſſionem intra menſem datum ad conferendum; quia requiritur collatio ſecundæ, ex quo ius non habuit in prima. Gemin. *d.conſ.21.n.*
6.ver. ex iis infertur, vſque in fi. vbi reprobat Lap. contrarium tenentem. † Contrarium tenet Lap. *in d.c.ſi. de conſuet. in 6.* quia imo prouiſus ab exequutore de præbenda, quę optetur, ipſe obtinebit ſe- 4
cundam dimiſſam per optantem. † Amplia; quia conſuetudo o- 5
ptandi habens ſuum ordinem, vt antiquiori Canonico conferatur, operatur, quod ſi fiat alteri præpoſtero ordine, non valeat. Ang. *conſ.111. Ordo conſuetudinis*, vbi, quod neq; nocet taciturnitas eius, cui debebatur beneficium ex ordine. † Amplia; quia opera- 6
tur etiam optio, quod non requiritur noua collatio; quia inhærens primæ collationi tranſit ad ſecundam. Gemin. *d.conſ.21.nu.8.*
ver. aut volumus, vbi recitat opin. pro vtraq; parte, & non eligit, ſed hanc partem tenet Rota, vt per Biſignet. *deciſ.5. de conſuet. Vtrum in eccleſia circa med. ver. determinatum fuit contrarium*, quæ duplicatur *in antiq. deciſ.10. de præb.* alias 577. *& deciſio.15. de conſuet. in antiq.* alias 666. Card. *conſ.126.* Caſſad. *dec.17. de præb. circa ſi.* vbi reprobat Ægid. *dec.63. & in nou. dec.6. de conſuet.* dicens, vel quod male loquuntur, vel intelliguntur, qñ præbenda eſt titulus beneficialis. Franch. in *in c.ſi.d.n.6. de conſuet.* & Pet. de Anch. ibi *col.2.v. opponitur*, vbi quod idem tenet ibi Io. And. quia collatio antiqua continuatur, & plenius ibi Ant. de Butr. *n.5. & ſeq.* & idẽ dicit Caſſad. *d.dec.17. de præb. inprin.* vbi dicit, quod continuatur ex eodem titulo, alias ſequeretur abſurdum, quod habens titulum nullum ex optione acquireret validum, & hanc communem * dicit Gigas *de penſio. q.63.n.15.* *
† Contrarium, quod requiratur noua collatio, tenet Rot. *in nou.* 7
deciſ.6. de conſuet. ver. ad probationem autem concluſionis, alias 460. Ægid. *dec.93. Fuit obtenta.* Gemin. referens opiniones pro vtraque parte *d.conſ.21.n.8. ver. non obſtat.* vbi allegat Io. de Lignano pro hac
parte *in d.c.ſin. de conſuet. in 6.* † Declara, vt per Caſſad. *d.deciſ.17. de* 8
præbend.n.2. & 4. & in fi. & per Biſignet. *deciſ.5. de conſuet.* vt requiratur noua collatio, quando præbendæ ſunt tituli beneficiales, alias non. † Amplia igitur primam opinionem, vt in optione non 9
requiratur titulus nouus, vt etiam excommunicatus poſſit optare. Rot. *in nou. dec.5. de conceſſ. præb.* alias 195. *in fin. Acceptatio facta*, ſequitur Caſſad. *d.dec.17.n.12.* Franch. late ponens authoritates *in d.*
c.ſi.n.6. de conſuet. lib.6. † Amplia; quia is, qui habet præbendam o- 10
neratã penſione, ſi optat aliam, liberatur à penſione primæ præbendæ dimiſſæ, ſi præbendæ ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ, alias ſecus. Gigas *de penſ. q.63. in prin. & per tot. am.* † Amplia primam opi- 11
nionem, quod optio non mutet titulum: neq; requirat collationem, vt imo ſola bona accedant de vna præbenda ad aliam; ideo non vacat præbenda dimiſſa, ſed vacant bona; quia accedunt alteri præbendæ. Zabar. *conſ.126.n.4. & ſeq. per tot.* vbi, quod propterea non cadit reſeruatio in præbendis per optionem dimiſſis; quia
non vacant, & *conſ.105.* quod eſt Collegii Paduani, *n.18.* † Limi- 12
ta; quia non valet optio ſine noua collatione, quando optans non habebat ius in prima præbenda dimiſſa. Biſignet. *d.dec.5. de conſuet.*
quæ duplicatur per Rotam *in antiq. dec.10. de præbend.* alias 577. *circa*
fin. ver. ſi ergo canonicus titulus.

Optio à pluribus fieri non potest, & quando secus. Concluſ. 172.

1 OPTIO † facta de eadem præbenda per plures non valet, niſi quoad vnum, & antiquiorem; quia non potest eadem præbenda per plures optari. Bald. *d. conſ. 26. Dum lis, & quæſt. num.*
2 *3. ver. ſed allegantes, lib. 1.* † Et quod antiquior Canonicus præferatur non antiquo, & posteriori in optione dicit clare text. *in d. cap. fin. de conſuet. lib. 6.* & plura ad hoc ibi adducit Prob. *in addit. ad Ioan.*
3 *Monach. num. 34. & ſeq.* † Limita vnico caſu ſingulari; quia ſi vacarent duæ præbendæ æquales, & iunior Canonicus optaſſet primo loco vnam, non poſſet primus Canonicus velle eandem, per tex. *in l. cum aurum. §. ſed ſi argenti, iuncta gl. in ver. optio. ff. de aur. & argent. legat.* vbi Bart. & alii, quem text. ſingularem dicit Probus *in addit. ad Ioan. Monach. cap. fin. de conſuet. in 6. num. 33.* allegat Roman.
4 qui hoc dicit *ſingul. 493. Legat teſtator.* † Contrarium tenet apoſtil.
5 ad *ſing. Rom. 493. in ver. Falſa eſt.* † Limita; quia bene poteſt ſecundus non antiquior optare ſub conditione, videlicet ſi primus non optauerit, ſed primo optante ſecunda conditionalis euaneſcit. Bald. *d. conſt. 26. num. 3 ver. ad ſecundum, lib. 1.* † Extende, vt imo 20. dies dati ad optandum ſit terminus omnibus momentaneus, non ſucceſſiuus, vt vnus habeat 20. dies, alius totidem, & omnibus eſt vnicus terminus. Zabar. *conſ. 105. nu. 17. & ſeq. & nu. 2.* vbi allegat *c. fi. de conſuet. in 6.*

Orationes, & ſuffragia Eccleſiæ pro quibus non fiant, & à quibus oblationes non recipiantur. Concluſio 173.

1 NON † eſt orandum pro eo, qui deceſſit impœnitens; quia
* orationes illi non applicantur, ſecundum communem * opinionem Theologorum, de qua atteſtatur Anton. de Butr. *conſil.*
2 *25. num. 11.* † Extende; quia ſuffragia illis non proſunt, neque ap-
* plicantur. Anton. de Butr. *conſ. 28. in fin.* vbi, quod eſt * communis
3 opinio Theologorum. † Amplia; quia à talibus morientibus ſine pœnitentia non recipiuntur eleemoſynæ, etiam in pias cauſas; quia licet recipiantur in vita; quia proſunt, vt conuertatur; ſecus eſt in morte. Ant. de Butr. *d. conſ. 25. col. fin. ver. non obſtat, & conſi. 28. in fin. ver. item quia animæ.*

Oratio imperfecta quando nulla, vel ſupplenda. Concluſ. 174.

1 ORATIO † imperfecta ſuppletur ex eo, quod deficit, & congruit, quando illud ſupplendum ita congruit orationi, vt nullum aliud ſic congruat, *l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de legat. 2.* veluti ſi in teſtamento teſtator dixit; *Titius eſto*; quia ſuppletur *hæres*; vel ſi dixit: *Titius hæres*; ſuppletur *eſto*, ita Caſtr. *conſ. 195. Viſis, &*
2 *conſideratis, col. fi. ver. item non obſtat l. cum pater, lib. 1.* † Extende idem, quando ex coniecturis poteſt apparere, quid voluerit ſuppleri.
3 Caſt. *d. conſ. 195. colum. 2. ver. nec obſtat illa l. triticum, lib. 1.* † Extende; quando oratio eſt perfecta, ſed obſcura; quia tunc, quod eſt magis veriſimile, attenditur, & ita procedit *l. ſemper in obſcuris. ff. de reg.*
4 *iur.* ita Caſtr. *d. conſ. 195. ver. nec obſtat, lib. 1.* † Limita, quando oratio eſt incerta, & imperfecta, & illud, quod debet ſuppleri, omnino eſt incertum; quia non valet ex defectu perfectæ intentionis non declaratæ: ideo habetur pro non diſpoſitione. Caſt. *d. conſ. 195. circa prin. ver. nunc eſt videndum, lib. 1.* Vide, *Supplere id, quod non legitur, eſt diuinare. Concl. 901.*

Oratorium quid ſit, & quis poſſit conſtruere, & quomodo, & quando priuatum, laicale, vel eccleſiaſticum. Concl. 175.

1 ORATORIVM † dicitur priuatus locus, in quo orari poteſt, & de licentia Epiſcopi poteſt celebrari. Lap. *alleg. 42. num. 2. ver. ſecundo caſu.* vbi quod differt ab Eccleſia in multis, iuxta not. *in c. fin. de cenſib.* Cardin. Zabar. *conſ. 8. Quidam ſyndicus*, vbi, quod ſi eſt conſtructum de licentia Epiſcopi, poteſt in eo Miſſa celebrari, dummodo non ſolemniter; ſi vero ſine licentia Epiſcopi, non
2 poteſt in eo Miſſa celebrari ſine licentia Epiſcopi. † Adde, quod talia oratoria poſſunt haberi in locis priuatis cum altari viatico de licentia Epiſcopi, & ſunt loca laicalia non ſubiecta Epiſcopo, nec tenentur ad decimas Papales, nec poſſunt collectari, quando in eis non inſtituitur Rector, nec ſunt fundata de licentia Epiſcopi, qui primum lapidem ponere debet. Fed. de Sen. *conſ. 151. n. 5. ver.*
3 *ſed monaſterium.* Card. Zab. *conſ. 11. per tot.* † Amplia, quod ſimilia oratoria prophana, & non fundata authoritate Epiſcopi poſſunt deſtrui, & in eis ſtantiæ fabricari abſq; alia licentia. Feder. de Sen. *d. conſ. 151. col. fin. ver. præterea caſus iſte*, Cardin. Zab. *d. conſ. 11. Quædam ſocietas, num. 6.* † Extende; quia Eccleſia vel oratorium in palatio magni domini præſumitur locus prophanus, & non eſt locus religioſus, neq; Epiſcopo ſubeſt, niſi probetur fundata authoritate Epiſcopi Angel. *conſ. 384. Praximus q. in princ.* † Amplia; quia æque licet poteſt quilibet oratorium priuatum in domo ſua, & in illis licitū eſt orare; non tamen celebrare ſine licentia Epiſcopi, Card. Zab. *d. conſ. 8. in prin.* Io. de Sylu. *in tract. de beneſ. 1. parte, q. 7.* Contrarium Vide, *Eccleſia, &c. Concluſ. 23.* † Extende, vt etiam Hoſpitale poſſit quilibet ædificare in domo ſua. Card. Zab. *conſt. 13. in Ciuitate Vrbinaten. nu. 2.* † Declarat Roman. *conſ. 409. Quoad primum, nu.*
10. *ver. quoad tertium*, vt in Hoſpitali conſtruendo requirantur conſentia Epiſcopi, alias conſtrui non poteſt; ſecus in Hoſpitali mere prophano, dummodo non habeat formam Eccleſiæ. † Reſtringe, quando de licentia Epiſcopi eſſet fabricatum, quia tunc eo poteſt orari, & Miſſa celebrari ſine licentia Epiſcopi, & tunc non erit priuatum, Cardin. *d. conſ. 8. in prine.* dummodo non celebretur ſolemniter, neq; diebus ſolemnibus feſtiuis, vt ibi per eum, vbi, de quibus diebus feſtiuis intelligatur. † Declara, niſi eſſet oratorium priuatum magnorum dominorum, in quibus celebrantur; & tamen poſſunt demoliri, & alienari, prout etiam loca deputata ad vſum Hoſpitalis, niſi cum authoritate Epiſcopi fuerint fundata. Card. Zab. *d. conſ. 13. nu. 3. ver. ad hoc.* † Amplia, vt imo oratorium in Hoſpitali prophano exiſtens accedat Hoſpitali in tantum, vt non minus per laicum regi poſſit Hoſpitale cum oratorio, quam ſine. Feder. de Sen. *d. conſ. 151. n. 5 ver. ad hoc facit.* † Limita; quia oratorium etiam conſtructum de licentia Epiſcopi, licet in eo nō poſſit celebrari Miſſa diebus ſolemnibus; tamen non erit priuatum, ſic videtur innuere Card. Zab. *d. conſ. 8.* vbi dicit priuatum eſſe oratorium, quando ſine ſcientia Epiſcopi eſt ædificatū, quaſi innuat contrarium, ſi de licentia Epiſcopi; quin primo caſu in eo celebrari non poteſt Miſſa ſine licentia Epiſcopi: ſecundo caſu non requiritur licentia, & expreſſe hoc idem dicit Card. *conſ. 11. Quædam ſocietas, n. 5. ver. vbi pro vltima concluſione.* ſequitur Rocch. de Curt. *in tract. de iur. patr. in ver. conſtruxit, q. 19.* † Reſtringe tamen; quia oratorium conſtructum authoritate Epiſcopi, non erit publicum, ſi in fundatione facta per laicos fuit expreſſe actū, quod remaneret priuatum, & prophanum. Card. Zab. *d. conſ. 11. per tot.* vbi eſt caſus, ſequitur Felin. *in c. de quarta. nu. 12. ver. tertia declaratio, de præſcript.* Rocch. de Curt. *in tract. de iure patr. in ver. conſtruxit. q. 19.* vbi alios allegat. † Licentia parochiani requirium in conſtructione oratorii, in quo Miſſa celebrari poſſit; ſi tamen Epiſcopus videt ſubeſſe cauſam, poteſt concedere talem licentiam etiam ſine Rectore parochiæ; quia poſſet etiam conſtruere eccleſiam in præiudicium parochiæ ex cauſa. Card. *d. conſ. 8. num. 3.* † Limita; quia religioſi relicti exequutores ad conſtruendum oratorium in domibus teſtatoris non poſſunt illud conſtruere ſine licentia Epiſcopi Rom. *conſ. 235. Quoad primum, col. 3. n. 4. ver. tertio, an ipſis fratribus.* Vide. *Hoſpitale conſtruendum. &c. Concl. 171.* Vide *Oratoria publica, &c. Concl. 178.*

Oratorium differt ab Eccleſia, & in quibus. Concluſio 176.

DIFFERT † oratorium ab Eccleſia; quia eccleſia dicitur, quando certa dos illi eſt aſſignata pro ſacerdote & clericis, qui ibi ſeruiunt, & pro aliis eccleſiæ neceſſitatibus; Oratorium, quando habet dotem, & ſi eſt conſtructum ſine Epiſcopo, non poteſt in eo Miſſa celebrari ſine licentia Epiſcopi; ſi vero cum licentia eſt conſtructum, poteſt in eo Miſſa celebrari, non ſolemniter, neque diebus feſtiuis. Card. Zab. *conſ. 8. circa princ. ver. pro præmiſſis eſt obſ.* † Extende; quia vbi eſt inſtituta certa perſona in Rectorem, tunc oratorium dicitur eccleſia, & poteſt viſitari ab Epiſcopo, & ideo cauere debent habentes oratoria priuata, ne illa reducantur ad faciem eccleſiæ, & quod non aſſignent dotem, neq; in eam inſtituant certum Rectorem; quia cenſeretur eccleſia. Card. *conſ. 11. in fin. ver. caueant autem.*

Oratorium priuatum non poteſt viſitari ab Epiſcopo. Concl. 177.

NON † poteſt viſitari oratorium ab Epiſcopo, quando eſt priuatum, neq; poteſt Epiſcopus exigere procurationes, ſiue ſit publicum, ſiue priuatum, quando non eſt in eo certa perſona celebrandum deputata. Card. Zab. *conſ. 11. in prine.*

Oratoria

Oratoria publica, & priuata quando dicantur, & in quibus differant. Concl. 178.

1 ORATORIVM †dicitur publicum, quando est constructum authoritate Episcopi, & eo casu possunt in eo celebrari Missæ non cantatæ, neq; diebus solemnibus. Card. Zabarell. *consil.* 11.
2 *Quadam societas, n. 5. ver. vbi pro victima.* †Declara tamen; quia si esset expresse reseruatum in authoritate Episcopi, quod esset priuatum, & locus prophanus; tunc authoritas Episcopi non faceret
3 publicum. Card. Zabar. *d. consil.* 11. *per tot.* vbi est casus. †Priuatum dicitur, quando fuit ædificatum sine authoritate Episcopi, & tali casu, licet possit orari in eo; non possunt tamen Missæ celebrari. Card. Zabar. *consil.* 8. *Quidam syndicus, in princ.* & plenius *consil.* 11. *n.*
4 *5. ver. oratoria vero.* †Declara tamen; quia in istis priuatis oratoriis sine authoritate Episcopi erectis, & constructis potest celebrari Missa diebus non solemnibus, neq; cantata de licentia Episcopi.
5 Card. Zabar. *d. consil.* 8. *in princ. & consil.* 11. *in princ.* †Declara tamen, quia Ecclesia ædificata in palatio magni domini non præsumitur locus religiosus, sed prophanus; ideo Episcopo non subest. Ang.
6 *consil.* 384. *Paxinus q. in princip.* †Restringe; quia priuatum oratorium præsumitur publicum, si habet signa Ecclesiæ, prout campanile cum campanis, vel campana publica, secus si haberet campanellam priuatam. Card. Zabar. *d. consil.* 11. *in fin.* vbi dat cautelam, quod cauteant laici habentes priuatum oratorium, ne illud redu-
☞ cant ad faciem Ecclesiæ. Vide, *Ecclesia, & Ecclesiastici, &c. Concl.* 21. Vide, *Hospitale quando dicatur, &c. Concl.* 158. *& Concl. ibi prox. sequent.*
7 †Differunt in multis oratorium publicum, & priuatum; quia in publico potest Missa celebrari, in priuato secus. Cardin. Zabar. *d.*
8 *consil.* 8. *& consil.* 11. *per tot.* † Secunda differentia est; quia oratorium publicum est sacrum, & non potest prophanari; priuatum vero dicitur prophanum, & potest vendi, & deuastari sine vlla li-
☞ centia. Card. Zabarell. *d. consil.* 11. *num.* 6. *ver. item etiam.* Vide, *Oratorium quid sit, quis possit construere. Concl.* 175.

Ordinare, & disponere quid importent. Concl. 179.

1 ORDINARE †& disponere habent locum in iudicio, & extra iudicium, & sumuntur ista verba late „p omni actu circa rem aliq̃ exercendo, *c. deliberatione, de off. Leg. in* 6. late Fed. de Sen. *consil.*
☞ 195. *In Christi Nomine Amen, in princ.* vbi, quod verbum, *Ordinare*, & verbum, *disponere*, important vnionem. Vide, *Disponere & ordinare quid importent. Concl.* 482.

Ordinationes, & statuta diuersarum Ecclesiarum. Concl. 180.

1 ECCLESIA †Pictauen. ex Constitutione Clementis Papæ V. habet duas curias; vna est propria Episcopi; alia communis est Episcopo, & Capitulo. Oldrad. *consil.* 186. *Primum dubium*, vbi, quod „pterea Episcopus prædictus non prohibetur erigere ter-
☞ tiam curiam, si ipsi placet. Vide, *Statuta diuersarum, &c. Concl.* 521.

Ordinata ad vnum finem non debent contrarium operari. Concl. 181.

1 ORDINATA †ad finem boni non debent malum operari. Gemin. *consil.* 126. *num.* 2. *ver. item ordinata.* Vide, *Fauorabilis dispositio, &c. Concl.* 90. Vide, *Inducta ad vnum finem, &c. Concl.* 103.

Ordinarium remedium excludit extraordinarium, & quando secus. Concl. 182.

1 ORDINARIVM †remedium excludit extraordinarium; ideo non competit officium iudicis minori tanq̃ subsidiarium, vel extraordinarium, vbicunq; actio certa, & remedium ordinarium competere potest, *l. in causa, in princ. ff. de minor.* Abb. *consil.* 29.
2 *In quæst. n. 1. lib.* 2. †Extende; quia minor debitor ex sententia, & re iudicata, si patitur missionem ex primo decreto ob cõtumaciam, non restituitur, q̃n est pubes, & fuit citatus; qa habet remedium ordinarium soluendi; imo neque restituitur res, in qua est facta missio, licet velit cauere de iudicio sisti, & reficere expensas. Abb.
3 *d. consil.* 29. *in fin. ver. quoad tertium, lib.* 2 †Declara, vt procedat in causis minorum; secus est in aliis; quia officium iudicis potest implorari, & deduci in libello, & competit etiam, vbi competit certa actio, & ordinarium remedium. Calderin. *consil.* 132. alias 2.
4 *de libell. oblatio.* †Extende; quia minor, & mulier ex capite ignorantiæ non restituitur in integrum, quando habet remedium ordinarium; quia restitutio in integrum dicitur extraordinarium remedium, quod non habet locum, quando habet locum ordinarium. Alexand. *consi.* 207. *num.* 6. *in fin. ver. item etiam, lib.* 7. † Am- 5
plia, vt ordinarium remedium excludat extraordinarium, vbicunque per ordinarium est satis consultum sine extraordinario, *l. qui bona fide. §. si quis opus*, vbi Bart. *ff. de damn. infect. num.* 2. *ver. aut per ordinarium.* † Amplia; quia vbi quis potest habere intentum 6
per remedium ordinarium, non debet admitti ad extraordinarium; ideo actor volens examinare testes ad perpetuam rei memoriam non est admittendus, ex quo potest agere via ordinaria, & non incipere à probationibus. Bald. *consil.* 17. *Factum sic proponitur, lib.* 4. †Extende; quia non est deueniendum ad remedium fa- 7
cti, quando adest remedium iuris: Roman. *consil.* 71. *Visis dubijs, colum. fin. num.* 6. *ver. vbi n. habemus.* † Amplia; quia quando competunt plura remedia, vnum de iure communi generali; aliud iure 8
speciali, tunc non est locus remedio speciali; ita Alex. *consil.* 168. *Visis, & ponderatis, nu.* 19. *ver. respondeo, quod quamuis, lib.* 7. vbi, quod is, qui potest succedere ex successorio edicto remedio generali, non potest venire ex iure transmittendi ex iure speciali concesso. †Limita; quia imo extraordinarium remedium concurrit cum 9
ordinario, quando pinguis prouidet. Oldrad. *consi.* 302. *in fin. num.* 12. *ver. de eo*, & hoc sentit Bart. *in d. l. qui bona. §. si quis opus. ff. de damn. infect. num.* 2. Alexand. *d. consil.* 207. *Domine Alex. in fin. num.* 10. *ver. secundo quia dico, lib.* 7. vbi dicit *communem. †Limita; quia ordi- *10
narium non excludit aliud ordinarium competens ad diuersa, vel diuersum effectum. Bart. *d. l. qui bona, in §. si quis opus, in princ. ff. de damn. infect.* †Limita in extraordinario, quod non excludit extra- 11
ordinarium remedium, neque ordinarium competens ad diuersa. Bart. *d. l. qui bona. §. si quis opus, in princ. ff. de dam. infect.* †Limita; 12
quia ordinarium remedium excludit extraordinarium in casu *l. in causæ. ff. de minor.* secus est in aliis casibus, ita Guido Pap. *dec.* 362. *Vtrum officium, colum.* 3. *ver. nec præmissis obstat.* Vide, *Subsidiarium remedium. Concl.* 770.

Ordinaria differunt ab extraordinariis, & quando. Concl. 183.

ORDINARIA †differunt ab extraordinariis; quia diuerso 1
iure censentur. Signorol. *consil.* 255. *n.* 3. †Amplia; quia in ex- 2
traordinariis non seruatur ordo datus in ordinariis, nisi dicatur, aliqua similia dicit Signorol. *d. consil.* 255. *per totum.*

Ordinarius iudex, & delegatus quo iure vtatur in dubio. Concl. 184.

ORDINARIVS †& delegatus, qui vtroque iure potest facere 1
eundem actum, vtroque iure fecisse censetur, & maxime ordinario, quando vna iurisdictio aliam non impedit. Oldrad. *consil.* 257. *nu.* 10. vbi loquitur in vnione facta ab Episcopo, cui etiam erat demandata per Papam, vt etiam iure ordinario illam fecisse intelligi debeat, & ibi multa de hoc. †Limita, quando iudex ordi- 2
narius non processisset, vt ordinarius, sed vt delegatus; quia si constat, non substineretur actus iure ordinario factus. Oldrad. *d. consil.* 257. *num.* 10. *ver. veterum.*

Ordinarius loci quis dicatur, & de quo intelligatur. Concl. 185.

ORDINARIVS †loci dicitur, qui habet iurisdictionem suo iu- 1
re, non alieno beneficio, *l. more. ff. de iurisd. omn. iud.* †Et in ma- 2
teria visitationis dicitur ordinarius is, q̃ alias cessante exemptione in loco haberet visitare, ita Card. Zabar. *in clem. attendentes, n.* 2. *& 5. not. de stat. Monach.* †Imo quod in materia visitationis ea, quæ 3
committuntur locorum ordinariis, intelligantur commissa solis Episcopis Diœcesanis, & non Capitulo, sede vacante, neq; aliis, tenet Lap. Abb. S. Miniati *inter consil. Feder. de Sen.* 291. *Domine mi, per tot.* vbi hoc extendit etiam in aliis casibus. †Et intelligitur or- 4
dinarius etiam de inferiori ab Episcopo, si materia est adaptabilis. Gemin. *in c. ordinarij, num.* 5. *de offic. ordin. in* 6. sed regulariter ordinarius loci est Episcopus, *d. c. ordinarij*, & ibi glos. Vide, *Episcopo quæ competant. Concl.* 303.

Ordines plures Religionum sunt in Ecclesia Dei, & qui sint. Concl. 186.

ORDINES †religionum principales sunt in Ecclesia Dei, de 1
quibus omnibus plenius. Vide, *Religio est vna. Concl.* 131. *cum multis Conclusionib. singulorum ordinum ibi sequentibus.* †Ordines eius- 2

dem religionis aliquando plures, aliquando vnitatem faciunt, licet viuant sub diuerso habitu, & modo, & hoc est secundum* communem hominum opinionem ; nam plures sunt sub regula S. Augustini, plures sunt sub regula S. Benedicti diuersimode viuentes ; & tamen quandoque reputantur eiusdem ordinis, quando-* que non, secundum communem* opinionem. Ægid. Bell. *consil.* 3 32. *n.* 18. *& seq.* †Declara tamen ; quia si agatur de translatione, & materia odiosa, prout est dispensatio, semper diuersus erit ordo, quando viuit cum alio habitu, vel diuerso modo, vel quando stylus Curiæ habet pro diuersis ordinibus, prout est ordo Cassinensis, & Cluniacensis, qui tamen ambo sunt Sancti Benedicti, sed de stylo sunt diuersi ordinis. Ægid. *d. consil.* 32. *num.* 22. *& 23.*

Ordinum collatio quando arguat subiectionem ordinati, & quando non. Concl. 187.

1 COllatio †ordinum facta ab Episcopo alicui habenti dignitatem arguit, eundem ordinarium esse subiectum, sitanq; suo subdito ordines sunt collati, & recepti. Oldr. *consil.* 244. *n.* 21.
2 *ver. quintum similiter.* † Amplia, vt idem sit, si vigore licentiæ ab ordinario obtentæ fuerit ordinatus ; quia parem subiectionem arguit licentia effectuata. Oldrad. vbi supra *consil.* 244. *n.* 21. *ver. quin-*
3 *tum similiter.* † Limita, quod ordinum collatio simpliciter facta exempto non arguit subiectionem ; quia etiam exemptus recipit
4 ordines à suo Episcopo. Oldrad. *d. consil.* 244. *num.* 21. †Limita in sola licentia data suscipiendi ordines ; quia si non fuit effectuata, & non constat, quod receperit ordines, non arguit subiectionem. Oldrad. *d. consil.* 244. *num.* 21. *ver. quintum similiter.*

Ordinatus à non suo Episcopo quando præsumatur de licentia proprii Episcopi, vel non, & valeat. Concl. 188.

1 ORdinatus à non †suo Episcopo, præsumitur de licentia sui Episcopi ordinatus. Oldr. *consil.* 215. *col. fin. n.* 9. *ver. dein-*
2 *de opponitur.* † Amplia ; quia celebrans Missam coram suo Episcopo præsumitur ab eo ordinatus. Fed. de Sen. *consil.* 61. *n.* 3. *ver. item*
3 *ad probandum.* †Regula tamen est contraria, quod vnus Episcopus non potest ordinare alienum subditum sine licentia proprii Episcopi, & ordinando Episcopus est suspensus per annum ; ordinatus v. est ipso iure suspensus ab exequutione ordinum, licet non irregularis, & indiget dispensatione. Franc. Marc. *decis. Delphin.*
4 1005. *per totam. lib.* 1. †Declara tamen ; quia si ordinans cogitaret proprium Episcopum ratum habiturum, & ratum haberet, non
5 requiritur dispensatio cum promoto, & ordinans nullam incurrit pœnam. Franc. Marc. *d. dec.* 1005. *in princ. lib.* 1. †Limita ; quia bene valet ordinatio ab Episcopo alieno de licentia proprii Epi-
6 scopi. Roland. à Vall. *consil.* 4. *n.* 18. *lib.* 1. †Extende ; quia imo valet licentia vicarii generalis, & ita seruatur, quod illi detur facultas.
☞ Roland. *d. consil.* 4. *num.* 19. *lib.* 1. Vide, *Actus. Concl.* 136.

Ordines quot sint, & qui sint sacri, & à quibus conferri, & suscipi possint, vel non. Concl. 189.

1 SEptem †esse ordines dicit Felin. *in c. dilecta, n.* 5. *de maior. & obed.*
& minores sunt quatuor, qualiter conferendi. Vide *Concil. Tri-*
2 *den. sess.* 23. *de reform. c.* 11. *& seq.* †Ordo sacer est Subdiaconatus, *c. à*
3 *multis, de etat. & qualit.* †Habet annexum votum ordinis, q̃ idem est, quoad continentiam cum voto religionis ; & ideo ordinatus in sacris non pōt contrahere matrimonium ; q̃a tales ordines habent annexum votum castitatis. Cald. *consil.* 463. alias *vnico, qui cle-*
4 *ric. vel vouen.* †Declara ; quia ordines sacri licet habeant annexum votum castitatis, & non possit ordinatus in sacris contrahere matrimonium, & contrarium dirimat ordo sacer præcedens ; tamen istud est de iure positiuo ; quia antiquitus in primitiua Ecclesia licebat contrahere matrimonium. Castr. *consil.* 102. *Videndum, n.* 3.
5 *ver. primum est, lib.* 2. vbi, q̃ Papa potest huic iuri derogare. † Conferri non potest ordo sacer, nisi ordinatus sit supra pubertatem, sicut non potest profiteri religionem ; quia valet argumentum de vno ad aliud. Calder. *d. consil.* 463. *ver. in contrarium,* alias *vnico, q.*
6 *cleric. vel vouen.* † Hodie ex forma sacri Tridentini Concilii ordo Subdiaconatus requirit ætatem annorum 22. Diaconatus annorum 23. Presbyteratus annorum 25. *sess.* 23. *de reformat. c.* 12. †Dia-
7 conus est ordo sacer etiam secundum antiquos Canones. Mandos. *in reg. Cancell.* 24 *quæst.* 1. *n.* 68. †Presbyteratus est etiam ordo
8 sacer secundum antiquos Canones, Mandos. ibid. † Reperiuntur tamen alii ordines, qui non imprimunt characterem, sed sunt
9 potius quædam benedictiones, prout in monialibus ; quia aliquæ ordinantur Diaconissæ, non quod sint in ordine, sed quod tanquam benedictæ possint cantare solemniter officium, vel lectiones. Felin. *in c. dilecta, nu.* 4. *& seq. ver. sed dices,* vbi, quod potest legere Euangelium ad matutinum solemniter. †Ordo Episcopa-
10 lis maior est in Ecclesia quocunque ordine ; ideo Episcopus dicitur maior Cardinale in ordine, licet maior sit Cardinalis Episcopo in officio, ita Bart. *in l.* 1. *§. si quis. ff. de appellat.* sequitur Hieronym. Tort. *in consil. suo post consil. Ant. de Butr. num.* 2.

Ordines sacros qui suscipere teneantur, vel non, & quam pœnam incurrant non suscipientes. Concl. 190.

ORdinari †debent omnes obtinentes beneficia, vel dignitates requirentes ordines sacros intra tempus à iure statutum, & monitus p superiorem si non ordinetur, debet, & potest priuari, & hoc procedebat de iure antiquo *in c. cum in cunctis, de elect.* † De iure nouo absque monitione statutum fuit, quod obtinentes parochialem intra annum deberent promoueri à die regiminis ad Sacerdotium, si legitimo impedimento detenti non fuerint, alias incurrant priuationem ipso iure, *c. licet canon de elect. in* 6. † De iure nouissimo ; quia dubium erat, an etiam parochiales, quæ essent dignitates, comprehenderentur, fuit statutum, quod solum obtinentes parochiales comprehendantur, non autem obtinentes dignitates parochiales, *in c. statutum, de elect. in* 6. vbi dicitur, quod *d. c. licet canon.* tanquam odiosum non debet extendi ad dignitates. Gemin. *consil.* 131. *ver. secundo præmitto, in prin.* † Ultimo loco superuenit constitutio Concilii Constantiensis, sub Martino V. per quam reuocantur omnes dispensationes de non promouendo, statuens, quod obtinentes Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Conuentuales, Decanatus, Archidiaconatus, & alia quæcunq; beneficia, quibus certus ordo debitus est, vel annexus intra sex menses à die publicationis d. constitutionis, & qui in posterum obtinebunt intra terminum iuris, faciant se consecrari, benedici, aut ordinari, alioquin sint ipsis Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis ipso iure priuati, & aliis libere conferantur, cæteris constitutionibus circa hoc editis in suo robore duraturis. † Hæc constitutio non corrigit *d. c. statutum, de elect. in* 6. quoad dignitates collegiatas, & principales, quia, dum exprimit Ecclesias, intelligitur de simplicibus ; dum dicit Monasteria, intelligitur de Ecclesiis secularibus : dum dixit Prioratus, Conuentuales, intelligitur de regularibus : dum dicit de Decanatu, & Archidiaconatu, in hoc voluit non requiri monitionem : dum dixit, & alia quæcunq; beneficia, intelligitur secundum materiam præcedentium, & sic non comprehendit dignitates collegiatas, & principales. Gem. *consil.* 131. *Præmitto, portor.* vbi inserit constitutionem, & est casus consilii. † Amplia, quia *c. statutum, de elect. in* 6. dum disponit, quod habentes dignitates etiam parochiales non sint priuati, etiam si intra annum non sint promoti ad Sacerdotium ; quia ad eas *c. licet canon, eod. tit.* non extendit, tuetur ēt, & comprehendit dignitatem collegiatam, licet non habeat ius parochiale, neq; iurisdictionem spiritualem, sed temporalem tantum. Gem. *consil.* 132. *Super, in princ.* † Amplia ; quia sacros omnes ordines, & inclusiue presbyteratus requirunt omnes parochiales Ecclesiæ, *d. c. licet canon, de elect. in* 6. †Ideo parochialem Ecclesiam obtinentes promoueri debent ad sacerdotium intra annum, alias parochialis Ecclesia vacat ipso iure, *d. c. licet canon, de elect. li* 6. † Amplia, vt procedat etiam in Prioris conuentualium, qui Monachis dantur in titulum ; quia licet sint dignitates tales Prioratus ; tn̄ si habent curam animarum, debent promoueri sub eadem pœna priuationis, prout parochiani, *cle. 1. §. cæterum, de stat. Monach.* † Declara tn̄ ; quia tempus ordinandi intra annum, & tempus consecrandi intra sex menses non currit, nisi à die adeptionis possessionis Ecclesiæ, vel maioris partis curæ animarum, licet, quoad maiorem partem bonorum temporalium possessionem non habeat. Gem. *consil.* 62. *Circa thema, in pr. & conf.* 78. *n.* 5. *ver. nec obstat,* vbi dicit communem* opinionem, & q̃ sic est quoad vacationem primi incompatibilis ; q̃a requiritur possessio maioris partis bonorum temporalium, & hanc* veriorem inter opiniones dicit idem Gem. *consil.* 125. *n.* 7. *& 8. ver. super tertio.* † Amplia in Præpositura, & omni alia dignitate, vel Ecclesia habente exercitium curiæ pœnitentialis, *c. 1. de etat. & qualit. cum in cunctis, de elect.* †Restringe, quando Præpositura, vel alia dignitas non careret exercitio curiæ pœnitentialis, vt si haberet solum immediationem intemporalib. vel ratione contentiosi fori, vt excommunicare, visitare, corrigere, & similia. Gem. *consil.* 132. *n.* 4. *& seq. ver. super secundo.* † Restringe, vt idem sit, quando hoc esset inductum de consuetudine ; quia consuetudo potest inducere, vt quis non arctetur ad ordines suscipiendos annexos dignitati, maxime, quando dignitas non habet curam pœnitentialem. Gem. *d. consil.* 132. *n.*

14 132.n.5.& seq.ver.sed quia punctus.† Declara; quia si Præpositura est dignitas, & collegiata Ecclesia, requiritur monitio, alias non ordinatus non est priuatus ipso jure, sed bene post monitionem.
15 Bald.consi.484. Quidam in minoribus, lib.1.† Limita; quia Diaconatus ordinem habet annexum Archidiaconatus; quia non habet curam fori pœnitentialis, sed fori contentiosi, c. vt nostrum, de offic.
16 Archid. Gemin.d.consil.132.n.4.& seq.ver. super secundo.† Extende, vt idem sit in omni alia dignitate ad exemplum hujus, quæ non habem curam fori pœnitentialis, sed solum fori contentiosi; quia pariter considerato officio non habet annexum à simili, nisi ordi-
17 nem Diaconalem. Gemin.d.consil.132.n.4.& seq.ver.secundo.† Limita in Præposituris, & alijs dignitatibus Canonicorum regularium etiam habentibus curam animarum; quia licet subsit eadem ratio, q̃ in Prioratibus; tamen non fit extensio. Fed.de Sen.consil.
25. Casus talis est, vbi habes pro hac opinione consilium annexum Joa. Andr. in fin. quia clem.1.de stat. Monach. loquens de Monachis non extenditur ad Canonicos regulares, & loquens de Prioratibus non extenditur ad Præposituras, & dignitates non expressas.
18 †Contrarium ibi inscritur consi.d.Petri de Tuderto, qui tenet, quod imo talis constitutio loquens de regularibus extenditur ad Canonicos regulares, & loquens de Prioratibus extenditur ad alias dignitates, vbi reprobatur Fed. sed postea ipse reprobatur à Fed.
19 & Joan. Andr.† Limita in alijs dignitatibus secularibus etiam habentibus curam animarum, vel etiam parochialem annexam; quia si sunt dignitates, non terentur promoueri, nisi primo moneantur, & in eis non habet locum d. c. licet canon, tanq̃ odiosum,
☞ c.statutum, de elect.in 6. Vide, Consecrationis tempus, &c. Concl. 744.

Ordinatus per saltum, quorum efficiatur incapax. Concl. 191.

1 ORDINATVS† per saltum non habet exequutionem suorum ordinum, ideo efficitur incapax beneficij Ecclesiastici. Gem. consil.91.n.2.ver.nec etiam testes, & n.3. vbi etiam, quod debens probare se clericum; quia actor est, non obtinebit probando se Presbyterum; quia potuit esse promotus per saltum. Vide Conclu-
☞ sionem proxime sequentem.

Ordinatus quando careat exequutione ordinum, vel non. Conclus. 192.

1 ORDINATVS† non habet exequutionem suorum ordinum, si est excommunicatus; & ideo est incapax beneficii Eccle-
2 siastici. Gem. consil.19.n.3.† Amplia in promoto per saltum; quia non habet exequutionem suorum ordinum, & est incapax bene-
3 ficij Ecclesiastici. Gemin. consil.91.n.2.ver. nec etiam testes, & num.3.
3 †Amplia in suspenso, vel irregulari; quia non habet exequutio-
4 nem suorum ordinum. Gemin. consil.133. per tot.† Amplia in promoto ab alieno Episcopo, sine licentia sui Episcopi; quia dicitur suspensus ipso iure, licet non irregularis, & indiget dispensatione.
5 Franc. Marc. dec. Delphin. 1005. in fin. num.9.† Declara tamen; quia non procedit, si proprius Episcopus ratam haberet ordinationem. Franc. Marc. d. dec. 1005. in princ. Vide Concl. prox. præced. & Concl. prox. seq. Vide, Inhabiles ad beneficia. Concl. 135.

Ordinari qui non possint, & ex quibus causis. Concl. 193.

1 LAICVS† de populo interdicto non potest ordinari, etiam si efficiatur familiaris Episcopi alieni, & ordinatus non recipit exequutionem suorum ordinum, tanquam interdictus, & etiam
2 quia sine licentia proprij Episcopi. Fed. de Sen. consil.147. in princ.† Declara tamen; quia à suo Episcopo, vel etiam ab Episcopo alieno ordinari posset de licentia proprii Episcopi, quando bono zelo moueretur ad suscipiendos ordines, & cessaret omnis suspi-
3 cio. Feder. de Sen. consil.32. circa fin.† Et idem, quando sine fraude sunt familiares effecti alicuius Episcopi. Fed. de Sen. consil.188. Pu-
4 to, quod quando, in fin.† Declara secus esse in Clerico, qui potest ad alios ordines promoueri à suo Episcopo, vel de licentia; quia licet sit de populo interdicto; tamen non est interdictus. Feder. de
5 Sen. consil.70.n.3.ver. hinc est.† Extende, vt procedat etiam in eo, q̃ quoquo modo auxilium; & consilium præstitit ad capiendum malefactores, qui morti traditi fuerunt mediante iustitia; quia ex solo animo cooperandi, & auxilium præstandi efficitur irregularis, sicut homicida. Fed. de Sen. consil.168. in princ. Casus talis, Papa.
6 †Accusatus, inquisitus, vel denunciatus de crimine, & si per viam exceptionis obiciatur, non potest consecrari, neq; ordinari, donec absoluatur. Gemin. consil.41.n.3.ver. est etiam bona, quod est Jo. de Milis, & idem Gemin. consil.42.n.10. ver. quartum impedimentum.
† Usurarius non potest ordinari ad ordines, neq; ad beneficium. 7
Card. Zab. consil.25. Quæ enim possedit, in princ.† Episcopus non pro- 8
prius non ordinat subditum alienum: sine licentia proprii Episcopi.† Declara, nisi essent effecti familiares Episcopi alieni; quia si 9
transtulissent totaliter domicilium sub Episcopo alieno; tunc tanquam familiares, vel de domicilio Episcopi non proprij possunt ordinari sine alia licentia, alias non, c.vlt.de temp.ord.lib.6. Federic. de Sen. consil.188. in fin.ver.ad idem, quod quæritur.† Regulare 10
est, quod in casibus, in quibus repellitur quis à testimonio, repellitur etiam ab ordine. Card. Zabar. d.consil.25. in princ.† Illegitimus 11
non potest ordinari sine dispensatione, neq; obtinere dignitates Ecclesiasticas, nisi p subsequens matrimonium esset legitimatus. Cald. consil.466. alias 2. qui filij sint legit.† Declara tamen; quia per 12
ingressum religionis habilitantur. Calderin. consil.7. qui filij sint legit. alias 472. Vide, Bastardi qualiter habilitentur. Concl. 30. ☞

Ordinis quæ esse dicantur; & quæ iurisdictionis. Concl. 194.

EXCOMMVNICATIO † est ordinis, non autem iurisdictionis; 1
ideo qui non est saltem in ordinibus minoribus, non potest excommunicare. Felin. in c. dilecta, n.3. de maior. & obed.† Extende, 2
quia imo requiritur Sacerdotium in excommunicante. Abb. in c. transmissam, in 1.not. de elect. Fel. in c. si Sacerdos, de off. ordin.† Et ideo 3
mulier, q̃ est incapax ordinis, non potest excommunicare, etiam si esset Abbatissa, vel conuentus monialium habens iurisdictionem. Fel. d.c.dilecta, n.3. vbi dicit etiam de consuetudine non posse hoc introduci, de maio. & obed.† Declara, quia cura animarum, & 4
multa alia, licet sint ordinis, q̃ exerceri non potest, nisi ab ordinato, tñ commissio curæ est iurisdictionis, quæ per mulieres potest committi, vt dicit Rota Bisignet. dec.21. de præbend. Fel. d.c.dilecta, in princ. de maior. & obed. ideo obtinens dignitatem curatam, prout Abbatissa potest per alium facere, q̃ per se non posset.† Et idem 5
in Abbate; quia quoad beneficia curata; q̃ sunt de mensa Abbatiæ, licet sint curata, & cura spectet ad Episcopum; si tñ Abbas est exemptus, commissio curæ manualis spectabit ad Abbatem. Aretin. consil.63.n.3.ver. pro his facit.† Restringe in aliis non exemtis; 6
quia non possunt præscribere commissionem curæ animarum, licet sit iurisdictionis, & non ordinis, nisi vt committant tanq̃ vicarii Episcopi. Zab. consil.131.n.2.v.ad secundum, & vt intelligas, ordinis, hic intelligo, Episcopalis est iurisdictionis, licet quoad exercentem sit ordinis; qa debet esse ordinatus.† Amplia; qa ordi- 7
nis Episcopalis esse dicuntur multa, q̃ per alios exerceri non possunt, prout solennis benedictio super populum; & ideo licet alicui concedatur facultas benedicendi, non poterit solenniter benedicere super populum. Ant. de Butr. consil.19.n.10. & plenius n. 12.in 1.dub. vbi, q̃ bendictio non solemnis competit omnibus, sed solemnis soli Episcopo.† Item collatio ordinum est ordinis Epi- 8
scopalis loquendo de sacris ordinibus. Vide, Benedictio Abbatum, ☞ &c.† Restringe, imo est iurisdictionis quoad ordines minores; 9
quia Card. ordinati solum in sacris conferunt, licet non sint Episcopi. Fel. in c. inter Monasterium, n.2. de reiud. Vide, Cardinalium pri- ☞
uilegia multa. Concl.100. Et idem in aliquibus Abbatibus, q̃ vtuntur baculo, & mitra, & conferunt minores ordines suis.† Amplia, 10
quia consecratio, seu potius benedictio Abbatum, & Abbatissarum, licet possit fieri p Sacerdotem, vel Prælatum inferiorem ex ordine Papæ; tñ est ordinis Episcopalis. Zabar. in clem. attendentes. §. statuimus in 4. quæst.n.2. & in 9.q.n.3. de stat. Monach.† Item conse- 11
crationis actus est ordinis Episcopalis absolute. Ant. de But. d. consil.19.n.13.ver. ad secundum.† Item Chrisma conficere est ordinis E- 12
piscopalis. Ant. de Butr. d. consil.19.n.16. ver. ad quintum.† Amplia; 13
nam deponendi Potestas ab officio; qa annexa est ordini, & ponderosa, non conceditur Prælatis inferioribus Ant. de But. d. consil. 19.num.18.† Amplia, quia indulgentiarum concessio, licet sit fori 14
pœnitentialis, prout absolutio à peccatis; q̃ competit etiam inferiori Prælato, tamen secundum* communem est ordinis Episcopalis, & non potest competere inferiori Prælato. Ant. de Butr. d. consil.19.n.21. ver. venio ad vltimum.† Limita; qa absoluere proprie 15
non est ordinis, sed iurisdictionis, & fori pœnitentialis, qui comprehenditur appellatione fori Ecclesiastici. Absolutio in casibus Episcopo reseruatis, & ideo ista sunt delegabilia, & concessibilia. Ant. de Butr. d. consil.19.n.13. ver. ad tertium.† Item vnire beneficia 16
non est ordinis, sed iurisdictionis, licet sit proprium Episcoporum, & inferiores Prælati, & Abbates non possunt vnire et beneficia pleno iure eis spectantia. Ant. de Butr. d. consil.19.n.17. ver. ad

17 *sextum.* † Item sub, ctio Clericorum, & Ecclesiarum est iurisdictionis, non ordinis, ideo ista possunt concedi ex priuilegio et inferioribus Prælatis. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 17. ver. ad 5. primum.*

18 † Item census solutio, q̃ fit ab Ecclesiis subiectis, siue ratione curæ, siue subiectionis, vel visitationis, aut decimarum respicit iurisdictionem, non ordinem; ideo ista inferioribus concedi possunt.

19 Ant. de Butr. *d. consi. 19. n. 17. ver. ad dubium autem.* † Item census, qui jure communi non potest deberi, sed iure particulari, ꝓut quod Monasteria exempta monialium, vel Monachorum soluant census Episcopo, non est iurisdictionis, neque ordinis, & non venit in concessione facta de iuribus Episcopalibus. Ant. de Butr. *d. consil. 19. num. 18. ver. ad octauum.* † Item visitandi ius est iurisdictionis,

20 non ordinis Episcopalis, vt dicit Zabar. *d. consi. 131. n. 2. ver. ad secundum, vsq; in fin.* qui dicit, quod potest præscribi per inferiorem. Item visitandi, corrigendi, amouendi, & destituendi sunt iura iurisdictionis, & non ordinis; ideo inferiori competere possunt ex priuilegio, etiam contra iuratos. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 17.*

21 *circa fin. ver. in quantum autem.* † Limita; quia Fraticelli, Heremitæ, & alii quamuis laici, & hospitalarii, & qui morantur in oratoriis, & subsunt Episcopo, dicuntur subesse ratione iurisdictionis, & fori pœnitentialis, non a. ratione ordinis; ideo concedi possunt

22 Prælato inferiori. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 19. ver. ad nonum.* † Limita; quia instituendi ius in beneficio, quamuis non sit proprie iurisdictionis, sed accidentalis potestatis Episcopi; tñ non est ordinis, sed annexum iurisdictioni. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 20. v.*

23 *ad penultimum.* † Item collatio pariter non est simpliciter iurisdictionis, sed annexa iurisdictioni; quia est accidentalis potestatis Episcopi; & ideo communiter attribuitur iurisdictioni, non ordini, & sede vacante tranſit in Capitulum; ideo inferiori Prælato potest concedi. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 20. ver. ad penultimum.*

24 † Declara igitur; quia omnia, q̃ sunt iurisdictionis, etiam si sint ordinis respectu exercentis, dummodo non sint ordinis Episcopalis, possunt præscribi, & ex priuilegio competere inferiori. Za-

25 bar. *d. consil. 131. in fin.* † Et vt intelligas hanc materiam, dicas, ꝙ electus dicitur, non a. Episcopus, qui non est consecratus Episcopus, licet sit Presbyter, & celebrans, etiam ante consecrationem non dicitur esse in ordine Episcopali. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 3. in fin. ver. in ve. Episcopus enim,* & ideo non potest exercere ea, q̃ sunt ordi-

26 nis Episcopalis ante consecrationem, vt ibi. † Postq̃ est consecratus, exercet omnia, q̃ sunt ordinis, sed illa alteri delegare non potest, & imo non possunt ea, q̃ sunt ordinis delegari, sed neq; ꝑ Papam concedi inferioribus, nisi ex causa magnæ necessitatis, vel

27 scandali. Ant. de Butr. *d. consil. 19. n. 9. & 10.* † Et q̃dam proprie, & simpliciter sunt ordinis Episcopalis; q̃dam v. sunt ordini annexa, & ista vltra ꝙ non sunt delegabilia, nec concessibilia inferiorib⁹, nisi ex magna causa necessitatis, vel scandali, vt supra, non cadunt sub termino iurisdictionis, q̃ nihil aliud est, ꝙ dictio iuris, neque cadunt sub termino fori Ecclesiastici. Ant. de Butr. *d. consi. 19. n. 10.*

28 *ver. mihi videtur, cum seq.* † Et licet aliqua sint originaliter fori pœnitentialis, ꝓut absolutio sacerdotis à peccatis & reseruatio casuum Episcopo, absoluendi; tñ ista potius sunt iurisdictionis, q̃ ordinis; secus si sunt fori pœnitentialis non origine, sed per accidens, prout indulgentiarum concessio; quia ista sunt ordinis Episcopa-

☞ lis. Ant. de Butr. *d. consil. 19. in fin. ver. venio ad vltimum.* Vide, *Episcopus non dicitur ante consecrationem, sed electus. Conc. 233.* Vide, *Præscribi possunt iura Episcopalia per inferiorem, & quæ, & quando secus. Concl. 543.*

Ordo naturæ, & intellectus quando attendatur, vel non. Concl. 195.

1 ORDO † naturæ, & intellectus attenditur necessario in iis, q̃ aliter effectum habere non possunt; ideo si quis tenetur dare pecunias, ꝓ opere construendo, licet vtrunq; fieri debeat, nec sit dictum, ꝙ prius soluat; tñ secundum ordinem naturæ, & intellectus necessario facienda est solutio prius q̃ opus; ideo prius est facienda solutio, vt possit opus construi, & si non confidit soluere debens deponat, vel alia cautio adhibenda erit. Bart. *in l. cotem fer-*

2 *ro. § q. maximos. ff. de pub.* & in depositarium cura transfertur. † Amplia in emptore, & venditore; quia licet vterq; simul debeat implere, videlic. venditor tradere rem venditam, & emptor soluere pretium; tñ ex ordine naturæ, & intellectus prius debet emptor soluere pretium, q̃ venditor tradat rem. Bald. *c. 1. de seq. poss. & fruct.* sequitur Curt. *in tr. de sequest. col. 5.* facit tex. *in l. Iulianus. §. offerri. ff. de*

3 *act. empt.* † Contrarium dicit Castr. *consil. 93. In causa qua vertitur, n. 5. lib. 2.* vbi, quod prius debet venditor tradere rem, & postea agere ad pretium, & si contrarium facit, intrat præposteratio, q̃ red-

4 dit libellum ineptum, & iudicium est nullum. † Dicas, ꝙ vtrunq; est verum; quia qui agit, debet prius implere; ideo si venditor agit ad pretium, debet prius ipse tradere rem venditam, & è conuerso, si emptor agit ad rem venditam, debet prius pretium soluere; quia ista est natura contractus vltro, citroque obligatorij, vt actor non audiatur, si ipse ex parte sua non impleuit, *d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt.* tamen cessante, quod agatur ab altero, videtur de natura intellectualis ordinis, quod prius res vendita tradi debeat, quia pretium est propter rem, & semper contractus incipit à venditore, quia vendidit, &c. & hoc pro pretio, quæ dictio, *pro*, denotat causam, & causa præcedit causatum ex ordine intellectus, licet fiant in instanti, & causa, & causatum. † Declara tamen; quia si venditor non confidit de emptore, vel emptor de venditore, potest, qui agit, si est emptor, deponere pretium, *l. si. luturus, in fin. ff. de solut.* alter pariter offerre, quæ oblatio habet effectum depositi in rebus, quæ adduci non possunt, ita Castrensis

5 *d. consil. 93. col. pen. in princ. lib. 2.* † Extende; quia si emptor promisit soluere partem pretij certo die, puta 15. Augusti, & venditor promisit rem tradere, non dicitur in mora venditor, qui non tradidit, si emptor non soluit; quia qui est in mora, prout emptor in soluendo, non potest constituere in mora venditorem in non tradendo. Alex. *consil. 49. col. 2. lib. 2. consil. 151. n. 10.* † Amplia; quia delata hæreditate, vel legato, aut vsufructu alicui, licet ante acceptionem possit repudiare; tamen si donat, necessario ex ordine intellectus censetur acceptare, postea donare; quia donatio est dani datio, & nemo dat, quod non habet; igitur transferendo in alium prius intelligitur acceptasse. Castrensis *consil. 35. Dubium fuit, circa med. & per totum, lib. 1.* † Amplia multis modis, de quibus vide

6 *in Concl. prox. seq. num. 7. & n. 30. & seq.* vbi, quod ordo intellectus, & naturæ prævalet omni ordini. † Amplia; quia semper, & in omnibus debet attendi; quia res naturalis est. Jas. *Instit. de action. princ. num. 6.* Vide, *Originalis dispositio fortior accidentali. Concl. 200.*

Ordo scripturæ attenditur, & quando non. Concl. 196.

ORDO † Scripturæ, vel ordo prioritatis implementi conditionis ante actum sub conditione permissum attenditur, & alias actus redditur nullus, quando vel sumus in formalibus, seu constet de intentione concedentis, quod ita voluit fieri. Calder. *consil. 460. ver. vnde ad primum,* alias 3. *de sponsal.* † Amplia in tantum, vt ex ordine scripturæ primo nominatus inter multos expectantes in eadem gratia censeatur primo prouidendus, & sic attendi debeat ordo scripturæ. Lap. *allega. 85. Dominus Papa, num. 7. ver. Illud etiam quæro.* Collegium Bononien. *consil. 1. post consil. Zabarell. num.* 28. vbi plura, quod primo nominatus præsumitur etiam primus; quia ordo scripturæ dat ordinem intellectus. Castrensis *consi. 164. In præsenti causa, column. antepenult. ver. item non obstat, lib. 2.* vbi loquitur in inuestitura, vt primo nominatus sit primo vocatus, necdeat dicere factum per inadvertentiam. † Amplia; quia in dispositionibus successiuis, veluti si quis habeat rem ad duas nominationes, & nominet duos simpliciter, intelliguntur ordine successiuo nominati, videlicet primus in ordine primo sit nominatus, secundus in ordine sit successiue nominatus ad substinendum-

159. *Super primo, in pr. lib. 1.* Contra extensionem, vide Bald. *consil. 53. Instituo, lib. 3.* †Imo q̃ p talem institutionem factam p testatorem de Titio eius consanguineo, & filijs Titij, ex quo est ordine successiuo, resoluatur in substitutionem vulgarem, & ēt fideicommissariam. Castr. *consil. 370. Quia in supradicto, in pr. & per tot. lib. 2.* Extende maxime, qñ pater instituit filium, & nascituros à filio; quia ordine successiuo intelligitur. Alex. *consil. 14. nu. 6. lib. 4.* Dec. *consil. 253. in fin.* †Extende; quia quod dicitur de filijs legitimis & naturalibus, habet locum magis in filiis spuriis; quia nedum debet intelligi ordine successiuo, quatenus sint successibiles, sed imo nullo modo succedunt. Castr. *d. consil. 159. n. 4. ver. super tertia, li.*

1. †Extende; quia vbicunq; testator instituit, vel substituit illos de consorteria sua, prout si instituit filium, & si decesserit sine filijs instituit A. & B. & eorum filios, censentur filij ordine successiuo instituti, vel substituti; quia cum sint de consorteria, censentur prius vocati parentes, q̃ filij, propter affectionem ordinatam ad illos de consorteria, & ideo si A. & B. non extarent sub instituti, vel substituti filij, vel si nollent adire; si v. extent; sunt eo casu exclusi perpetuo; quia substituti sunt vulgariter ordine successiuo, plene Castr. *consil. 159. Super primo in princ. lib. 1. & col. fin. ver. secundum quod*, & plenius *consil. 370. Quia in supradicto, lib. 2.* †Et ideo si facta esset secunda substitutio duobus, & alteri eorum de Titio, & filijs eius, quia filii erunt vulgariter substituti; quia sic de familia ordine successiuo vocantur, vt supr. Castr. *d. consil. 159. num. 2. ver. tertio gradus, lib. 1. & consil. 370. in princ. lib. 2.* †Declara tamen; quia si pater instituit filium impuberem, & si decesserit sine filijs, instituit A. & B. consortes testatoris, & dictorum A, & B, filios vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, licet filii A. & B. extarent tempore mortis filij, ipsis A. & B. ita quod adeuntibus A. & B. euanescit substitutio filiorum, si tamen A. & B. non extarent, vel non adirent; quia non vellent, vel non possent, eo casu filij A. & B. dicuntur substituti filio testatoris vulgariter, si non adiuit; item pupillariter, si decessit in pupillari; item per fideicommissum, si decessit post pupillarem. Castr. *d. consil. 159. n. 2.* vbi dicit non esse dubium,

dum, quod eadem substitutio resoluatur diuersis modis, *lib. 1. &*
73 *consil. 370. in princ. lib. 2.* vbi de vulgari, & fideicommissaria. †Extende, vtimo si pater instituat filiam testatoris, & fratrem testatoris, vel filios fratris, erunt tres hæredes, filia, p tertia, frater pro alia tertia, filij fratris omnes in stirpem pro alia tertia; quia dictio,
74 *vel*, resoluitur in coniunctam. Signor. *consil. 230. per tot.* †Extende in legatis factis Nicolao fratri, & filiis dicti Nicolai; quia medietas est Nicolai, alia filiorum, secundum *communem, de qua Socin. *d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum.* Alex. *consil. 22. lib.*
75 *3. & consil. 12. lib. 4.* Decius *consil. 236.* †Restringe, quando primus esset mortuus viuo testatore, puta pater; quia sine difficultate filius intrat primum locum. Ioan. de Anan. *consil. 46. n. 2. ver. præter-*
76 *ea*, vbi Bologn. *ver. capio secundum.* †Restringe, vt non procedat in ijs, in quibus non cadit necessitas instituendi, licet adsit ordinata charitas, veluti, si instituo fratrem meum, & eius filios; quia tunc
* censentur copulatiue instituti, ista est communis *opinio, de qua Rip. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. nu. 78.* Socin. *in d. §. quidam recte, num. 3. ff. de liber. & posthum.* Alex. *consil. 129. Circa fin. lib. 5.*
* * qui omnes dicunt *communem, & magis communem *dicit Socin. *consil. 51. Visa facti enarratione, num. 14. ver. tertio pro ista, lib. 4.* Alexand. *consil. 13. Visis, & perlectis, n. 8. ver. tum special. lib. 4.* vbi dicit hanc
* magis *veram, & communem, *& consil. seq.* quod est Caccialup. v-
* bi de magis *communi, *col. 4. ver. tertia conclusio.* Io. de Anan. *consil.*
* *46. in princ.* Signor. *consil. 230. n. 2.* magis *communem dicit Socin.
* Iun. *consil. 40. in princ. lib. 4.* & magis *communem dicunt plurimi, quos Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 4. c. 7. num. 19.* Alex. *consil. 24.*
*77 *Attentis, lib. 3.* vbi apostill. *in ver. fratres*, dicit *communem. †Contrarium tenet Bart. *in d. l. Gallus. §. quidam recte, n. 4. ver. ego dicerem. ff.*
de liber. & posthum. quod imo sufficit, quod sint instituti illi, inter quos cadit ordinata charitas, & dicit sufficere, quod sint successiui ab intestato, sequitur Castr. ibi, & Socin. *num. 3.* qui tuetur hanc
* partem dicens in jure substentabilem, licet contrariam forte *communem, & Castr. *cons. 159. In princ. & n. 4. lib. 1.* vbi, quod sufficit, quod sint de consorteria; quia semper ordine successiuo; seu sumere extranei testatori, quia concurrunt. Castr. *consil. 395.*
In causa, quæ vertitur, col. pen. ver. sed neutra, lib. 2. Alex. *consil. 13. in prin-*
78 *cipio*, vbi apostill. *in ver. successiuo, lib. 4.* †Declara; quia si instituatur N. & eius descendentes, licet adsint filii, semper ordine successiuo intelligitur, quando illud verbum vniuersale respicit infinitatem, & eos, qui non possunt esse eodem tempore; quia coniectura est, quod tunc ordine successiuo. Ioa. de Anan. *consil. 46. in princ.*
*79 vbi dicit *communem. † Declara; quia si institutio est facta de fratre, & eius liberis, aut per alia nomina collectiua; tunc vera sit opinio Bart. vt ordine successiuo sint instituti; secus si per nomina specialia. Iaf. *d. §. quidam recte. l. Gallus*, vbi hoc tenet, quando instituti sunt de familia testatoris; secus si omnino extranei, & dicit
* communem, & *omnes tenere, *ff. de liber. & posthum.* Alex. *consil.*
14. Super quæstione, col. 3. ver. secunda conclusio, lib. 4. prout dicit *communem Iul. Clar. *in §. testamentum quæ. 76. n. 13.* qui allegat infinitos de communi attestantes. Castr. *consil. 28. lib. 1.* qui secus dicit, quando dixit non copulatiue fratrem, & filios; sed dixit fratrem
vna cum filiis; quia simul succedunt. Mantic. *de coniect. vltim. vol.*
80 *lib. 4. c. 7. nu. 28.* †Declara, vt procedat, quod opinio Bart. sit vera, quando extaret statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant; quia si instituatur frater, & eius filij, censetur primo ipse, & ordine successiuo filij, videlicet primo masculi, postea fœminæ. Socin. *d. l. Gallus. §. quidam recte, nu. 4. ver. secunda conclusio. ff. de*
liber. & posthum. & ita consuluit Socin. *consil. 90. lib. 1.* & latius *consil.*
81 *51. Visa facti enarratione, n. 33. & seq.* vbi dicit *communem, & magis communem. Iul. Clar. *§. testamentum, quæst. 76. num. 12.* qui istos, &
* alios citat. † Declara; quia si vocatus cum filiis, vel institutus, & ipse substitutus ipse, & filij eius sunt extranei, & non attinentes testatori, dicuntur copulatiue vocati, alias si sunt consanguinei, ordine successiuo sunt vocati. Castr. *consil. 159. Super primo, in princ.*
& n. 4. ver. super tertio, lib. 1. per *l. fin. C. de impub. & aliis substit. in fin. &*
consil. 370. in princ. incipit, *Quia in supradicto, & consi. 395. In causa, quæ*
82 *vertitur, lib 2. col. pen. n. 2. in fin. & n. 3.* †Declara tertio; quia quando non sensit testator de certis filiis, vel quia non erant nati, vel quia si erant nati, illos non ostendit exprimendo nomina propria, & demonstratiua; tunc ordine successiuo vocantur. Alex. *d. consil. 13.*
lib. 4. col. 4. ver. quarta conclusio, & ver. quinta conclusio, vbi ponit has duas conclusiones inter alias, quas vide; quia numerat quinque
83 casus, vt distinguat. Contrarium in loco vltimo de filiis nascituris tenet Socin. Iun. *consil. 104. circa fin. lib. 1.* †Declara; quia si testator instituit fratrem, & filios nascituros; erga quos non potest cadere affectio, intelligitur contemplatione fratris, & sic ordine successiuo, communem *dicit Socin. Iun. *consil. 40. num. 2. in fin. lib. 4.*
& *communem, etiam Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 4. c. 7.* *
num. 2. vbi alios allegat. † Declara quarto, vt esset ordo successi- 84
uus, quando testator dixit, quod substituebat sororem, vel fratrem vna cum filijs, vel nepotibus ex fratre; quia siue illos exprimat, siue non per nomina propria, siue per nomina appellatiua, succedent simul: quia dicto *vna, cum*, conjungit pariter. Castrensis *consil. 28. Viso testamento, lib. 1.* vbi idem dicit, quando substituit fratrem, ac etiam filios fratris. †Declarat Apostilla ad Alexand. 85
consil. 24. Attentis, num. 5. ver. fratris, vt nec copulatiue, nec successiue sint vocati, sed ordine successiuo vulgariter tantum, & allegat concordant. † Limita in priuilegio exemptionis concesso patri, 86
& filijs; quia omnibus competit simul. Jas. *in d. l. Gallus. §. quidam*
recte. ff. de liber. & posthum. †Limita; quia vbi constat de mente, q 87
pater legauit filio, & nepotibus conjunctim; tunc legatum, seu institutio restringitur ad nepotes natos tempore mortis testatoris. Roman. *consil. 331. Præmissorum*, vbi apostilla *in ver. conclusionem, & in ver. testatoris*, vbi concordant. quod intelligitur de natis tempore mortis testatoris; & mouetur; quia major est affectio ad
natos, & cognitos, quam ad nascituros incognitos. † Extende 88
maxime; quia sicuti alternatiua declarat dubiam dispositionem in alternatis; ita etiam copulatiua. Roman. *d. consil. 231. num. 2.* vbi plenissima apostilla *in ver. declarat*, dat infinitos concord. igitur si adjunctus, & copulatus, intelligitur de extante tempore mortis; ergo, & alius in dubio simul vocatus. †Limita, quando con- 89
stat de mente; quia tunc si vocantur, vel institutuntur copulatiue; tunc refert, an testator instituerit filiam, & filias filiæ nominatim, an per nomen collectiuum; quia primo casu habebunt æquales personales portiones; secundo casu positi sub nomine
collectiuo, etiam si essent mille, faciunt vnam portionem. Castr. 9 c
consil. 455. in princ. lib. 2. †Limita; quia licet in pluribus simul copulatis attendi debeat ordo charitatis; secus est, quando disiunguntur; quia tunc non habet locum ordo affectionis, vt plus filius, quam nepos censeatur dilectus. Castrensis *consil. 164. In præ-*
senti causa, colum. pen. ver. nec etiam obstat, lib. 2. †Limita; quia ordo 91
affectionis non habet locum, quando extraneus disponeret. Castrensis *d. consil. 164. colum. penult. ante med. ver. secundo respondetur, li-*
bro 2. Roman. *consil. 405. num. 8. ver. cæterum.* Vide, *Nomina collectiua*
vocatorum quando ordine successiuo, vel copulatiuo disponant. Concl. 56.
Vide, *Successiuus ordo quid sit, & quando habeat locum. Concl. 875.* Vide,
Verba dubia declarantur ex multis. Concl. 104.

Originalis dispositio fortior accidentali. Concl. 200.

DOMICILIVM † originis potentius est quocunq; alio domicilio accidentali. Jo. de Imol. *consil. 35. n. 2.* vbi, quod ciuilitas origi- 1
nis, & accidentalis, si concurrant ad dispositionem variandam, attenditur originalis causa. † Amplia; quia licet Papa derogando 2
in genere statutis, etiam motu proprio censeatur derogare statutis Ecclesiæ; non tamen fundamentalibus, & ab origine fundationis factis. Anch. *consil. 364. Quæstio talis est, n. 6. & seq.* † Amplia; 3
quia licet consuetudine religionis possint tolli statuta religionis etiam confirmata à Sede Apostolica, non tamen tolli possunt statuta originalia religionis, videlicet super quibus religio ab initio
est fundata. Angel. *consil. 56. in fin. & consil. 321. in fin.* †Extende; quia 4
fratres seruorum, & S. Dominici, qui sunt sub regula S. Augustini, licet habeant constitutiones addentes regulæ, à quib^o possunt recedere; non tamen possunt à regula, & ab institutis originalibus regulæ. Ancharan. *consil. 321. num. 3. & per totum*, vbi late docet fratres Seruorum non esse mendicantes; quia licet constitutiones hoc dicerent, recesserunt de facto, & potuerunt; quia non
repugnat regulæ S. Augustini; secus si repugnaret. † Declara ta- 5
men; quia refert, an quid sit origine tale, an per annexionem; quia tunc illa annexio dicitur accidens; & ideo aliter tunc distinguitur, vt plene Ant. de Butr. *consil. 19. n. 10. & per tot.* Vide, *Ordinis*
quæ esse dicantur, & quæ iurisdictionis. Concl. 194. † Amplia originalem 6
causam attendendam in omni dispositione esse; quia à primordio tituli posterior formatur euentus; ideo Regnum fœmineum ab origine non potest negari, quin transeat ad fœminam; qa prima causa fuit talis à quo cæteri habere dicuntur causam; ideo
non possunt contrauenire. Anchar. *consil. 339. num. 12. & seq. & consil. 226. Legitur in Canone, num. 7.* † Contrarium, quod causa proxi- 7
ma non remota sit attendenda. Anchar. *consil. 222. n. 4.* Vide, *in ver.*
Naturalia si concurrant cum accidentalibus præferuntur. Concl. 8. Vide,
Naturalis causa præfertur accidentali. Concl. 9. † Limita; quia imo cau- 8
sa accidentalis præualet originali, quando accidentalis nocet, & originalis iuuat. Jo. de Imol. *consil. 35. n. 7.* † Limita; quia quando 9
consideratur persona, ppter se, intelligitur secundum naturam,

& ori-

& originem; quando vero consideratur propter accidens; tunc consideratur magis accidens, quam natura, & origo, ita Socin. *in* 10 *rubr. ff. solut. matr. n. 31. ver. confirmatur ista opinio.* † Et quando magis præualeat accidentale, quam originale. Bart. *in l. principales, ver. dominus Lambertinus, de ver. signif.* vbi apostilla dat concordant.

Originale, & prothocollum, seu matrix, vel imbreuiatura Notarii quid sit, & quotuplex, & qualiter fiat. Concl. 201.

1 ORIGINALE, † & prothocollum Notarii duplex est, nam adest illa prima scriptura, q̃ conscribitur in bastardello, q̃ appellatur matrix scripturæ originalis prothocolli; secunda est exemplar, videl. liber extensorum, & licet vterq; sit prothocollum, tamen in dubio, & discordia statur illi primæ matrici; quæ appellatur bastardellus, non autem statur libro exemplato extensorum quoad substantialia. Bald. *consil. 406. Quidam nomine Cicolis, lib. 3. per* 2 *tot.* † Declara, quia prothocollum dicitur originalis scriptura Notarii primo loco scripta de iure communi, sed ex communi vsu loquendi, qui attendi debet, prothocollum est liber, in quo Notarius extendit, & describit suos rogitus. Castr. *consil. 308. Ad primum* 3 *quæsitum, col. 2. circa med. nu. 2. in fin. lib. 1.* † Scribi debet prothocollum siue originalis imbreuiatura manu Notarii propria. Angel. *consil. 400. Testator sua propria, n. 4. v. similiter prothocolla*, vbi, q̃ licet possit exemplatum dari manu alterius scriptum, hoc debet attestari, prout etiam, quando prothocollum esset scriptum manu aliena; quia debet subscribi semper à Notario de hoc mentionem 4 faciente. † Et quod originale debeat esse manu Notarii, & non manu aliena; quia debet fieri comparatio litterarum. Bartol. *in l. quædam. §. nihil interest. ff. de edend.* Dec. *consil. 447.* Alex. *consil. 41. lib.* 1. Angel. *consil. 162.* & habetur *in §. quod sæpe, authent. de triente, & se-* 5 *misse.* † Contrarium de consuetudine seruatur, & etiam est de iure, dummodo adsit subscriptio Notarii rogati. Bald. *in auth. si quis in aliquo. C. de eden. col. 3. ver. vlterius ponamus*, vbi, quod etiam sufficit subscriptio generalis, videl. *prædictis omnibus interfui.* Anchar. *consil. 242. Prius de iuribus, col.* 1. Alex. *consil. 14. col. 4. ver. quinto, lib. 6.* Paris. *consil. 28. lib. 2.* Alexan. *consil. 50. n. 5. lib. 3. & consil. 129. col. 2. & 3. lib. 1.* Dec. *d. consil. 447.* Paris. *consil. 12. n. 123. lib. 2.* vbi plurimos allegat, vbi, quod ad minus requiritur subscriptio, & licet Bart. *in l. duus. §. item senatus. ff. de fals.* requirat specialem subscriptionem; tamen * communis opinio est in contrarium. Dec. *in c. quoniam contra, v.* * *circa primum, de probat. & d. consil. 447. colum. fin.* vbi de communi * & * 6 Alex. *consil. 147. n. 6. vol. 2.* vbi dicit magis * communem. † Declara, quia non refert, an originale sit manu Notarii, vel alteri⁹ de consuetudine, licet de iure secus. Dec. *d. consil. 447. n. 8. vsq; in fin.* & Sign. *consil. 224.* vbi, quod Mediolani seruatur, quod Notarius sub-7 scribit. † Extende, quia originale, videl. liber prothocollorum, p̃bat etiam, si singula instrumenta non sint subscripta manu Notarii rogati defuncti; quia sufficit, quod liber sit intitulatus, Liber rogationum, & prothocollorum, & cæterarum scripturarum puentarum ad manum mei Notarii, &c. vnde testamentum releuatum ex dicto libro, videlicet, sumptum ex libro habente talem intitulationem probat, & est authenticum. Bartol. *consil. 163. Quæ-* 8 *ritur, si aliqua, lib. 1. per tot.* & ibi apostilla. † Declara; quia si aliena manu est originale, debet subscribi cum expressa mentione, quod est aliena manu, alias non probat. Bologn. *in addit. ad consil. 28. 10a. de Anan. num. 15.* & maxime hoc procedit, quando Notarius esset ☞ mortuus, vt in Concl. prox. seq. Vide, *Prothocollum Notarij quid sit,* 9 *Concl. 945.* Vide Conclusionem prox. seq. † Fit multis modis originale; quia quandoque Notarii solum scribunt locum, tempus, & testes, & nomina contrahentium, & hæc est memoria pro originali faciendo: aliquando extendunt in libro, & quatenus supletur instrumentum in iis, quæ non repugnant, statur extenso. 10 Corn. *consil. 316. Videtur prima facie, n. 7. & seq. lib. 3.* † Declara in imbreuiatura manu testatoris subscripta circa locum, tempus, & testes manu Notarii cum clausula, *actum &c.* quia præsumitur rogitus. & solemnis. Angel. *d. consil. 400. n. 6. ver. super puncto*, quod est ☞ consilium contrarium primo consilio ibidem inserto. Vide, & declara, vt plenius in prox. seq. Concl. Vide plene Mascard. *Concl.* 4. incip. *Abbreuiatura*, vbi quando probet, vel non.

Originale, & prothocollum Notarii si discrepat ab exemplato, statur originali, & quando non. Concl. 202.

1 ORIGINALE † instrumentum si discrepat ab exemplato, statur originali; quia appellatur prothocollum; & ideo si originale sit cancellatum in substantialibus, non statur instrumento sumpto ex tali originali sine cancellatione. Bald. *consil. 11. Punctum super quo, lib. 4.* Anch. *consil. 431. Præmissa sine allegationibus, in princ.* Iode Anan. *consil. 33. Circa primum, in princ.* Rom. *consil. 187. In re præsenti, n. 3. ver. nec obstat*, vbi plena apost. *in ver. magis statur*, q̃ citat plurimos, quod statur semper originali, & prothocollo, quando authenticum exemplatum discordat. Alex. plene *consil. 105. In causa correctionis, in princ. lib. 2.* vbi plena apostill. *in ver. originali*, dat plurimos conc. *& consil. 175. Visis narratis, in princ. lib. 7.* vbi apost. *in ver. standum*, dat concord. † Et quod recurratur ad originale Notarij, 2 quoties dubitatur de veritate exemplati. Castr. *consil. 33. Præmittendum est, col. 2. in fin. lib. 1.* vbi apost. allegat Corn. *consil. 28. alias per tot. lib. 1.* † Et dicitur originale illa imbreuiatura, quam facit Notarius, cui standum est, etiam si minus contineat, q̃ exemplatum; quia propterea dicitur imbreuiatura. Bald. *consil. 398. circa fin. lib. 3.* † Extende, vt idem sit, etiam quando originale, & matrix continet plus, q̃ exemplatum; quia semper statur originali, & matrici. Alex. *d. consil. 105. In causa, n. 3. & seq. ver. secundo principaliter, & p. tot. lib. 2. & consil. 79. Eleganter, n. 4. ver. & posito, lib. 5.* vbi apost. † Declarat tamen Alex. *d. consil. 105. n. 3. & seq. lib. 2.* ex mente Baldi, quem allegat, quod si duo instrumenta reperiuntur contraria, vt quia vnum continet plus, alterum minus, si contrarietas est in quantitate, statur minori quantitati; quia concordant in minori summa; si sunt Capitula diuersa statur continenti plus; quia plenius est. † Amplia; quia si scripta parentelæ discrepet à confessione dotis, statur scriptæ parentelæ tanq̃ originali, *l. tutor datus. ff. de fideius.* quia à primordio tituli posterior formatur euentus, *l. 1. cit. fin. Cui impon. lucrat. descript. lib. 10.* Crauett. *consil. 131. n. 15.* † Amplia, q̃ imo, si reperiuntur duæ matrices, quarum vna est abbreuiata, altera extensa, statur originali matrici, q̃ est illa abbreuiata, quando Notarius medio juramento hoc attestatur; quia in hoc statur Notario; quia sunt de ijs, quæ spectant ad officium Notarij. Alexan. *d. consil. 105. in princ. ver. nec huic primo fundamento, lib. 2.* † Restringe, vt non procedat, quando adessent duo originalia, seu duo prothocolla; q̃ si vnum est cancellatum, & alterum non, statur non cancellato, si potest apparere, q̃ ambo sint prothocolla; si v. non potest apparere, quod ambo sint originalia, neutri statur. Bald. *consil. 11. per tot. lib. 4.* † Amplia; quia si originale instrumenti non est subscriptum, neq; perfectum, & Notarius mortuus sit, non probat, nisi citatis citandis coram judice ordinario fiat recognitio, & probetur per testes de rogitu; quia poterit iudex mandare, q̃ publicetur, alias non probat. Bald. *consil. 384. Duo instrumenta, in fin. lib. 3.* & quod debeat esse subscriptum, vel scriptum manu Notarii. Alex. *consil. 41. n. 2. lib. 1.* Vide, *Instrumentum probat, etiam si originale non reperitur, & quando secus. Concl. 247.* † Amplia, quia bene probatur instrumentum à Notario rogato authenticatum, licet originale non reperiatur; quia præsumitur perditum. † Amplia; quia si originale continet diem, & in authenticato sit omissa dies, potest Notarius à se ipso supplere diem secundum originale. Bald. *consil. 398. Quæritur, an per solum, lib. 5. per tot.* † Amplia in casu conuerso; quia si authenticum, seu exemplatum continet plus, vel min⁹, q̃ sit veritas, ita quod dici possit falsum; tamen si originale potest offendi, statur originali. Bald. *consil. 405. Punctus quæstionis est, lib. 4. ver. ne.* maxime *in fin.* Abb. *in c. pen. de probat.* vbi dicit idem, quando plura authenticata sunt transumpta, q̃ non concordant; quia recurritur ad originale, & ad matricem. Bart. *in l. si quis ex argentar. §. prætor ait. ff. de eden.* Alex. *consil. 105. lib. 2. in princ.* Dec. *consil. 440.* † Extende; quia si exemplatum ab originali non probat in eo, quod discordat à prothocollo, quia standum est semper originali prothocollo, non autem extracto discordanti. Bald. *consil. 307. Proponitur, quod, in fin. lib. 5.* vbi, quod error debet corrigi, etiam si fuit simpliciter, p̃ duxisset in instrumentum exemplatum, in quo esset error. Alex. *d. consil. 175. Visis in princ. & per tot. lib. 7.* maxime *n. 4. in fin. ver. quod autem discordent.* † Extende; quia statur semper originali, etiam si prothocollo, & non exemplato, quando discordant, etiam si exemplatum sit authenticatum ab eodem Notario, q̃ fecit prothocollum. Angel. *consil. 347. Pater stipulatus est, in princ.* † Imo si originale reperitur cancellatum, seu abrasum, vel vitiatum, & comunter suspectum, non potest exemplari, neq; in authenticam formam dari, nisi exempletur cum rasuris, & cancellationibus, & aliis vitiis, ne plus credatur copiæ, & exemplato, quam originali. Alex. plene *consil. 104. Standum, n. 3. & in fin. lib. 7. & consil. 175. n. 3. eod. lib. 7.* † Amplia; quia statur originali instrumenti, etiam si reperiatur scriptum in margine libri; q̃ si talis scriptura habet alia essentialia, non refert, in qua parte libri sit descriptum. Ang. *consil. 161. Viso puncto, col. 2. circa fin. ver. sed illud non obstat.* † Limita, quia originale Notarii si habet additionem in substantialibus, prout in die, mense, vel anno, & appareat diuersi atramenti scripta, redu-

redditur suspectum, nisi Notarius attestetur de tali additione à se facta. Ang. *consil.* 341. *Pater emit, in fin. ver. de tertio.* Alex. *d. consil.* 104. *Stantibus, per tot. lib.* 7. Extende idem, q̃ testamentum manu Notarii habet manu aliena legata, & institutiones, nec fit mentio per Notarium de eis; quia non probat in apostillatis manu aliena. A-
18 lex. *consil.* 41. *Viso tenore, n. 1. princ. lib.* 1. †Extende, quod si Scriptura, q̃ dicitur originalis, si caret die, signo tabellionis, & aliis necessariis, est penitus reprobata, nec statur Notario asserenti se rogatum; quia post q̃ Scriptura non est solennis, non firmatur assertione Notarii, ad exemplum iudicis asserentis in causa grauami-
19 nis. Anch. *consil.* 431. *Præmissa sine allegationibus.* †Extende maxime, quando apost. est manu aliena, & incognita; quia tunc non probat instrumentum. Anchar. *consil.* 242. *Prius de viribus.* †Restringe,
20 nisi appareat aliud instrumentum eiusdem Notarii faciens mentionem de isto primo apostillato; quia quatenus facit mentionem de apostilla, confert robur, quatenus non, valebit sine apost. ex quo comprobatur instrumentum. Anch. *d. consil.* 242. *per tot.* vbi
21 ita distinguit. †Limita, vt maxime cancellatio originalis vitiet instrumentum in iudicio possessorio ex edicto Diui Adriani; quia non datur illud remedium, si originale est cancellatum, vel suspectum, licet exemplatum sit sine cancellatura. Bald. *d. consil.* 11. *p tot.*
22 *lib.* 4. †Limita; quia originale testamenti rogati si reperitur penes testatorem, in quo fecit testator apostillas, & cancellationes, non valet; quia prima forma est mutata, cancellationes sunt non rogatæ; ideo non potest expleri, plene Jo. de Anan. *consil.* 28. *Visis*, vbi Bologn. in apostill. multa adducit, per quæ vitiatur in totum.
23 †Limita; quia originale carens substantialibus non probat, nec dici potest originale, sed potius schedula, quę non facit fidem, putasi caret die, & solemnibus, nec statur Notario, sicut nec statur iudicii in causa grauaminis. Anch. *consil.* 431. *Præmissa sine allegationibus, in princ.* Jo. de An. *consil.* 33. *in princ.* Signor. *consil.* 224. *in princ.* vbi, quod non fit ad finem probandi, sed extrahendi instrumen-
24 tum, licet non obseruetur de consuetudine. †Extende; quia si authenticum sit sumptum & ex originali suspecto, & vitiato, non
25 probat. Anch. *d. consil.* 431. *n.* 2. Jo. de Anan. *consil.* 33. *in princ.* † Quia non plus probare debet copia exemplata, q̃ exemplar, ita arguit Alex. *d. consil.* 33. *n.* 12. *& seq. ver. nec etiam potest facere, lib.* 6. vbi, quod testis sine iuramento non probat, nec etiam probat Scriptura testis sine iuramento scripta, & plenius Crauett. *consil.* 41. *n.* 2. vbi,
26 quod plus non creditur copiæ, q̃ originali; & quia testis non admittitur, cuius author repelleretur. †Extende, quia vt instrumentum probet, originale non debet esse abolitum, vel cancellatum,
27 aut vitiatum; ergo multo magis in petitorio. Anch. *d. consil.* 431. *n.* 3. †Et si originale est vitiatum propter cancellationes, & interlineationes, videlicet in locis substantialibus, puta circa annos Domini, vel indictionem, q̃ sunt de substantia, de iure, & consuetudine, illi non creditur plene, nisi aliter comprobetur. Alex. *d. consil.*
28 175. *Visis narratu, in princ. lib.* 7. vbi plena apost. *in ver. cancellatio*, dat concord. †Extende; quia suspectum redditur originale, vel prothocollum, si in substantialibus est additamentum ex nouo atramento, sicuti si instrumentum sit recens scriptum in charta antiqua; quia non præsumitur antiquum. Anch. *d. consil.* 431. *n.* 3. *ver. descendo*, item si extat rasura; item si in margine sit scriptum legatum
29 magni momenti; qa illi non creditur, ex quo testi vario non datur fides, ita nec Notario varianti. †Extende; quia substantialia si desunt in prothocollo, non possunt suppleri in authentico extracto, etiam si adsit clausula, *&c.* Jo. de Anan. *consil.* 33. vbi Bolog. hoc
30 dicit *n.* 6. *& seq.* †Contrarium tenet Sign. *consil.* 224. *n.* 2. vbi, quod imbreuiatura non debet continere solemnia; qa non fit ad hunc finem, vt probet, sed pro memoria Notarii; ideo mortuo Nota-
31 rio poterit extrahi instrumentum publicum palium Notarium librogatum, etiam si non contineat solennia. †Imo si est vitiperata, & cancellata in aliqua parte, bene valebit quoad alia non
32 cancellata, & poterit extrahi authenticum etiam mortuo Notario. Sign. *d. consil.* 224. *in fin.* †Vide, *Instrumentum non probat, si originale est vitiatum. Concl.* 246. †Limita; quia imbreuiatura non con-
33 tinet omnia, sed est pro memoria Notarii; ideo non probat, sed solum ex ea extrahit Notarius instrumentum. Sign. *d. consil.* 224.
34 *in quæstione præsuppositа, in princ.* † Et instrumentum extrahendum ex imbreuiatura debet esse manu Notarii, vt probet de iure, licet
35 de consuetudine non seruetur. Sign. *d. consil.* 224. *in princ.* †Limita, quia originale, siue imbreuiatura, vt probet, debet esse scripta, vel subscripta manu Notarii, & in mundum redacta, alias mortuo Notario non probat Alex. *d. consil.* 41. *n.* 2. *& 3. lib.* 1. vbi apost. *in v.*
36 *manu*, sequitur Rip. *respon.* 1. *de fid. instr.* †Extende; quia prothocollum non subscriptum non probat, & licet ex eo possit sumi authenticum, q̃ probabit de mandato iudicis; tamen ipsum non probat, etiam vbi agitur de modico præiudicio. Ægid. Bellam. *consil.* 10. *in princ.* †Limita; quia scriptura Notarii mortui reperta extra prothocollum Notarii, licet sit tota manu Notarii, si non est etiam subscripta, non potest releuari; secus si esset inter prothocolla reperta. Alex. *consil.* 153. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. †Limita; quia si originale non repertum in prothocollo, & imbreuiaturis Notarii de eo rogati instrumentum nullam fidem meretur. §. *fin. auth. de tabellio.* Boer. *dec.* 36. *n.* 2. Rom. *consil.* 174. *col. pen. & fin.* Bal. *consil.* 402. *Quæritur, li.* 5. *& cons.* 464. *Dubitatur, lib.* 4. idem Bal. *in l. Cassius, col.* 2. *ver. item est. ff. de Senat.* Castr. *in l. contractus, col. fin. C. de fid. instr.* Chassan. *cons.* 63. *n.* 31. Alc. *cons.* 12. *n.* 8. Paris. *cons.* 57. *n.* 36. *lib.* 4. Anch. *cons.* 431. Vide, *Instrumentum non probat. Concl.* 247. †Contrarium, quod imo instrumentum authenticum manu Notarii probet, licet non reperiatur in prothocollo, & in imbreuiaturis. Bald. *in rubr. C. de fid. instr.* Canonistæ *omnes *in c.* 1. *eod. tit.* Bald. *cons.* 464. *ver. & in dubio.* quia ita potest esse prothocollum. Paris. *cons.* 104. *n.* 62. *& seq. li.* 1. vbi plures allegat. Cagn. *in l. si librarius, n.* 81. *ff. de R. I.* Alex. *cons.* 175. *n.* 4. *lib.* 7. Castr. *cons.* 125. *Dubitatur primo, an Comes. n.* 6. *ver. contrarium videtur. lib.* 2. Vide *in v. Instrumentum. Concl.* 247. †Limita; qa ad hoc, vt instrumentum probet, requiritur, q̃ constet de rogitu, vel subscriptione Notarii; & ideo si in prothocollo non adest verbum, *rogans, &c.* vel subscriptio, non potest dici contractus perfectus. Bal. *in l. contractus. C. de fid. instr. col.* 3. *ver. item dicitur.* Ant. de But. *in c.* 1. *col.* 3. *ver. tertio circa per sonam, de fid. instr.* per §. *nos autem. d. auth. de tabell.* & rogitus probatur, si Notarius se subscribat instrumento, & dicat se rogatum, & ideo cautum est secundum Innoc. ibi, quod Notarius scribat se rogatum, alias si mortuus esset, vel non recordaretur de rogitu, p nihilo esset instrumentum, *d. auth. de tabell. in pr.* †Extende; qa requiritur in instrumento subscriptio Notarii, gl. *in l. generali. C. de tab. lib.* 10. Bart. & Bal. *in l. ad testium. §. si quis. ff. de testam.* vbi plus dicit, q̃ non sufficit intitulatio libri, sed requiritur subscriptio. Specul. *in tit. de instr. editio. §. instrumentum, ver. item quod non est a tabellione*, vbi idem tenet, Butr. *in c.* 1. *de fid. instr.* Alex. post Bald. *in addit. ad ipsum in l.* 2. *C. quand. fisc. vel priuat.* †In contrarium videntur tenere Bald. & Salycet. *in l. contractus. C. de fid. instr.* vbi dicunt, q̃ licet imbreuiatura Notarii non sit subscripta, vel nō habeat signū eius; tñ potest publicari mortuo Notario, interueniente authoritate iudicis, vel statuti, vel consuetudinis. Alex. *consil.* 14. *lib.* 6. † Declara; quia contrarium procedit, quando constat p testes, vel alias, quod Notarius fuit rogatus, ita Alex. *consil.* 152. *lib.* 2. Corn. *d. consil.* 70. *lib.* 4. vbi, quod si Notarius non dicat, *& ego rogatus fui*, vel non probetur p testes, rogitus non præsumitur, & instrumentum non valet. Dec. *consil.* 97. *col.* 2. †Limita; quia licet imbreuiatura, seu originale rogatum per Notarium operetur, q̃ ex eo potest sumi authenticum instrumentum, quod habebit exequutionem paratam, non sic est in originali, vel imbreuiatura, antequam redigatur in instrumentum authenticum. *l. contractus*, vbi Bart. *C. de fid. instrum.* quia ante q̃ instrumentum dicatur redactum in publicam formam, multa sunt necessaria, de quibus *in l. generali. C. de tabul. lib.* 10. Vide, *Instrumentum sine testibus, loco, vel tempore, & aliis requisitis non probat. Concl.* 244. †Limita; quia originale testamenti, vt dicatur perfectum, & rogatum, debet habere clausulam, *lectum*, seu *actum*, vel *factum*. Aret. *in tract. de testam. char.* 58. *col.* 1. Bart. *in l. sciendum, col. fin. ver. sed quid si dicit. ff. de verb. oblig.* & ibi Ang. & idem tenet Aret. *Instit. de empt. & vend. in princ. num.* 4. †Limita; quia prothocollum debet habere signum Notarii, vt possit releuari authenticum instrumentum. Angel. *consil.* 298. †Contrarium Card. Zab. *in c. cum* P. *tabellio, de fid. instrum.* vbi dicit se contrarium consuluisse; quia signum non est de substantia, vt per Jo. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. ad fin.* Bart. *in d. l. ad testium. §. si quis. ff. de testam.* † Declara; quia sumptum authenticum bene debet habere signum, alias non probat. Bart. *in proœm. ff col.* 2. Crau. *cons.* 216. *n.* 3. † Limita; quia instrumentum authenticum non potest sumi ex prothocollo, nisi prothocollum habeat omnia requisita, q̃ enunciantur *in auth. vt præponatur nomen imperat. in princ.* & per glos. magistr. *in d. l. general. C. de tab. lib.* 10. & per glos. *in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact.* vbi Jas. & per Ang. *in d. l. ad testium. §. fin. de testam.* alias si secus fieret, Notarius incideret in falsum, & scriptura transumpta dicitur adultera, tex. est iuncta glos. *in §. illud. authen. de tabell.* & ita ibi per illum tex. voluit Bart. qui vltra requisita, de quib. sup. requirit etiam, quod fuerit lectum coram partibus, alias ex eo resultat talis falsitas, & suspicio falsitatis, quod non potest contrarium probari, sequitur Jo. de Anan. *consil.* 33. *Circa primum dubium.* Vide. *Apostilla quando vitiet, vel quando probet, vel non. Concl.* 426. Vide, *Prothocollum Notarij quid sit, & an probet. Concl.* 945. Vide,

Rogitus Notarij præsumitur multis casibus. Concl. 360.

Origo,

Origo, Patria, & habitatio ex quibus probetur. Concl. 203.

1 ORIGO †alicuius, seu patria, & habitatio probatur ex testibus deponentib. de fama, & communi opinione. Ang. *consil.* 190.
2 *Visis processibus, in princ.* †Amplia; quia propria assertio probat contra asserentem, donec probet contrarium. Angel. *d. consil.* 194. *in*
3 *princ.* † Amplia; quia testes deponentes de veritate; quia sunt de
☞ eadem patria, plene probant. Angel. *d. consil.* 194. *in princ.* Vide, *Habitatio multiplex, & quis dicatur habitare, vel non. Concl.* 7.

Os quando dicatur clausum, apertio quando concedenda, & quæ requirantur. Concl. 204.

1 OS †dicitur clausum esse alicui, vbicunque lex mandat ipsum non audiri, nisi sublato impedimento, per quod audiri prohibetur, prout in eo, qui iurauit non venire contra instrumentum, vel factum suum; quia volens venire contra non auditur, nisi prius obtineat absolutionem à iuramento. Feder. de Sen. *con-*
2 *sil.* 300. *n.* 2. *ver. item dico, quod debitor.* †Idem, quando Princeps subtrahit iurisdictionem à suis iudicibus in certo casu, vt quia reddit iudices in illo casu priuatas personas; quia potest hoc facere, etiam si sit Princeps secularis, in causis Clericorum, nec dicitur facere contra libertatem Ecclesiasticam. Lap. *alleg.* 102. *in fin. nu.* 27.
☞ *ver. non obstat*, sequitur Dec. *in c. fin. n.* 9. *de constit.* Vide tamen, & declara, vt *in ver. Libertas Ecclesiastica in quibus consistat. Concl.* 342. *n.* 82.
3 *& seq.* † Idem, quando Princeps aliquid concedens mandat sic p quoscunq; iudices iudicari, sublata facultate aliter iudicandi, & ita proprie est modus; quia hodie dicitur claudere os, & propterea quotidie euenit, quod quis petit os aperiri, & de hac clausula
☞ sublata, late *in ver. Clausula, & sic per quoscunq;, &c. sublata. &c. Concl.*
4 344. †Item, quando negatiua præponitur verbo, *Potest*, quia adeo vniuersaliter negat potentiam, vt teneatur obligatus non facere, neque per legem, neque per hominem; quia habet ademptam omnem potestatē, nisi fiat mentio specialis de hoc, ita plene Curt.
5 Sen. *consil.* 73. *n.* 30. *ver. septimo principaliter.* †Aperiri non debet os, nisi semiplene probetur causa, per quam petitur talis apertio; ita in terminis petentis aperiri aduersus iuramentum, tenet Fed. de Sen. *consil.* 300. *n.* 2. *in fin. ver. item dico*, quod ad hoc, vt qui loquitur in eo, qui petit absolui à iuramento aduersus instrumentum tanquam vsurarium, semiplene docere debeat, quod sit vsurarium.
6 Gem. *cons.* 16. *in fin.* †Amplia, quia apertio oris debet omnino dari per commissionem, anteq; quis audiatur contra clausulam, *Sublata, &c. & sic iudicari debere, &c.* Put. *dec.* 377. *in fin. lib.* 3. vbi extenditur etiam, vt per viam exceptionis non audiatur. †Et vbi requiritur licentia, vt aliquid fieri possit, illa debet præcedere, alias actus est nullus factus non obtenta licentia. Barbat. *consil.* 58. *num.* 8. *in fin. & n.* 9. *lib.* 2. Vide, Clausula, *Sublata facultate aliter iudicandi*, quid operetur. *Concl.* 345.

Ortana Terra, Statuta, consuetudines, & priuilegia eius. Concl. 205.

STATVTVM †est Ortæ, quod stantibus filiis masculis fœminæ non succedant, quod non operatur, si masculi non extant; qa filiæ tunc succedunt; quia casus est omissus, q remanet in dispositione iuris communis. Bald. *cons.* 286. *Factum super quo, lib.* 1. *per tot.*

Osculum quid denotet, & operetur. Concl. 206.

OSCVLVM †est signum mutui amoris, & dilectionis; & ideo sponsus si mittat sponsæ suæ osculum, & ipsa accepter, contualidantur sponsalia contracta in minori ætate, si sint effectu maiores tempore osculi. Gemin. *consil.* 24. *num.* 16. *ver. nam osculum.*

Osculi luxurioſi pœna. Concl. 207.

POENA †deosculantis virginem ætate maturam cum amplexu contra eius voluntatem in strata publica est relegationis à loco delicti per 30. milliaria, & ad pœnam pecuniariam arbitrio infligendam iuxta facultates delinquentis, ita consilium Regium Neapolis. *decis.* 276. †Contrarium Bos. *in prax. tit. de extraord. crimin.* vbi, quod Afflictus decipitur; quia sua decisio procedit, quando sine vi rapitur osculum; quia pœna extraordinaria punitur: cum vi autem est pœna vltimi supplicii, ita exemplificat de magno Triuultio, qui fecit decapitari Gallum, qui per vim osculatus est nobilem de Triuultiis. †Item declarat Afflictus decis. procedere in eo, qui tentauit, sed si perfecit, secus, adhibita vi, vt supra.

Otho Rex Saxoniæ, & eius facta notabilia. Concl. 208.

OTHO † Tertius Rex Saxoniæ eiecit pluries intrusos in Papatu, & restituit Canonice electos, vt per Oldrad. *consil.* 62. *colum. final. num.* 6. *ver. nam Pater Sanctissime.* Vide *in ver. Papa multoties expulsus. Concl.* 73.



Sequitur Tomus Sextus. P. Pacem facere, & sequent.


Th
925 a

